*The*

Robert E. Gross
Collection

A Memorial to the Founder
of the
*Lockheed Aircraft Corporation*

Business Administration Library
*University of California*
Los Angeles

EX ELECTORALI BIBLIO-
THECA SERENISS. VTRIVSQ:
BAVARIAE DVCVM.

2 Vol 9 16" '96

# IO. BODINI ANDEGAVENSIS,

DE

# REPVBLICA LIBRI SEX,

## LATINE AB AVTORE REDDITI MVLTO QVAM ANTEA LOCVPLETIORES.

*Cum indice copioſiſſimo.*



PARISIIS,

Apud IACOBVM DV-PVYS ſub ſigno Samaritanæ.

M. D. LXXXVI.

*Cum Priuilegiis Cæſareæ Maieſtatis & Regis Chriſtianiſſimi, Sereniſſimæq́; Angliæ Reginæ.*



# IO. BODINVS IACOBO DVVALLO DAMPETRÆ COMITI, HANSÆ BARONI, MONDRAVILLÆ DOMINO, EQVESTRIS FRANCORVM ORDINIS Collegæ, Manchildenſibus ab Rege Præfecto S. P. D.

*CVM annis ſuperioribus ſæuiſsima bellorum ciuilium tempeſtate iactati fuiſſemus, qua multi naufragium, plures etiã iacturam fecerant, plerique voraginibus immerſi, nonnulli in littus eiecti, quidam afflicti ad ſcopulos, alij alio abrepti, pauci incolumes euaſerant: me, quem*

——— ——— tabula ſacer
Votiua paries indicat humida
Suſpendiſſe potenti
Veſtimenta maris Deo,

*præterita pericula reputantem, & futura, quæ nunc impendere videmus, proſpicientem imperij noſtri pœnitere cœpit, ac pudere gubernatorum, qui cùm inter ſe conflictarentur vt alius clauum torqueret, alius vela faceret, alius contraheret, tam fœdum ſui noſtrique aduerſariis otiose in portu ridentibus ſpectaculum præbuiſſent. Itaque cùm mearum cogitationum ſummam feciſſem, animaduerti ea quæ tam multa in Republica gerẽda peccantur, ab huius artis ignoratione, velut ab errorum omnium fonte deriuari. Quæ me cauſa impulit hoc quicquid eſt quod de Republica conceperam, meis popularibus poſteaquam à bellis paululum conquieuiſſent, edere ac proponere ad intuendum: vt vel impoſterum hoc regale ciuitatis genus, quantum quidem fieri poſſet, ab interitu ſeruarent: vel ſi tam certum huic imperio, quod ſua ſenectute propemodum extabuiſſe videtur, exitium immineret, vt nulla iam ope, nullis hominum conſiliis declinari poſſet, eos tamen qui ſuperioribus cladibus ſuperfuerant velut è ſpecula admonerem, ne improuiſo ciuitatis occaſu ac ruina penitus obruerentur. Interdum enim tanta vis calamitatum diuinæ vltionis impetu erumpit, vt eos ipſos moderandarum ciuitatum principes, quos Deus præpotenti manu perdere decreuit, omni conſilio ac prudentia vacuos ac deſertos eſſe, et in omne dedecus præcipites ruere patiatur, cuius rei exploratum eſt argumentum, quod illi tum maximè ſanos ſe eſſe arbitrantur, cùm in Republica gubernanda incurabili furore deſipiant. Sed quoniam diuina conſilia mortalium ſenſibus abdita ac retruſa ſemper fuerunt, quæ humana procuratione ac prudentia prouideri ac intelligi poterant, ea omni ſtudio inue-*

ſtigaſſe, & ab vltimo principio repetita tradidiſſe nobis videmur. Quæ vt facilius perciperentur, ac percepta diutius animis ac memoriæ hærerent, tabulam initio propoſuimus, quæ velut imago leniter expreſſa in vniuſcuiuſque oculos incurreret, & quaſi totius operis ἰχνογραφίαν primis lineamentis adumbratam deſignaret. Et quia ab omnibus ciuibus noſtris intelligi cupiebam, maximè tamen à nobilitate, cuius ſumma ſemper fuit in hac Republica poteſtas, populari ſermone vti neceſſe habui, cùm linguæ Latinæ non ſolum flumina, quæ tota Gallia vberrimè antea fluebant, verumetiam riuuli ac fontes ipſi diuturno bellorum ciuilium ardore quodammodo exaruiſſent. Nec vero Latina facere decreueram: neque enim ab re mea tantum otij mihi tunc erat, vt eandem telam retexere liceret: niſi ſingularis amor erga te meus, cui vel non aſſentiri ſcelus, vel quicquam petenti denegare nefas eſſe ducerem, eo me inuitum ac renitentem adegiſſet: cùm diceres argumenti dignitatem poſtulare vt Romani ſermonis ſplendore illuſtraretur: tum quod Romani pene ſoli ex omnibus populis naturæ patrióque amori iura maieſtatis ac Reipublicæ prætulerunt: tum etiam quod illud ſociis ac peregrinis æquè ac ciuibus deberetur, propter eã quæ eſt homini cum homine literarum & humanitatis coniunctionem. Sed non prius tibi acquieueram, quàm legatio in Angliam ſuſcepta, inde traiectio in Belgiam vna cũ Franciſco Andium ac Belgarum Duce, qui me ad conſilium accerſierat, propoſitum meum retardarunt: tametſi noua occaſione ad id maximè impulſus eſſem, cùm Londini Olybium Gallum hominem in priuatis illuſtrium virorũ ædibus: alium item apud Cantabriges in ipſa Academia difficili ac moleſta ratione Anglis Rempublicam noſtram interpretari comperiſſem. At Franciſco Duce præmatura morte, acerbiſſimóque totius Galliæ caſu nobis erepto, cùm & otio liberiore frui licuiſſet, & ad minuendum animi dolorẽ vix vlla medicina reſtaret, operi manus admoui. Igitur interpretandi religione ſoluti, nõnulla detraximus, plurima emendauimus, plura etiam adiecimus, & ea quæ de iure maieſtatis, déque magiſtratuum officiis, imperio, poteſtate: quæ itẽ de iure fœciali minus accuratè, vel obſcurè ſcripta videbantur, facilioribus illuſtrauimus & rationibus & exemplis, caput etiam integrum, quod res ita poſtularet, de ordinibus ciuium diſputationi de corporibus & collegiis ſubiunximus. Quam quidem ad rem illud efficere ſtuduimus, vt reſponderent extrema primis, media vtriſque, omnia omnibus: vtque alia ex aliis nexa, & inter ſe apta colligatáque eadem ſerie cohærerent: ſic enim facilius intelligi poſſe putaui, non ſolùm quæ quamque rem res ſequatur: verumetiam quid cuique conſentaneum ſit. Genus autem dicendi vſitatum & quietum, nec vllis pigmentis oblitum ſecuti ſumus, parum admodum ſolliciti, num oratio numeroſa molliter in aures audientium influeret, animóſque ſuauiter permulceret, modò ſua ſe facilitate ac perſpicuitate commendaret: nec verò ægrotãtium, vt Celſus medicus appoſitè ſcripſit, nec item ciuitatum morbi verborum luminibus curantur, ac tantùm abeſt vt ardua ac ſublimia, in quibus explicãdis res ipſæ verba rapiũt, nimis illuſtri ac magnifica oratione quaſi ferculis aureis ſplendidiora fieri, vt etiam talibus illecebris rerum ipſarum pondus & grauitatem eleuari putem, contentus cœnare fictilibus, modo nitidis, in quibus ſint epulæ exquiſitæ. Duo tamen ſunt reprehenſorum inter ſe diſſidentium genera: alteri omnem de Republica quæſtionem breuius terminari potuiſſe putant: alteri ſine flagitio quicquam prætermitti debuiſſe negãt. At cùm ſingula quæ ſunt infinita contemplaremur, plurima nobis omittenda fuerunt, vt vniuerſa, id quod artium tradendarum proprium eſt, complecteremur. Iam enim pridem adoleſcens contritum illud à philoſophis acceperam, nullam rerum ſingularum ſcientiam haberi. Qui autem modera-

*tius de Republica ſcribi volunt, et alienæ induſtriæ modum ſtatuunt, diſſcilem profecto temperantiam poſtulant in ea diſciplina quæ nullis adhuc maiorum finibus eſt aut regione concluſa. At ne in illis quidem artibus, quarum certiora ſunt præcepta vllum fieri videmus ſcribendi finem. nec certe vllus eſt modus inueſtigandi veri niſi inueneris, & legendi defatigatio turpis eſt in re eò meliore quò magis fuerit explicata, & à pluribus expetita. quòd ſi iuſta reprehenſione carent tot ac tam multi ſcriptores aliarum artium, quæ nullo grauiore morbo quàm librorum magnitudine laborant: quid eſt quamobrem de re per ſe ipſa infinita paulo copioſius ſcribenti non indulgeamus? cum præſertim huius ſcientiæ tot ac tantæ ſint vtilitates, vt omnia omnium imperia cætiſque iure ſociati eius vnius ope ſtare, eáque ex omnibus diſciplinis ſola principibus, ſola claris viris, ſola regibus digna eſſe videatur? Quamquam tanta raritas eſt eorum qui hoc de genere ſcripſerunt, vt mirum videri debeat, tam multis ætatibus vix vnum reperiri, qui ſerio hanc ſcientiam tractarit: ſiue ij quibus otium peperit rerum omnium affluentia, perinde à literis vt literati à publicis rebus ſeipſos vltro ſubducunt: ſiue ij qui vtroque præſtant tanta negotiorum mole obrui ſe patiuntur, vt nullum tempus ad cogitationem ſcientiarum omnium parentem, aut ad ſcriptionem ſuperſit: ſiue obſcuritas huius artis Platoni, Ariſtoteli Theophraſto, veteribus omnibus tanta viſa eſt, vt qui eam adepti eſſent, ſoli ſapientum, qualem etiam Pittacum tyrannum fuiſſe ferunt, appellatione fruerentur: ſic enim Plutarchus ſcribit. Sed nec ſapientibus illis nobiſcum, nec inter ſe de optimo ciuitatis ſtatu conuenit: non tantùm quòd argumentis argumenta contraria ſunt, verumetiam quod ratio ſecum ipſa (quamquam per naturam id fieri non poteſt) pugnare ſæpiſſime videatur.*

*Quamobrem cùm in infinita opinionum varietate, quæ ab humanis erroribus manare conſueuerunt, de duobus alterum fieri poſſit, vt earum nulla, alterum non poſſit, vt plus vna vera ſit: exactiſſimis rationum ponderibus ac momentis quærendum putauimus, nō quid quiſque dixerit aut ſenſerit, quantæque autoritatis fuerit: ſed quid rationi conuenienter poſſet & ſententiæ ſuæ dicere. Si enim id quod verum, laudabile, honeſtum eſt è puriſſimis naturæ fontibus hauriatur, cur non oratio noſtra omnem ſibi fidem rationibus naturæ congruentibus, id eſt integris & incorruptis teſtibus confirmabit? Igitur ad hæc diiudicanda non Delio natatore [illegible] acerrimi ac prudentiſſimi iudicis ope opus eſt: id eſt eius qui ciuitatum [illegible] leges didicerit: qui à Philoſophis tametſi πολιτειῶν πραγμάτων ἀπειρόκαλοι fuerunt politica decreta expreſſerit: qui optimorum principum dicta, geſta, actiones ſtudioſiſſime perſpexerit: qui abditas tyrannorum artes et arcana retruſa curioſiſſime peruestigarit: qui rerum geſtarum veritatem, non ab incerto rumore, ſed ab ipſis principum archiuis acceperit: qui populorum ritus, inſtituta, mores, ac cæli cuiuſque vim et naturam intellexerit: qui rerum omnium publicarum, quæ vſquam terrarum extitiſſe comperiuntur, memoriam ab antiquiſſima vetuſtate ad hæc vſque tempora repetitam tenuerit: qui denique prudentiam illam humanæ vitæ principem ac moderatricem, non tantum præceptis, verumetiam ipſo rerum agendarum vſu partam adeptus ſit. qualium hominum tametſi exiguus eſt numerus, in eorum tamen album aggregandum eſſe te, aut video neminem. Itaque non ſolum de re tota ſtatuendi arbitrium ad te, ſed etiam patrocinium detuli: quippe & ciuibus, & peregrinis, quorum omnium linguas fere didiciſti, præter laudem militarem non tantùm πολύγλωττος καὶ πολυμαθὴς, verumetiam diſertiſſimus interpres eſſe potuiſſes. Bene Vale. Laoduni Veromanduorum. A.D. III. Cal. Decembr. M. D. LXXXIIII.*

# SVMMA TOTIVS OPERIS CAPITA.

## LIBER PRIMVS.

CAP. I. QVIS optimus ſit Republicæ finis.
II. De iure familiari, & quid familiam inter ac Rempublicam interſit.
III. De mariti erga vxorem poteſtate, déque mutuis inter ipſos officiis.
IIII. De patria poteſtate, & an æquum ſit patrem vitæ ius ac necis in liberos habere?
V. De imperio herili, & ſeruitia ferenda ſint in Republica nécne?
VI. Quid ciuis, & quantum à ciuibus ciues, quãtúmque differant à peregrinis: quid item veniat vrbis, ciuitatis, Reipublicæ appellatione.
VII. De iure clientelari: & quid ſocius à peregrino, ciuis à ſocio, cliens ab vtroque diſtet.
VIII. De iure maieſtatis.
IX. De principe alterius fiduciario, vel ærario: an in eum conueniãt iura maieſtatis, déque principum inter ipſos prerogatiua.
X. Quænam propria ſunt iura maieſtatis?

## LIBER SECVNDVS.

I. De toto Rerumpublicarum genere.
II. De vnius dominatu omni lege ſoluto.
III. De regali ciuitatis genere.
IIII. De tyrannide.
V. An liceat manus afferre tyranno eóque cæſo omnia eius acta, decreta, leges reſcindere.
VI. De Ariſtocratia.
VII. De ſtatu populari.

## LIBER TERTIVS.

I. De ſenatu.
II. De officialibus & curatoribus.
III. De magiſtratibus.
IIII. Quid quantumque à magiſtratibus maieſtati debeatur.
V. De magiſtratuum erga priuatos imperiis, officio, poteſtate.
VI. De mutuis magiſtratuum inter ipſos officiis.
VII. De corporibus & collegiis, quæque ex iis commoda aut incommoda ſequantur.
VIII. De ordinibus ciuium.

## LIBER QVARTVS.

I. De ortu, incremento, ſtatu, conuerſione, inclinatione, occaſu rerum omnium publicarum.
II. An conuerſiones ac euerſiones ciuitatum proſpici poſſint?

Reip.

III. Reipublicæ faciem, leges, inſtituta vno mutare & eodem momento pernicioſum eſſe.

IIII. Præſtátne magiſtratus mutabiles an perpetuos habere?

V. An magiſtratuum concors animus ciuitati ſit ſalutaris.

VI. An maieſtati principis iudicem agere, & vnà cum ſubditis colloquia ſerere conueniat?

VII. An princeps in bello ciuili partium dux eſſe, aut bonus ciuis in ſeceſſione alterutri factioni ſeſe adiungere debeat: déque ciuilium diſcordiarum congruenti medicina.

LIBER QVINTVS.

I. De conformando ciuitatum ſtatu pro regionum ac populorum varietate, quibúſque diſciplinis populorum mores diſſimiléſque naturæ percipiantur.

II. Qua ratione occurratur ciuitatum conuerſionibus quæ vel ob nimias paucorum opes, vel ſummam multitudinis inopiam exoriuntur.

III. Præſtátne propinquorum bona propinquis, quàm Reipublicæ adiudicari?

IIII. De præmiis ac pœnis in Republica decernendis.

V. Præſtátne bellicis artibus ciues exerceri, ac propugnaculis ciuitates habere munitas, quàm iis vacare?

VI. De iure fæciali, déque fœderibus & pacis actionibus inter populos, ac principes ſanciendis ac muniendis.

LIBER SEXTVS.

I. De cenſura.

II. De ærario.

III. De re numaria, quibúſque legibus numorum deprauationi occurratur.

IIII. De Rerumpublicarum inter ipſas comparatione, & quæ quanque vtilitates aut incommoda ſequantur.

V. Regale ciuitatis genus optimè conſtitutum nec à ſorte, nec à ſuffragiis, multò minus à fœminis pendere, ſed à ſtirpe clariſſima duci, & vni tantum tribui oportere.

VI. De tribus iuſtitiæ generibus proportione Geometrica Arithmetica, & Harmonica conſtitutis: quæque ſit earum ad vnius principis, populíue, ac optimatum imperia ſimilitudo.

FINIS.

## *Summa Priuilegij Cæſareæ Maieſtatis.*

RVDOLPHVS Secundus, Diuina fauente clementia, electus Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hongariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ, &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Stiriæ, Carinthiæ, Carniolæ, Vvirembergæ, &c. Comes Tirolis &c. Notum facimus tenore præſentium vniuerſis: Quòd cum nobis humiliter exponendum curauerit Iacobus Dupuys Ciuis ac Typographus Pariſienſis, ſe opera quædam Chirurgica Ambroſij Parei, & ſex Ioannis Bodini de Republica libros, recens ex Gallico in Latinum conuerſos, pro communi rei literariæ vſu in lucem ædere decreuiſſe: Vereri autem ne ſiniſtra aliqua æmulorum arte, vel vitioſa imitatione debito laborum ſuorum fructu & emolumento defraudetur, ac proinde ſibi hac in parte prouiſum cupiens, demiſſè nobis ſupplicauit, vt fauore & ope noſtra ſibi gratioſè adeſſe, ſéque contra eiuſmodi fraudes ac dolos priuilegio noſtro Cæſareo præmunire clemẽter dignaremur. Nos itaque attenta rei æquitate, eundem noſtro hoc loci patrocinio neutiquam deſtituendum duximus. Ac proinde ex certa ſcientia, animo deliberato, authoritatéque noſtra Cæſarea ſeriò ac firmiter inhibemus & vetamus vniuerſis Typographis ac Bibliopolis, aliíſque omnibus, qui in ſacro Romano Imperio, Regníſque ac ditionibus noſtris hæreditariis vel imprimendis, vel vendendis libris, ſeu quacunque alia ratione librariam negotiationem exercent, nequàm dictos libros, poſtquàm prædicti Iacobi Dupuys opera typis excuſi prodierint, per ſexennium à prima cuiuſlibet æditione computandum, intra eiuſdem ſacri Imperij ac Regnorum & Prouinciarum noſtrarum hæreditariarum fines, citra expreſſam ipſius voluntatem & conſenſum, vel eo ipſo aut alio quopiam charactere & forma imitari, recudere, ſiue recudendos dare, aut alibi impreſſos adducere, vendere, diſtrahere ue palàm vel occultè auſit atque præſumat. Si quis verò ſecus faciendo interdictum hoc noſtrum neglexerit, aut violauerit, eum non ſolum eiuſmodi libris ſic impreſſis & adductis per ſæpè dictum Iacobum Dupuys, aut hæredes vel mandatarios ipſius, ope & auxilio Magiſtratus loci illius, in quo depræhenſi fuerint, vel etiam propria, ſi fieri poſſit authoritate priuandum, verùm inſuper etiam pœna decem marcharum auri puri, fiſco noſtro ſingulari fraudis vindici, ipſique Iacobo Dupuys eiuſdémve hæredibus ex æquo pendenda mulctandum decernimus. Ita tamen vt ad minus tria cuiuſlibet operis exemplaria ad Cancellariam noſtram implendam ſuis propriis ſumptibus quamprimùm tranſmittere teneatur, quatenus priuilegio hoc vti voluerit. Quod ſi neglexerit, eo ipſo planè exutus atque priuatus cenſeatur. Mandamus igitur vniuerſis ac ſingulis noſtris ac ſacri Rom. Imperij ſubditis ac fidelibus dilectis, tam Eccleſiaſticis, quàm ſecularibus, cuiuſcunque præeminentiæ, ſtatus, ordinis, aut conditionis extiterint, præſertim verò iis, qui in Magiſtratu conſtituti ſunt, vel ſuperiorum ſuorum, aut proprio nomine iuris iuſtitiæque adminiſtrationem exercent, ne quempiam hoc priuilegium noſtrum impunè negligere, ſpernere, aut violare patiatur, ſed ſi quos contumaces deprehenderint, præſcripta mulcta plecti, & quacunque demùm ratione commodè fieri poterit, coërceri curent. Quatenus & ipſi grauiſſimam noſtram indignationem, ac eandem pœnam incurrere noluerint: Harum teſtimonio literarum, manu propria ſubſcriptarum, & ſigilli noſtri Cæſarei impreſſione munitarum. Datum in arce noſtra Regia Pragæ, die vltima menſis Octobris. Anno Domini Milleſimo quingenteſimo octuageſimo primo. Regnorum noſtrorum, Romani ſeptimo, Hungarici decimo, & Bohemici itidem ſeptimo.

RVDOLPHVS.

V. S. Vieheuſer. D.
Ad mandatum Sacræ Cæſareæ Maieſtatis proprium.

P. OBERNBVRGER.

---

## *Extraict du Priuilege du Roy.*

PAR lettres patentes de ſa majeſté donnees à Paris le 5. iour de Feburier, mil cinq cens octãte ſix, ſigné DV-IARDIN, eſt permis à Iaques Du-puys marchand libraire iuré, en l'vniuerſité de Paris, d'imprimer ou faire imprimer vn liure intitulé *Ioannis Bodini de republica libri ſex*, & defences generales à tous autres Libraires & Imprimeurs, de n'imprimer vendre & diſtribuer d'autres que ceux que ledit Du-puys aura fait Imprimer durant le temps & eſpace de douze ans, ſur peine de confiſcation deſdits liures, & de deux cens eſcus d'amende, & de tous deſpẽs dommages & intereſts. Et outre ſa Majeſté veut & entend qu'en appoſant ledit Priuilege ou extraict, il ſoit tenu comme choſe publique deuëment notifiee à vn chacun.

Acheué d'Imprimer le 25. Mars 1586.

# IOANNIS BODINI DE REPVBLICA LIBER PRIMVS.

B

*Quis optimus ſit Reipublicæ finis* CAP. I.

RESPVBLICA eſt familiarum rerumque inter ipſas communium ſumma poteſtate ac ratione moderata multitudo. Definitionem, ab iis qui de Republica ſcripſerunt prætermiſſam, principio poſuimus: quoniam artium tradendarum, ac rerum omnium agendarum extremum intueri prius oportet, quàm quid aliud diſſeratur: deinde, comperto & explorato fine, C aditus inueſtigare, quibus eo perueniri poſſit. Eſt autem definitio nihil aliud, quàm rei propoſitæ finis, qui niſi firmo ac ſtabili fundamento nititur, quæcũque ſuper extruas, vno ruitura ſunt & eodem momento.

Pleriſque tamen vſuuenit, vt, certis finibus propoſitis, eum quẽ concupierunt rerum exitum non aſſequantur: vt neque is, qui ſcopo ſibi ad feriendum propoſito malè arcum intendit. ſed ſi quis artem adhibuerit, & argutè conlineare volet, etiam ſi aliquãtùm aberrauerit à ſcopo, propius tamen aberit, quàm ille: nec boni artificis laude carebit, ſi quæ optimus ſagittarius facturus eſſet, ea ipſe fecerit. At qui rerum agendarum finem ignorat, eius adipiſcendi ſpes æqua eſt illi adempta, vt ei ſcopum D feriendi, qui telum, incertus quò iaculetur, emittit. Finem igitur ac definitionis propoſitæ membra ſingula ſuis ponderibus exigamus. Primum Rempublicam diximus ratione moderatam eſſe oportere: quia Reipublicæ nomen ſanctum eſt, vt ab ea latronum ac piratarum cætus arceantur, quibuſcum nulla contractuum fides, nulla iuris ſocietas eſſe debet, ſed ſumma diſtractio. Equidem in omnibus bene ac prudenter conſtitutis ciuitatibus, ſeu de fide ac publica ſecuritate ſeruanda, ſeu de fœderibus ineundis, ſeu de bello inferendo, ſeu de finibus imperij regendis, ſeu de controuerſiis principum inter ipſos dirimendis agatur, latrones ac piratæ ab omni iure fæciali procul ſummouentur. Iuſtos enim ac legitimos[1] hoſtes, qui reſpublicas ſuis quibuſdã legibus ac iure gẽtium communi moderantur, ſeiunxerunt ab iſtis, qui Rerum publicarum & ciuilis ſocietatis euerſionem moliuntur. Quamobrem ſi latronibus pactum

1 l. hoſtes. de verb. ſignif.

pro capite pretium non afferatur nulla fraus eſt: quando iura belli cum illis communicari nec debent: nec iiſdem frui legibus, quibus hoſtes captiui aut liberi fruuntur. Quinetiam à prædonibus captum nec libertatem amittere[2], & teſtamentum condere[3], omnéſque actus legitimos obire leges patiuntur: quæ tamen ab hoſtibus captis[4] olim nõ licuiſſent: propterea quòd iure gentium, qui in hoſtium manus venerat, vnà cum libertate eam quoque, quam in ſuos haberet poteſtatem[5] amittebat. Ac ſi quãdo depoſitum, pignus, commodatum latronibus reddi, ac de poſſeſſione quantumuis iniuſta vi deiectos reſtitui lex[6] iubet, non tam latronum ac prædonum gratiæ fit illud, quàm vt pœnæ ab iis exigantur, qui depoſitum eiurauerunt, aut qui amiſſam rerum ſuarũ poſſeſſionem, B quã iure à magiſtratu debuiſſent, vi recuperare maluerunt: aut quia prędonum, qui vocati vel inuocati in ius veniunt, & magiſtratuum imperia ſponte ſubeunt, rationem in iudiciis haberi æquum eſt, cùm eo ipſo iam deſierint eſſe prædones. cuius rei cum exempla deeſſe poſſunt nemini: tum verò nullum eſt illuſtrius: quàm de Auguſto Cæſare[7], qui decies ſeſtertium edicto promiſerat iis, qui Coracotam latronum in Hiſpania ducem ad ſe deduceret. Coracotas, re intellecta, ſeipſum Auguſto ſponte obtulit, ac præmium ex edicto popoſcit. Auguſtus & veniam illi, & pactum præmiũ dari iuſſit, ne aut mercede promiſſa vitam eripuiſſe, aut publicam ſecuritatem violaſſe videretur aduerſus eum, qui ſponte ſeipſum iudicio ſtiterat, tametſi iure damnare ac ſupplicio latronem afficere potuiſſet. C Alioqui, ſi erga latrones eodem iure, quo aduerſus hoſtes, vtamur, verendum ſit, ne perditorum hominum multitudinem & colluuiem vndique arceſſere velle videamur: qui cum prædonibus capitali fraude ſociati ad bonorum exitium conſpirent. Interdum tamen ex prędone regem optimum extitiſſe, & qui pirata omnium maximus antea fuiſſet, in bonum principem euaſiſſe legimus. certè quidem multi graſſatores regum appellatione digniores habiti ſunt, quàm eorũ plerique, qui regalia ſceptra tenent, qui ſuæ diritatis ac immanitatis probabilem cauſam nullam habent. Id enim Alexandro Magno probrum obiecit Demetrius pirata, cum diceret ſe nihil præter piraticam didiciſſe, nec aliud quicquam de paterna hæreditate creuiſſe, præter duos Myoparones: D Alexandrum vero, qui piraticam in Demetrio improbaret, cum exercitu potentiſſimo terra maríque impunè latrocinari, tametſi à patre regnum Macedoniæ florentiſſimum accepiſſet. quæ certè oratio Alexandrum non ad vltionem acceptæ contumeliæ, ſed ad commiſerationem adeo permouit, vt Demetrium legioni præficeret. Ac ne longius exempla petantur, ætate noſtra Sulimanus Turcarum rex Ariadenum Ænobarbum, Dragutum, Ochialam piratarum omnium potentiſſimos, maximis propoſitis præmiis ad ſe pellexit, & claſſibus ac maris imperio præfecit, vt & eorum opibus ſuum imperium confirmaret, & piratarum copias toto mari graſſantes frangeret ac debilitaret. His quidem illecebris prædonum duces ad ſanitatem perducere laudabile eſt, ne extrema deſperatione coacti in Rerumpublicarum ſtatus inuadãt, ſed potius

2 l. poſtliminiũ. de captiuis.
3 l. j. de legat 2.
4 l. eius qui à latronibus. de teſtamentis.
5 l. in bello. de captiuis.
6 l. ſi pignore. §. ſi prædo. de actio pig. l. 1. §. ſi prędo. l. bona fides depoſiti. l. ita vt ſi fur vel prædo. commod.
7 Dio. lib. 56.

tius latronum copias ipſi euertant, qui tametſi amicitiam ac ſocietatem
colere videantur, ac ſpolia ex æquo diuidant, vt fertur de Bargulo & Vi-
riato piratarum ducibus: ita tamen ſceleratæ conſenſionis fides ſanctum
amicitiæ nomen reſpuit: ac ne ſpoliorum quidem diuiſio legitima, ſed
latrocinium dici debet: [8] cùm ſocietatis & amicitiæ fundamenta, quæ in
certa naturæque conſentanea ratione poſita ſunt, latronibus omnino
deſint. Quamobrem Reſpublicas appellāt [9] hominum cætus benè bea-
téque viuendi cauſa ſociatos. quæ deſcriptio vt ciuitati conueniat, defi-
nitioni tamē inſeruire omnino nō poteſt: quoniam altera ſui parte red-
undat, altera parte deſeritur: cùm tria, quæ in omni Republica potiſſi-
B ma iudicantur, familia, inquam, ſumma imperandi poteſtas, & ea quæ
ciuitatis communia ſunt, huic deſcriptioni deſint. Nam illud beatè vi-
uere, ſi ad ciuitatis definitionem neceſſarium eſſe demus, nullus ſit niſi
cum ſumma rerum omnium affluentia virtuti locus: nec honeſta ciui-
tas, niſi placido mari ſecundis conſpirantium ventorum flatibus impul-
ſa feratur: & cum horribiles illam procellæ ac turbinum vis agitauerit
miſera cenſeatur: quæ diſciplina omnibus eſt omnium theologorum ac
philoſophorū præceptis aliena. Hi enim iuſtos, etiam ſi omnes fortunæ
acerbitates excipiāt, ſemper beatos: iniuſtos etiā in maximis proſperita-
tibus ſecundíſq; rebus infœliciſſimos eſſe iudicant. Sic etiā Rēpublicam
bene inſtitutā dicemus, quæ ad verū decus & honeſtatē dirigetur: etiam
C ſi prematur inopia, ſi ab hoſtibus obſeſſa, ſi ab amicis deſerta, ſi denique
omni genere calamitatū obtrua videatur: quo in ſtatu Maſſiliā, cū triū-
phatum eſt à Caio Cæſare, M. Tullius fuiſſe confitetur: quam tamen re-
rum omnium publicarum laudatiſſimam appellat, quis vero ciuitatem,
quæ ſolo fertili ſit & vbere locuples, hominum multitudine abundans,
amicis cariſſima, hoſtibus formidabilis, armorum vi potens, propugna-
culis bene munita, præclarè inſtitutam putet, ſi omni ſcelerum ac flagi-
tiorum immanitate cumulata fuerit? cum nulla virtutum capitalior pe-
ſtis eſſe poſſit, quā beata illa & affluēs ad cupiditates explēdas rerū copia,
quā cū honeſtate coniugare non minùs difficile eſt, quàm quæ maximè
inter ſe contraria ſunt. Quoniam igitur cæteris quidem rebus & carere
D ſine probro, & abundare ſine laude poſſumus: virtutibus autē ſine con-
tumelia vacare, aut vitiis inquinari ſine infamia non poſſumus, conſe-
quens eſt ea, quæ beatiorem vitam efficere putantur, opes, inquā, copias,
latifundia, bene conſtitutis ciuitatibus neceſſaria non eſſe: ſed altius in-
tuentem quàm proximè fieri poterit ab optimo ſtatu diſcedere opor-
tet: ſiquidem ciuitatum æquè ac rerum omnium dignitatē ac præſtan-
tiam bonorum finibus metimur: vt quanto finis cuiuſque ciuitatis præ-
ſtantior ac diuinior erit, tanto ipſa cæteris excellere iudicetur. Nec ta-
men Rempublicam idearum ſola notione terminare decreuimus, qua-
lem Plato, qualem etiam Thomas Maurus inani opinione ſibi finxerūt:
ſed optimas quaſque ciuitatum florentiſſimarum leges, quantum qui-
dem fieri poterit, proximè cōſequemur. Quod ſi eadem eſt vnius ciuis,
quæ totius ciuitatis fœlicitas, & vtriuſque ſummum bonum in iis poſi-

8 l. communi. § inter prædones, communi diuidundo.

9 Cicero & Ariſtoteles in politicis.

tum virtutibus,quę mentis ipſius propriæ ſunt,quæque in ſola contem-
platione verſantur, vt ſumma conſenſione aſſeuerant [10] qui cæteris ſa-
pientia excellere dicuntur: conſequens eſt illud quoque,ciues illos vera
fœlicitate frui,qui in rerum naturalium,humanarum,ac diuinarum ſua-
uiſſima cognitione exercētur,quique contemplationis ſuæ fructus præ-
potenti Deo,totius naturæ principi,ferunt acceptos. Hoc igitur bono-
rum extremum in ſingulis ſtatuētes, cur non etiam vniuerſorum ac to-
tius Reipublicæ ſummum vltimúmque finem eſſe concedemus [11]? Sed
occurritur ciuitatum moderatores plurimum in eo genere à ſe ipſis diſ-
ſentire,cum ſuis quiſque cupiditatibus fœlicitatē metiatur: & quorum
de ſummo bono diſciplinæ inter ſe conſentiunt, non tamen boni viri ac B
boni ciuis, nec ſingulorum eundem quem vniuerſorum finem ſtatuūt.
Hinc exiſtit tanta legum, ac morum pro cuiuſque principis arbitrio ac
voluntate diuerſitas. Pleriſque ſordida hominum vita putatur, ſi ſtudia
neceſſitate tantum, non etiam voluptatibus & ornatu dirigantur: miſe-
rum, inquam, arbitrantur caſis fragmine contectis & anguſtis tuguriis
aut gurguſtiis cæli iniurias arcere.Sed quoniam vir ſapiēs iuſti & iniuſti,
veri & falſi quodammodo lex eſt, ac veluti norma quędam inflexibilis:
qui autem iuſtitia cæteris ac ſapientia excellere putantur, eandem ſin-
gulorum ac vniuerſorum fœlicitatem ſtatuunt, nos boni viri ac boni ci-
uis differentia ſublata, ſummū bonum ſingulorum æquè ac vniuerſita-
tis totius ea quam diximus pulcherrima ſuauiſſimáque ſublimium re- C
rum contemplatione metiamur.Ariſtoteles enim popularē opinionem
interdum ſecutus anceps in ſummo bono finiendo nec ſuorum dogma-
tum conſtantiam ac conuenientiam tueri videtur: quippe qui virtutis
actionibus opes ac robur copulare neceſſe putat: cùm tamē ſubtilius eo
de genere diſputaret ſummum hominis extremúmque bonum in con-
templatione collocauit [12]. At M.Varro ſuperiorem opinionem minuēs
humanam fœlicitatem actione & contemplatione complexus eſt, cuius
hæc ratio videri poſſit, quod rerum ſimplicium beatitas ſimplex eſt:mi-
ſtarum verò, quæ duabus ex rebus conflatæ ſunt, duplex eſſe videatur.
nam corporis opes in robore, alacritate, decentíque membrorum om-
nium conformatione: animi bona,id eſt eius facultatis,quę corpori co- D
hæret in cupiditatum erga rationem obſequio verſatur:mentis verò ip-
ſius bonum in intelligendi virtutibus, prudentia, inquam, ſcientia,reli-
gione conſiſtit: vt prudentia ad res humanas, ſcientia ad naturæ inſpe-
ctionem,religione ad res diuinas præclarè vtatur:quarum virtutum pri-
ma quidem boni & mali: ſecunda veri & falſi: tertia pietatis & impieta-
tis diſcrimen intuetur:&,quid omnino expetendum ſit aut declinādum,
continent. porro ex his tribus virtutibus exiſtit vera ſapientia, qua nihil
eſt hominum generi præſtantius ab immortali Deo tributum: quia non
modò furtis eripi,aut incendio abſumi,aut naufragio abſorberi non po-
teſt:verumetiam homines cæteris rebus deſtitutos ac deſertos beare per
ſeipſa poteſt: non tantum ſingulos, ſedetiam vniuerſos. beatior tamen
futura ciuitas eſt, quæ his aucta virtutibus, fundos habuerit vbertate fer-
tiles,

10 Ariſtot. lib.7. c.3.& in polit.lib. 10. ethi. Nicomachi.

11 Ariſtot.in politicis eundem ſingulorum & ciuitatis finem ſtatuit.

12 lib.10. ethic. & 7.polit.

tiles, aut quantum ſatis eſt ad ciuium alimēta: eaque ſit aquarum ac ſpirabilis cæli temperatio, vt ſalubriter viui poſſit, tum etiam materies ad exſtruēdas arces ac domos idonea: niſi regio ſatis ad vim hoſtium, & ad iniurias cæli propulſandas per ſe ipſa tuta ſit ac munita. Hæc primordia ſunt naſcentis Reipublicæ, vt ſcilicet ea, parentur, ſine quibus viui nullo modo poſſit: deinde quęrantur ea, quibus commodius viuitur: vt medicamenta ad morborum curationem: metalla quibus inſtrumenta opificibus armáque militibus neceſſaria conflari poſſint, non tantùm ad repellendos, verumetiam ad vlciſcendos hoſtes ac latrones. Iam verò cum inexplebiles ſint hominum cupiditates, poſtea quàm parta ſunt ea, quæ
B neceſſaria, quæque vtilia putantur, deliciis etiam affluere, ac voluptates inanes cōſectari libet, vt ſuauius viui incūdiúſque poſſit. Et quemadmodum nullam inſtituendorum liberorum curā habemus, priuſquam idonea educatione corporis incrementa conſecuti rationis & orationis capaces videantur: ita quoque de cōformandis moribus, deque naturalium ac diuinarum rerum perueſtigatione ciuitates nō ante curam habent, quàm ea, quæ ad ciues alendos ac tuendos neceſſaria ſunt, conquirāt: ſed mediocri prudentia contentę ſunt ad hoſtes propulſandos, & ab iniuria ciues continendos. Is autem, qui adeptus eſt omnia quę ad vitam ſecurè ac beatè degendam commoda videntur, ſi bene eſt à natura, melius etiam à doctrina informatus, à flagitioſis & conſceleratis hominum
C cætibus abhorret, ac bonorum conſortium & amicitiam conſectatur: deinde cùm ab iis perturbationibus, quæ mētem de ſanitate deturbant, ſeſe liberum & vacuum ſenſerit, nec in præmiis caducis ſpem poſuerit rerum ſuarum, certè caſus humanos & incōſtantiam variósque mores, ætates, conditiones intuetur: alios quidem in ſummo poteſtatis & imperii gradu, alios in extrema calamitate & inopia conſtitutos: tum viciſſitudines, ortus, obitúſque rerum publicarum ſtudioſè contemplatur, & anteceſſiones conſequentibus coniungit. pòſt à rebus humanis ad naturæ pulchritudinem conuerſus, ſeipſum in contemplanda ſtirpium, animantium, metallorū varietate oblectat, & vniuſcuiuſque formam, vires, præſtantiam, atque adeò elementorum vices alternas, ac ſingularem
D in rebus omnibus antipathiam & contagionem, cauſarúmque mirabilem ſeriem & conſenſionem, qua primis extrema, media vtriſque, omnia omnibus cohærere videt, & vnde ſingula generata ſint, quò recurrant, quando, quomodò obitura, quid in iis mortale & caducum, quid immortale ſit ac ſempiternum: ac paulatim in cælum veluti pernicibus alis abreptus, clariſſimorum ſiderum ſplendorem, cœleſtiúmque corporum vires, ſitus, interualla, curſus inæquales, ac mūdi totius partiúmque omnium congruentiam & quaſi concentum ſuauiſſimum miratur, incredibilémque voluptatem ex his capit, cum flagrantiſſima cupiditate ac deſiderio cauſarum omnium perueſtigandarum, quouſque ad vltimum principium, ac pulcherrimi huius opificij temperatorem Deum perducatur, quò cùm peruenerit cogitationum ſuarum curſum ſiſtit, cùm intelligit æternam mentem eſſe infinitæ cuiuſdam naturæ, magni-

tudinis,poteſtatis,ſapientiæ,quæ nec oratione cuiuſquam explicari, nec mentis vllius cogitatione percipi poſſit: laudationibus tamen diuinæ maieſtatis ſplendorem, quantum quidem poteſt, euehit ac prædicat, ſummáque proſequitur veneratione. Talia mente agitantem ſuis oportet illecebris diuina virtus trahat ad verum decus, & ad bonorum omnium extremum. His enim artibus homines pulcherrimam rerum naturalium, humanarum, diuinarũ ſcientiam ac fœlicitatis humanæ ſummam propemodum cõſecuti videntur. Si ergo ciuem ita inſtitutum ſapientem ac beatum iudicamus, non qui opum communium ac peruagatarum copiam, ſed qui præſtãtium rerum & remotarum à captu vulgi cognitionem & intelligentiam ſit aſſecutus, quantò Rempublicam B beatiorem iudicare debemus talium ciuium multitudine abundantem, etiam ſi anguſtis contenta finibus ſuperbas aſpernetur opes, ac delicias ampliſſimarum ciuitatum, quæ ſummam fœlicitatem ſumma voluptate, aut copiis & opibus, aut inani gloria metiuntur? Nec propterea ſummum illud hominis ac ciuitatis bonum confuſum aut miſtum efficiemus. etſi enim hominis natura duplex eſt, altera quidem mortalis & caduca, altera verò immortalis ac ſempiterna, illud tamen confitendum eſt in ea parte, quæ nobilitate cæteras vincit, id eſt, in mente ſummũ bonum ineſſe. nam ſi verum eſt, vti eſt, corpus hoc oſſibus & carne compactum & coagmentatum mẽti ſeruire, & rationi cupiditatem, quis dubitet fœlicitatis humanæ ſummam à præſtantiſſima virtute, quam mentis agitationem appellant, totam pendere? tametſi enim Ariſtoteles ex C opinione Stoicorum hominis bonum in virtutis actione poſuiſſet, idem tamen actionem ad contemplationis finem referri iudicauit oportere: alioqui hominum vita beatior eſſet, inquit, quàm deorum, qui nullis actionibus aut negotiis implicantur, ſed mentis agitatione ſuauiſſima ſolidáque tranquillitate fruuntur. At quum nollet magiſtri Platonis ſectam tueri, & à propoſita ſuſceptáque ſententia diſcedere, turpe putaret, quoniam in actione beatam vitam initio poſuerat verborum ambiguitate vſus, ſummam fœlicitatem in mentis actione, quæ ipſa nihil aliud eſt, quàm contemplatio, collocauit: ne ſummum bonum rebus omnino inter ſe diſſidentibus, motu, inquam, & quiete definiret, idem tamẽ cùm D perſpiceret ſingulorum hominum, æque ac vniuerſorum vitam perpetuo quodam agitari motu, ac neceſſariis negotiis impediri, noluit apertè ſummum illud, quod quærimus, bonum in ſola contemplatione collocare, id quod tamen neceſſe eſt confiteri. Et ſi enim actiones, quibus hominum vita ſuſtẽtatur, cibum, inquam, potum, ſomnum capere, tam neceſſariæ ſunt, vt iis diu carere homines non poſſint: nemo tamen adeò rudis eſt, vt in iis rebus bonorum extremum conſiſtere putet. virtutum enim earum, quæ morales dicuntur, dignitas longè maior eſt, propterea quòd ab his ad purgãdos à perturbatione & ægritudine animos adiumẽta quæruntur, vt purgata mens clariſſima intelligendi luce compleatur. ex quo intelligitur morales virtutes ad eas, quæ mentis propriæ ſunt, quaſi ad finem referri. fœlicitas autem ſumma dici non poteſt, cuius eſt aliud

aliud extremum, quæque ad diuiniora pertinet: vt corpus ad animum, appetitus ad rationem, hęc ad mentem, motus ad quietem, actio ad contemplationem. Igitur M. Varro qui hominis bonum actione & cōtemplatione mistum eſſe putauit, cōmodiùs, opinor, ac meliùs dixiſſet, hominum vitam vtráque egere, ſummum tamen extremúmque bonum in contemplatione verſari, quam Academici iucundam, Hebræi pretioſam mortem appellant: propterea quòd mentem labe terreſtri & corporeis vinculis ſolutam ac purgatam in cælum perducit. Nō poterit tamen Reſpublica diu ſtare ſi deſeratur ab iis actionibus, quæ in ciuium ſalute tuenda, in iure dicundo, in alimentorum cæterarúmque rerum ad
B vitam neceſſariarum aſſidua inuectione verſantur: perinde vt mens ſublimium rerum contemplatione abrepta corpus ipſum fame ac ſiti languere, aut vigiliarum ſtudio enecari patiatur. Sed quemadmodum in hoc aſpectabili mundo, quem perfectæ & conſummatæ Reipublicæ imaginem appellare poſſumus, luna velut anima mundi ad ſeſe propius accedens deſerere videtur regionem hanc ſpirabilem & elementarem: poſtea tamen ſolis congreſſu grauida vim quandam cæleſtem ſingulis corporibus impertit: ſic quoque animus vi contemplationis abreptus, & quodāmodo intelligenti ſoli, quæ mens eſt vniuerſitatis, coniunctus, virtute diuina mirabilem in modum illuſtratur, deinde rurſum ad corporis curam relapſus, vires corporeas inſtaurat. idem tamen ſi nimium
C intentus corpori ac ſenſuū voluptatibus immerſas mētem deſerat, idem illi vſu venit quod lunæ, quæ ſolis cōſpectū fugiens vmbra terreſtri, obuoluta ſplendorem ac lucem amittit, ex quo quidem luminis deliquio fœda monſtra procreantur, totáque rerum natura perturbatur: ſi tamen à ſolis amplexu nunquam luna diuelleretur, vniuerſa hæc mundi animabilis coagmentatio & cohærentia omnino diſſiparetur. Idē nobis de Republica relinquitur iudicandum, cuius finis optimus in iis virtutibus conſiſtit, quæ ad contemplationem feruntur, etiam ſi publicæ actiones, quæ minus honeſtę ſunt, antecedant, vt ſordiū euectio, curatio frumentaria, annona Reipublicæ, quæque ad ciuium alimenta & præſidia vitæ neceſſaria iudicātur, quæ virtutibus moralibus lōgè inferiora ducimus:
D virtutum item moralium ſumma ad eas virtutes pertinet, quæ contemplatrices dicuntur, quarum præſtantiſſima eſt, quæ circa rem omnium pulcherrimam verſatur. Itaque Deus Opt. Max. cum omnia ſapienter, tum illud potiſſimum quod rebus agendis ac negotiis contrahendis ſex omnino dies definiit: diem vero ſeptimum contemplationi & quieti ſanctiſſimæ conſecrauit, quem vnum [13] ex omnibus beauit, & cui ſoli benedixit, vt diem hunc feſtum hilariter ac iucundè tranſigamus, & in pulcherrima Dei præpotentis opera, iudicia, iuſſa intuentes in eius laudibus acquieſcamus. Atque hæc de ſummo ſingulorum ac vniuerſorum totiúſque ciuitatis bono. Quę cum ita ſint, tātò beatior futura ciuitas eſt, quantò propius aberit ab eo fine, quē proponimus & ad intuēdum & ad imitandū. Et quemadmodū humanę fœlicitatis ac calamitatis gradus in ſingulis hominibus quāplurimos videmus, prout bonorū ac malorū va-

13 Geneſ. cap. 2. Deut. Exodi cap. 20.

rios fines ſibi propoſuerunt: ita quoque Reſpublicæ ſuos habent quodammodo fœlicitatis ac miſeriarum gradus. quia nec cum perfectis hominibus plenéque ſapientibus, nec cum furioſis ac dementibus ſemper viuitur: ſed plerique mediocria vitæ officia tuentur. Lacedæmonij quidem excelſo ac forti animo ſempérque vincendi cupiditate inflammato fuiſſe ferũtur:[14] iniuſti tamen ac toties perfidi, quoties de publicis commodis ageretur: quia ciuium diſciplina, leges, mores, inſtituta non alium finem aut exitum habuere, quàm vt ciues tum ad pericula ſubeũda, tum ad voluptates ac delicias, quæ animorum vim ac robur frangere ſolent, elatos & inuictos efficerent: ſed eatenus tamen vt ſuarum actionum & cogitationum ſummam Reipublicæ vtilitatibus metirentur. Romanorum vero ciuitas beatior quàm Lacedæmoniorum, quòd præter animi magnitudinem, iuris quoque ac iuſtitiæ[15] vim veluti ſcopum ciues ſibi propoſuiſſent. Enitendum nobis eſt igitur vt quàm proximè fieri poterit, ab ea, quam ſummam duximus, ſingulorum ac vniuerſorum ciuium fœlicitate diſcedamus. Explicata nobis eſt prima pars definitionis Reipublicæ, cætera ſuo quæque ordine ac loco perſequamur. B

14 Plato. Plutar. in Lyſandro, Ageſilao, Lycurgo.

15 Cicero in offic. Dionyſ. Halycar. lib. I.

*De iure familiari, & quid familiam inter ac Rempublicam interſit.*

## CAPVT. II.

FAMILIA eſt plurium ſub vnius ac eiuſdem patrisfamilias imperium ſubditorum, earúmque rerum, quę ipſius propriæ ſunt, recta moderatio. Secundum definiendæ ciuitatis caput verſatur in familia, quæ ipſa ſeminarium eſt ac veluti rudimentum rerum omnium publicarum. Et quidem nulla probabili ratione mihi videtur Ariſtoteles, Xenophontẽ ſecutus, à politicis œconomica, & ciuitatem à familia diſtraxiſſe: quod aliter fieri non poteſt, quàm ſi membra ſingula ab ipſius corporis vniuerſi cõpage diuellamus: quod quid aliud eſt, quàm ſine vllis ædificiis vrbes conſtruere velle? certè quidem collegiorum & corporum, atque adeò vniuerſitatis ſcientiam ſeorſum tradere oportuiſſet, cùm non ſint familiæ, ſint tamen Reipublicæ partes. at legum latores & iuriſcõſultos, quos veluti duces in diſputatione de Republica ſequi debemus, iiſdem legibus ac diſciplinis Reipublicæ corporum & collegiorum æquè ac familiarum iura complecti videmus. Nos tamẽ aliter atque Ariſtoteles. is enim œconomiam bonorum accumulatione definiit: quæ collegiorum æquè ac ciuitatum communis eſt: at familiæ appellatione, & rectam domus gubernandæ rationem, & iura patrisfamilias in ſuos complectimur: quæ ab Ariſtotele & Xenophonte prætermiſſa videmus. Quemadmodum igitur familia bene ac prudenter inſtituta, vera eſt ciuitatis ipſius imago: ac domeſticum imperium, ſummæ in Republica poteſtati quodammodò ſimile: ita quoque familiæ regendæ ratio ſingularis quædam eſt Reipublicæ inſtituendæ ac moderandæ diſciplina. Et vt ſingula membra corporis quandiu officium non deſerunt ſuum, firma valetudine & explorata ſpe ſalutis fruimur, C D

fruimur:ita quoque ſi familiæ ſingulæ ſuis quæque officiis cõtineantur, ciuitas vniuerſa rectam ſeruabit bene viuendi diſciplinam. Sed ſi vir in vxorem iniurius ac cõtumelioſus ſit: ſi vxor viri partes pręripere conetur, neque ſe ei morigeram præbeat: ſi vterque liberos in ſeruorum, ſeruos in pecudum loco habeat, imperióque duriore premat: ſi liberi parẽtum, ſerui dominorum iuſſa detrectent, quis non videt nullam in illa domo concordiam, nullam animorum volũtatúmque cõſociationem, ſed plena omnia rixarum & contentionum fore? Cum igitur ciuitatis inſtituendæ ratio, familiarum recta moderatione veluti ſuis quibuſdam fundamentis innitatur ac fulciatur, primam ac præcipuam familiarum

B rectè inſtituendarum rationem inire oportet. Diximus Rempublicam eſſe legitimam plurium familiarum & earum rerum, quæ illis communes ſunt, cũ ſumma poteſtate gubernationem. Plurium appellatio non poteſt in familia duorum numero cõtineri, vt ferè ſemper[1]: cùm ad collegium conſtituendum tres perſonæ neceſſariæ ſint[2]: tres quoque perſonas præter patrem familiæ neceſſarias in familia definienda ducimus ex ſententia iuriſconſultorum[3]. Et quoniam familiæ, collegia, cætus, ciuitatéſque omnes ac totum genus hominum interiret, niſi connubiis quaſi quibuſdam ſeminariis conſeruaretur ac propagaretur: cõſequens eſt familiam ſuis omnibus numeris ac partibus ſine matrefamilias perfectam & conſummatam non videri: Ex quo fit vt quinque perſonis in-

C tegra familia cõſtituatur. Quod ſi tribus perſonis nec paucioribus conſtat collegium, totidémque familia præter patrem ac matremfamiliæ: ſequitur tres familias nec pauciores ad ciuitatem conſtituendam neceſſarias eſſe. Inde opinor Apuleio ac veteribus contritum illud ac peruagatum, quindecim perſonis populum conflari. Et ſi enim paterfamiliæ DCC. vxores habeat, quot Salomo rex Hebræorum: &[4] ſexcentos liberos, quot Hierotimus rex Parthorum ab vxorum multitudine ſuſtulit: aut quingentos ſeruos, quot M. Craſſus in cẽſum retulit, quia ſub vnius & eiuſdem patris familiæ imperium ſubiungantur, nec populi nec ciuitatis appellatione veniant: etiam ſi filios omnes ac ſeruos connubiorum ac commerciorum iure coniungat, quandiu fuerint ſub eiuſdem impe-

D rio ac poteſtate, quem etiam in cunis adhuc vagientem lex[5] ipſa patrem familiæ appellat. Inde verbum אלף Hebræis pro familia vſitatum, non quia mille perſonis familia definiatur, vt nonnulli putant, ſed à verbo אלוף quod principem ac dominum ſignificat. vt familia vniuerſa ab ipſo capite nomen accipiat: rectiùs opinor quàm Græci ab οἴκῳ aut Latini à famulis. Sed quid prohibet, dicat aliquis, tria collegia ſine familia ciuitatem conſtituere, ſi ſumma imperii poteſtate regantur? id quidem videri poteſt, non ſit tamen Reſpublica, quia nullum collegium, nullum corpus ſine familia ſtare diu poteſt, ſed breui oportet interire. at[6] iuriſconſulti tradunt populum immortalem eſſe, ac milleſimo pòſt anno eundem fore qui antea fuiſſet: etiam ſi vſusfructus Reipublicæ legatus poſt annum centeſimum[7] extinguatur: ne proprietas inanis ſit ac inutilis domino futura: quoniam ciues omnes vnius ſæculi diuturnitate intermori

1 l. vbi. de teſtib.
2 l. Neratius de verb. ſig.
3 l. familiæ. cod.
4 Iuſtin. lib. ...
5 l. pronuntiatio. de verb. ſig. § familiæ.
6 l. proponebatur de iudic. ff.
7 l. an vſusfructus. de vſusfr. ff.

videantur: licet immortales ſint ſempiterna quadam ſui generis propagatione futuri: non aliter ac nauis illa Theſei, quæ tametſi nouarum tabularum ſubſtructione centies immutata fuiſſet, antiquum nomen retinebat. Vt autem nauis informe lignum ſit, ſublata carina, quæ proram, puppim, & coſtas firma coagmentatione ſuſtinet: ita Reſpublica ſine ſumma poteſtate, quæ omnia ciuitatis membra familiáſque ſingulas in vnum corpus cogit, conſiſtere nullo modo poteſt. Et vt nauis, ne à propoſita ſimilitudine diſcedamus, in partes plurimas diuidi poteſt, aut omnino flammis abſumi: ſic etiam populus in diuerſa loca diſſipari, aut penitus, ſalua vrbe, exſcindi: quia nec in perſonis nec in moenibus ciuitas ſubſiſtit, ſed in ciuium omnium cœtu ſub eiuſdem imperii ſumma po- B
teſtate. Vt enim elephas non magis animal dici debet, quàm formica: ſic Raguſia, ciuitatum ferè omnium, quæ ſunt in Europa, minima, non minus Reſpublica dici debeat, quàm Turcarum aut Tartarorum, aut etiam Hiſpanorum, quorum imperia iiſdem finibus, quibus ſolis curſus, terminátur: & quemadmodũ exigua familia anguſtiſſimis gurguſtiis comprehenſa eodem familiarum iure cenſetur, quo quæ ſuperbiſſimis ac latè potentibus ædificiis gloriantur: ſic Vlyſſes, cuius imperiũ Ithacæ ſcopulo continebatur, rex æquè dicitur ab Homero atque Agamemnon. rectè enim Caſſiodorus magnum imperium magnam Rempublicam appellat, quàm Princeps vnus ſummo imperio moderatur. Quare ſi ex tribus familiis vnus pater familię cæteris imperet, eique pareatur: aut v- C
nus duorum imperium ſubire non recuſet: aut tres ſimul ac ſemel ſummum ius in trium familiarum ſubditos exerceant: æquè reſpublica dicetur, ac ſi multitudine ciues innumerabiles complectatur. Ita fiet vt familia interdum maior ſit, quàm Reſpublica. quod de familia Tuberonis iure dicebatur [8] cũ ſexdecim liberos vnà cum vxoribus ac ſeruis cũ imperio domeſtico regeret. Igitur fallit Ariſtoteles [9], qui putat Babylonis Vrbem, cuius ambitus quadrata figura tantus erat, vt vix toto triduo [10] pedeſtri greſſu conficeretur, gentem potius dici debere, quàm rempublicam, quam ipſe decem millibus ciuium, definiendum putauit: quaſi abſurdũ eſſet gentes multitudine innumerabiles ac locis infinitas, quæ modo eiuſdem imperii ſummi poteſtate regantur, Rempublicam ap- D
pellare. Iſta ratione ciuitas Romanorũ, qua nulla clarior extitit vnquã, Reipublicæ laudem non mereatur: cum ſuæ originis initio tria tantum, nec plura, ciuium millia complecteretur: Tiberij vero principatu quinquies ac decies millies centena millia, ac præterea centum ac decem millia, qui pene toto terrarum orbe diſperſi erant, cenſa fuiſſe legamus, pręter ſeruos, quorum numerus decuplo maior extitit. nec tamẽ eo numero prouinciales Romano imperio ſubditi, nec item ſociæ ciuitates, ac liberi populi continebantur, qui reſpublicas ab imperio Romano diuiſas habuerunt. Eſt igitur ſummum imperium quaſi Reipublicæ cardo, quo magiſtratus ac leges innituntur, & cuius vi ac poteſtate collegia, corpora, familiæ, ſinguli ciues in vnum veluti corpus coguntur: ſiue vno ſint & eodem concluſi loco, vt Suitẽſium reſpublica ſociarum minima: ſiue plures

8 Plutarch. in AEmilio.

9 In politicis.

10 Herodot. li. 5. Ionas. c. 3.

plures habeat prouincias qualis Perſarum, quæ ab extremis Indiæ populis vſque ad Helleſpontum cẽtum ac viginti ſeptem prouincias habuiſſe fertur [11]: qualis nunc etiam Æthiopum reſpublica, cuius quinquaginta ſunt prouinciæ, quas Paulus Iouius nulla ratione regna vocat, cùm vnius & eiuſdem principis, qui Negus ab illis appellatur, ſummo imperio ac poteſtate regantur. Sed præter illud imperium, quod poſuimus quaſi reipublicæ totius fundamentum, multa ſunt præterea ciuibus inter ſe communia, ſcilicet forum, fana, porticus, viæ, leges, iura, iudicia, ſuffragia, conſuetudines, theatra, mœnia, publica ædificia, paſcua communia, agri publici, ærarium, denique præmia, pœnæ, legis actiones, multæque

11 Eſter. cap. 1 Herodot. Plutarchus in Artoxerxe

B cum multis res rationéſque contractæ: hæc, inquam, omnia aut ciuium omnium nexu & mancipio, aut vſu & fructu communia ſunt, aut certè publica, aut vtraque ſimul. magna etiam illa cõmunitas eſt, quæ tum ex collegiis & corporibus, tũ etiam ex beneficiis vltrò & citrò datis & acceptis coaleſcit. alioqui nulla, ne cogitatione quidem, fingi Reſpublica poteſt, quæ nihil omnino habeat publicum aut commune. Quanquam fieri poteſt, vt agrorum pars maxima ſit communis vniuerſorũ ciuium, pars verò minima ſingulorum: vt agraria lege Romuli totus ager Romanus, qui millia iugerum octodecim capiebat, trifariam [12] diuiſus eſt: prima pars ſacris faciẽdis, ſecunda neceſſariis reipublicæ ſumptibus: tertia ſingulis ciuibus ceſſit, cùm autem tria ciuium millia cenſa fuiſſent,

12 Dionyſius Halycarnaſſęus lib. 2.

C ſingulis ciuibus duo iugera tributa fuere. Sed vtcunque agri diuidantur, fieri non poteſt vt omnia omnium ciuium communia ſint, quod Platoni adeo pręclarum & optandum videbatur, vt etiam liberos & vxores omnium cõmmunes eſſe cuperet: ſic enim fore augurabatur, vt verba illa MEVM & TVVM nunquam inter ciues exaudirentur: quaſi omnium, quas in republica videmus diſcordiarum ac ciuilium bellorum occaſionem præberent. nec intelligebat bonorum ac rerum omnium communione Rempublicam interire: quia nihil publicum eſſe poteſt, vbi nihil ſit priuatum: nec regem quemquam futurum, ſi ciues omnes reges ſint: vt neque vllus concẽtus exaudiatur, ſi vocum artificioſe inter ſe confuſarum diuerſitas ac diſſimilitudo, quæ Harmoniæ ſuauitatem efficit, ad

D vnum & eundem ſonum reuocetur. Quamquam huiuſmodi ciuitas, ſi tamen hoc nomine appellari poteſt, omnino repugnat diuinis ac naturę legibus, quibus non ſolùm adulteria & inceſtus, ſed etiam rapinæ ac furta tam diſertè prohibentur, vt ne aliena quidem per leges diuinas expetere liceat: quibus legibus perſpicuum fit capitalem eſſe orationem, quę ad æquationem bonorum pertinet: cum Reſpublicas diuina procuratione fundatas, & conſtitutas ob id fuiſſe videamus, vt ſuo iure publica ac priuata tenerentur. At illam rerum omnium peſtem ac perturbationem veriùs quàm communitatem ſequitur familiarum [13] omnium interitus, quæ in vxorum ac liberorum atque adeo rerum omnium confuſione conſiſtere nullo modo poſſunt. Nec mirum debet videri, ſi ab hac opinione tam abſurda Plato ſponte diſceſſit, & eam, quam ipſe Socrati adſcripſerat, Rempublicam, facilè paſſus eſt aboleri, vt ſuam moderatè tue-

13 familiaris res opponitur publicæ. l. 7. §. ſi paciſcar. de pactis. l. 4. de publicis iudic. ff.

retur. Nam qui Maſſagetas omnia habuiſſe communia iactãt:poculum tamen & gladium quenque ſuum habuiſſe confitẽtur: veſtimẽta etiam priuata cuiuſque fuiſſe neceſſe eſt, alioqui debiliores ab iis ſpoliati fuiſſent,qui robore plus cæteris valerent. Quemadmodum igitur Reſpublica eſt legitima plurium familiarum, & rerum inter ſe communium cum ſumma poteſtate gubernatio:ſic familia eſt plurium ſub vnius ac eiuſdem patrisfamiliæ imperio ſubditorum, & earum rerum, quæ ipſius propriæ ſunt,recta gubernatio.nam in eo potiſſimum Reipublicæ ac familiæ diſcrimen verſatur: quòd pater familias rerum domeſticorum ac familiæ totius poteſtatem habet: etiam ſi vnaquæque domus aliquid in publicum ſeu vectigalium,ſeu tributi nomine conferre cogatur. Ac fieri B poteſt, vt ciues omnes conuictu communi vtantur collegiorum in modum, qualia fuere Spartiatarum, qui ſeorſum ab vxoribus & familia cibum ſumere ac dormire conſueuerant quindecim aut viginti virorum cœtu coacto. Cretenſium verò moribus ciues omnes vtriuſque ſexus, vxores, inquam liberi, ſenes, iuuenes, egentes, diuites ſimul epulari conſueuerant[14], ſua tamen cuiuſque propria fuere, ſed ſinguli tantùm erogabant,quantum vniuerſis ad communem conuictum ſatis eſſe videretur:commodiùs illi quidẽ quàm Anabaptiſtæ,qui noſtra ætate in Weſtuallia non modò communem illum conuictum, ſed etiam nouam bonorum omnium,pręter vxorum,quas plures habere licebat,ac veſtium, communionem inuexerant[15], vt mutuam inter ipſos concordiam & amicitiam commodius tuerentur: à qua tamen longiſſimè abfuerunt. C Nam qui rerum omnium communionem admittunt, tãtùm abſunt ab ea, quam ſe tueri poſſe confidunt,ciuium inter ipſos amicitia,vt amor ille mutuus viri & vxoris, parentum etiam erga liberos ac viciſſim liberorum erga parẽtes pietas, denique proximorum inter & affinium mutua charitas penitus extinguatur, ſublato propinquitatis iure quo vinculo nullum ad ciuium concordiam & neceſſitudinem firmius cogitari poteſt.nam quod ames vehementer tuum ſit oportet,& quidem totum tuum: communitas verò per ſe ipſa diſſidiorum ac diſcordiarum parens ab iuriſconſultis merito appellatur[16]. Nec minùs fallunt, qui putant rerum communium maiorem, quàm priuatarum curam fore:cum publica videamus ab omnibus æquè deſeri[17] niſi ex publico rapiant, quod in priuatam vtilitatem conuertatur:Denique amoris & amicitiæ natura eſt huiuſmodi,vt in plures diſperſa perinde vim amittat[18]: vt flumina quæ in riuulos diuiſa nec hoſtes aditu prohibere, nec ferendis nauibus vtiles eſſe poſſunt.Igitur certa familiæ gubernatio vxores,liberos,ſeruos,ac priuatas cuiuſque res tum ab aliorum familiarũ iure, tum etiã ab eo, quod reipublicæ cõmune ſeiungit. Quin etiã in omni republica bene conſtituta præcipuam pupillorum, furioſorum ad prodigorum curam magiſtratus gerere videmus, quia[19] reipublicæ intereſt. ne priuatorum bona diripiantur. ſæpe quoque legibus acquirendarum ac diſtrahendarum, rerum modus & conditio præſcribitur, quia familiarum ac bonorum cuiuſque conſeruatio,cum Reipublicæ cura ac tutela cõiuncta videtur. D

14 Ariſtotel. in polit.

15 Sleidan.

16 l.cum pater §. dulciſſimis. de legat.2.l 2.quando & quibus quarta pars. C. l. in re communi. vrbanorum prædiorum. l. ſanci-mus. §. ſin autẽ. de dona. l.Lucius §. Caius de leg 1.2.ff.

17 l.2.quando & quibus quarta pars.

18 Plato in Mẽnone.Plutar.

19 l j.l.ius dandi. de tutelis.ff.

Ac ta-

Ac tametſi leges omnium cōmunes ſunt, nihil tamē vetat ſua quædam eſſe familiarum ſtatuta, ſuum ius familiare, ac priuatū[20], ab antiquis familiarum principibus, inſtitutum. Exemplum habemus in clariſſima Saxonum gente, quæ plures habet familias priuato quodam iure vtentes, ac planè diuerſo tum ab imperii germanici legibus, tum etiam à communibus Saxonum inſtitutis. Duces item Bauariæ & Palatini comites iure familiari vtuntur, tum in legitima bonorum ſuę gentis ſucceſſione, tum etiam in electoris imperiali munere, quod viciſſim ducibus Bauaricis ac Palatinis auorum inſtituto tribui oportet: quæ iura Bauariæ dux vt renouarentur, ad imperiales Auguſtæ conuentus rogationem ſuperioribus annis tulit.

20 Bartol. [illegible] de iuſtitia. & iu. Bald. in l. cum omnes de epiſcopis. Imola & Cuman in l. 2. de teſtamētis. Andreas ad ſpecul. in titul. de teſtam. § compendioſe & l. fin. l. 2. d. Conſtituta pecunia C. Innocentius in cap. cum acceſſiſſent de conſtitut.

B Iura quoque domeſtica ſunt inter Saxonum & Haſſorum principes, quas Cæſares ipſi Carolus IIII. & Sigiſmundus comprobârunt[21]: quibus inter Auſtriæ ac Bohemiæ gentiles familiari iure cautum erat, vt alterius familiæ deficientis hæreditas alteri accreſceret, vti contigiſſe videmus. Ac ne longius à noſtris diſcedamus, iura familiaria Lauallæ gentis regali diplomate ac Senatus Gallici auctoritate cōprobata videmus, legibus municipalibus ac inſtitutis planè contraria. nam eo iure primogenitos vniuerſam hæreditatem cernere licet ea conditione vt pecunia cohæredibus ſatisfiat, ac Vidi gentile nomen ſtemmatáque pura præ ſe ferre teneatur. Seuerius etiam Rutenorum, Albretorum, ac Balmarum

21 anno 13[illegible] & 1431. Decius conſil. 515.

C gentili iure receptum erat, vt fœminæ ab auorum hæreditate omnino arcerentur, quandiu mares quocūque gradu propinqui extitiſſent: quaſi legem Salicam principibus Allobrogum viitatam in familias ſuas deriuarent. Hæc quidem ſeu familiaria, ſeu gentilia iura ab auis & proauis illarum gentium ac ſui nominis ac familiæ decus perpetua quadam ſerie tuendum originem traxere: quæ quodammodo ferenda ſunt[22] in claris ac illuſtribus familiis. & quidem illa quæ diximus priuata iura non modo familias, ſed res quoque publicas incolumes ab interitu ſępe conſeruârunt. quamobrem prudenter imperiali decreto comitiorum, quæ Auguſtæ coacta ſunt[23] poſt diuturnas bellorum ciuilium clades, gentilia principum iura renouata fuere, ſine quibus imperium illis temporibus præcipiti ruina caſurum videbatur.

22 Bald. in c. j. §. mulier ſi de feudo controuerſia, per cap. j. de filiis natis ad morganaticam.

23 anno 1555.

D Quod quidem ad obſcuras familias pertinere non debet, vt iura publica quantum quidem fieri poſſit omnium communia ſint & eadem. Non enim ſine grauiſſima cauſſa ferendum eſt, vt priuatis familiarum pactis iuri publico[24] derogari poſſit. Neque verò iure familiari ab auis & proauis conſtituto poſteri obligantur, niſi quatenus ipſi præbuerint aſſenſionem. Itaque principes Albretorū ac Lauallæ gentis, inter quas Mommorantia cēſetur, gentilia proauorum iura rebus iudicatis non ita pridem reſcindi curauerunt. Multo minus ſacra familiaria gentiliáue[25] Romanorum inſtitutis probata ferenda ſunt: ne pro familiaribus publica deſerantur, vt Camillus querebatur apud Liuium[26], An, inquit, gētilia ſacra ne in bello quidem intermitti, publica ſacra & Romanos deos etiam in pace deſeri placet? Erat enim lex xij. tabularum his verbis concepta: SACRA PRIVATA PERPE-

24 l. Ius publicū. de pactis. ff.

25 Macrobius in Saturnalib. Cicero.

26 Liuius lib. 5.

TVA PERMANENTO. quam M. Tullius in ſuas leges tranſtulit. Atque hæc de Reipublicæ & familiæ differentia in vniuerſum dicta ſint: nunc de ſingulis familiæ partibus diſſeramus.

*De mariti erga vxorem poteſtate deque mutuis inter ipſos officiis.*

CAPVT. III.

OMNES hominum cætus iure ſociati, ſiue familiæ, ſiue collegia, ſiue vniuerſitates, ſiue Reſpublicæ imperandi ac parendi mutuis officiis continentur, cùm libertas illa, quam nullis aſtrictam legibus vnicuique natura dedit, ſub alterius impe- B
rium ac poteſtatem ſubiungitur. omnis autem poteſtas eſt publica vel priuata: publica aut legibus ſoluta eſt eorum ſcilicet qui ſummum imperii ius habent: aut legibus imminuta, qualis eſt magiſtratuum, qui etiam ſi priuatis imperent, ipſi tamen ſuperiorum imperiis ac legibus tenentur. priuata poteſtas eſt in patrefamilias, aut in corporibus & collegiis, cùm vniuerſi aut maxima pars omnium cæteris imperat. Poteſtas autem domeſtica quadruplex eſt: mariti ſcilicet aduerſus vxorem, patris in filios, domini erga ſeruos, principis familiæ, in famulos mercede conductos. Cùm igitur omnis humanæ ſocietatis legitima gubernatio pendeat ab imperandi ac parendi prudentia, de ſingulis imperii partibus eo, quo propoſuimus, ordine, diſſeramus. Eſt enim naturalis libertas huiuſ- C
modi, vt animus[1] bene à natura informatus imperiũ alterius, poſt Deum immortalem, reiiciat, præterquam ſui ipſius, id eſt rectę rationis, quæ à diuina voluntate per ſe ipſa nunquam aberrat. Rationis autem in cupiditates imperium naturale omnium maximum & antiquiſſimum eſt. prius enim quàm alteri rectè quis imperet, ſibi ipſi imperare condiſcat, vt rationi tribuatur imperium, cupiditati obſequium: ita fiet vt habeat quiſque ſuum. atque hæc iuſtitiæ totius ſumma eſt, hæc virtutum omnium prima ac pulcherrima, quæ cæteras omnes amplexa fouet ac tuetur: ex quo prouerbium Hebręis contritũ: Initia charitatis à ſeipſo quénque ducere oportere, id eſt ſub rationis imperium domitas habere cupiditates hæc naturalis imperii prima lex eſt, vt quidem videmus in ora- D
tione, quam Deus habuit, tum ad primũ omnium[2] matrẽfamilias, tum aduerſus eum, qui primus ſe fraterno parricidio contaminauit[3]. Nam imperium illud: quod Deus Adamo in vxorem dedit, dupliciter interpretor: primùm quidem ac præcipuum eſt rationis in libidinẽ: alterum mariti aduerſus vxorẽ. Eſt enim mens ac pars illa intelligentiæ particeps in homine veluti maritus: cupiditas autẽ quaſi fœmina. prius enim quàm Deus Euam creaſſet de Adamo dictum erat, maſculũ & fœminam creatum eſſe[4]. Quamobrẽ in ſacris literis fœmina pro cupiditate ſæpiſſimè vſurpatur, nunquam tamen ſæpius, quàm apud Salomonem, qui ſic vixit vt amantiſſimus: ſic ſcripſit, vt omnino capitalis fœminarum hoſtis eſſe videatur, cùm tamen omnis illa oratio, tum de materia, tum de cupiditate intelligatur[5]. Sed iſta Theologis ac Philoſophis diſſerantur: id verò,

1 l. libertas. de ſtatu hominum. ff.

2 Geneſ. c. 3.

3 Geneſ. c. 4.

4 Geneſ. c. 1. fine.

5 Rabi Maymõ. lib. 1. nemore aneboquin.

verò, quod huius quæſtionis proprium eſt, de imperio mariti aduerſus vxorem quale ſit, explicandum nobis eſt. Vxoris appellatione iuſtam ac legitimã intelligo, non concubinam, quæ non eſt in cõcubini poteſtate, tametſi Romanis [6] legibus in liberæ mulieris contubernio iuſtum matrimonium ſit, non concubinatus. quæ lex populis omnibus quaſi pernitioſa diſplicuit, ac tacito veluti omnium conſenſu abrogata videtur. Hæc autem poteſtas in vxorem non complectitur ſponſam [7], in quã manus [8] iniicere ſpõſo nõ licet, quod marito ſemper licuit, tum ciuili [9], tum pontificio [10] iure quod ſi ſponſus in ſponſam inuolauerit, ac ei ſtuprum intulerit, capite puniendus eſt. [11] Quid igitur ſi mares ac fœminæ conſenB ſione connubium contractum ſit ante mutuam vtriuſque coniunctionem? id enim iuſtas nuptias lex [12] appellat: ſic tamen ſtatuo non eſſe partum eiuſmodi contractu maritale imperium, niſi maritum vxor ſecuta fuerit, cum Theologorum ac pontificum decretis [13], quorum maxima eſt auctoritas, quoties de iure connubiorum diſputatur, vix vlla nuptiarum ratio habeatur, niſi corporum mutua coniunctione cõtractæ ſint: quod multarum gentium moribus diſertè exceptum eſt, cùm de communicandis vtilitatibus, quæ ex connubio quæſitæ fuerunt, diſputatur. Sed poſt eam, quam diximus, maris ac fœminæ legitimam coniunctionem, vxor eſt in poteſtate mariti, niſi ſeruus fuerit, aut filiusfamilias, qui nullum habent in vxores [14] imperium, ac multo minus in liberos, qui etiam C ſi pater emancipatus ſit, in aui poteſtatem recaſuri ſint. Id autem rationi conſentaneum eſt, ne plura ſint imperia domeſtica, plures domini, quorum alius imperare velit alius imperata facere prohibeat, ex quo familiarum perturbatio ſequeretur. Oportet igitur vxorem ſui iuris, ſi filiofamilias nupſerit, & in ſoceri domum commeârit, vnà cum marito ſoceri poteſtatem ſubire, cæteris rebus ſuæ libertatis iura tueatur. Ac profectò iniquum videtur, quod legibus Romanis [15] cautum eſt, niſi filiafamilias emancipata ſit à patre, etiam ſi deſerta domo paterna mariti domicilium ſequatur, non ſit in mariti, ſed in patris poteſtate futura: quod cum legibus naturæ pugnare videtur, quibus non tantum marito poteſtas in vxorẽ prima ac præcipua eſt, ſed etiam patrifamilias in ſuos: D ac voce diuina [16] iubetur vxor, cæteris omnibus, atque adeo parentibus poſthabitis, ſequi maritum, cui etiam vni ius ac poteſtas lege diuina [17] tribuitur, vt vxoris vota probare poſſit, aut prohibere. Merito itaque lex illa Romanorum antiquata eſt, maximè tamen noſtris moribus [18], quibus paterna poteſtate eximitur filia, quæ marito nupſit. Conſimilis ea lex eſt legi Lacedæmoniorum, vt Plutarchus ſcribit [19] alioqui vxor, paterna poteſtate contempta, mariti ſui iuſſa aſpernaretur. Romani iuris interpretes varias cautiones adhibuerunt, vt euitarent ea, quæ abſurda conſequuntur, ſublata mariti poteſtate, niſi filia emancipata fuiſſet. In eo tamen populorum omnium leges cum diuinis ac naturæ legibus cõueniunt, marito ab vxore obſequium deberi, nec illius iuſſa, ſi modò cum honeſtate non pugnant, repudiari ab vxore debere. vnum inter-

6 l. in liber[illegible] [illegible]. 7 l. 4 de con[illegible] [illegible]. 8 [illegible] 9 [illegible] 10 [illegible] 11 [illegible] in l. [illegible] C. [illegible] mil[illegible] §. qui [illegible] dicat. ac re iud. C. ca[illegible] l. vlt. de libero homin. exhibendo. C. [illegible] ca. ducas [illegible] ca. ſicut. 7. q. [illegible] l. [illegible] de cap. [illegible] C.
12 l. nuptias de reg. i[illegible].
13 cap. debitum. de bigam. Petr. Lombardus in 5. Sententiar. [illegible] 30. & 27. q. 2. [illegible] batias conſil. 2. colum. 7. lib. 4. gl. [illegible] publico ex[illegible] de conu. [illegible] d. comugil. Cornel. conſ. 246. lib. 2. F[illegible] lin. [illegible] tertio loco. de præſumpt.
14 toto tit. quibus. mod. patr. poteſt. in Inſtitut.
15 l. 1. §. 1. de libe[illegible] agnoſcend. ff. l. 1. §. [illegible] l. eum qui § ſi nupta de iniuriis. l. 1. fine & ſequẽti de liberis exhibend. l. 2. §. quod ſi in patris. l. quoties. ſoluto matrimonio. l. nec inter. l. ſi vt proponis. de donat. inter virũ & vxorem. C. l. filium. l. licet de collat. C. l. ſi vxor & ibi Accurſ. Cynus. Bartol. Bald Sal. cet. Albericus de conditionib. inſertis. C.
16 Geneſ. cap. 1.
17 Numer. 3[illegible]. Auguſtin. q. 56 cap. 4. num. cap. voluit 33. q. 5.
18 Faber [illegible] §. 1. in Inſtit. de [illegible] tutel[illegible] ulto Tertul. S. §. 2. quod cum eo qui in aliena. Maſuerius titulo de Iniuriis. [illegible] legitimi.

§. item filia & in titulo de dote. §. item. de conſuetud. 9 In Laconicis. 20 Andre. ad Specul. titul. qui filii ſint legitimi.

pretem[20] ſatis nobilem excipio, qui vxorem mariti legibus ſolutam eſſe
putauit: ſed nec iſtius opinionis ſingularis ac tam abſurdæ rationem at-
tulit vllam nec autoritatem: cùm lege Romilia[21] ius etiam vitæ ac necis
marito tribuatur, ſi vel eam in adulterio deprehendiſſet, vel partum, vel
claues ſuppoſuiſſet, vel vinum bibiſſet. Paulatim legis illius ſeueritas eſt
indulgentia maritali antiquata: adulterii verò pœna proximorum arbi-
trio permiſſa: qui mos etiamnum Tiberii dominatu renouari cæpit[22],
quòd marito propter adulterium vxorem repudiante, vel etiam adulte-
rii conſcio ſcelus inultum relinqueretur, non ſine graui cõtumelia pro-
pinquorũ, qui olim Romanis moribus adulteras capite vel exilio dam-
nabant[23]. Ac tametſi de mariti poteſtate in vxorem plurimũ detractum B
eſſet, nihilominus tamen ex oratione M. Catonis, quam habuit ad po-
pulum pro lege Oppia, perſpicuum eſt, fœminas in perpetua patrum,
maritorum, aut proximorum tutela fuiſſe, vt nullos actus legitimos ſi-
ne auctore facere poſſent. Floruit Cato maior poſt legem Romiliam
annos circiter quingentos & quinquaginta: ducẽteſimo poſt anno ſcri-
pſit Vlpianus tutores fœminis ac pupillis dari conſueuiſſe: at cùm nu-
pſiſſent in manu viri fuiſſe, id eſt, vt ego interpretor, in poteſtate. Quod
ſi quis dicat Vlpianum[24] diuiſiſſe diſputationem de iis qui ſunt in po-
teſtate, ab iis qui ſunt in manu, non propterea ſequitur vxores in pote-
ſtate maritorum non fuiſſe, ſed hoc factum opinor, vt ſignificaret longè
diuerſam eſſe patris in liberos, mariti in vxorem, domini in ſeruos po- C
teſtatem. Quis enim dubitet manus appellatione imperium ac poteſta-
tem ſignificari? nam Hebræis,[25] Græcis[26], tum Latinis ac nobiſipſis vul-
gatum eſt, manum pro imperio ac poteſtate vſurpare. Feſtus vero Pom-
peius[27] vbi de marito vxorem domum ducente ſcribit, verbo manci-
pandi, quod ſeruorum proprium eſt, vtitur: eóque verbo etiamnum
moribus ac legibus noſtris vti conſueuimus, quoties agitur de vxorum
emancipatione. Sed vt planum ſit hanc maritorũ in vxores poteſtatem
omnium populorum æquè fuiſſe communem, exemplis quibuſdam id
cõfirmare placet. Olorus Thraciæ rex Dacos ab hoſtibus victos ad ſem-
piternam ignominiam & contumeliam vxoribus ſeruire compulit[28].
Langobardi verò eandem vitæ ac necis poteſtatem in vxores habuere[29] D
quam veteres Romani, qua etiamnum Baldi temporibus vtebantur[30].
Ac ne longius egrediamur, quis vnquam populus tantam in vxores po-
teſtatem habuit, vt maiores noſtri? Galli, inquit Cæſar[31] in vxores & li-
beros æquè ac in ſeruos vitæ ius ac necis habent: ac ſiquidem vel mini-
ma ſuſpicione teneantur maritos necaſſe, quæſtionibus à proximis tor-
quentur, ac ſine vlla magiſtratuum cognitione damnantur. Nec Roma-
nis[32] tantùm, ſed etiam Maſſilienſibus ac Mileſiis vſitatum fuit vxores
occidere, ſi vinum bibiſſent, vt Theophraſtus ſcriptum reliquit. Vxoris
verò necandæ ius ob adulterij cauſam Græcis omnibus æquè ac Roma-
nis commune fuiſſe tradunt Græci[33] ſcriptores. Nam lex Iulia, quæ pa-
tri filiã in adulterio deprehenſam vnà cum adultero trucidare permiſit,
Auguſti rogatione[34] ad populũ lata eſt annos amplius ſeptingẽtos poſt
legem

20 Andr. ad Spec. titul. qui filij ſint legitimi.
21 Dionyſius Halycarnaſſ. lib. 2.
22 Tacitus lib. 2.
23 Florus cap. 46.
24 In titulis.
25 Gen. 24. Exod. 2. Nume. 11.
26 Xenophon εἰς χεῖρας τῶν ἐχθρῶν ἐλθεῖν.
27 In verbo emancipatum.
28 Inſtin. lib. 32.
29 Rotaris & Luitprandi leges in Legib. Lãgobard. c. 1. & pen. & vlt titulo qualiter mulier liber permiſſ.
30 anno M. CCCXV. Accurſ. & Bald. in l. velles. de reuocãdis donat. C.
31 Cæſar lib. 6. belli Gallici.
32 Dionyſ lib. 2. Plin. lib. 14. c. 13. Valer. de inſtitut. antiquor. Cicero de natura Deorũ. li. 3. & de Repub. lib. 3. Plutarc. in problema. Rom. cap. 6. Arnobius lib. 2. aduerſus gentes. Tertull. in apologetico lib. 6. Gellius lib. 10. c. 23. & Athenæus in dipnoſophiſtis.
33 lib. 2. Lyſias in orat. de Eratoſthenis cæde.
34 l. 1. ad l. Iul. de adul. ff l. marito. l. patri eod.

legem Romiliam. eadem tamen lege quibuſdam perſonis idem quod patri licuiſſe[35] in vxores adulteras, leuiſſima[36] pœna maritum obligante, qui adulteros deprehenſos prçter perſonas legibus exceptas occidiſſent. Sed adulterii pœna legitima non ademit maritis in vxores animaduertendi poteſtatem extra pœnam capitalem, qua maritis interdictum eſt. Tametſi Theodora Iuſtiniani Auguſti vxor, quæ faſces imperii marito ſanè ſtupido ac illiterato principi ademerat, cùm omnia beneficia fœminis aduerſus maritos tribueret, eas etiam adulterii pœna liberauit,[37] infamiæ notam reliquit: æquius erãt Atheniẽſium exemplum imitari qui adulteros, præter infamiam ſacris arcebant.[38] quæ autem infamiæ pœ-
B na legibus irrogari poteſt iis, qui famam proſtitutæ pudicitiæ violarunt? quo fit vt crimen illud, quod lege diuina[39] non modò capitale eſt, ſed etiam lapidatione, pœnarum ferè omnium acerbiſſima[40], coercebatur, pernicioſis[41] moribus propè inultum ſit. At veteres Ægyptij fœminas narium, mares verò pudendorum amputatione ab adulterio reuocabãt, vt ſcribit Diodorus[42]. In cæteris criminibus, quæ morte punienda non veniunt, vxoris caſtigandæ poteſtas maritis omnium[43] conſenſu tribuitur, dum id modicè, aut etiam intra modum fiat. At ne mariti legitima poteſtate aduerſus vxores abuterentur veteribus olim propoſitum erat, de moribus iudicium[44], quod quidem Iuſtiniani lege[45] ſublatum eſt: pecuniaria pœna aduerſus eos decreta, qui repudio cauſam dediſſent:
C maximè ob adulterium & veneficium. qua lege quodammodò antiquata noſtris moribus integrum eſt vxori ob iniurias graues illatas à marito repudium in iure petere. neque enim iniuriarum actio coniugibus inter ſe permitti debet, contrà quàm nonnulli putant[46]. at etiam expilatæ hæreditatis & furti actio coniugibus inter ſe, aut hæredibus alterutrius aduerſus alterum lege[47] prohibetur, propter connubii dignitatem. Iam verò cùm maritalis amor omnes omnium amores & amicitias ſuperare debeat, vt certè Artemidorus ſcripſit: ſic etiam odia quæ radices egerunt inter virum & vxorem, omnium maximè implacabilia iudicantur: vt non minus eleganti quàm vrbano exemplo docuit Leo Bizantinorum ad Athenienſes legatus, quem cùm in concione irriderent
D ob corporis breuitatem, cur, inquit, homuncionem ridetis, cuius vxor tam puſilla eſt vt mariti genua vix attingat? nam etſi anguſtiſſimo cubili continemur, nihilominus tamen cum ira exarſimus vix Bizantij mœnia, quamtumuis ampla ſint, capere vtrunque poſſunt. actioni quidem de pace, quam apud Athenienſes habuit, inſeruiebat cum odia deponere ſuaderet, quæ inter coniuges placari vix poſſunt, ſi alter alteri mortem intentarit. Cui tamen incõmodo prouiſum erat diuina lege quę de repudiis lata eſt, qua populi omnes Aſiæ vtriuſque & Africæ etiamnum vtuntur, vt ſcilicet repudiandæ vxoris ius integrum daretur, ſi vel ei minimum diſplicuiſſet, iis conditionibus ne ſemel repudiatum ad ſe reuocaret, aliam tamen ducere liceret: qua lege nulla ſanctior eſſe poteſt ſiue ad fœminarum ſuperbiam, ſiue ad maritorum iracũdiam coercendam. nam quæ fœmina virorum, adeo cupida, niſi meretrix, nupſerit marito,

35 d.l.maritto
36 l.ii.adulterii § imperatore cod.l.i.: l.l.c. cornel.de ſic.l.c. racchu ..ec d.C. l. ſi maritus. ad l. Sillanian
37 authentica hoc iure de adult.C.
38 Demoſthenes contra Neæram
39 Leuit.20 Daniel.12. Deut 24
40 Rabi Mayn.o lib.3. nemore a-nebóquim.
41 Faber in l. 2. quæ ſit lõga cõſuetud.c. Benedi. in cap. Raynutius. in verbo, cuidam num.63.
42 libro.1.
43 cap.duo..3.q.
4. Accur.in l.& ii § vlt.ad l. Aquil. & in authent. vt liceat matri & auiæ § quia vero. Bal.in l. filius.de patria poteſt. C. & in l.nec patronus. de operis libert.C. & conſil. 176. Panormitan. in cap.& tãmiſſa.de reſtitu.ſpoliat. Bart.in l.iubemus.de repudiis.C.
44 Quintil.lib.7. cap.4. l.5. de pactis dotal. l. viro & vxori. ſoluto matrim.
45 l. vlt. de repud C.
46 Andre.in addit.ad Spec. titulo de iniur. ex l. 2.rerum amotar. C.l.non debet de dolo.l. ſiquis vxor. de furtis. Alexander. in l. diuortio §. ſi fundũ. col.4. ſoluto matri. Ancaran. conſil 408.
47 l. 1. & 2.rerũ amotarum. ff. l. aduerſus. de crimine expilatæ hæreditat.C.

qui ſine iuſta ac probabili cauſa vxorem repudiarit? Quod ſi qui videatur iniquum vxorem non aliam ob cauſam, quàm quia diſpliceat, repudiare licere, non magnopere pugnabo, nec ab eo iure, quo vtimur, propterea diſcedam: nihil tamen pernicioſius mihi videtur, quàm cõiugem, qui repudia quærat, non aliter id impetrare poſſe, quàm cauſa iudicibus probata: nam in eo vertitur exiſtimatio ac dignitas alterutrius, aut etiam vtriuſque, quæ nunquã violaretur ſi diuortii cauſam neuter iudicii probare cogeretur: quod quidem olim & his quoque tẽporibus inter Hebræos fieri ſolet, vt videmus in Hebræorum [48] pandectis: vbi deſcribitur legitimus actus repudii, ac libellus quem Rabi Ieïel Pariſienſis vxori dedit A. D. III. Kal. Nouemb. anno ab Orbis conditione decimo octauo B
ſupra quinquies milleſimum [49]. aliud item exemplum extat in epitome pandectarum Hebraicarum ab iuriſconſulto Maymone [50] deſcriptum apud Chaldæos, vbi Iudex procuratoriis tabulis, quibus maritus coram tribus teſtibus vxorem repudiârat, ſubiici hæc verba: ſine cauſa repudiatum eſſe, facta vtrique matrimonij cum aliis contrahendi poteſtate. Hac enim legis actione mulier, illæſa exiſtimatione alteri nubere poteſt. Ac tametſi apud Athenienſes repudium mittere non liceret, niſi cauſa iudicibus probata, ea res tamen periculi plena bonis omnibus viſa eſt: quod metuens Alcibiades [51] vxorem apud iudices conquerentem palam abripuit & humeris domum extulit. æquius Romani veteres, qui nullam omnino repudii cauſam libello inſerebant: ac ne rogatus quidem Pau- C
lus Æmilius ab amicis cur coniugem caſtiſſimam ac fœcundiſſimam, & quidem patricii ſanguinis ſine cauſa repudiaret, calceum eleganter conſutum oſtendit, ſed qua parte pedem offenderet, præter ſe ſcire neminem. quid ſi cauſa repudii iudicibus probari poſſit? an æquum eſt ad conuictum & ſocietatem omnium, quæ cogitari poſſunt, arctiſſimam adigere coniuges inteſtinis & capitalibus odiis inter ſe diſſidentes? Non exiſtimo: nam inde adulteria, veneficia, parricidia ſequi & magnã partem occultari neceſſe eſt: nam ante repudiorum iura, quæ anno poſt vrbem conditam quingenteſimo à Spurio Caruilio originem acceperunt, vnius vxor in veneficio mariti deprehenſa, ac parricidii damnata ſocias criminis accuſauit, ac mutuis deinde accuſationibus ſeptuaginta quæ D
viros enecârant, ſupplicio affectæ fuerunt. quãtò magis id metuendum, vbi repudia omnino prohibentur? Nam Imperatores tum Græci tum Romani, vt repudiorum frequentiam coercerẽt, eum, cuius culpa repudium contractum eſſet, dotis aut donationis propter nuptias amiſſione [52] coercebant. Anaſtaſius etiam repudium vtriuſque conſenſu impune fieri permiſit [53]: quod ab Iuſtiniano [54] vel potius à Theodora coniuge abrogatum eſt. Vtrum magis expediat reipublicæ, ſatis opinor ex iis, quæ diximus, intelligi poteſt. Sed quæcunque fuerit in tanta rerumpublicarum varietate legum viciſſitudo ſumma tamen omnium conſenſione vxor maritum revereri [55], eíque obſequi debet: ac maritum ne quidem ſine venia magiſtratus licuit in ius vocare [56]. Sed quemadmodum nihil eſt non modo ad familiarum, ſed etiam ad Rerumpublicarum ſalutem ac di-

48 Moſes Cotſi in cap. ברירות, id eſt, abſciſſionis. ſic enim repudiũ vocant.

49 Id eſt anno Chriſti 1240.

50 In cap. נשים idest fœminæ.

51 Plutar. in Alcibiade.

52 l. conſenſu de repud. C. l. vlt. eod. Bald. in l. 1. §. quod ſcimus. de lat. lib. tol. C. Panor. conſi. 328. lib. 4. Iaſ. & Alex. in l. ſi ab hoſtib⁹. ſoluto matrimo.

53 l. ſi conſtante. de repud.

54 authent. quod hodie. de repud.

55 l §. quod autẽ. de rei vxoriæ. C. l. alia §. vbi ſoluto matr.

56 l generaliter. de in ius vocãdo. Decius in l. vlt. eod. ſiue C.

ac dignitatem maius ac melius quam honeſta vxorum erga maritos obſequia tueri, vt Euripides ſcribit: ita non decet maritos hac poteſtatis ſpecie ad vxorum contumeliam & ſeruitutem abuti. quamquam M. Varro ſeruos verbis potius quàm verberibus caſtigari putat oportere: ac multò magis vxorem, quam lex [57] humana ac diuina domus ſociam appellat. Nam cùm Iuppiter apud Homerum [58] Iunonem vxorem increpuiſſet, nec monitis obſequeretur, minas adiicit, non tamen vlterius ad verbera progreditur. Quinetiam Cato quem mulierum hoſtem fuiſſe plerique aiunt vxorẽ percutere ſine [59] ſacrilegio nõ poſſe putabat: ſed mariti ius ac dignitatem ſic tueri ſolebat, vt facilè obſequentem haberet: quod
B fieri nõ poteſt ab iis, quib. nõ ſatis eſt vxorũ ſocios fuiſſe niſi etiã obſequẽtes ſeſe præbuerint. vt tandẽ ſerui pœnæ fiant: id quod in Lacedæmonios olim iactari cõſueuerat [60] quoniam vxores dominas appellabant: Hoc tamen Romanis in ipſius imperii occaſu contigiſſe videmus, non modò priuatis ſed etiam imperatoribus [61] ipſis, qui tandem vna cum domeſtico imperio publicum amiſerunt. Quamquam quæ vxores viris imperare concupiuerunt, conſimiles ſunt iis, qui cæcos ducere, quàm duces optimos ſequi malunt. At lex diuina ipſáque lingua ſacra, quæ nomina rebus indidit ex vniuſcuiuſque natura, maritum Bahal, id eſt dominum, appellat, vt intelligatur imperium penes maritum eſſe. Vt autem viri planè intelligant vxoribus dignitate ac ſapientia præſtare oportere, om-
C nium ferè populorum ac ſuorum conſenſione ſplendor vxoris à viro velut à Sole pendet. nam vxor ignobilis, mariti dignitate nobilitatur [62]: ſi vero fœmina nobilis ignobili nupſerit partam nobilitatem amittit [63]. fuere tamen ac ſunt iis adhuc temporibus nõnulli [64], qui à matribus ſuæ claritatis ac nobilitatis originem ducerẽt, vt apud Lycios, Delphos, Xantios, Ilienſes, Cappadoces, ſiue propter patris incerti originem, ſiue propter amiſſam bello nobilitatem, vt in Campania Gallorum ignobiles mariti ab vxorum nobilium connubio claritatem generis vnà cum liberis adipiſcuntur: vt apud Calecutios Indiæ populos, reges etiamnũ ac patricij, quos Nairas ipſi appellant, vix vnquam ſuos imperij aut bonorum hæredes habent, ſed nobilium [65] fœminarum liberos etiam ſi ſpurij
D fuerint: tametſi Iuriſconſultorum interpretes id nec moribus, nec inſtitutis fieri poſſe putant [66], propter eam, quam dixi, populorum ferè omnium conſenſionem, vt iam olim Herodotus [67] ipſe ſcriptum reliquit: ac propterea æquiſſimum eſſe, vt vxor conditionem [68] patriam [69] familiam [70] domicilium [71] originem denique mariti ſequatur. ac tametſi maritus ſit exul & extorris, eum tamen vxor conſequi tenetur, vt omnes Iuris vtriuſque interpretes tradunt [72]. Ita quoque omnium actionum, quæ vxori conceduntur, maritus arbiter eſt, ac prædiis omnibus vxoris ſuo iure vti frui [73] poteſt, nec iudicio ſiſti debet vxor ſine auctoritate mariti, aut certè ſine venia iudicis, qui auctoritatem præſtet, abſente aut reſpuente marito. quæ certiſſima ſunt argumenta, quibus intelligi facilè poteſt marito aduerſus vxorem ius, imperium, poteſtatem, auctorita-

57 l. aduer[illegible] de crimine [illegible] hæredit. C.
58 lib. 1 Iliad. ſ.
59 Plutar. in Catone Cenſorio.
60 Plutar. in Laconic. Ariſt. lib. 2 polit.
61 Tranquil. in Claudio. l. vxorẽ de leg. 3 l. Titia §. qui marito. de annuis leg. l. vlt. § vxorem. de auro & argento.
62 l. fœminæ de ſenator. ff. l. cum te. l. vlt. de nup. l. vlt. de incolis. C. Bartol. Fulgo caſtrenſ. in l. 2 de verb. ſignifi. Guido Pap. conſ. 217 & deciſ. delph. 196 349. 379.
63 Bart. in l. 1. de dignitat. C. caſtrenſis in d. l. vlt. de verb. ſignific. Cornel. conſi 55. col. 4. l. b. 1. & cõſil 26. lib 4.
64 l. 3. ad municip. Plutarch. de claris mulier.
65 In hiſtoria Indorum.
66 Platea Bartol Angel. in l exemplo de decurion. C Bart. conſi. 57 Benedic. in cap. Raynutius, nu. 15. Aretin. & Felin. in cap. ſuper eo. de teſt. b.
67 lib. 3 Bald in l. vlt. de ſeruis fugit. C.
68 l. fœminæ. de ſenator.
69 Accur. Bartol. Angel. Platea. in l. ciues, de Incolis C. Bal. conſil. 139 l. b. 5
70 l. quicunque de re militari. C. Corne conſil 41 col vlt. lib 1.
71 l. cum quædã de iuri d. c. l. exigere. de iudic. l. ea quæ. l. vlt. ad municipal ff.
72 Bal. conſil. 331. col 2. lib. 1. & cõſ. 411. lib. 1. Odofr. in l. 1. de vxori. milit. C. cuneus & Alberic. in l. obſeruare. de offic. procõſul. Bal. Rom. Ang. Alex. in l. ſi cũ dotem §. ſi maritus. ſoluto Innoc. hoſtiẽſis Panorm. Anton. Cardin. vterque in cap. de illis de ſpõſa & in cap. 1. de cõiugiis leproſ.
73 l. in rebus, de iure dot. C. l. ſiego. §. dotis eo.

tem iure diuino & humano conceſſam fuiſſe. ſatis etiam cognitum quatenus quóque modo vxores debeāt obſequia & officia ſua præſtare maritis.non dubito in contrahendis nuptiis vxores aliquando ſtipulari cōſueuiſſe,ne maritorum poteſtati ſubiiciantur: quæ pacta conuenta quoniam cum legibus diuinis & humanis & cum honeſtate omnino pugnant, ferenda non ſunt, nec ſi iureiurando ſancita fuerint ſeruāda:cùm nec eo iureiurando quiſquam poſſit obligari[74].

[74] l.Iuriſgētium. §. ſi plagii. de pactis.l.generaliter. de verborū obligat.ff.

*De patria poteſtate,& an æquum ſit patrem vitæ ius ac necis in liberos habere.*

## CAPVT. IIII.

B

RECTA diſciplina patris ac liberorum pēdet à patria poteſtate,quam vel natura, vel Deus ipſe naturæ parēs optimus maximus vnicuique in liberos dedit : vel ipſa lex in eos quos quiſque ſibi adoptant. Poteſtatis verbum commune eſt omnium, quibus imperādi ius eſt ſeu publicè ſeu priuatim. Princeps,inquit,Seneca in ſubditos poteſtatem habet, magiſtratus in priuatos,pater in liberos, magiſter in diſcipulos, imperator in milites, dominus in ſeruos. Ex iis tamen omnibus imperandi ius ac poteſtas eſt à natura nemini tributa præterquam patri, quæ vera eſt Dei præpotentis ac maximi rerum omnium parentis imago ac ſimulacrum. Et quidem Plato cum leges,quæ ad Dei cultum pertinent,quibuſdam capitibus complecteretur,præfari ſe dixit,de cultu liberorum erga parentes,quibus hoc ſpirabile cælum vitámque debet acceptam ferre. Et quemadmodum pater filios educare & honeſtis artibus erudire tenetur : ita liberi,cùm per ætatem vim ac robur adepti fuerint, parentes amare ac reuereri,eóſque alere ac ſuſtentare debēt & modis omnibus ſeſe illis obſequētes præbere:ac ſi vllū dedecus, vlla infamia in parentibus ineſſe videatur,eā modis omnibus occultare ac tegere: denique pro tuēda parentū ſalute ſuā periculis omnibus opponere.Quæ obligatio eſt à natura mentibus & animis vniuſcuiuſque noſtrum inſita,& quæ partam executionem habet:cuius rei nullum argumētum maius eſſe poteſt, quàm prima lex ſecundę tabulæ, quæ ſola ex omnibus decalogi legibus præmium liberis proponit, qui parentes cultu proſequūtur[1]:tametſi officio nulla merces debetur[2] : eóq; minùs debetur, quòd nullum eſt in omnibus tum diuinis[3], tum humanis ſanctius edictum : nec vlla execratio maior in ſacris libris, quàm aduerſus eum,qui ad malè tecta patris[4] pudenda ſcelaratè arriſiſſet. Neque mirum,ſi contētiones ac certamina filiorum inter ſe legimus in ſacris literis,pro parentum fauſta precatione adipiſcenda ac[5] præripiēda, vt qui execrationem paternam ipſa morte ducerent acerbiorem. Quid Torquati filius? num ſibi[6] necem intulit quod pater illum à ſe abdicârat? Quid Plato?qui patrum execrationes ac vota iubet attēdi,quaſi nihil ſit, quod à præpotente Deo efficacius exaudiatur? Quod ſi tanta eſt liberorum erga parentes officiorum obligatio,quibus ſuppliciis dignos exiſtimare debemus,qui aduerſus eos contumaces ſunt,ac iniurioſi? Quæ pœnarum

C

D

[1] Exodi.22. Deutero.5.
[2] Deutero.11. ac 22.l.1. mandati.ff.
[3] Ezechiel.22.
[4] Geneſ.7.
[5] Geneſ.27.
[6] Valer. Max. lib.22.

narium acerbitas ſufficiat, qui iiſdem manus intulerint: nam aduerſus parricidas, qui parentem necauiſſent, nullis vnquam legibus ſuplicia ſatis magna proponi, aut ab ipſis legumlatoribus excogitari potuerunt: etiam ſi lege Pompeia[7] ſuplicium magis nouum ac inuſitatum, quàm tanto ſcelere dignum decernatur. Vidimus ætate noſtra Torquetum, qui parentem necari iuſſerat: ardenti forcipe lacerari, deinde rotę obligatum trabe ferrea contundi, poſtea viuum adhuc ac ſpirantem flammis vltricibus abſumi: nemo tamen extitit qui parricidam non iudicaret execratione magis quàm commiſeratione dignũ. Et certè laudabilis eſt illa vox Solonis[8], qui cùm leges Athenienſibus ſcripſiſſet, rogatus cur
B nullam in eum, qui parentem necaret, pœnam decreuiſſet, reſpondit neminem adeo deteſtabilem fore, quem id facturum putaret. ſapienter ille quidem, cùm de eo ſcelere nihil ſanciret, quod antea inauditum erat, ne non tam prohibere, quàm admonere videretur. Sed cum execrabile ſcelus eſt, nec tamen incognitum, optimus legiſlator ita de eo ſancire debet, vt nec planè digito deſignari ac doceri, nec obliuione tacita prætermiſſum eſſe videatur, ſed quibuſdam velut conſimilium criminum appendicibus ac pœnis propoſitis conſceleratos oportet ab immanibus flagitiis deterrere. nam lege diuina nullum ſupliciũ in eos decretum eſt, qui parentes violaſſent, ac ne in eos quidem qui occidiſſent, quemadmodum capitale ſuplicium lege Seruia propoſitum eſt iis, qui
C parentem verberaſſent. His enim verbis concepta[9] lex eſt: SI PARENTEM PVER VERBERIT, AST OLLE PLORASSIT: PVER DIVIS SACER ESTO: ſed lege diuina tributa parentibus poteſtas eſt in filios erga ſe rebelles lapidibus obruendi. modò id fiat præſente magiſtratu, cui nulla eius rei cognitio aut iuriſdictio datur: quod ideo decretum eſt ne pater iracundia percitus latenter filium occidat: vt quidam in venatione à patre cęſus eſt, cuius vxori ſtuprũ intulerat: quod cùm intellexiſſet Adrianus[10] Auguſtus, non eſt hoc, inquit, parentis ſed latronis in modum necare: quia pœnarum fructus omnium maximus pertinet ad exẽplum: altero capite diuinę legis cauetur, vt qui parentibus conuicium fecerit, capitali pœna teneatur: eáque non parẽtibus ſed magiſtratibus ipſis co-
D gnitio datur, ne ſcelus inultum ſit. tanta eſt enim parentum erga liberos pietas, tantus amor, vt nunquam iudicibus de filiorum capite ſtatuere, ſi poſſint, permittant, etiam ſi ab illis letalia vulnera accipiant: vt non ita pridem contigit[11]. apud nos patrem à filio, quem leuiter caſtigare vellet, letale vulnus accipere: pater metuens ne filius à magiſtratu comprehenſus capite lueret, ad extremum vſque ſpiritum cohortari non deſtitit, vt fuga ſaluti ſuæ conſuleret. Iudices comprehenſum & confitentem pedibus è ſublimi trabe aliquandiu pendere graui ſaxo ad collum alligato, deinde viuum flammis comburi iuſſerunt. Ac paulo antè in agro Toloſatum mater quædam omnes filij contumelias, verbera, iniurias prius perpeti maluit, quàm acccuſare filium apud iudicem, qui ad extremum re turpiſſima cõmotus, quod ſcilicet filius in matris cibarium ventrem exoneráſſet, pecunia mulctatum relegauit: qui cùm prouocaſſet ad cu-

7 L. 1. [illegible] Pompeiam ff.

8 Cicero pro Roſcio Amerino

9 Feſtus Põpeius interpretatur capitale ſuppliciũ irrogandum vt lacrimæ vox & clamor meritũ dolorem teſtificentur

10 L. diuus ad l. Põpeiam de parricid.

11 M.D.LXV Caſtilione.

riam Toloſatem iudices iniquè iudicatum reſciderunt, hominem perditum viuum cremari iuſſerunt, matre miſerrima querelis legum ac iudiciorum atrocitatem incuſante commiſerationem iudicum nequiquam implorante. At Seneca vbi agit de patris erga filium caſtigatione & eiectione: Quàm difficile eſt, inquit, patri membra ſua ſibi amputare! quæ ſuſpiria ducit ſecando! quoties amputata luget! quoties eadem reſtituere conatur! Hæc omnia eò pertinent, vt planè intelligatur ius vitæ ac necis in liberos patribus pernicioſo exemplo ademptum reſtitui oportere: ídque tum diuina, tum naturæ lege omnium antiquiſſima iubente, qua Perſarum & ſuperioris Aſiæ populos, Hebræos, Romanos, Celtas quondam vſos eſſe videmus. Eadem lex Indorum omnium, qui B ſunt ad occaſum communis fuiſſe dicitur, priuſquam Hiſpani nouas leges dediſſent. alioqui nullus iam virtutibus, nullus in poſterum honeſtati publicæ locus relinquetur. Fallit enim Iuſtinianus[12] Auguſtus, qui nullos omnino populos præter Romanos tantam in filios poteſtatem habuiſſe putat. extat lex[13] diuina, quæ populis omnibus ſacroſancta debet eſſe, extant Græcorum & Latinorum monimenta, quibus ſatis intelligitur Hebræos Celtas & Perſas[14] eadem poteſtate qua Romanos vti conſueuiſſe[15]. Galli, inquit Cæſar, poteſtatem vitæ ac necis in vxores & liberos æquè ac in ſeruos habent. ac tametſi lege Romilia poteſtas vxoris necandæ quatuor ex cauſis tantum tribueretur: nihilo minus eadem lege patri data poteſtas eſt liberos necandi nulla conditione aut exceptione ſubiecta: nec filiofamilias quicquam ſibi habere aut acquirere C permiſſum, ſed patri quocunque modo quæſita[16] bona fuiſſent. eadem poteſtas in adoptiuos filios adoptanti patri data[17] eſt. & quoniam decemuiri legibus ferendis imperium illud vitæ ac necis in liberos vniuerſæ reipublicæ vehementer vtile eſſe iudicabant legibus duodecim tabularum ſanctius ac ſeuerius confirmàrunt, & patri filios vendere permiſerunt: quod ſi ſeipſos in libertatem vindicarent, aut ab emptoribus manumitterentur, iterum ac tertiò venum dari poſſe voluerunt[18] quæ lex Indorum nationibus, quæ poſitæ ſunt ad occaſum, communis fuiſſe dicitur[19]. Apud Moſcouitas & Tartaros, quos veteres Scythas Aſiaticos vocabant, quater filium vendere etiamnum parenti licet. Hoc iure D patriæ poteſtatis Romanam Rempublicam diutiſſimè ſtetiſſe, & ab interitu ſæpius ſeruatam fuiſſe conſtat, cùm patres de roſtris liberos ſeditioſas leges promulgantes deiicerent: vt quidem Caſſius filium legem agrariam ad tuenda populi commoda ferētem de comitio præcipitem, ſpectante populo Romano, diſturbauit, deinde familiari iudicio damnatum neci dedit, attonitis nequicquam ciuibus: cum & magiſtratus & viatores patriæ poteſtati obſiſtere nefas eſſe ducerent. Quod ſatis eſt argumenti non modò ſacram fuiſſe patriam poteſtatem, ſed etiam patri iure vel iniuria filium occidere contra magiſtratuum ac populi volūtates licuiſſe. Nam cùm Pomponius Tribunus pl. Torquatum coram populo tum variis ex cauſis accuſaret, tum etiam quereretur quod opere ruſtico filium nimis prægrauaret: filius Tribunum adhuc decumbētem ab accu-

12 in titut. de patria poteſt. in Inſtitut.

13 Deuter. c. 21.

14 Ariſtot. in polit.

15 l. in ſuis. de liberis & poſt.

16 l. placuit de acquirenda hęre.

17 Gellius lib. 15. c. 19.

18 Vlpian. in tit. ad legē duodecim tab. fert.

19 Hiſtoria Indor.

ab accuſatione patris deſiſtere, ſica faucibus ſuppoſita, ac iureiurando exacto, coegit. Tribunus cum in concionem rediiſſet, ne cum reo Torquato præuaricari crederetur, iuſiurandum vi extortum excuſauit. Itaque populus, re intellecta, quæſtionem aboleri mandauit. quo certè argumento ſatis intelligitur ius patriæ poteſtatis ſanctius fuiſſe legibus ſacratis, quibus caput illius Ioui ſacrum erat, qui vel ſacroſanctum[20] tribuni corpus tetigiſſet. Sic enim iudicabant imperium illud domeſticum, pietatis, honeſtatis, ac virtutum omnium, quibus Reſpublica florere debet, firmiſſimum eſſe fundamentum. Nec mirum ſi rariſſima illa pietatis erga parẽtes exempla in Romanorum antiquitatibus videamus, quæ
B nuſquam alibi leguntur. Vnum quidem protulimus: alterum eiuſmodi eſt, vt eo pictores ad hæc vſque tempora ſuas tabulas exornare ſoleant: ſcilicet pietas filiæ erga patrem capitis damnatum, quem cùm inedia per leges mori oporteret, filia patri famelico vbera ſugenda clam obtuliſſe deprehẽſa eſt, & eo loco Pietati templum ad ſempiternam memoriam conſecratum. Quanquam beſtiæ ipſæ rationis expertes pietatem iſtam colunt, ac parentibus ſenio fractis, alimenta præbere deprehenduntur: maximè tamen omnium ciconia, quæ ob inſitam naturæ pietatem Chaſida vocatur Hebræis[21], qui penè ſoli nomina rebus naturæ cuiuſque congruentibus indiderunt. Ac tametſi pater virtutibus ac potiſſimum Dei metu liberos erudire tenetur: non tamen ſi pater officium de-
C ſeruit ſuum, liberi excuſantur. Eſt enim contra officium, quod legiſlator Solon filium ab educatione parentum excuſauit, ſi nullam ab iis artem didiciſſet. At recta puerorum inſtitutio, qua nihil in Reſpublica vtilius ac melius cogitari poteſt, ab ea, quam dixi, patria poteſtate deriuatur. Nullam enim cognitionem ſuſcipiunt magiſtratus, quod liberi parentum iuſſa contemnant, quod aſpernantur, quod irrident: neque iudicia conſtituuntur aduerſus filios aleatores, ebrioſos, alienæ pudicitiæ conſtupratores: & vt ſint iudicia peccatis huiuſmodi conſtituta nihilominus tamen quia parentes exiſtimationi ac dignitati ſuæ conſuli volunt, filios apud magiſtratum nunquam deferunt, nunquam accuſant. Ita fit, vt liberi ſublato parentum metu ſæpius eludant magiſtratuum iudicia,
D quæ ferè in ſeruos tantum & extremæ conditionis homines comparata videmus. At fieri nullo modo poteſt, vt malè iactis Reipublicæ fundamentis, id eſt educatione liberorum, ac familiarum quicquam quod firmum ac ſtabile futurum ſit ſuperexſtruatur. Iam verò contentiones, diſſidia, lites, quæ fratribus inter ipſos intercedere videmus, viuo ac ſpirante patre facilè dirimebantur: quia patriam poteſtatem connubia non minuebant. ac tametſi filios aliquando pater emanciparet, quod pro magno beneficio virtuti liberorum tribui ſolebat, nihilominus paternã reuerentiæ veſtigia in liberorum animis ac mentibus perpetuo impreſſa exſtabant. Quid eſt igitur quamobrem miremur tot litibus ac iudiciis magiſtratus impediri, quæ iudicia ferè ſemper feruntur virum inter & vxorem, parentes ac liberos, fratres ac ſorores: quoniam vxor, liberi, ſerui domeſtica veterum poteſtate ſoluti ſunt. Itaque mirum videri non

20 Dionyſ. Halycarnaſſæus lib. 7. & Liuius lib. 3.

21 Leuit. 11. Iob. cap. 38. Græci ab Hebræis accepta vi naturæ ἀντιπέλαργον appellant.

debet, ſi patria poteſtate ſublata, decus Romanorum ac nobilitata virtus vna cum magiſtratuum ac legum metu repullulantibus vndique vitiis ante imperij occaſum extincta fuiſſe videatur. Prima labes & patribus eripiendæ poteſtatis origo à magiſtratuum ambitioſis decretis manauit: nam cum amplificandæ iuriſdictionis cauſſa rerum omnium cognitionem iudices ad ſe paulatim pertraherēt, imperia domeſtica conquieuerunt: id quod potiſſimum contigit poſt Auguſti Cæſaris occaſum, quo tempore magiſtratus in parricidarum iudiciis conſtituendis ferè ſemper occupatos fuiſſe legimus. Hac enim oratione ad Neronem vtitur Seneca [22], Plures, inquit, parricidas patris tui principatu condemnari vidimus, quàm vllis ætatibus ab Vrbe condita delati fuiſſent. B At nemini dubium eſt in eam rem penitus intuenti, ſi vnus aut alter parricidij accuſatus ſit, decem euadere humana ſuplicia conſueuiſſe: cùm parentum ſalus ac vita mille periculis ſubiaceat, niſi metu numinis ac naturæ bonitate in officio liberi contineantur. Nec debet mirum cuiquam videri, ſi Nero matrem bis necari iuſſerit, nec cæſam luxerit. Cauſam Seneca non ſubiecit, quoniam ſcilicet illis temporibus patrem apud iudices filios accuſare oportuit [23] contra morem maiorum. Nam Ciceronis ætate Q. Fuluius capitale de filio ſuplicium ſumpſit, quòd Catilinæ [24] coniuratos ſecutus eſſet. Tarius verò Senator de filio parricidij quæſtionem habiturus Auguſtum ad ſe vocauit, qui cū eo veniſſet non iudicem ſe tulit, aut iudicis locum, inquit, Seneca occupauit, ſed priuati, C vt qui ad conſilium alterius veniſſet. Quinetiam lege Pompeia quæ in parricidas lata eſt, proximi quique pœna [25] legis obligantur, præter patrem. Vlpiani tamen ac Pauli Iuriſconſulti ætate patria poteſtas vitæ ac necis obliuione quodammodo ſepulta iacebat: cùm alter [26] filium apud iudices à patre accuſandum ſcribat: alter filios à patre exhæredatos non iure conqueri, cùm olim, inquit, illos occidere [27] liceret. Vterque floruit eadem Alexandri Seueri ætate. nulla tamen lex eſt quæ patri ius vitæ ac necis ademerit, ante Conſtantini Cæſaris principatum [28]: nec tamen lex illa Conſtātini leges antiquas diſertè abrogauit: cùm paulò antè Diocletianus [29] reſcripſiſſet magiſtratus in iudicio filiorum patris voluntatem ſequi oportere. Id autem iure ipſo conſtat inueterata conſue- D tudine legem [30] antiquari non poſſe, niſi contraria lege ac ſingulari derogatione ſublata fuerit: ſed vim ſuam retinere, & in vſum reuocari poſſe: vt pleraſque leges duodecim tabularum diuturna vetuſtate antiquatas noua lege abrogari neceſſe fuit, id quod factum eſt Æbutia rogatione [31]: cuius temporibus vitæ ac necis poteſtas filios adhuc in officio continebat. Sed cùm filij paternum illud iugum paulatim excuſſiſſent, Conſtanſtini dominatu, illud etiam ab eo extorſerunt, vt hæreditatis maternæ pater vſumfructum, ipſi proprietatem haberent, quam alienare patri non liceret [32]. deinde à Theodoſio iuniore efflagitarunt vt bonorum omnium vndecunque obueniſſent proprietas [33] ad filios pertineret, patri tantùm vſufructu relicto: at ne moribus quidem noſtris talium bonorum vſusfructus, ſed ne vſus quidem relictus eſt. quo fit vt liberi

22 lib. 1. de clementia.

23 l. inauditum ad l. Cornel. de ſicar.

24 Saluſtius in bello Catilin.

25 l. dat. l. Pompeiam parricid. ff.

26 Vlpian. l. inauditu ad l. Cornel. de ſicar.

27 Paulus l. in ſuis. de liberis & poſthu..

28 l. 1. de emēdat. propinquor.

29 l. ſi filius. de patria pote. C.

30 l 2. quę ſit lōga conſuet. C.

31 Gellius lib. 20.

32 l. 1. de bonis maternis. C.

33 l cum oportet de bonis quæ liberis. C.

beri parentibus egeſtate afflictis obedire, eiſque inſeruire cogantur aut fame interire. quinetiam Iuſtinianus noluit à patre filios ſine ipſorum conſenſu emancipari[34] poſſe, id eſt, ſine donatione quam pater filio largiri deberet: cùm tamen olim emancipatio pietatis & officij erga parentes præmium eſſet. Inde turpis illa emancipationis mercatura inter patres ac liberos, vt quæ pater in præmium emancipationis putà militiæ coemendæ cauſa filio donaret, id nec cum fratribus conferre aut communicare[35], nec eo minus de paterna hæreditate decerpere teneretur, niſi idipſum emancipationis actu legitimo comprehenſum[36] fuiſſet: quo iure adhuc vtuntur apud nos ij, qui ſanctiones Romanorum pro legibus habent.
B Quod ſi filius quæſtuoſam artem didicerit, aut vberem exerceat mercaturam, patri emancipanti donat aliquid legitimę ſucceſſionis iure, ne de filij præmorientis[37] hæreditate quicquam delibare poſſit, etiam ſi in emancipando filio caueatur, ne donatio patri ſuperſtiti fraudi ſit quominus filio præmoriente, hæreditatis legitimæ ius integrum conſequatur: placuit tamen hoc quicquid eſt quod patri donatur, pro legitima donatum cenſeri[38]. Ita fit parentũ deterior conditio quàm liberorum, qui tamen diuinis & naturæ legibus parentes alere, aut certè mutuam[39] alimentorum vicem rependere tenentur. lege quidem Romilia parentes ad annum vſque ſeptimum liberos educare iubentur: ac tametſi vlteriùs iuriſconſulti progrediuntur, nihilominus tamen vt pla-
C num ſit liberis à parentibus alimenta non deberi, nullis vnquam legibus permiſſum eſt liberis actione parentes ad alimenta conſequẽda prouocare, ſed ſiplici rogatione[40] impetrata venia magiſtratus. At etiam patria poteſtate, vel potius patriæ poteſtatis vmbra ſoluti ſunt[41] à Iuſtiniano Patricij, Conſules, Pontifices, monachi. at etiam quibus in prouinciis lege municipali vtimur, etiam patriæ poteſtatis vmbra illa quam diximus, eximuntur qui vxorem duxerunt: & qui decennium paterna domo abfuerũt. Inde illud ab interpretib. Iuriſconſultorum vſurpatum, Francos patriæ poteſtati ſubditos non[42] eſſe. quod quidem Accurſij ætate fuiſſe & his quoque temporibus verum eſſe conſtat, nec aliud reſtare quàm patris auctoritatem ad obeundos legitimos actus. & prædio-
D rum gentilium, quæ pater ipſe vendiderit, redemptionem: aut hæreditatis adeundæ, aut mercaturæ exercendæ cauſa: tum enim Iudices rogante patre filios emancipare conſueuerunt. Sed fruſtra Philippus Valeſius Rex Francorum Ioannem filium emancipauit[43] vt ei Normaniæ prouinciã dono daret, ac inutiles ſunt apud nos ob eam cauſam factæ emancipationes, cùm neque is, qui donat, neque is, cui quid dono datur, iure ciuili Romanorum teneantur. Ad eum modum ſpoliatis patria poteſtate parentibus quæſitum eſt, & adhuc quæritur à nonnullis, an filius patri vim inferenti obſiſtere, aut illatam iniuriam propulſare iure poſſit. Nec defuerunt, qui filium id iure facere poſſe arbitrarentur: quaſi nihil interſit vtrum pater, an quiuis alius vim inferat. Quod ſi miles qui vitem imperatoris ſe iure vel iniuria verberantis confregiſſet capitale meruit ſuplicium[44], qua pœna dignus eſt qui patri manus intẽtarit? Quin-

34 l. Iubemus. de emancip. C. Nouel. quibus modis naturales. § generaliter coll. 7. l. cum in adoptiuo § 1. de adopt. C.

35 l. 1. §. nec caſtrẽſis, de collatione bonor. l. 1. de caſtrenſi pecul. C. l fori. l aduocati. de aduocatis diuerſor. iudicior. C.

36 l ſi quando §. generaliter. de inoffi. teſta. C. l. ſ[illegible]to. de legat. 2. l etiam §. ſi debitor. de Lo[illegible] liber & l. ſi non de inoff. c. teſtam. C.

37 l 1 § ſi parens. [illegible] a parente [illegible]

38 ſic Bald. in l. illud. de collat. & Iaco. Are[illegible] in l. vt liberi. eod. C. Oldrad. & Nicolaus de Martil. eod. Iacobus Butrig. in l. ſcimus. de inoff. teſta. C. Alexand. conſil. 241 lib. 2.

39 cum relatorũ ſit eadem ratio l. vlt. de Indicta viduitate. C. l vlt. de except. § 1. de Conſul[illegible]b.

40 l. ſi quis à liberis § ſi vel parens. de liberis agnoſc. ff. l. de alimentis. de tranſac. C. Alexã. li. 6. conſil 88. poſt principium.

41 Accurſ. in l. ſi ex cauſa §. Papin. de minor. Bartol. Angel. Alexand. ad Bart. Ludouic. Bolognin. in authẽt. ingreſſi. Alberic. eod. Alexã. Iaſ. Roman. in l. ſub cõditione de liberis & poſth.

42 Accurſ. in tit. de patria poteſt. § vlt. de inſtitut. Bald. in cap. 1. §. ſi dono. de matr. de nouo benefic.

43 anno. 1331. Feb. 17.

44 l. milites. §. ſi vitẽ de re milit. nã vitibus cædebãtur milites, inquit Plin.

45 Bart. in l. ſi adulterium. §. liberto. de adult. Angel. & Aretin. & Imol. in l. triticũ de verborũ obligat. Salicet. in l. 1. de iis qui parentes C. ex l. minimè de religioſis & ſumptibus, Panormit. conſi. 104. lib. 1.

etiam literis proditum eſt à quibuſdam [45] parentes Reipublicæ hoſtes
occidere licere. Ego verò ſic ſtatuo non modò id licere nemini, ſed ne
ſcribi quidem ſine impietate potuiſſe: quia parricidis nõ ſolum veniam
iſti proponunt, ſed etiam licentiam reliquis id audendi tribuunt, eóſque
vltro ad necem paternam ſpecie publicæ vtilitatis inuitant. Nullum e-
nim tantum ſcelus à patre admitti poteſt, quod ſit parricidio vindican-
dum. Quæ diſciplinæ ſi ſibi conſentiant, quàm multi parentes Reipu-
blicæ hoſtes reperiantur! Qui pater bello ciuili manus filiorum euadere
poſſit? tunc enim victores victis leges dicere, & quoſcunque collibuit
hoſtes Reipublicæ iudicare conſueuerunt. In reliquis bellorum generi-
bus perduelles etiam iudicantur non modò ij, qui hoſtibus opem con- B
ſiliúmue dederunt: ſed etiam ij, qui arma, qui fruméta, qui res ad victum
neceſſarias vendiderunt: vt Anglorum legibus primo capite maieſtatis
ac perduellionis reus eſt, quiſquis hoſti quoquo modo opem tulit. quæ
maieſtatis capita non video ab his interpretibus Romani iuris diſtingui.
At ex his diſciplinis quæ intimos omnium ſenſus & animos peruaſerũt,
id accidit, quod ne poſteritati quidem credibile videbitur, exulem Ve-
netum patris eodem exilio damnati caput amputaſſe, ac Venetias alla-
tum, etiam parricidii crudeliſſimi honores ac præmia Venetorum legi-

46 in ſtatutis Venetorũ, & edicto Mediolani 1564.

bus [46] propoſita, ſcilicet reditum in patriam, bona, liberos, iura ciuitatis
adempta popoſciſſe, & obtinuiſſe. At forſitam præſtaret vrbem Vene-
torum aquarum voragine prius abſorberi, quàm tanti ſceleris immani- C
tati præmia dediſſe. Henricus II. rex Francorum æquo animo tulit Ma-
ximiliani regis Romanorum excuſationes, quãquam minus legitimas,
quòd ſecuritatem publicam ſuis legatis dare noluiſſet, atque in eo ipſo
gentium iura violari confitebatur, ſed naturæ iura excuſabat, ſeque quò
minus id faceret à patre Ferdinando prohiberi. Quòd ſi iura gentium
violari æquius eſt, quàm patri prohibenti non parere, quæ paterni par-
ricidij excuſatio iuſta quæri poteſt? Sic igitur ſtatuo iuſtam cauſam nul-
lam eſſe, qua parentibus vim liceat intentare. Ac tametſi parricidium il-
lud turbe, turpius etiam parricidij præmium ſit: omnium tamen turpiſ-
ſimum eſt, quòd his propoſitis præmijs paternæ cedis, nec fratres à cede
fraterna, nec proximi inter ſe à mutuis parricidiis tuti eſſe potuerunt. Et D
certè Sampetra Corſicus noſtra ætate à conſobrino cui propinquitatis
iure coniunctiſſimus erat, cæſus eſt, eíque decem aureorum millia quæ
tributim Senatus populúſque Genuenſis imperari iuſſerat, dono data
fuere. Quanto melius Cicero, qui quæſtiones illas ab Antiocho & An-

47 l. non omnes de re milit.

48 l. humilem, & authent. ex complexu. de inceſtis. C. Bart. in l. ſuggeſtio. de verbor. ſignific. C. Alex. conſil. 60. lib. 2. Guid Pap. quæſt. Delph. 80. Afflic. deciſ. 165. Bart. in l. ſi vt proponis de dignitat. C.

tipatro diſceptatas reticentia quadam quaſi lubricum ac præcipitem lo-
cum tranſilire quàm attingere tutius eſſe putauit? Quamquam lex ipſa
Romanorum vllum præmium exulibus latronum necandorum cauſa
dari vetuit [47]: tametſi Adrianus Auguſtus exuli, qui latronem occidiſſet,
ignoſcendum putauit. Hæc igitur mea concluſio eſt, principes ac legiſ-
latores patriam poteſtatẽ diuina lege metiri oportere: ſeu legitimi libe-
ri, ſeu naturales, dum tamen ex inceſtu concepti non ſunt, à quib. diuinæ
& humanæ leges ſemper [48] abhorruerunt, Quod ſi quis obiiciat pericu-
lum

lum eſſe ne furioſus aut prodigus filiorum bonis ac vita patriæ poteſtatis ſpecie abutantur, huic repondēdum eſt, curatores furioſis ac prodigis dari, & in liberos poteſtatem, quam in ſe ipſos non habent, adimi conſueſſe. Si verò pater ſapit, aut ſi furore non torquetur, nūquam ſine cauſa filium necabit, cùm ne merentem quidem caſtigare velit. Tantus eſt enim parentum erga liberos amor, tanta pietas, vt nihil in liberos turpiter, nihil indecorè moliri, ſed iuſtè ac vtiliter conſilia pro liberis capere cenſeantur[49]. Itaque fraus omnis in negotiis liberorum ſemper à parentum voluntate abeſſe iudicatur[50]. Quinetiam iura omnia diuina & humana violare nō dubitāt, vt liberos opibus & honoribus cumulare poſ-

B ſint. Ac propterea pater lege[51] Pompeia de Parricidiis non comprehenditur: quia legiſlator ſatis proſpexit iniuſtè quicquam aduerſus filios cogitare patrem non poſſe: ac propterea patri tantum adulterum ſimul cum filia necādi poteſtatem omnibus ademit[52], quę certiſſima ſunt miniméque dubia argumenta, quibus intelligitur vitæ ac necis poteſtate parentes abuti non poſſe, nec ſi poſſint, velle tamen. Atqui, dicet aliquis, fuere nonnulli, qui ad filij necem iniuſtam abuterentur: nullum eius rei exemplum afferunt: demus tamen extitiſſe non neminem: an propterea bonus legiſlator legis optimæ rogationem deſerat, ſi quis quid contra legem aliquando peccaturus eſt? Contritum eſt illud in iure, quarum rerum rarior eſt euentus, earum nullam legumlatoribus curam eſſe opor-

C tere[53]. An eſt vllum edictum, vlla rogatio, vllum reſcriptum quod ſuis incommodis vacare poſſit? at qui leges propter ſua quædam incommoda tollere volet, omnes ad vnam abrogare neceſſe habebit, vt prudenter Cato[54] maior diſſerebat. Quamquam fieri nullo modo poteſt, vt tantus parentum erga filios amor, cum tanta crudelitate, id eſt, iniuſta liberorum cæde coniugari poſſit. An tormentum parenti grauius vllum eſt, quàm filium iure, vel iniuria occidiſſe! Noſtra quidem ætate? cùm in Andium agro pater filium caſtigare cupiens, quem fugientem cōſequi non poterat, terræ gleba duriore in caput temerè addacta nemine conſcio necauiſſet, laqueo ſibi gulam doloris impatientia fregit. Quæ cum ſatis intelligerent antiqui legumlatores apud Ægyptios in eum, qui ſine iuſta

D cauſſa filium necauiſſet, non aliam pœnam decreuerunt, quàm vt cum filij cadauere triduum concluderetur[55]: ſapienter illi quidem, cùm propter filij cædem parentibus vitam quibus filius ſuam deberet, eripi nefas eſſe iudicarent. Sed ne patria poteſtas reipublicę obeſſet, eadem ſolutus[56] erat filius, in iis quæ ad Rempublicam pertinerent. quod Fabius Gurges ſatis in conſulatu ſuo comprobauit, cùm parentem priuatum ad ſe venientem ex equo deſcendere iuſſit: pater iuſſa conſulis executus, Perge, inquit, filj iſta virtute conſularem dignitatem tueri. At pater inquies, contra Rempublicam patria poteſtate confiſus aliquid molietur: ſit ita: pleríque tamen filios Reipublicæ cauſſa occiderunt, vt Brutus primùm graui certè exemplo: deinde L. Torquatus qui filium de hoſte cæſo triūphare, deinde ſecuri percuti mandauit, quòd contra iuſſum imperatoris contráque ius militare[57] dimicaſſet. Quod ad filiorum exhæredationes

49 l. cum furioſus. de curat. furioſ. C. l. vlt. Famil. ercisc. C.
50 l. ſi tutor. de interdicto matri. C. l. ſi vero § pe de adopt. l. nō ſolum § de vno. de ritu nup.
51 l. 1. ad l. Pompeiam.
52 l. in marito. ad l. Iul. de adult.
53 l. 3. l. 4 & 5. de legib.
54 apud Liuium lib. 35. in orat. pro lege Oppia.
55 Diodorus.
56 l. ille à quo § vlt. ad Trebel. ff.
57 l. 3. de re milit.

58 Nouel. vt cum de appellat. §. cauſas.
attinet legibus prouiſum [58] eſt ne pater alios iniuſtè ditare, alios ſine cauſa exhæredare poſſet, propoſitis exhæredationum legitimarum cauſſis. Quamquam laudabilior eſt mos antiquus Romanorum, qui nullam actionem aduerſus patris teſtamentum filio dari permiſerunt, ſed inof-
59 toto titul. de inoffic. ff.
ficioſi tantum querelam [59], vt nihil à filio contra patris dignitatem ac voluntatem tentaretur, ſed id totum religioni, officio, æquitati magiſtratuum relinqui placuit. Sed cum prætores, qui hęredem facere neminem
60 l. 1. de bonor. poſſeſſ.
poterant, bonorum [60] poſſeſſionem ſuis decretis darent, cuius poſſeſſionis eadem prope vis erat atque hæreditatis ipſius ſententia decretæ: cum item legitima filiorum definita magiſtratus obligaſſent, parentes paulatim à liberis contemni, & in annos paternos inquirere cœperunt, vt Phi- B
lippus Rex Macedonum liberis obiecit, quod ſe viuo ac ſpirante hæreditatem ſuam creuiſſent. quæ certè res Ephorum quendam Lacedæmo-
61 Plutar. in Lycurgo.
niorum impulit, vt legem teſtamentariam ferret [61], qua quidem ſua bona legare vti vellet, cuique ius eſſet, cùm antea teſtandi libertas antiquis moribus eſſet adempta: cùm diceret exhæredationis metu filiorum erga parentes ſuperbiam & contemptum coerceri oportere. Ac ſi quis præſtabilius eſſe ducat hæreditates legibus quàm teſtamẽtis deferri, non
62 Numer. c. 23.
repugnabo, cùm id lege diuina cautum [62] ſit, ne liberi paternas hæreditates adulationibus ac blãditiis potius, quàm officiis præripiendo fraterna mutuáque caritate ſeipſos ſpoliarent: ſed cur non eadem lege [63] diui-
63 Deuter. cap. 21.
na, quæ vitæ ius ac necis in filios parenti tribuit, vtimur? Diximus impe- C
rium illud vitæ ac necis parẽtes in eos, quos adoptarent, perinde habuiſſe, atque in eos, quos iuſto cõnubio quæſiiſſent, ac tametſi adoptionum iura Iuſtiniani nouis legibus prope antiquata fuiſſent, nemo tamen ambigit, opinor, quin ius illud adoptionum populorum ferè omnium tam commune fuerit, vt in vſum reuocari mereatur. Iacobum enim legimus
64 Geneſis cap. vlt.
Ephrainum ac Manaſſem nepotes viuo patre adoptaiſſe [64], & agri partem, quem armorum iure quæſierat, dono dediſſe. Quod antea Ægyptiis quoque in vſu fuiſſe planum eſt ex ipſo Moſe, quem Regis filia pro
65 Exodi c. 1.
ſuo adoptauit [65]. Nec tantum licuit apud Æginetas adoptare filios, ſed
96 Iſocrates in æginetico.
eos etiam hæredes habere [66], ſi patri naturales ac iuſto connubio quæſiti liberi nulli extarẽt. Quamquã Ægeus Athenienſiũ rex Theſeũ ex cõcu- D
67 Plutar. in Theſeo.
bina quæſitum adoptauit [67], ac regni hęredem reliquit. Inde lex [68] Athe-
68 Demoſthenes contra Bœotum, Spudiã, Phęnippũ Leocharem.
nienſibus lata, vt naturales filios Attica matre genitos adoptarent, & in cenſum referrent, vt eodẽ iure parentibus ſuccederent ac ſi iuſto matri-
69 ſic definit Plutar. in Themiſtocle & Pericle.
monio quæſiti fuiſſent: quia illegitimum filium definiebant [69], qui ex ciue ac peregrina conceptus eſſet, etiam ſi peregrinam vxorem quantumuis nobilem duxiſſent: quamquam prioribus ſeculis nullũ ferè diſcrimẽ erat inter eos, qui ab vxoribus & qui ab ancillis ſuſciperentur. Nã Iacobus Iſraelites vtroſque & ab vxoribus & ab ancillis ſuſceptos eodem habuit loco: tametſi Sara ex ancilla ſuſceptum ne legitimam hęreditatem
70 lib. 2. c. 3.
cerneret, paterna domo abegiſſet. Quinetiam Diodorus [70] auctor eſt ex ancilla conceptos iiſdem legibus ac priuilegiis apud Ægyptios vti conſuetuiſſe, perinde ac iuſtis nuptiis ſuſceptos: plures enim vxores habere li-
cebat,

cebat, Perſarum & omnium Aſiæ populorum [71] moribus & inſtitutis: ac pene ſoli Germani ex omnibus Barbaris, inquit Tacitus [72], ſingulas vxores ducebant. At Romani filios naturales tantùm non alio iure [73] habuerunt quàm peregrinos: nec illos adoptare, vt Athenienſes: nec quicquam teſtamento legare cogebantur: ac ne vllam quidem in eos poteſtatem habebant [74]. Theodoſij tamen & Arcadij principatu [75] temperata fuit legũ ſeueritas: ac deinde Zenonis lege [76] obtinuit, vt naturales liberi conſequentibus cum matre nuptiis iuſti ac legitimi haberentur. Anaſtaſius quoque ſanxerat, vt naturales filii adoptione legitimi fierent: ſed Iuſtinus primùm, deinde etiam Iuſtinianus legem Anaſtaſiam abrogarunt,
B vt iuſtæ vxores, iuſti liberi, iuſtæ nuptiæ colerentur, neúe gentiles hæreditates & iura ſucceſſoria naturalium liberorum adoptionib. conturbarentur: quarum adoptionum iura eatenus vim habere voluerunt, ſi liberi iuſto connubio ſuſcepti nulli exſtarent. Et quoniam vitæ ac necis poteſtas eadem [77] erat in adoptiuos quę fuiſſet in naturales ac legitimos, propterea non licuit fœminis ante legẽ Diocletianam [78] liberos adoptare, cùm ipſæ in perpetua patris, aut mariti, aut propinquorum poteſtate [79] eſſent. fallit enim Agellius, qui fœminas ob id adoptare non potuiſſe tradit, quòd illis in comitio cõſiſtere non liceret: nam adoptio ſine comitiis fiebat. Ita neque apud Græcos fœminis adoptare licebat, vt Iſæus [80] orator ſcribit. Cum igitur Romanorum moribus ac inſtitutis
C adoptionum iura nobilitata fuiſſent, longè latè propagatis imperij finibus, cæteri quoque populi certatim adoptiones coluerunt, Gothi, inquam, Germani, Franci, Salij, vt quidem videre eſt in legibus Ripuariorum, vbi verbum ADFATINIRE pro adoptare vſurpatur: & adoptiui liberi eodem iure, quo naturales ac legitimi habentur: quod à Romanis dictum erat. nam antiquis moribus vtrique ex æquo ad hæreditatem paternam vocantur, quaſi ſui hæredes [81]. Sic enim Caſſiodorus ſcribit regem Herulorum à Theodorico rege Gothorum, & Caroli principis Francorum filium à Luitprãdo rege Langobardorum [82] capillis reſectis adoptatum, tametſi legitimo connubio ſuſceptos haberet: vt olim Micipſa rex Numidarum etiamſi legitimam de ſe prolem videret, nihilomi-
D nus Iugurtham nothum adoptauit, & cum legitimis fratribus ad regni ſpem vocauit: cùm tamen adoptionum prima potiſſimáque cauſa eſſet, vt cui liberos, aut certè mares natura denegaret, legum auctoritate ſarcirentur. Nam Scipio Africanus cùm liberos præter Corneliam matrem Gracchorum nullos habêret, Pauli Æmilij filium, qui Africanus iunior dictus eſt, adoptauit, eúmque non modo nominis ſed etiam bonorum hæredem reliquit. & ita quoque Cæſar dictator, cùm præter Iuliam, quę Pompeio nupſerat, liberos nullos ab vxoribus quattuor ſuſcepiſſet ſororis filium Octauium adoptauit, & ex dodrante hæredem teſtamento reliquit. Hic rurſus cum liberos præter Iuliam, quam ipſe vomicam ſuæ gentis appellabat, nullos genuiſſet, Caium, & Lucium ſororis filios emptores per æs & libram à patre Agrippa, domi, deinde iis ſine prole ſublatis Tiberium adoptauit, Tiberius Caligulam, Claudius Neronem;

71 Herodot. li. 1. Iuſtin. lib. 4. Tertul. lib. ad vxorẽ.
72 in lib. de moribus german.
73 ſcribit Iuſtin. in nouel. 89.
74 l. 1. de natur. lib. C.
75 l. 2. & 3. eod.
76 l. 4. de natur. lib. C.
77 Gel. lib. 15. c. 19.
78 l. mulierẽ de adopt. C.
79 Liuius in oratione Catonis pro lege Oppia.
80 μητρὸς οὐδεὶς ἐστιν εἰσποιητός.
81 l. vlt. de adop. c. §. ſed eam. inſtitut. de hęredit. quæ ab int. l. ſi te parens. de ſuis & legit. C. l. pœnę. § & ſi quidẽ. de adopt. C. l. in arrogato. §. vlt. de adopt. l. certã de inofficioſo rupto. l. 1. § ſuos. de ſuis & legit. & § inteſtatorũ. de hæreditatib. quæ ab inteſt. in Inſtitut.
82 Paulus Diaconus lib 6 de geſtis Lãgobardor.

83 Tranquil. in Galba
84 Vopiſcus in Aureliano.
85 Procopius.

Galba Piſonem: ſed hic apud exercitum arrogatus[83] eſt: vt etiam Aurelianus[84] Auguſtus: quo modo Iuſtinianus Coſroen regẽ Perſarum adoptare, ſi Coſroes pateretur: ſed ille reſpuit, quòd arbitraretur iter ad imperium iſta ratione ſibi præcluſum[85] iri: falſo id quidẽ. Nam Traianus Auguſtus Neruæ, Adrianus Traiani, Antoninus Pius Adriani arrogatione, imperij Romani principatum adepti ſunt. ſapienter Adrianus, qui non modò Antoninum Pium adoptauit, ſed etiam effecit, vt Pius Philoſophum, principum decus, adoptaret, ne ab optimis principibus imperium deſereretur. at cùm hic Commodum ad imperii dedecus natum ſuſcepiſſet, alium qui dignus eſſet imperio ſibi adoptare decreuerat, niſi ab amicis reuocaretur: quia nemo ferè filios, ſi legitimos iuſto B connubio ſuſtuliſſet, adoptare ſolebat. Itaque Claudius malè audiuit, quod Agrippinæ illecebris adductus Neronem adoptâſſet, quin tamen liberos vtriuſque ſexus connubio legitimo quæſitos haberet. Sed peregrina omittamus, ac domeſticis vtamur exemplis. Ludouicus Andium dux Caroli regis frater adoptatus eſt à Ioanna, quæ ab impudicitia contumelioſe Lupa dicebatur, eique regnum Neapoleos adoptionis[86] nomine reliquit, repudiato tamen Alphonſo Aragonum rege, quem priùs auctoritate Pontificis maximi adoptaret. Poſt etiam Ludouici nepos à Ioanna iuniore Neapoleos regina, & Henricus dux Pomeraniæ à Margareta Wolmara Daniæ Sueciæ ac Noruegiæ regina adoptatur[87]: nec ita multò poſt Henricus V. Rex Anglorum non quidem à Carolo VI. Rege Francorum, qui tum furore torquebatur, ſed ab eius vxore, quæ filiũ C Carolum VII. rerum geſtarum gloria clarum publico iudicio damnari, & indignum imperio iudicari paſſa eſt. Iuſtinianus Auguſtus, vt huic morbo medicinam ſalutarem afferret, ad filios adoptiuos parentum naturalium ac legitimorum hæreditatem detulit: propterea quòd ſæpiſſimè is, qui filium adoptaret, leuiſſima de cauſſa eundem repudiaret: quo fiebat vt idem parentis vtriuſque hæreditate careret. iniquè tamen iura patriæ poteſtatis ademit, cùm nihil aliud adoptanti patri relinqueretur. Præſtaret adoptiones iis prohibere, qui naturales ac legitimos filios ſuſcepiſſent: aut ſi orbi eſſent, vt adoptiui legitimorum ac naturalium iure fruerentur. noſtris quidem moribus adoptare cuique licet, nullum ta- D men proximis, aut iis, qui ad legitimas hæreditates veniunt, pręiudicium creatur: nec plus adoptiuo filio donari aut legari poteſt, quam qui omnino alienus[88] ſit. Adoptionibus autẽ fraudes legibus fieri quęſtus eſt, olim Scipio Africanus maior in oratione[89], quã habuit ad populũ de cenſura: vt etiã poſt leges Pappias Poppæas, quibus quidẽ plurima beneficia tributa ſunt iis, qui liberos legitimos procreâſſent: ſed qui liberis orbi erãt fraudes legib. faciebãt. quos enim adoptârant[90] ad breue tẽpus emancipabant, vt Claud. trib. pleb. patriciæ gentis, ab homine plebeio ſeſe adoptandum: curauit[91], vt eiurata nobilitate plebis tribunus fieret: adepto tribunatu mox emancipatus eſt à patre adoptiuo. Quare intellecta Senatus decreuit[92], ne poſt hac adoptiui vlla immunitate publicorum munerum fruerentur, neúe magiſtratus & honores quiſquam liberorum,

86 Anton. Floré. chron. tit. 22.
87 anno. 1408. Æneas Syluius in Europa. c. 33.
88 Maſuer. tit. de proba. ve. ſ. item & ſi defunctus. Benedict. in cap. Raynutius in verb. , & vxorẽ num. 758. & 760. Faber in §. 1. de adopt. in inſtitut.
89 Agellius lib. 5. cap. 19.
90 Tacit. lib. 1.
91 Cicero pro domo.
92 Tacit. lib. 1. l. nec ei. de adopt.

rum, quos adoptaret, ſpecie conſequi [93] poſſet: nec ſubſtitutio [94] prohiberi: nec legatorum aut ſtipulationum conditionibus, quæ in ſpem liberorum [95] conceptæ fuiſſent, locum fore: nec propter liberos adoptiuos donationes irritas eſſe, quæ naturalium ac legitimorum filiorum procreatione [96] iure ipſo reuocarentur: nec marium adoptione fœminas ab hæreditatibus ſummoueri [97] quæ legibus per maſculam prolem excludi ſolent: nec filii verbum [98] legibus, aut teſtamentis, aliiſque legitimis actis additum ad eos, quos adoptamus, extendi: quibus fraudibus occurrere neceſſe eſt, non tamen omnino adoptionis leges ac iura conuellere ac labefactare. Atque hæc de mutua parentum ac liberorum B pietate, déque patria poteſtate, quæ ſecunda familiæ pars eſt.

93 [illegible] 94 l. [illegible] 95 l. [illegible] 2. 96 Caſt. [illegible] 2. [illegible] patroni C. [illegible] 433 l. [illegible] 97 [illegible] lib. 1. [illegible] 98 l. [illegible] [illegible] venit [illegible] fideicom. libert. de condit. & demon. [illegible] nes. de adoption. [illegible] fil.

*De imperio herili, & an ſeruitia ferenda ſint in republica bene conſtituta.*

## CAPVT. V.

TERTIA regendæ familiæ pars eſt in imperio herili, & in mutuis addictorum, eorumq; quibus ſeſe addixerũt, officiis verſatur. & quoniam magnus ſemper in familiis ſeruorum ac famulorum numerus extitit, vel quòd nulla maior opum cogendarum ratio fuerit, quàm in ſeruis ac famulis, ſeruorum ac famulorum multitudinem, nõ immerito familiam veteres appellarũt [1]. Nam C vt Seneca planum faceret, qua animi moderatione dominus erga ſeruos eſſe debet, maiores ſcribit familiæ caput patrem familias non dominum appellaſſe. Et quoniam penè totus terrarum orbis multitudine ſeruorum abundat, exceptis quibuſdam Europę regionibus, diſſerendum nobis eſt de poteſtate dominica, déque vtilitatibus & incommodis quæ ad Rempublicam, ſi ſeruitia reuocentur, manare poſſint: quæ ſanè quæſtio magnum habet, non modò ad omnes familias ac ſocietates, ſed etiam ad Reſpublicas, pondus ac momentum. Seruorum autem quinque ſunt genera: vnum eorum, qui natura ſerui dicuntur ex ancilla concepti: alterum eorum, qui capti ſunt ab hoſtibus, qui antiquo iure belli ſerui fiebant: tertium eſt eorum, qui ad opera publica damnati fuerunt, qui ſerD ui pœnæ appellantur: quartum eorum, qui ſeipſos in ſeruitutem ſponte dediderunt, ac potiſſimum ij, qui ſuæ libertatis pretium acceperunt: extremum eſt eorum, qui à piratis aut à latronibus venditi, bona fide ab emptoribus poſſidentur. Diximus antea libertatem à latronibus minui non poſſe [2]: ita ne ab emptoribus quidem, qui liberum caput à latrone ſcientes ac prudentes emerũt: aut qui alea libertatem alienam ſibi mancipauerunt, vt quondam apud Germanos [3] fieri ſolebat. Quod ad hoſtes attinet, iuſta fuit olim ſeruitus, & quidem omnium ferè populorũ conſentione, præterquam Hebræorum inter ipſos, niſi ſe ſpõte liber homo in perpetuam ſeruitutem alteri dedidiſſet: atque etiam Græcorum inter ſe, apud quos iure belli quaſi pacto conuento Græcos captiuos auri libra redimere fas erat, barbaros verò in ſeruitutẽ abducere [4]. Eadem ferè lata lex eſt apud Polonos Sarmatiæ populos, vt captiui iure belli ſerui

1 l. pronunciatio de verb. ſig. & toto titulo ſi familia furtum l. ſi quis id quod. de iuriſdic. l. verbis legis. de verbor. ſig.

2 l. 1. de legat. 3. l. eius. quia latronibus de teſtam. manumiſ.

3 Tacit. in lib. de morib. Germa.

4 Ariſtot. lib. 5 Ethic. Nicom.

fierent eorum, à quibus capti eſſent, niſi rex Poloniæ auri drachmam in ſingula capita pendere mallet. Sed qui pretium libertatis alterius ſoluit tantiſper captiuum non tamẽ vt ſeruum, retinere ſuo iure poteſt, quoad pretium ſolutum receperit, licet ſuum tantiſper quodammodò dicere poſſit, lege antiquiſſima Græcorum[5], quę ab his ad Romanos[6], inde ad omnes populos permanauit. Debitores autem etſi legibus duodecim liceret in membra creditoribus diuidere pro debiti cuiuſq; modo, ſi ſoluendo non eſſent: non tamẽ vni creditori licebat, quod multis: quia nec libertatem debitori adimere, nec vitam poterat: erat enim libertas vita certior. quis enim excelſo animo ac forti mortem oppetere non malit, quàm turpiter ſeruire? Itaque lex illa duodecim, quæ liberum caput B
creditori addicebat, rogatione Pætilia tribunitia ſublata eſt, ac vetitum ne deinceps hominem liberum ob æs alienum creditoribus adiudicare, néue in membra diſtrahere fas eſſet: quæ lex annos amplius ſeptingentos inuiolabilis extitit vſque ad Diocletiani ætatem, qui legem Pætiliam ſubiecta capitali[7] pœna renouari iuſſit. Atque hæc quidem ſeruorum genera nihil ferè cõmune habent cũ iis, qui vel mercede vel etiam ſine mercede ſeruiles operas præſtant: qui nullum ſuæ libertati præiudicium facere poſſunt, ſiue pactis conuentis id fiat: ſiue legatum, ſeruili conditione ſubiecta, receperint. at ne ſeruo quidem cùm manumittitur lex vlla dici poteſt[8], quæ libertati ſuæ præiudicet: nec aliud patrono ſeruus polliceri, quàm operas quas[9] libertus quiſque pręſtare conſueuit. Itaque C
conuentiones illas, quibus liberi homines adiecta pœna, pollicentur ſeruiles operas Gallia iampridem reſcidit: Britannia probat: quæ adhuc veteris illius ſeruitutis vmbram præ ſe ferũt: ſeruitutem tamen nullam habent, etiam ſi eiuſmodi ſerui apud magiſtratus, decurſo tẽporis ſpatio, qui ſeruiles operas debent, emancipari, ac pileorum iura conſequi dicantur. Erat enim pileus libertatis argumentum, quo ſerui emancipati abraſa capita contegebant, quouſque capilli concreſcerent. nam Brutus occiſo Cæſare[10] numiſma percuti iuſſit ſub pilei figura, quaſi populum Rom. emancipaſſet: & mortuo Nerone plebs pileata per Vrbem cucurrit[11]: vt rex ipſe Eumenes mortuo Mithridate rege pileatus Romam venit ac Senatui populóque Rom. libertatem acceptam tulit. At liberi ho- D
mines, qui ſponte nobis inſeruiunt, tametſi ſerui non ſint, ſed omnes actus legitimos per ſeſe obire poſſint, differunt tamen ab iis, quos mercede ad operas extra familiam conduximus, in quos nullum omnino imperium habemus: à nobis tamen coerceri poſſunt, dum id modicè fiat. Etenim domeſtici famuli patremfamilias reuereri debent, eiuſque mandatis ac iuſſis obſequi, & omnia honeſta officia præſtare, de quibus officiis, quòd mutua ſunt potentiorum ac tenuium inter ipſos quoque ad moralem diſciplinam pertinent, non eſt, opinor, nobis hoc loco diſſerendum. Sed quantùm ad ſeruos attinet, duæ quæſtiones, ad ciuilem ſcientiam latiſſimè patentes, explicandæ nobis ſunt. Vna quidem an ſeruitus naturalis ſit, & vtilis Reipublicæ futura: altera quæ qualiſque eſſe debeat dominorum in ſeruos poteſtas. Ariſtoteli[12] quidem ſeruitus naturæ

5 Dionyſſ. Halycar. lib. 3. νόμοι κελεύουσι τὸ λυτρωμένου ἐκ τῶν πολεμίων εἶναι τὸν λυθέντα ἐὰν μὴ ἀποδίδῳ λύτρα. Demoſthenes contra Lacritum. Varro in verbo clarigare.

6 l. nã & Seruius de negot. geſtis l. qui teſtamẽto. de teſtam. l. pater. de captiuis l. ſenatus. §. vlt. de lega. 1. l. in bello. §. ſi qui ſeruum. de captiuis.

7 l. ob æs alienũ. de actio. C.

8 l. Mæuius de condit. & demõſtrat.

9 l. 1. §. quæ onerandæ. quarũ rerum actio non datur.

10 Plutarc. in vita Cæſaris.

11 Tranquil. in Nerone.

12 In politic.

turæ

turæ congruere viſa eſt. Videmus, inquit, alios quidem ad imperium, alios ad obſequium eſſe natos. At Iuriſconſulti qui ciuilem ſciētiam, non Philoſophorum decretis, ſed populari captu ac ſenſu metiuntur, ſeruitutem natura penitus alienam eſſe tradunt[13], ac modis omnibus pro libertate propugnandum putant, & ea, quæ ſiue in legibus, ſiue in teſtamentis, ſiue in pactis conuentis, ſiue in rebus iudicatis obſcura vel ambigua videntur, pro libertate ſic interpretantur, vt nec legibus, nec teſtamentis locum vllū[14] relinquant. quod ſi tanta, tamque perſpicua vis eſt legum, vt ab iis diſcedi non poſſit, ſibi tamen acerbitatem[15] illam legum diſplicuiſſe teſtantur. Vtra ſit igitur ſententia verior ac melior decernatur? Multa quidem ſunt argumenta, quibus ſeruitutem, & Rebuſpublicis vtilem, & naturæ conſentaneam eſſe docemur. Nam quæ cum natura diſcrepant, diuturna eſſe non poſſunt: ac ſi vim adhibeas, nihilominus ad naturæ leges reuocantur. At ſeruitus ab ipſius orbis originibus, id eſt, poſt aquarum eluuiones ac voragines ortum habuiſſe videtur: nec prius reſpublicæ, quàm ſeruitia, conſtitui cœperunt. ac tametſi trecentos circiter aut quadringentos annos intermiſſa ſeruitia fuēre, nunc tamen omnium ferè populorum ſumma conſenſione probantur. Quinetiam Indiæ populi, qui ad Occaſum poſiti ſunt, etiamſi nulla diuinarum aut humanarum legum præcepta didiciſſent: ſeruitia tamen cum cæteris populis comprobarunt. nec vlla fuit vſquam terrarum reſpublica, quæ ſeruis vacaret: nec vllus vnquam extitit tam integer ac ſceleris purus, qui, cum potuerit, ſeruis vti nollet. Vbique verò gentium vitæ ac necis poteſtas dominis in ſeruos eſt attributa, exceptis oppidò paucis, qui dominorum nimiam acerbitatem leuitate quadam temperauerunt. At veriſimile non ſit omnes vbique populos ac nationes, tot reges ac principes, tam multos legumlatores virtute rerúmque gerendarum vſu clariſſimos ſeruitia tanta conſenſione ſuſcepturos fuiſſe, ſi cum ratione ac natura pugnarent. Quid autem rationi ac humanitati tam conſentaneum, quàm eos, quos iuſto bello ceperis parta victoria, ſeruare, iis etiam victum ac veſtitum ſuppeditare, ſummáque caritate fouere, ac pro tantis beneficiis obſequium & operas exigere? num æquius illud eſt, quàm captiuos crudeliter mactare? inde prima ſeruorum origo. Iam verò legibus diuinis & humanis congruit eos, qui ſua egeſtate legum ac iudiciorum vim eludere ſolent, corpore torqueri[16]: num præſtabilius & humanius eſt ad opera publica ſeruari? hinc etiam ſerui pœnæ dicti. In eadem ac certè deteriore cauſa ſunt ij, qui bellum aliis inferunt iniuſtè, qui alternis bonis, vitæ, libertati denique inſidiantur, qui etiamſi principes ac reges ſeipſos ferant, verius eſt tamen vt in latronum numerum cenſeantur. non eſt igitur natura ipſa alienum, vt plagiarij qui alios iniquè in ſeruitutem abducere armis tentauerunt, ipſi pœnæ ſerui fiant. nam ex eo ſerui dicti ſunt, quòd ſeruarentur, cùm occidi iure potuiſſent: vt nulla de cauſa Iuriſconſulti à grammaticis imperitis coarguantur, quòd ſeruos à ſeruando dici putent. Eſt enim ἐρύω, inquit Euſtathius, τὸ φυλάττω, & apud Heſichium ἔρυσεν, ἔσωσεν, & cū ſibilo fit ex Eruo ſeruo, vt Ero ſero, & ἕρμος.

13 l. libertas. de ſtatu hominum.

14 In l. proximè de iis quæ in teſtamen. delent.

15 l. proſpexit. qui & à quib. durum quidē inquit Vlpian. ſed ita ſcripta lex eſt.

16 l. j. §. generaliter: de pœnis. l. ſi quis id quod de iuriſdict. l. cū alijs eo. ad l. Iul. repetund.

ſermo, nō à ſerie vt Varroni placuit. nam Feſtus eritudinem interpretatur ſeruitudinem, & ex Æolico digamma fit SERFOS, vt Dafom, Ofom, æfom, veteres dixere, pro dauom, ouum, æuum. Quod ſi contra naturam eſt aliis in alios imperiũ vitæ ac necis tribui, nulla ſint imperia, nullum regnum, nulli principatus non contra naturam, quando regibus ipſis ac principibus eadem eſt in ciues ac liberos homines vitæ ac necis poteſtas, ſi capitalem fraudem admittant, quæ dominis in ſeruos. His argumentis, quæ certè non tantum probabilia, ſed etiam quodammodo ad aſſentiendum neceſſaria videntur, occurri non facilè poteſt. Seruitutem tamen ego naturæ conſentaneam arbitrer, ſi robuſtus homo ac diues rerum gerendarum ignarus ac prudentiæ expers inſeruiat ſapienti, qui egeſtate, inopia, corporíſve imbecillitate, quo minus labores ferre poſſit, impediatur: ſed quid natura magis alienum, quàm ſtultis ſeruire ſapientes, virum bonum ſcelerato, homines eruditos ignaris? niſi quis iuſtum putet ſeruire ſtulto principi, ſapientem ſeruatorem, inſano ac luxu diffluenti domino, ſeruum ſobrium ac temperantem. at qui bello iniuſto, captiuos ſeruare humanitatis eſſe putant, conſimiliter faciunt, vt latrones ac piratæ, qui ſe vitam iis dediſſe iactant, quibus non ademerũt. Nam ſæpiſſimè vſu venit vt bello iniuſto, cuiuſmodi ferè ſunt omnia, quæ à potentioribus inferuntur, optimi quique viri ſceleratis miſerrimè ac turpiter ſeruire cogantur. Quòd ſi bellum à latronibus, qui ſe reges ferunt, iniuſtè illatum eſt, cur victi non cæduntur, cur capti ad merita ſupplicia non trahũtur? Quod verò nihil diuturnum videatur, quod natura ſit alienum, id quidem admitto in iis, quæ naturæ ſpŏnte, aut nutu diuino, non hominum arbitrio ac voluntate reguntur. at homini voluntatem Deus omni neceſſitate ſolutam indidit: ſed homines iampridem à recto naturæ curſu deflexerunt: ac tanta vis eſt opinionis deprauatæ, vt legis habeat auctoritatẽ, ac natura potẽtius dominetur: nulla enim feré tanta impietas eſt, nullum tantum ſcelus, quod virtutis non induat nomen. vnum hoc ſit argumentum, quòd nulla gens eſt, nulla natio, quæ humanis ſacrificiis, quibus ad huc Peruſani ac Braſiliani vtuntur, fictos hominum opinione deos olim placari non putarit. & quidem ſumma religione maiorum noſtrorum ad eiuſmodi ſacrificia concurſus fiebat. Eadem pietate & caritate parentes olim ſenio fractos in Thracum regione à liberis occidi, & iis epulari cōſueuiſſe legimus, ne ſcilicet languerent morbi diuturnitate, ac mortui vermium eſca [17] fierent. Neque maioribus noſtris ſolũ humanas hoſtias ſacrificare moris erat: quod ab illis factum eſt vſque ad Tiberij [18] dominatum: ſed etiam Amorræis & Ammonitis filios mactare [19] vſitatum fuit: neque tantùm Barbaris, vt Scythis omnibus ſolenne fuiſſe Plutarchus tradit [20], Sed etiam Græcis, in quibus non modò fuit, ſed à quibus ad omnes populos humanitas peruaſit: nam Achilles apud Homerum, Patroclo humana cæde parentauit: Themiſtocles ipſe, bello Perſico tribus, rex Perſarum eodem tempore duodecim hominibus fecerũt [21]: nec Iuppiter [22] Licius aliter, quàm humana cæde placari potuiſſe dicitur, ambiguitate veteris oraculi ac verbi

17 Herodot. Iuſtin. Plin.

18 Cicero pro Fonteio. Cæſar lib.6. Plin.lib.7.

19 Sapient.c.1.in libris regum.

20 In Artaxerxe.

21 Plutarc. in Themiſtocle & Artaxerxe.

22 Plato in Rep.

verbi φῶς, quo ſine accentu lux & homo ſignificatur. Nam M. Tullius[23] maiores noſtros execratur, quòd humano ſanguine litarent, ſed id oratoriè, vt cauſæ inſeruiret, cùm M. Varro id omnibus Italiæ populis tribuat: atque etiam vere ſacro vouendi morem fuiſſe, vt quicquid ſeu hominum ſeu beſtiarum eo anno natum eſſet immolari conſueuiſſe. Hebræis quoque ipſis quodammodo licuiſſe plerique arbitrãtur, ex ipſius Iephtes[24] ducis Hebræorum voto ſolenni, qui iiſdem ferè temporibus filiam immortali Deo mactaſſe dicitur, quo Agamemnon Græcorum imperator Iphigeniam[25]. Sed concepta vota religioſiſſimi ducis veriùs ac meliùs interpretantur eruditi de pudicitia virginis Deo conſecrata,

B quàm de humana[26] cæde, quam lex ipſa diuina execratur. cæteri populi humanis hoſtiis ſumma religione fecerũt. Quare non eſt, quòd naturæ leges ex hominum opinione metiamur, ac propterea ſeruitutem naturæ conſentaneam eſſe putemus: aut begninitati tribuamus, quod veteres ſeruarũt eos, quos occidere iure belli fas erat: cùm potius beſtiarum in modum auaritiæ ac libidini ſuæ cogerent inſeruire. Quis enim hoſti vitam ſeruaret, ſi plus vtilitatis ex illius cæde quàm ex ſalute ſperaret? Exemplis abundamus, ſed vnum de multis. Cùm Veſpaſianus Hieroſolymam obſideret, miles Romanus aurum in Iudæi cæſi viſceribus effuſis collegerat: eodem momẽto cæſa ſunt captiuorum viginti[27] millia, vt aurum, quod ſorbere putabantur à militibus inueſtigaretur. O

C præclarum caritatis aduerſus captiuos exemplum! At nutriuntur, inquies, veſtiuntur, pro ſeruilibus officiis educantur: ſed quæ tandem educatio? Cato maior ſapientiæ ac virtutis Romanæ princeps, cum omnia commoda, omnes vtilitates ac fructus, qui à ſeruis præſtari poterant, ad extremam vſque ſenectam[28] percepiſſet, vt nihil amplius extorquere poſſet, pluris licitantibus proſcribebat, vt ſanguinis extremum illud pretium, quantũcunque eſſet, corraderet: ne iã ætate defectos gratis alere, aut occidere, aut liberos dimittere cogeretur. Beatior Atticus ille Palladis mullus, qui ſenio confectus liberè vagari ſine capiſtro, ſine labore conſueuiſſet. Iam verò cùm nihil connubio ſanctius hominũ generi ab immortali Deo tributum ſit, ſeruis tamen nullum erat, inter ipſos con-

D nubium, ſed contubernium tantum, adeò vt ſi liber homo captiuus ab vxore filium ſuſcepiſſet, patre apud hoſtes mortuo, illegitimus[29] cenſeretur. Quid execrandos cõcubitus, & effuſas vtriuſque ſexus libidines commemorem, quas ſerui & nunc perferre & antea pertuliſſe quæruntur? Nam crudelitatis ac immanitatis in ſeruos exempla colligere ſi quis velit, infinitus ſit. quamquam exigua ſunt quæ literis prodita legimus, nec tamẽ hiſtorias præterquam humaniorum populorum ſcriptis conſignatas habemus. Nam catenis[30] vincti agros colebant, vti nunc quoque fit in Africa: & in antris per ſcalas mobiles demiſſi iacebant, vt ſcalis detractis domini cum hoſtibus domeſticis tutiùs dormirent: ne vel incendio domos, vel cæde dominos perderent. Iam verò leuiſſima quæque peccata ſeruorum, niſi prætioſiſſimi eſſent ſic luebantur, vt criſtallinum confregiſſe capitale fuerit. Auguſto quidem apud Vedium Pollio-

23 pro Fonteio.
24 Iudicum c. 11.
25 Euripides.
26 verbum Hebraicum להנות ambiguum eſt.
27 Ioſephus in bello Iudaico.
28 Plutar. in Catone maiore.
29 l. ſi quis prægnante, de captiuis.
30 Columel. lib. 1.

nẽ cænante, vnus è ſeruis criſtallinum fregit: momẽto trahitur ad piſcinã
murenarũ, quæ humana carne ſaginabãtur: ille vociferari & ad Auguſti
pedes confugere, non quidẽ vt capitale[31] ſuppliciũ, quo ſe dignum iudica-
bat, ſed vt ſupplicii genus deprecaretur, ne aquis immerſus ad Elyſios cã-
pos[32] nunquã peruaderet. ſic enim ferebatur, & à pleriſq; anima voragine
demerſa penitus interire[33] credebatur: vt Syneſius de ſociis Alexandriã
nauigantibus tradit, qui tẽpeſtate ſuborta, ſicas manibus exeruerũt, vt a-
nimæ alioqui morituræ, gladio viam aperirent. Auguſtus commiſera-
tione ductus, inquit Seneca, ſeruum ſupplicii metu liberauit, & piſcinam
criſtallinis omnibus confractis impleri terra iuſſit. Dio tamen veriſſi-
mus[34] ſcriptor, negat Auguſtum à Pollione veniam oblandiri potuiſſe, B
nec piſcarium murenarum, quibus nihil Romæ prætioſius erat, oppleri
iuſſiſſe. id autem probabilius eſt, cùm Seneca fateatur, Auguſtum ſine
iracondia id feciſſe, nec amico Pollioni propterea iratum fuiſſe. Neque
id nouum videri debet cum ipſius Catonis Cenſorij ætate Quintus Fla-
minius Senator Romanus ſeruum necari iuſſerit, nõ aliam ob cauſſam,
quàm vt Cynædo gratificaretur, eíque morem gereret, qui hominem
occidi ſpectaculi cauſa cupiebat. Quod ſi dominum necari contigiſſet,
ſerui qui tunc ſub iiſdem tectis fuiſſent, omnes ad vnum occidebantur.
nam cùm cæſo Pedanio vrbis Romæ præfecto ſeruorum magna mul-
titudo ad ſuplicium poſceretur, more, inquit Tacitus,[35] à maioribus ac-
cepto. plebs Romana, quæ maxima ſui parte libertini generis hominibus C
conſtabat, vehementer commoueri viſa eſt, cùm ob vnius culpam qua-
dringentorum hominum, & quidem innocentium, vita peteretur: re ta-
men in Senatu diſceptata, decretum eſt morem maiorum ſeruari opor-
tere. Omitto certamina gladiatorum, quibus ſerui vt populo ſpectacu-
lum ac mortis contemptum præberent, ſeſe mutuis vulneribus confo-
dere aut beſtiarum dentibus lacerari cogebantur in arena. Ac tametſi
Petronia lex munerantes ſeruos beſtiis obiici prohiberet, impune ta-
men ab omnibus perrumpebatur. Certè Neronem iudices[36] dediſſe qui
ſeruorum querelas audirent, & Adrianum quæſtionem decreuiſſe legi-
mus, aduerſus eos, qui ſine cauſa ſeruos[37] occidiſſent, tametſi lege Cor-
nelia[38] tenebantur: nulla tamen earum legum, aut quæſtionum vis erat. D
extremum fuit, vt ſerui dominorum metu & iracondia premẽte, ad ſta-
tuas deorum aut principum confugerent. Sed nec ſtatuæ Cæſaris, nec
Dianæ templum[39] quod rex Seruius Romę, ſeruis aſylum propoſuerat,
nec Romuli ſtatua, quam olim Senatus ad id quoque decreuerat, nec
Theſei ſepulchrum[40] Athenis: nec apud Cyrenęos ſtatuã Ptolemæi, nec
Dianæ[41] templum apud Epheſios, ab ira dominorum ſeruos tueri po-
terãt. Lege quidẽ Epheſiorũ ſeruus, qui ad Dianæ fanũ ſine cauſa confu-
fugiſſet domino reſtituebatur, accepto prius iureiurando ne fuga ſeruo
fraudi eſſet: ſin iuſtã perfugij cauſam haberet, domino ereptus Dianæ[42]
ſeruiebat, præter fœminas, quæ illius templi aditu arcebantur. At Tibe-
rius tyrannus omnium callidiſſimus ſuam ſtatuam[43] pro aſylo propo-
ſuit capitali pœna propoſita iis, qui ſeruum à ſtatua detraxiſſent: vt aſy-
lum

31 Seneca lib. 3. de ira.
32 Virgil. 6. AEneid. Tu ſtigias inhumatus aquas omnémque ſeuerum Eumenidum aſpecies ripámve iniuſſus abibis.
33 Ita Syneſius in epiſtolis Homeri teſtimonio, qui verbo ἀπόλωλεν vſus eſt, vt animã demerſi hominis interiiſſe ſignificaret.
34 lib. 55.
35 lib. 14.
36 lib. 3. de benefic.
37 Spartian. in Adriano.
38 l. liber homo ad l. Aquil.
39 Dionyſ. Halacar. lib. 4.
40 Plutar. in Theſeo.
41 Philoſtrat. in Apollonio.
42 Achilles Statius in amatoriis.
43 Philoſtrat. in Apollonio. l. in capitaliu. de pœnis l. 1. de iis qui ad ſtatuas C.

lum iſtud non tam ad ſalutem ſeruorum, quàm ad perniciem dominorum comparatum eſſet, vt domino quiſque inuidiam cõflaret, aut apud principem maieſtatis reum, etiam ex leuiſſima cauſa faceret: nam Senator quidam, vt eſt apud Senecam[44], ob id veniam à Tiberio petiit, quòd matellam contingere putârat prius, quàm ánnullum, qui expreſſam Tiberij imaginẽ præ ſe ferebat digito detraxiſſet: Indè quoque ſeruorum, qui ad ſtatuas confugerent, occultæ cædes, cùm domum rediiſſent, quòd periculum dominis creare voluiſſe putarētur. At lege diuina ſapientiſſimè cauebatur, vt domus cuiuſque ſeruis aſylum eſſet, néve ſeruum irato domino reddere liceret. Neque enim omnibus idem quod Platoni contigit, vt quoties iraſceretur à ſeruorũ caſtigatione abſtineret: cùm Germani nunquam niſi irati ſeruos ęquè ac liberos hoſtilem in modum punirent[45]. Ex quo intelligitur dominorum ac ſeruorum vitam in maximis periculis ſemper fuiſſe. Quis enim ſeruorum inſidias effugere potuiſſet, Sylla dictatore, qui triginta ſeſtertia liberis hominibus libertatem ſeruis dominos prodentibus mercedis nomine propoſuerat in ſingula capita eorum, quos ipſe proſcripſiſſet? in eo metu ciues fuerunt quoad cæſis ſexaginta ciuium millibus & quodammodo pacata Republica ſeruus aliquis ad extremum domini caput ad Syllam detulit, qui pactam libertatem dedit, ſed manumiſſum de rupe Tarpeia præcipitem dari iuſſit. Cùm autem aduerſus Chriſtianos quæſtiones ac ſuplicia decernerentur, Chriſtiani ſeruos metu ſuplicii emancipare cogebantur. Sublato verò tyrannidis ac ſupliciorum metu, domini ipſi in ſeruos tyrannidem exercebant. Itaque Reipublicæ ac familiarum ſtatus in perpetuo diſcrimine verſabatur propter coniurationes ſeruorum. inde tot bella ſeruilia ab hiſtoriarũ ſcriptoribus commemorantur. ac ne Romanorum quidem potentia bella ſeruilia ſine maxima ciuium clade coerceri potuerunt. eodem enim tempore in omnibus Italiæ ciuitatibus præter Meſſanam[46], ſerui aduerſus Reſpublicas coniurauerunt. Poſt etiam Spartaco duce ſexaginta circiter millia ſeruorum arma ceperunt, ac Romanorũ tres exercitus[47] fregerunt. Nam vbique ſeruorum numerus decies maior fuit, quàm liberorum. Et quidem Athenis vno tempore cenſa ſunt peregrinorum decem millia, ciuium viginti, ſeruorum autẽ CCCC. millia. Itaque Caſſius in oratione, qua Senatui perſuaſit Syllanianum Senatusconſultum, habemus inquit, domi ſeruorum populos, moribus, inſtitutis, lingua & religione inter ſe plurimum diſcrepantes. Et certè M. Craſſus quingentos ſeruos in cenſum retulit, præter eos, quibus ad miniſteria domeſtica vtebatur. Milo verò trecẽtos vno die manumiſit[48] ne pro cæde Clodij Tribuni plebis torquerentur. Et cùm aliquando in Senatu Romano ageretur de commutandis ſeruorum veſtibus, vt à liberis hominibus nota quadam ſecerni poſſent, Senator aliquis interceſſit, ne ſi ſeipſos ſerui numerare cœpiſſent, exitium dominis intentarent: cui ſanè periculo ſubiaceret Africa & Hiſpaniæ pars, ſi tanta eſſet, quanta fuit olim multitudo ſeruorum, propterea quòd ſeruitutis literæ in ore cuiúſque leguntur: contra quàm veteres, qui non niſi perditos & rubu-

B, C, D (margin letters)

44 lib. 3. de beneficc.

45 Tacit. in lib. de morib. German.

46 Oroſius.

47 Plutarc. in Craſſo.

48 Aſconius Pædian. in Milonianam.

ſtioris improbitatis ſeruos in ore denotabãt, qui propterea ſtigmatię dicebantur, qui ne manumiſſi quidem iuſta libertate fruebantur[49]. At Lacedæmonij cùm intelligerent ſeruorum, quos ipſi Iloras vocabant, multitudine domos, vrbes, agros abundare (nam vti quiſque ſeruus plures filios ſuſcepiſſet, eo facilius à domino libertatem ſperare poterat[50]) exercitũ ſeruorũ, qui bello aptiores eſſent, cogere imperârũt: deinde cõſcripto trium millium exercitu, omnes vna nocte occidi iuſſerunt[51]: ídque tanta celeritate ac tanto ſilentio, vt quo perrexiſſent ſciri non potuerit, præter quàm ab iis, qui rei gerendæ præpoſiti fuerant. Itaque propter metum, qui ciuitatibus impendebat, ſeruis arma tractare nõ licebat, ſubiecta[52] capitali pœna. aut ſi hoſtium vis vrgeret vt ſeruos ad arma vocarent, eoſdem ſimul ac ſemel à ſeruitute vindicabant. nam Scipio Africanus Maior poſt Cannenſen cladem trecentos ſeruos bello gerendo idoneos[53] manumiſiſſe fertur. Florus tamen[54] octo millia conſcripta fuiſſe tradit: quod etiam factum legimus[55] bello ſociali. At Cleomenes, cùm nec hoſtium multitudini, nec ſeruorum domeſticorum cæſis ciuibus facilè obſiſtere poſſet, ſeruis omnibus libertatem promiſit, quibus argenti ſeſtertium eſſet: vnde milites ſimul ad exercitum cõſcripſit, & pecuniarũ vim in ærarium coegit. At ne molles quidem Aſiatici ſeruis ad bellum gerendum vtebantur. contrà Parthj, quibus per leges manumittere ſeruos non licebat, qui eadem penè, qua filios caritate cõplectebantur: quo factum eſt, vt in infinitam multitudinem excreſcerẽt: ñam exercitus Parthorum, qui M. Antonij copias fugauit, quinquaginta ſeruorum millibus conſtabat: nulli præter quingentos ingenui[56]. At cæteri populi ne ad remigia quidem agendis nauibus priùs vtebantur ſeruis, quàm eos manumiſiſſent: id quod ab Auguſto bello Actiaco factũ legimus[57]. Ac ne quid in Rempublicam moliri poſſent, opificiis ac ſellulariis artibus impediebantur, quas ciuibus tractare Lycurgi ac Numæ Pompilij inſtitutis non licebat. Nec tamen ita caueri poterat, quin exiſteret aliquis, qui rebus deſperatis ſeruos ad pileum vocaret, vt Viriatus pirata qui Luſitaniæ regnum, Cinna[58], Spartacus, Tacfarinas[59], Symo[60] Gerſonis filius principatum in ſua quiſque ciuitate his artibus adepti dicuntur. Ingruente verò ciuili bello ſerui vt in libertatem ſeipſos vindicarent, hinc inde ad partium duces transfugiebant. Nam poſt ciuile bellum, quod aduerſus Sextum Pompeium geſtum eſt, triginta millia ſeruorum capta ſunt, quos per omnes prouincias ſtato die Auguſtus[61] dominis reſtitui, reliquos quibus dominus defuiſſet ſuſpẽdi mandauit. Non alia vi Arabum potentia creuit. nam cùm primùm Homarus Muhameti legatus bellum in Arabia mouiſſet, ſeruis ad libertatem vocatis, tanta vis hominum locis omnibus erupit, vt paucis annis vniuerſum Orientis imperium occuparet. quæ libertatis fama cùm ab Aſia in Europam peruaſiſſet, ſerui primùm in Hiſpania pro libertate arma ceperũt, anno DCCLXXXI. deinde in Gallia Caroli M. Ludouici Pii ætate. vnde extãt eorũ leges de cõiurationibus ſeruorũ. Poſt etiã Lotharius Ludouici filius bis à fratribus victus ac proſtratus, ſeruis omnibus, qui ad ſe venirent,

B C D

49 In Iure dedititij vocantur.
50 Larethuſa. de ſtatu homi.
51 Ariſtot. lib. 2. polit. Plutarc. in Lycurgo.
52 l. 4. in princip. de re milit.
53 Plutar.
54 Epitome 32.
55 Ead. Epito. 74.
56 Iuſtinus.
57 Tranquil. in Auguſto.
58 Appian. in bellis ciuil. lib.
59 Tacit.
60 Ioſeph. in bello Iudaico.
61 Appian. in ciuilibus.

venirent, libertate promiſſa, exercitum reparauit: vnde ſecutum eſt ſeruile bellum valde anceps ac periculoſum: quippe ſeruorum exercitus rerumpublicarum ac principum Germanorum ſtatum adeò conturbârunt, vt Lodouicus rex Germanorum copias vndecunque conſcribere cogeretur [62]: ac ne labes illa ſeruilis latiùs ſerperet, principes Chriſtiani paulatim ſeruitia manumiſerunt, exceptis operis & iure ſucceſſorio, ſi liberti ſine liberis mortem obirent: quos quidem manuſmortuas etiamnum appellamus. Adhuc enim ſeruitutis veſtigia plurima reſtant in orbe Chriſtiano: plura etiam in legibus Ripuariorum ac Lãgobardorum, quibus ſerui iuſtam libertatem conſequi aut bona alienare non poterãt,
B niſi poſt duplicem manumiſſionem: ac ſæpiſſime in actis legitimis manumiſſionum ſubiici ſolebat, libertatem huic vel illi tributam pro ſalute patroni. Nihil enim antiquius habuerũt ij, qui prima Reipublicæ Chriſtianæ fundamenta iecerunt, quàm vt Chriſtiani ſerui aſſiduè manumitterentur: ac plerique libertatis ſpe propoſita Chriſtiani fiebãt. Quin etiã in Africæ hiſtoriis proditum eſt, Paulinum Nolæ Pontificem cùm omnia, quæ in bonis haberet ſub haſta vendidiſſet, vt ex pecunia coacta captiuos Chriſtianos redimeret, ad extremum Vandalis, quod mirere, ſeipſum vendidiſſe. Inde ſeruorum manumiſſiones apud epiſcopos in eccleſia factæ. Ex quo ſecuta eſt Conſtantini Magni principatu tanta tenuium ac egentium hominum multitudo, quibus nihil præter liberta-
C tem relictum erat, quique nullas artes didicerãt, vt nulla re grauius ciuitates premerentur. Inde Xenodochia, Brephotrophia, Gerontocomia, Noſocomia, antea penitus ignota Chriſtianorum Pontificum rogatione à principibus [63] feudari & conſtitui cœperunt. Inde Baſilij conciones conquerentis voces ac ſuſpiria languentum in templis vnà cum ſacerdotum precibus ac votis confundi ac miſceri. Iiſdem ferè temporibus Iulianus Auguſtus Paganos Pontifices Chriſtianorum [64] exemplo, ad Noſocomia & Xenodochia extruenda, ac publicis priuatíſque opibus augenda cohortatur. Et quoniam tenues liberti, filios exponebant, vt Chriſtianorum benignitate ac largitione educarentur, Gratianus [65] lege ſanxit, vt ſeruitutem ſeruirent iis, à quibus educati fuiſſent. Nec ita mul-
D tò poſt Valens edicto permiſit, vt qui otioſè vagari ac mendicare conſueuerãt, ſeruitute mãciparentur: idémq; vetuit, ne quis deſerta loca peteret, vt vitam in otio tranſigeret ſubiecta capitali pœna, qua plurimos, qui contra leges in ſolitudinem ſe receperant, affici mandauit. Poſtea verò quàm Idolorum cultus ac ſacrificia Chriſtianorum auctis opibus deſeri cœperunt libertatis iacta ſunt fundamẽta firmiora: quib. magnum acceſſit incrementum lege Muhamedis promulgata, qui ſuæ religionis homines in libertatem aſſeruit, cuius exemplo Chriſtiani quoque ſuos, certatim à ſeruitute ſic vindicârunt, vt ſeruitus omnis apud Indos, qui ad Occaſum ſpectant, illa ætate concluſa videretur, qua Chriſtiani ſeruitutem à ſuis ceruicibus omnino repulerunt, id eſt, anno M. CCL. Adhuc enim ſeruos in Italia fuiſſe anno M. CC. planum eſt, tum ex legibus Gulielmi Siciliæ regis ac Friderici II. Cæſaris, tum etiã ex decretis Pontificum

62 Floardus.

63 toto titulo de Epiſcopis & clericis.

64 Nicephorus Caliſtus.

65 l. 1. & ſeq. de infantibus liberis. C.

Romanorum, Alexandri inquam III. Vrbani III. Innocētij III. vbi agitur de coniugiis[66] ſeruorum, quæ Iuriſconſulti contubernia vocant. Alexander quidem creatus eſt pontifex anno M. C. LVIII. Vrbanus M. C. LXXXV. Innocentius M. C. LXXXVIII. ex quo planum fit ſeruitutem in Rebus publicis Chriſtianorū circiter ea, quę dixi, tempora deſiiſſe. Nam Bartolus[67] qui floruit anno M. CCC. ſcribit ætate ſua nullos omnino ſeruos extitiſſe, nec venalitios homines vſquā haberi: id quidē de imperio Chriſtianorū interpretor: quod cū à Bartolo didiciſſet Nicolaus Siculus, qui Abbas Panormi appellatur, ſingulari nota dignum exiſtimauit[68]. Nā quod legimus Ludouicū regē, is inquā, qui Hutinus vſupatur, anno M. CCCXIII. ſeruos omnes accepto pretio manumiſiſſe, id ego interpre- B
tor de libertini generis hominibus, quos manuſmortuas appellamus, qui liberantur beneficio principali ab eo ſeruitutis vinculo, quo quidem extra patroni territorium vxorem ducere bonáue prohibentur alienare: ſic quoque interpretari debemus edictum Caroli V. regis Frācorum, quo quidem ciuitatibus in familias LXX: pagis in centum familias: & ſeruis in CC. capita cataphractus miles imperatur. Qua ætate Imbertus princeps Delphinatus ſeruos omnes vno edicto libertate donauit, ídque publicis actis ac municipalib. legibus inſcribi mandauit. Eadem benignitate vſus eſt in ſuos Theobaldus Bleſenſium comes, anno MCCXLV. Huc etiam pertinet id quod legimus de Sugerio ſodaliū Dionyſiacorum abbate, qui ſeruos manu mortuos eatenus in libertatem aſ- C
ſeruit, ſi ſolum verterent[69]. & Senatuſconſultum curiæ Pariſiorum quę Pontifici Catalaunenſi ſeruos de collegii eccleſiaſtici conſenſu manumittere licere iudicauit. ac ſuperiori ætate Carolus VII. rex anno. M. CCCCXXX. plurimos ſeruilis conditionis homines (ſic enim legimus in actis curiæ Pariſiorum[70]) nec ita pridem Henrichus II. rex ſingulari diplomate Burbonios ſeruos M. D. XLIX. natalibus reſtituerunt. Horum ęxemplo Dux Allobrogum ſeruilem quoque ſuorum maculam ſuis edictis deterſit M. D. LXI. Quæ omnia in ſummam libertatis gratiam facta videmus. alioqui nec magiſtratus populi rogatione, nec princeps ipſe ſeruum alienum manumittere[71], at ne ius quidem aureorum[72] annulorum alieno liberto ſine patroni conſenſu tribuere poterat. nam Cōmo- D
dus Imperator aureos annulos iis omnibus edicto ſuo detraxit, qui ius illud à principe ſine patroni venia extorſerant, nec præiudicium vllum patrono creari voluit[73] aurei annuli adeptione, etiam ſi princeps hominem natalibus[74] ac ingenuitati reſtituiſſet, quòd principis[75] ſolius eſſet: nihilominus tamen Tertulliani[76] ætate ius illud quodammodò ſuum fecerant patroni, qui manumiſſos pro ferreis cōpedibus ac flagellis togam indutos candidam ſecum accumbere, ac nomen ſuum vſurpare iubebant. Ad extremum Iuſtinianus ſua lege libertos omnes reſtituit[77] ingenuitati, ne poſtea reſcripto cuiquam opus eſſet: quo iure tamen non vtimur. nam iure noſtro neceſſe eſt à principe ius illud ingenuitatis adipiſci, vt ſeruitutis antiquæ labes omnino eluatur, quod & peti & obtineri conſueuit ſine venia patroni: cui tamen licet manus iniicere in liberti

66 in Decretal.
67 In l. Hoſtes de captiuis.
68 In cap. 1. de cōiugiis ſer.
69 anno. M. CXLI.
70 es ordonnances Barbines.
71 l. ad beſtias. de pœnis. l. ſi proprietaté. de iis qui à non domino. l. nec cōpetit. eod. C. l. ſi ſeruo. qui & à quibus.
72 l. 3. de iure aureorum.
73 l. vlt. eod.
74 l. ſed ſi hac §. ſed ſi. de in ius voc. l. 2. de natalib. reſtit. C. l. 2. de iure aureorū.
75 l. ead. de natal. reſtitu. C.
76 in lib. de reſurrectio.
77 authentica.
78.

berti bona, quæ ante reſtitutionem quæſita fuerunt, vbicunque poſita ſint, vt non ita pridem curia Pariſiorum decreuit: poſtea verò quæſita & ſibi habere, & ſine liberis, legare cuique ſuo iure poteſt. At cùm Rupis candidæ in Aquitania dominus libertinos ſuæ ditionis ſeruilem in modum haberet, iis legib. vt nō ſolum agros colere, fructus legere, ac terere, & omnia quæ iuberet patronus exportare & importare, ædes etiam caducas reficere, patronum captiuum ſuis pecuniis ab hoſtibus redimere: denique quatuor ex cauſis capitationem conſuetam pati cogerentur, verumetiam ſi domicilium originis ſine patroni venia mutarent, capiſtro domum reducere ſibi licere contendebat. cætera quidem

B aſſentiebantur libertini: ſed hoc poſtremum ſeruitutis iugum curia Toloſana [78] ſuo decreto excuſſit. Certè quidem ij, quos Poloni Kometonas appellant, non ita graues operas patronis præſtare, ſed acerbiora pati coguntur, cùm ab omnibus leni decem aureorum mulcta occidi poſſint, à patronis verò impunè. Apud Indos quidem ſuperiore ſeculo in ſeruos, qui multitudine innumerabiles erant, modis omnibus ſæuire, eóſque occidere licebat: ſed Carolus v. Cæſar lege lata liberos eſſe iuſſit. In Gallia verò, etſi extant veteris ſeruitutis ſimulacra, ſeruos tamen nec facere, nec ab aliis emere fas eſt. Ac ſi quidem ſerui peregrini, vt primùm Galliæ fines penetrauerint, eodem momento liberi fiunt, id quod vetere Senatuſconſulto Pariſiorum decretum eſt, aduerſus legatum quendam

C Hiſpanum, qui ſeruum in Galliam deduxerat: nec ita pridem cùm mercator peregrinus ſeruum in Hiſpania coemptum Toloſam deduxiſſet, hoſpes re intellecta ſeruo perſuaſit vt ad libertatem proclamaret. rogatione ad octouiros capitales perlata, mercator acciri iubetur: aduocatus fiſci ex archiuis deprompſit antiqua (vt fertur) Theodoſij magni beneficia, Toloſatibus olim indulta, quibus ſeruos ſimulac Toloſam ingreſſi fuiſſent liberos fieri placuiſſet. Mercator ſe bona fide ſeruum in Hiſpania coemiſſe querebatur, deinde Toloſam veniſſe vt Genuam proficiſceretur, & ſic ſe non teneri legibus Gallorũ: ſumma fuit vt ſi acerbius ſecum agerent ac ſeruum alienum manumittere vellent, pretium ſibi reſtituerent: iudices cognitionem conſilii eſſe pronuntiârunt. Interea do-

D minus metuens ne & ſeruo obſequentiſſimo, & pretio carere cogeretur, libertatem dedit, pactus operas ſeruiles quandiu dominus vixiſſet. Quod attinet ad ea beneficia, quæ Toloſatibus à Theodoſio conceſſa iactantur, refutatione non egei, cùm Viēna, Valentia, Lugdunum, Arelatæ, Nemauſus, Romana Delphinatum lectoria, coloniæ Romanorum, & Coloniarũ extra Italiam antiquiſſima [79] Narbonēſis, ea beneficia non habeant: at ne ipſa quidem Roma imperij decus & quæ communis omnium patria dicebatur, id ſibi tribuendum putaret. Hîc dicat aliquis, ſi verum eſt Muhamedis lege libertatem omnibus, qui ſuam ſectam ſequerentur, datam, & Chriſtianorum principum edictis ſeruitutem ſublatam fuiſſe, cur terrarũ orbis ſeruitiorum ac venalitiorum plenus eſt? nam Hebræorum legibus, nec ſeruum Hebræum nec legibus Chriſtianorum [80] habere Chriſtianum homini Iudæo licet. Certè fraus diuinæ

78 anno.

79 à Narbone deducta Liuius.

80 l. 1. ne Chriſtianum mancipium. C.

legi ſit ab omnibus. nam Diuina lex vllum mancipium fieri vetat inſtitutis Iſraelitarum inter ipſos, niſi ſua ſe ſponte quis alteri[81] manciparit, & aurem ad poſtes ſubula perforari ſibi patiatur: debitores quidem[82] creditoribus addicit, ac propter inopiam Hebręos vendi permittit: ſed eadem anno ſeptimo liberos dimitti iubet. Ac tametſi quis nexum fecerit, ac ſubulam paſſus ſit, vt ſempiterna ſeruitute teneatur: nihilominus anno Iubilæo legis interpretes omnes libertatem adepturum tradũt, niſi rurſus ſeruire quàm liber eſſe malit. Vernas autem qui naſcebantur ex illo genere ſeruorum, qui ſua ſe voluntate in ſeruitutem dediderant anno quinquageſimo liberos abire, ac tubarum[83] clangore libertatem ſeruis omnibus lex proponit: peregrinos tamẽ alterius quàm ſuæ gentis ac religionis habere permittit, in ſeruitutem perpetuam, eorúmque poſteros ac nepotes, vt eodem iure aduerſus peregrinos vterentur, quo peregrini aduerſus Iſraelitas. quo genere ſeruorum nullum melius fuiſſe ſcribit Iulianus Auguſtus[84], Vides, inquit, Syros quàm libenter aliis nationibus inſeruiunt: contra verò quantus libertatis amor in Celtarum populis. At Iudæi cùm peregrina Chriſtianorum aut paganorum mãcipia ſibi coemiſſent, domeſtica religione imbutos circoncidebãt: quod Traianus lege[85] ſingulari vetuit: ac tametſi dominorum religioni acquieſcerent, nihilominus ſeruire cogebant. at peregrinos, qui circonciſi legem diuinam acceperant, iiſdem beneficiis cum ciuibus vti lege[86] diuina cauebatur. Eadem, inquit, lex erit peregrino ac ciui. Illud eſt, quod Deus apud Hieremiam[87] querebatur, ſeruos ex lege non manumitti, ac propterea dominis ipſis acerbiſſimam ſeruitutem ab hoſtibus impendere. Hinc etiam Philippus Auguſtus rex Francorum Iudæos publicatis bonis regni finibus exegit, quòd contra leges Chriſtianos circoncidérent, ac pro ſeruientibus (hoc enim verbo hiſtoria Dionyſiaca vtitur) ſibi mãciparent. Cõſimili fraude Mahumediſtas vti videmus, qui Chriſtianos homines, quos bello cœperunt, quóſque à piratis coemerunt, aut certè eorũ liberos circoncidere ſuáque religione imbuere ſolent, ac nihilominus ipſos cum liberis & poſteris omnibus ſeruire cogunt: quorum exempla Luſitani ſecuti venalitios ex Affrica religionem Mahumedis eiurare, ac nihilominus Chriſtiana imbutos cum liberis ac nepotibus perpetuam ſeruitutem ſeruire compellunt, iam vt ſeruorum greges veneant tota Luſitania, & quidem publicè pecudum in morem. Ac tametſi Carolus V. Imperator ſeruos omnes Americarum inſularum liberos eſſe iuſſiſſet anno M. D. XL. nihilominus ſeditione coorta propter auaritiam ac libidinem potentiorum Gonzala Pizarrus regionis Præſes à Carolo defecit, cuius opes cum Lagaſca fregiſſet, ac ſecuri publico exẽplo vnà cum defectionis principibus cædi iuſſiſſet, ſeruos omnes ex edicto manumiſit, ea conditione tamen, vt patronis operas præſtarent. Obtineri tamẽ non potuit quin Lagaſca in Hiſpaniam redeunte liberti rurſus in ſeruitutem relaberentur, ac potiſſimum vtilitatis ſpecie quam de venalitiis Domini ſe adepturos putabant, exemplo Luſitanorum, qui ſeruitia multis ſeculis obliuione ſepulta in Europa primi reuocãrũt, ac breui per vniuerſam Euro-

81 Exod. 21.
82 Deuter. 15.
83 Leuit. 25. Hierem. 34. nu. 13.
84 apud Cyrillũ contra Chriſtianos.
85 l. circõcidere. de pœnis. ff.
86 Exod. 12. Numero. 49.
87 cap. 34. nu. 13. & ſequent.

Europam,vt iam in Italia cęptum eſt, propagaturi. Iampridem enim Affrica & Aſia, tum etiam Orientalis Europa ſeruorum greges non aliter ac pecudū in omnibus ciuitatibus alere, & ex iis copioſam mercaturam & quæſtū facere conſueuerunt. nam ætate ſuperiore Tartari Scytharum genus, cum maximis copiis Moſcouiam, Lituaniam, ac Poloniæ fines ferro flammáque vaſtarent, captiuorum trecēta millia in ſeruitutem abduxerunt: nec ita pridem Sinanus Baſſa ex inſula Goſſa captiuorū Chriſtianorum ſex millia ſupra trecentos, ac ciues omnes Tripoleos Affricæ, nauibus impoſitos in Græcia vendidit. Itaque mirum videri non debet, ſi Præfectus Prætorio regis Turcarum, & vterque Cancellarius trecentos

B quiſque ſeruos à principe ineunte magiſtratu accipere conſueuerunt. Nam quòd attinet ad Pretorianos Turcarum milites, & eos qui tributi nomine Chriſtianis imperantur, ego illos pro ſeruis nunquam habui, cùm in familiam principis conſcribantur, ac ſoli magiſtratibus, honoribus ſacerdotiis, imperiis, nobilitate fruantur, quæ nobilitas ad nepotes vſque pertinet: pronepotes verò ac poſteri deinceps ignobiles habentur, niſi ſua virtute ac rerum geſtarum gloria dignitatem auorum tueantur: nam ſoli Turcæ ex omnibus penè populis veram nobilitatem virtute non generis antiquitate metiuntur: & quò plus à ſtirpe virtutis, eò longius abſunt à nobilitate. Cùm igitur perſuaſum ſit tot ſeculorum exemplis à ſeruitutibus bella ſeruilia, defectiones, cōiurationes, Rerum-

C publicarum conuerſiones & euerſiones impendere: tot etiam crudelitates, cædes, libidines, inceſtus in corpora mancipiorū admitti, quis dubitet affirmare ſeruitutes ciuitatibus exitioſas & fuiſſe, & ſemper futuras? Ac ſi quis putet crudelitatem in ſeruos legum acerbitate coerceri poſſe, idem cogitet nihil ſanctius, æquius, & melius lege diuina fieri potuiſſe, quæ etiam à corpore ſeruorum flagella, Romanorum legibus[88] permiſſa amouit: ac ipſo iure liberum fieri voluit cui membrum à domino ruptum eſſet, quam poſtea legem[89] Conſtantinus probauit. Quis autem de ſerui cæde accuſationem inſtitueret? quis audiret? quis pœnam exigeret? an is qui ſua nihil intereſſe putaret? cùm Tyrannorum decretis nihil ad ſubditorum animos frangendos efficacius ſit crudelitate? At Hiſ-

D pani ſeruos humaniter curant, educant, inſtituunt, & quidē carius quàm eos, quos mercede conduxerunt: ac viciſſim à ſeruis amantur & coluntur. Illud quidem Hiſpanorum ferè proprium eſt, eos quos ad ſeruitutem aut cædem deſignârunt humaniter initio tractare: rerum autem omnium nouarum præclara ſunt principia: nec dubito quenquam magis officioſum fore quàm ſeruum cui cum domino mutua charitas ac morum ſimilitudo intercedat: ac propterea ſapienter lege diuina prouiſum eſt, vt nemo perpetuam ſeruitutem ſeruiat, niſi qui annos ſeptem addictus fuerit, & qui creditori, cuius mores bene cognitos habuerit, ſeruire, quàm[90] liber eſſe malit: ſed cùm tanta ſit morum diſſimilitudo, tantæ in animis latebræ, tanti receſſus, quis legiſlator in vniuerſum hæc legibus definire poſſit? ſcitum eſt illud, & ſapientibus planè perſuaſum, Domi tot hoſtes eſſe quot ſeruos? quod quidem prouerbium ſatis ſignificat,

88 l. in capitaliū. § in ſeruorū. de pœnis.

89 l. 1. de emendat. ſeruor. C.

90 Exod. xx.

mancipia nec amicitiam colere, nec fidam ſocietatem. Quid exempla veterum innumerabilia commemorem? mihi ſatis eſt vnum ſuperioris ætatis, quod à Iunio Pontano proditum extat. ſeruus cùm acerbiùs tractaretur, domino abſente hoſtia concludit, vxorem domini contumelioſè affectam vinculis conſtringit, ac tres eius filios cõprehendit: vbi dominum videt redeuntem, vnum è tribus ex altiſſimo ſolario præcipitẽ dat, deinde ſecundum: pater tanta rei atrocitate obſtupe factus, precibus & lacrimis ſuplex ſeruum exorare, ac modis omnibus placare conatur, vt tertium morti eripiat. ſeruus paciſcitur ſalutem filij ea lege vt dominus ſibi ipſi nares prȩcidat, naribus ex pacto amputatis, ſeruus cum tanta clade & contumelia dominum vltus eſſet, tertium quoque deiecit, ac poſtremò vltionem de ſeipſo, quam dominus cogitabat, præcipiti caſu cæpit. omitto veneficia, cædes, incendia, & calamitates à ſeruis vbique terrarum ſæpiſſimè illatas, ne ſim infinitus. At hæc incommoda, inquies, vtilitatibus mutuis compenſantur ac ſarciuntur: nam vaga illa hominum otioſorum multitudo, tum etiam latronum ac piratarum ſeminaria velut à ſtirpe conuellentur: nec furibus vllus, nec prodigis locus relinquetur, ſi creditoribus debitores validi ac robuſti addicantur. mendici verò & egentes qui ciuium alimenta velut in aluearijs fuci depaſcuntur, quique inerti otio languent (vnde popularium morborum tabes) ſi ſeruire atque exerceri cõſueſcant, nulli extabũt. eos enim alere, aut occidere neceſſe eſt: alere quidem difficile, occidere verò nefas. necare [91] tamen videtur, qui alere cùm poſſit, alimenta ſubducit. Hæc habẽt veri ſpeciem. Quod enim ad debitores attinet, ſi ſoluendo non ſint, diuina lex addici creditoribus iubet in annos ſeptem, non tamen in ſempiternam ſeruitutẽ, vt cauetur lege duodecim tab. quȩ in Africa vniuerſa & Inſulis Americarum locũ habet quoad creditori ſatisfiat. nam qui ceſſionis beneficium debitori, qui nullo ſcelere obligatur, ademerunt: nec creditoribus, ſed carcerib. mancipari iubent, vt Turcæ, nõ modò creditorib. ſed etiam debitoribus alendi ſeipſos, eripere poteſtatem ac vitam videntur. Latrones autem ac piratæ nullis ætatibus plures fuerunt, quàm aucta multitudine ſeruorum. Qui enim ſeruitutem pati non poteſt, erumpere tãdem, ac ne deprehendatur vias obſidere, & latrocinari cogetur. Argumẽto ſit, quod Spartacus gladiator ſexaginta millia ſeruorum ex ipſis Italiæ viſceribus ad pileum euocauit: cùm eodem tempore pluſquam octoginta millia piratarum toto mari Mediterraneo cum nõgentis nauibus prædarentur, & quingentas vrbes maritimas tãta vi cæpiſſent, vt Romanum imperium terra maríque graſſatoribus obuallatum teneretur. At prudens legiſlator non cenſetur, cui latrocinia caſtigare potius, quàm arcere curæ eſt. Id autem ſine dira illa ac metuenda ciuitatibus ſeruitute fieri poteſt, ſi collegia publica puerorum inſtituantur, vbi artes & opificia condiſcant, vt quidem Lutetiæ ac Venetiis fieri videmus, vbi opificum ſeminaria maximo Reipublicæ commodo propagantur. Quibus verò in locis ſeruitia iam iam recepta ſunt, non debent ſimul ac ſemel manumitti, ſed id paulatim fiat oportet, & ab iis auſpicandum, qui matura

91 l. vel necare de liberis agn. Ambroſius.

tura

tura ætate artem aliquã didicerunt, vnde ſeipſos ſuſtentare poſſint: alioqui fame, otio, inertia perituri, vt iis contigit quos eodem momento in America manumitti iuſſerat Imperator Carolus v. Quod ſi quis neminem imperio dignum fore putet præter eos qui primùm ſeruire didicecerunt, id quidem pro libertate valeat: ſed à pleríſque ſine probabili cauſa vſurpatur: nihil eſt enim, quod magni & excelſi animi vim & aciem magis frangat ac demittat, quàm ſeruitus. nec imperandi maieſtas, præſtantibus naturis inſita, vlla re tam debilitatur quàm ſeruitute: nec quicquam intemperantius eſt eo, qui repente à ſeruitute ad dominatum peruenit: aut cum domina fit quæ ancilla prius extitit, vt Salomõ ſapientiæ
B magiſter tradit. quod non modò ad ſecretiorem ſententiã pertinet, quãdo cupiditas intemperanter rationi dominatur: ſed etiam ad eos quibus ſeruilis metus veriſſimas imperandi artes ademit. Quod ſi verum eſt rationi ſemper ac legi diuinę locum eſſe oportere, nec ipſam Palæſtinæ finibus concludi, cur non vbique terrarum lex illa de ſeruitiis ac libertate tam vtiliter, tam ſapienter à Deo lata vim habitura ſit, potius quàm quæ humanis ingeniis excogitata fuere? Quamquam Tartari, qui generis ſtirpem ab Hebræis ducere feruntur, ſeptimo quoque anno ſeruos manumittunt, ea lege vt imperii finibus excedant: quæ conditio à Papiniano [91] repudiata primum eſt, deinde ab eodem probata: ſed in manumiſſionibus perinde habetur, vt ſi ſcripta non eſſet. Hactenus de imperio [91] l.6.& ſequent. de ſeruis expor.
C Herili, & an ſeruitia ferenda ſint in Repub. bene conſtituta. Et quoniam de ſingulis familię partibus ſatis abũdè nobis diſſeruiſſe videmur, in quibus ciuitatum omnium rudimenta poſita ſunt. nunc de ciue ac ciuitate dicamus.

*Quid ciuis, & quantum ciues à ciuibus, quantum à peregrinis differant: quid item veniat vrbis, ciuitatis, & Reipublicæ appellatione.*

CAPVT. VI.

QVÆ de tota familia, déque ſingulis familiæ partibus nobis diſputata ſunt, Rerum omnium publicarum origines conti-
D nent. Et quemadmodum fundamenta conſiſtere per ſe ipſa poſſunt priuſquam parietes altius exurgant, ac ſine tecto: ſic familia quoque ſibi ipſi conſtat ſine Republica, & pater familiæ ſummum in ſuos imperium exercere ſuo iure poteſt, nec ab alterius imperio pendere: vt familiæ huiuſmodi quamplurimæ in Mauritaniæ & Americæ regionibus eſſe feruntur [1]: ſed neque Reſpublica ſine familiis, neque vrbs ſine mænibus & ædificiis ſtare magis poſſunt, quam ſolaria vel tecta ſine parietibus ac fundamentis. Cùm igitur paterfamilias ex ædibus, in quibus domeſticum imperium habet, egreditur foras, ſéque cùm aliis familiarum principibus ad res rationéſque contrahendas coniungit: tunc certè patrisfamilias ac domini nomen amittit, vt ſocium ac ciuem ſe ferat, & quodammodo è familia exit, vt in ciuitatem ingrediatur, ac pro domeſticis negotiis publica tractet. Eſt autem † ciuis nihil aliud

[1] Leo Afer. lib. primo.

† *Ciuis Definitio.*

quàm liber homo, qui ſummæ alterius poteſtati obligatur. Prius enim quàm vlla ciuitas aut Reipublicæ forma extaret, pater quiſque familiæ ſummũ ius vitæ ac necis habuit in liberos & vxores. Poſtea verò quàm vis & imperandi cupiditas, tum etiam auaritia, & vltionis appetitus aliis in alios arma ſuppeditauit, quos bellorum exitus victores fecerat, victos potentiorum libidini ſeruire cogebat: & qui ducem ſe ferens fortiter rem geſſerat, non modo familiæ ſuæ, ſed etiam hoſtib. æquè ac ſociis imperabat: his quidem vt amicis, illis autem vt ſeruis. Tunc plena illa & à natura cuique tributa libertas viuendi vt vellet, victis omnino adempta fuit, & ipſis quoque victoribus ab eo quem ſibi ducem elegerant quodammodo deminuta, propterea quòd ſummum alterius imperium a- B
gnoſcere quenque priuatim oporteret. Inde prima ſeruitutis ac ſubditorum, inde ciuium ac peregrinorum, principis ac tyranni origo. Eò nos ipſa ratio deducit, imperia ſcilicet ac Reſpublicas vi primum coaluiſſe: etiam ſi ab hiſtoria deſeramur: quamquam pleni ſunt[2] libri, plena antiquitas, plenæ leges[3] primum illud hominum genus nihil prius habuiſſe, quàm obuios quóſque ſpoliare, diripere, occidere, aut in ſeruitutem adigere, vt alibi dicemus[4]. teſtis eſt hiſtoria ſacra, qua docemur Nimerodũ Chami nepotem primum omnium homines ſub imperium vi ſubiunxiſſe, ac dominatus fundamenta in Aſſyria ieciſſe: hinc robuſtus venator dictus eſt, quo nomine ſcriptura prædonem intelligi voluit: nã vox Hebræa ציד latronem, vel vt veteres lateronem ſignificat, à voce צד id eſt C
latus: quòd latrones ſæpiſſime obſiderent latera viatorum, niſi à latebris, vnde eruptiones faciunt, dici putemus. Id autem Philo Hæbræus ac Ioſephus ſuo teſtimonio confirmant, ſcilicet Nimerodum humanis opibus ac potentia tyrannidem crudeliter inuaſiſſe. Atque in eo falli mihi videntur Ariſtoteles, inquam, Demoſthenes, Cicero, qui Herodotum, (opinor) ſecuti, principiò reges ob ſummam integritatis ac iuſtitiæ opinionem principatum adeptos fuiſſe arbitrantur: hinc heroica nobis ac aurea ſecula finxerunt, quæ alibi certiſſimis argumentis ac teſtimoniis refutaſſe nobis videmur[5]. Nam primæ quæque ciuitates ac imperia ante Abrahami ætatem ſeruitiorum plena fuiſſe videmus, vt non ita pridem inſulæ ad Occaſum poſitæ ſeruitiorum multitudine redundabãt, D
cum Hiſpani regiones, illas ſuis imperiis ſubiecerunt. Libertas autem ſine vi maxima, nec niſi perruptis naturæ legibus eripi potuiſſe veriſimile eſt. argumento ſit illud quod ſuperiori ætate Gaogarum populi, nec principatum, nec tyrannorum imperium audierãt, quoad vnus eorum peregrè profectus regis Tombuti maieſtatem conſpicatus eſſet. Inde illi oborta apud ſuos imperandi libido. & quoniam ab inopia premebatur, mercatores quoſque ditiſſimos bonis ſpoliare, ac latrocinari: tandẽ conquiſitis opibus, & conſilio cum amicis communicato, regionis dominatum inuadere cœpit: ac deinceps eius filius regem ſe ferens imperium latrocinio partũ neceſſe habuit æquitate ac Iuſtitia tueri. Inde Gaogarum regum[6] initia, quæ maxima incrementa breui ceperunt. Ex quo intelligitur veram eſſe ciuis, quam poſuimus, definitionem, id eſt liberum homi-

2 Thucid. in proemio. Plutarchus in Theſeo, Cæſar lib. 6.
3 l. vlt. de colleg. vbi collegia prędonũ, & piratarũ lege Solonis probata fuere.
4 in cap. de collegiis.
5 in Methodo Hiſtoriar. cap. 7.
6 Leo Afer.

hominem,qui ſummæ poteſtatis imperio teneatur. liberum dixi : quia
tametſi ſeruus multo magis quàm liber homo ſummæ poteſtatis impe-
rio ſubiiciatur,nihilominus tamen omnium populorum conſenſu obti-
nuit ſeruos ex albo ciuium eximi [7] oportere: quod de vxoribus ac filiis- 7 l. quod attinet de regul. iur.
familias dici non poteſt,quia tametſi domeſticis imperiis obligantur, ac
libertas eorum poteſtate domeſtica deminuatur, ciues tamen ſunt. ita
quoq; ciuibus omnibus aliquid de libertate naturali detrahitur, vt ſum-
mæ alterius poteſtati ſubiiciatur. At peregrinus homo, ſi ab originis do-
micilio auulſus,aut ſede relicta in alienam ciuitatẽ commearit, nec ciuis
habetur, nec ciuitatis prærogatiua aut immunitate ciuibus tributa frui-
B tur,nec item in ſociorum,qui non planè ſunt peregrini [8] nec in hoſtium, 8 l. non dubito: de captiuis.
aut amicorum numerum cenſetur : licet Græcis veteribus [9] æque ac La- 9 Plutar.in Themiſtocle.
tinis hoſtes peregrini appellarentur, vt M. Tullius [10] interpretatur, ex le- 10 in officiis.
gibus duodecim, lenitate verbi rei triſtitiam mitigante : & quidem nos
adhuc populari verbo peregrinos *hôtes* appellamus. qui veteribus Lati-
nis perduelles, nunc verò in Rempublicam coniurati dicuntur. Sed mu-
tatis verbis Græci πολεμίους hoſtes vocant, quia bellum aduerſus eos gera-
tur: ξένους verò peregrinos, quos Accurſius [11] pro iis vſurpauit qui vota cõ- 11 in l.1.de hæredib.inſtitu.C.vbi finxit antinomiã, quæ nulla eſt in §. vlt. Inſtitu. de hæredib. inſtitu.
cepta religionis ergo peregrè proficiſcuntur. Inter eos autem, quos pu-
blicis imperiis ac ſummæ poteſtati ſubditos eſſe diximus, alteri quidem
naturales,alteri aſſumpti dicuntur:naturales item liberi ſunt aut ſerui:at-
C que hi quidem manumiſſi momento [12] ciues fiunt : peregrini ſerui non 12 l 5.de captiuis. l. 7. ad municipal. & titul. de manumiſſ. Inſtit.l.ciues.de incolis. C.
item. Quanquam Greci veteres ſeruis quoque ciuium manumiſſis ciui-
tatem negabant [13]. Nam Demoſthenis oratoris antiquata rogatio eſt,
quam poſt cladem Cherronæam ad populum tulerat, vt omnes incolæ 13 Plutar.in Demoſthene.
ac liberti in albo ciuium cẽſerentur: ne liberti,quorum ingens erat mul-
titudo, ciuitatis dominatum inuaderent, ciuéſque ab honoribus & im-
periis ſuffragiorum numero ſummouerent. Quod initio Romani non
aduertentes, penè in libertinorum poteſtatem venerunt, niſi Fabius
maximus maturè prouidiſſet, ac libertinorum gentes per omnes tribus
diffuſas in quatuor coegiſſet, vt triginta & vna tribus ingenuorum ac
veterũ ciuium,ſuffragia numero vincerent: neque enim per capita,vt o-
D lim Athenis, & nunc quoque Venetiis, ſed per tribus, in comitiis tribu-
tis, aut per claſſes in centuriatis comitiis,ſuffragia legebantur. Et quo-
niam id vnius Fabij Cenſoris prudentia ſine ſeditione geſtum eſt [14], Ma- 14 Liuius lib.9. Florus epito.20.
ximi cognomentum accepit, qua quidem re Appii Cenſoris errores e-
mẽdauit : Is enim libertinos & aſſumptos ciues per omnes tribus diſper-
ſerat. poſtea libertis datũ eſt, vt ex eorũ filiis vnus in patroni tribu cenſe-
retur. At cùm tribus illæ quatuor libertinorum potentiores viderẽtur,
placuit ſorte duci tribũ vnã,in qua libertini [15] omnes ſuffragiũ ferrent.at- 15 Liuius lib.45.
que hic ſtatus fuit libertinorum, quouſque populus rogatione tribuni-
tia,quæ à P. Sulpitio tribuno plebis lata eſt,iuſſit,vt liberti deinceps [16] in 16 Florus epit. 77.& 84.
omnes tribus diuiderentur : quæ prima præcipuáque extitit euertendæ
Reipublicæ cauſa. Quemadmodum igitur ſerui quidem aut nati ſunt,
aut facti:ſic quoque ciues aut fiunt, aut naſcuntur:naturalis ciuis eſt ho-

mo liber eius ciuitatis in qua natus eſt, ſiue altero tantū, ſiue vtroque parēte ciue naſcatur. Olim quidē Athenis ciuē vtroque parente ciue naſci oportuit[17]: nam qui alterutro tantùm parente natus erat nothus appellabatur, qui nec optimo iure ciuis eſſe poterat, nec maximos in Republica magiſtratus, quos archōtes vocabāt, adipiſci[18]: tametſi plerique ad eos magiſtratus latenter irrepſiſſent: ſed Periclis ætate quinque millia liberorum hominum qui ſeipſos pro ciuibus ferebant, ſubiugum ſeruile miſſa ſunt: ac propterea Pericles ipſe orbatus liberis, qui vtroque parente ciues erant, rogationem[19] ad populum tulit, vt inter ciues cenſeretur is, quem Athenis ab vxore peregrina ſuſceperat. eòque pertinet illud quod Liuius[20] ſcribit, Romanos coloniā cōſcripſiſſe ex iis quatuor B millibus hominum, quos Romani ex Hiſpanis mulieribus ſuſceperant: quia ciues non erant. ſed poſteà obtinuit vt ciuis eſſet, qui[21] patre ciue naſceretur: & pleriſque in locis ſatis eſt ad ciuem conſtituendū matrem habere ciuem. Qui verò in Africa vtroq; ciue Romano natus eſſet, non minùs erat ciuis, quàm ſi Romæ originem accepiſſet[22]. Ciuis autem aſcriptus eſt, qui ſe alterius ſummæ poteſtati ſubiecit, & in[23] numerum ciuium conſcriptus eſt. Nam ciuis honorarius tantum, qui ius ſuffragiorum ac ciuitatis pro ſuis erga Rempublicam meritis adeptus eſt, re vera ciuis dici non poteſt, quia non ſeſe ſub alienæ poteſtatis imperium ſubiungi paſſus eſt. Ex pluribus ergo ciuibus, ſiue nati, ſiue creati ſint vel adoptione peregrinorum, vel ſeruorum manumiſſione conflatur Reſpublica, quando ciues omnes vnà continet & eadē eſt imperii maieſtas: C tametſi moribus, legibus, inſtitutis, ac infinita gentiū variętate inter ſe differant. Si verò ciues omnes iiſdem legibus vtantur, non ſolùm eadem Reſpublica, ſed etiam ciuitas eadem eſt, tametſi ciues huc illuc per vicos, vrbes, ac municipia diſperſi à ſeipſis ſedibus ſeiungantur. Nec verò potius ciuitas vrbis mœnibus, quàm familia tectis ædium continetur: contra quàm plerique putāt[24]. nam vt familia locorū ac regionum varietate diuiſa familiæ nomen retinet, cùm omnes ſerui ac liberi eiuſdem patrisfamilias imperio contineantur: ita quoque ciuitas plurium vicorum ac vrbium ciues iiſdem legibus ac moribus complexa moderatur. Rempublicam verò ex pluribus ciuitatibus ac prouinciis, quæ variis le- D gibus ac moribus vtuntur conſtitui videmus, quæ tamen ſumma quadam imperii poteſtate coercentur. Quin etiam vrbium beneficia quædam ſunt, quæ cum ſuburbiis non cōmunicantur: & ſuburbia ipſa prærogatiuam quandam habent quæ vicorum non ſit communis: qui tamen & ſubditi Reipublicæ, & ciues ſunt vrbani. Nam propriè ciuis vrbanus is eſt, qui vrbis mœnibus ac ædificiis continetur. ſed optimo iure eſt, nō qui creatur, ſed qui naſcitur ciuis, quique ſingulari quodam vrbanorum ciuiū priuilegio vtitur fruitur. argumento ſit, quod Pręfectus mercatorum Lutetiæ nemo fit, niſi qui in ipſa vrbe natus eſt: nec apud Geneuates Syndicus aut ſecretioris conſilii Senator, niſi Geneuæ domicilium originis habuerit. quod etiam apud Heluetios & Germanos vſu receptum eſt. Atque hæc breuiter de ſubditis, ciuibus, ac peregrinis, deq; Reipu-

17 Plutar. in Themiſtocle.

18 Demoſthenes contra Neæram.

19 Plutar. in Pericle.

20 Liuius lib. 43.

21 l. 1. ad municipalem.

21 l. 1. ad municipalem.

22 l. aſſumptio. ad municipal.

23 l. 1. & 2. l. ciues. de incolis. l. pupillus. §. aduena. de verbor. ſignificat.

24 Bald. in l. ciues. ex l. prouincial. de verbor. ſignifi. Ancaran. in cap. canonum ſtatuta. de cōſtitut. verbo conſuluit. Alexand. cōſil. 20. lib. 2. Baldus tamen ſibi cōtrarius eſt in l. ſpecialiter. de teſta.

Reipublicæ, vrbis, ac ciuitatis appellatione. Sed quia nemo hactenus quantùm intelligere poſſum, his definitionibus vſus eſt, rem ipſam perſe obſcuram exemplis illuſtrare placet. Nam ſæpe graues controuerſiæ tum principib. tum etiam ciuibus inter ipſos intercedunt, propter harum rerum ignorationem: quinetiam illi ipſi diſciplinæ ciuilis interpretes[25], à quibus ciuilis ſcientia petenda nobis erat, ſæpe ciuium ac peregrinorum iura, ſæpius etiam vrbis ac ciuitatis appellationem confuderunt. Qui verò de republica ſine legum ac iuris ſcientia ſcribunt, conſimiliter faciunt, vt qui nullis omnino iactis fundamentis ædes altiſſimas moliuntur. Nam Ariſtoteles[26] ciuitatem definiit, ciuium multitu-
B dinem cui omnia ſuppetũt ad beatè viuendum: nec differre putat Rempublicam à ciuitate: nec ciuitatẽ dici, niſi ciues omnes vno & eodem loco contineantur: abſurdè illud quidem, & ab hac ſcientia penitus alienum, vt ſatis apertè docuit Cæſar his verbis[27]: Omnis ciuitas Heluetia quatuor pagos habet. ex quo ſatis intelligitur ciuitatis verbo ius ipſum, non locum ac regionem contineri: non vrbem, quæ ab vrbo, id eſt aratio dicta eſt, quoniam, inquit Varro, Vrbium ambitus aratro deſignabatur. Quare qui extra vrbem quid, quod legibus vetitum erit, exportauerit, vt in aliam eiuſdem prouinciæ vrbem tranſueheat, neque rem extra ciuitatem exportaſſe[28], neque in legem commiſiſſe dicetur. At Paulus Caſtrenſis[29] hanc definitionem latiùs patere ſcribit, nec putat ad-
C uerſus legem peccaſſe, qui res vetitas exportârit, niſi exceſſerit ex imperij finibus. Ac tametſi nonnunquam ſcriptores[30] vtraque confundant, & πόλιν ἀντὶ τοῦ ὄρεως, vt Latini ciuitatem[31] pro oppido, vrbe, ac iure ciuium vſurpant: vrbem tamen, ideſt ἄστυ ciuitate[32] contineri volunt, non contrà. & quia humaniores ſunt, qui ciuilem ſocietatẽ colunt: propterea vrbani dicuntur, quos poſteri[33] minus Latinè ciuiles appellârunt: ab aſtu verò Græci aſtutos vocant, eadem origine qua vrbanos, ſed ſenſu deteriore. Ac ne quis putet ea temerè cõfundi, aut verborum eſſe non rerum controuerſiam, fieri poteſt, vt fortiſſimis propugnaculis ac mœnibus conſtructa ſit vrbs, ac hominum multitudine rerúmque ad vitam neceſſariarum copia locuples, nec tamẽ ciuitas ſit, niſi legibus ac magiſtratuum
D imperiis ciues contineantur: ſed verius ἀναρχία eſt quàm ciuitas appellanda. contrà verò, ſi vrbs ipſa legibus & armis, rerúmque geſtarum gloria floreat, profectò hanc ciuium multitudinem iure ſociatam, rectè ciuitatem appellabimus, quæ tamẽ Reſpublica non erit: vti ſunt vrbes ac municipia Reipublicæ Venetorum. Non enim municipia Vrbis Romanorũ, nec vectigales vrbes in prouinciis Reſpublicę dicebantur, nec Reipublicæ iure ac priuilegio fruebãtur: id namq; propriũ erat Romanæ ciuitatis vt Reſpublica diceretur, & iis priuilegiis ac beneficiis quæ Reipublicæ aduerſus priuatos ac municipia competũt, ſola vteretur: tametſi Reſpublicæ quoque dicuntur ipſa municipia, ſed id minus propriè. Nam Traianus Auguſtus ad Plinium[34] Iuniorem Aſiæ Proconſulem reſcribens, negat ciuitatẽ Bithyniorum ius habere Reipublicę, vt priuatis creditoribus iure pignoris potior eſſet: & rectè[35] quidẽ. id enim proprium

25 Accur. in l. vlt. de præſcript. lõgi temp. C. Cyn. Salicet. eod. Alexãd. in l. 1. §. ſi autem. ad municipal. Angel. in l. vlt. de iuriſdict. Bald. in l. 3. de naturalib. lib. Bart. in l. ſi nupta. de incetatis. C. & in l. vrbis appellatio. de verb. ſig. Oldrad. conſil. 176. Specul. in tit. de citat § 1. Canoniſtæ. in cap. corã. de elect.

26 lib. 3. cap. 6. Politic.

27 lib. 1. cõmentã.

28 l. Cęſar. de publ canis. l. ſed ſi quis. eod.

29 In l. cætera. de legat. 1.

30 Hebræi קריה vrbẽ ſiue munitũ appellãt, עיר ciuitatẽ, vt Ieſa. 10. & 16. & 1 4. Geneſ. 4. 18. & Oſeæ. 11. 9.

35 Verrius Flaccus in verbo Senatum.

32 Cicero ad Atticũ. lib. 4. epiſt.

33 Sueton. & Spartianus ſæpe.

34 lib. 10. epiſt. & toto titul. de adminiſtrat. rerum. & ad municipalem.

53 l. ſimile. ad municipalẽ DD. in l 2. in quib. cauſis. Bald. in l. vlt. col. 4. de ſacroſanct. Alex. cõſil. 104. lib. 6.

erat Romanæ ciuitatis, & iis, quibus ſingulari iure tributum erat, vt Antiochenſium[36] ciuitati; quæ ſola in vniuerſo imperio priuatis creditoribus iure pignoris potior erat. Ex quibus planum eſt, vrbem ſine ciuitate, hanc verò ſine republica dici poſſe. quinetiam poteſt ipſa ciuitas ſibi conſtare mœnibus vrbium ſolo æquatis, vel oppidis ac magis ciuibus vacuis: vt Athenienſes bello Perſico vrbem penitus deſeruerunt, & nauibus ſalutem ſibi quæſierunt: ſic enim oraculum Themiſtocles interpretatus eſt, ciuitatem[37] non aliter quàm ligneis mœnibus ſeruari poſſe: id eſt ciuium cœtum, ac multitudinem legibus ſociatam, aduerſus hoſtium copias non aliter quàm nauibus tutam fore. Idem contigit Megalopolitanis, qui Cleomenis exercitu territi, vrbem omnino deſertam eſſe paſſi ſunt: non minùs tamen vrbs erat, quàm antea, ſed neque ciuitas, neque reſpublica dici poterat, cùm ciuitas quodammodò ex vrbe exiiſſet. Sic enim Pompeius[38] cùm ducentos Senatores ac meliorem ciuium partem ab Vrbe quam Cæſari reliquerat ſeduxiſſet: Non eſt, inquit, in parietibus reſpublica. Sed quoniam duces partium ciues à ſe inuicem ſeiunxerant, ex vna Republica duas conſtituiſſe videbantur. Igitur ciuitatis, vrbis, collegij, curiæ, familiæ denique verbo ius ſignificatur. Et quemadmodum ſæpe iudicatum eſt æde ſacra extra vrbis mœnia poſita, παροίκους autem ipſos in vrbe priuilegiis vrbanis vti debere: propterea quòd παροικία (quam veteres Latini curiam, vulgus parochiam vocat) mœnium ambitu contineatur: ſic quoque de ciuitate iudicandum eſt. Neque verò cuiquam mirum videbitur quod diutius aliquantùm in hac diſputatione hæreo, ſi meminerit quanti fuit olim Carthaginenſibus harum rerum ignoratio momenti. Nam cum in Senatu Romanorum de Carthagine excindenda decerneretur, peruulgata fama Carthaginenſes legatos Romam miſerunt, ne vrbem rerum antea geſtarum gloria clariſſimam, ac Vrbis ipſius Romæ decus, monimētúmque victoriarum illuſtrium delerēt. Nihilominus re diu multúmq; in Senatu agitata, decretũ eſt ad imperij Romani ſalutem deleri Carthaginem oportere, tum propter loci opportunitatem, tum etiam propter inſitam Pœnis perfidiam, qui iam Romanorum ſocios bello laceſſiuerant, & finitimos populos latenter ad defectionem inuitabant. Poſteaquam ita decretum eſſet, legati Carthaginēſium in Senatum venire iubentur, quibus reſponſum eſt à Conſule, vt in fide Senatus populíque Romani permanerent, obſidibus trecentis ac nauibus populo Romano datis: ciuitatem Carthaginenſium ſaluam fore, iura, priuilegia, immunitates eaſdem habituros quibus anteà ſemper vſi fuiſſent. Legati accepto reſponſo, læti domum redeunt. Interea Scipio Africanus Iunior accepta claſſe Carthaginē maturè proficiſci iubetur, & Vrbem ferro flammáque delere ſaluis ciuibus ac rebus omnibus quas ex vrbe exportare poſſent. Scipio Cenſorinum legatum mittit, qui poſteaquam obſides vnà cum nauibus Carthaginenſium recepiſſet, iuſſit populum vniuerſum Carthaginenſem ex vrbe excedere: ſic tamen vt quæcunque vellet exportare, vrbémque à portu remotiorem condere liceret. Carthaginenſes imperio ducis perterrefacti, fidem

Senatus

36 l. Antiochenſium. C. de priuilegiis creditorũ.

37 Plutarchus in Themiſtocle.

38 Dio. lib. 41.

Senatus populíque Rom. appellant: quibus reſpõſum eſt populum Romanum ſemper fidem coluiſſe, & quæcunque legatis eorum promiſſa fuiſſent præſtitiſſe: ciuitatem verò mœnibus vrbis minimè contineri. Ita Carthaginenſes verborum ambiguitate decepti vrbem totius Africæ pulcherrimam ardere, & ſolo æquari viderunt[39]. Ita ſæpiſſimè legati iuris fœcialis ac legum imperiti in pacis actionibus fœderibúſque feriendis grauiſſimè peccant. Quanquam Modeſtinus[40] ſcribit Carthaginem, cùm deleta fuit, ciuitatis nomen amiſiſſe, ac vſumfructum ciuitati relictum etiam ante centeſimum annum extinctum fuiſſe: ſed in eodem errore fuit quo legati Carthaginenſium, quibus omnia ciuitatis iura, ac
B beneficia relicta fuêre. Eodem errore peccatum eſt in fœdere percuſſo[41] inter Bernates & Friburgenſes, quo ſocietas contrahitur tandiu vim habitura, quãdiu muri vrbis vtriuſque ſtabunt. Abutuntur etiam plerique, qui vrbem, ciuitatem, & vniuerſitatem Lutetiam appellant: partibus vrbis in tres regiones diuiſis: ac ciuitatem quidem inſula definiunt, vrbem verò & vniuerſitatem cis & vltra flumen: cùm[42] vrbs ipſa mœnium & ſuburbiorum ambitu contineatur. aberramus etiam cùm vrbem à ſuburbiis & cõtinentibus ædificiis ſeiungimus: propter vrbis Pariſiorũ ac ſuburbiorum diuerſa beneficia à regibus indulta. At Vniuerſitas eſt omnium ciuium corpus coactum: Ciuitas verò vrbis ipſius ac municipiorum, tum etiam virorum iiſdem legibus ac moribus vtentium coniun-
C ctio, id eſt præfecturæ & comitatus Pariſiorum. Grauius tamen peccatur ab iis, qui ciuem eſſe negant, qui non ſit imperij, ſuffragiorum, conſiliíque publici particeps. Hæc eſt Ariſtotelis[43] diſciplina, quam in ſtatu populari tantum locum habere confitetur. At definitio inanis eſt, quæ non ſit vniuerſorum ex ipſius[44] Ariſtotelis decretis, quorum conſtantiam ſeruare oportuit. nec minus alienum eſt, quod alibi patricios ac vrbanos ciues magis ciues eſſe putat, quàm ruſticos aut plebeios: impuberes verò ciuitate primùm initiari. At vera definitio nec diſiũctiones, nec plus minúſue capit quàm res ipſa, quæ in definitionem cadit. Quãquam illa ciuis ab Ariſtotele allata deſcriptio, ne ad popularẽ quidem ſtatum accommodari poteſt, cùm in Athenienſium ſtatu omnium populari,
D quarta claſſis quæ ciuium multitudine cæteris triplo maior erat, ab imperiis ac iudiciis arceretur[45]. Quare Athenienſes ipſos in ſua Republica, & quidem populari, peregrinos fuiſſe fateatur neceſſe eſt, vſque ad Periclis[46] ætatem, quiſquis Ariſtotelis definitionẽ probare volet. Quod verò tradit patricios magis ciues eſſe, quàm plebeios, id abſurdum eſt, non modò in populari Athenienſium ſtatu, ſed etiam Heluetiorum, & Argentinenſium, vbi nobiles ferè ab omnibus imperiis ſummouentur. Verius eſt à Plutarcho traditum, ciues dici qui legibus ac immunitatibus ciuitatis fruuntur: quod ex ætate, ſexu, ſtatu & conditione cuiuſque metiendum venit: vt patricij quidem iure patriciorum, plebeij iure plebeiorum. An corporis humani membra de ſua conditione querentur? dicétne pes oculo, cur non in ſublimi corporis loco poſitus ſum? an propterea pes inter membra non cenſebitur? At ſi Ariſtotelis definitioni lo-

39 Appian. in Lybico. at Florus cap. 49. ait Carthaginenſes tunc rebellaſſe ac obſidione diuturna fractos deditionẽ feciſſe Martio & M. Manlio conſulibus.

40 In l. ſi vſusfructus quibus modis vſusfr.

41 anno M.D.V

42 l. vrbis. de verborum ſig.

43 lib. 3 c. 1. & 4. Polit.

44 lib. 6. Topic.

45 Plutar. in Solone.

46 Plutar. Ibid.

cus ſit: quàm multæ ſeditiones, quot bella ciuilia, quãtæ ciuium ſtrages in mediis ciuitatibus exorientur! Certè plebs Romana nõ aliam ob cauſam à patribus ſeceſſit, quàm quòd non iiſdem imperiis ac immunitatibus quibus nobilitas, frueretur: nec aliter ſedari potuit, quàm propoſita corporis humani fabula, qua ſapientiſſimus Senator [47] Agrippa plebem cum patribus conciliauit. Non Romulus [48] ille creator Vrbis plebem ab imperiis, ſacerdotiis, omníque auſpiciorum iure ſummouit, Patricios ea capeſſere iuſſit, qui ſcilicet generis ſui ſtirpem ducerent ab iis, quos in Senatum legerat, quóſque iis conſcripſerat. Ac populus quidem Romanus cum finitimos armis ſub imperium ſubieciſſet, Sabinos quidem in ſocietatem imperij, & in eandem ciuitatem vocauit: ad honores autem, ſuffragia, & magiſtratus admiſit Volſcos, Hernicos, Tuſculanos, Arpinates, non tamen in eandem ciuitatem, cùm hi ſuis legibus vterẽtur: qui quòd eadem munera in eadem Vrbe cum Romanis caperent, municipes ſunt appellati. Romanorum igitur ciuium cõditio melior extitit. Cum enim Catilina Romanus, à Patribus, & quidem ab antiquiſſima Sergiorum gente originem duceret, M. Tullium Arpinatem ac nouum hominem contumelioſè appellauit. Ac propterea pleráque Italiæ municipia Romanis legibus quàm ſuis vti maluerunt, vſque ad Tiberium Imperatorem, qui popularis ſtatus vmbram, quam Auguſtus populo Rom. reliquerat, penitus ademit [49], cùm ſcilicet popularia comitia à plebe ad Senatum tranſtuliſſet. tunc Italiæ municipia Romanæ ciuitatis leges repudiãrũt. id quod Adriano Imperatori mirũ viſum eſt, inquit Agellius, ſed mirari non debuit. cùm enim populares honores ac magiſtratus ad vnius arbitrium delatos intelligerent, ſuis legibus quàm alienis vti præſtabilius eſſe ducebant. Differt igitur ciuis vrbanus à ciue ruſtico, hic rurſus à municipali: vt mirum videri non debeat, ſi Cæſar legata pop. Romano ſeorſum à tribubus dederit: nã ruſticæ tribus partem populi Romani faciebant, & cum vrbanis æqua ſuffragia ferebant. Tertium genus erat Latinorum, quorum vrbes ſexaginta fuêre: qui poſt diuturna bella fœdus cum Romanis ea lege percuſſerunt, vt ſuis quidem moribus ac inſtitutis viuerent, ciues tamen Romani fierent, quicunque legitima prole domi relicta in Vrbem domicilium [50] tranſtuliſſent. Cùm tamen fœderibus fraudem facerent, ſuóſque liberos Romanis ciuibus adoptionis aut ſeruitutis ſpeciè manciparent, vt momento manumiſſi iura ciuitatis adipiſcerentur, lege Claudia ex Senatus autoritate ad populum lata, & conſularibus edictis, Latini qui fraude ciuitatem obtinuerant, in vrbes Latinas redire coacti ſunt: ídque factum eſt Latinarum vrbium rogatione. Eo pertinet quod Boëtius ſcribit Romanos ciuitatem amittere cùm in colonias Latinas mitterentur: & colonias [51] Romanorum quæ Puteolos ac Salernum deductæ fuerant, ciuitatem amiſiſſe. quod quidem pertinet ad iura ſuffragiorum. Sic enim Rhemẽſes, Lingones, Bituriges, Meldiunenſes, Xantones, & Heduos liberos Gallorum populos iura ciuium Romanorum ſine ſuffragis habuiſſe Tacitus ſcribit. Hedui quidem ſocietatis fœdere cum Romanis coniunctiores quàm illi, ac propterea fratres Ro-

Margin notes: 47 Dionyſ. Halicar. — 48 Idem. — 49 Tacit. lib. 2. — 50 Liuius lib. 41. — 51 Liuius lib. 24.

Margin letters: B, C, D

tres Romanorũ appellati ſunt,& Romani Senatores fieri poterãt. quamquam Aruerni ſe quoque fratres Romanorum[52] appellabant, & eadem Troianorum gente oriundi. At nemini dubium eſt, quin coloni Romanorum ciues eſſent Romani, eodem ſanguine creti, iiſdem moribus ac legibus, vtentes[53]: ſed quò longiùs aberant coloniæ Romanorum ab Vrbe, eo minus lucem ac ſplendorem Vrbis ſentiebant: eo minùs honorum ac ſuffragiorum participes erant. Itaque coloniæ Romanorũ, quæ Narbonam, Lugdunum ac Viennam deductæ fuerant, præclarè ſecum agi arbitrabantur, ſi ius Italicum obtinerent. vrbes enim Italorum omnes ſocietatis fœdere cum Romanis erant coniunctæ, ſua tamen libertate

B ac ſuis legibus vtentes: & quoniam Romani armis & opibus ſociorum adiuti cæteras gentes domuerant, nec tamen patiebantur ſocios ad honorum & magiſtratuum petitionem in Vrbe admitti: ſociale bellum in vniuerſa Italia contra Romanos exarſit, nec priùs deſiit, quàm multis cladibus vtrinque datis & acceptis, Romana ciuitas Italis[54] omnibus paucis exceptis lege Iulia tribueretur. Nam Italię vrbes partim coloniæ, partim municipia, partim Latij, partim Italici Iuris, partim præfecturę dicebantur. ac propterea Liuius[55], Iam inde morem, inquit, Romanis colendi ſocios, ex quibus alios in ciuitatem atque æquum ius accepiſſent, alios in ea fortuna haberent, vt ſocij eſſe, quàm ciues mallent. Hinc illa Tiberij vox in oratione[56] quam habuit in Senatu, quæ adhuc in æs inciſa

C Lugduni habetur. Quid ergo? Nũ Italicus Senator prouinciali potior eſt? quaſi diceret æquo iure Senatoriis honoribus vtrũque frui. Idem tamen Imperator Gallos, qui ciuitatem conſecuti fuerant, ab honorum ac magiſtratuum petitione ſummouit. Ex quo intelligitur id quod Plinius[57] ſcribit, Hiſpaniam habere quadringentas vrbes ſuprà octo & ſexaginta. In iis inquit, coloniæ XX. municipia VIII. latio antiquo donata XLVI. libertate VI. fœderatorum III. ſtipendiariæ CCCLXXXVIII. Ac tametſi Latini arctiſſimo ſocietatis fœdere cum Romanis copularẽtur, ciues tamen non fuiſſe argumento eſt illud Ciceronis, Nihil acerbius Latinos ferre ſolitos eſſe, quàm id, quòd perrarò accidit, à Conſulibus iuberi ex Vrbe exire. Nam peregrinos ſæpius Vrbe pulſos legimus[58]. Tanta deni-

D que fuit beneficiorum, tanta priuilegiorum inter eos, qui Romanis imperiis tenebantur, præter fœderatos ac liberos populos varietas, vt nihil ferè ciuium omnium Romanorum tam proprium fuerit, quàm ne de libertate aut capite eorum iniuſſu populi Romani iudicaretur. id quod Iunia rogatione tribũitia factum eſt, quæ lex ſacrata dicebatur, poſt exactos Vrbe reges ad populum lata[59]: deinde leges Valeriæ Conſulares à Conſulibus Publio, Marco, & Lucio è gente Valeria[60] variis temporibus latæ, legem Iuniam ſanctiùs confirmârunt. Poſtremò Sempronia[61] ac Portia rogatione, vtraque tribunitia, perduellionis pœna legibus addita fuit, quod ſæpe à Magiſtratibus leges violarentur. Et quidem M. Tullius priuſquam Catilinæ coniuratis ciuib. Romanis, gulam in carcere frangi iuſſiſſet, Cæſar in Senatu diſſuadere cupiens: Maiores noſtri, inquit, Græciæ morem imitati verberibus animaduertebant in ciues.

52 Lucanus, Aruerni Romanorũ ſe dicere fratres ſanguine ab Iliaco populi.
53 Liuius lib. 23. 24. 35. Agellius lib. 16. c. 15.
54 Appian lib. 1. ciu. hum. Plutar in Sylla.
55 lib. 26.
56 Tacit. lib. 11.
57 lib. 2. c. 1. & 3.
58 Dio.
59 Liuius lib. 2.
60 Liuius lib. 2. 7. & 10.
61 Cicero pro Rabirio. perduel. Idem in Verrem actione. 1. 4. 7. Valer. Max. li. 8.

De cōdemnatis ſummum ſuplicium ſumebant: poſtquā Reſpub. adoleuit lex Portia aliæque leges paratæ ſunt, quibus exilium damnatis permiſſum eſt. Quam legem Cicero Conſul cum violaſſet, non modò exulare coactus eſt, ſed etiam proſcriptionem paſſus, domo penitus incenſa, ac templo in area conſtructo, quod populus libertati conſecrari rogatione Claudia tribunitia iuſſit: qua lege territi magiſtratus in ciues Romanos deinceps animaduertere minus auſi ſunt, etiam mutato populari ſtatu. Nam Plinius Iunior Aſiæ Proconſul ad Traianum[62] ſcribēs de Chriſtianorum nocturnis cœtibus, Qui ciues erant, inquit, annotauimus in Vrbem remittendos. ac Paulus ipſe Chriſtianorū ſuæ ætatis facilè princeps iuſſu magiſtratuum comprehenſus, quòd ſeditioſis concio- B
nibus tranquillitatem publicam conturbare diceretur, cùm intellexit Fœlicem prouinciæ Præſidē accuſationem audire, ciuem Romanum ſe profeſſus, Cæſarem appellauit: tametſi enim natione Cilix eſſet, genere Iſraelita Beniamiticæ tribus: nihilominus pater ipſius iura ciuitatis Romanæ adeptus erat. Præſes re intellecta cùm Romam mitti iuſſiſſet, Poterat, inquit, hic homo dimitti, niſi Cæſarem appellaſſet. alioqui ſi Romanus ciuis non fuiſſet, Præſes de cauſa cogniturus erat, Palæſtina ſcilicet in prouinciæ formam redacta: vt antea Publius Pōtius eiuſdem prouinciæ Præſes, Chriſtum prouincialem hominem populi Romani ſtipendiarium capitis damnauit, quem tamen aduerſariorum manibus ac ſuplicio erepturus videbatur, ſi maieſtatis crimen, quod illi intentabant, C
tam facilè effugere potuiſſet. Itaque Præſes maieſtatis crimen veritus, ne quid in eo peccaſſe videretur, capita & inſtrumenta litis ad Tiberium[63] miſit. Nam ſi Iudæorum magiſtratus municipales merum imperium ac iuriſdictionem habuiſſent, ipſi cognitionem ſuſcepiſſent: ſed nullam penè iuriſdictionem habuerunt, præter quàm[64] quòd iubere, cauere, & in poſſeſſionem mittere, pupillis[65] etiam tenuibus dare tutores poterāt. nulla tamen in peregrinos aut prouinciales, multò minus in ciues Romanos, ac ne in libertos quidem manumiſſos iuriſdictio data illis eſt, ſed in ſeruos[66] tantum, quos verberibus coercere poterant. Iuriſdictio tamen defenſoribus ciuitatum tandem, id eſt, trecenteſimo & quinquageſimo poſt anno Valentiniani principatu tributa eſt. ex quibus intelli- D
gitur omne imperium ac iuris dicendi poteſtatē Præſidibus Romanis datam, cæteris ademptam fuiſſe. Fallunt enim, qui putant Pontifices Iudæorum, iudicio Chriſti abſtinuiſſe, quaſi religione impedirentur, vt noſtri Pontifices tradunt, quo minus pœnam capitalem irrogarent: ex eóque iudicia capitalia tractare, aut ſententiam cruentam ſe ferre prohiberi: quod ab antiquitatis ignoratione profectum eſt: cùm ſatis, opinor, perſpicuum ſit Senatum Iudæorum LXXI. etiam ex Sacerdotibus ac Leuitis coaluiſſe, & capitalia iudicia priùs exercuiſſe, quàm Paleſtina in prouinciæ formā redacta fuiſſet, vt Chaldæus[67] interpres, ipſiq́ue Hebræorum Iuriſconſulti in pandectis[68] tradūt. Hoc igitur erat ſummum ac præcipuum ius Romanis ciuibus tributum, ne à Magiſtratibus capite aut exilio extra prouocationem punirentur. Neque tamen conſequens eſt pro-

62 lib. 10. epiſtol.

63 Tertullian.

64 l. 1. dies. §. duas. de damno. l. iubere. de iuriſdic. l. ea quæ. ad municipal.

65 l. ius dandi. de tut. dat.

66 l. magiſtratibus. de iuriſdict.

67 in Hierem. cap. 5.

68 in titulo Sanedrin. Paul. Riccius. Moſes Maimō lib. 3. nemore.

eſt prouinciales, quibus id beneficium denegatū eſſet, re vera ciues non fuiſſe. Aut enim ciues Romani fueruut, aut fœderati, aut peregrini, aut ſerui, cū ſcil. imperij Romani finibus coercerētur. at fœderati nō fuerūt: cùm liberi tantum populi, qui ſuæ Reipublicæ maieſtatem tuebantur, ſocij Romanorum ex fœderibus appellarentur: neque item hoſtes aut peregrini, cùm iiſdem magiſtratibus ac imperiis, quibus cæteri ciues vterentur, atque iis etiam à Romanis tributa imperarentur. Oportuit igitur ciues eſſe, aut rem omnium abſurdiſſimam confiteri, liberos ſcilicet homines in originis ſuæ domicilio, qui iure maieſtatis teneantur peregrinos eſſe. Nec verò beneficiorum varietate ciues definiuntur, ſi alius
B alio plus minúſue conſequatur: quæ quidem beneficia variè à principibus tributa videmus. nam Auguſtus Gallum hominē Romana ciuitate donare noluit, etiam rogante Liuia vxore[69]: tributorum tamen immunitate ſubleuare non recuſauit, nec probauit quod C. Cæſar pater legionem illam, quam ex Gallis conſcripſerat, omnéſque Nouocomenſes ſimul ac ſemel ciuitate donaſſet: quódq; M. Antonius iura ciuitatis accepta pecunia Siculis vendidiſſet. Poſteri tamen principes non tanta religione ciuium Romanorum iura coluerunt. Nam Antoninus Pius omnes imperio Romano ſubditos (ſeruitia ſemper excipio) ciuitate Romana donauit, non reſcriptis, ſed lege populis omnibus[70] lata: vt eſſet Roma gentiū omniū patria[71] cōmunis. In quo quidē Alexādri magni exem-
C plum quodammodò viſus eſt imitari: is enim orbem terrarum ciuitatem communem, ſua verò caſtra ciuitatis illius arcem[72] appellabat. ſed Antoninus Orbe Romano contentus eſt. ac tametſi ciuitas vel potius ciuitatis ac immunitatum largitio cum omnibus cōmunicata videretur: variȩ tamen ciuium immunitates fuerunt, vt videre eſt non modò in Iuriſconſultorum[73], qui poſt Antoninum Pium floruerunt, commentariis ac reſpōſis: ſed etiam in Principum edictis. Nam Seuerus multo poſt Antoninum, Alexandrinis dedit, vt Romani Senatores fieri poſſent. cæteri verò Ægyptij Romani ciues non ante fieri poterant, quàm Alexandriæ ciuitatis iura conſequerentur[74]. Non ſunt igitur ciues beneficiorū amplitudine definiendi, vt qui plures habeant immunitates, magis ciues
D quàm cæteri ſint appellandi. nam etſi nobilitati apud nos nulla imperantur tributa, vti fit apud Anglos, Hiſpanos, Germanos: arma tamē capere pro Repub. ac cæterorum ciuium ſalutem tueri tenentur. alioqui ſi beneficia ciuem efficiunt, peregrini certè ciues appellandi ſunt, cùm iura peregrinorum ſint interdum vberiora ac meliora quàm ciuiū ipſorum: quia ius honorarium ciuitatis ſæpe tribuitur hominibus peregrinis, qui tamen nullis imperiis aut muneribus neceſſariis tenētur. Nam Ludouico XI. ac cæteris deinceps Regibus Francorum Heluetij iura ſuæ ciuitatis dederunt. ita rex Perſarum Artaxerxes Pelopidarum genti iura ciuitatis dedit[74]: ſic Athenienſes Euagoram Cypri regem, Dionyſium Siciliæ tyrānū, Antigonum ac Demetrium Aſiæ reges, imò Rhodios omnes ſua ciuitate donarunt[75]: ac pari munificencia Rhodij aduerſus Athenienſes vſi ſunt fœdere percuſſo, quod fœdus cōmunicatio ciuitatis †

69 Tranquil. in Auguſto.

70 l. in orbe. de ſtatu ho.

71 l. Roma. ad municip.

72 Plutar. in Alexand.

73 l. 2. & toto titulo. de cenſib.

74 Plin. lib. 10. epiſtol.

74 Plutar. in Pelopida.

75 Liuius.

† Combourgeoiſie.

appellatur. cuiuſmodi fœdus eſt illud quod inter Valeſios, & quinque pagos Heluetiorum minores ictum.eſt anno M. D. XXVII. tum etiam inter Bernates & Friburges M. D. V. ac rurſus inter Geneuates ac Bernates anno M. D. LVIII. quorum fœderum ea vis eſt, vt mutua inter ipſos ſit cõmunicatio ciuitatis & amicitiæ fides: & qui ex ſociis ſua ciuitate deſerta ſociorum ciuitatem adire malit, momento ciuis ac ſubditus ſit alterius ciuitatis, ſine cooptatione, rogatione, aut reſcripto ſingulari. Ius autem ciuitatis honorarium imperio neminem aſtringit, niſi qui ſuę originis ac ciuitatis domicilium deſerit, vt in alterius principis poteſtatem veniat. Neque enim reges illi quos diximus, nec item Hercules aut Alexander Magnus, cùm honorarij ciues Corinthiorum fierent, imperiis eorum tenebantur. Cùm igitur fieri non poſſit, vt idem ciuis ac peregrinus, aut ſocius ac ſubditus habeatur: neceſſe eſt verum ciuem effici, qui aut naſcitur, aut in alterius imperium ac ſummæ poteſtatis ditionem cõcedit. Qua igitur ratione, dicet aliquis, Romanorum ſocij, vt apud nos Hedui ac Maſſilienſes, Romani ciues eſſent, cùm ſuæ maieſtatis ac Reipublicæ iura tuerentur? aut quid eſt illud quod M. Tullius exclamat, O iura præclara[77], atque diuinitùs iam inde à principio Romani nominis à maioribus noſtris comparata, ne noſtrum plus quàm vnius ciuitatis eſſe poſſit: (diſſimilitudo, enim ciuitatũ varietatem iuris habeat neceſſe eſt.) ne quis inuitus ciuitate mutetur, néue in ciuitate maneat inuitus. Hæc enim ſunt fundamenta firmiſſima noſtræ libertatis, ſui quemque iuris & retinendi & dimittendi eſſe dominum. Idem antea dixerat, cæteris omnibus populis conceſſum eſſe, vt plurium ciuitatum quiſque ciuis eſſet. quo errore ductos vidi egomet inquit, nõnullos imperitos homines noſtros ciues, Athenis in numero iudicum atque Areopagitarum, certa tribu, certo numero, cùm ignorarẽt an illam ciuitatem eſſent adepti, hanc ſe perdidiſſe, niſi poſtliminio recuperaſſent. Hæc ille. Primùm quod de Athenienſibus ſcribit, iampridem antiquata fuerat lex[78] Solonis, quæ peregrinos omnes, exceptis exulibus, à ciuitate Athenienſium arcebat: quam legem Plutarchus miratur ſupra modum, neque proſpicit à Solone id factum, vt nemo immunitatibus ac priuilegiis Athenienſium, & ea, quam habuerunt, populari prærogatiua vteretur, niſi Athenienſium imperiis ac legibus obligaretur. at qui alienę ciuitatis imperio tenetur inuitus, profectò iura ſuæ ciuitatis amiſit: quod in reges illos, quos antea cõmemorauimus, aut in Rhodios, qui ciuitatem Atheniẽſium adepti ſunt, cadere nullo modo poteſt. Hoc igitur voluit M. Tullius opinor, neque enim ſatis ſibi conſtat, eum qui re vera ciuis eſſet Romanus, id eſt, qui Senatus populíque Romani legibus obligaretur, alienæ ciuitatis imperio minimè teneri potuiſſe. Pomponius enim Atticus in Vrbe Roma natus, ciuis Romanus erat & quidem equeſtris ordinis, qui quod Athenienſes coleret, Atticus eſt appellatus: (ad hunc enim tres imperatores[79] Auguſti ſuæ originis ſtirpem retulerunt) ciuis Athenienſis fieri noluit: ne, inquit Cornelius Nepos, ius Romanæ ciuitatis amitteret: quod verum eſt de vera ciuium ſignificatione, non tamen de honorariis ciuibus: qui mul-

77 Pro Cornelio Baldo.

78 Plutar. in Solone.

79 Seneca in epiſtol. ad Lucilium.

B C D

qui multarum ciuitatum ciues aſcribi poſſunt, vnius tamen imperiis obligantur: quod ſi plures ciuitates eiuſdem principis imperio teneantur, omnium ciuis eſſe quiſque poteſt, etiam Romano[80] iure. Tametſi enim ſeruus plurium eſſe poteſt, æquè ac vaſſallus: non tamen plurium Principum quiſquam ſubditus eſſe poteſt, niſi mutuo principum conſenſu: quoniam hi nullius imperio coercentur, vt illi quibus officia viciſſim à ſeruis præſtantur: quique à magiſtratibus ſeruum vẽdere[81] cogi poſſunt, niſi ſeruiles operas, quæ ſimul non poſſint, viciſſim à ſeruo præbeantur. Itaque Principes ſæpe videmus in imperij finibus bella gerere pro ſubditis vindicandis, qui, quem ſequantur, conſtituere non facilè poſſunt, ac

B ſeipſos ſæpe vindicant in libertatem, aut ab omnibus inuaduntur. Cùm enim Daci Turcarũ metu ab rege Poloniæ defeciſſent, poſtea iiſdẽ præmentibus Polonis, & Turcarum, & Polonorum iuſſa facere coacti ſunt, & vtriſque pendere tributa, anno M.D.LIIII. At in finibus Lotharingorum & Belgarum, plerique principes ac populi cum Gallorum, aut certè Hiſpanorum imperio tenerentur, tandem omnes eiurarunt: ſimiliter & in Burgundionũ finibus, quæ regio interdicta dicitur, ſex reguli ſummum in ſuos imperium exercent, quod diuturna præſcriptione bella mutua inter Francos & Burgundiones geſta pepererunt. In Lotharingorum verò finibus Comites Lumæ, & Aſperi montis, iura maieſtatis præ ſe tulerunt. Item in Anglorum & Scotorum fini-

C bus contigiſſe conſtat, in agro vtriuſque imperij finitimo, qui contentioſus dicitur, quem deſertum eſſe patiũtur vtriuſque regni principes, vt antiquo fœdere cauetur: priuatis tamen pro paſcuis vti fas eſt, ea lege, vt pecus abigere ac vindicare cuique liceat, quod vel ante Solis ortum, vel poſt obitum paſcitur: id enim ab Henrico Francorum rege II. cùm ſceptra Scotorum pro nuru regeret, impetratum eſt. Heluetij tamen, qui habent imperia diuiſa (ſunt enim ciuitates tredecim, quarum vnaquæque in ſuos ſummum imperij ius habet.) ad oppida, quæ ſunt omnium communia, viciſſim magiſtratus ac præſides mittere conſueuerunt. ſed cum varia religione vtantur, grauis oborta ſeditio eſt, anno M.D.LIIII. proptereà quòd Præſes eius prouinciæ communes ſubditos à noua religio-

D ne ad ritus veteres reuocare, pœna propoſita, conabatur: & quidem res ad arma prorupſura videbatur, niſi Glarẽſes, & Abbati cellani, qui vtranque religionem probant, legatos ad communes ſocios miſiſſent. quam quidem ad rem legatus, regis Francorum incredibile ſtudium, curam ac ſollicitudinem adhibuit, vt inter ſeſe conciliarentur: ídque tandem confecit. Cum igitur perſuaſum ſit principum duorum ſubditum ac ciuem fieri poſſe neminem, dubium non eſt, ea quæ diximus de iure ciuitatum peregrinis conceſſo, ad immunitates & honores tantũ pertinere. Atque eo ſpectat Eduardi regis Anglorum edictum, quo Britannos omnes Armoricos, ciuitate donauit. Nam quod ait Cicero, ciuitatem retinere, aut amittere Romanis, modo vellent[82], licuiſſe: nihil eis licuit, quod omnibus populis in eo genere non liceret: idque potiſſimum in populari ſtatu, vbi ciues ſinguli maieſtatis quodammodo participes ſunt: nec facilè

80 l. eius ad municipal.

81 l 2. de iis qui ſunt ſui.

82 l. 5. de capti. §. in bello princip. cod. l. nihil intereſt eod.

peregrinos ad iura ciuium admittunt. Nam Athenis ad ciuitatem cum peregrino communicandam ſex [85] millia ciuium occultis ſuffragiis conſentire neceſſe fuit. quibus verò locis ac regionibus Tyranni dominantur, aut quæ ſoli ſterilitate, aut cœli ſpirabilis intemperie ab incolis deſeruntur: nō modò ciues, ſed etiam peregrini ſæpe à principibus exire prohibentur: vt in Moſchouia[84], Tartaria, Æthiopia[85]: eóque magis ſi peregrinus homo ingenio excellere videatur: cum iura ciuitatis apud Venetos aut Rhaguſios non ſine mercede, aut magnis in Rempublicam meritis contingant. Ac tametſi Romano [86] iure amittere ciuitatem cuique integrum eſt: & in Hiſpania liberum cuique aliò commigrare, & alienæ ciuitati aſcribi, dum id teſtato apud principem fiat: omnibus tamē principibus ac ciuitatibus pro iure maieſtatis ac imperij ciues domi continere ſemper licuit ac licebit. Itaque in ſanciendis fœderibus principes illud obteſtantur, ſe fœderatorum ſubditos ac vaſallos minimè admiſſuros. Cōſimilis eſt apud Ciceronem[87] clauſula fœderis Gaditani, Ne quis fœderatorum à populo Romano ciuis reciperetur, niſi is populus fundus factus eſſet, id eſt auctor. Nam in eō verſatur illius cauſſę ſtatus, quia Cornelius Balbus ciuis erat fœderatæ ciuitatis, non poterat igitur contra fœdus à Pompeio ſine conſenſione fœderatorum, Romana ciuitate donari. Idem Cicero ſcribit, fœderibus Gallorum cum Romanis exceptum eſſe, nequis eorū à Romanis ciuis reciperetur. Iiſdem legibus hoc ipſo tempore adhuc vtimur. Nam etſi nobiſcum Heluetij arctiſſima neceſſitudine & amicitia coniūgantur, nihilominus eadem clauſula concepta eſt eo fœdere quod cum illis ictū eſt anno M. D. XX. Rurſus cum ſocietatem & amicitiam quinque Heluetiorum pagi minores inter ſe coirent, exceptum eſt ne ciues fœderatorum reciperentur: aut ſi ius alienæ [88] ciuitatis peterent, non aliter impetrarent: quàm prædiis ac bonis omnibus exceptis. At, ne inſula quidem patriciis Anglorū, Scotorum, ac Danorum ſine venia principis exire licet: eóque iure à maioribus accepto etiamnum vtuntur Neapolitani[89]: quod iampridem ab Auguſto tractū videtur. is enim ſeueriſſimè [90] ſanxit, nequis Senator iniuſſu principis ex Italia excederet. Hiſpanis verò ciuibus in Indiam traiicere ſine principis venia non licet: quod etiam Carthaginēſium lege cautum fuit, cùm imperator Hanno primus ad Heſperidum ſeu Canarias inſulas appuliſſet. At Mediolani Senatus decreto nec ius alienæ ciuitatis capere, nec ſocietatem cum vllis principibus aut ciuitatibus coire, nec domicilium in eiuſdem imperij finibus commutare fas eſt, niſi prius impetrata venia & honorario principi ſoluto. Ita Bythynnis[91] interdictum eſt olim, ne quemquam in ciuitatem aſciſcerent, propter eas, quæ Bithynnis contigerant, immunitates, vel iudicis mutandi cauſa, vel vt tributis ac vectigalibus ſeſe liberarent. nam in eos lata lex[92] eſt, vt tributa duobus locis pendere cogerentur: quod etiam noſtris legibus receptum eſt[93]. Subtilius tamen Philippus Longus Rex Francorum[94], ne domicilij mutandi libertas cuiquam eripiatur, néue fraus vlla fiat vectigalibus ac tributis, iubet Magiſtratus alienæ ciuitati aſcriptos mutatis ſedibus in ſuam

aſciſcant

B C D

83 Demoſthenes contra Eubulidem.

80 Sigiſmundus in hiſtoria Moſcho.

85 Franciſcus Aluareſius in hiſtoria AEthiopica.

86 l.5. de captiuis. l. in bello eod.

87 pro Cornelio Balbo.

88 anno 1520.

86 Mathæ. Afflic. deciſ. 265.

90 Tranquil. in Auguſto.

91 Plin. lib. 10. epiſt. 84. & 117.

92 l. vlt. de municipal.

93 Philippi Belli anno 1302. Caroli Belli. 1351 Ioannis vt Gallus refert parte 4. Caroli V. & Caroli VII.

94 anno 1318.

aſciſcant ciuitatem ea lege, vt eodem ipſo anno in ea ciuitate in quam commigrauerint domum cuius precium tribus aureis drachmis æſtimatur, ſibi coemant, ac patrono, penes quem domicilij originis iuriſdictio ſit per viatorem notum faciāt: deinde vt in ea ciuitate in quam aſciti fuerint à Calendis Nouemb. vſque ad ſextum Cal. Iull. cōſiſtere, & eadem tributa quæ ante conſueuerant pendere cogantur: modò nullum litibus eodem anno cum eo ſuſceptis præiudicium fiat. Ac tametſi cuique integrum eſt domicilium commutare, nemini tamen patriam repudiare licet [95]: multo minùs [96] cenſitis & aſcriptis glebæ, quos manuſmortuas appellamus. Illud igitur in vniuerſum definiatur, ciuitatem inuitū amit-
B tere, aut ſuo principi præiudicare [97] poſſe neminem domicilij commutatione: vti nec vaſallus patroni obſequium, nec viciſſim patronus vaſalli clientelam ac tutelā eiurare ſine iuſta cauſa poteſt, niſi mutuo vtriuſque cōſenſu. Sed ſi expreſſa fuerit, aut tacita vtriuſque cōſenſio, cùm quis ſcilicet exul à principe conſentiente, alterius poteſtati ſponte ſe ſubiiciat eíque acceptus ſit: prioris imperio [99] non tenetur, nec aliter quàm poſtliminio poſtea in priorē ciuitatē, quaſi peregrinus redire poteſt. Nā ſæpiſſime principes ingenioſos homines præmiorū magnitudine ac immunitatum illecebris ad ſe pertrahunt: ſiue ad finitimos principes debilitandos, ſiue ad ſuos ciues erudiendos, ſiue ad opes & copias cogendas, ſiue ad immortalē gloriā quam ſeſe adepturos ſperāt, ſi oppida à ſe fun-
C data ciuium multitudine ac rerū omniū abundantia reddāt clariora. Sic Theſeus [100] peregrinis omnibus propoſita ciuitate Atheniēſium vrbem totius Græciæ clariſſimam effecit. ſic Alexander magnus vrbem ad oſtia Nili conditam, quam Alexandriam appellauit, propoſitis præmiis [1] omnium Ægypti vrbium ampliſſimam & mercatura quæſtuoſiſſimam reliquit. ſic Ludouicus XI. rex iura ciuium Burdegalenſium, quæ maxima ſunt, peregrinis omnibus, præterquam Anglis propoſuit [2], modò in ciuitate ſedes conſtituiſſent. ſic Franciſcus maior vrbis illius, quæ eſt ad oſtia Sequanæ creator, quam portum Graciæ appellant, propoſita tributorum immunitate iis omnibus, qui eam incolerēt, breui populoſiſſimam reddidit. Lōdinum verò nec tantis opibus, nec tanta multitudine ciuium
D abundaret, niſi Richardus rex Angliæ omnes immunitates ciuibus tributas peregrinis propoſuiſſet, qui modò decē annos vrbē incoluiſſent: quod quidem ſpatium temporis ad ciuitatem adipiſcendam peregrinis omnibus æquè propoſuerunt ex Heluetiis plerique ac Germani: id autem Romanorum legibus conſentaneum eſt [3]. At Venetias annos quatuordecim incolere neceſſe eſt iis, qui iura ciuium plebeiorum adipiſci velint, qui tamen ab imperiis omnibus & omni iure ſuffragiorum ſummouentur. Ferrarienſes decēnio contēti ſunt, modò incolæ eadem quæ ciues onera tantiſper ſubeant. Neque tamē ſatis eſt ad iura ciuitatis conſequenda tempus illud quod leges incolis definierunt, niſi ſint exules, aut ſponte aliena ciuitate donari velint, (quam plerique oblatam vltrò recuſant) & aſciſcantur [4]. Sed Iuriſconſulti [5] ſatis eſſe definiunt, ad legata vel hæreditates capiendas tempus præſcriptū in aliena ciuitate exegiſſe,

95 l.2.l.aſſūptio. ad municipal. & l.1.cod. Bartol. in l. quæſitu. de legat. 3. ne mille quide annis origo mutari poteſt l. ſæ'a:. § Pāphiliæ. de fundo inſtructo. Socin. cōſi.55. lib.1. Panor. conſil. 62 lib.2.
96 authet. de mādatis principum. §. ſuſcipienter, l. incolas. ad municipalē. Bald. in titul. de maioritate.
97 l.1.l. originē. de municipib. C. l. aſſumptio. ad municipal. Alex. conſi.110 lib.3.
98 deciſ. cap. Toloſ. 485.
99 Hermi. in cap.1. qualiter vaſſallus iurare.
100 Plutar. in Theſeo.
1 Ioſephus lib.3. belli Iudaici.
2 Boerius deciſ. 13 priuilegia deſcribit. tributa Februario menſe 1475.
3 l. ciues. de incolis.
4 l. domicilium. ad municipal.
5 Bald. in l.2. de legat. C. Barto. in l.1. de regula Cato. Caſtrenſis in l.1. de legat.1. argu. l.3. §. quando. de iure fiſci. Alexād. conſi.29 lib.4. & conſi.32. lib.5.

ne ſcilicet teſtamenta rumpantur, aut legata peregrinis (quos diuina lex non minore caritate fouere, quàm viduas ac pupillos iubet fiant) caduca. In cæteris omnibus vt quis optimo iure ciuitatis vtatur fruatur, decurſo temporis illius ſpacio, & peti & obtineri debet. Quemadmodum enim largitio inutilis eſt, niſi & qui dono dat, & cui donatur aſſentiri velit, alter quidem largiendo, alter accipiendo: ita nec ciuis efficitur qui noluit, nec ſi velit poſſit, alterutro principe intercedente. Quare conſules illi, quorum alter Numantinis, alter Samnitibus deditus eſt à patre patrato, quòd pacem iniuſſu populi cum hoſtibus inierant, Romani ciues eſſe non deſierunt: quia recepti ab hoſtibus non fuiſſent. quę tamen quæſtio nondum [6] planè definiri potuit, propter Bruti ac Scæuolæ ſententias in- B
ter ſe diſſidentes. Cùm enim Conſul deditus Samnitibus Romam rediens in Senatum veniſſet, Tribunus plebis exire è Senatu compulit: Senatus tamen ita decreuit, iura ciuitatis eum non amiſiſſe, quem hoſtes facta deditione, recuſaſſent: cùm tamē ſummo iure & ciuis eſſe deſiiſſet, & ſeruus hoſtium factus [7] eſſet: leniorem tamen ſententiam ſecutus eſt Senatus. Quod ſi peregrinus iura ſuę ciuitatis retinet inuitus, cùm ſeſe alterius principis imperio ſubiecit, à quo repulſam paſſus eſt: multò magis ſi ius ciuitatis alienæ non petiit. Ex quo intelligitur id quod Senatus Neapolitanus [8] non definiit, an is qui totum vitæ ſuæ tempus in aliena ciuitate tranſegiſſet, ſuam retineret? Sunt qui iura ſuæ ciuitatis amiſiſſe putent [9]. Ego illum ciuitatē aliter amittere non potuiſſe opinor, quàm C
eo quo dixi modo, niſi exul eſſet, aut ſui principis conſenſu patriam repudiaſſet. Nā curia Pariſiorum [10] iudicauit Gallum hominem ciuitatem non amiſiſſe, qui annos quinquaginta Venetiis exegerat, ſed legitimas hæreditates proximorum iure creuiſſe: nihil tamen hoſtile in patriam fecerat, nec crimen admiſerat cuius cauſa ciuitate priuari deberet, nec à principe domum reuocatus iuſſa recuſàrat, nec Venetiarum ciuitatem ſibi tribui petierat. Tacita verò conſenſio obeſſe debet nemini, ſi aliter conſentientes [11] voluntatem interpretari poſſimus, niſi apertè quid velit verbis aut factis expreſſerit. Ex quibus intelligitur quid iudicandum ſit de quæſtione propoſita, quam curia Burdegalenſis iudicum omnium cœtu coacto definire non potuit: an ſcilicet Hiſpanus homo in Hiſpania D
natus & educatus, Galli tamen filius in Galliam reuerſus à principe reſcriptum impetrare iure potuiſſet, vt iura ciuium conſequeretur. mihi perſuaſum eſt planè peregrinum fuiſſe: nihilominus quæſtio ad principem delata eſt. Quod ſi peregrinus homo ciuile reſcriptum ab alieno principe impetrauerit, nec tamē ſub ditione principis illius domicilium conſtituat, reſcriptū inutile fit: quia fictionem duplicatam legitima iura non patiuntur [12]. Itaque Ludouicus XII. rex Francorum eos omnes, qui reſcripta ciuilia impetrauerant, ac deſerta Gallia domū redierant, peregrinos eſſe declarauit. Noſtris enim moribus [13] ad iura ciuium cōſequenda, principis reſcriptum impetrare, & impetratum à rationum magiſtris pecuniam pendere neceſſe eſt. Ex quibus non modo intelligitur quantum diſtet peregrinus à ciue, ſed etiam quantum ciues à ciuibus, quos quidem

6 l. vltima. de legationib.

7 d. l. 4. vbi inepta eſt lectio Florentini codicis, vt ſatis intelligitur ex Cicerone in Topicis.

8 Mathęus Afflic. deciſ. Neap. 384.

9 Bal. in l. 2. de infantib. liberis. & in l. 2. de ſtatu hom.

10 anno. 1584. Iunij 14.

11 DD. in cap. qui tacet. de regul. lib. 6. & in l. 2 §. qui tacuit. de interrogat. actio. & in l. cū oſtendimus. de fideiuſſor.

12 Bar. in l. itē illa. de cōſtitutā pec.

13 edictū 1503. & 1351. & 1355.

quidem ſi munerum vacatione ac immunitate metimur, infinita ſit varietas ciuium: cùm ſæpe in eadem ciuitate peregrinum eſſe præſtabilius ſit quàm ciuem: potiſſimùm in ciuitatibus, quæ tyrannorum crudelitate ac libidine premuntur. Nam plerique Florentini ciues rogationem ad principem tulerunt, vt inter peregrinos cenſerentur, nec tamen impetrauerunt. quinquaginta autẽ peregrinos ad ciuitatem petendam, propoſitis magiſtratibus & imperiis, Coſmus pellexerat, quo factum eſt vt creatis quinquaginta ciuibus, ab iiſdem aureorum quinquaginta millia expreſſerit, nouorúmque ciuium dominatum fraude partum cõfirmauerit, & coniuratorum opes fregerit. Ita quondam Veneti Genuenſi
B bello attritis opibus, & ciuitate pecuniis ac ciuibus exhauſta, trecentos ciues, quos ipſi citadinos appellant, accepta pecunia in patriciorum albo conſcripſerunt, vt eadem qua patricij prærogatiua fruerentur. ex quo magnam pecuniæ vim coegerunt, & nouorum ciuium incremento plebeiorum potentiam infirmàrunt. Verum igitur ac proprium ciuis à peregrino diſcrimen eſt, quod alter imperio ac poteſtate ciuili obligatur, alter iuſſa principis alieni reſpuere poteſt: illum princeps ab hoſtium æquè ac ciuium iniuria tueri tenetur, hunc non item, niſi rogatus & humanitatis officiis impulſus. Cætera quæ ad immunitates ciuium pertinent, vt imperiis, vt magiſtratibus, vt curationibus, vt ſacerdotiis fruantur, ciuium definitione non continentur: etiamſi peregrini vbique ferè
C à muneribus publicis, & potiſſimũ à ſacerdotiis & magiſtratibus ſummouentur. ac tametſi Pontifices Romani omnia ſacerdotia omnibus tribuere ſuo iure ſeculis omnibus tentauerũt, principes tamen ambitioſa illa reſcripta Pontificũ ſæpiſſimè reiecerunt: Hiſpanos reges excipio ſeruos Põtificum Romanorum obſequentiſſimos, qui non ſine magna mercede impetrauerunt Sixti Pontificis Romani reſcripto, ne peregrinis ſacerdotia tribuerentur. Longè aliter Heluetii, qui lege in conuentibus promulgata M.D.XX. reſcripta Pontificis Romani, quibus ſacerdotia peregrinis tribuere non dubitarat: publicè laceranda, & qui iis vterẽtur, carceribus, ac vinculis coercẽdos ſanxerũt. Polonorũ[14] quoque legibus, 14 in ſtatutis Poloniæ.
iam inde à Caſimiro magno vſque ad Sigiſmundi Auguſti principatum,
D peregrini ab omnibus ſacerdotiis procul arcentur. quod Germani pactis conuentis, à Pontificibus iampridem expreſſerunt. quibus concordiæ pactis Metenſes comprehenſi fuëre: ac meritò queſti ſunt apud Carolum IX. regem Francorum[15], pacta conuenta Põtificum Romanorum 15 anno 1563.
fraude violari. Hoc amplius ciuibus quàm peregrinis tribuitur, quod vbique ferè vacationem[16] quorundam munerum ac immunitatem 16 Bal. in l. quod fauore. de legib. Alexand. conſil. 103. lib. 2.
quandam habent, qua peregrini vrgeri conſueuerunt. Nam Athenis ciues ab omnibus tributis immunes fuëre: à peregrinis verò tributum ſingulare, quod μετοίκιον dicebant[17], exigebatur. Iam verò teſtamenta 17 Demoſthen. cõtra Neæram.
ciuibus, non item peregrinis condere licebat: aut ſi cui quid à peregrino legatum eſſet earum rerum quę extra patriam quęſita fuiſſent, caducum fieri legatum, ac principis fiſco ceſſiſſe, noſtríſque moribus cedere cõtritum eſt. Hoc enim iure in vniuerſa Gallia vtimur, quod Italis ferè om-

nibus ac Siculis, imò etiam Aſiaticis & Africæ populis commune eſt:
ídque † Albinagium, noſtro ſermone vocatur. Quanquam Turcarum
principes non modò peregrinorum hæreditates vniuerſas cernere, ſed
etiam eorum, quos ipſi Timariotas ſeu beneficiarios appellant, prædia,
& reliquæ plebeiorum multitudinis hæreditates decimare conſueue-
runt. Id ab antiquis [18] Athenienſibus & Romanis originem traxiſſe vide-
tur. nam hi totam hęreditatem peregrinorum, illi ſextam partem ſeruóſ-
que omnes in vrbe natos fiſco vindicabãt. Itaq; fallit Diodorus, qui Ægy
ptios æquè ac Romanos bona peregrinorum legitimis hæredibus reli-
quiſſe ſcribit[19]: quod ſatis illum coarguit in Romano iure fuiſſe peregri-
num. Quid enim frequentius[20] occurrit quàm peregrinorum bona fiſco B
cedere? atne peregrino quide à ciue quicquam legari poterat: quod
ſatis M. Tullius apertè docet, cùm in exilium pulſus, contra leges ciuis
eſſe non deſiiſſet. Quis, inquit, ciuis Romanus qui mihi legare teſtamen-
to dubitarit? antea dixerat pro Archia poeta, ipſum iure teſtamentum fe-
ciſſe: quod certè nõ licuiſſet, ſi Romanus ciuis nõ fuiſſet. Eodẽ vſus eſt ar-
gumento Demoſthenes[21], vt Euxitenem ciuem Athenienſem eſſe con-
uinceret: Nonne proximi, inquit, patris ſuperſtitis hæreditatem creue-
runt? Et quemadmodum in Gallia perinde vt in Anglia priuati quoque
hæreditates capiunt peregrinorum, qui modò in ſuæ Iuriſdictionis fini-
bus moriuntur: ita quoque Romani peregrinorum, quos in clientelam
ſuam receperant, hæreditaria bona Romæ relicta more maiorum capie- C
bant: ídque ius applicationis[22] appellabant. Ex quo perſpicuum eſt ius
illud ſiue applicationis, ſiue albinagij, antiquiſſimum ac vetuſtiſſimum
eſſe, & quidem omnium ferè populorum commune. cui Fridericus II.
Germanorum Imperator derogare cupiens, permiſit[23] omnibus conde-
re teſtamenta, ac voluntate arbitrióque ſuo hæredes ſcribere, aut ſi mo-
rerẽtur inteſtati, proximum quemque hæreditatem cernere. ſed legis il-
lius ne in Germania quidem vlla vis eſt: multò minùs in Italia, vbi cùm
peregrinis multo acerbiùs agitur quàm in Gallia. Nam moribus noſtris
ac legibus, peregrino licet prædia tũ vrbana tum ruſtica, & pecuniarum
vim infinitam quærere, & quæſita prædia ſe viuo ac ſpirante vendere[24],
ac diſtrahere, vel etiã peregrinis æquè ac ciuibus largiri: iúſque ciuiũ exi- D
gua pecunia in ærariũ publicũ collata impetrare, vt teſtamẽto legare, aut
hęredẽ ſcribere, quẽ velit, poſſit. At in pleriſq; Germanię regionibus, & in
vniuerſa Bohemia ac penè tota in Italia, pręcipuè Ferrariæ, ne glebã qui-
dẽ agri peregrinis iure dominij habere fas[25] eſt: nec poſſeſſionẽ prædio-
rum peregrino accipere licet moribus[26] Peruzinorum: at ne vſumfru-
ctum quidem.[27] Mediolani, aut cum peregrinis cõnubia contrahere, pœ-
na publicationis bonorum[28] indicta. Hoc verò iniquius, quòd cùm pe-
regrinis bona prædia debitorum addicta ſunt, eadem ciuibus vendere
neceſſe eſt. nec ita pridem Carolus v. Imperator peregrinos omnes lata
lege à ciuium Mediolanenſium hæreditatibus ſummouit[29]. Veneto-
rum etiam moribus peregrino ciuem obligare licet. ea tamen obliga-
tione non tenentur[30] hæredes, niſi quantum ad eos emolumenti perue-
nerit:

† droit d'Aubeine.

18 Demoſthe. cõtra Androtionẽ.

19 lib. 2.
20 l. 1. de hæredib. inſtitu. C. l. 1. §. 2. de legat. 3. l. quidã. de pœnis l. neque. §. 1. de militari teſta. l. 1. §. penult. de iis quæ pro non ſcriptis.

21 contra Eubulidem.

22 Cicero ad Q. fratrẽ & in Oratore.

23 l. omnes. communia de ſucceſ. C.

24 Iudicatum in curia Pariſiorum Idibus Nouemb. 1544.

25 Alexander. conſil. 157. lib. 2. nu. 12.
26 Ancharan. in cap. Canonũ ſtatuta. de cõſtitut.
27 Alexand. cõſi. 168. lib. 6.
28 cõſtitut. Mediolanẽ. titulo de pœnis.
30 Baptiſta Plotus quinquaginta limitationes ſcripſit ad legem Caroli.
30 lib 1. c. 59. ſtatut. Venetor.

nerit: in quo iuri ciuili Romanorum iniquè derogatur. At moribus Brixiorum vxor peregrini bona prædia, aut prædiorum æſtimationem in peregrinos transferre nullo modo poteſt. Nihil eſt ergo cur Itali de Gallis querantur, cùm ne pignori quidem Anglorum prædia peregrini creditores ſubiicere poſſint: qua de re legati exterarum gẽtium ſæpius conqueſti ſunt: proximos tamen peregrinorum ſupellectilem ac pecuniam capere permittunt: contrà [31] quàm fit in Lituania, Moſchouia, Tartaria, & in vniuerſo Turcarum imperio, quibus locis peregrinorum morientium pecunia fiſco vindicatur, perinde vt in Gallia: in qua tamẽ peregrinis datum eſt, vt ſi extra Galliam moriantur [32] teſtamentũ condere, ac filios in Gallia ſuſceptos ab vxore, quæ modò ciuis ſit, hæredes ſcribere

B poſſint. clauſulã verò in reſcriptis ciuilibus adiectam, MODO HAEREDES SINT REGNICOLAE. iudices ſic interpretantur, vt incolæ regni, propinqui eorum qui ciuitatem adepti ſunt, ab hæreditate ſummoueant [33] cæteros qui extra Galliæ fines domicilium habẽt. Filij verò peregrinorum in Gallia ſuſcepti, patris hæreditatem, (non quidem teſtamẽto, quod peregrinis condere non licet,) ſed ab inteſtato capiunt, ſi mater [34] ciuis fuerit cùm hæreditas defertur. Hoc amplius ab regibus noſtris iure ſingulari tributum eſt mercatoribus peregrinis, qui ad nundinas Campaniæ ac Lugduni proficiſcuntur: nihil de bonis eorum, ſi interim moriantur, decerpere fiſco liceat. eodẽ iure mercatores Angli in Aquitania fruun-

C tur. Arteſij verò, Hannones, Turneſij, Cameracenſes in eodẽ iure ſunt quo ciues, quantum attinet ad iura ſucceſſionis: ídq; principum noſtrorum [36] edicta réſque iudicatæ [37] ſæpius comprobârunt: iis tamen conditionibus, vt idem nobis liceat quod illis. Mercatores item vrbium illarum quæ ad mare Balticum ſocietatem inierunt, eadem & certè vberiora beneficia iam inde à Ludouico iuniore cõſecuti ſunt, & ſanctiùs à Carolo VIII. rege confirmata: quæ annis ſuperioribus à Danezio Gallo apud Daniæ regem legato ad Carolum IX. regem miſſa ſunt, vt ab eo renouarentur. Beneficium tamen mercatoribus illis tributum, nõ pertinet ad mercatores peregrinos, qui iura ciuium adipiſcuntur, vt Senatus [38] decreuit. Ex his tot ac tãtis regum noſtrorum in peregrinos beneficiis nul-

D lum in Græcia, nullum in Aſia, nullum in Africa noſtri homines impetrare potuerunt. Nam ætate noſtra Crozilus Turonenſis, qui mercaturam quæſtuoſiſſimam antea fecerat, cùm moriens ducenta ferè aureorum millia reliquiſſet, nihil ad proximos peruenit, ſed omnia Turcarum princeps Abrahamo præfecto prętorio dono dedit. Aliud præter ea quę diximus, diſcrimen eſt inter ciues ac peregrinos, quod illi ex antiqua lege Pætilia [39] ac Iulia bonis cedere poſſunt, hi non item: alioqui peregrinis ciuium bona diripere [40] ac foro cedere impunè liceret: quamquam haud pauciores, & certè plures ſunt qui foro, quàm qui bonis cedunt. Hoc item differt ciuis à peregrino, quòd hic vbique terrarũ priuſquam agere poſſit, ſiue in rem, ſiue in perſonam, cauere debet iudicatum ſolui. At noſtri [41] ciues niſi bonis aut foro ceſſerint, cautionem iſtam præſtare non coguntur. In perſonam verò quum actio intenditur, reus ſeu ciuis

31 Sigiſmundus Liber in hiſtoria Moſcouit.

32 Iudicatũ in curia Pariſ. Febr. 23. anno 1518.

33 Iudicatum in curia Pariſ. Martij 7. anno 1533.

34 Iudicatum in curia Pariſ. 27. Auguſti anno 1540. & 1549. 1534. & 1536. die. 11. Martij. Benedic. in cap. Raynuti. in verbo Adelaziam nu. 1042.

35 reſcripto Philippi Valeſij 1339. & Caroli VII. 1445.

36 anno 1406. & 1482. & 1497. 1549

37 In actis curiæ Pariſi.

38 anno 1569.

39 Tacit. lib. 5. Tranquil. in Cæſare. l. 4. qui bonis cedere. C.

40 contra peregrinũ mercatorẽ iudicatũ eſt in curia Pariſ. anno 1565.

41 Faber §. ſed hodie. Inſtitut. de ſatiſdat. & Iudicatũ in curia Pariſ. contra peregrinum 27 Martij anno 1567.

ſeu peregrinus, cauere non tenetur iudicatum[42] ſolui, vt olim in Romana æquè ac in Pariſiorum[43] curia iudicatum erat. Sed eadem curia[44] à maiorum ſententia diſceſſit ac iudicauit æquum eſſe, vt peregrinus ſiue reus, ſiue actor fuerit, ſatiſdet iudicatum ſolui. Eſt etiam aduerſus peregrinos ἐνεχυρασμὸς[45], quam nonnulli oppignerationem[46], M. Varro clarigationem, Demoſthenes ἀνδροληψίαν, Iuriſconſulti iuniores repreſallia, noſtri homines narcarum ius appellãt, quo aduerſus ciues vti non modò Iuſtinianus[47], ſed etiam Friderichus II. Imperator ſæpe reſcripſit, & curia Pariſiorum ſæpius iudicauit[48], etiam bello ſacro, quo nuper Gallia tota deflagrauit. Poſtremò peregrinum finibus arcere, atque etiam fines præteruectum eiicere licet, non modò ſi bellum indictum ſit, verume- B
tiam ipſo pacis tempore: ne vel ciuium mores peregrinorum conſuetudine corrumpantur, vt ob eam tantum cauſam Lycurgus argenti & auri vſu Lacedæmoniis[49] interdixiſſe videatur. Indi verò Sinarũ populi Hiſpanis intimos regionis aditus aperiri vetuerunt indicta capitali pœna. Quamobrem Cicero non ſatis proſpexit quæ mala à peregrinis impendeant, cùm ita ſcriberet, Malè qui peregrinos vrbibus prohibent eóſque exterminant vt Penuus apud patres noſtros, Papius nuper. nam ferè ab eiuſmodi peregrinis qui magna ex parte exulant ciuium mores optimi deprauantur. At indicto bello qui antea vel ſocius vel peregrinus erat hoſtis appellabitur, & iure belli captiuus retineri poterit. quod alioqui non licet niſi debiti aut ſceleris alicuius obligatione contracta. Quod ſi C
peregrinus inuito vel non aſſentiẽte principe, alterius imperio ſeipſum ſubiecerit, ab eóque aſcitus ſit in ciuem, nihilominus principi ſuo æterna in illum auctoritas eſt, ac ius prehenſionis, vt in ſeruum fugitiuum, etiãſi ad ſe legatus venerit à nouo principe miſſus. Sic enim Theodoſius Magnus Danum tyrannum perduellem pronuntiauit, ipſiúſque legatos ſuæ poteſtati ſubiectos carceribus ac vinculis mancipauit: ſic Carolus V. Imp. Mediolani Ducis legatum duci iuſſit, cùm intellexit Ducem vnà cum aliis principibus ſibi bellum indixiſſe. ac tametſi Granuella Caroli legatus in carcerem iuſſu regis coniectus eſſet, paulo momento eductus eſt re planè intellecta, ſcilicet legatos Francorum, Anglorum, ac Venetorum cum ſecuritate publica ex Hiſpania dimiſſos. Neque verò Caro- D
lus iura gentium violaſſe, aut in legem[50] commiſiſſe videtur: cùm Romani ciuem transfugam acerbius quàm hoſtem punirent[51]. Et qui Rinconij ac Fregoſij legatorum ad principem Turcarum cædem excuſabãt, ſpeciem transfugarum obiecerunt: quòd alter Hiſpanus eſſet, alter Genuenſis fœderatus, qui à Carolo ad regem Francorum defecerant, vt res nouas cum Turcarum principe molirentur. Quamquam Carolus Imperator, nec factum probauit, & vlturum ſe promiſit, ſi cædis authores in ſuam poteſtatem venirent. Non poteſt igitur alienæ maieſtatis imperio ſubditus ſeipſum eximere, non ſi regiam ipſe poteſtatem adipiſcatur: vti nec Barbarius[51] Philippus homo ſeruilis cõditionis, cùm vrbanam præturam ſua virtute ſibi peperiſſet, domino præiudicauit, à quo quidem cum vindicaretur pro libertate tranſegit[52]. Id enim Iuriſconſultorum decretis

42 Durandus in Specul. tit. de ſatiſd §. dicto. verſ. ſed pone, &c.
43 Gallus. partes. quæſt. 49. anno 1385.
44 anno 1567.
45 in authent. conſtit. 52. & 134.
46 in cap. 1. de Iniuriis & damno dato. Innocent. in cap. olim. de reſtitut. ſpoliat. Cyn⁹ in authent. habita. ne filius pro patre. C.
47 Nouel. cõſtit. 52. & l. prouidendũ. de decurion. C.
48 anno 1567.
49 Plutar. in Lycurgo.
50 l. ſi quis legatus. de legatio.
51 l. 19. de captiuis.
51 l. 3. de offi. prætoris.
52 Suidas in verbo Barbarius.

decretis conſtitutum eſt, etiam principes ipſos à ſuo principe domum reuocari[53] poſſe. vt non ita pridem Elizabeta Angliæ regina Lenoxium Comitem vnà cum filio qui paulò ante Scotiæ reginam vxorem duxerat, ad ſe redire iuſſit, & cùm iuſſa recuſarent, bona eorũ proſcripſit, quia contra morem maiorum Angliæ finibus iniuſſi exceſſerant, ac connubium regina vetante contraxerant. Ciuis autem vbi vbi fuerit principis ſui legibus in perſonam conceptis obligatur: adeò vt, ſi quid maritus vxori dono dederit, extra fines ſuæ ciuitatis, in qua largitio eiuſmodi lege prohibeatur, donatio fiat caduca[54]: quia ſubditos obligandi poteſtas nullis eſt regionibus definita. Quo fit vt principes rogationibus
B mutuis erga ſe vtantur vt ſuos ciues domum reuocent, aut parere cogant iis in locis, in quibus ipſi imperandi ius non habent: aut clarigatione mutua peregrinis manum iniiciunt quouſque pareatur. Nam cùm Marchioniſſa Rotelina quæ Ducis Longauillani tutelam gerebat in ius vocaretur, vt apud libellorum iudices curiæ Pariſiorum Nouocaſtri cõtrouerſiã diſceptari pateretur, Bernates litẽ euocãrunt, quòd de prædio, quod in eorum finibus poſitũ erat, iudiciũ conſtituendum eſſet. Atque hæc de ciuium ac peregrinorum diſcrimine quãta breuitate fieri potuit, ne ſingula ſubtilius exquirantur. Ciuium autem inter ipſos non minor, atque haud ſcio an maior varietas reperiatur: (de qua nonnihil antea diximus) non modò patricios inter ac nobiles, ſed etiam nobiles inter ac
C plebeios. quantum verò plebeij à ſeipſis differãt, & quæ ad ſexum, ad ætatem, ad ſtatum cuiuſque pertinent, ſigillatim perſequi velle prope infinitum ſit. Nam fieri[55] poteſt, & iure quidem, vt ciuium partim ab omnibus muneribus & oneribus vacationem habeant, partim omnia onera ſubeant: ita quoque ſocietas ita coiri poteſt, vt ſociorum alter commoda ferat, nec vlla detrimenta: aut incommoda[56] collapſæ ſocietatis patiatur. Ex quibus intelligitur nuſquam gẽtium vllam eſſe, aut antea fuiſſe Rempublicam quantumuis popularẽ, ſeu veram ſeu hominum opinione fictam, in qua ciues omnes omnino iure ciuitatis exæquarentur.

53 l. vlt. de decretis ab ord. l. 2 & ibi Bartol. de Eunuchis. Bal. in l. nemo tollitur de commerciis C. Bar. in l. cunctos populos. q. 8

54 l. mercatores & ibi Bald. de cõmerciis. Alexãd. conſil. 116 lib. 6. cap. vlt. cap. vlt. de clericis nõ reſidet. licet alij aliter ſentiant in l. ſi fundus de euictionib.

55 l. ij filij. §. Senatores. l. penult. de Senator. Bar. in l. 1. ad municipal. Oldrad. q. 32. & q. 74. Bald. in c. j. de vaſſallo milite. Caſtrenſis conſi. 292 Bertrãd. cõſi. 92. lib. 2. Alexãd. cõſi. 41. lib. 7. nu. 4. Carol. Molin. ad notas Alexãd. cod. l. 2. de cenſibus & toto tit. de Senat. l. 1. de dignit. C.

56 l. Mutius. pro ſocio.

D *De patrocinio & clientela, quantúmque ſocius à peregrino, ciuis à ſocio, cliens ab vtroque diſtet.*

### CAPVT. VII.

DICTVM nobis eſt quid publico imperio ſubditus differat à ciue, quid item ciuis à peregrino: nunc de ſociis ac fœderatis. ac primùm de clientibus déque toto iure clientelarum accuratè nobis eſt diſſerendum, eóque accuratius, quòd cùm nulla ſit ad Reipublicæ vim & naturam intelligẽdam fructuoſior cognitio, & ignoratio pernicioſior: eam tamen ab iis omnibus qui eo de genere ſcripſerunt videmus eſſe prætermiſſam. Verbum Clientelæ (quam qui minus latinè, aduocatiam, aut protectionem, appellant) latiſſimè patet ad omne genus ſubditorum, ſeu ſerui, ſeu liberti, ſeu vaſalli, ſeu ciues fuerint, qui ſummæ cuiuſdam poteſtatis imperio tenẽtur. Nam vt prin-

cipes ſuæ poteſtati ſubditos armis ac legibus ab iniuria vindicare: ita ſubditi principes obſequio, amore, cura & officiis omnibus colere ac proſequi debent. Hæc prima præcipuáque eſt omnium clientela, quę cæteras omnes complexa tuetur: putà heri ac ſerui, patroni & liberti, domini ac vaſſalli: liberti quidem patronis; vaſalli domino, ſerui heris debent obſequium, ſed poſt principem tamē, cui fidem ſine exceptione præſtant. Ac tametſi protectionis ſeu clientelæ verbum de iis omnibus dicitur & lege militari cauetur[1], militem qui ducem in bello non protexerit capite puniendum: nihilominus in fœderibus & pacis actionibus, quę inter principes aut populos ſocietate & amicitia coniunctiſſimos ſanciuntur, eam vim habet, vt nec alter alteri pareat nec imperet, ſed vt alter B alterius maieſtatem obſeruare, ſine vlla maieſtatis imminutione teneatur. Itaque ius illud clientelare ſeu protectionis, omnium maximum ac pulcherrimum inter principes cenſetur. Heri quidem à ſeruis, patroni à libertis, domini à vaſallis magnas vtilitates adipiſcuntur: at principes populíve, qui alios in clientelam accipiūt, nihil præter dignitatis ac veræ laudis iucundiſſimos fructus ſperare, ſed clientes opibus & auxiliis aduerſus hoſtium copias ſine mercede tueri debent: cùm ex omnibus humanitatis officiis nullum maius ſit, quàm vt quiſque maximè opis indigeat, ita ei potiſſimum opitulari, nec officij mercedem vllam præter gratiam ſperare. quod ſi quid amplius quiſquam paciſcatur, patroni ſeu protectoris nomen amittit. perinde vt ex mutuo vel commodato lucri C ſi quid fiat, & mutui & commodati nomē[2] perit, vt mercenaria & quæſtuaria locatio dicatur. Nā quiquid alteri ſe facturū gratuitò quis promiſit, idipſum ſine mercede præſtare legibus tenetur: quia promiſit: ſin ex officio id fiat, etiamſi non promiſerit, officio tamen merces nō debetur[3]. At nullius obligatio tam eſt efficax quàm eorum, qui tenuium cōtra potentiores, bonorum aduerſus improbos, innocētium contra ſceleratos, caput, famam, ac fortunas tueri promiſerūt. Itaque Romulus Vrbis Romæ creator, cū ciuium ordines ac Reipub. leges deſcriberet, vt mutuam omnium inter ſe concordiam tueretur, patribus quos in Senatum allegerat plebem adſcripſit, & vnumquemque Senatorem plebeiorum certum numerum in ſuam clientelam ſuſcipere iuſſit, tum etiam omnibus D execrationibus deuouit eos qui[4] clientes deſeruiſſent. Eo pertinet illud quod Feſtus ſcribit, patrocinia appellari cœpta, cùm plebs diſtributa eſt inter patres, vt eorum opibus tuta eſſet. Lex verò duodecim ſacroſancta de iure clientelari his[5] verbis concepta eſt. SI PATRONVS CLIENTI FRAVDEM FACIT, SACER ESTO. Plutarchus tamen ſcribit clientes pecuniam ad collocandas filias Patronis contuliſſe: quod nuſquā alibi ſcriptū memini: fraudem enim clientibus hac ratione feciſſent: ſed fieri poteſt, vt cliētes pro libertis accipiat: tametſi enim vtrique ſunt cientes, libertorum tamen aduerſus eos, qui ſe manumiſerant obligatio maior extitit, quàm clientum ingenuorum, quorum nulli erant patroni, ſed aduocati qui cauſas clientum ſuſcipiebant. Apud nos quidem libertis, quos manuſmortuas vocant, pecuniam imperant Patroni, vt filias

1 l. omne delictū. de re militari.

2 l. rogaſti. ſi tibi. de rebus creditis, l.1.§. ſi cōuenerit. depoſiti. l. Luci⁹. eod.

3 l.1. mandati.

4 Dionyſius Halycarnaſ. lib.2. & M. Tul. in diuinat.

5 Seruius in illud Æneidos, Aut fraus innexa clienti.

filias honeſtiùs collocare [6] poſſint. quod à Romanis ad nos permanaſſe credibile eſt. Iam verò cùm exteri populi clientes Romanos ab iniuria potentiorum tutos eſſe animaduerterent, non modò ſinguli, ſed etiam vniuerſi, atque adeò vrbes ac prouinciæ, in clientelam Senatorum ſeipſas dederunt. Sic enim gens Marcellorum vrbis Syracuſarum Clientelam, Antonij Bononienſium, ac deinceps alij aliorum pręſidium ſuſcipiebant: ſic tamen vt quæcunque moriens in Vrbe peregrinus poſſideret, ea patronus caperet iure applicationis, ſeu clientelari. ab iiſdem Romanis, qui Gallias coloniarum multitudine illuſtrauerunt, ius hoc clientelare, quod ab aduocatis, non à clientibus, aduocatiam [7] † appel-
B lamus, originem traxiſſe veriſimile eſt. At plurimùm differunt à clientibus ingenuis ipſi liberti: tum hoc maximè quod hi à libertate in ſeruitutē vindicari poterāt, ſi aduerſus patronos ingrato [8] animo fuiſſe coarguerentur: clientes ingenui non item. liberti ſuas operas patrono præſtare coguntur: clientes verò aduocatos quidem obſeruare ac mutua [9] officia non ſeruiles operas præſtare tenentur, nec ſi quid in fraudem aduocatorum fecerint libertatem amittunt. patroni libertorum hæreditates delibare [10], ex lege conſueuerant: aduocati de clientis hæreditate nihil decerpere poſſunt [11]. Ac tametſi tam multa ſunt clientibus cum vaſallis communia, vt eodem penè iure cenſeantur, plurimùm tamen inter ſe differunt. nam vaſallus dominum, ſumma fide obſeruare [12] &
C colere, eíque periclitanti opem & omnia humanitatis officia pręſtare tenetur: ac ſi domino fraudem fecerit, eiúſque dignitatem ſuggillarit, aut perfidè illum eiurârit, aut etiam mēdacium [13] obiecerit, eo ipſo feudum iure commiſſi domino adiudicatur: clienti verò minus officioſo, nihil eripi poteſt. Quod ſi vaſſallus ſine vlla exceptione fidem dederit, ſi modò maiorem domino agnoſcat neminem: non ſolùm iuratus, ſed etiam iniuratus domini eiuſdémq; principis imperio tenetur. quo ſolutus dici non poteſt, quātumcunque feudo ceſſerit: at clientes aduocatorum imperio non obligātur. Vaſſallus ſiue Rex ſiue [14] Pōtifex, ſiue quis alius ſit, fidem & obſequiū domino debet, niſi [15] feudo ceſſerit: cliens ingenuus, ſiue Princeps, ſiue priuatus ab omni obſequio & imperio potētioris ad-
D uocati immunis eſt. Denique ius feudorum quodammodo nouum videtur, & ante Langobardorum in Italiam incurſiones ignotum: at ius clientelare antiquiſſimum eſt, & ante Romuli tempora nō modò Græcis, ſed etiam Celtis, Illyricis, Aſiaticis, Ægyptiis vſitatiſſimum [16], vt tenues à potentiorum vi & iniuriis tutiores eſſent: tametſi nullos agros, nulla prædia haberent, vt vaſallus qui ſeſe ab obſequio ac fidelitate liberare non poteſt, etiamſi rex eligatur, aut à principe adoptetur [17]. Ex quo intelligitur eos errare ac decipi qui ex Cęſaris cōmentariis ſoldurios ac deuotos interpretantur vaſſallos, qui ſine feudis nulli ſunt: tum quòd deuoti aut ſerui eſſent aut parum admodum à ſeruis differēt, quippe vitam, caput, ac fortunas pro ſalute domini conſecrarent. quo nihil magis ſeruile dici poteſt: nec certè tantùm principi ſummo debetur. Quæ omnia eo pertinent, vt planè percipiatur, quid quātúmque interſit inter

6 Gallorum moribus & rebus iudicatis ſæpe confirmatum.

7 † *aduocatie ou auouerie.*

8 toto tit. de iure patronat.

9 l. non dubito. de captiuis.

10 l. 1. 2. de bonis libertorum.

11 Dionyſ. Halycar lib. 2.

12 tit. de fide à vaſſal. præſtand.

13 Iudicauit curia Pariſioru̅ 23. Decemb. 1565.

14 Bald. in l. ſed ſi hac. §. ſi libertus. de in ius voc.

15 cap. vnico. de vaſſallo qui contra conſtitut. Lotharij.

16 Dionyſ. Haly. lib. 2. Varro lib. 1. de re ruſtica.

17 Iudicatum in curia Pariſ. 1565.

ius clientelare, patronatus, ac feudale, quæ à pleríſque propter ſimilitudinem confuſa videmus. Vaſallus domino dat fidem, nec accipit[18]: cliens dat fidem, accipítque viciſſim: vtrique tamen vtriſque mutuis officiis obligantur: ſed inferiores ſuperioribus obſequia debent, neque illis mutua debentur. Illud etiam vtriſque commune eſt, quod actus legitimi ac ſolennes mutuæ obligationis ab vtriſque dantur & accipiuntur: ídque potiſſimùm ſi princeps alium principem percuſſis fœderibus in clientelam accipit: idque renouatur alterutro principe mortuo. nam ius clientelare non pertinet ad hæredes, niſi fœdere id comprehenſum fuerit: & vtcũque caueatur, nihilominus alterutro principe mortuo ſucceſſorem actis legitimis clientelam profiteri, ac fœdera renouare neceſſe eſt. Sed B vt clientelare ius inter principes magis perſpicuum ſit, diſſeramus illud, num princeps, qui ſe alterius clientelæ ſubiecit, alieno imperio ſubditus videatur? certè quidem ſi alteri parere iure vel iniuria neceſſe habet, iura maieſtatis ac ſummæ poteſtatis amiſit. quid autem principis maieſtate indignius aut abiectius eſt, quàm ſeſe in alterius tutelam & clientelam dare ac ſuperiorem confiteri? Nam clientela inter ſummos principes aliud nihil eſt, quàm fœderata conſociatio, qua quidem alter alterius maieſtatem obſeruare tenetur, vt ab iniuria potentiorum tutior eſſe poſſit. Fit etiam interdũ ſine fœdere ac ſocietate, cùm ſcil. princeps hoſtiũ metu alterius fines ingredi cogitur, quem ſi hoſtes perſequantur, non fit hoſtiũ, ſed illius captiuus, in cuius fines ſe recepit: vt iudicatũ eſt ab iis, qui C à regibus Gallorum & Hiſpanorum ad pacis actiones conuenerant anno M.D.LV. cùm Hiſpani quidam metu noſtri exercitus in fines imperij Anglici euaſiſſent, capti nihilominus & abducti eſſent à noſtris. Cancellarius Anglorum negabat à Frãcis iure capi potuiſſe. Nam quod dici ſolet, vnicuique feras aut hoſtes in agro ſuo laceſſere, ac fugientes in ſociorum agros perſequi licere, hanc habet exceptionem, niſi ſocii agrorum domini prohibeant. Fugam enim Hiſpanorum interceperat Præſes Caleſiorum, & in ſuam tutelam ad ſe fugientes excepiſſe dicebatur, tametſi à Francis abducti eſſent. Sed alienæ maieſtati ſubditus, cliens alterius ſine ſui principis aſſenſione fieri non poteſt: vt poſtea dicemus. priùs tamen propoſitam quæſtionem definire placet, num ſcilicet princeps qui D ſe clientem alterius profitetur iura ſuæ maieſtatis amittat, vt alteri concedat: ita quidem pleríſque videtur, ego verò aliter ſentio, maieſtatem retinere ſuam. ídque Proculus reſponſo ſingulari[19] definiens, Non dubito, inquit, quin fœderati, & liberi nobis externi non ſint[20]: neque inter nos atque eos poſtliminium eſſe. Etenim quid inter nos atque eos poſtliminio opus eſt? cùm & illi apud nos & libertatem ſuam & dominium rerum ſuarum æquè atque apud ſe retineant, & eadem nobis apud eos contingant? Liber autẽ populus eſt is, qui nullius alterius poteſtati ſubiectus eſt, ſiue is fœderatus eſt, ſiue æquo fœdere in amicitiam venit: ſiue fœdere comprehenſum eſt, vt is populus alterius populi comiter maieſtatem conſeruaret[21]. Hoc enim adiicitur, vt intelligatur alterum populum ſuperiorem eſſe, non vt intelligatur alterum non eſſe liberum. Et quemad-

18 cap. vnico de forma fideli. cap. 1. de feudo defuncti. l. ſeruil. l. imperialem.

19 l. non dubito. de captiuis.

20 in Pandectis Florentinis legitur detracta negatione.

21 Cicero pro Cornelio Bal. hanc clauſulam interpretatur.

quemadmodum clientes noſtros intelligimus liberos eſſe, etiamſi neque autoritate,neque dignitate,neque iure omni nobis pares ſunt:ſic & eos qui maieſtatem noſtrā comiter conſeruare debēt, liberos eſſe intelligendū eſt. His autē verbis quæ fœderibus inſerebantur, ſcilicet COMITER MAIESTATEM CONSERVARE,non ſignificatur ſine fraude,vt quidam interpretantur[22],ſed eam vim habent,inquit Tullius,vt ſit alter populus in fœdere inferior:quod deinceps capite poſtremo libri quarti copioſé explicatur. Cęteri qui nec ſubditi ſunt,nec ſocij:aut ſociorum ſunt ſocij,aut hoſtes,aut neutri: quos omnes peregrinorū appellatione complector.Nam ſocij ſociorum,noſtri ſocij non ſunt[23]:qui tamen in fœde-

22 lib.1. c. 1. de antiquo iure Italiæ.

23 l.ſocius ſocij, pro ſocio.

B ribus ſanciendis excipiuntur,vt Rhętorum ciuitates cum Heluetiis antiquo fœdere ſociatæ in fœderibus,quæ cum Heluetiis percuſſa fuēre anno M.D.XXI. diſertè excipiuntur:qui tandem æquo fœdere & iiſdem legibus cum Heluetiis in Francorum ſocietatem venerūt anno M.D.L. Etſi enim Rhæti cōſociati fuiſſent æquis legibus eo fœdere quod cum minoribus Heluetiorū ciuitatibus percuſſerūt anno M.CCCCXCVIII. Heluetiorum tamen imperiis parere cogebantur, ſi decreta res eſſet in conuentu Heluetiarum ciuitatum. quod cùm indignè ferrent Rhętorum populi ſocietatem dirimere cogitabant, niſi legatus Francorum rem compoſuiſſet. Id verò clam tentabatur à Carolo V. Imperatore, aureorum vndecim millium largitione in principes ciuitatum effuſa, qui ma-

C ieſtatis accuſati, & quæſtione admota cōfeſſi,decem aureorum millium mulctę nomine fiſco depēdere dānati ſunt: vt quidem ex cōmentariis legati Francorum ad Heluetios didicimus. Iiſdem Francorum & Heluetiorum fœderibus excepti ſunt Geneuates, qui cum Bernatibus ſocietatem coierunt anno M.D.XXVII.in annos XXX.deinde fœdera renouârūt anno M.D.L. Vt autem ſocietatū omniū nulla firmior ac ſtabilior eſt, ea quę & ſempiterna eſt & eoſdē hoſtes, eoſdē etiam amicos habet ſine vllius exceptione:ſic etiam nulla infirmior ac debilior, quàm quę verſatur in ſolo iure commerciorum & hoſpitij:quæ tametſi iuris gentium eſſe videantur,prohiberi tamen à principibus ſæpe videmus, ne aut ciues rerum inuectarum copia ad luxum abutantur, aut euectarum inopia pre-

D mantur. Itaque videmus iura commerciorum ſingularibus pactis populorum ac principum conuentis contineri:cuiuſmodi ſunt ea quæ à regibus Francorum tributa ſunt Balticis ciuitatibus,quas ipſi Oſterlanos appellant: & ea quæ Mediolanenſibus cum Heluetiis contracta ſunt, quibus ſcilicet tritici modus & æſtimatio, quā Mediolanēſes Heluetiis permittunt comprehēſa eſt:quæ pacta legati Francorum abrumpere ſæpiſſimè conati ſunt,propterea quòd Heluetij Mediolanos Francorum hoſtes infeſtare, aut agros populari nollent, ne frumentatio prohiberetur: quòd cùm Mediolani Præſes feciſſet anno M.D.L. parū abfuit quin Heluetij cum Mediolanis ſocietatem coirent, aut certè inter fœderatos qui neutri ſunt,exciperentur.Huius autem fœderis ea vis eſt,vt qui eo fœdere excipiuntur,fœderatorum captiui fieri non poſſint:cum tamen peregrini etiamſi hoſtes non eſſent iure capientium fierent: ſic enim Pom-

24 l.poſtliminij. de captiuis.ff.

ponius[24] ad Quintum Mutium ſcribit: Nam ſi cum gente aliqua, inquit, neque amicitiam, neque hoſpitiū, neque fœdus amicitiæ cauſa factum habemus, hi hoſtes quidem non ſunt. quod autem ad eos ex noſtro peruenit illorum fit: & liber homo noſter ab eis captus fit ſeruus eorum. idémque eſt & ſi ab illis ad nos aliquid perueniat, hæc ille. Sed eo iure nunc non vtimur, propter eam, quę homini cum homine intercedit humanitatis rationem. Hoſtiū autē appellatione veniunt ij, quibus[25] nos, aut qui nobis publicè denunciârunt, aut ſine denunciatione bellum intulerunt: cæteri prædones aut piratæ iudicantur, quibus cum nulla iuris ſocietas aut communicatio intercedere[26] debet. Erat etiam olim apud Græcos pactio, qua ius peti poterat in aliena ciuitate, vt in Græcorum[27] libris legimus: ſed tandem omnium populorum ſumma conſpiratione obtinuit, vt peregrinis æq; ac ciuibus ius diceretur. In omni autem fœdere, ſeu pactione, ſeu ſponſione iura maieſtatis cuique principi populóve ſalua ſint oportet: aut alterum in alterius poteſtatem ac fidem venire, vt ſæpe tenues potentiorum opibus & armis leges accipere coguntur: quod in ſocietate quæ æquo fœdere contrahitur fieri non ſolet, in qua tenuiſſimæ quæque ciuitates cum potentiſſimis regibus ac populis æquo iure fœderum exęquantur: nec potētiorum maieſtatem obſeruare, nec loco cedere tenētur: vt in eo fœdere, quod Reges Perſarum cum ciuitate Thebanorum coïerunt[28]. Perſarum enim imperia iiſdem penè finibus quibus Solis curſus, ab Helleſponto ſcilicet ad intimos vſque Indiæ receſſus finiebantur: ciuitatem verò Thebanorū anguſta mœnia vt ager Bœotiæ continebat: vtrique tamen æquo fœdere in ſocietatem venerunt. At cùm diximus in fœdere priores obſeruari ab iis, quibuſcum amicitiam inierunt: non eò pertinet, vt in fœdere tantùm priores ſcribantur: ſed etiam vt in fœderatorum ciuitate & in omni conſeſſu primas ſedes obtineant, & fœderatos antecedant: qui ſi æquo fœdere ſociarentur, in fœderatorum ciuitate loco[29] cederent. æquum eſt enim quemque domi ſuæ principem locum obtinere. Heluetij quidem antea cum principe Allobrogum ſociati erant, íſque inter fœderatos primus erat: contracta verò cum rege Ludouico XI. ſocietate, regem tum propter regiam maieſtatem, tum etiam propter penſiones annuas, fœderatorum principem pronunciârunt: cùm tamen omnes æquo fœdere ſecum ipſi coniugarentur. Cur ergo (dicat aliquis) peregrinorum loco hābentur, qui nobiſcum fœdere omnium arctiſſimo conſociati ſunt, qui nobiſcum eoſdem habent hoſtes, eoſdem amicos, qui legibus ac moribus iiſdem vtuntur, eoſdem ſimul habent conuentus? ſic enim conſociati ſunt Heluetij. non facit tamen illa neceſſitudinis & amicitiæ ſumma conſociatio, vt ciues ſint omnes omnium: quod ſi non ſunt ciues, peregrinos eſſe, aut ferè peregrinorum iure cenſeri neceſſe eſt. Nam Latini veteres eodem, quo Heluetij, fœdere cum Romanis ſocietatem coïerant, ac propterea Latini vnam & eādem omniū ciuitatē eſſe contendebāt, hac oratione[30] per legatos habita in Senatu Romanorū: Si ſocietas, (dicebāt ipſi) ęquatio iuris eſt, ſi ſocialis exercitus illis eſt quo duplicent vires

25 l. hoſtes. de verbor.ſigni.

26 d.l.hoſtes. & l.1.de lega.2.

27 apud Demoſt.

B

28 Plutar.in Pelopida.

C

29 l.non dubito. de captiuis.

D

30 Liuius lib.8.

vires ſuas, cur non omnia æquantur? ibi pars viriū, vbi & imperij pars eſt.
Iidem paulo poſt. Vnum populum, vnam Rempublicam fieri æquum
eſt. Tum Conſul Romanus, Audi Iuppiter hæc ſcelera, peregrinos Con-
ſules, & peregrinum Senatum in tuo templo &c. Latini querebantur ſe
magiſtratibus & imperiis, quibus Romani ciues fruebantur, arceri. At
Conſul peregrinos appellat, qui omnium arctiſſimo ſocietatis fœdere
cum Romanis ita copulati fuerant, vt vna & eadem omnium ciuitas eſſe
videretur. At ne municipes quidem ciues fuiſſe docet Feſtus, cuius ver-
ba deſcribere placet, Municipium, inquit, id genus hominū dicitur, qui
cùm Romam veniſſent, neque ciues Romani eſſent, participes tamen
B fuerunt omnium rerum ad munus fungendum vnà cum Romanis ciui-
bus præterquam de ſuffragio ferendo, aut magiſtratu capiēdo: ſicut fue-
runt Fūdani, Formiani, Cumani, Acerrani, Lanuuini, Tuſculani: qui poſt
aliquot annos ciues Romani effecti ſunt. Alio modo id genus hominū
dicitur, quorum ciuitas vniuerſa in ciuitatem Romanam venit, vt Arici-
ni, Cerites, Anagnini. Tertio definiuntur ij qui ad ciuitatem Romanam
ita venerunt, vt municipia eſſent ſuæ cuiúſque ciuitatis coloniæ, vt Ti-
burtes, Præneſtini, Piſani, Arpinates, Nolani, Bononienſes, Placentini,
Sutrini, Lucēſes. Video autē quàmplurimos in eo errore verſari, vt Hel-
uetiorum vnam putent & eandem eſſe ciuitatē: cùm tamē tredecim Re-
ſpublicæ finibus & imperio diuiſæ ſint. Antea quidem omnium vna fuit
C imperij Germanici prouincia, quæ ab Imperatoris vicario regebatur.
Principes defectionis fuēre Suitenſes, Vrani, Vnderualdi, qui anno M.
CCC XV. fœdus ſanctiſſimum percuſſerunt: ac primo capite cauerunt,
ne quis imperiū principis vllius admitteret. Deinde anno M CCCXXXII.
Lucerna in ſocietatem venit: aliquanto poſt, id eſt anno M CCC. LI. Ti-
gurini ſocietatis fœdere coniuncti ſunt: anno ſequenti Tugienſes, Ber-
nates, ac Biennenſes. Poſt cladem Sempachiam nobilitate Heluetiorum
à plebeis fuſa ac proſtrata, quod factū memorant anno M CCCC LXXXI.
Solodorenſes & Glarenſes vnà cum ſuperioribus, qui fœdera renouabāt
in amicitiam venerunt. Baſilea tandē acceſſit anno M D I. vnà cum Scha-
fuſianis: quos proximè ſecuti ſunt Abbaticellani ac Friburgenſes anno
D M.D.XIII. Ad hæc Heluetiorum oppida acceſſit cœnobiarcha Sangal-
lus, tum Meluſani & Rotuillenſes ſub annum circiter M. D. XV poſtre-
mò Valeſij anno M D XXVII. quo anno Geneuates, qui ſeſe in libertatem
vindicârant, Bernatibus fœdere coniuncti ſunt. quorum omnium ſocie-
tates ac fœdera ad me delata ſunt conceſſu Cruciani Francorum apud
Heluetios legati. Ex quibus intelligitur viginti Reſpublicas finibus &
imperio diuiſas, æquo fœdere in ſocietatem & amicitiam conueniſſe:
legibus tamen & conditionibus diuerſis. Bernates enim Vranorum: Sui-
tenſium, & Vnderualdenſium opes & auxilia aduocare poſſunt: vt Ti-
gurini ac Bernates ſeipſos viciſſim euocant. & ab Lucernatibus euocan-
tur quinque priores, ex quibus Suitenſes, Vrani, & Vnderualdenſes om-
nium conſequentium auxiliis & opibus, ſi bello laceſſiti fuerint, adiu-
uantur, variis tamen ex cauſis. Omnium autem Heluetiorum conuētus

ſeorſum à Rhętis, Geneuatibus & Valeſiis coguntur ſingulis annis: & quæ à legatis ciuitatum maxima parte decreta ſunt, omnes tenent. Habent autē ſinguli iura maieſtatis, ſuos inquā magiſtratus, ærarium, agrum ſuis finibus diuiſum, ſtemmata, teſſeram, nomen, numiſmata, ſigillum, iuriſdictionem, leges, mores, & inſtituta à ſe inuicem diuiſa. Si vnius ciuitatis opibus & armis fines agrorum propagati ſint, id propriū eſt eius ciuitatis, cuius auſpiciis parta eſt victoria: vt quidem iudicauit Frāciſcus I. rex Francorum arbiter ab Heluetiis acceptus. Nam Bernates ex quo in libertatem ſeipſos vindicârunt, quadraginta circiter oppida imperio domeſtico adiecerunt, quibus imperant exercitus, tributa, leges: in quæ tamen cæteri nullum ius habent. quinetiam Baſilienſes, cùm anno M.D. B LX. quinquaginta aureorum millia regi Francorum mutuò dediſſent, fideiuſſores acceperunt Solodurenſes. Quoniā autē præfecturas nouem communibus omnium auxiliis in deditionem acceperunt, ſingulæ ciuitates viciſſim prætorem mittere conſueuerunt ad ius dicendum, vt ſua cuique Heluetiæ ciuitati iura & obſequia tribuantur. Badenſe etiam oppidum vbi conuentus annui cogūtur, commune eſt octo ciuitatum, quæ poſt victoriam Sempachiam ſimul coaluerūt. Satis etiam omnibus perſuaſum eſt, opinor, non vnam omnium eſſe religionem: nec dubium quin armis ac ferro iampridem decernere concupierint. id quod Pontifex Romanus per legatos efficere ſæpe conatus eſt, & confecta res eſſet, niſi ſapientiſſimis regum noſtrorum conſiliis reuocarentur: tum propter mutuam erga ſocios neceſſitudinem, tum etiam quòd ab eorum ſalute ac tranquillitate ſecuritas Francorum quodammodò pendere videatur. Ac certè vna omnium Reſpublica pleriſque videri poſſit, propterea quòd decreta in comitiis communibus communi conſenſione probata, omnes tenēt: vt quidem ſatis intellectū eſt ex eo, quod à ſeptem ciuitatum legatis decretum eſt anno M.D.LIIII. quo tempore, cùm Prætores earum ciuitatum quæ antiquam religionē acerrimè tuentur, communes præfecturas iureiurando adigerent, ne religionum ritus veteres innouarent: qua religionis ſpecie, communes ſubditi carceribus ac ſupliciorum metu à Romanæ religionis Prætoribus catholicis vrgebātur, niſi ciuitates nouæ religionis interceſſiſſent: & quidem res ad vim & D arma prolapſura videbatur, niſi legati Francorum diſſidia compoſuiſſent, ea lege vt acta iuriſiurandi à communibus ſubditis extorta reſcinderentur, & vt communes ſubditi nouam religionem cōtra fœdus ſuſceptam eiurare cogerentur, ſi maxima pars ciuitatum Heluetiarum ita decreuiſſet. Ad hanc pacis actionem magnum attulerunt adiumentum Glarenſes & Abbaticellani communes ſocij, qui vtramque religionem ſuſcipiunt ac probant. Ex quo efficitur, vt quod maxima pars ſociarum ciuitatum decreuerit, ſingulos teneat. At ne ſocietatem quidem, aut fœdus, aut amicitiam cum vllo principe contrahere ſociis licet, niſi conſpirante omnium conſenſu. Cùm enim ciuitates Heluetiorum, quę nouam religionem probârunt, ſocietatem cum Philippo Heſſorum principe, & cum ciuitate Argentina coîſſent, ab ea ſociis expoſtulantibus diſcedere

coacti

coacti ſunt. Et qui Romanam religionem colunt ſocietatem cum Auſtracis contractam deſerere coacti ſunt. Ac tametſi cum Pio IIII. Pontifice max. fœdus religionis tuendæ cauſa percuſſiſſent, id tamen quantumuis à pontificibus præmiis propoſitis pollicerentur, renouare tamen noluerunt. Cùm autem ageretur de fœderibus cum Franciſco I. rege Francorum ſanciendis, diutiſſimè interceſſerunt ciuitates Heluetiorum, quæ noua religione non ita pridem imbutæ fuerant, Zuinglij theologi acerrimis concionibus perſuaſi qui peregrinis principibus militare nefas eſſe contendebat: ac tantũ profecit, vt ſui non aliter quàm amicitiæ cauſa ſocietatem cum rege noſtro coirent. Renouatis autem cum Henrico
B II. fœderibus, Baſilienſes & Schaffuſiani cum ciuitatibus catholicis non tantùm ad amicitiam ſed etiam ad auxiliares exercitus cum Francis ſeſe adiũxerunt: Tigurini tamen ac Bernates ſuos, indicta capitali pœna, regi Francorum mereri vetuerunt, anno M.D.LIIII. At ciuitas Vnderualdenſium Cardinali Tridentino exercitum conſcribente ſubditos ab exercitu reuocauit, capitis ac bonorum propoſita pœna ſi quis alteri, quàm regi Francorum militaret. Quæ certiſſima ſunt argumenta tot eſſe apud Heluetios Reſpublicas, quot ciuitates. Ita quoque tres Rhætorum ciuitates[31], quæ quinquaginta collegiis conſtant, diuiſa ſeorſum imperia moderantur. Quoties autem conuentus habent, maxima Rhętorum ciuitas legatos octo ac viginti mittere conſueuit: ſecunda XXIIII. minima
C XIIII. iis conditionibus, vt ea quæ pars legatorum maxima decreuerit de rebus ad vniuerſitatem & communes ſocios pertinentibus, ſingulos teneat. Interdum etiam plebs vniuerſa cogitur ad ea, quæ in republica grauiſſima ſũt, diiudicanda. Fallũt igitur qui vnam ex tribus ciuitatibus Rempublicam conflari putant. Nam communes conuentus, ager communis, hoſtes & amici communes, rempublicam non efficiunt eandem: non etiamſi ærarium omnium idem ſit: ſed ſumma imperãdi prohibendíque poteſtas, qua quæque ciuitas ſuos coercere poteſt, vt ſuo loco diſſeretur: neque enim ſi plures patresfamiliâs bonorum omnium ſocietatem coëant, propterea vnam familiam efficere poſſunt. Idẽ iudicandum nobis relinquitur de ſociis Italiæ ciuitatibus, quæ æquo fœdere in Ro-
D manorum ſocietatem venerant, vt eoſdem haberent hoſtes & amicos: ſingulæ tamen ciuitates ſuæ maieſtatis iura tuebantur: vt Amphyctionum quoque ciuitates ſeptem percuſſis fœderibus cæteras ferè Græcorum ciuitates in ſocietatem pertraxerunt: & cùm ſingulis annis conuentus[32] haberent, legati omnium ferè ciuitatum eò conueniebant, vt de rebus rationibus inter ipſos communibus decerneretur, ab iis, quos ipſi Myrios appellabant[33]. Ab his Lacedæmonij quinquaginta auri talenta Thebanis quibus Cadmæam eripuerant contra fœdus, pendere damnati ſunt: & quia Amphyctionum decreta contempſerant, duplicata eſt mulcta. Phocẽſes quoque, cùm ſacrum Delphorum ærarium deripuiſſent, id reſtituere Amphyctionum decreto iuſſi fuerunt: ſed quia decreto non paruerant, agrum Phocẽſium Apollini Delphico iudices ſacrum pronunciârunt. Inde Philippo regi Macedoniæ libido inceſſit vt Pho-

g

31 vulgo Griſcnes appellant

32 Pauſan. in Eliacis. Strabo lib. 4.

33 Pauſani. In Achaicis & Diodorus lib. 16.

cenſibus bellum ſacrum indiceret, & eorum oppida popularetur. Hic videri poſſit vniuerſa Græcia vna & eadem reſpublica, quæ tamen totidem penè reſpublicas habuit quot vrbes, quæ Amphyctionum decretis non aliter obligari potuêre, quàm ex pacto conuento, perinde vt in arbitros compromitti ſolet: at neque Lacędemonij, neque Phocêſes Amphyctionum arbitria receperant: neque ad id inuiti iure cogi poterant: itaque Amphictionum aduerſus Lacedæmonios & Phocenſes edicta templo Delphorum propoſita concerpſerunt ac lacerârunt. Et cùm Lacedæmonij Phocenſibus opem præbuiſſent, ab Amphyctionum cõuentu ac fœdere excluſi ſunt. Ex quo apparet Lacedæmonios prius Amphyctionũ fœderibus ac ſocietate exceptos fuiſſe: at quoties inter ſe ſocij diſcrepant, ad communes ſocios arbitrium defertur, etiamſi hoc, fœderi comprehenſum non ſit. Eoſdem ferè conuentus maiores noſtros ex vniuerſa Gallia conuocare conſueuiſſe, idque à Vercingentorige Gallorum imperatore factum fuiſſe ſcribit Cæſar[34]. Ac tametſi Hedni, Carnutes, Gergobia Arnenorum, Bellocaſſij haberent optimatum imperia, & quidem à ſe inuicem diuiſa: ac Bituriges in Heduorum: Anarici in Biturigum fide ac ditione eſſent, nihilominus principum ac ciuitatum inter ipſas diſſidia Druidarum decretis ac iudiciis dirimebantur. Ac ſi quis rebus iudicatis parere recuſaret, uic ſacris publicis, à qua, igni hominum cõmercio execrãdũ in modũ interdicebatur. Diuiſa tamẽ imperia fuêre, ac certi cuique ciuitati fines, & ſua cuiq; maieſtas. Quòd ſi fœderatę ciuitates in vnius principis aut plurium optimatum fidem veniant, vna & eadem reſpublica cenſetur: quod non facilè iudicari poteſt. Nã Achæorum ſocietas tribus initio ciuitatibus conſtabat, quæ æquo fœdere iungebantur, & cùm eoſdem hoſtes, eoſdem etiam amicos haberent, ſalua tamen erat initio ciuitatis cuiuſque maieſtas: cùm autem aſſiduis bellis infeſtarentur, ac ſæpiſſimè cõuentus habere cogerẽtur, legatorum conuentus tandem perfecit vt in vnam optimatum Rempublicam coïrent: ac paulatim Achaiæ totiúſque Peloponeſi ciuitates omnes in ſocietatis fœdus pertraherentur: quæ ſocietas ab Achæis nomen accepit, vt Suitenſium, quos Heluetij veteres appellabant, ab exiguo Schuitenſium pago famam traxit: propterea quòd primi, cæſo præſide, ab imperio Germanico defeciſſent. Et quemadmodum Achæi tyrannorum magiſtri dicebantur: id quoque nomen ſumma cum ſua laude adepti ſunt Suitenſes. Quinetiam Italiæ populi poſt cladem Pythagoræorum, qui populares ſtatus ad paucorũ imperia detulerant, turbatis rebus ad Achæorum opes[35] & fidem confugerunt. Vt autem ex omnibus ciuitatibus eadem reſpublica conflaretur, autor fuit Aratus[36], qui obtinuit vt in ſingulos annos vnus Achęorum prætor crearetur, penes quem belli gerendi imperium eſſet. Is Achæorum princeps erat, id eſt omnium primus qui comitia cogebat. Et cùm antea legatos ſingulæ ciuitates cum mandatis ad conuentus Achæorum mitterent, vt ab Heluetiis fieri ſolet, Aratus perfecit, vt legatorum cœtus decẽ Demiurgos crearet, quibus decernendi ſumma poteſtas eſſet: cæteris verò legatis conſulendi tantùm ac de-

34 lib. 6.

35 Polybius lib. 2. Plutar. in Arato.

36 Pauſanias in Achaicis. Strabo lib. 6. Polyb. lib. 3. Liuius lib. 32.

ac deliberandi. Hæc duo capita vnius Reipublicæ optimatum conſtituendæ præcipua fuere: in quam paulatim tyrannorum ac populares ſtatus conceſſere, partim ſponte, partim vi & armis coacti. Hoſtium verò ſpolia non ſingularum ciuitatum ſed omnium fiebant. Ad extremum, tanta fœderatorum conſpiratio fuit ac tantus conſenſus, vt iiſdem imperiis, iiſdē legibus, eadē religione, eadē lingua, ſermone, iiſdē iudiciis, eadem diſciplina, iiſdem moribus, iiſdem nummis, iiſdem menſuris, iiſdem ponderibus vterentur[37], nec tam ſinguli ſibi, quàm omnes omnium ſimiles eſſent. Quinetiam Macedoniæ reges, Philippus inquam vterque, Antigonus, Demetrius in fœdus Achæorum venerunt, ac Prætores Achæorum creati ſunt, ſalua tamen in ſuos imperij maieſtate. At cùm Romani compertum haberent Græciam inuictam fore, quandiu ſtaret ſocietas Achæorum, Gallo Proconſuli in mandatis dederunt, vt modis omnibus ſocietatem illam dirimeret, neque id fruſtra tentatum. Nam pleræque ciuitates querebantur fœderis æqui ſpecie imperiū ſibi ademptū fuiſſe. Inde Gallus accepta occaſione ciuitates defectionē meditantes Romanorū propoſitis opibus acrius inflāmauit. Quod cùm Aratus intellexiſſet, rogationem tulit ad conuentus, vt quæſtione decreta coercerentur, qui ab Achæorum ſocietate deficerent: tunc pleræque ciuitates aduerſus Achæos rebellârunt, & cum Romanis fœdus percuſſerunt. Sed cùm Achæis inuicta Romanorum potentia videretur, cum illis pro ſua libertate amicitiam inierunt: ea lege tamen vt deinceps Lacedemonij quos ab Achæorum imperio Romani quodammodo diſtraxerant, in Achæorum fide ac ditione eſſent, niſi de capite ac fortunis omnibus Lacedæmonij ciuis ageretur[38], quod à Romanis callidiſſimo commento factum eſt, vt eſſet perpetua Lacedæmonios inter & Achæos materia diſſidiorum ac ciuilium bellorum: nam ſi omnino Lacedæmonij in Achæorum poteſtate fuiſſent eorum opibus ſocietatem valde auxiſſent: ſi liberos omnino Lacedæmonios Romani eſſe paterentur, metuendum erat ne priſcam virtutem cum ſua Republica recuperarent. Iiſdem artibus Romani Ætolorum ciuitates à ſe inuicem diſiunxerunt[39], cùm ex tribus vna Reſpublica coaluiſſet, quæ conuentus annuos cogebat, Senatum creabat, cui vnus imperator præerat. Nam quò pauciores ſunt ciuitates, eò facilius ex omnibus vna reſpublica conflatur. Difficilius enim tres & viginti Lyciæ vrbes vnam ex optimatibus Rempublicam conſtituerunt, à quibus Lyciarchos imperator annuus creabatur. Illud tamen proprium fuit eius reipublicæ, quod maximarum Vrbium legati triplex ſuffragium habuêre in comitiis, mediocrium duplex, minimarum verò vnicum, vt eſt apud Strabonem. At vrbes tredecim Ioniæ, duodecim Hetruriæ, ſeptem & quadraginta Latinæ arctiſſimā quidem ſocietatem inierant, ac ſæpius, non tamen ſemper, imperatorem, nec niſi belli gerendi cauſa creare, & conuentus annuos habere ſolebant: ſaluo cuique ciuitati iure maieſtatis, vt apud Heluetios. Roma ipſa Latinorum fœdere cōprehenſa fuit, ac Seruius ipſe Tullius, deinde Tarquinius ſuperbus reges Romanorum à Latinis imperatores creati ſunt[40], nihil tamen de

*Achæorum ſocietas.*

37 Polybius lib 3

B

C

38 Pauſan. lib. 7.

39 Liuius lib. 31.

*Ætolorum ſocietas.*

D

*Lyciorum ſocietas.*

*Ionica ſocietas.*

*Hetruſca ſocietas.*

*Latina ſocietas.*

40 Dionyſ. Halycarnaſſ. lib. 4.

regum maieſtate, aut ciuitatum imperio detrahebatur, quominus Reſpublicas arbitrio ſuo moderarentur. In quo plerique falli poſſunt, ſi eiuſmodi ciuitatum cõſociationem, Achæorum & Ætolorum Reipublicæ conſimilem eſſe arbitrantur. Sed his nulla Reipublicæ forma, earum quas nouimus, æquari poteſt, præterquam Germanorum, quam à monarchia penitus alienã, & optimatum Rempublicam eſſe ſuo loco planum faciemus. Hoc tamẽ omnium ſociarum ciuitatum commune eſt, quòd imperatorem, cùm bellum aduerſus hoſtes geritur, vel in ſingulos annos, vel perpetuum facere conſueuerunt. Et quemadmodum Achęorum reſpublica Macedoniæ Reges ſibi Duces creauerunt: ita quoque
41 Liuius lib. 27. Latini Romanorum reges: Ætoli Attalum regem [41]: Germani peregri- B
nos principes acciuerunt, Gulielmum Battanorum regulum, Hẽricum, Luſſemburgum, Alphonſum x. & Carolũ v. Caſtiliæ reges, qui tametſi vitæ ius ac necis in ſuos haberent, alienis tamen imperiis tenebãtur: nam qui belli Prætor aut imperator creatur in aliena ciuitate, ſtatum Reipublicæ alienæ non mutat. Philippus enim Valeſius rex Francorum legionum eccleſiaſticarum imperator factus eſt, vt videmus in eo fœdere
42 anno. 1333. quod ictum [42] eſt inter Philippum Valeſium, & Henricum Palatinum
comitem, qui poſt Imperator eſt à Germanis electus. Nec ita pridem Adolphus Friderici Danorum regis auunculus Balticarum vrbium imperator à ciuitatibus dictus eſt. At etiam Veneti, quoties bellum geſturi ſunt, quemuis potius peregrinum ducem accerſere, quàm ciuem con- C
ſueuerunt. Germanorum verò Impèratores altius quiddã ſpirant quàm ij quos antea diximus: nec ſe belli tantùm duces ac prætores, ſed etiam monarchas eſſe contẽdunt: quod an verum ſit, ſuo loco: certè Ferdinandus Imperator Caroli frater, per legatos vetuit Grombachum & coniuratos, qui ab imperiali curia proſcripti erant, hoſpitio ab Heluetiis excipi, quod cùm imperare magis quàm rogare videretur, Heluetij liberi populi aliquantum commoti ſunt. Antea quoque Morletus Muſæus Regis Francorum apud Heluetios legatus, regem admonuit, Mediolanenſem præſidem vetuiſſe Cardinalem Sedunenſem ſui iuris principem ac Heluetiorum ſocium, quo minùs cum Frãcis fœdus iniret: interdictum tamen illud irriſit Cardinalis, & in regis noſtri ſocietatem venit: à quo D
trecentos aureos annuæ penſionis accepit. Non dubito ego quin Germani principes Heluetios, ſi poſſint, ſub imperium reuocare conentur. Hinc illa in omnibus fœderibus Heluetiorum, quæ cum exteris principibus feriuntur, imperij Germanici exceptio, quę ſemper tacita quadam ratione ineſſe dicitur, niſi diſertè & expreſſa clauſula reiiciantur. Quod vt fieret aduerſus imperatorem in eo fœdere quod Heluetij cum Franciſco rege contraxerunt, anno M.D.XXI. curauit Guiſca regis legatus, ídque habuit in mandatis. Nam ætate ſuperiori Sigiſmundus Imperator Heluetios ad arma capienda aduerſus Fridericum Auſtriacum, contra fœdera Auſtriacæ gentis, cùm diceret hoc ab Heluetiis imperij Germanici maieſtati deberi: in omnibus autem fœderibus maieſtatem ſuperioris tacitè ſemper excipi: id quod verum eſt, quantùm ad iura maieſtatis attinet:

attinet: non tamen Heluetios opinor, imperio Germanico propterea teneri, ſed Germanorum maieſtatem ſuperiorem cõfiteri, atque adeo Imperatorem ipſum, qui eſt in imperij Germanici fide, ac ditione. Nam in fœdere octo ciuitatum Heluetiarum, Tigurini, Bernates, Suitenſes, Vnderualdi, quòd antea imperij Germanici partẽ feciſſent, exceperunt imperij Germanici maieſtatem, ne Germanis fraudi eſſet, quòd fœdus ſancirent. Nec ita pridem Tigurini, Lucernates, Vrani, Glarenſes per legatos ad Ferdinandum, quum Auguſtæ conuentus haberet, petierunt vt ſibi priuilegiorum libertate vti frui liceret. Ac iampridem antiquo fœdere, quod cum imperio Germanico & Heluetiorum ciuitatibus ictum
B eſt, cauetur ne cum exteris principibus ſocietatem Heluetiis inire liceat, vt bellum intra fines imperij Germanici geratur. Nam propterea Carolus v. Imperator [43] queſtus eſt per literas ad Heluetios ſcriptas, antiqua fœdera cum Germanis percuſſa violari ab exercitu Heluetiorũ, qui non dubitarat coniunctis copiis cũ rege noſtro, Germanorũ agris vaſtitatem inferre. Nec multò poſt ab Heluetiis petiit, vt pœnas ſumerent de exercitu, qui in Auſtriacos agros inuaſiſſet, contra fœdus quod inter Auſtriæ principes & Heluetios ictum eſt anno M.CCCCLXVII. ac renouatum anno M.D.I. quo fœdere Romanus Pontifex, Imperium Germanicum, ac domus Auſtria excipiuntur, penſionis lege dicta, qua ſingulis Heluetiorum ciuitatibus ducenti floreni in ſingulos annos darentur. Ac rurſus
C anno M D.LIIII. [44] renouatum fœdus eſt. Nam fœdus Francorum cum Heluetiis contractum eſt ad tuendos ſociorum fines, non ad exteros inuadendos: quæ ratio facit quominus Heluetij fines Germanorum & Auſtriæ gentis inuadere velint: non quia imperij legibus teneãtur, quod ſanctiùs cautum eſt in fœderibus Francorum & Heluetiorum renouandis anno M.D.XLIX. quibus excluduntur omnes qui nec Germanis ſubditi ſunt, nec lingua Germanica vtuntur. Ac ſæpiſſime Carolus v. Imperator ab Heluetiis petiit, vt ager Mediolanenſis vnà cum regno Neapoleos, ac Siciliæ fœderibus Auſtriacis exciperentur, quod planè recuſàrunt Heluetij anno M.D.LV. Idem iudicandum nobis relinquitur de Rhœtorum ciuitatibus ab imperio Germanorum auulſis, quæ nec imperij, nec
D Imperatoris edictis ſe teneri ſatis declarauerũt, cùm ne principẽ quidem Germanũ, qui ab Imperatore Põtifex Rhœtorũ erat deſignatus, ferre voluerint: ſed cùm inter ſe tres ciuitates Rhetorum de Pontificis creatione diſſiderent, Heluetij diſſidiorum, quæ inter ciuitates ſuboriuntur, ex fœdere arbitros ſeſe ferentes, Pontificem eum eſſe iuſſerunt, qui erat à collegio ſacerdotum cooptatus, & in poſterum Pontifices eſſe decreuit eos, quibus Cadorum tribus ſuffragaretur. Et quoniam de iure fœciali, déq; fœderibus diſputatio eſt, dubitari poſſit an ſubditos liceat fœdera ſecum ipſis & cum exteris iungere, ſine ſui principis venia. Principes quidem modis omnibus prouidere ſolent ne id fiat, maximè verò cum exteris. Nam Rex Hiſpanorum ſubditis omnibus interdixit. Et cùm Ludouicus Dux Aureliorum, is qui Lutetiæ cæſus eſt, multorum calumniis premeretur, nihil grauius cæſi manibus obiectum eſt, quàm quòd fœdus cum

43 Anno 1553.
44 Iulij 20.

Henricho Duce Lancaſtrio clam percuſſiſſet. Principes tamen Germani hoc ſibi licere putant, & ſecum, & cum exteris principibus ſuæ ſalutis cauſa ſocietatẽ coïre, modò id ſine imperij Germanici fraude fiat. Nam quæ fœdera aliter contrahũtur, nullius ſunt momenti. Cùm autem imperium excipiatur, non propterea excipitur Imperator, vt ſæpe quidem, ſed nunquam apertius intellectum eſt, quàm in fœdere, quod Germani principes cum Henricho II. rege Francorum, Chamborti, pro imperij Germanici tuenda percuſſerunt aduerſus Carolum V. Imperatorẽ anno M.D. LII. quo fœdere Henricum regem ſuperiorem agnouerunt, eiuſque maieſtatem comiter obſeruare ſpoponderunt, ac belli gerendi ducem communibus ſuffragiis creauerunt. Rex autem Suecorum & Gothorum vnà cum Marchione Aſſembergo, ducibus Brunſuicho, & Clinienſi, principe Auraſio, & comite Acutimontano, ac pleríſque Germanorum ciuitatibus fœdus ſuæ ſalutis ac dignitatis tuendę cauſa inierunt, B anno M.D. LIX. quo anno rex Daniæ, Dux Saxoniæ, Langrauius Haſſiæ, duces Bauariæ, & Holſatiæ, pontifex Viciburgenſis, & Bambergenſis, Nuremberga, Lubeca, ac pleræque item Germanorum ciuitates populíque cum Sigiſmundo Auguſto rege Poloniæ contraxerunt. Quinetiam Carolus ipſe Imperator ſocietatem cum duce Bauariæ ac principibus catholicis iniuit, vt Ferdinandum fratrem Romanorum regẽ deſignaret. Paulò poſt etiam Franconica ſocietas contracta eſt cum Auſtria gente, duce Bauariæ, tribus Frãconiæ pontificibus, Saliſburgenſi Archiepiſcopo, ac ciuitate Nurimbergenſi & Auguſtana. C At etiam Ferdinandus catholicæ religionis ergo, amicitię fœdus percuſſit cum Archiępiſcopo Saliſburgenſi. Antea quidem & in annos quadraginta ſocietas, quæ Sueuica dicebatur, contracta fuerat à ciuitatibus Germaniæ ſuperioris, in qua nihil præter imperium Germanicum exceperunt: nec multò poſt Vandalorum ciuitates imperiales Lubeca inquam Hamburgum, Vimara, Roſtoca, Brema, Sueda ſocietatem ſimul coierunt, ac belli gerendi cauſa ducem Holſatium creârunt: In omnibus tamen fœderibus excepta ſemper eſt imperij Germanici maieſtas. Sed Daniæ nobilitas fœdus pro ſua libertate cum Sigiſmundo rege Poloniæ, ac ciuitate Lubeca aduerſus ipſum Daniæ regem percuſſit: D quo maieſtatis crimine haud ſcio an grauius vllum cogitari poſſit, ſi Daniæ rex ſummam in ſuos poteſtatem haberet, ac decus regiæ maieſtatis tueretur: qua de re ſuus erit, ac de toto iure fœciali diſputandi locus: prius tamen de iure maieſtatis diſſerendum videtur.

## *De iure maieſtatis.* CAPVT. VIII.

*Reipublicæ fundamentum.*

MAIESTAS eſt ſumma in ciues ac ſubditos legibúſque ſoluta poteſtas, quàm Græci ἄκραν ἐξουσίαν; interdum κυρίαν ἀρχὴν, & κύριον πολίτευμα, Itali ſegnoriam, Hebræi, תומך שבט id eſt maius imperium appellant: eſt enim maieſtas, inquit Feſtus, à magnitudine dicta. Principio definienda fuit maieſtas, quam nec philoſophorum nec Iuriſconſultorum quiſquam definiit: quum tamen nihil ad Reipublicæ

naturam

naturam intelligendum maius, aut magis neceſſarium eſſe videatúr. Et quoniam ſuperius Rempublicam definiuimus rectam plurium familiarum ac rerum inter ipſas communium cum ſumma perpetuáque poteſtate, gubernationem: explicandum eſt quid veniat ſummæ ac perpetuæ poteſtatis appellatione. Perpetuam diximus eſſe oportere, quia fieri poteſt vt vni pluribúſve ſumma in ciues poteſtas, nec tamen perpetua tribuatur, ſed ad breue tempus, cuius decurſu ſumma poteſtate abdicant. Non igitur ſummi principes dici poſſunt, ſed potius ſummæ poteſtatis ac imperij cuſtodes tandiu ſint, quoad ſummus princeps populúſve depoſitum imperium repoſcat, cuius ipſi ſunt veriſſimi poſſeſſores ac do-
B mini, non aliter quàm qui res ſuas commodato, vel pignori, dederunt[1]: aut ſuam iuriſdictionem imperiúmve alteri fruendum, ſiue ad certum tempus, ſiue precario permiſerunt, ſuæ poteſtatis iuriſdictioníſque arbitri ac poſſeſſores eſſe non deſinunt[2]. Sic Iuriſconſultus[3] præfectum Augusti exacto magiſtratu depoſitum imperium reddere dixit. Nec intereſt vtrum minor maiórve poteſtas tribuatur: alioqui ſi ſumma poteſtas legato principis precario conceſſa maieſtas diceretur, ea poteſtate vti ſuo iure poſſet, aduerſus ipſum principem, cui nihil præter inane principis nomẽ relinqueretur: quinetiam ſeruus domino imperaret: quo nihil abſurdius cogitari poteſt: cùm in omni imperio, magiſtratibus aut priuatis conceſſo principis perſona ſemper excipiatur[4]: vt quãtumcún-
C que ſit imperium, quod alteri tribuitur, minùs[5] tamen ſit eo, quod iure maieſtatis ſibi reſeruauit: nec vnquam ſpoliatus ſumma poteſtate cenſetur, quin earum rerum quas magiſtratibus curatoribúſue attribuit cognitionem ſuſcipere[6], ſiue anticipatione, ſiue concurſu, ſiue euocatione, omnémque poteſtatem magiſtratibus conceſſam eripere[7], ſuo iure poſſit. Ex quibus efficitur nec Dictatorem Romanorum, nec Harmoſten Lacedæmoniorum, nec Eſymnætum Theſſalorũ, nec Archonta Melitenſium, nec Baliam Florentinorum cum populari poteſtate vterentur, nec eos, qui à noſtris hominibus Regentes regni appellantur, nec vllos omnino magiſtratus curatoréſve, quibus ſumma poteſtas eſt, non tamen perpetua conceſſu principis populíve tributa, iura maieſtatis
D habere: ac ne illos quidem antiquos dictatores ſummum ius habuiſſe, tametſi OPTIMA LEGE dicebantur, à quibus prouocari[8] non poterat, & quorum creatione magiſtratus omnes abdicabant: quouſque rogatione Iunia ſacrata Tribuni plebis popularis libertatis cuſtodes, facti ſunt, qui dictatore creato, liberũ ius interceſſionis habuerũt: vt ſi prouocaretur à dictatore, Tribuni cogerent plebẽ, apud quã de prouocatione certabatur. Nam Dictator Papirius Fabiũ Max. I. ac Fabius Max. II. Minutium equitum magiſtros, quòd contra mandatum Dictatorum dimicaſſent, capitis damnârunt: qui tamen ex prouocatione, populi iudicio liberati ſunt: ſic enim Liuius[9], Tum pater Fabij, Tribunos, inquit, appello & prouoco ad populum, qui plus quàm tua dictatura poteſt, cui rex Tullus Hoſtilius ceſſit. Quibus verbis planũ ſit Dictatorẽ, neq; principẽ, neque ſummũ fuiſſe magiſtratũ, vt pleríque putarũt, ſed curatorẽ, quem noſtri

1 l. qui pignori de vſucap. l. quod meo. de acquir. poſſeſſ.

2 l. more. de Iuriſdict. l. & quia eod.

3 l. 1 de offi præfecti Auguſtalis.

4 l. vlt. qui ſatiſdare. cor. ſet. de pot. regia. 9. 17.

5 cap. dudum. de præbendis. lib. 6.

6 l. Iudiciũ ſoluitur. de Iudic. l. ſolet de Iuriſdic.

7 Alexand. in l. vlt. de iuriſdict. Panor. in cap. paſtoralis. de offic. ord. Innocent. & Felin. in cap. cu eccleſiarum. eod.

8 Feſtus in verbo optima lege. Plutar. in quæſtiõn. Rom.

9 lib. 7.

comiſſarium vocant, nec aliud illi tributum fuiſſe, præter curationem
belli gerēdi, aut ſeditionis ſedandæ, aut Reipub. conſtituendæ, aut magi-
ſtratuum creandorum, aut claui figendi. Maieſtas verò nec maiore po-
teſtate, nec legibus vllis, nec tēpore definitur. At ne decemuiri quidem
legum ferēdarum, tametſi ſummam ac legibus ſolutam poteſtatem ha-
berent, & magiſtratus omnes creatione decemuirorum abdicâſſent, ius
maieſtatis habuêre, cùm eorū imperium legibus duodecim tabularum
ad populum promulgatis finē acciperet: id quod curationum omnium
commune eſt: nam Cincinatus dictator creatus belli gerendi cauſa, cùm
intra dies quindecim hoſtium copias fregiſſet, ac bellum confeciſſet, di-
ctatura ſtatim abdicauit: Seruilius Priſcus intra diem octauum: Mamer- B
cus eodem ipſo die, quo dictator dictus eſt. Dicebatur autem Dictator
non à Senatu populóve, nec item à magiſtratibus, aut rogatione ad po-
pulum, aut vllis legibus, quæ ad magiſtratuum creationem ſemper ne-
ceſſariæ fuêrunt, ſed ab Interrege, qui modo patricio ſanguine ortus eſ-
ſet: neque enim ſatis erat nobilem eſſe Senatorem, qui Dictatorem di-
ceret[10]. Quòd ſi quis obiiciat Sullam in annos LXXX. Dictatorem lege
Valeria dictum eſſe, reponam illud Ciceronis[11], neque dictaturam, ne-
que legem, ſed crudeliſſimam tyrannidem fuiſſe, qua tamen quarto poſt
anno, quàm Dictator factus eſt abdicauit, cùm ſcilicet bellorū ciuilium
flammas ciuium ſanguine reſtinxiſſet, ſalua Tribunorum plebis inter-
ceſſione. Ac tametſi quadrageſimo poſt anno Cæſar perpetuam Dicta- C
turam cum libertate plebis inuaſiſſet, interceſſionem tamen Tribunis
plebis reliquit: ſed cùm antea Pompeij ſingulari Cōſulatu Dictaturę no-
men de republica ſublatum eſſet, & contra legem Pompeiam Cæſar Di-
ctatorem ſe lege Seruia creari curaſſet, cōiuratione principum cæſus eſt
in medio Senatu. Sed demus vni pluribúſve ſummam ac legibus ſolutam
poteſtatem extra interceſſionem, aut prouocationem à populo dari,
num maieſtatis ius habere dicemus? nam is maieſtatem habet, qui poſt
Deum immortalem, ſeipſo maiorem videt neminem: ſic tamen ſtatuo
non ineſſe in illis maieſtatem, ſed in populo à quo poteſtatē precariam
habent, vel ad certum tempus, cuius temporis decurſu, imperium depo-
nere tenentur: nec populus ſua ſe poteſtate exuere cenſetur, etiamſi ſum- D
mum ac legibus ſolutū imperium vni pluribúſve tribuat, idque ad cer-
tum tempus, nō precario: & vtróque modo, qui ſummū illud imperium
habuit, rerum à ſe geſtarum principi populóve rationem reddere tene-
tur: princeps verò, populúſve, in quibus maieſtas ineſt, rationem rerum
geſtarum nemini, præterquam immortali Deo reddere coguntur. Quid
igitur ſi ſummum illud imperium in annos decem vni pluribúſve con-
cedatur? vt olim apud Athenienſes Archon vnus, quem etiam Iudicem
appellabant, ſummæ in republica poteſtati præerat: non fuit tamen pe-
nes eum Reipublicæ maieſtas, cùm potius populi curator procuratórve
eſſet, & rationem imperij geſti reddere teneretur. Quid ſi ſumma illa,
quam dixi, poteſtas vni pluribúſve ea lege in annum tributa fuerit, ne
rationem rerum à ſe geſtarum reddere cogatur? ſic enim Cnidij in
ſingulos

10 Nouus qui primus honorē in republica adeptus erat: nobilis noui hominis filius: patricius qui à patribus & cōſcriptis à Romulo ſtirpem ducebat.

11 In lib. 1. de legibus.

ſingulos annos ſexaginta ciues, quos ipſi Amymonas vocabãt, id eſt, omni exceptione ac reprehẽſione maiores. Non tamẽ fuit in illis imperij maieſtas, cùm depoſitum imperium anno vertẽte populo reſtituere tenerentur: hunc igitur magiſtratum quidem ſummũ, ac poteſtatem maximam appellare poſſumus, principem ſummum non poſſumus: nam alter dominus, alter ſubditus eſt, alter poſſeſſor [12] ac proprietarius imperij, alter, nec imperij poſſeſſor, nec dominus dici poteſt, ſed cuſtos. Idem nobis iudicandum eſt de iis, quos Franci Regentes regni appellant, qui vel ob infantiam, vel furorem, vel abſentiam regis creari ſolent, ſiue eorum nomine, manu, ac ſigillo, leges, edicta, reſcripta, iuſſa deniq; omnia

12 l. more. l. licet. l. & quia de iuriſ. omniu iudicũ. l. 1. de offic eius cui mãdat. eſt iuriſd.

B ſanciantur (vt quidem fiebat more maiorum, ante legem Caroli v. regis Francorum) ſiue regia ſigilla nomenque regium legibus ac mandatis proponantur: nihil enim, aut parum admodum inter vtrunque intereſt, cùm quæ à procuratore gerãtur, probante domino, ab ipſo domino geri videãtur [13]. At rectores illi regij ac regni procuratores ſunt: ſic enim Theobaldus Bleſenſium comes, is qui bonus vſurpatur, ſeipſum regni procuratorem vocabat Quare cùm quid procuratorio nomine imperatur, extra regis, aut domini appellationem, non procuratoris aut curatoris Reipublicæ, ſed regis ipſius eſt mandatum. Sic enim Senatus Mediolanenſis ac Neapolitanus abſente rege Hiſpanorum omnia cum ſumma poteſtate regio nomine iubet ac vetat: id enim Caroli v. Cæſaris conſti-

13 l. certè. §. 1. de precario. cap. mulieres. de ſentent. excõmunicatorum.

C tutione cauetur his verbis concepta: Senatus Mediolanenſis poteſtatem
„ habeat conſtitutiones Principis confirmandi, infirmandi, tollendi, diſ-
„ penſandi contra ſtatuta, habilitationes, prærogationes, reſtitutiones fa-
„ ciendi &c. À Senatu ne prouocari poſſit &c. & quicquid faciet, parem
„ vim habeat vt ſi à principe factum ac decretum eſſet: non tamen poſſit
„ delictorum veniam tribuere, aut literas ſalui conductus, reis criminum
„ dare. Hæc prope infinita poteſtas Senatui Mediolanẽſi ac Neapolitano lege data, non tam regis Hiſpani maieſtatem, quàm laborem, curas, ſollicitudinem minuere videtur: eiuſmodi tamen eſt quæ facilè reuocari poſſit. Quid ſi tanta poteſtas legato regis aut præſidi quandiu vixerit à principe fruenda permittatur, nũ in eo maieſtatem ineſſe dicemus, cùm

D ſumma ſit ac perpetua poteſtas tributa? alioqui ſi perpetuam iuterpretemur poteſtatem quæ nullum ſit exitum habitura, nulla ſit, præterquam in populari & optimatũ ſtatu, futura maieſtas, propterea quod immortalis eſt populus, niſi à ſtirpe ſimul deleatur: aut ſi perpetuum interpretemur de regibus & eorum ſtirpe futura, non eſſet maieſtas in illis regibus qui ſuffragiis populi creãtur. Si magiſtratus eſt annuus, aut qui tempore definitum habet imperium, is quidem extra tempus, aut ſponte ſuperioris, aut per vim imperium retinet: ſi vi retinet imperium, tyrannis eſt: tametſi tyranni quoque maieſtas eſt, vt qui violẽter poſſeſſioni alienæ incumbit, tametſi contra legẽ id fit, poſſeſſio tamen [14] eſt, quod ſi voluntate ſuperioris ſummum imperium in magiſtratu continuatur, non tamen propterea maieſtatem illi tribuemus, cùm nihil habeat niſi precario: qui autem precario habet, nec dominus eſt, nec poſſeſſor. Quæ enim

14 l. 3. de acquir. poſſeſſ. ff.

tanta fuit vnquam vllius magiſtratus poſt principem, quanta fuit ſuperioribus annis Henrico II. Andium duci poteſtas à Carolo IX. fratre tributa? fuit enim ſumma & quidem perpetua, ſine vlla regalis poteſtatis exceptione: non tamen ſumma fuit cùm legatus ſui principis diceretur: ſubiecta vulgari clauſula, QVOAD VIDEBITVR, quę precariũ imperium ſatis ſignificat. Legati verò poteſtas, æquè ac magiſtratuum omnium principe præſente penitus euaneſcit. Quid ſi populus alicui ſummam perpetuámque, quoad vixerit, poteſtatem dederit? ſubſiſto: nam ſi poteſtas illa legibus ſoluta ſine magiſtratus, aut legati, aut rectoris, curatoríſve appellatione, nec precariò data ſit, profectò iura eidem conceſſa fuiſſe confitendum erit: quia populus ſua ſe ſponte imperio ſpoliauit, vt alteri omnia iura maieſtatis ſine cõditione donaret, perinde vt ſi quis pura donatione rei ſuæ dominium ac poſſeſſionem tradidiſſet: tunc enim perfecta donatio, cõditiones nullas capit[15]. Ad hunc modum de ſummo principe lex ab iuriſconſulto regia dicitur lata fuiſſe, cùm populus EI ET IN EVM OMNEM POTESTATEM CONTVLIT. Sed ſi populus omne ſuum imperium cuiquam tribuat quoad vixerit, idq; cum magiſtratus, aut curatoris, aut legati appellatione, huic neque ius maieſtatis, neque principis ſummi appellatio congruit, ſed magiſtratus aut procuratoris. Et quemadmodum magiſtratus qui legato iuriſdictionem ita mandauit, vt nihil omnino retinere aut agere videatur, non tamen in legato imperandi prohibendíque poteſtas, aut legis actio ineſt, ſed in ipſo[16] magiſtratu. quòd ſi præter mandatum quid agat imperétve, nihil agitur, niſi ratum habeat qui mãdauit. neque tamen ratihabitio magiſtratus in rebus grauioribus quæ ad iuriſdictionem pertinent retrotrahitur, vt principis cuius ſumma eſt in Republica poteſtas. Nã quicquid à Carolo V. Delphinate Francorum regni curatore geſtum eſt abſente patre, qui captiuus in Angliam abductus erat, cùm poſtliminio pater rediiſſet ratum habuit legitimis ac ſolennibus actis. Siue igitur curationis in modũ, ſiue iure magiſtratus aliena poteſtate quis vtatur, ſiue ad breue tempus, ſiue in perpetuum, is maieſtatem non habet, etiamſi curatorio inſtrumento rectoris, aut legati, appellatio non contineatur: non etiamſi patriæ moribus, aut inſtitutis, aut lege, poteſtas illa defertur: vt apud Scotos antiqua lege[17], regni curatio ad proximum quéque regis pupilli, aut qui minor eſſet annis viginti quinque, deferebatur, iis conditionẽbus, vt omnia regio nomine gererentur: quæ lex olim abrogata fuit, ne periculum pupillo Regi crearetur à propinquis affectantibus regnum, cuius cauſa, Cæſar ſceleratum eſſe licere putabat. Cætera definitionis propoſitæ membra perſequamur: diximus poteſtatem legibus ſolutam congruere maieſtati. Nam populus ſummum perpetuúmq; imperium, in ciues, ac vitæ, necíſque poteſtatem, legibus omnibus ſolutam, vni ex ciuibus tribuere poteſt, vt quemcunque volet imperij ſucceſſorem deſignare poſſit: & quemadmodum ſuæ quiſque rei moderator & arbiter, purè donare poteſt, non alia quàm liberalitatis ſubiecta cauſa, quę quòd ita confecta eſt, vt nullam poſtea[18] conditionem capiat, vera propriáque acceptio-

B C D

15 l.perfecta. de donat. quæ ſub modo.C.

16 l. 3. de offic. Proconſul. l. & quia C.l.ſolet.de iuriſdict. l.etſi de offic.eius qui mã data.

17 Hector.Boët. in hiſtor.Scot.

*Legibus ſoluta poteſtas.*

18 l.perfecta.de donat. quæ ſub modo.C.

acceptione, donatio appellatur[19]: cæteræ donationes quibus innexa eſt implexáque alia cauſa, conditione, donationes non[20] ſunt: ſic quoque, ſummum imperiũ conditione aliqua, vel lege datum, ſummum non eſt, nec legibus ſolutum: niſi lex aut conditio maieſtati dicta diuinis, aut naturæ legibus ſit comprehenſa, vtî fit in Rege Tartarorum initiando: nam mortuo principe, populus vnum ex filiis optat, aut qui fratris filius ſit, ac ſublimem, aureo ſolio inſidere iubet: deinde carmine ſolenni à maioribus accepto, pontifex, ad regem oratione conuerſa, Nos, inquit, abs te petimus ac iubemus vt imperes: Tum rex, Quandoquidem, inquit, imperare me vultis, omnia mea iuſſa vos diligenter exequi neceſſe eſt, vt B quemcunque occidi mandauero, hunc eodem momento necari: ſummámque rerum omnium poteſtatem, arbitrio meo committi. Ad hæc populus clara voce reſpondet, eſto. Rex iterum, mea vox, inquit, pro ſecure, pro gladio futura eſt: ad hunc ſermonem populus vniuerſus applaudit. His ita geſtis, de ſublimi ſede Rex dimouetur, ac viliſſimæ tabulæ ſuperpoſitus humi conſtituitur, ad quem Pontifex orationem conuertens, Suſpice cælum, inquit, ac Deum præpotentem vniuerſitatis regem agnoſce: nam ſi iuſtè imperaueris, omnia ex animi tui ſentẽtia conſequere: ſin muneris officiíque tui obliuiſcare, præceps ex alto ac ſublimi loco deiectus, regali poteſtate ac bonis omnibus ita ſpoliabere, vt ne tabula quidem hæc, cui inſideas, tibi relinquatur. Verbis ita conceptis, in C ſublimè attollitur, & ab vniuerſo populo Tartarorum rex renunciatur. Hæc tanta poteſtas à populo regi tributa, ab omni conditione libera, & planè legibus ſoluta dici poteſt, quia nihil amplius habet, quàm quod diuinis, ac naturæ legibus imperatur, ac prohibetur. Interdum etiam conſimilis ratio ac forma in regibus initiandis & conſeruandis adhibetur, tametſi iure ſucceſſionis poteſtatem adipiſcantur. Nihil tamen abiectius memini, quàm quod in Carintiorum duce initiando fieri ſolitum accepimus. Extat adhuc non procul ab vrbe Viti in prato marmoreus lapis, quem conſcendit ruſticus homo ad quem ſucceſſorio iure delata poteſtas eſt: Sic medius inter Bouem atrum, & equam macie tabeſcentem, conſtitutus, circunſtante populo, ducem nouum paſtoris habitu viliſſi- D mo, vnà cum principibus, ac purpuratis magiſtratibus venientem conſpicatus, Sclauonica lingua ſic alloquitur, Quis hic, inceſſu & comitatu tam ſuperbo gloriatur? hîc populus, noſter, inquit, princeps: ad hæc ruſticus, An eſt, inquit, iudex? an de patriæ ſalute ſollicitus? an liberæ conditionis homo? an eo dignus honore? an religionis cultor? Eſt, inquit, populus, ac deinceps erit: tum ruſticus leui colapho ducis ore verberato, ab omnibus muneribus vacationem habet: poſtea princeps lapidem conſcendit, & gladium manu vibrans, populo ſe intuenti, virum bonum, ac iuſtum fore pollicetur: tum eo paſtoris habitu ſacra facit: ſacris autem, ritè ac more ſolẽni peractis, ſpeciem illam paſtoris exuit, ac principis habitum induens, rurſus lapidem conſcendit, fidémque à vaſſallis accipit. Olim quidem, Carinthiæ dux, Imperatoris venator maximus dicebatur: Carinthia verò, cum imperio Germaniæ[21] confuſa, Venatoris maximi

19 l. 1. de donat.
20 l. 1. cod.
*Tartarorũ regis renũciatio.*
*Carinthiorum ducis renũciatio.*
21 anno 1331.

munus, & inaugurandi forma vetus obſoleuit: Carinthia verò, Stiria, Croatia, Cilia, Tirolia, cum Auſtriaca ditione coniunctæ ſunt. Quæ autem de regibus Aragonum initiandis traduntur iampridem exoleuerũt: ſic autem accepimus fieri conſueuiſſe: Prætor maximus Aragonũ, quem iuſtitiam magnam appellãt, regem ſic affatur: Nos, qui nec virtute inferiores, & poteſtate ſuperiores teipſo ſumus, regem te creamus, his conditionibus legibúſque, vt vnus aliquis plus habeat quàm tu poteſtatis ac imperij. In quo fallit is, qui ſcribit regem à populo creatum: Nam Sanctius magnus Taraconẽſi regno Mauros poſt annum ſeptingenteſimũ, quàm Hiſpaniam citeriorem inuaſerant fugauit: ac deinceps eius poſteri vtriuſque ſexus, regnum illud ſucceſſorio iure habuerunt. Quinetiam B Petrus Belluga[22], qui de regno Taraconẽſi accuratè ſcripſit, negat creandi regis populo ius cõpetere niſi regia gente penitus extincta. Illud item nouum & planè abſurdum, vt populi cõuentus rege ſuperiores fuerint, cùm ipſe Belluga[23] confiteatur, nec conuocari populi conuentus, nec conuocatos iniuſſu regis abire poſſe. Illud etiam abſurdius, quòd hæc oratio haberetur à Prætore ad eum, qui iure ſucceſſorio regnum adeptus erat, quíque Prætorem maximũ creabat, & quoties liberet abdicare iubebat. Nam Martinum Didatum Prætorem maximum ab vxore Alphonſi Aragonum ac Siciliæ regis creatum, & ab eadẽ poteſtate exutum fuiſſe conſtat[24]. Ac tametſi Prætor maximus lites & controuerſias, quæ principi cum populo intercedunt dirimere ſolet, vtì fit in Anglia, C vbi lites eiuſmodi mox à curia maiore, quę ex Pontificis & patriciis conflatur, mox etiam ab eo magiſtratu, quem ipſi iuſtitiã magnam Anglici vocant, & penè ab omnibus Francorum iudicibus diſceptantur: nihilominus tamen Rex ipſe comitiorum popularium vbique arbiter eſt ac Cenſor, vt vel populi rogationes probare, vel repudiare poſſit, quod ipſum de Caſtulonum, déque Francorum regibus confirmant[25]: quos etiam poteſtatem abſolutam, ſic enim loquuntur, habere tradunt. Quid autem ſit abſoluta, vel potius ſoluta lege poteſtas nemo definiit. Nam ſi legibus omnibus ſolutam definiamus, nullus omnino princeps iura maieſtatis habere comperiatur: cùm omnes teneat lex diuina, lex item naturæ, tum etiam lex omnium gẽtium communis, quæ à naturæ legibus D ac diuinis diuiſas habet rationes. Contrà verò fieri poteſt, vt quis omnibus ciuitatis ſuæ legibus, ac magiſtratuum omnium imperiis ſolutus ſit, qui iura maieſtatis non habeat: vt Cn. Pompeius, qui lege Gabinia legibus ſolutus eſt[26], cùm imperium ei extra ordinem datum eſſet in annos quinque, vt aduerſus piratas bellum gereret: neque enim nouum eſt ciuem legibus à populo ſolui, cùm id Senatus interdum ſine populi iuſſu faceret, vſque ad legem Corneliam[27] Tribunitiam, qua Senatus Romanorum prohibetur quenquam lege ſoluere niſi ducẽti Senatores affuiſſent. Nã lege duodecim ita cauebatur: PRIVILEGIA NISI COMITIIS[28] CENTVRIATIS NE IRROGANTO, QVI SECVS FAXIT CAPITAL ESTO. cui legi derogatum erat à Senatu. Qui autem vna lege, pluribúſve, aut omnibus ſolutus eſt, eorum tamen imperio qui iura maieſtatis

*Ratio initiandi regis Aragonũ.*

22 In ſpeculo. §. veniamus. titulo.14.nu.6.

23 In d. ſpeculo. c.1.& extremo. ex §. poſt natale de clerico violatore pacis. in feudi. & in c. imperialem. de prohibita feudi alienat. & ex c. certum.11.q.3.

24 Idem in ſpec. tit.26.§.Ieſu.

25 Petrus Belluga cap. extremo titulo.10. nu. 10. & Oldradus conſil.69.

26 Plutar. in Põpeio.

27 Aſconius in Cornelianam.

28 Cicero pro domo.

ieſtatis habent tenetur: etiamſi omnibus patriæ legibus in perpetuo ſolutus ſit, vt Auguſtus: qui tametſi populi Romani princeps eſſet, ideſt in Repub. omniū primus, populo tamen vniuerſo, in quo Reipublicæ maieſtas erat, inferiorem ſe ſimulans rogationes ad populum ſæpiſſimè ferebat, cū populus leges iuberet non Auguſtus: & in magiſtratibus creandis ciuium manus prehenſabat, vt candidatos populo commendaret. Eum autem, qui iura maieſtatis habeat, nullius imperio teneri oportet: quod argutè ſignificans Tiberius, his verbis ad Senatum, Non aliter, inquit, ratio conſtat, quàm ſi nulli reddatur, de iure maieſtatis diſſerebat: cuius eſt nō modò ſingulis, ſed etiam vniuerſis, leges dare, & latas abro-
B gare: quod ab eo fieri non poteſt, qui alterius iuſſis, ac imperiis teneatur. Idcircò lex ipſa[29] principem legibus ſoluit: legis autem verbo, imperium quoque ſignificatur eius, in quo Reipub. maieſtas ineſt. Itaque videmus in legibus ferendis, exceptionem legum omnium, quæ legi latæ contrariæ ſint, abrogatoriam, aut ſi, cum lata lege quadam ex parte pugnent, derogatoriam ſubiici[30], ſiue leges ab aliis retro principibus, ſiue ab eodē principe latæ fuerint. Id enim ſcitū eſt, nō modo priuilegia, ſed ne leges quidem, aut edicta, mortuo principe vim retinere ſuam, niſi conſequentiū principū auctoritate, vel conſenſione tacita, ſanciātur. Nā cùm Bartolus[31] ad Carolum IIII. Germanorum Imperatorē legatus eſſet, vt Peruzinæ ciuitatis priuilegia confirmarentur, obtinuit illud quidem, ſed
C ea conditione, vt tandiu vim haberent, quoad reuocarentur à poſteris Imperatoribus, quibus, etiam ſi clauſula ſubiecta non fuiſſet, præiudicium nullum creari[32] potuiſſet. Quamobrem Michaël Hoſpitalis, Francorum Cancellarius, priuilegia, vico ſancti Mauri à Carolo IX. Rege conceſſa, ſigillo regio munire, obſtinato animo, etiam petente Regina, recuſauit, propterea quòd perpetuam tributorum immunitatem continerent, contra naturam priuilegiorum, quæ perſonis tribuuntur, & conſequentium principum poteſtati præiudicare viderentur: neque tamen, ſi in perpetuum conceſſa fuerint, corporibus, aut collegiis, quæ ſempiterna ſunt, principis largientis vita, diuturniora ſunt futura, quæ ſi à populo, vel optimatum Republica, corporibus, aut vniuerſitati in perpe-
D tuum tribuantur, ſempiterna fore neceſſe eſt: aut certè quandiu ciuitas illa popularis ſtabit. Nam cùm populi Romani maieſtas ad dominatum vnius, à quo priuilegia peti oporteret, delata videretur. Tiberius[33] Auguſti ſucceſſor Indulta beneficia à defunctis principibus, non aliter vim habere voluit, quàm ſi ſucceſſores rata haberent, cùm antea principis beneficium, niſi ad tempus datum eſſet, perpetuum haberetur. Itaque Reges noſtri, beneficia corporibus & collegiis tributa, renouare conſueuerunt: atque adeò Curiarum omnium iuriſdictiones & imperia confirmare. Quòd ſi princeps nullis maiorum legibus obligatur, quonam modo ſuis obligaretur? nam aliorum quidem imperium ſuſcipi, ſibi ipſi verò imperare[34] nemo poteſt. Nulla, inquit Pomponius[35], obligatio conſiſtere poteſt, quæ à voluntate promittentis ſtatum capit: quæ certè ratio, non modò probabilis eſt, ſed etiam ad perſuadendum neceſſaria, ſci-

29 l. Princeps. de legibus. l. ſacratiſſimæ eod.

30 l. forma. de offic præfecti Prætor. C. Bal. in l. cūctos populos, column. 1. de ſumma trinit. C. & in c. vlt. de offic. Archi. Bald. in l. reſcripta. de precib. imperat. C. Alex. conſ. 101. nu. 5.

31 Bart. in conſtitut. ad reprimendu verbo reges, nu. 21. Caſtrenſis cōſi. 107. Oldrad. conſi. 108.

32 Bal. in tit. de pace Cōſtantię verbo amplius Felin. in cap. 1. nu. 5. de probat. Affl. c. in tit. quæ ſunt regalia in procœmio. nu 61 Carolus Ruinus conſi. 91. lib. 1. nu. 11.

33 Tranquil. in Tiberio.

34 l. ille à quo. §. tempeſtiuum ad Trebel. l. penult. de arbitr. cap. in notuit de elect.

35 l. à Titio §. nulla. de verb. oblig. l. ſi quis in principio de legat. 8.

licet principem ſuis legibus ac iuſſis obligari nullomodò poſſe. Vt enim
Pontifices maximos ſibi ipſis manus [36] vincire poſſe negant Pontificij
iuris interpretes: ita nec ſummus quoque princeps, imò nec magiſtratus,
aut priuatus quiſquam edicere aut imperare ſibi poteſt. Hinc illa in fine
legum omnium ac edictorum ſubiecta clauſula, QVIA SIC NOBIS
PLACVIT. Vt ab omnibus intelligatur, leges tametſi iuſtas, ab vnius
iubentis voluntate pendere. Sed legibus diuinis ac naturalibus, principes
omnes ac populi æquè obligantur, quas qui perrumpere, aut infirmare
tentabunt, diuinæ maieſtatis iudicia non effugiēt. Quod igitur ſummum
in Republica imperium legibus ſolutum diximus, nihil ad diuinas, aut
naturæ leges pertinet. Nam inter Pontifices, is qui iura maieſtatis om- B
nium optimè norat, & qui ferè omnium Imperatorum, ac Principum
Chriſtianorum poteſtatem ſibi ſubiecerat [37], ſummum imperium eius
eſſe dixit, qui ordinario iuri, (ideſt, vt ego interpretor, patriis legibus)
derogare poteſt. Num igitur princeps patriis legibus, in quas iurauit,
obligatur? Diſtinctione res opus habet. Si Princeps ſeipſum ſibi iureiu-
rando adegerit, obligatio iuriſiurandi, propter ea quæ diximus, conſi-
ſtere non poteſt [38]: cùm ne priuatos quidem teneat [39] iuſiurandum mu-
tua inter ipſos obligatione contractum, ſi eiuſmodi ſunt pacta conuen-
ta, à quibus diſcedere lex ipſa patiatur: etiam ſi pacta honeſtati conſen-
tanea ſint. At ſi Princeps, alteri principi, iureiurando leges à ſe vel à ma-
ioribus latas non violaturum ſe promiſerit, obligatus tenetur, ſi quid al- C
terius Principis intereſt: ſi nihil eſt quod alterius Principis interſit, ne
ipſe quidem qui iurauit, obligatur. Ac tametſi Alexander Imolenſis, om-
nibus ferè commentariis, ac reſponſis ſtatuit, pacta conuenta, quæ nul-
lam vim habitura fuiſſent, ſola vi iuriſiurandi vim accipere (quæ ſenten-
tia nulla vel ratione probabili, vel autoritate confirmari [40] poteſt) nihil-
ominus tamen Principes ſuis edictis ac legibus, quas etiam iureiurando
confirmauerint, teneri negauit [41]. Idem iudicandum relinquitur, ſi Prin-
ceps Iuratus, quid promiſerit priuatis. Quod autē diximus iuratos Prin-
cipes iis pactis, quæ cum aliis Principibus, aut ſubditis fecerint, ſi iuſta
ſint, obligari, non ideò id fit, quòd iurati ſunt, aut quia ſuis legibus obli-
gantur: ſed quia iuſtis conuentionibus quiſque tenetur, ſi quid alterius D
interſit: ſiue iuratus, ſiue iniuratus ſit: & ex iiſdem cauſis, quibus priuatus
ac ſubditus quiſque in integrum, ſi capti ſunt, reſtitui poteſt: ſiue aliena
fraude ac dolo, ſiue errore, ſiue metu circunuentus eſt: non tantùm in
iis quæ ad iura maieſtatis imminutæ, ſed etiā in iis, quæ ad priuata com-
moda rationéſque domeſticas attinent. Atque in eo quidem pleróſque,
tam labi ac decipi [42] videmus, qui pacta conuenta, Principum leges eſſe
putant, quàm qui leges pactionatas, (vt eorū verbis vtamur) appellant [43]:
cùm ſcilicet princeps, rogatione populi legem tulit, acceptis ob id à po-
pulo pecuniis, vel exacto tributo: tunc enim Aragonenſes regem ſua le-
ge teneri aiunt, cæteris legibus non item: quibus tamen derogare poſſe
confitentur, ſublata cauſa, propter quam lata lex eſt: quod vt verum ſit,
& ratione [44], ac auctoritate confirmari poſſit, nihil tamen pecuniis opus
eſt, aut

36 c. mandaſti. 2. q. 4. licet Archidiaconus contra ſe iſt at, in c. 2. cõſtit lib. 6. ex cap. nemo. 11. q. 3. Io. Andr. in cap. 1. de rap. & in regul. cu. licet de regu. lib. 6. c. dudū de præbend. lib. 6.

37 Innocētius 4. Pontifex max. in cap. innotuit de electiõn. extra.

38 l. iuriſgētium. §. ſi plag. j. can. iuſiurandum. 22. q. 5.

39 l. vlt. qui ſatiſdare cog. ff.

40 Carolus Molinæus vbique ad notas conſiliorū Alexandri.

41 Alex. ind. cõſi. 224. lib. 6. & Bal. In l. clari. de fidei cõmiſſ. C. & Canoniſtæ in gloſa diſtinctionis 11. Panormita. in cap. pro illorum. de præbendis.

42 Bal. in l. donationes. de donat. inter virum & vxorem. C. Cynus & Bar. in l. digna vox. de legib. C. Bart. & Caſtrenſ. in l. princeps de legibus. Anton. Butrio, Imola. Panormitan. Felin. in cap. 1. de probat.

43 Petrus Belluga in ſpecul. tit. 1.

44 notat in ſumma de condic. indeb. & in cap. 1. de probat. & ex l. pen. de donat. inter virū & vxorē. C. Innocētius in cap. nouit. de iudic. & cap. licet. de electiõn.

eſt, aut iureiurando,ſi ſubditorũ interſit legem ſeruari: vox enim Principis inſtar oraculi eſſe debet: dignitas autem principis agitur,ſi vel ſubditi tã improbum eſſe opinẽtur, vt niſi iurato credi non debeat: vel tam auarum,vt pacta conuenta ſine mercede ſeruaturum non putent. Hoc igitur teneamus,principi leges à ſe latas ſua volũtate,ac ſine ſubditorum conſenſu,abrogare,vel quadam ex parte legib. derogare, vel ſubrogare, vel obrogare licere, ac ſemper licuiſſe,ſi æquitas ipſa id poſtulare videatur:derogatio verò,vel abrogatio ,vel etiam obrogatio,non obſcura,aut ambigua, ſed ſingulari verborum conceptione fieri debet[45]. Quòd ſi nulla legis abrogandæ cauſa probabilis eſt, contra officium boni Princi-
B pis faciat, ſi legem abrogare velit: nec tamen obligatione maiorum tenetur[46], niſi quatenus vtilitatem ab iis percepit. Exemplo ſit illud,quod Aragonenſes populi queſti ſunt apud Alphonſum regem, leges numiſmatum ab eo deminutas eſſe,falſa vtilitatis ſpecie,non ſine maximo ſubditorum detrimento, contra pacta cõuenta Iacobi Fortunati regis Aragoniæ anno M.CCLXV.& Petri regis anno M. CCCXXXVI. qui iurati populo promiſerunt ſe numiſmatũ leges inuiolabiles habituros:eóque nomine, populus ſeptimo quoque anno à ſingulis ſingulos exigere Maranedios,(id eſt duodecimam ferè partem aſſis Romani) eorum qui Maranedios quindecim in cenſu habuerint,& in ærariũ Principis inferre tenetur. At regnum Taroconenſe hæreditarium eſt,& quidem ad ſucceſ-
C ſores vtriuſque ſexus delatum:ſublata verò cauſa legis ferendę,id eſt tributo, nihil obſtat quo minus princeps legem abrogare poſſit. Non eſt igitur conuentionum: ac legum perturbanda ratio: cùm lex ab eius voluntate pendeat,qui ſummuam in Repub.poteſtatem adeptus eſt,& qui ſua lege, ſubditos omnes tenere[47], ipſe verò teneri non poteſt: at conuentio inter ciues, ac principem mutuam habet obligationem[48], à qua diſcedi ſine mutuo[49] conſenſu non poteſt.In quo genere Princeps nihil habet,quo ſubditis ſuperior[50] eſſe videatur:illud tãtùm,quòd ſublata cauſa ferendæ legis, in quam ipſe iurauit, nec ſua lege tenetur nec iureiurando[51] ciuis tenetur. Quanquam Principes bene à doctrina informati, nullo ſeſe iuriſiurandi vinculo patiuntur obligari,cùm de legibus agitur,
D aut certè ſummum Reipublicæ imperium non habent. Cur igitur, dicet aliquis, Imperator Germanorum; qui Principes omnes Chriſtianos dignitate antecedit,priuſquam initiatus & ſacris auſpiciis inauguratus ſit, Iuſiurandum præſtare ſolet,verbis à Pontifice Agripinenſi conceptis, ſe leges imperij minimè violaturũ, ciuibus ex æquo bono iura daturum: Pontificis maximi maieſtatem comiter obſeruaturum, Romanam religionem ſumma pietate defenſurum,pupillos,egẽtes,ac peregrinos,omni charitate amplexurum. Hanc formulam iuriſiurandi qua ſe Carolus v. Imperator obligauit cùm initiaretur,Cardinalis Caietanus ad Pontificem Max.miſiſſe dicitur.Neque id mirum,cùm Imperator Germanorum Principum legibus ac decretis teneatur,vt ſuo loco dicemus. At etiam Epirotarum Reges,ineunte imperio,patria decreta ſeſe obſeruaturos iureiurando ſpondere conſueuerunt: ac ſubditi quoque principis,ex

45 Bald.in l.humanum.de legibus.C. Archidiaconus, in c.1. de conſtit lib.6.

46 cap.vlt.lib 6. de reſcript. gloſa in l. ii patronus. de iis quæ in fraudem.

47 l. non dubiũ. de legibus.C.

48 l. Labeo. de verbor.ſignif.

49 l.ab emptione de pactis.l.nihil tam naturale. de regul.

50 Cynus. Bald. Bartol.Salic.in l. digna vox. de legib.C.Iaſo.in l.1. de cõſtitut. princip. C. Felin. in cap. tranſlato de conſtitut.

51 Bal.in l.Claris. de fideicõ. C.Panor. in cap. pro illorum. de præbendis,Alexand. cõſi.224.lib.6. & conſil.122. & 125. lib.4.

maiorum moribus & inſtitutis ſe iuſſa facturos, Regium nomen ſanctum eſt,& auguſtum,ſed pleríque, non tam reipſa,quàm appellatione, Reges ſunt, vt de Regibus Daniæ, & Bohemiæ fertur. Idem quoque de regibus Epirotarum iudicium faciemus. Neque verò maiores noſtri, iuſiurandum à regibus,vt leges ſeruarēt extorqueri voluerunt. Teſtis eſt formula, ex antiquis Rhemenſium Archiuis accepta, quam deſcribere placet. Iuliani ad Erigium regem Anno M. LVIII. Henrico regnante XXXII. IIII. Calend. Iunij, Ego Philippus Deo propiciante mox futurus rex Frācorum,in die ordinationis meæ,promitto coram Deo & ſanctis eius, quòd vnicuique de nobis commiſſis canonicum priuilegium, & debitam legem, atque Iuſtitiam conſeruabo, & defenſionem, adiuuante Domino,quantùm potero exhibebo,ſicut Rex in ſuo regno vnicuique Epiſcopo,& Eccleſiæ ſibi commiſſæ per rectum exhibere debet: populo quóque nobis credito,me diſpenſationem legū in ſuo iure conſiſtentem, noſtra auctoritate conceſſurum. Conſimilis eſt formula in Bellocaſſiorum Bibliotheca, & eiuſdem Regis: vtráque tamen Pontificium aliquid ſapit. At ego formulā, qua nihil purius ac melius fieri poteſt, ex antiquiſſimis Bibliothecæ Gergobiorum Archiuis excerptam, omnibus Regibus ad intuendum & ad imitādum proponam. Iuro ego per Deum omnipotem,ac promitto me iuſtè regnaturum: Iudicium,æquitatem,ac miſericordiam facturum:quæ certè formula,ex ipſius Hieremiæ [52] verbis expreſſa videtur. Ego, inquit Deus ſempiternus, qui facio iudicium,iuſtitiam, & miſericordiam, & in iis ſummam capio voluptatem. Quæ formulæ ſatis indicant, iuſiurandum non ita pridem typis excuſum in eo libello qui inſcribitur Regis initiatio populari ſermone: SACRE DV ROY. ab antiqua formula valde diuerſum eſſe: in vtróque tamen, nulla eſt legis erga principem obligatio poſita. At ne reges quidem ipſos, Hebræorum populus,nec Samuel in Saule, nec item Helias, aut Heliſæus in regibus renunciandis vlla iuriſiurandi obligatione illos deuinxerunt: nulla tamen ex omnibus formulis efficacior viſa mihi eſt, quàm Henrici Andium ducis, cùm Poloniæ Rex à legatis renūciaretur, his verbis concepta: Ego Henrichus Rex Poloniæ,&c. Iuro Deo omnipotenti, quòd omnia iura, libertates, priuilegia publica & priuata iuri communi non contraria, Eccleſiis,Principibus,Baronibus, nobilibus,ciuibus,incolis, per meos prædeceſſores Reges, & quoſcunque Principes dominos, Regni Poloniæ iuſtè conceſſa, & quæ in interregno decreta ſunt, ſeruabo, iúſque omnibus incolis more maiorū reddam. Ac ſi quidem (quod abſit) ſacramentum meum violauero, nullam nobis incolæ regni obedientiam præſtare tenebuntur, &c. ſic Deus adiuuet. Hæc formula non regiam maieſtatem,ſed Principis,(id eſt in Republica primi) conditionem ſapit. Quantùm verò ad imperij leges attinet, cùm ſint cum ipſa maieſtate coniunctæ,Princeps nec eas abrogare,nec iis derogare poſſunt:cuiuſmodi eſt lex Salica,regni huius firmiſſimum fundamentum: quòd ſi legibus imperii derogatum ſit, hoc ſarciri ſolet à magiſtratibus, mortuo principe, ſiquid erit contra leges imperij decretum, aut de

*Iuſiurandum Philippi.1. Regis Frācorum, Hērici filium.*

52 cap.9.

aut de iure maieſtatis deminutum, aut de prædiis ad Rempublicam pertinentibus vſurpatum. Hic obiiciet aliquis, Henrichum v. Anglorum Regem, cùm Catharinam Caroli vi. filiam ſibi deſponderet, & Francorum rex renũciaretur, Iureiurãdo promiſiſſe libertatem, ac maieſtatem Senatus Francorum ſe minimè violaturum, ac modis omnibus operam daturũ, vtius à magiſtratibus, ex legum pręſcripto, diceretur: ſic enim iuraſſe dicitur anno M.CCCCXX.A.D.X. Cal. Ianuar. Sed hoc ideò factum eſt quòd peregrinus homo in huius imperij, ſceptra, cõtra leges & inſtituta maiorum inuaſiſſet, & Carolum vii. quem per Senatum parricidij damnari, ac regni iure indignum, propalam in curia Pariſiorum declara-
B ri iuſſiſſet: legibus autem municipalibus quæ de iure priuatorũ latæ ſunt, non aliter apud nos derogatur, aut ſubrogatur, quàm cuiúſque ciuitatis ordinibus conuocatis, Põtificibus, inquam, nobilitate ac plebe, & vnum in locum, per duumuiros à principe datos, legitimè coactis: neq; tamen Princeps iis legibus municipalibus, aut comitiorum ſuffragiis obligatur, quò minùs iis derogare ſuo iure, ſi velit, poſſit: idque maximè, ſi æquitas ipſa poſtulare videatur. Atque in eo quidem Principis maieſtas elucet, cùm populi tribus & ordines, humili habitu ad principem rogationes ferunt, nec vllam imperandi prohibendíve, nec ſuffragiorum poteſtatem habent: ſed Princeps arbitrio ſuo, ac voluntate, omnia moderatur, & quæcunque decreuit, ac iuſſit, ea legum vim habẽt. Eorum igitur, qui
C Principem imperio populari teneri, & quidem libris peruulgatis tradũt, minuenda opinio eſt: id enim ſeditioſis hominibus ad res nouandas materiam præbet, ac Rerumpublicarum perturbationem affert. Neque enim vlla ratio probabilis adduci poteſt, cur ſubditi principibus imperẽt, aut popularibus comitiis vlla poteſtas tribui debeat, præterquã in ipſius Principis infantia, vel furore, vel captiuitate: vt ei procurator, legatúſve comitiorũ ſuffragiis creari poſſit: alioqui ſi Reges legibus comitiorum ac populi iuſſis teneantur, inanis eſt illorum poteſtas, inane regium nomen futurum: nec tamen ſub tali Principe Reſpublica popularis eſſe poteſt, ſed optimatum, aut paucorum cœtus, in quo leges ac edicta, nõ eius qui præeſt, ſed eorum qui æqua poteſtate ſuffragium habent, auctorita-
D te ac nomine imperantur, qui tamẽ ſupplices tum vniuerſi, tum ſinguli ad principem rogationes ferant, eíque fidem ac obedientiam præſtare ſe ſimulent: quæ omnia tam abſurda ſunt, vt quid maximè non facilè dici poſſit. Cùm enim Carolus viii. Francorum Rex apud Turonenſes conuentus haberet annos circiter xiiii. natus, tametſi nunquam antea fuerat, nec poſtea extitit, tanta comitiorum, quanta illis temporibus, poteſtas, nihilominus Rellus orator populi, ſic orationem quæ typis excuſa *Conuentus Francorum.*
„ eſt, ad Regẽm conuerſus, auſpicatur: Altiſſime, potẽtiſſime, Chriſtianiſ-
„ ſime Rex, Domine noſter naturalis, ac vnice, veſtri humiles, ac obedien-
„ tiſſimi ſubditi &c. qui huc veſtro iuſſu venerunt, ſeſe ſiſtunt coram vo-
„ bis, in omni humilitate, reuerentia, & ſubiectione &c. mihi mandatum
„ eſt ab vniuerſis, & ſingulis, vobis exponere bonam voluntatem, affe-
„ ctionem, & firmiſſimum animi propoſitum, quod habẽt vobis ſeruiẽdi,

& obediendi, ac ſubueniendi in omnibus veſtris negotiis, ac voluntati-
bus &c. In ſumma omnis illa oratio nihil aliud habet, quàm perpetuam
voluntatis omnium erga regem teſtificationem, & ſuplicem obedien-
tiam ac fidem. Eadem ferè eſt apud Aurelios in comitiis habita oratio ad
Carolum IX. regem, cùm tamen vix annum vndecimum attigiſſet. Nec
aliter Hiſpanorum conuentus habentur, quinetiam maior obedientia,
ac maius obſequium regi exhibetur, vt videre eſt in actionibus comitio-
rum, quæ habita ſunt Toleti, ab rege Philippo, anno M.D.LII. cùm vix
annum quintum ac vigeſimum impleſſet. Regis autem Hiſpani ad ro-
gationes populi reſponſa, eadem formula, quæ apud nos concepta ſunt,
his verbis, VOLVMVS, DECERNIMVS, STATVIMVS. Quinetiam tributi B
genus quoddam, apud Hiſpanos SERVITIVM appellatur. Ex quo perſpi-
citur eos falli [53] qui reges Arragoniæ Iacobi Fortunati[54], beneficiis dero-
gare poſſe negant: vt enim inane futurum erat beneficium poſt Iacobi
regis occaſum, niſi ſucceſſoris auctoritate ſtaret: ita quoq; neceſſaria eſt
conſequentium regum ſanctio, cùm æqualibus imperare ex lege [55] ne-
mo poſſit. Ac tametſi conuentus Anglorum, qui ferè altero aut tertio
quoque anno haberi conſueuerunt, maiorem quãdam præ ſe ferant po-
puli poteſtatem, vt ferè populi omnes ad Aquilonem poſiti, libertatem
quandam ſpirant: reipſa tamen populus Anglorum ſuplex ad regem ro-
gationes ferre conſueuit. Cùm autem populus anno M.D.LXVI.[56] com-
muni omnium conſenſione decreuiſſet, nihil in comitiis agere priuſ- C
quam Regina ſucceſſorem imperij deſignaſſet, eíque denunciatum eſſet
comitiorum decretum, reſponſum tamen ab illa tulerunt ſepulchrum
ſibi, priuſquam moreretur, non eſſe fodiendum: nec tamen illorum con-
ſiliis ac decretis vllum fore locum, nec certè decretis comitiorum ac-
quieuit. Iam verò conuẽtus Anglorum nec admitti, nec dimitti poſſunt,
niſi Principis edicto, perinde vt apud nos, & Hiſpanos fieri ſolet: quod
ſatis eſt argumenti, concilia eiuſmodi nullam habere imperandi, prohi-
bendíve poteſtatem. Hoc tamen ſingulare videri poſſit, quòd, quæ leges
populi rogatione, ac Principis iuſſu feruntur, non aliter quàm populi co-
mitiis abrogari poſſunt. Id enim Dellus Anglorũ in Gallia legatus mihi
confirmauit: idem tamen cõfitetur legem probari aut reſpui conſueiſ- D
ſe contra populi voluntatem, vtcúnque Principi placuerit. Et quidem
Henrichus VIII. Rex, ſumma regiáque poteſtate, comitiorum decreta
vno verbo ſuſtulit: tametſi reges Anglorum non aliter initiantur, quàm
ſi iureiurãdo promiſerint ſe leges patrias minimè violaturos: quod qua-
le ſit, ſatis explicatum opinor. At obiici poteſt tributa temeraria, nec a-
pud Anglos, nec apud Hiſpanos imperari, nec imperata ſolui, niſi ordi-
num conſenſu id fiat: idque Eduardi, I. Regis Anglorum, veteri lege ca-
uetur, qua populus aduerſus Principem, quaſi clypeo quodã ſe tueri ſæ-
pe viſus eſt. Ego verò cæteris Regibus non plus in eo genere, quàm Re-
gibus Anglorũ licere puto: cùm nemo ſit tam improbus tyrannus, qui a-
liena bona diripere ſibi fas eſſe putet: vt Philippus Cominius, ſe in comi-
tiis Turonẽſibus diſſeruiſſe ſcribit, ſi tamen vrget Reipublicæ neceſſitas,
quæ non

*Conuẽtus Hiſpanorum.*

[53] Petrus Belluga in ſpeculo.

[54] anno M. CCLX. & confirmatum anno M. CCCXX.

[55] l. ille à quo. §. tempeſtiuum ad Trebel. ff.

[56] menſe Octobri.

quæ non patiatur comitiorum vocationem haberi, non eſt expetenda conſenſio populi, cuius ſalus agitur, quæ poſt Deum immortalē in Principis prudentia conſiſtit: ſed erit de toto genere tributorum ac vectigalium diſſerendi locus. Reges quidem Anglorum, tertio quoque anno, iam inde ab Henricho I.[57] Rege tributum extra ordinem à populo petere & obtinere conſueuerunt: nam Elizabetha Anglorū Regina quingenta aureorum millia populi conſenſu expreſſit, anno M.D.LXX. (vt in Hiſpania quoque interdum fieri conſueuit) quo genere tributi exigendi iam multos annos abſtinuerat. Hic tamen aliquis obiiciat, Thomam & Henrichum, ex illuſtri Hauardorum gente, capitis damnatos fuiſſe, B idque populi comitiis ac ſuffragiis, poſtulāte Hēricho VIII. Rege: quinetiam Henrichus VI. Rex iiſdem comitiorum ſuffragiis damnatus eſt: at id factum eſt in curia ſuperiore, ordinum Pontificum inquam, ac nobiliū & rogatione curiæ inferioris, vbi plebis legati conſimili rogatione ac decreto damnati ſunt comites Northumbellandus, Veſthmellandus, & cæteri coniuratorum principes, qui aduerſus Rempublicam arma cœperant[58]. Non fuit igitur in populo iudicandi poteſtas, ſed in curia maiore, datis à Principe iudicibus extra ordinem: alioqui omnes populi legati qui ad comitia conuenerant, iudicij participes fuiſſent. Reſtat illud quod magis ambiguum videtur: cùm enim Maria Anglorum Regina Philippo Hiſpaniarum principi nuptura eſſet, conuentus[59] habiti ſunt vt populus C pacta connubialia probaret: ſic autem populi decretū conceptum eſt. De pactis ſponſalibus Mariæ Anglorum Reginæ cum Philippo Hiſpaniarum principe, Senatus, populíque Anglici ordines, in palatio Monaſterienſi ſimul coacti, ita decreuerunt itáque ſanxerunt. Primùm omnia imperia, ſacerdotia, magiſtratus, curationes æquè ac fructus omnes, & prouentus agrorum fiſcalium, vectigalium, tributorum, ac totius ærarij publici, & quæcúnque ad iura maieſtatis pertinent, placet ordinibus vnius Reginæ arbitrio ac voluntati relinqui: nec contractis nuptiis ſceptra regni, ſummámve poteſtatē, quæque legibus Angliæ beneficia, maritis ab vxoribus tribuuntur[60] penes Regem, ſed omnia in Reginæ poteſtate futura. Omnia autem edicta, decreta, leges, reſcripta, coniun- D ctis Regis ac Reginæ nominibus concipi, & vtriúſque manu ac chirographo, ſigillóque regali confirmari placet, ea tamen lege, vt ſolius Reginæ auctoritas, ſine Rege ſufficiat ad legum & edictorum ſanctionem: Regis autem ſolîus auctoritas nullum ſit habitura pondus aut momentum. Hæc ad verbum ex actis publicis, Latinè reddidimus, vt omnes intelligant, habere quidem ordines Anglorum auctoritatem quandam, iura verò maieſtatis, ac Imperij ſummam in vnîus Prīcipis arbitiro verſari. Legum autem ac edictorum probatio ac publicatio, quæ in curia, vel Senatu fieri ſolet, non arguit Imperij maieſtatem in Senatu vel curia ineſſe, ſed auctoritatis ſpeciem, ſine qua, vel in rebus à Senatu iudicādis, vel mortuo principe, leges ab eo latæ in dubium reuocarentur. Hoc igitur teneamus, Principis maieſtatem, nec comitiorum conuocatione, nec Senatus populíque præſentia minui: etiamſi videamus principem

57 Polydorus in hiſtoria Anglorum.

58 anno 1571.

59 anno 1554. die 2. April.

60 Vulgò appellatur, Courtoiſie d'Angleterre, quum maritus vſumfructum bonorū vxoris habet.

pleráque vniuerſis tribuere, quæ ſingulis denegarentur, aut non ita facilè tribuerentur: vel quia ſingulorum voces minùs exaudiuntur, quàm vniuerſorum: vel quòd princeps alienis oculis & auribus vti conſueuit: in comitiis verò, populum videt, audítque per ſeſe, ac pudore, vel religionis metu, vel naturæ bonitate, coactus iuſtas rogationes admittit. Ex quibus efficitur ſummum ius maieſtatis in eo potiſſimùm verſari, cùm non modò ſingulis, ſed etiam vniuerſis leges dantur, iiſque imperatur. Sæpe vidimus, ſine ordinum conuocatione, aut conſenſu, leges à principe abrogatas. Neque id nouũ: nam ante Philippi Belli ætatem, qui iudicio vicerat, nullas moribus Gallorum expenſas ferebat, cùm ſatis eſſe arbitrarentur ſummam rei quæ in controuerſia fuiſſet adipiſci[61]: quod e- B
dicto ſublatum eſt ſine populi aut comitiorum rogatione. Lex item, qua fœminæ à publico teſtimonio more maiorum arcebantur, abrogata eſt à Carolo VI. Rege ſine populi conſenſione. Neque modò æquum eſt, ſed etiam neceſſarium, leges in principis arbitrio perinde eſſe, vt in poteſtate gubernatoris ipſa gubernacula, quæ eſſent inutilia, niſi ad omnem cęli faciẽ & oportunitatẽ moueri & cõuerti poſſent, vt rectiſſimè Sextus Cæcilius dicere ſolebat: ne ipſa nauis cũ gubernatore prius naufragium patiatur, quàm vectores conſuli poſſint. Quòd ſi magiſtratibus interdum ea poteſtas, cogente Reipublicę neceſſitate, tribuitur, vt de Pompeio diximus, quantò mágis ſummo principi neceſſarium? Ob id enim Auguſtus cùm M. Antonij copias ad Actium fugaſſet, legibus ſolutus C
eſt à Senatu, tametſi, neque regiam, neque ſummam poteſtatem haberet, vt ſuo loco planum faciemus. Poſt etiam, Veſpaſianus legibus non modò à Senatu, ſed etiam à populo ſolutus eſſe dicitur, & ſumma poteſtas omnis eſt in eum tranſlata lege regia, quæ de imperio eius lata memoratur[62], quæque marmoreis lapidibus inſcripta, Romæ extat: quanquam ridiculum videri poſſit legem regiam ad populum latam fuiſſe, cùm Tiberius iura comitiorum ac ſuffragiorum ab Auguſto plebi relicta, penitus ademiſſet[63]. Quòd ſi neceſſe eſt principem aut optimates qui legibus præſunt eiſdem obligari, nec leges iubere poſſe, niſi prius à Senatu fuerint, aut à populo probatæ: certè ſine Senatus, aut populi conſenſu, non poterunt[64] antiquari, quod tamen in Republica populari fieri nul- D
lo modo poteſt, cùm populus vniuerſus ſibi ſeipſum obligare nõ poſſit: cur ergo populus Roman. iurabat in leges?[65] Id à Saturnino Tribuno plebis initium accepit, vt legibus à ſe latis arctius Patres obligaret: quod deinceps in omnibus legibus factum ſcribit Dio Nicæus[66]. Sed aliud eſt, vniuerſos, aliud ſingulos obligáre: ciues quidem ſinguli iurabant in leges, vniuerſi non iurabant: quia ſinguli vniuerſorum imperio tenebãtur. Iuſiurandum verò ab vniuerſis fieri non poterat: eſt enim corpus quoddam vniuerſitatis à ſingulis poteſtate, & natura diuiſum, deinde Iuſiurandum concipitur à maiore poteſtate, nihil autem populi vniuerſitate in Republica populari maius eſſe poteſt: at in monarchia tum ſinguli ciues, tum vniuerſi iurant in fidem vnius Principis, qui poſt Deum immortalẽ obligatur nemini: eſt enim iuſiurandi ea vis, vt is cui præſtatur

ſemper

61 contra.l. eum quẽ de Iudic.ff.

62 In l.1.de conſtitut.princip.

63 Tacitus & Tranquillus in Tiberio.

64 l. nihil tã naturale de regul.

65 Plutar.in Mario Appian.lib.1.

66 lib. 37.

ſemper ſit ſuperior: ac propterea vaſſallus dat quidem, nec tamen accipit fidem, licèt patroni ac vaſſalli mutua ſit fides, & tuendæ ſalutis ac dignitatis vtriuſque obligatio contracta. Quòd ſi verũ eſt ſummum principem poſt Deum æternum nullius iureiurando teneri, cur Traianus Auguſtus ſtans & erectus ante conſulem ſedentem, iurauit in leges? Duplici ratione id factum videtur: altera quidem, quòd adeptus cõſulatum, vnà cum principatu, more Conſulum iurauit, ineunte magiſtratu Conſulari, quod iuſiurandum ab omnibus magiſtratibus Calendis Ianuariis præſtari ſolebat in Capitolio: altera ratio eſt quòd Imperatores Romani ſummam initio poteſtatem non haberent, ſed principes tantùm appel-
B larẽtur, id eſt in Republica omniũ primi, quæ Reipublicæ forma PRINCIPATVS non Monarchia vocatur: principatus autem Ariſtocratiæ forma dicitur, in qua vnus cæteris dignitate prior eſt, vt apud Venetos: Imperator enim ſeu princeps Romanorum, auctoritate quidẽ cæteris, non imperio, præponderabat: ſed maxima pars, pro legitimo principatu tyrannidem exercuerunt. Id autem ſatis intellectum eſt, imperante Caligula crudeliſſimo tyranno, qui cùm reges exteros ac populi Romani ſocios ad cœnam admiſiſſet, de dignitate inter ipſos oborta contẽtio eſt, quibus vt ſilentium imponeret, hunc Homeri verſum ex Iliade vſurpauit, οὐκ ἀγαθὸν ἡ πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔστω, εἷς βασιλεύς. Parùm, inquit Trãquillus, abfuit quin ſpeciem principatus in regnum conuerteret, & capiti diadema
C circumponeret. Nã in principatu, prętor, ſeu princeps, qui cęteris præeſt, ſummam poteſtatem non habet, vt poſtea de Venetorum ac Germanorum Republica dicemus. Ac tametſi pleríque Romanorum Imperatores ſummam poteſtatem inuaſiſſent, ac populo libertatem variis fraudibus extorſiſſent, Traianus tamen tãta naturæ bonitate, cæteris omnibus præſtitiſſe dicitur, vt mirum videri non debeat, ſi iuraret in leges, vt ſcilicet cæteros ciues ſui exemplo ad leges obſeruandas inuitaret: ſed nullus ex Imperatoribus, ante Traianum iurauit in leges. Itaque Plinius, qui Principis opt. max. laudes pannegyrica oratione complexus eſt, exclamat hunc in modum: Rem, inquit, nouam & nũquam antehac auditam, Iurat is per quem iuramus, & ſub occaſum Imperij Theodorichus vt Se- *Vide locum ad verbum, & huc tranſcribe.*
D natus populíque Rom. gratiam ambiret, Ecce, inquit, Traiani noſtri clarum ſeculis reparamus exemplum: iurat vobis, per quẽ iuratis: ſic enim Caſſiodorus. At vero ſimile eſt, cæteros principes exemplum illud imitatos fuiſſe, etiamſi plerîque hæreditario iure ſummam poteſtatem adipiſcantur. Horum tamen plerique verſus Scythiam & Aquilonem, ita concipiunt iuſiurandum, vt de maieſtate plurimùm detrahere videãtur. Et certè Danorum optimates ac patricij, ineunte Federicho Daniæ rege principatum, interceſſerũt, nec prius illum initiari aut à Pontificibus inaugurari permiſerunt, quàm iuraſſet ſe nullũ ex nobilitate capitis damnaturum[67] aut proſcripturum, ſed iudicium Senatui relicturum, nobiles item omnes in ſubditos, ſuæ iuriſdictioni vitæ ac necis poteſtatem habituros, ídque extra prouocationem, nec principem mulctarum participem futurum: nec item honores aut imperia priuatis daturum, ſed

67 anno 1559.

hoc in Senatus poteſtate futurum. Ex quibus efficitur Federichum, Daniæ quidem principem eſſe, Regem non eſſe, nec iura maieſtatis habere. Conſimile iuſiurandum antea extortum erat à Federicho huius auo, cùm bellum gereret aduerſus Chriſtiernũ qui regno exactus eſt, ac poſt exilium diuturnum reuerſus, tandem in carcere, vbi annos xxv. exegerat, diem extremum obiit. At ne Federichus is, qui nũc principatum habet iuſiurandum impunè violare poſſit, Optimates ac Pontifices, cum ciuitate Lubeca, & Poloniæ Rege fœdus inierunt, qui poteſtatem non multò maiorem quàm Daniæ princeps in ſuos habuiſſe videtur: ex duobus autem alterutrum neceſſe eſt, ſcilicet principem qui iurat in leges patrias, aut non habere ſummam poteſtatem, aut perfidum eſſe, ſi vel vnam legem abrogarit: vt certè leges interdum antiquare non modò vtile, ſed etiam neceſſarium eſt, pro locorum, temporum, ac perſonarum infinita varietate: aut ſi demus principem quidem legibus ſolutum iri, ſed iis cõditionibus ne legem inconſulto Senatu populóve iubeat, etiamſi contra Senatus populíve decretum legẽ ferre poſſit, neceſſe erit principem iureiurando, quo ſeipſum aſtrinxerit à Senatu populóve ſolui: ac ſubditos viciſſim qui iurauerint in leges, tum ſingulos, tum vniuerſos à principe iuriſiurandi obligatione liberari, ne perfidi habeantur. Ita fiet vt Reipub. maieſtas mox in hanc, mox in illam partem inclinet, nec habeat vſquam locum in quo conſiſtere poſſit: quibus poſitis abſurditates innumerabiles in Republica conſequentur, quæ, cum iure maieſtatis, tota ratione pugnent. Plerique tamen ita ſtatuunt, & quidem ii qui plus in eo genere ſapere ſibi videntur, principem in leges patrias iurare oportere. Quæ quidem diſciplinæ iura maieſtatis, quæ ſacroſancta eſſe debent, omnino labefactant & conuellunt, & vnius poteſtatem, cum paucorum populíve imperio conturbant, quò fit vt plerique principes, qui, quod proprium habent, ſibi eripi ſentiunt, id eſt legum ciuilium poteſtatem diuinas ac naturæ leges audacius perrumpant, aut legibus naturæ ac ciuilibus adęquatis, vtriſque ſe ſolutos eſſe arbitrentur. Exemplis igitur ea quæ diximus illuſtrare placet, vt omnis hæc diſputatio planius ac melius intelligatur. Moribus Perſarum ac Medorum leges à Regibus latas ſempiternas fuiſſe apud Danielem [68] ter repetitum legimus, ac tametſi Rex Medorum ſuplicio prophetam eximere vellet, qui fraudem capitalem admiſiſſe dicebatur, nihilominus à principibus prohibitus eſt, cùm dicẽrent moribus maiorum edicta regis immutabilia eſſe oportere: quibus cùm Rex inuitus, vtî videbatur, acquieuiſſet, Daniel ad beſtias damnatus eſt, & Leonibus famælicis obiectus. Quòd ſi non licuit Regi terrarum potentiſſimo ſuis legibus derogare, profectò ſubuerti oportet ea, quæ de iure maieſtatis iecimus fundamenta: neque id tantùm in regno, verumetiam in pupulari ſtatu. Nam Thucidides belli Peloponeſiaci originem ex eo cœpiſſe ſcribit, quòd Athenienſium lege Megarenſes ab Athenarum portu prohiberentur, in quo iura gentium violari Megarẽſes apud ſocios querebantur. Itáque Lacedæmonij, legatos Athenas miſerunt, qui ab Athenienſibus peterẽt vt lex abrogaretur. Ad hæc Pericles, cuius in Re-

68 Danielis cap. 6.
*Lex Medorũ.*

in Republica ſumma: tunc erga populum gratia & auctoritas fuiſſe dicitur, reſpondit more à maioribus accepto leges à populo probatas, & ad columnam publicam appoſitas immutabiles eſſe: ex quo conſequitur populum Athenienſem non modò ſuis, ſed etiam maiorum legibus obligatum fuiſſe. Quinetiam Theodoſius Auguſtus, leges à ſe latas non aliter vim habere voluit, quàm ſi probarentur Senatus decreto[69], cui Senatores omnes acquieuiſſent: conſimile eſt illud Ludouici XI. regis in lege, quam de ordine equeſtri tulit, ne ſcilicet regi bellum indicere, aut quid aliud quod ad Reipublicæ ſummam pertineat, ſine equeſtris collegii decreto, ſuſcipere liceret. Quò fit, opinor, vt noſtris moribus edicta
B regia non ante vim habere videantur, quàm in curia maiore cuiuſque prouinciæ patentibus portis promulgata, ídque rogatione Procuratoris fiſci, deinde curiarum conſenſione fuerint comprobata. In Anglia verò moribus antiquis receptum eſt, ne legibus quæ ad Reipublicæ ſtatum pertinent, locus ſit, niſi de ordinum conſenſu ferantur[70]. Hæc argumenta vt veriſimilia ſint, non tamen efficiunt vt à ſuſcepta ſententia, & politica diſciplina diſcedere debeamus. Nam quæ de Medorum moribus, ac regia poteſtate, in legibus abrogandis obiiciebantur, falſa, & in caput Danielis ab aduerſariis excogitata fuiſſe planum eſt, cùm iniquo animo ferrent ſapientia quidem & ſtirpe regia clarum, ſed tamen peregrinum principem, in ſumma & gratia & auctoritate plus cęteris valere apud re-
C gem, qui vel hominum improborum calumniis circunuentus, vel periculum facere cupiẽs, num Deus Danielis hominem morti erepturus eſſet, illum ad beſtias damnauit. Cùm verò admirabilem Dei potentiam, & in ſuos benignitatem Princeps expertus fuiſſet, Danielis aduerſarios leonibus lacerandos obiecit: in quo certè regem legibus à ſe latis ſuperiorem eſſe exitus comprobauit. Cõſimili exemplo Darius, is qui Mnemon vſurpatur, legem, qua Iudæos omnes à ſtirpe deleri iuſſerat, Heſteris rogatione[71] antiquauit. Quæ verò Pericles legatis Lacedęmoniorum reſpondit, non tam ad rei veritatẽ, quàm ad ſpeciem, ab eo quæſita ſunt, vt belli gerendi occaſione arrepta aduerſariorum accuſationes, & iudiciorum vim eluderet, vt veriſſimè Timæus ac Theopõpus ſcripſerunt,
D nec Plutarchus ab ea ſententia longiùs abeſt, nec illam refellit. At legati Lacædemoniorum Periclis ſophiſma Laconico dicterio reiecerũt, cùm legem, quæ de colona pendebat, non tolli, ſed conuerti poſtularẽt. Nam ſi Athenienſium leges immutabiles fuiſſent, cur tanta apud illos varietas & infinitas legum, quas perpetuis magiſtratuum rogationibus iubere conſueuerãt[72], vt veteres, nouis renaſcẽtibus antiquarent? Sed Periclem legatis Spartiatarum, falſa pro veris impoſuiſſe planum fit ex oratione Demoſthenis quã habuit aduerſus Leptinem, qui legem tulerat ad populum, ne cui priuilegia deinceps irrogarentur, vtque capitale eſſet iis, qui priuilegii extorquendi cauſa, aut de lege abroganda, rogationem ad populum tuliſſent. Demoſthenes Leptini acerrimè reſtitit, ac perfecit vt rogatio antiquaretur: cùm apertè docuiſſet hac lege populum ſua poteſtate omnino ſpoliari, nec ſcilicet deinceps vllum beneficium aut im-

69 l. humanũ de legibus. C.

70 Polydorus.

71 Heſter cap. penult.

72 Plutar. in Demetrio, Demoſthene, Phocione.

munitatem merentibus tribuere, aut leges à ſe latas, ſi Reipublicæ vtilitas id poſceret, abrogare poſſet. Erat etiam actio popularis apud Athenienſes aduerſus eos, qui rogationem legibus contrariam, ad populum ferebant[73]: non tamen huiuſmodi actione magiſtratibus aut priuatis, legum ferendarum poteſtas eripiebatur, quò minùs legem nouam antiqua meliorem, probarent. Legibus etiam quibus cauebatur ne mulctam ſemel irrogatam condonare, aut minuere liceret, ſæpiſſimè derogatum eſt, & quidem in ipſius Periclis, deinde in Cleomedis, ac Demoſthenis gratiam, quum variis populi iudiciis damnati, in ſingulos triginta aureorum millium mulcta[74] dicta fuiſſet. Id noſtris quoque moribus vſurpari videmus, ne ſcilicet mulcta fiſco ſoluta repeti poſſit: quam tamē, cauſa B cognita, interdum repeti videmus. Eſt igitur populis omnibus vſitatum, vt qui leges ferunt, quò plus habeant ponderis, vulgarem hanc clauſulam ſubiiciant, EDICTO PERPETVO ET IRREVOCABILI SANCIMVS &c. tum etiam illud principio cuiuſque legis, VNIVERSIS PRAESENTIBVS AC FVTVRIS, quæ verba ad ſempiternę poſteritatis memoriam inſeruntur, ne lex à quoquā infirmari poſſit. Iam verò noſtris moribus leges huiuſmodi quæ habent ad perpetuitatem, cera viridi, ac ſericeis vinculis, purpurei ac viridis coloris muniūtur: ad edicta tamen temporaria, nec ſericei funiculi, nec cera viridis, ſed flaua adhibetur. Nō magis tamen vlla perpetua lex eſt apud nos, quàm apud Græcos, & Romanos, qui in legibus ferendis hanc clauſulam ſubrogare conſueuerant, VT C NEC PER SENATVM, NEC PER POPVLVM, LEX INFIRMARI POSSIT. quæ verba ſi perpetuam cauſam haberent, cur populus eodem penè momento, quo legem probârat, abrogauiſſet? Qua de re Cicero ad Atticum[75] ſcribens, Scis, inquit, Claudium ſanxiſſe, vt vix, aut omnino non poſſet, nec per Senatum, nec per populum infirmari ſua lex. Sed vides nunquam eſſe obſeruatas ſanctiones earum legum, quæ abrogarentur: nam ſi id eſſet, nulla ferè abrogari poſſet, neq; enim vlla eſt, quæ non ipſa ſe ſępiat difficultate abrogationis: ſed cùm lex abrogatur, illud ipſum abrogaretur, quomodo eā abrogari oporteat. Hęc ille. Apertius tamē intelligitur ex oratione Fabij Ambuſti aduerſus interceſſionē tribunorum plebis, qui duos Cōſules è nobilitate, à populo creari potuiſſe negabāt, cū D lege priùs lata cautū eſſet, vt alter Conſulū à plebe crearetur. Fabius legē duodecim tabularū vſurpauit, cuius hęc verba ſunt. QVOD POSTREMVM IASSIT POPVLVS, ID RATVM ESTO[76]. Videmus igitur Medos, Perſas, Græcos, Latinos, iiſdē cautionibus, ad leges ſanciēdas, ac ſtabiliendas, vti conſueuiſſe, quibus Reges noſtri, qui ſæpe legibus à ſe latis, hæc verba ſubiiciunt, VT NEC A NOBIS, POSTERI'SVE NOSTRIS DEROGARI POSSIT, aut illud, NE DEROGATIONIS, CVI NVNC DEROGAMVS, DEINCEPS VLLA RATIO HABEATVR. Nec tamē ſibi quis ita legē dicere poteſt, quin ab ea diſcedere[77] poſſit. Itaque poſterioribus edictis, ac legibus, ſuperiorū abrogationes, ac derogationibus derogationes ferè ſemper ſubiiciuntur. Itaque Solon ſapienter, qui noluit Athenienſes ſuis legibus, vltra centum annos[78] obligari. Quanquam ſe viuo ac ſpirante, & qui-

73 Demoſthen. in omnib. ferè orationibus.

74 Plutar. in Pericle, Demetrio, Demoſthene.

*Legum ferendarum cautiones.*

75 lib. 5. epiſt. 71.

76 l. ſed & poſteriores. de legibus. ff.

77 l. à Titio. §. nulla. de verb. oblig. l. ille à quo. §. tempeſtiuū. ad Trebel. l. ſi quis in principio de legat. 3. l. penult. de arbitris. Bald. in l. clari. de fideicō. C. Alex. conſi. 224 lib. 6. Panor. in cap. pro illorū. de præbend.

78 Plutar. in Solone.

& quidem præſente,ſuas leges magna ex parte,antiquari ſe inuito paſſus eſt.Ea verò,quæ dicitur legũ publicatio,ac probatio in Senatu,vel commitiis apud nos magnum habet,ad leges tuendas pondus ac momẽtum: non quia princeps huiuſmodi probatione teneatur, aut legem ſine Senatus populíve auctoritate, vel conſenſu, iubere per ſeſe non poſſit: ſed id tamen,Senatu probante fieri humanũ eſt, inquit Theodoſius[79],quod Baldus[80], interpretatur non tam neceſſitatis eſſe, quàm humanitatis: vt illud quoque, Digna[81] vox eſt maieſtate, regnantis legibus alligatum principem ſe profiteri:& certè nihil melius,nihil principe dignius, quàm eas leges quas ipſe tulerit, factis & vita comprobare: id enim ad cultum
B & obedientiam ſubditorum erga principem valet plurimùm:contra verò nihil & ad principis, & ad legum contemptum pernicioſius, quàm quod edixeris ac decreueris, ſine iuſta cauſa perrumpere, ac labefactare, vt Senator ille apud Liuium[82], Leuius eſt, inquit, & vaniùs ſua decreta tollere,quàm aliorum. Sed aliud eſt vltrò ac ſpontè quid facere,aliud ad id exequendum obligatione teneri. Quid igitur,ſi Princeps occidere ac latrocinari lege prohibeat: num neceſſe habet ſuis legibus parêre? non hæc hominis cuiuſquam, ſed ipſius Dei lex eſt quam ab ipſa natura hauſimus & expreſſimus, qua Principes omnes[88] multò magis, quã ſubditi obligantur, & ita obligati tenentur, vt nec per Senatũ,nec per populum ſolui poſſint,quò minùs Dei præpotentis iudicio ſiſti cogantur. Deus e-
C nim acerbiorem de Principibus, quàm de reliquis quæſtionem exercet, vt ſapientiæ magiſter Salomo, idémque Rex veriſſimè ſcripſit: cui congruit Marci Aurelij, eius qui ob ſapientiæ ſtudium, philoſophus eſt appellatus,dictum illud,magiſtratus quidem ipſos de priuatis,principes de magiſtratibus,Deum autem de principibus decernere,ac iudicare. Hæc duorum principum,qui ſapientia,cæteris omnibus excelluiſſe dicuntur, ſententia eſt:tertium adiungere placet, Antigonum Aſiæ Regẽ,cui cùm aſſentator diceret, omnia Regibus licêre, ac ſemper licuiſſe: ita quidem barbaris, inquit Antigonus, ac tyrannis. Primus omnium,opinor, Anaxarchus extitit,qui Alexãdro, blanda oratione perſuaſit, Iuſtitiam ob id Ioui aſſidere,vt intelligeretur nihil à Principibus iniuſtè fieri poſſe: capi-
D talis Anaxarchus, & certè dignus, qui crudeliſſimo ſupplicij genere plecteretur, ac principum iuſtitiam illam, in ſeipſo experiretur: cùm enim in poteſtatem Cypri Regis, cui omniũ infenſiſſimus erat, incidiſſet, rex illum incudibus ſuperpoſitum malleis contundi iuſſit. At quantò veriùs Seneca,Cæſari,cùm omnia licent,inquit, propter hoc minus licet. Qui autem principes, legibus & pactis conuentis ſolutos eſſe ſtatuunt, niſi Dei præpotentis: ac naturæ leges, tum etiam res ac rationes cum priuatis, iuſta conuentione contractas excipiant, maximã[89] immortali Deo, ac naturæ iniuriam inferunt. Præclarè itaque Romani magiſtratus, qui in rogationibus, ac legibus; quas ad populum ferre conſueuerant, hanc clauſulam ad extremum ſubiiciebant, SI QVID IVS NON ERIT E.E.L. N.R. quibus verbis, ſignificabant, ſi quid iuſtum non eſſet, id populum rogari ius non eſſe. Omnium tamẽ abſurdiſſimè,qui principem quidem

79 l. humanũ de legib.C.
80 In d.l. humanum.
81 l.digna vox.de cõſtitut. princip. l. ex imperfecto. de leg.n.3.& l. ex imperfecto.de teſtamen.
82 lib.3.
88 Bald.in §.vlt. colum. 1. tit. qui feudũ dare. Martini. Laudenſ. in tract. de princip. verſ 305. Bald. in l.2. col. 7. verſ. ite not. de ſeruitutib.& aqui Felin. in cap.1 col; 10.ve ſ 5. Alexãd. conſil 216. c no. ſunt quædam.25. q.1. Specul.titul. de leg § nunc. & DD.in l.vlt.ſi cõtra ius.C.
89 Accurſ. in l. princeps. de legib.
*Eius, ea, lege nihilum rogatur.*

nihil contra leges diuinas contráque naturæ iura ſtatuere poſſe cõfiten-
tur[90], ſed cum hac exceptione, niſi ratione probabili ad id faciendum ad-
ducatur. Quæ enim ratio probabilis excogitari poteſt, qua leges diuinas
perrumpere debeamus? Inde manant illa. Qui à Pontifice maximo legi-
bus diuinis ſolutus ſit, huic apud Deum immortalem ſatis cautum[91] eſſe:
quod quàm verum ſit, aliorum eſto iudicium. Sed occurretur ab iis, qui
omnia iuſtiſſimis põderibus exigũt. Si naturæ legibus, id eſt rectæ ratio-
ni Principes omnes obligantur, lex autem ciuilis, æquitati ſit, & rationi
conſentanea, illud quoque conſequens eſt, Principem legibus ciuilibus
obligari: nam eò pertinere videtur illud Pacatij ad Theodoſium Augu-
ſtum, Tantùm tibi licet, quantùm per leges licebit: diſtinctione res eget, B
vt quæſtio planius definiatur. Aut enim in legibus propoſitis agitur de
eo, quod publicum eſt, aut priuatum, aut vtriúſque commune: & in vni-
uerſum quicquid illud eſt, aut vtile, non tamen honeſtũ, aut honeſtum,
nec tamen vtile: aut vtile ſimul & honeſtum eſt: aut neutrum omnino:
honeſtum id appello, quod æquitati naturæ cõſentaneum ſit: hac autem
æquitate Principes omnes teneri cõſtat: cùm quod natura doceat, id le-
gibus naturæ, quibus Principem parere oportet, ſit omnino cõprehen-
ſum: neque lex huiuſmodi ciuilis eſt, ſed potiùs naturalis: eóque magis, ſi
cum vtilitate coniuncta ſit honeſtas, ſin quod iubetur nec honeſtum ſit,
nec vtile, tametſi à legibus alienum eſſe debeat, princeps tamen iis legi-
bus quibus non tenetur, ſubditos obligare poteſt, ſi nihil habeant cum C
turpitudine coniunctum: ſunt enim honeſta quædam, ſunt turpia, ſunt
etiam inter vtráque, media: ſi turpe opponatur honeſto, æquum eſt ho-
neſtati locum relinqui: vt Ariſtides iuſtus, cui Themiſtocles conſilium
communicare iuſſus erat, Athenienſibus reſpondit, Themiſtoclis conſi-
lium vtile quidem eſſe Reipublicæ, turpe tamen ſibi videri: Athenienſes
re intellecta nihil amplius inquirendum, ſed conſilium illud reiiciẽdum
decreuerunt. Hic popularem in modum loqui neceſſe eſt, quando in di-
ſputatione de Republica verſamur, quę ad ſubtilitatem philoſophorum
exigi non debet: nam illi ſtatuũt nihil vtile eſſe, quod non ſit honeſtum,
nec honeſtum, quod non idem iuſtum ſit: ſed iampridem lapſa conſue-
tudo deflexit de via, vt neceſſe ſit, honeſtorũ ac vtiliũ, diuiſas habere ra- D
tiones. Quòd ſi decus abeſt, vtile tamen ſit quod iubetur à Principe, non
ipſe quidem ea lege tenetur, tametſi ſubditos ſua lege obligatos habet,
modò nihil contra naturam cõtráque diuinam legem iubeatur. Eſt igi-
tur in principis vnius poteſtate, leges huiuſmodi vtcúnque volet, abro-
gare, iiſve derogare, ſubrogare, obrogare, vt leges vtiliores, aut etiã mi-
nùs vtiles ferat: habent enim honeſta, iuſta, vtilia, ſuos quodammodo
gradus. Quòd ſi Principi licet, duobus propoſitis vtilibus, quod minùs
vtile ſit, iubere, eidem quoque licebit duobus propoſitis honeſtis, quod
minus honeſtum, minúſque iuſtum ſit, amplecti, & hæc quidem iubere,
illa verò prohibere, etiam ſi lex, aliis quidem ciuibus incommodum, a-
liis afferat vtilitatem: dum tamen publica commoda priuatis, quoad
eius fieri poterit, anteponantur: nec tamen ſi Princeps aliter decreuerit,
ſubditos

90 Decius & Anton. Butrio. Innocent. Imola. Panormit. in cap. quæ in eccleſiarũ. de cõſtitut. ex l. quoties. de precibus imper. C. Felin. in d. cap. dol. 5. verſ. limitat. & col. 14.

91 in cap. non eſt de voto. Innocẽt. in cap. cum olim col. 2. de clericis coniug. & in cap. 1. col. 5. & 14. de conſtitut. Panor. in cap. cũ veniſſent. col. 5. de electiõn. Innocent. Butrio Imola. in cap. 2. de renunciat. Felin. in cap. quæ in eccleſiarum. de cõſtitut. col. 7. verſ. demũ.

ſubditos honeſtatis, aut æquitatis ſpecie, leges infringere oportet: vt ſi
Princeps, vrgente fame, res ad victum neceſſarias exportari prohibeat, id
quod nonmodò iuſtum, ſed etiam ſæpiſſimè neceſſarium eſt: deinde ac-
cepta pecunia, priuatis quibuſdã id permittat, tametſi mercatorum, qui-
bus affluit frumenti copia, & Reipublicæ detrimento id fiat, non tamen
iis licet euehere frumẽta, quoúſq; lex à Principe antiquata fuerit: etiamſi
maxima perrumpendæ legis occaſio præbeatur: cùm ſcilicet ciuitas re-
rum omnium, quæ ad victum & cultum neceſſariæ ſunt, abundat, ipſá-
que ratio naturalis, ſuadeat peregrinis, fame ac inopia oppreſſis, ſuccur-
rere: cùm vetãtis legis maior ſit poteſtas, quàm æquitatis, cuius ſpeciem
B obtendere ſuæ cupiditati cuique liceret, niſi planum ſit Principis inter-
dictum, diuinas ac naturæ leges violare. Incidunt etiam ſæpe cauſæ, quæ
vetant Principes ſuis legibus parere, tametſi iuſtiſſimæ ſint, & Reipubli-
cæ valde vtiles: vt ſi prohibeat armorum vſum omnibus ciuibus, præter-
quam prætorianis militibus, aut iis, quos ad vrbis præſidium reſeruarit.
Huic legi Princeps ſi parere velit, legum interitus ſequatur: quia Princi-
pem, ad legum & ciuium tutelam, aduerſus improbos armari neceſſe eſt.
Idem iudicãdum relinquitur de legibus, quæ vel ad ſingulos, vel ad pau-
cos pertinent, quæ priuilegia dicuntur: aut ad breue tempus, aut certo
quodam loco feruntur, aut quæ pœnas, quarum infinitam varietatẽ ha-
bemus, contineat: nam tametſi ſcelerũ vltio à natura ducitur, pœnarum
C tamen acerbitas ac leuitas, pẽdet ab hominum legibus ac inſtitutis, qui-
bus Princeps obligari nõ debet, niſi quatenus leges ciuiles congruunt æ-
quitati naturali, qua ſublata, princeps quidẽ omnino legibus huiuſmodi
ſolutus eſt, non tamen ſubditi, quibus parere neceſſe eſt quouſque leges
abrogatæ fuerint. Eſt enim nonmodò naturæ lex illa, ſed etiam inter di-
uinas ſæpius repetita, Principum qui Dei conceſſu ac poteſtate, populis
tribuuntur, edictis obediendum niſi cum natura ipſa pugnent: cúmque
legibus à Deo latis, quibus Principes omnes æquè ac populi tenentur, &
quemadmodum patronis fides datur à clientibus, ſine cuiuſquam exce-
ptione, præterquam Regis, qui ſummum in omnes omnium patronos
ius habet: ita quoque Regibus obedientia debetur, ſed poſt Deum im-
D mortalem, cuius ſumma eſt in omnes orbis terrarum Reges, vitæ necíſ-
que poteſtas. His ita conſtitutis, ſequitur principem ſummũ, pactis con- *Principes ſuis conuentionibus æquè ac priuatos obligari*
uentis æquè ac priuatos obligari: ſiue cum exteris, ſiue cum ciuibus con-
traxerit: cùm enim princeps mutuæ fidei inter priuatos, ac legum om-
nium vindex ſit, quantò magis datam à ſe fidem, ac promiſſa ſeruarę te-
netur? quod certè curia Pariſiorum graui oratione ad Carolum IX. Re-
gem [92] non ita pridem ſatis indicauit, cùm negaret à pactis cõuentis cum [92] anno 1563. Menſe Martio.
collegio pontificum, ſine ipſorum conſenſu Regi diſcedere licere, hac
ſubiecta ratione, quòd ius vnicuíque tribuere teneretur. Et quidem mihi [93] Alexãder cõſi. 97. lib. 3. num. 13. Cynus in reſcripta. de precibus imp. offert. C. Iacob. Butrigar. in l. vlt. ſi contra ius vel vtilitatem.
ſuccurrit Alexandri [93] Iuriſconſulti reſponſum planè diuinum, quódque
literis aureis præ foribus Principũ, inſcribi decuiſſet, ſcilicet inter ea, quæ
caſu quodam improuiſo accidunt, cenſeri, ſi Princeps à pactis conuen-
tis diſcedat, neque id in coniecturam venire, quia duplex eſt obligatio,

altera quidem naturalis: quid enim tam naturæ[94] cõſentaneum, quàm iuſta promiſſa ſeruare? altera propter principis dignitatem, quæ agitur in fide ſeruanda, etiam cum ſui detrimento, cùm violatæ fidei omnibus vltor, ac vindex eſſe debeat, nec à principe, crimen perfidia grauius[95], admitti poſſit. Itaque in iudiciis, cùm fides Principis agitur, priuatis potius quàm principi conſulendum eſt: & ſeuerius de principe, quàm de priuatis decernendum: nam ſi cui Princeps honorem, magiſtratúmve contulerit, ſine iuſta cauſa adimere non poſſe iudicatur: quod tamen ſubditis licet, & cum legibus fiduciariis, beneficium clienti eripere patrono ſine cauſa liceret, Principi tamen non licebat. Ex quibus intelligitur, labi & errare Pontificij iuris interpretes[96], qui negant principem ſuis conuen- B
tionibus, non alia, quàm naturali obligatione, teneri, propterea quòd obligatio iuris ciuilis propria ſit: qui error eripiẽdus eſt: cui enim dubium eſſe poſſit, quin obligatio eiuſdem ſit naturæ, atque conuentio? Igitur ſi conuentio naturalis eſt, ac gentium omnium communis, obligationes quoque, & actiones, eiuſdem eſſe naturæ conſequens[97] eſt. At nulla ferè conuẽtio, nulla obligatio cogitari poteſt, quæ non ſit & naturæ, & gentium omnium communis. Demus tamen aliquot eſſe pacta conuenta, quæ à legibus ciuitatis cuiúſque manant, quis negare audeat, Principem ciuilibus pactis, ac ſtipulationibus arctiùs obligari, quam priuatos?[98] atque ita obligari vt ne ſumma quidem poteſtate, quàm habet, iis derogare poſſit? hæc enim grauiſſimorum Iuriſconſultorum[99] ſententiis rece- C
pta & probata videmus: quid mirum? cùm Deus ipſe ſuis promiſſis teneatur, vt rectè ſententiarũ magiſter ſcripſit. Sic enim apud Hieremiã[100] clara voce obteſtatur. Cogite, inquit, populos omnes totius orbis terrarum, vt inter me ac populum meum iudicent, ſi quid à me fieri debuit, quod non fecerim. Ne igitur in diſputationem reuocemus ea, de quibus interpretes nonnulli dubitârunt, an ſcilicet Princeps pactis conuentis, quæ cum ſubditis habuit, obligatus teneatur? quod mirum videri nõ debet, cùm ab iiſdem fontibus fluxerit illud, Principem cum alterius detrimẽto, ſine iuſta cauſa, locupletiorem fieri ſuo iure poſſe: qua nec Principum auribus nec legibus[1] naturæ pernicies maior potuit afferri. Quantò æquiùs iudicatum pridem eſt in curia Pariſiorũ, Principem quidem, D
quod ſua interſit, reis largiri poſſe, quod interſit alterius, nõ poſſe[3]: & pœnis fiſcalibus, creditores iure, priores anteferri oportere[4]. Eadem curia decreuit[5] Principem legibus ciuilibus derogare poſſe, dum tamẽ id fiat ſine fraude cuiuſquam: quæ conſequentia ſunt iis, quæ antea diximus. Nam Philippus Valeſius, duobus[6] codicillis, quos in Archiuis habemus, ſubiecit clauſulam derogatoriam patriis legibus, quibus ſe ſolutum eſſe teſtatus eſt: eadem etiam teſtificatione vſus eſt, cùm vxori pecuniam, ac prædia priuata, contra leges largiretur: extat adhuc in actis publicis[7] illa, tum largitio, tum legis patriæ derogatio. Auguſtus pater, non idem in ſua Republica ſibi licere putauit, quia non habuit iura maieſtatis, vt antea dictum vobis eſt. Ac tametſi in cæteris quidem omnibus legibus pa-

94 l.1 de pactis.
95 Innocent. in cap. ad Apoſtolicam. de re iudi.
96 Panor. Butrio. Imol. Felin. in ca. 1. de probat. Cardin. cõſi. 147. donans.
97 l. indebiti. de condic. Inde. l. 2. rerum amot. l. ex hoc iure de iuſtitia. Bar. Bald. Angel. ibid.
98 Bald. in §. vlt. col. 1. tit. qui feudum dare. Martin. Candenſ. in tract. de princip. verſ. 305.
99 Bald. in l. princeps. de legibus. & in cap. 1. §. ad hęr. col. 5. Caſtrẽſis in l. digna vox, de legib. C. Decius conſi. 10. nu. 22. Bal. in l. ex imperfecto. de teſta. C. Decius conſil. 404. nu. 8.
100 cap. 45.
1 Bart in l. prohibere. §. plane. quod vi. Bald. in cap. 1. de natura. Andr. & in cap. 1. de probat. ex Fein. l. vlt. de trãſa. C. Panormit. in cap. nouit. de iudic. Spec. in titu. de inſtru. edit. §. nunc dicendum. Ancaran. conſi 2. vt factum. Felin. in cap. 1. de probat.
2 l. nam hoc natura. de condic. indeb. l. ſi priuatus. qui & à quibus. l. toties. de pollicitat. l. Antiochenſium. de priuileg. credit.
3 Gallus. q. 284. parte 3 Bar. Bald. Accurſ. Alex. idẽ ſentiunt in l. venia de in ius voc. C. Panor. conſi. 6. lib. 2. Boer. deciſ. 65.
4 Iudicatũ in curia Pariſ. anno. 1391. Gal. q. 257. parte. 5.
5 Iudicatũ anno 1351. Idibus Iulij.
6 anno 1347. & 1350. in arca. inſcripta, les teſtaments des Rois. nu. 289.
7 anno. 1330. Nouemb. 21. in regeſto D. nu. 66.
8 l. 1. de author. præſtanda.

triis

triis ſolutus eſſet, nec tamen in ſua cauſa, ſibi ipſi author eſſe poterat[8]: itaque largitionem vxori Liuiæ facturus, veniam [9] legis Voconiæ petiit à Senatu: quod fruſtrà feciſſet, ſi iura maieſtatis haberet: vt in cauſa Philippi II. Regis, curia Pariſiorum [10] decreuit, cùm agrum Guinarum emiſſet, quem proximi, iure gentili redimere ſe poſſe confidebant: ſed eos curia, ſuo iudicio à redemptione, eam ob rē, ſummonit, quòd Princeps lege ciuili nō teneatur: tametſi eo iure principem teneri, plerique[11], & ſentiant, & ſcribant: quia ius illud, gentium omnium commune, non ciuitatis cuiuſquam proprium eſſe putant: quo tamen iure nihil Romanis iniquius viſum [12] eſt. At ne Romanis quidem legibus, maiores noſtri, B ſubditos obligari voluerunt. Extant Philippi Belli leges, quibus curiam Pariſiorum, ac Monſpelienſium inſtituens, iudices, Romanis legibus minimè teneri declarauit. Extant Academiarum inſtituta, quibus ipſi Reges teſtato declarant, Romanorum leges, ac iura pontificia, publicè quidem doceri velle, iis tamen ſubditos obligari nolle: ne peregrinorum hominum legib. patrio iuri derogaretur. At etiam Alaricus Gottorum Rex capite ſanxit, ne quis Romanorum leges, ſuis opponeret: cui Carolus Molinæus, meus collega, Iuriſconſultorum omnium decus, ob id vehementer iraſcitur, Barbarum [13] contumelioſè appellans: ſed nihil eſt in eo genere ab Alarico decretum, quod prudentiſſimus quiſque Princeps, non fuerit optimo iure decreturus: nam ſubditi, peregrinorum imperium, tandiu, & meminerint, & ſperabunt, quandiu legibus illorum v- C tentur. Conſimile eſt edictum Caroli Belli Regis, & curiæ Pariſiorum vetus decretum, quibus Romanorum leges, maiorum noſtrorum moribus ac legibus opponere prohibemur. Quinetiā Reges Hiſpanorum, capitali pœna vetuerunt, Romanorum leges, ſui iuris teſtes appellare, vt ſcribit Oldradus [14]: ac tametſi nihil eſſet in moribus ac inſtitutis patriis quod, cum legibus Romanorum diſcreparet, ea tamen eius interdicti vis eſt, vt ab omnibus intelligatur, iudices in cauſis ciuium diſceptandis, Romano iure [15] non teneri, ac multò minùs Principem ipſum, qui iudicum religionem, legibus peregrinis obligari, pernicioſum eſſe iudicauit. Et quidem maieſtatis ſcelere teneatur qui peregrina iura, peregrina in- D ſtituta, ſui Principis legibus opponat: in quo genere, cùm Hiſpani licentia nimia peccarent, Stephanus Caſtulonum Rex Romanorum leges in Hiſpania doceri prohibuit, vt Polycrates ſcribit [16]. quod ipſum ſanctius ab Alphonſo x. Rege cauetur, qui etiam magiſtratus, ac iudices, Principem adire iuſſit[17], quoties patrio iure, nihil de propoſita cauſa ſcriptum eſſet. In quo Baldus [18] fallit, qui Italos Romanis legibus teneri ſcribit, Gallos verò non aliter, quàm ſi rationis, & æquitati congruere ſibi videantur: neque enim minus hi, quàm illi Romanis legibus obligantur: tametſi Italia, Hiſpania, Prouincia, Allobrogum, Septimania, Gallia, Narbonenſis, Lugdunenſis, Romanorum inſtitutis vtuntur, quæ etiam Federicus Ænobarbus Imperator Germanorum, & publicari, & vbique doceri mandauit: tametſi nullum ferè Germani, Romanis moribus locum reliquerunt: ſed plurimùm diſtat lex à iure: ius enim ſine iuſſu, ad id

8 l. 1. de auctor. præſtanda.

9 Dio lib. 56.

10 anno. 1282.

11 Bal. in auth. omnes. col. 2. de cenſib. C. & in q. 1. de nat. feud. honor conſ. 58 col. 1. lib. 3. Faber in l. digna vox. de cōſtit. princ. Bald. & Caſtrenſis in l cū de conſuetudine. de legibus.

12 l. dudum. de empt. & vend. C.

13 In conſuetud. Pariſ. tit. de feud.

14 conſi. 69. conſueuit.

15 eo iure vtimur, & Belluga in ſpeculo confirmat.

16 lib. 8. c. 22.

17 lib. 1. tit. 3 lib. 1 ordinat. Hiſpan.

18 Bal. in l. nemo poteſt. de ſententiis & interlo C. Paris in ſynd. c. cap. 2.

quod æquum,bonum eſt: lex autem,ad imperãtis maieſtatem pertinet. Eſt enim lex nihil aliud, quàm ſummæ poteſtatis iuſſum. Quemadmodum igitur noſtri Reges Græcorum legibus non obligãtur, ita nec Romanis quoque inſtitutis, niſi quatenus legi naturæ conſimiles ſint: qua lege,Pindarus omnes vbique terrarum Principes,obligari ſcribit: neque verò nobis eſt Romanus Imperator, aut Pontifex excipiendus, (vt perniciofis quibuſdam adulatoribus[19] video placuiſſe) qui Cæſarẽ, ac ſummum Pontificem,bona priuatorum, ſuo iure diripere poſſe ſcripſerunt: quam opinionem, ne Pontificij quidem iuris interpretes, ferre potuerunt[20],ſed cùm peſtem illam abhorreant,ac multa in eo genere præclarè diſputent,illud tamen abſurdè, quòd hanc exceptionem ſubiiciunt, niſi B
ſumma, & vt ipſi loquuntur, abſoluta poteſtate vti velit: quod perinde eſt,ac ſi dicerent,vi & armis oppreſſos ciues diripere fas eſſe,potentiores enim, hoc iure aduerſus inopiam tenuiorum, vti conſueuerunt: quod prædatorium ius rectiſſimè appellant Germani. At Innocentius IIII. Pontifex Romanus,iuris vtriúſque peritiſſimus, ſummam illam,ſine legibus,ſolutam poteſtatem definiit,ordinario iuri derogare poſſe:illi verò, ſummam poteſtatem ad legum diuinarum, ac naturaliũ abrogationem pertinere voluerunt. Quid enim ſanctius diuina lege prohibetur, quàm aliorum opes ac bona diripere? quid ſæpius repetitum legimus, quàm à rebus alienis manus habere continentes? at etiam, ne quid alieni concupiamus,ſacratiſſimo decalogo prohibemur. Capitalior certè fraus C
eſt,hac diſciplina Principes imbuere,quàm prędari: nam prædones,inopia ferè ad aliena capienda cogit: principem autem ſic imbutũ, præclaram iſtam iuris,ac iuſtitiæ ſpeciem, ſceleribus ſuis obtẽdere,neceſſe eſt: quòd ſi peſſimè eſt à natura, peius etiam à doctrina inſtitutus,in tyrannum euadet,& impudẽter diuina,humana,perfringere,ac temerare non dubitabit: deinde à prauis cupiditatibus,ac perturbationibus,quæ nobiliores animi partes omnino labefactant, incenſus,ab auaritia quidem,ad proſcriptionem, ab amore,ad ſtuprum,ab ira, ad cædem celerrimè prorumpit: & quemadmodum tonitrua fulminibus priora ſunt etiamſi tardius exaudiantur,ita quóque tyrannus, iniuſtitia armatus,efficit vt mulcta accuſationem, condemnatio iudicium antecedat. Quamquam ineptè, qui, quòd à natura, vel ab honeſtate alienum ſit,Principem efficere D
poſſe[21] putant, cùm principis poteſtas, iuſtitiæ ponderibus ſemper exigenda ſit: ſic enim Plinius iunior, ad Traianum Auguſtum[22]. Vt enim, inquit,fœlicitatis eſt,poſſe quantùm velis, ſic magnitudinis velle, quantùm poſſis,hęc ille:quibus verbis efficitur nihil Principes poſſe,quod natura turpe ſit,aut iniuſtum. Iam verò ineptè loquatur,qui potẽtiæ ſummæ tribuat aliena diripere,aut prædari,aut vi ſtuprum inferre: quæ ab animo fracto libidinis, & cupiditatum impotentia proficiſcuntur. Quòd ſi Principi non licet mouere terminos,quos Deus opt.max.cuius ipſe eſt imago viuens, ac ſpirans, ſempiternis naturæ legibus pegit: neque certè licebit alteri detrahere quod ſuum eſt, ſiue iuſta ratione, ſiue coëmptione, ſiue commutatione, ſiue legitima proſcriptione, ſiue fœdere cum

amicis

19 Angel. in l.3. §.ſi is quod quiſque iuris.

20 Panor.in cap. 2.de rebus eccleſ. non alie. Felin.in cap. quę in Eccleſiarũ. Raphaël Fulgo.in l.vlt. ſi cõtra ius. C. Faber in §.ſed naturalia nu.2. inſtit. Bart. & Bald.in l. itẽ ſi verberatum. §. ſi quis.de rei vidic. Bar. Alex.& DD. in l.1.de cõſti.pecu.Bal.& Angel. in l.2.de quadriẽnij.C.Bal.in l. bene à Zenone.col. 2.eod.Barto.in l. vlt. col.1. ſi cõtra ius. C. Cynus & Albericus in l.neminẽ. de ſacroſan.C. Alex.cõſi. 2.col.7. & ſequẽ. lib.1.& cõſil.101. col.6.& cõſi. 37. col.3.Cynus in l. reſcripta. q. 3. de precibus.C.Ang. conſil.139. col.2. Alex.cõſi.89.col. 3.lib.3.& cõſi.93. col. penult. eod. Archidiachon. in cap. ius ciuile. & ibi Cardinalis Alex.diſtinct.1.Diuus in regula ſine culpa. de regul. lib.6.Paris de ſyndicat.tit. de regũ excellent.

21 l. nepos de verb.ſignif.Alex. cõſ.59.lib.4.glo. in l.1.de cõſtitut. princ.

22 Plin.in Panegyrico.

amicis feriendo, ſiue pacis actione cum hoſtibus concipienda ſi aliter pax iniri nequeat, quàm priuatorum detrimento, quorum bona ſæpe hoſtibus fruenda permittunt Principes pro ciuium ac Reipublicæ ſalutæ: tametſi quibuſdam[23] placet, vt ſuũ quiſque teneat, nec de bonis priuatorum publicè deminutio fiat, aut ſi vrget publica neceſſitas, ab vniuerſis ſarciendum eſſe, quæ ſententia mihi probatur, ſi tamen commodè id fieri poſſit: ſed cùm ſalus priuatorum, bona omnia ciuium, patriæ ſalute contineantur, non ſolùm priuatas offenſiones, & acceptas ab hoſtibus contumelias, ſed etiam bona ſua, priuatos Reipublicæ[24], non grauatè concedere oportet: nam ferè ſemper pax habet aliquid iniquum,
B quod publica vtilitate compenſatur, & eo quidem iure populi omnes vtuntur, vt non modo publica publicis, ac priuata priuatis, ſed etiam vtráque vtríſque in pacis actione, mutuis vtilitatibus, ac detrimentis ſarciantur. Video pleróſque[25] iuris vtriúſque magiſtros, in ea ſententia, & eſſe, & fuiſſe, vt eorum fœderum, quibus exceptum eſt, ne vlla detrimentorum hinc inde acceptorum, quæſtio habeatur, inanem eſſe, nec priuatis præiudicium afferre: alio tamen iure vtimur, nam in pace Peronenſi, vt Ludouicus XI. Rex Francorum, carceribus Caroli Burgundionum Comitis eriperetur, vno capite cautum eſt, ne Torcio, ſententiã curiæ Pariſiorum, aduerſus Sanuſium exequi liceret. Itaque laudatur Thraſibulus, nec immeritò, quòd proſtratis ac fuſis ex Vrbe Athenienſi triginta
C tyrannis, promulgari iuſſit legem Amneſtias, qua iniuriarum, ac detrimentorum, quæ bellis ciuilibus accepta fuerant, obliuio continebatur: quam M. Tullius, occiſo Cæſare in Senatu, graui[26] oratione vſurpauit, cùm inter partium duces pax iniretur. Enitendum tamen modis omnibus eſt, vt incommoda commodis, & quoad eius fieri poterit, ſuum cuíque tribuatur, aut ſi minus id fieri poſſit, ſine tumultu, ac bello ciuili, poſſeſſores quidem rerum alienarum, quamuis iniuſtos, eatenus tueri oportet, quatenus ex ærario publico, dominis ſatisfiat: aut ſi ærarium exhauſtum fuerit, mutuas pecunias accipere commodiùs erit. Nam Aratus, parta libertate patriæ, poſt annos quinquaginta, quàm tyrannide oppreſſa fuerat, ſexcentos exules reſtituit, quorum bona proſcripta fuerãt:
D poſſeſſores tamen prædiorũ, quæ tyrãni ciuibus iniuſtè ademerant, ſpoliari noluit, cùm multa iuſtis emptionibus, multa dotibus tenerentur: neque id ſine pericoloſiſſima rerum omnium perturbatione fieri poſſe iudicaret: ſed ciues iurereiurando obligauit, vt pacem & amicitiam inter ſe colerent, quoad ex Ægypto rediens, omnia componeret: acceptis enim ſexaginta aureorum millibus à Ptolemæo Philadelpho Rege, in patriam rediit, perfecítque æſtimandis poſſeſſionibus, vt alij pecuniam accipere ac poſſeſſionibus cedere mallent, alij commodiùs putarent pecunias ſibi numerari, quàm ſua recuperare. Hoc igitur fixum ſit Principi, alienis opibus ac bonis manus afferre, aut ea largiri cuiquam, ſine iuſta cauſa non licere. Et quidem omnibus ferè principum beneficiis, largitionibus, immunitatibus, priuilegiis, hæc verba ſubiiciuntur, QVOD SINE MEA, AVT ALTERIVS FRAVDE FIAT[27]. Quæ verba, cum in

23 Hoſtienſis in cap. quãto. de iureiurãdo. Butrio ibid. col. 2. Innocent. in cap. in noſtra de iniuriis.

24 l. itẽ ſi verberatũ de rei vindi. Felin. in cap. cũ non liceat col. 5. de reſcrip. Corn. cõſ. 100. lib. 1. Alex. lib. 5. cõſil. 15.

25 Hoſtienſis in cap. quãto, & ibi Butrio de iureiurãdo. DD. poſt Innocent. in cap. in noſtra. de iureiu. Bal. in l. venia de in ius voc. Caſtrẽſis in l. 2. de pact. Marti. Laudus in tractat. de confeder. q. 1.

26 Philip. 1.

27 Vulgò dicitur, Sauf en tout noſtre droit & l'autrui. Tullius Hoſtilius apud Liuiũ iiſdẽ verbis vtitur in fœdere feriendo.

formula fiduciæ,qua Ludouicus XII. Rex,agrum Mediolanenſem cum
principatu iure ſucceſſorio ab Imperatore Maximiliano adeptus eſt, in-
ſcripta fuiſſent, belli aduerſus Ludouicum,renouandi occaſionem præ-
buerunt: nam Sfortia gens,ex his verbis, integrum ius ſibi ab Imperato-
re,in eo principatu relictum eſſe contendebat:hæc autem clauſula,etiáſi
omiſſa fuerit,ineſſe tamen cenſetur: quia nec Imperator,ſi maximè ve-
lit aliud alij tribuere, ac largiri poſſit. Nam quod omnia Principis eſſe
vulgus iactat,ad Imperium & ad dominatum pertinet,ſalua cuíq; rerum
ſuarum proprietate[28] ac poſſeſſione. Sic enim Seneca[29]. Ad reges, in-
quit,poteſtas, omnium pertinet, ad ſingulos proprietas: idē paulò poſt,
Omnia rex imperio poſſidet,ſinguli dominio. Quæ ratio facit,vt Reges B
noſtri,prædia fiduciaria vaſſallorum,iure proſcriptionis fiſco addicta,lar
giri priuatis,aut ea diſtrahere cogantur[30],vt vaſſalli Principis, & proſcri-
ptorum patroni,ſuo iure vti frui poſſint. Quòd ſi Princeps priuati cuiuſ-
quam debitor ſit, iudicium accipit, condemnatur ſæpiſſimè, damnatus
iudicatum ſoluit. Sed vt exteri æquè ac ciues, poſteritáſque ipſa intelli-
gat,qua integritate noſtri Reges fuerint,quáque moderatione animi er-
ga ſubditos ſe ſe geſſerint, exemplo ſit illud quod ex hortis deliciarum,
Princeps ipſe Curioni decimam exoluere damnatus ſit,iudicio curię Pa-
riſiorum anno M.CCLXVI. cùm verò Rex alius negligentia procurato-
ris, vadimonium deſeruiſſet, petiit ordinario diplomate, vt in integrum
reſtitueretur, curia Pariſiorum Regem de rogatione propoſita depulit, C
anno M.CCCCXIX. Non tanta iudiciorum acerbitate cum priuatis agi-
tur, qui ferè ſemper ex ea cauſa in integrum reſtituuntur: ac tametſi mi-
nores XXV. annorum, ætatis indulgentia, in omnibus ferè priuatis iudi-
ciis,reſtitui ſolent, Reges tamen noſtri, etiam infantes,nunquam ætatis
beneficio reſtituuntur: ſed in omnibus iudiciis maiores eſſe iudicantur:
contra quam in Republica fieri ſolet, cum qua ſemper agitur, quaſi mi-
nor eſſet:nam Reipublicæ beneficio,Romani principes in integrum re-
ſtitui conſueuerunt[31].nos alio iure vtimur:ac Principis agros,ab agris pu
blicis, & eius cauſam, à cauſa Reipublicæ diuidere ſolemus, cōtra quam
pleríque ſtatuunt, qui Rempublicam in integrum reſtitui debere ne-
gant[32], cōfuſa Principis ac Reipublicæ cauſa, quæ in ſtatu populari,ſem- D
per eodem iure cenſetur, in cæteris, non item. Hac igitur animi magni-
tudine magiſtratus erga Reges noſtros ſeſe geſſerunt:hac item modera-
tione Reges iuſtitiam coluerunt, vt maior priuatorum,quàm principis,
& Reipublicæ quàm priuatorum,ratio in cauſis diſceptandis haberetur:
extat etiam in actis curiæ Pariſiorum, ſententia aduerſus Carolum VII.
Regem lata,qua damnatur ſyluam Vrbi proximam in Pariſiorum vſum
cædere,pretio conſtituto,quam quidem ad rem vix vnquā priuati adi-
gerentur. Tunc certè intellectum eſt quantùm Rex à tyranno diſtaret:
cùm enim Carolus VII. Anglorum legiones ex intimis Galliæ viſceri-
bus exegiſſet, Vrbe Pariſiorum (qui cum Anglis fœdere contracto, ſce-
ptra de manibus, Regi extorſerant) facilè capta,tantùm ab vltione iniu-
riarum abfuit,vt ſumma illos benignitate cōplecteretur,ſéque iudicibus
magis

28 Felin.in cap. quæ in Eccleſiarū, de conſtitut. col.11.Bal.conſil. 363.ſine lib.3. Iaſo in auth.quaſactiones de ſacroſanctis C. l. in rē actio. de rei vindic.ff. Afflict. in cōſtitut.Neapol. lib.4.tit.10.

29 lib.7.cap.4.& 5.de benefic.

30 Gallus q 55.

*Reges Francorū maiores* XXV *annis eſſe iudicātur, vbi agitur de illis reſtituendis.*

31 l.Rempublicā. de iure Reip. C.

32 Sic Bar.&DD. in l.nā poſtea.§.ſi minor. de iureiurādo. Bald.in l. vlt. quorū appella.non Recip. Alex.in l.1.§.nunciatio de noui operis.Accurſ.in l. imperatores. de re iudic.& in l.vnica de ſentent. aduerſus fiſcū. C. Felin.in cap. fraternitatis col. 4. de teſtibus. Aretin.conſi.20.col. vlt. Afflictus.deciſ.340 Caſtrēſis & Alberic.in l. Reſpublica, ex quibus cauſis maiores.Cynus eod. aut Petrū à Bella Pertica, in eadē ſententia fuiſſe.

magis obſequentem præberet, quàm priuati conſueuiſſent. At iiſdem temporibus Philippus Maria Mediolanenſium princeps, oppreſſa tributorum ac vectigalium pondere Republica, portus omnes, ac fluuiorum aditus obſidebat, ne quis ciuiũ quo vellet traiiceret, niſi priùs ſoluto vectigali[33]. Quibus ergo legibus, & quatenus pactis conuentis princeps teneatur, nobis expoſuiſſe videmur: reſtat explicandum illud, an ſcilicet Rex imperij ſucceſſor, Regum antecedentium promiſſis, ſalua maieſtate, obligari poſſit. Quod, vt paucis abſoluam, prætermiſſa quæſtionum, quæ de hoc genere ſubtilùs diſceptari poſſunt multitudine[34], ſic ſtatuo, Principem maiorum pactis conuentis, æquè ac priuatos obligari, ſi re-
B gnum hæreditario iure obuenerit, vel etiam teſtamento delatum ſit: vt Ptolemæus Cyrenenſium, Nicomedes, Bithyninæ, Attalus Aſiæ, Eumenes Pergami. Coctius Alpium reges populum Romanum teſtamento Regnorum hæredem ſcripſerunt. Quid ſi regnum ad proximos teſtamento deferatur? vt Angliæ regnum Henrichus VIII. Eduardo V. filio reliquit, eíque teſtamento Mariam ſororẽ, huic Elizabetham ſubſtituit, quæ viciſſim imperij ſceptra tenuerunt: diſtinctione res eget: aut enim proximus hæres iure teſtamenti hæreditatem creuit, aut repudiata hæreditate ex lege Regia, imperium accepit: priorę modo hæreditariis obligationibus & actionibus tenetur: poſteriore non[35] item, etiamſi iuratus ſit teſtator: neque enim iuris ſucceſſorem tenet[36] iuſiurandum, aut
C obligatio defuncti: eatenus tamen obligatur, quatenus Reipublicę commodo ceſſit obligatio à teſtatore contracta[37]. Itaque Ludouicus XII. Rex, repetentibus tormenta bellica, quæ Carolus VIII. commodato acceperat, repoſuit illud, ſe Caroli hæredem non eſſe: ita nuper Franciſcus II. rex ad Heluetios patris debita repoſcentes, ſcripſit literas[38], quarum exemplum ex Archiuis populari ſermone deſcripſi, ac Latinè reddidi, hunc in modum. Tametſi debita paterna ſoluere non tenetur, cùm hæc ſceptra, non hęreditario iure habeamus, ſed regia lege, quæ iam inde vſque à primis Francorum Regibus lata, ad mares proximos imperium detulit, quæ non aliter nos obligari patitur, quàm ad ea fœdera, pactáve, quæ cum exteris principibus, ac populis, ad huius imperij vtilitates &
D commoda, à maioribus noſtris contracta fuère: nihilominus tamen vt patris optimi & cariſſimi fidem religioſè tueamur, legitima eius debita exſoluere decreuimus &c. illud tantùm à vobis petimus, vt ſortis vſuræ ad eum modum, quo veſtris legibus ac moribus cõſueuiſtis, non tamen grauiores à nobis exigantur. Atque id quidem Heluetij communi decreto comprobârunt: & cùm anteà tam graues à noſtris vſuras acciperet, vt anno ſexto ferè ſortem æquarent, id eſt duplo quàm in Gallia maiores, ad trientes redegerunt, quæ non niſi anno vigeſimo ſortem adæquârent. Quòd autem reges maiorum obligatione non teneantur, iampridem curia Pariſiorum iudicauit, anno[39] ſcilicet M.CCLVI. Quamobrem falluntur vehementer, qui accipiunt quaſi ab oraculo formulas & verba concepta iuriſiurandi, quod non ita pridem, Rhemenſes pontifices arbitrio ſuo finxerunt, vt eo, reges dum initiantur, nunc vti conſueuerunt.

[33] anno 1446 qua de re queritur Boſſius Senator Mediolanẽſis tit. de principe.

*An Princeps antecedentium regum promiſſa ſeruare teneatur.*

[34] His quæſtiones ſubtiliter magis, quàm verè tractant Cynus, Bar. Bald. Salicet. in l. digna de legibus C. Iaſ. in l. 1. de cõſtit. princ. ff. Felin. in cap. tranſlato de conſtitutionib.

[35] Innocent. in cap. veritatis de iureiurando.

[36] cap. licet de voto.

[37] Bald. in tit. de pace conſtant. in verbo ſucceſſorũ, & in l pe. de bonis quæ liberis. C. & in cap. 1. princip. de natura feudi. text. in cap 1. de probat. & ibi DD. Afflic. deciſ. 282. nu. 7. & deciſ. 17. nu. 5.

[38] ianuarij 19. anno 1559.

*Literæ Regis Francorum ad Heluetios.*

[39] Extat in actis curiæ in libro (olim) fol. 105. lib. 3.

Poſtea quam enim regni pares duodecim capiti regio coronam impoſuerunt, Pontifex Remenſis ad regem conuerſus: Siſte gradum, inquit, ac imperium quod paterno iure antea adeptus es, nunc accipe, quo deinceps, vt veriſſimus hæres vti frui poſſis, quod quidem à Deo præpotenti, & à nobis Pontificibus ac paribus ad te iuſta traditione defertur. Honeſta oratio, modò vera. At nemini dubium eſt, opinor, quin ante conſecrationem, rex imperij poſſeſſione ac proprietate potiatur, nō quidem hæreditario aut paterno iure, multò minùs etiam Pontificum aut pariū beneficio, ſed lege regia: id quod iampridem Senatuſconſulto Francorum [40] decretum eſt, ne quis regiam poteſtatem ab arbitrio pontificum pendere exiſtimaret: non quia Senatus de regia poteſtate, ante initiationem dubitaret, ſed vt inanes illæ pontificum argutiæ à ſtirpe cōuellerentur. B Id enim ab auorum, extrema memoria contrito prouerbio didicimus, nunquam reges apud nos interire, vt omnes intelligerent mortuo principe ad proximum eodem momento imperij ius ac poteſtatē transferri, ne eſſet incerta regni ſucceſſio, qua peſte nulla pernicioſior in Republica exiſtere poteſt. Hoc igitur teneamus, Regem qui legitimo iure ad imperium vocatur, pactis & promiſſis antecedentium Regum eatenus teneri, quatenus Reipub. commodo contractum eſt, ídque multò magis ſi populi totius, vel certè curiarum maiorum decreto & conſenſu: tunc enim fides agitur, quam Regi non modò decorum, ſed etiam neceſſarium eſt ſeruare, quamuis pacta, ciuitatib. detrimentum ſint allatura. C Sed ſi princeps ſiue cum exteris, ſiue cum ciuibus contraxerit, de iis quæ ad Rempublicam pertinent, ſiue eorum, quos dixi, conſenſione, ſi graue detrimentum ex pactis conuentis Reipublicæ infertur, ſucceſſorem legitimum teneri æquum non eſt [41]: multò minùs [42], etiamſi populi aut Senatus ſuffragiis, imperium acceperit: quia nihil omnino iuris habet ab anteceſſore: aliud igitur iudicandum, ſi imperium alterius conceſſu adeptus eſſet: tūc enim promiſſis illius obligaretur [43], niſi disertè id exceptum eſſet. Sed quocunque tandem iure, ſeu lege, ſeu teſtamento, ſeu populi ſuffragijs, ſeu ſorte regnum acceperit, æquum eſt eas obligationes diſſoluere, quæ ex vtilitate & commodo Reipublcæ contractæ fuerunt: alioqui [45] liceret contra naturæ leges alterius incommodis, & quidem malis artibus, ſua commoda amplificare: at ciuitatis intereſt fidem publicam, quoad eius fieri poterit, colere, ac tueri, ne Reipublicæ ad extremum periclitanti, ſalutis viæ omnes præcludantur. D Ad hanc igitur interpretationem pertinent ea, quæ Pariſiorum curia iudicauit anno M. CCLVI. & M. CCXCIIII. Regem ſcilicet, ſuperiorum regum pactis conuentis minimè teneri: repudiata eorum [46] diſciplina, qui Principem de imperio deturbari putant oportere, niſi teſtamentum anterioris principis exequatur, confuſa principum ſucceſſione. At cur, dicet aliquis, ea diſtinctione opus eſt, cùm omnes Principes iure gentium teneantur? nam eo iure conuentiones ac teſtamenta continentur [47]. Id quidem falſum videri poſſit, ſi de vniuerſo genere ſtatuamus: demus tamen id verum eſſe, non propterea conſequens eſt, Principem gentium legibus, potiùs quàm

40 anno.1468. April.16.

41 Cynus & DD. in l.digna vox de conſtitu.princip. C.& Bald.in cap. 1.donat.feud.

42 Argu.l.ſi quis domum locati.

43 Argu.cap.dilecto. de præbendis.Bal.in l.vlt.de tranſac.C.

44 Not.in cap.1. tit.qui ſucceſſ.tene. & cap. vlt. ne prælati vires.&in cap.Abbate, ſanè de re iudic. Iaſo latiſſ.in l.1.col.3. de conſtit. princ. cau.nō liceat. 12. q.1.gloſa ibidem Bal.in tit.de pace Cōſtantiæ verbo ſucceſſorum.tex. in cap. 1. de probat.

45 l.nam hoc natura. de condic. indeb.

46 Bald.in proœmio decretal.

47 l.ex hoc iure de Iuſtitia.

quàm ſuis obligari, niſi quatenus cum diuinis ac naturæ legibus conſpirant, quas quidem ad leges, omnia quæ de Principum obligatione diximus, reuocanda nobis ſunt, at ſi gentium iura quædam iniqua ſint, ea Princeps abrogare poteſt[48], & ſubditos eo iure ne vtantur prohibere, vt antea docuimus de ſeruitiis, quæ iure omnium ferè gentium in Reſpublicas pernicioſo exemplo inuecta, multorum Principum ſalutaribus, ac naturæ congruentibus interdictis, ſublata fuerunt: quod in vno dictum, ad conſimilia traducendum erit: quoniam totius diſputationis caput eſt, ne quid contra diuinas aut naturæ leges ſanciatur: nam, ſi iuſtitia finis eſt legis, lex autem Principis iuſſum, Princeps Dei præpotentis imago ſpirans, conſequens eſt, vt Principis leges verum exemplar præ ſe ferant legum diuinarum.

48 Ioan. Andr. in cap. vlt. de immunitate eccleſ.

B

## *De Principe alterius fiduciario, vel ærario, an in eum conueniant iura maieſtatis, déque Principum inter ipſos dignitatis prærogatiua*

## CAPVT. IX.

HAEC quæſtio ſingulari diſputatione tractanda nobis eſt, propterea quòd ad iura maieſtatis pertinet, nec debet cum patrocinio vel clientelari iure, de quo antea diximus, temere confundi. Nam ius fiduciarium, ſeu feudale, ſanctius eſt patrocinij iure, quod etiã à magiſtris, ius patronatus appellatur. Hoc quidem antiquius illo, quod tamẽ à Langobardis origine ducta, populos omnes mutua fiduciæ caritate complecti videtur: nuſquam tamẽ vberius, quàm in imperio Turcarum, qui quod nos feudum, ipſi Timar appellant, & beneficiarios ſeu vaſſallos Timariotas: quib. feuda principis beneficio, & quidem precario, non tamen diutius quàm fructuarij, vita fruenda permittuntur iis conditionibus, vt ingruenti bello, Timariotæ equites ſine ſtipendio militari, & eum equorum numerum deducere, qui pro ratione beneficij, cuíque libello cenſuali definiri ſolet. Eſt autem Timar honorarius prædiorum fructus, à Græco vt opinor τιμᾶν, quæ verbi notatio propriam feudi naturã explicare videtur: propterea quòd veteri iure, feudum aliud nihil eſt, quàm fructus prædiorum à vectigalibus[1] liberum: & quoniam militiæ ac belli aduerſus hoſtes, gerendi cauſa huiuſmodi beneficia tribui ſolebant, principio militiæ ex caſu, deinde à fide præſtanda, feuda dicta ſunt. hinc enim F.E.D.V.M. dici videtur: quòd qui fidem daret, his verbis vtebatur, FIDELIS ERO DOMINO VERO MEO: contractis autem dictionibus in literas, Feudi appellationem traxerunt: niſi à fœdere vtrinque contracto, deriuari verius ſit. Immunes à vectigalibus eſſe, ac ſemper fuiſſe fiduciarios, argumento eſt, quòd qui à nobis vaſſallus, Langobardorum legibus LEVDE appellatur, quæ vox liberum ſignificat. Aldius autem ex iuſta ſeruitute manumiſſus inde Alaudium & laudimia dicuntur honoraria munera, quæ domino, fidem accipiente à vaſſallo, tribui ſolent. Hæc ad verborum explicationem: pergamus ad id, quod propoſitum eſt. Diximus iura maieſtatis

C

D

1 cap. 1 de iis qui feudũ dare poſſunt.

eum habere, qui poſt Deum immortalem ſubditus ſit nemini: quòd ſi cuiquam ſeruire, aut imperanti parere cogatur, ſeu ſponte, ſeu inuitus id faciat, maieſtatis nomen amittit. Rectè Poëta neſcio quis. Eſſe ſcit eſt ſeruum, iam nolo vicarius [2] eſſe: Qui rex eſt, regem maximè non habeat. Quòd ſi iura maieſtatis non habent fiduciarij ſeu vaſſalli, pauciſſimi admodum Principes in ſumma poteſtate conſtituti reperiantur. Aut ſi demus, fiduciarios principes, vel ærarios, qui tributũ aliis Principibus dependere cogantur, iura maieſtatis habere, certè quidem dominos ſeruis, patronos cliẽtibus, autoritate, imperio, poteſtate adæquare neceſſe erit: ſic enim ſtatuunt legum Romanarum interpretes [3] ac magiſtri: ſcilicet Mediolani. Mantuæ, Ferrariæ, & Allobrogum duces iura maieſtatis habere. Idem quoque tradunt de Comite Aſtenſi [4]: quę tota ratione diſcrepant, cũ his quæ antea de iure maieſtatis diximus. Hæc igitur accuratiùs explicanda nobis ſunt, cùm ad iura maieſtatis, quæ in Republica præcipua ac potiſſima ſunt, quæque ad dignitatis prærogatiuã, qua nihil Principibus carius eſt, pertinere videantur. Diximus in capite de patrocinio & clientela, quam noſtri protectionem vocant, clientes principes, qui ſuperiorum, in fœderibus, maieſtatem comiter obſeruare tenentur, iura maieſtatis habere: ſed vaſſallus, ſeu fiduciarius à Cliente differt, diſtátque plurimùm. Cliens enim, patronũ in fœdere ſuperiorem eatenus agnoſcit, quatenus perſonæ ac loci dignitas poſtulat: vaſſallus non modò ſuperiorem confiteri dominum, ſed etiam fidem & obſequium ei ſupplex exhibere cogitur, aut feudo cedere. Homagium appello, fidelitatem, obſequium, obedientiam & ea iura quæ fiduciarius domino, ex formula beneficij dare, facere, tenetur: quòd vt planius intelligatur nouem omnino potẽtiorum ac tenuiorum gradus ſtatuemus, præter eum, qui poſt Deum immortalem ſeipſo ſuperiorem confitetur neminem. Primum genus eſt eorum principum qui ſunt in eius clientela, cuius maieſtatem obſeruant, ſéque in eius patrocinio dare ſolent, vt aduerſus potentiorum vim tutiores ſint. Secundum genus eſt eorum Principum qui ſuperiorem in fœdere agnoſcunt, eíque tributum dependere ſolent, vel penſionem, vt eius auxilio ac præſidio tutiores ſint: quod certè patrocinium dici non meretur, quia mercenarium ſit: merces autem officio non debeatur: Tertium genus eſt eorum, qui à potentiore victi, pacem acceperunt, & iura maieſtatis retinẽt iis legibus vt victoris maieſtatem comiter obſeruent, eíque tributum annuum ſoluant, nec tamen patrocinium illis, aut auxilium à potentiore debeatur. Quartũ genus eſt eorum, qui Reges ſunt, & iura maieſtatis in ſuos liberè exercent: ſed aliorum fiduciarij ſeu feudatarij ſunt aliunde feudo accepto à principe, ſeu maiore ſeu minore. Quintum genus eſt eorum, qui Reges non ſunt, nec iura maieſtatis habent, ſed fiduciam propter feudum contraxerunt: qui à noſtris ſimplices vaſſalli dicuntur, qui domini dignitatem tueri, ac pro eo arma capere, non tamen ſemper, nec aduerſus omnes. Sextum genus eſt eorum, qui vaſſalli ligij vulgò dicuntur, qui data fide, domini dignitatem & exiſtimationem tueri, ac pro eius ſalute, arma ſine exceptione capere, non tamen

2 Quia ſerui ordinarii, vicariis imperabant.

3 Caſtrenſis conſi.166.lib.2. Dec. conſi.191. num.1. Curt.iunior cõſ. 1. nu.26. & 30. & conſi.91.nu.8. Pariſ.conſi.1.nu.25. lib.1. Boſſius titulo. de crimine maieſta. nu.52. & in titul. de regal. nu.5. Soc.conſ.4. lib.3. Iaſo conſil. 227. Cacherran. deciſ.Pedemont. nu.1.

4 Brunus de comitatu Aſtenſi poſt Bar. Bal. Angelũ, Caſtrenſem Imolã, Iſerniũ, Cumanũ, Alexãdrum, Barbatiã.

*Nouem genera tenuiorum aduerſus potentiores.*

B C D

tamen ſemper, aut vbique, ſed eatenus tenentur, quatenus vtilitas feudi aut fiducia contracta patitur. Septimum genus eſt eorum, qui ſubditi dicuntur, ſeu vaſſalli, ſeu cenſuales ſint, ſiue etiam prædiis omnino careāt: qui pro principis dignitate ac ſalute, perinde ac pro ſe ipſis, propugnare tenentur, & eoſdem cum principe hoſtes & amicos habere. Octauum genus eſt eorum, qui quondam ſeruitute liberati, ſeruilem ſpeciem retinent, vtì ſunt aſcripti glebæ, & qui à noſtris manus mortuę dicuntur: poſtremum genus eſt ſeruorum. Hæc genera nobis ſecernenda fuerunt ne ſubditi cum vaſſallis, aut clientibus, aut cum vtríſque vaſſalli ſimul miſceantur. Ex his generibus, ij qui non ratione feudi aut fiducię contractæ,
B ſed ex ſui ipſius perſona parere coguntur, ſubditi dicuntur: multò magis etiam ſi præter obligationem, qua ſubditus, principi, cuius imperium ac iuriſdictionem ſubire tenetur, fiduciam cōtraxerit feudo à principe, vel ab ipſius principis ſubdito accepto, ſi modò vtriúſq; princeps idē ſit. Quòd ſi ſubditus non ſit, qui fiduciam, accepto beneficio cōtraxit, etiam ſi domini dignitatem ac ſalutem, ſine exceptione cuiuſquam, tueri debeat, ea tamē obligatione, deſerto feudo, ſine fraude ſeſe liberare poteſt: at ſubditus quantumvis feudum aut cenſuale prædium deſerat, aut nihil omnino habeat, quod ſuum dicere poſſit, perſonali tamen obligatione, ſeipſum ſine principis ſui conſenſione exuere, nullo modo poteſt. Vaſſallus fidem patrono ſemel tantùm prȩſtare tenetur, ſed ne ad id quidem
C cogendus eſt, ſi fiducia ita fuerit contracta, vt videre eſt in antiquis legibus[5] feudorum, contra quàm Carolus Molinæus & ſenſit, & ſcripſit[6]: at ſubditus locis omnibus, ac temporibus fidem Principi dare cogitur[7], etiamſi Pontifex is fuerit[8], qui nullum omnino prædium, Principi acceptum ferat. Neque verò neceſſe eſt ſubditum eſſe, qui ſalutē ac dignitatem Principis, ſine cuiuſquam exceptione tueri debet, quales ſunt ij qui noſtris vaſſalli ligij dicuntur: qui interdum aliorum principum ſubditi, interdum reges ſunt: interdum vaſſalli, tamen non ſine exceptione fidem dederint, neque enim retrouaſſallus ſubditus eſt, aut vaſſallus illius, cui dominus inſeruit,[9] niſi omnino eiuſdē beneficii ratione. Placet igitur exēplis hæc illuſtrare. Antea quidē Reges Anglorū fidelitatis iuſiurandū
D regib. Francorum ſine exceptione dederūt, cū ampliſſimas huius imperij prouincias, ac beneficia fructuoſiſſima, Regibus noſtris accepta ferrent, vt meritò ſeſe vaſſallos ligios Francorum confiterentur. Angliam tamen & Hiberniam ſumma poteſtate regebant: quouſque Ioannes, qui fraude in regnum inuaſerat, ſe regnúmque ſuum ac ſubditos omnes dedidit in Romani Pontificis poteſtatem anno M CCXII. contracta ſolenni fiducia principum ac ſubditorum conſenſione: nec tantùm ſe Pontificis Romani vaſſallum, ſed etiam ærarium profeſſus eſt, ac promiſit annui tributi ac cenſus nomine quattuor aureorū millia[10], prȩter tributum illud, quod ab Ina Rege Anglorum promiſſum eſt, anno D.CCXL. ídque à ſingulis familiis exigebatur, quod vulgo tributum ſancti Petri appellabant: legatus Innocentij III. Pontificis Romani, primus à Rege Ioanne fidem accepit, anno M.CCXIII. præſente Cācellario, ſex Angliæ pon-

5 tit 24 § 1. quæ fuit prima cauſa feudi amittendi. Magiſter in regalibus. deciſione. 13.
6 in conſuetud. feudi r § 2. gloſ. 4. nu 26.
7 t t. qualiter iurare debeat cap. 15.
8 Magiſter in regal. deciſ 1. & 13. Mol. in c. de feu. § 46. q 1. & 2.
9 Iſernius in cap. imperialem § illud de prohibita feudi ali nat. Bar. in l. Cl. u. ius qui potiores qui Guido pa. deciſ. Delphinatu 551.

*Reges Anglorū vaſſalli ligij Francorum.*

*Reges Anglorū vaſſalli Pontificis Romani.*

10 Mille marcas ſterlingorum.

tificibus, ac totidem comitibus, infinitáque populi multitudine conſentiente. Extat adhuc apud nos formula fiduciæ, quam ex actis Vaticanis, expreſſam legimus. Ac tametſi Thomas Morus, Anglorum Cãcellarius negaret Regnum Anglorum eſſe in fiducia Pontificis Romani, nihilominus Henrichus ipſe VIII. legato pontificis Romani, iuſiurandum fidelitatis dedit. Tributum autem vtriuſque generis exigi, ac ſolui non ante deſiit, quàm Henrichus VIII. anno M.D.XXXIIII. Romani pontificis ſeruitutem ac religionem excuſſiſſet. Id autem animaduerſione dignum eſt, quod in formula fiduciæ, Rex Ioannes ſuorum ſcelerum veniam, ſuplex à legato põtificis precatus eſt, quo planum fit, patrocinium illud pontificis Romani, quæſitum eſſe ad eleuandum immane parricidium, quod in Arturum fratris filium, ad quem ſeptra regni ſucceſſorio iure pertinebant, crudeliter admiſerat, ne ſacris à pontifice Romano interdiceretur. Iam antea Philippus Auguſtus Rex Francorum, omnia prædia, quæ in Gallia Reges Anglorum hæreditario iure poſſidebant, Normaniam inquam, Aquitaniam, Turoniam, Andium, item ac Cenomanorum agros, ob eam parricidij cauſam, pro iure ſuæ maieſtatis proſcripſerat: quas regiones, antea beneficij iure, à Regibus Francorum acceperat: tametſi ſummam in Anglos, Hibernes & Scotos poteſtatem haberent. Nam principio, Conſtantinus Rex Scotorum cæteríque principes eius ditionis, cum Adelſtano Anglorum rege fiduciam contraxerant: deinde Baluolus Rex Scotorum, fidem quóque Regi Anglorum præſtitit, profeſſus ſe regnum Scotiæ fiduciæ nomine, ſub Anglorum patrocinio poſſidere, exceptis Orcadibus inſulis, quę tum erant, ac deinceps etiam fuerunt, in fiducia regum Noruegiæ, quibus reges Scotorum auri vncias octoginta, fiduciæ ac cenſus nomine dependere tenentur, contracto iampridem fœdere inter Danos & Scotos, vt bello finem imponerẽt, quod pro inſulis Orcadibus olim ſuſceptum, nec ita pridem, id eſt anno M.D.LXIIII. rurſus excitatum eſt: quantùm quidem ex literis Danzæi, Francorum, apud Danos, legati, intelleximus. At Scoti Reges, qui poſt Balnolum, ſummam rerum tenuerunt, Anglorum obſequium eiurarunt, nec ſuperiores agnoſcere, nec ſe Vaſſallos Anglorum profiteri voluerunt, tametſi Dauid Rex Scotorũ Eduardi III. Regis Anglorũ, captiuus id ſumma contentione à ſuis petiiſſet: poſtea verò quàm decennium in carceribus exegiſſet, dimiſſus eſt ab Eduardo, cuius ſororem ſibi deſponderat, ea lege, vt ſecum amicitiam ac pacem coleret. Iam verò Hiberniæ Regnum non ita pridem Anglorum imperium tulit, excepto tamen Arguelio Comite, qui iura maieſtatis ſemper retinere viſus eſt. Conſimiliter Daniæ Reges, qui etiam Noruegiæ partem poſſident, iura maieſtatis ſibi vindicarunt: quod quàm verum ſit, prius expoſuimus. Holſatiæ tamen agrum, regno finitimum, Imperii Germanici beneficio habent, & antea quidem, Daniæ regnum, imperij Germanici feudale beneficium extitit, ipſíque Daniæ duces in fide Germanorum permanſerunt, non modò Lothario Imperante cui Canatus Daniæ dux, fidelitatis obſequium [11] præſtitit: ſed etiam Friderichi. I. Imperatoris, qui primus omnium

*Reges Scotorũ vaſſalli Anglorum.*

*Daniæ reges olim vaſſalli Imperij Germanorum.*

11 Heluodus in hiſtor. Sclauorũ cap. 50.

omnium Petro duci Daniæ regia[12] ſtemmata dedit, ac regali poteſtate beauit, iis tamen legibus, vt in fide ac obſequio perpetuò imperij Germanici permaneret: ſed poſteri tandem ab imperio deſciuerũt. At principes illi quos fiduciam contraxiſſe, & prædiatoriam ſeruitutem, data fide promiſiſſe diximus, qui vel in ſuos iura maieſtatis habẽt, vel aliorum Principum ſubditi ſunt, contractam fiduciam eiurare poſſunt, modò ne id fiat in fraudem patroni: quoniam periculo imminente, ſine iuſta cauſa, patronum deſerere capitale eſt, etiam ſi vaſſallus, eo momento, prædium feudale deſerturus ſit: tametſi nulla grauior pœna[13] dicta eſt in fiducia contrahenda, quàm vt feudo cariturus ſit cliens, qui patronum, vr-
B gente bello, deſeruerit: quia fides agitur ac dignitas, cui ſempiterna labes innuritur à cliente patroni deſertore: cùm tanta ſit obligatio fiduciæ, vt etiam aduerſus fratres ac liberos[14], pro ſalute ac dignitate patroni, vaſſallus arma capere teneatur. Nec defuêre noſtra ætate Iuriſconſulti[15], qui etiam in parentes, clientem pro patroni dignitate, armarent: quod mihi probari nulla ratione poteſt, cùm prima præcipuáque fidelitas parentibus debeatur. At ſi vaſſallus idem ſit & ſubditus, qui principem periclitantem deſerat, non modò prædiis, illum ſed etiam bonis omnibus ſpoliari oportet, cùm vel gregario militi, capitale ſit, qui ducẽ in bello non protexerit. Nec mirũ[16] ſi Britanniæ Armoricæ duces, Ioãnes, inquam. I. & Petrus, II. obſtinato animo recuſarent Francorum regibus fidem, pro
C Britanniæ prouincia, ſine exceptione cuiuſquam pręſtare, de qua re controuerſia iterum atque iterum, inter Franciæ, ac Britanniæ cancellarios, coram rege Carolo V. & VI. agitata eſt. Propoſita fuerunt acta fiduciæ contractæ, ac fides à ducibus, ſine exceptione cuiuſquam data, tum Philippo Auguſto[17], tum etiam Ludouico[17] VIII. De vtroque actu, ancipiti ratione dubitari potuit: de altero quidem, quòd Philippo data fides eſt ab Arturo, ſine exceptione cuiuſquam, ea lege, vt ſui tutelam aduerſus Ioannem Angliæ regem ſuſciperet, quod ab eo factum ſit, nec-ne dubitatur, tametſi Arturi parricidiũ vltus eſt: de altero quod Ludouico VIII. data fides eſt à duce, quoad ipſe viueret, ſine præiudicio poſteritatis. At legitimorum actuum ea vis eſt ac natura, vt nec diem recipiant, nec con-
D ditionem[19], fiduciæ verò iuſiurandum minimè omnium. Exitus controuerſiæ fuit, vt Ioannis ac Petri iuſiurandum ſimplex acciperetur, ne vaſſalli ligij Francorum eſſe viderentur. Quanquam dux vterque, feudo Britanniæ ſpoliari iurè debuiſſet, quod legitimum patronum Francorum regem eiurarent. Neque enim dubitari poteſt, quin Britãniæ Armoricæ duces, Francorum Regibus, iam inde à Clodoneo rege, fidem ſine exceptione dederunt: vt Gregorius Turonum pontifex, omnium, quas habemus, antiquitatum, veriſſimus ſcriptor accuratè tradit: quanquam pleni ſunt hiſtoriarum libri, plena antiquitatis monimenta quibus hæc prodita videmus. Britanni quidem rebellarũt ſæpiſſimè, ſæpius tamen fracti ſunt ac domiti, quinetiam Caroli magni ac Ludouici Pij legatis, fidem & obſequium, datis obſidibus, exhibuerunt: quæ tam ex hiſtoria & Vitaldi Caroli magni nepotis, tum etiam ex Floardi Sigeberti

12 Tritemius cap17.

13 tit. quæ fuit prima cauſa feudi amitt.

14 cap. I. hic finitur lex.

15 Alex. cõſi 234. lib. 2. & 236.

16 l. non omne. de re milit. Liuius lib. I.

*Duces Britannici vaſſalli Francorum.*

17 anno 1202.

19 anno 1210.

19 l. actus de regulis.

ſcriptis perſpicuum eſſe poteſt. At cùm rurſus à fide deficerent, Carolo
Caluo Rege, apud ordines accuſati, ac maieſtatis damnati, pœnas[20] dede-
runt: quo crimine non niſi ſubditi[21] accuſari poſſunt. Nam Heriſpo dux,
Carolũ Caluum, data fide, ac pecuniarũ magna vi, placauit, vt antea quo-
que Iudicael dux Dagobertum placarat. Neq. verum, at ne ſimile quidẽ
veri eſſe poteſt Clodoneũ, qui Galliarum imperium Alpibus Pyrenæis,
& vtróque mari, tum etiam Rheno flumine, definierat, aut Carolum
magnum qui gentes immanitate barbaras, multitudine innumerabiles,
locis, infinitas domuerat, qui Hiſpaniam, Italiam, Hungariam, Germa-
niam, cis & vltra Rhenum Saxonas, Pomeranos, Polonos, Ruſſios ſub-
egerat, & in extremam vſque Scythiam imperium propagarat, Armori- B
cos duces, in ipſis Galliæ viſceribus, ad imperij Gallici ſocietatem admi-
ſiſſe. At etiam in fœdere cum Rolone, Normanorum duce contracto,
Britanniæ Armoricæ dux retrouaſalus attribuitur à Rege Carolo: quod
ridiculum futurum erat, niſi tunc Armoricæ duces Francorum ſubditi
haberentur. Itaque Britanni duces, Normanorum ducibus, hi viciſſim,
regibus ſuplices, ſine exceptione, fidem dederunt: at fides ſemel data, ac-
ceptáque à patrono, nulla temporum infinitate præſcribi poteſt. Qui-
bus argumentis non modò probabilibus, ſed etiam neceſſariis, ad aſſen-
tiendum perſuaſus ſum, vt Armoricam iam, inde vſque à primis Franco-
rum regibus, imperij Gallici prouinciam eſſe ſcriberem: tametſi Argen-
træus[22], Rhedonenſium prætor aliter ſentit. Grægorium verò, Pontifi- C
cem Hemonem, Sigebertũ, quibus aſſentior, mendacij contumelia præ-
ſtringit, quibuſcum tamen Vitaldus eadem ſcripſit. Illud etiã abſurdius,
quòd Petrum Druidam primum eſſe putat, qui alieni principatus maie-
ſtatem, Gallorũ imperio ſubiecit, qui regis ſubditus fuit ac propinquus:
nec verò eius liberi ac poſteri, perfidiæ ſcelere ab ea quæ perpetua fuit,
& quidem naturalis obligatio cum Regibus Francorum contracta, exi-
mere ſeipſos potuerint. Quod autem Armoricos duces qui ſcelerata cõ-
ſpirationis fide & conſenſu, cum Anglis ad huius imperij exitiũ, ſeipſos
coniunxerunt, à perfidia capitali vindicare conatur: quod de Regibus
Francorum, ac de omnibus Principibus ita ſcribit, vt à conuitiis, ac ma-
ledictis abſtinere non poſſit: quod ſuos populares, quamquam nomen D
gentile Gallicum vſurpat, omni genere laudum, ad nauſeam vſque cu-
mulare ſolet, quod Frãcorum victorias eleuare & obſcurare ſolet: quod
denique ſibi vni credi vult, & antiquiſſimis ac veriſſimis ſcriptoribus fi-
dem detrahit, certè literis & otio abuti mihi videtur. Nihil autem hiſto-
riarum ſcriptori magis cauendum, quàm, ne ſubditos, à principis obſe-
quio, ac fide, abalienare, & ad defectionem oratione inflammare videa-
tur. Sed vt ad propoſitum redeamus, animaduerſione dignum eſt Ioan-
nem Monfortium & poſteros, etiamſi Armoricam ab imperio Gallico
diuellere conarentur, nihilominus tamen quaſi Monforti, ac Virtutum
Comites, fidem Regibus ſine exceptione ſemper dediſſe, vt in Archiuis
legimus, tametſi quædam iura maieſtatis, in prouincia Armorica, cõceſ-
ſu Regis, exercerent. Ex quibus perſpicuum fit, Vaſſallos à ſubditis, &
clien-

20 anno 859.

21 Bald. Cyn. Salicet. in l. quiſquis. ad l. Iuliam. C.

22 In conſuetud. Britan. & in hiſtoria Brit.

clientibus,atque etiam inter ſe differre plurimum : eóſque iura maieſta-
tis in ſolidum, ac ſummam poteſtatem habere, qui nemini ſeruire te-
neantur : nam vaſſallus ſiue Imperator, ſiue Pontifex maximus fuerit,fi-
dem,obſequium, obedientiam ſuperiori, quaſi domino, præſtare tene-
tur:quod quidem obſequium perſonale,coniunctam habet ſeruitutem
quandam,etiamſi verbum illud,ſeruiendi,in legibus feudorum,libertati
naturali præiudicare non videatur : qua quidem ſeruitute vel obſequio,
beneficiarius niſi feudo carere velit[23], ſeſe liberare non poteſt : neque e-
nim fiducia vaſſalli, ſeruitus realis eſt:ſed perſonę ita cohæret[24], vt ab ea
diuelli non poſsit. Quod autē diximus, ſeruitutis illam ſpeciem à perſo-
B na diuelli non poſſe, adeò verum eſt vt ne procurator quidem ad fidem
vaſſalli,nomine pręſtādam idoneus[25] ſit:quod antiquis feudorū legibus
licebat[26]:ſed illud antiquatum eſt vbíq; gentium,vt ne in Italia quidem,
vnde iura feudorum in vniuerſam Europam fluxerunt, procurator fidu-
ciarius admittatur. Nā Ludouicus Sfortia, qui ſe Mediolanenſiū ducem
ferebat,legatū in Galliam miſit ad Carolū VIII.regem,vt pro fratris filio
Genuēſi duce,iuſiurandū præſtaret,ſed repulſam tulit. Et cùm ageretur
de fide præſtanda à Marchione Saluciarum, curia Pariſiorum decreuit,
procuratorem quidem, eius nomine, quòd morbū excuſaret admitten-
dum[27],ſi Regi videretur,ſed ea lege,vt cùm primū poſſet, pręſens,fidem
præſtaret.Idem ſæpius iudicatum[28] eſt in conſimilibus cauſis:contra ve-
C rò,vaſſallus cogi poteſt in procuratoris patroni verba iurare,eóque iure
vtimur : ſin vaſſallus adhuc impubes eſt, & id ætatis, vt ſenſu careat,ſu-
ſtinetur actus legitimus fidelitatis, quouſq; legitimā ætatē attigerit,qua
fidem præſtare poſſit, niſi patronus procuratorem admittere malit: vt
Ludouicus XI. Rex, per legatum matrem Galeacij impuberis, ducis
Genuenſium, in fidem accepit : verba iuriſiurandi concipiente Phi-
lippo Cominio Regis legato, cui aureorum nummum quinquagin-
ta millia, annui fructus nomine, ſoluit. Illud autem in fœdere quod
ictum[29] eſt inter Ludouicum XI. Regem, & Maximilianum Au-
ſtriæ ducem, diſertè cauetur ne vaſſalli fidem procuratorio nomine
exhibeant, ſed præſentes ad id cogantur, niſi morbum vel ætatem,
D aliámve neceſſariam cauſam excuſarent, vt cum vniuerſitatibus &
collegiis iuſiurandum exigitur, id à procuratore fieri neceſſe eſt. Et-
enim plurimum refert vaſſalli regis perſona, an verò ſordidi procu-
ratoris obſequium recipiat patronus. Quamobrem in fœdere, quod
ictum eſt inter Philippum Bellum, & Henrichum Anglorum Re-
gem, anno M. CCCIII. vno capite exceptum eſt, vt Henrichus fi-
dem Regi Francorum daret præſens, & quidem ſine exceptione,
quòd ſi morbum neceſſarium ſine fraude excuſaret, filium tamen
primogenitum, in Galliam iuriſiurandi cauſa mitteret. Rurſus alio
fœdere quod ictum eſt, anno M. CCCXXX. Eduardus tertius
Rex Anglorum recipit ac promittit ſe mox in Galliam, fidei præ-
ſtandæ cauſa, venturum : aut ſi quidem morbum neceſſarium ſi-
ne dolo malo excuſaret, cùm primum conualuiſſet, id effecturum.

23 cap.vnico.de vaſſallo qui contra conſtitut.loc.

24 qualiter iurare debeat. cap. 5. & ſequent. & tit. quæ fuit prima cauſa feudi amit. Bald.in l. ſed & ſi hac.§.ſi libertus. de in ius vocādo. Molin.gloſ.4.§. 2. nu.54. in conſuetud.feud.

25 Bal.in l.4.fine de rerū diuiſ. nu. 56.

26 §.ſed vtrū.per quos fiat inueſtitura. Præpoſitus. in §. omnes col. vlt.de feudo. defuncti,licet contrariū videatur in cap. 1. §. verū de ſtatu reg.lib.9.

27 anno 1486. Decembr.9.

28 Contra Maximilianū de Mehaic & dominū Dormoy 1536.

29 anno 1482.

Item alio fœdere quod percuſſum eſt, anno M.CCLIX. Ludouico IX. Regē, Henrichus II. Anglorum Rex ſeſe in Galliam paulò poſt traiectu-rum, ad ſolenne iuſiurandum ſine exceptione cuiuſquam præſtandum. Obſequium autem illud, quod ligium appellant, eam vim habet, vt ne Imperatoris quidē aut Pontificis maximi perſona excipiatur[30]. Formula iuriſiurandi quod rex Anglorum prę̨ſtitit, concepta eſt eo fœdere, quod anno M.CCCXXXI. inter Philippum Valeſium & Eduardum III. percuſſum eſt, cuius hæc verba ſunt. Rex Anglorum manibus coniunctis, ac in manibus Regis Francorum inſertis, Cancellarium Francorum, hęc verba proferentem. VOVS DEVENEZ HOMME LIGE DV ROY DE FRANCE, QVI ICY EST COMME DVC DE GVIENNE, ET PAIR DE FRANCE, CONTE DE POITOV, ET DE MONSTRVEIL, ET LVY PROMETTEZ FOY ET LOYAVTE PORTER. DITES VOIRE. ET LE ROY D'ANGLETERRE DIRA, VOIRE. ALORS LE ROY DE FRANCE REÇEVRA LE ROY D'ANGLETERRE A LA FOY ET A LA BOVCHE. Hæc verba fœderis, vtcúmque Latina ſic fecimus. Tu quidem euadis in hominem ligium Regis Francorum, vtî Dux Aquitanorum, par Franciæ, Comes Pictonum, & Monſtrolienſium, téque in eius fide & obſequio ſemper futurum ſpondes, reſponde aſſentior. Hîc rex Anglorum aſſentiri ſe dicet: tum rex Frãcorum ad fidem & oſculum regem Anglorum admittet. Sanctius eſt iuſiurandum Caroli Regis Nauarræ, cùm fidem Carolo V regi Francorum daret anno M CCCLXX. quia non ſolùm vaſſallus ſed etiam ſubditus erat regis Francorum tametſi iura maieſtatis in Nauarros haberet, & in Bearnenſes eadem iura ſibi deberi prædicaret, vt poſteri quoque, ſed adhuc de agro Bearnenſi ſub iudice lis eſt, Formulæ fiduciæ Arturi II. Petri vtriuſque, & Ioannis Montfortij, qui Armoricæ prouinciæ duces fuêre, conſimiles ſunt: præter verbum ligij hominis. In ſubditis verò vaſſallis formula fiduciæ vberior eſt, ac ſanctior, quia duplici obligatione deuinciuntur: exteri vaſſalli non item, At diu multúmque dubitauit Eduardus III. an iuriſiurãdi formulam in fœdere præſcriptam, ſequeretur: & certè manus ſuplices habere principio recuſabat, & in Angliam redierat, vt populi conuentus, eam ob cauſam, haberet: eò legati Francorum miſſi ſunt, ac ſemeſtre temporis ſpatium, in ea controuerſia diſceptanda tranſegerunt, tandem rex Eduardus formulam propoſitam ſequi maluit, quàm tot beneficiis, quibus in Gallia fruebatur, carere. Quum verò vaſſallus idem eſt, qui ſubditus, arma, pileum, pallium, calcaria, chirotecas exuere, ac genibus flexis manus ſuplices in principis aut procuratoris ſui manus inſerere neceſſe habet, & ita fidem præſtare: at etiam moribus noſtris, patrono licet abeſſe, nec ſi velit, procuratorem, fidei accipiendæ cauſa, conſtituere tenetur, ſed vaſſallus ne prædio fiduciario careat, prædij dominantis locum adire ſolet, ac pro foribus carmen eo, quem diximus, habitu, vſurpare. At Veromandurum[31] moribus vaſſallos, fidem patrono præſenti dare oportet: ſed ſi patronus abeſt, ſatis officij fecerint etiam præſentes, ſi per procuratorem id faciendum curent: ne Vaſſalli dignitas, abiectiore perſona procuratoris

[30] titul de auxil. vaſſall. in feudis. Clemētin. paſtoralis. de re iudic. ſpec. in § quoniā de feudis.

[31] articulo conſuetudinis generalis 220.

curatoris minuatur: Quòd ſi vaſſallus hęredes habeat triginta vnuſquiſque fidem, petente patrono, præſtarē cogitur[32], vt iampridem Philippi Auguſti Regis Francorum decreto cautum eſt, anno M. CCIX. alius tamen alio more vtitur[33]. An igitur vaſſallum, id eſt alterius hominem, etiamſi domi Regno potiatur, ſummam poteſtatem ac iura maieſtatis habere dicemus? an eum qui viliſſima obſequia præſtare, & vt verbo fiduciæ vtamur, ſeruiat alteri, ſummum Principem appellabimus? At pleríque Principes agros latè patentes, ac beneficia fructuoſiſſima deſerere, quàm ſeruitutem iſtam ſeruire, maluerunt: alij ius maieſtatis vt cederēt, nec precibus vllis, nec pretio adduci potuerunt: nam Princeps Auraſius
B Ludouico XI. Regi iura maieſtatis Auraſij principatus vendere recuſauit. Quamquā Regij procuratores iura maieſtatis, Auraſio Principe vindicante, ſæpe obſtiterunt. Iā verò primo capite fœderis Britiniaci Eduardus III. Anglorum Rex, vt omnia iura maieſtatis ſibi tribuerentur in iis regionibus, quas hæreditario iure in Gallia poſſidebat, ne fidem, aut obſequium Regibus Francorum præſtare cogeretur diſertè excepit. Nec aliam ob cauſam Stephanus Valechiæ præſes à Regibus Poloniæ defecit, quàm quòd Rex Polonus, tentorium, in quo Stephanus, ſuplex, obſequium ac fidem præſtabat eodem momento diſcindi iuſſit, vt omnium oculis pateret. Hanc contumeliam veteratoriè ſibi illatam grauatè tulit Stephanus: neque id mirū videri debet iis, qui meminerint, Caliſtenem
C Ariſtotelis propinquum, mortem potiùs optaſſe, quàm Alexandri magni genibus, adorantis[34] ac ſuplicis modo aduolui, more Perſarum, tametſi Alexander ſuplices amplexu & obſculo dignaretur: quod etiamnum Imperatoribus Romanis vſitatū erat, cùm regibus ſceptra & inſignia Regia largirentur: ſic enim Tiridates Armeniæ rex Neronis genibus aduolutus eſt, quem Nero manu præhenſum erexit, oſculóque donatum, thyaram de capite detraxit, eíque diadema circū impoſuit, poſtremò ad dextram ſedere[35] iuſſit. Quibus autem regna fruenda concedebāt Romani, etiamſi ab iis fidem aut obſequia nulla exigerent, nihilominus tamen Romanis Principibus ſponte inſeruiebant, ac miniſtrabant[36]: alij ſeſe Romanorum procuratores appellabant, vt Aderbalus
D Numidiæ Rex, Eumenes quidem Pergami rex fuſo ac mortuo Mithridate Ponti rege, Romam venit, ac pileum geſtans, acceptam populo Romano libertatem tulit: erat enim pileus recentis libertatis argumentum. Pruſias verò Bithyniæ Rex quoties Senatum ingrederetur, limen deoſculari conſueuerat, ſe mancipium Senatus appellans, tametſi æquo fœdere cum Romanis ſocietatem contraxiſſet. Ille cultus, quantuſcunque ſit, qui ab arbitrio cuiuſque proficiſcitur, nihil aut parum admodum de iure maieſtatis detrahere videtur: ſed obſequium illud quod ab inuitis vaſſallis extorquetur, ſeruitutem ſapit, nec Turcarum, ac Perſarum Principibus, quicquam grauius eſſe videtur. Et quidem Suleimanus rex Turcarum Ioānem Hungariæ regem, quem bello cęperat, in regnum libenter reſtituiſſet, ea lege vt beneficio acceptum ferret, ac fidelitatem vaſſallorum in modum exhiberet, niſi Ferdinandus qui Pannonias ad ſe hæ-

32 § omnes filij. ti. de feudo cōtro. Zaſius in ep. t. feud. Par. 7. ait Germanis moribus vni pro omnibus ſufficere. vt etiam plerique Galliæ moribus ſi fide quidem a ſingulis præſtari æquū eſt, iura non accedit patrono, nec decedit vaſſallo.

33 Cenomani aliter § 13. & Veromandui vide Molin. § 2 glo. 4 nu. 25.

34 Q. Curtius Arrianus Plutarc. in Alexand.

35 Tranquil. in Nerone.

36 Dio de Augusto.

*Polyticus hoc mancipiū riſu dignum exiſtimat.*

reditario iure pertinere contendebat, obſtitiſſet: ídque Sigiſmondo Auguſto, Poloniæ Regi, per legatos teſtatus eſt Suleimanus: vt quidem accepi ex literis quas Staniſlaus Roſdrazeroſcus ad Annam Mommorantium, equitatus Gallorum magiſtrum, ſcripſit, anno M. D. L. V. Quamobrem Franciſcus maior Rex Francorum, ad creatores Imperatoris Germanici reſcripſit, cauendum eſſe, ne Carolum Auſtrium ad imperium vocarent, ne imperij decus ac maieſtas, ſub vaſſallum Francorum ſubiungeretur. Quæ res cùm Imperatorem vehementer pupugiſſet, Franciſcum bello Papienſi captum, non ante dimiſit, quàm nexu & fiducia Francorum, Flandria & Arteſia omnino liberarẽtur. At nonmodò vaſſallus, ſed etiam Ligius extitit, nec tantùm Ligius verùm etiam ſubditus regis Francorum, id eſt in ipſa Flandria natus & educatus, quæ tum erat imperij Gallici prouincia: tametſi Gaudauum, Caroli patriam, & vrbes maritimas, pleríque excipi putant: nam Frandriæ Comites, Regni Francorum pares ab hoc regno cõdito ſemper habiti, & iura maieſtatis, ſemper antea quidem ſunt, maximè tamẽ Atrebatenſi excepta, fœdere, quod quidem percuſſerunt legati Caroli VII. Regis Francorum, cum Philippo II. Burgundiæ Duce. At etiam Carolus V. iam Imperator creatus à Franciſco Rege, petiit, vt ſibi liceret Atrebatẽſe tributum à ſuis exigere, anno M. D. XX. cui Franciſcus repoſuit id ſe permiſſurum, dum nihil de iure ſuæ maieſtatis detraheretur, vt quidem didicimus ex mandatis, quæ legato Francorum in Hiſpaniam eunti data fuêre. Quanquam grauiores cauſæ proponi poterant, quæ Principes Germanorum ab electione Caroli V. ſummouere debuiſſent. Neque enim Carolus tantùm vaſſallus Ligius, & quidem Francorum imperiis, ac legibus ſubditus, ſed etiam Pontificis Romani vaſſallum ſe Ligium profeſſus, pro regionibus ac prouinciis omnibus, quibus tunc potiebatur, exceptis admodum paucis in Belgia, & Burgundiæ libero comitatu, quẽ Arnoldus Comes dono dederat Conrado II. Imperatori anno M. CCV. Deinde Carolus IIII. Imperator, Carolo VI. Delphinatum Principi conceſſit fiducia contracta, quam ex Archiuis deſcriptam habemus. At cùm Pontificis Romani vaſſallum ſe Ligium profeſſus eſt, in formula fiduciæ Regni Neapolitani, iureiurando promiſit, ſe, nec imperij Germanici curam, ſi quando à Principibus Germanorum crearetur, nec Mediolanenſem principatum ſuſcepturum, & iis quidem legibus, & conditionibus, in fidem ac patrocinium Romani pontificis acceptus eſt. Quæ clauſula noua videri non debet, cùm ſit antiquiſſimis omnibus actis fiduciarum inſerta, iam inde vſque ab Vrbano V. pontifice Romano qui regnum illud, Carolo, Ludouici regis fratri, fruendum conceſſit, & in actu fiduciæ Edmundi Henrici Regis Anglorum filij, qua regnum illud adeptus eſt ab Innocentio IIII. pontifice M. CCLV. cuius formulam ex actis Vaticanis deſcripſimus. Ego Henricus Dei gratia Rex Angliæ, nomine Edmundi filij noſtri Regis Siciliæ, plenum & ligium vaſſallagium facio Eccleſiæ Romanæ &c. Et in actu fiduciæ Roberti Siciliæ regis M. CCCXXXVIII. iureiurãdo ſpopõdit princeps, ſe nec imperium Germanicum, nec Mediolanenſem principatum, nec vl-

nec vllum in Hetruria dominatum petiturum,nec vltrò ad ſe delata, accepturum,aut ſi contra faceret Neapoleos ac Siciliæ Regno cariturum. Conſimile eſt,Caroli Siciliæ regis Iuſiurãdum,anno M.CCXCV. & Ioannæ reginæ, anno M.CCCXLVIII. Nec aliter Ferdinandus Hiſpaniarum Rex Caroli V. Cæſaris auus maternus, poſſeſſionem Regni Siciliæ à Iulio II. Pontifice Romano potuit adipiſci, quàm iis quas dixi conditionibus, & annuo cenſu, vnciarum auri octo millium, præter auxiliares copias,formula fiduciæ veteris comprehenſas,cum exceptione agri Beneuentini. Cuius obligationis ea vis erat, vt cùm primùm Romanus Pontifex alicui bellum indixiſſet, eodem momento Siciliæ Regis opes

B & copias aduocaret, vt etiã aduerſus amicos arma caperet. Sic Alphonſum Siciliæ regem, Sextus Pontifex armauit aduerſus Florentinos, propterea quòd Piſanum Cardinalem,pontificis Romani legatum, à latere, & quidem ſubornatum,pontificio veſtitu in crucem egiſſent. Ac noſtra ætate Paulus III.Pontifex Carolum V.Cęſarem,qui maximo cum exercitu bellum in Gallia gerebat,ad pacis actiones cõpulit,vt coniũctis cum Franciſco rege copiis omnibus, in Principes Lutheranos arma conuerterent:id enim primo capite,pacis Sueſſionẽſis,cauebatur[27]. Ac tametſi paulò ante, Caroli exercitus à Gallis in Italia cæſus eſſet, ac proſtratus,& exitu dubio in Gallia dimicaturus videretur,nunquam tamen ad pacem ineundam adductus eſſet,niſi à Põtifice Romano cogeretur. Non quia

27 anno 1544. Septembri menſe.

C Pontificem publica calamitas, aut Eccleſiæ perturbatæ rationes tam commouerent, quàm Caroli opes, quibus vniuerſam Europam facilè domuiſſet,niſi Francorum armis ac potentia impediretur. Indignum etiam videbatur,quòd Carolus Clementem VII.Pontificem Romanum, cum Cardinalibus obſeſſum, vrbe direpta, ad turpiſſimam deditionem compuliſſet,ac præter ingentem vim auri, quam à captiuis Pontificibus extorſerat,(neque enim ante liberari potuerunt,quàm aureorum nummûm CCCC. millia exſoluiſſent) etiam Neapolitani Regni cenſu, qui maximus erat,actione pacis,omnino liberatus eſt:fiduciæ tamen cætera capita eodem, quo antea iure, rata fuerunt. Sic tandem,ſed ſerò admodum, cognitum eſt tum à Pontifice Romano, tum etiam à Germanis

D Principibus,nihil pernicioſius fieri potuiſſe,quàm alterius principis vaſſallum,alterius ſubditum, ad tantum imperium vocare. Romam enim vnà cum ſuo Pontifice, Germanorum viribus diripuit ac ſpoliauit: Germanorum verò copias Romani pontificis opibus attriuit. Ac tametſi principatum Mediolanenſem, & imperii Germanici ſceptra, ſub imperiali fiducia teneret, priùs tamen auxilium Pontifici Romano debuiſſe conſtat. Nec verò Pontifices Romani licere putant Imperatoribus cuiquam imperare, niſi ſuo beneficio imperialem coronam accipiant: & quidem Pius V.Pontifex, Ferdinandum Imperatorum per legatos acerbè increpuit, quòd imperialem coronam à ſe non haberet, quam antea Carolus frater accipere non dubitarat: ac iam illum, interdictionis ſacrorum metu,ad id coëgiſſet, niſi Philippi propinqui & Caroli Francorum regis precibus placaretur. Hîc occurret aliquis, fieri non potuiſſe,

vt Carolus v. Cæſar, Regis Francorum ligius ac ſubditus, idémque Pontificis Romani imperij Germanici ligius fuerit: cùm nemo vaſſallus ligius plurium eſſe poſſit[38]: etiamſi plura prædia ſingulis accepta ferat: quia fides & auxilia vni eidémque primò ac præcipuè debentur, & quidem ſine exceptione[39] acſi quidem plurium hæredum vaſſallus ligius fuerit eiuſdem prędij nomine, omnibus ſimul, non tamē ſeparatim: quia tametſi fidelitatis actus legitimus ſit indiuiduus, & in ſeruitutibus indiuiduis, ſolidum ab hæredibus debeatur[40], quod etiam de fidelitate pleríque putant[41]: veriùs eſt tamen vni tantùm eſt patronis, quem vaſſallus elegerit, ſi diſſideant patroni, aut omnibus ſimul fidem deberi, eóque iure vtimur: quia non debet durior[42] effici cōditio vaſſalli, quàm ſi vnus vni hæres eſſet: durior eſſet, ſi plures operas, plura obſequia, pluries fidem præſtare cogeretur: ídque multò magis in vaſſallo ligio, qui pluribus ſeorſum fidem ſine exceptione dare nō poteſt: ligium interpretor ex iure feudorum, cùm plerique appellatione abutantur. Memini quadraginta ſeptem fœdera, quæ reges noſtri Philippus v. Carolus v. vi. vii. Ludouicus xi. cum Germanis principibus coïerūt, quibus ſe auxilio futuros aduerſus omnes, excepto imperatore ac rege Romanorū, ſpoponderunt: nec dubitarunt ſe vaſſallos ligios regis Francorum eo iureiurando conſtituere, excipio Treuerenſem Pontificem, qui ſe ſocium ac fœderatum Regis appellat, non vaſſallum: tametſi penſionem perinde vt alij principes à Rege acciperet: nullum tamen prædium à regibus Francorum habuiſſe conſtat: vnius Ducis Gueldrij iuſiurandum proponam vt de rěliquis iudicium fieri poſſit, his verbis Latinè conceptum: Ego deuenio vaſſallus ligius Caroli Regis Francorū, pro ratione quinquaginta millium ſcutorum auri, ante feſtum D. Rhemigij mihi ſoluendorum &c. anno m. cccci. menſe Iunio. Quinetiam inter Reges ipſos ſæpe fœdera concipiebantur, his verbis, vt alter alterius ſe vaſſallum profiteretur: vt in fœdere contracto inter Philippum Valeſium & Alphonſum Caſtiliæ regem anno m. cccxxxvi. quæ ab ignoratione legatorū profecta nunc meliùs explicantur. Vt igitur eò vnde digreſſa eſt, ſe referat oratio, nec potuit, nec certè debuit Carolus Cæſar fidem & obſequium Pontifici Romano promittere, ſine exceptione Regis Francorum, cuius erat & vaſſallus ligius, & ſubditus: qui tamen ſi ſubditus non eſſet, modò ligius, aut ne ligius quidē, modò vaſſallus[43], antiquior tamen fides & obſequium debebatur: aut ſi æquales eſſent inter ſe pugnantes, neutri deberetur: quoniam ſeruitutū ea lex eſt, propter indiuiduam ſui naturam, vt eorum concurſu, quibus exhiberi debeant impediatur: nam inter ſocios æquales, prohibentis conditio potior[44] eſt: tametſi in fœderibus iure contractis, auxilium dari conſueuit iis, qui iniuriam acceperunt. Illud tamen perſpicuum fit à ſubditis, ſummam præcipuámque fidem ac obedientiam deberi, cui præiudicium, poſteriore fiducia contracta, creari non poteſt. Itaque in iis legibus, quæ à Ludouico xi. & Philippo ii. Burgundionum duce de ordinibus illuſtrium equitum latæ ſunt, vno capite cauetur, vt cuiuſcunque ordinis fuerint equites, obſequium tamen & auxilium

*Nemo pluriū vaſſallus ligius eſſe poteſt.*

38 Guido Pap. deciſ.310. Specul. tit. de feud. §.1. q. 10. Bal. in l. vnica. §.1. col. vlt. de caduc. C.

39 Bal. in cap. cęterū. col.3. de iudic. expl.

40 l. ea quæ. de regu. l.2. de verb. oblig.

41 Accurſ. in l. vſusfructus legatus. de vſufr. Bal. in l. j. q.22. de rerū diuiſ. Angel. in l. loci corpus. §. ſi functus. ſi ſeruit⁹. Rom. l.3. de verborū oblig. Aluarot. in c.1. §. omnes. ſi de feudo.

42 l.2. §. incertā de prætor. ſtipul. l. damni. 1. §. ſi is qui de damno. l. cui fundus de cōdit. & demōſtrat. l. nec in plures. de exercit. l. quod ſi nolit. §. ſi plures de ædilit. tex. in l. imperialē. §. ducatus. de prohibita. Iſern. Iacob. Belloni. Bal. Hoſtieſ. in ſumma tit. de feud. §. vlt. Martin. laud. in d. §. omnes. Zaſius in epito. feud. parte. 7. qui eundē Germanis morē eſſe tradit.

*Actus Iuriſiurandi ducis Gueldriæ.*

43 Molin. in tit. de feud. gloſ.4. §. 2. nu.3.

44 l. viā cōſtitui. de ſeruit.

auxilium ſuo, cuíque principi aduerſus eos qui bellum inferant, ſine dignitatis periculo, ac ſine fraude, laturum: dum tamen princeps ipſe, cui auxilium debeatur, præſens ſit, ídque Ordinis Principi, cui equeſtre decus acceptũ ferat, denũciarit. Quibus rebus intelligitur Carolum Cæſarem, nec Pontifici Romano, nec Imperatoris Germanici creatoribus, fidem ſine exceptione regis Francorum dare potuiſſe: at etiam Tarraconenſe Regnum Romanis Pontificibus iampridem Reges Aragonum accepto tulerunt, vt videre eſt in formula fiduciæ, ac iuriſiurandi, quod Petrus Rex Aragonum Innocentio III. Pontifici maximo præſtitit, his verbis. Ego Petrus, Rex Aragonũ, Comes Barcinonæ, dominus Montiſpeſſulani, cupiens præter Deum, principali beati Petri & Apoſtolicæ ſedis protectione, muniri, tibi reuerendiſſime pater, & domine ſumme pontifex Innocẽti, & pro te ſacroſanctæ Romanæ eccleſiæ, & Apoſtolicæ ſedi, offero Regnum meum, illúdq; tibi & ſucceſſoribus tuis in perpetuum pro remedio animæ, & primogenitorum meorum, conſtituo cenſuale, vt annuatim de camera regis ducenta quinquaginta Maſſimitinæ Apoſtolicæ ſedi reddãtur: & ego ac ſucceſſores mei, ſpecialiter & fideles, & obnoxij teneamur: hac autem lege perpetua ſeruandum forum decerno, quia ſpero & confido, quòd tu & ſucceſſores tui, quaſi beati Petri manibus in regem duxeris ſolenniter coronandum. Actum Romæ anno Chriſti M. CC. IIII. Illud quidem Tarraconenſe regnum Pontificibus Romanis oblatum eſt, ab Arragoniæ Regibus, ne ob ſcelera & parricidia vapularent: ſed Sardiniæ & Corſicæ Regnum à Pontificibus eſt ad reges Aragoniæ delatum, vt ſolent Pontifices aliena magnificè largiri. Id autem perſpicitur ex hac fiduciæ formula, quam ex Archiuis Vaticanis deſcriptam habemus. Pontifex max. de fratrum ſuorum aſſenſu dat in feudum regnum Sardiniæ & Corſicæ proprietatem eccleſiæ Romanæ &c. Per capam auream te præſentialiter inueſtimus, &c. ita tamen quòd tu, & ſucceſſores tui, præſtabitis homagium ligium, vaſſallagium plenum & fidelitatis iuramentum &c. & cẽtum equites armatos, & vno equo ad arma, & duabus equitaturis ad minus per quemlibet, & quingentis peditibus terræ veſtræ de Arragonia, cum gagiis per trimeſtre à die, quo intrabunt terram eccleſiæ, &c. & inſuper cenſum duorum millium marcarum argenti bonorum, & legalium ſterlingorũ vbicunque fuerit Romanus Põtifex in feſto beatorum Petri & Pauli, annis ſingulis, ſub pœna excommunicationis poſt quatuor menſes &c. & poſt tertium terminum, ſi non ſolueris, tu hæredéſve tui à dicto Regno Sardiniæ & Corſicæ cadetis ex toto; & Regnum ad Romanam eccleſiam reuertetur. Huic cõſimile iuſiurãdum præſtitit, Iacobus rex Arragonenſis, anno M. CCCCLIII. addita cautione, vt leges quæ à Regibus anteà latæ fuiſſent, abrogarentur, & vt Pontificem maximum ordini Eccleſiaſtico prouocare à regis ſententia liceret. Eodem iureiurando Ferdinandus & Alphonſus ſeipſos obligarunt, ac fiduciam renouârunt, anno M. CCCCXLV. Extant etiam in Archiuis & publicis actis curiæ Romanæ, Regum vaſſallorum nomina, hoc ordine poſita, Reges Neapolis, Sici-

*Fiduciæ formula Regis Aragonum.*

liæ, Arragoniæ, Sardiniæ, Hieroſolymorum, Angliæ, Hiberniæ, Hungariæ: hæc deſcriptio vetus eſt eorũ principum qui ante annos CCCLXXX. fidem & obſequium Pontificibus Romanis exhibuerunt. Ex quo verò Luſitaniæ Regnum, Henrici Bononienſis virtute, Mauris ereptum eſt, Reges ipſi ſeſe vaſſallos Pontificum Romanorum conſtituerunt, & nũmûm aureorum duo millia annui cenſus ærario Pontificum Romanorum dependerunt. Itaque Innocent. IIII. Pontifex Rom.[45] Regni Luſitani Principes per literas admonuit, vt Regi prodigo curatores darẽt, qui Reipublicæ gubernacula, capeſſerent: Canarias item ac Heſperides, & Gorgonidas inſulas, Reges Hiſpani à Romanis Põtificibus, fiducia contracta, poſſidere ſe profeſſi ſunt, iam inde à Ludouico Rege Hiſpano M.CCCXLIII. dicta lege annui cenſus quadringentorum florenorum. At etiam vtriúſque Indiæ, & quæ ad ortum Solis, & quæ ad occaſum ſpectat, dominatum ſibi reſeruauit Alexander VI. Pontifex Romanus, ea lege vt Caſtiliæ & Luſitaniæ Reges fiduciario nomine, hic Orientis, ille Obitus inſulas haberet, cùm ſcilicet vtrique Regi terrarum orbem iudicio finium regundorũ terminis in Atlantico mari poſitis, Pontifex Romanũs adiudicaret. Reſtabat in Hiſpania Granatẽſe & Nauarrę regnum, quorum alterum Petro Albreto, alterum Mauris Ferdinandus, Caroli Cæſaris auus maternus ademit, cõceſſu Iulij II. Pontificis Romani, præclara pietatis ſpecie, ſcilicet interdictione ſacrorum: ea lege tamen vt vtrínque Regnum à Pontifice Romano fiduciario iure poſſideret. Ac tametſi Carolus Cæſar Regnum Nauarræ ad ſe pertinere iactaret iure largitionis Germanæ Fuxææ, quam Ferdinandus ſecundis nuptiis ſibi deſponderat: cùm tamen legati Caroli V. iura Regis Nauarræ diſceptarent, nec largitioni locum eſſe perſpicerent, interdicta Pontificia iniuſtiſſimis rapinis obtendere non dubitarunt. Interdictionis autem cauſa fuit, quòd Petrus Albretus Rex Nauarræ Ludouici XII. Francorum Regis, qui primus pater patriæ eſt appellatus, fidem & amicitiam prodere iubente Iulio II. Pontifice max. noluiſſet: cùm regis Ludouici ligius vaſſallus eſſet: nec vlla pontificis obligatione teneretur. Nullum igitur regnum, at ne prædium quidem vllum reſtabat, quod Carolus Cæſar fiduciario iure non poſſideret: nam inſulas Baleares, Maioricam & Minoricam, Arragoniæ regno adiectas fuiſſe conſtat, cùm primùm Iacobi Fortunati hæredibus ereptæ fuerũt. In Belgia verò nihil extabat quod vel regum noſtrorum, vel Germanorum ſupremo dominatu non teneretur. Ac tametſi variis fœderibus noſtri principes Flandriæ & Arteſiæ principatum Carolo Cæſari cõceſſerint, adhuc tàmen reſtat Burgundiæ regio, quam appellant Carolæum comitatum, cuius quidem proprietas ad Regem Hiſpaniarum, dominatus ad Regem Francorum pertinet, & fiduciario iure ab Hiſpano rege poſſidetur, vt in eo ipſo ſe regis noſtri vaſſallum profiteatur. Caſtiliæ verò regnum iure ſucceſſorio ad Ludouicum IX. Regem materno iure delatũ fuiſſe nemini dubium eſſe poteſt, qui modò res Hiſpanicas tractarit, & quidẽ Caſtiliæ Principes Ludouicum ad ſceptra materna, ſolennibus actis, qui adhuc in Archiuis Francorum extant,

*Regnũ Luſitaniæ Põtificibus Romanis obnoxium.*

25 cap. grandi de ſupplẽda negligentia Prælat.

B C D

extant, euocàrunt. Non tamen dubito Hiſpanos illud obiecturos, Blancam Ludouici IX. filiam Caſtiliæ regi nupſiſſe, ea lege vt omnia regni iura quæ patri competere potuiſſent genero concederentur. Id tamen non potuit Ludouicus, niſi Senatus populúſque Frãcorum aſſenſionem præbuiſſet: cùm filiæ, ac ſorores regũ dum collocantur ac nubunt, nihil præter pecuniam de regalibus Francorum prædiis delibare poſſint. Ac ſi quis putet regem Francorum prædia materna, aut ea quæ nõdum vnione legitima agris dominicis addicta fuiſſent largire potuiſſe, cuiuſmodi Caſtiliæ regnũ videri poſſit: nihilominus tamen extat in Archiuis Francorum fœdus poſtea contractum à Carolo V. rege Francorum, & Henrico Caſtiliæ Rege M.CCCLXIX. quo quidem fœdere, Henrichus iureiurando ſpopondit, ac promiſit, ſe regnum Caſtiliæ, fiduciario iure habiturum, & Francorum Regibus ſe accepto laturum, Frãcorum fiduciarium ſe, ac vaſſallum conſtituens: propterea quòd Caroli Regis opibus & copiis regnum illud ſibi ereptum recuperauerat. Cùm igitur Caſtiliæ regnum hæreditario iure ad mares & fœminas deferatur, Henrici heredes, maiorum pactis & ſponſionibus obligati tenẽtur: quæ obligatio nullam vim habitura fuiſſet ſine Senatus & populi cõſenſu, niſi Caſtiliæ regnum hæreditarium fuiſſet. Aliud igitur de regno Francorum ſentiendum & ſtatuendum. Itaque reſponſum eſt à prudẽtibus [46], Philippum Bellum Francorum regem non potuiſſe Arturum Armoricæ ducem, regi Anglorum fiduciarum elocare, niſi regnum Francorum eodem iure à ſe abalienare, & Anglorum regi concedere vellet: quod ne ſumma quidem ac legibus omnibus ſoluta poteſtate efficere potuiſſet [47], niſi Senatu populóque Francorum aſſentiẽte: aut certè non maius eſſet habitura pondus ac momentum, quàm ceſſio Ioannis regis Francorum, qui pacis actione, quam cum Anglis inierat apud Caletes, omnia iura regni Francorum, cum omnibus actionibus & exceptionibus quæ ad ſe pertinebãt Anglorum regi conceſſerat: ſed hæc rupta ſunt Carnutenſi fœdere, quo quidem rex Anglorum, ius illud ceſſione ad ſe delatum repudiauit. Idem iudicandum relinquitur de fœdere Tricaſſio, quod Carolus VI. regni Francorum ſceptra detulit ad Henrichum V. Anglorum regem, ſine populi conſenſu. Itaque Martinus Pontifex max. nullis Anglorum precibus adduci potuit vt fœdus illud ratum haberet: ſed Carolum VII. Caroli ſexti F. regem Francorum appellauit, quia Frãcorum imperium nec ab inteſtato, nec teſtamento, nec ceſſione transferri poteſt, ſed regia lege, cui reges, non ſi velint, derogare poſſint, niſi Senatus populíque Gallici conſenſione. Aliorum alia ſunt iura, alij mores. Sed hîc mihi à nonnullis occurri poſſit, an is qui imperii Germanici principatum adeptus eſt, totum illud vaſſallorum ſeruile obſequium non exuat? quemadmodum ſi princeps aut populus ſeruo magiſtratum tribuat, ſeruitutem ab eius ceruice depuliſſe, ac libertatem [48] dediſſe videatur. Id quidem nemini dubium eſſe poteſt, ſi ſeruus principis fuerit, alioqui de aliena libertate ſtatuere [49] nec principi, nec populo licet. Ita nec Germanis principibus vllum ius eſt in alienos ciues ac ſubditos, cuiuſmodi fuit Carolus

(Marginal letters: B at "rico Caſtiliæ Rege", C at "glorum fiduciarum", D at "populi conſenſu".)

46 Cynus in l. i de nouat. C. ait Azonẽ in ea ſententia fuiſſe. idem tradunt Hoſtienſis, Andreas, I. l. in cap. dil ectu de maioritate & obedie. Corneus conſi. 321.

47 Baldus excipit plenitudinẽ poteſtatis conſi. 333. col. vlt. lib. 1. & Boſſius Senator Mediolanenſis id fieri poſſe putat in æqualem, aut maiorẽ ſine feudi trãſlatione. tit. de principe nu. 229. & 230.

48 l. Barbarius de offi. prætor.

49 l. ad beſtias de pœnis.

Cæſar. At ne imperij quidem Germanici Imperator per ſeſe iura maieſtatis habet, niſi aliunde regnum, omni obſequio ac fiducia, liberum adipiſcatur. At tametſi Imperator ad ſuos creatores & principes Germanorum, quaſi ad ſeruos domeſticos orationem habet, iiſque imperat vt ſeruis, hæc tamẽ fiunt in ſpeciem antiquę maieſtatis, cuius vmbram quidem retinent, rem verò penitus amiſerunt. Eſt enim in principum & optimatum libero conuentu illius imperij maieſtas. Itaque vniuerſi non ſingulos modò principes, verũetiam Imperatores ipſos imperio ac poteſtate exuere conſueuerunt. Imperator verò nec leges iubere, nec tributa imperare, nec exercitus cõuocare, nec magiſtratus aut imperia tribuere, nec bellum indicere aut finire, nec conuentus admittere aut dimittere ſine optimatum ac principum conſenſu poteſt. Itaque Maximilianus I. Imperator, cùm haberet conuentus in vrbe Conſtantia anno M.D.VII. principes Germanorum admonuit de legati pontificis oratione, qui coronam imperialem à pontifice maximo & peti & accipi oportere contendebat: fruſtrà id quidem, & ad pompã magis atq; ad oſtentationem fieri, quàm ad imperatoris aut imperij decus, cùm ſatis omnibus cognitum eſſet, maieſtatem imperij Germanorum in principibus, non in ipſo Imperatore poſitam eſſe, hæc ille quæ vera ſint, nec-ne ſuo loco diſſeretur. Illud modò qui ſummam poteſtatẽ legibus omnibus & principum obſequiò ſolutam habeant, aut pauciſſimos, aut eſſe neminem. Nam ſublata Venetorum Republica, nulli ſunt in Italia principes, nullæ Reſpublicæ, quæ imperium ac poteſtatem aut regi Francorum, aut Imperatori, aut pontifici Romano, non ferant acceptam: quod iam de regno Siciliæ ac Neapoleos expoſuimus. Dux autem Mediolanenſis fiduciarius eſt Imperij Germanici, cui dominatum agri Mediolanẽſis accepto ſemper tulit, & conſueta vaſſallorum iura exſoluit: certè Maximilianus. I. Imperator annis haud minus XVI. centum ampliùs aureorum numûm millia poſſeſſionis ac fiduciæ nomine, partem à Ludouico XII. rege, partem à familia Sfortiadum conſecutus eſt. Nam qui nunc duces Mediolanenſes appellantur, auorum memoria, id eſt ante annos centũ & quinquaginta vicarij dicebantur, & Vrbs ipſa hoſpitium Imperatoris. Galeacius II. & Barnabas frater in formula fiduciæ, ac iureiurando quod præſtiterunt Carolo IIII. Cæſari, non alio quàm vicariorum nomine appellantur. Galeacius verò I. quòd ſuis ciuibus tributũ ſine Imperatoris venia imperaſſet, maieſtatis accuſatus eſt, & in arcem Mutinenſem Imperatoris decreto cõiectus in qua tandem, cùm diutiſſimè is vixiſſet, ſquallore ac morbo contabuiſſe dicitur. Eius filius Actius à Ludouico Bauaro Imperatore, primus Mediolani princeps eſt appellatus M.CCCXXXVIII. cùm imperatori centum aureorum millia, turbatis imperij rebus diſſoluiſſet. Secutus eſt Galeacius III. ſocer Ludouici Aureliorum ducis, qui centum millia Florenorum Friderícho III. Imperatori dedit, vt ducis honore ac dignitate potiretur anno M.CCCXCVIII. Is verò qui ſe Mantuanum ducem vocat, & Imperii Germanici principem ſe, & in Imperij Germanici patrocinio ac fiducia eſſe profitetur. At Ferrarienſis dux,

partem

partem ſuæ ditionis, Ferrariam, inquam, Pontifici Romano, cætera Imperio Germanico accepta non erubuit conſiteri. Et quidem cenſum annuum ac fiduciarium Pontificis Romani ærario dependere conſueuit: neque ita pridem, id eſt anno M. CCCLXXII. Marchio Eſtenſis, vicarius primùm eſt in Vrbe Ferraria conſtitutus à Gregorio pōtifice Romano, ſub fiducia Eccleſię Romanæ, & annuo cenſu aureorū florenorū decem millium, ac centum equitum grauis armaturæ ad tuendum eccleſiæ Romanæ ſtatum ac dignitatem, vnà cum ſtipendio trimeſtri, quoties res ita poſtularet, vt quidem ex Archiuis Vaticanis didicimus. Quinetiam Iulius II. Pontifex Romanus Rhegium àc Mutinam quaſi eccleſię Romanæ beneficia vindicare conatus eſt, & aduèrſus ducem Ferrarienſem ac
B Ludouicum XII. Regem, ad cuius clientelam confugerat dux Ferrarienſis, arma cæpit, ac diu bellum geſſit, vt fiduciarium ac vaſſallum eccleſiæ Romanæ in ordinem cogeret, cenſúmque magna ſui parte ab Alexādro VI. Pontifice ac ducis Alponſi facere deminutum pontificibus integrum diſſolui curaret. Certè Francorum Reges iampridem principum Ferrarienſium clientelam ac patrocinium ſuſceperūt, ex quo Borſus, qui Dux Ferrarienſis primus eſt appellatus, ſe vaſſallum ligium Caroli VI. Regis profeſſus eſt, ac propterea ei permiſſum vt Francorum ſtemmata duces pręſe ferrent: cuius rei acta publica in Archiuis Francorum adhuc extāt. Quod ad Florentinos attinet illi ſeſe iampridem cum Volaterranis, Are-
C tinis, Piſtorienſibus ab imperii Germanici, poteſtate libertatem redemiſſe iactant, cùm ſex florenorum millia Radulpho Cæſari eo nomine exoluiſſent. Iiſdem etiam temporibus Genuenſes, eiuſdem principis beneficio, iura maieſtatis ſe adeptos eſſe teſtantur, qui tamen cùm à Venetis grauiſſimas clades accepiſſent, ſe primùm in patrocinium Caroli VI. regis Francorum, nec multò poſt Mediolanis ducib. ſponte ſubiecerunt, ea lege vt regum noſtrorum eo nomine fiduciarios ſe profiterentur. Lucenſes verò ac Senenſes eadem libertate donati ſunt, cùm Henrico V. Cæſari pretium libertatis, hi decem, illi duodecim florenorum millia ſoluiſſent. Totidem Petrus Gambacurtius Carolo IIII. Cæſari numerauit, vt ſummam in Piſanos poteſtatem adipiſceretur. Sed cùm iura ma-
D ieſtatis Imperij Germanici venalia non ſint, nec ſi eſſent ab Imperatoribus, ſine principum Germonorum cōſenſione, diſtrahi potuerint, perſpicuum ſit eas pecunias quæ à ciuitatibus Italiæ pro libertate adipiſcenda exactę fuerūt, tributi aut penſionis nomine ſolutas fuiſſe. Quare cùm Imperatores nec poſteris principibus, nec Imperio Germanico præiudicium creare potuerint, nemini dubium eſt, quin ſemper liceat ac licuerit Imperatoribus, ciuitates illas in ordinē cogere, non aliter quàm domino in ſeruum fugitiuum perpetua manus iniectio eſt [50]. Idque ſatis intellectum eſt, cùm Maximiliani I. copiæ in Italiam effuſæ, vnà cum Ludouici XII. legionibus ciuitates omnes ingenti metu terruiſſent, Florentini legatos ad Cæſarem miſerunt, vt obſequium præſtarent, & imperata facerent. Ille acceptis aureorum quadraginta millibus beneficia à Rodulpho indulta confirmauit, vt ſcilicet ſuæ Reipublicæ ſtatum guberna-

50 Bart. in l. vlt. ſoluto matri. Faber in § pe. de aſſignat. lib. Iaſo in l. debitorū. de pactis. C. Cynus in l. 1. de nouat. C.

re ac regere ſibi precario liceret. Ac tametſi Coſmus Florẽtinorum dux Senenſium libertatem:vi & armis oppreſſerit, & ad deditionem diuturna obſidione compulerit, non tamen iura maieſtatis ſibi vindicauit,ſed beneficio Hiſpani regis, qui vicarius,ab Imperatoribus eſt in vniuerſa Italia conſtitutus,Senẽſium agris ac Republica ſe vtifrui teſtatus eſt, Imperij Germanici clientem ac vaſſallum ſe ferẽs. Quod ſatis eſt argumenti,Senenſes antea ſui iuris non fuiſſe: aut ſi fuiſſent, cur Iulius II. pontifex Romanus aureorum triginta millia Maximiliano I. Imperatori dediſſet[51], vt eos Vrbinatum duci manciparet. Cur denique Coſmus Medices, fractis Senenſium opibus, & euerſa Republica aureorum ſexcenta millia Hiſpano Regi ſolueret, ſéque imperii Germanici fiduciarium profiteretur? quam pecuniam rex Hiſpanus duci obtulit,vt Senẽſes priſtinæ libertati reſtitueret,vt quidem Hiſpanus iactabat,id tamen agebatur vt Parmenſium Duci Senenſes, Parmam autem ac Placentiam Mediolanæ ditioni ſubiungeret.Non igitur potuerunt Germani Imperatores iura maieſtatis Italiæ ciuitatibus tribuere, aut vectigalibus populis libertatem,cùm ne Regibus quidem, qui ſummam Reipublicæ poteſtatem habent,id liceat,at ne agri quidem publici glebam diſtrahere, multò minus proprietatem largiri. Reges enim ac ſummi principes nõ modò prædiorum publicorum dominium aut proprietatem non habent, ſed ne integrum quidem vſumfructum,quippe vſu ipſo contenti, cætera Reipub.debeantur.Itaque Carolus IIII. Cæſar cùm beneficia Peruſinis tributa confirmaret, hanc legem dixit, QVOAD VIVERET. Vrbem tamen & agrum Peruſinum Iulius II. Pontifex Paulo Baleoni ademit, & eccleſiæ Romanæ,vnde diſtracta fuiſſe dicebatur,ſubiecit. Quæ verò Italicarum ciuitatum, aut Florentini Ducis maieſtas eſſe poteſt, cùm ab Imperatore & ab Imperiali curia iudicium accipere, & iudicata facere cogantur, quoties de re publica, de finibus, de ſtatu inter ipſas agitur: nam tametſi Gennẽſes minùs quàm cæteræ ciuitates Italicæ Imperatorum iuſſa antea fecerint, cùm tamen à Marchione Finali, quem domo expulerant, ac bonis omnibus ſpoliatum eiecerant, ad Imperatoris Maximiliani II.tribunal vocarentur, ſeſe iudicio ſtiterunt. M.D.LIX. & cùm arbitrum putarent,non iudicem, Imperator tamen iudicem ſe ferẽs Gennenſes antea vocatos citari iuſſit, ac poſt edicta peremptoria cùm abeſſent, vadimonium deſeruiſſe pronunciauit, hoc addito niſi Feriali ſuo parerent vrbem & agrum Gẽnenſem ſe proſcripturum.Illud autem planum eſt, qui alterius dominatu ac imperio non teneatur, ab eo iudicari aut proſcribi non poſſe. Nec verò Imperialis curia Mindá, Munſteram, Magdeburgam, niſi Germanorum finibus & imperio tenerentur, proſcribere potuiſſet: multò minùs Imperator Gennam, niſi ditione Germanorum contineretur. Itaque cùm Gennẽſes à ſententia interlocutoria Maximiliani, Pontificem Romanum appellaſſent, appellatione deſerta,iudicato paruerunt:ac tandem Imperator pro Marchione pronunciauit[52]: cùm ſe Imperij Germanici vaſſallum profiteretur: Gennenſes verò quaſi ſuum vindicarẽt. Nec multò poſt ab eodem Imperatore alio iudicio

51 Guichardin.

52 anno 1560.

iudicio damnati ſunt, cùm in exilium egiſſent Antonium Fliſcum, qui prouocatione ac Cæſarem vicit. Quæ quamquam ita perſpicua ſunt, vt minimè dubitari debeat quin Italiæ ciuitates citra Rubiconem ac Tiberim, exceptis quibuſdam Imperij Germanici finibus, teneantur, planiùs tamen fit vna omnium Italiæ Iuriſconſultorum [53] voce, qui negant vllis Italiæ ciuitatibus leges condere ius eſſe, quæ Romanorum legibus, quas Friderichus promulgari iuſſit, contrariæ ſint. Iam verò Italiæ ciuitates eo fœdere, quod in vrbe Conſtantia ictum eſt, anno M. CLXXXI. iura maieſtatis, aut nulla habuiſſe, aut ea repudiaſſe conſtat: nam eo fœdere quæ beneficia ciuitatibus Italiæ conceſſa confirmantur, iura maieſtatis

[53] Bart. Bal. Arg. Salic. in l. cūctos populos de ſumma trinitate. C.

B diſertè excipiuntur. Itaque Alexander Imolenſis omnium ſui temporis Iuriſcōſultorum peritiſſimus, Italiæ ciuitatibus, iuriſdictionem quidem eſſe tributam, ſed eo nomine iura maieſtatis non eſſe conceſſa, ídque vel ea ratione, quòd ciuitatibus de ſuo iure dubitantibus aut diſcrepantibus iudices ab Imperatoribus dari, ac iudicia conſtitui ſoleant. Multò minùs igitur Germanorum ciuitates imperij Germanici finibus comprehenſæ iura maieſtatis haberent: tametſi quaſdam gloriari videamus, de libertatis ſpecie quam ab Imperatoribus olim acceperunt: Nuremberga, inquam, ab Imperatore Federicho I. Iſnia ab Othone III. Ægra à Ludouico Bauaro. Sunt etiam quę ſeipſas in libertatem aſſeruerunt, cùm principum finitimorum ſeruitutem acerbiorem ferre non poſſent, cuiuſmodi

*Principes ac ciuitates Germanorū imperij fiduciales.*

C eſt Vlma, Brunſuicha, Lubeca, nam ea quæ libertas ab illis appellatur, vetus eſt à muneribus quibuſdam vacatio, vectigaliúmque ac tributorum immunitas ab Imperatoribus cōceſſa ſine vlla maieſtatis deminutione. Itaque vrbes illę, quas dixi, imperij Germanici decus venerantur, leges accipiunt, magiſtratibus parent, Imperialis curiæ iudicia, & comitiorum decreta probant: nec tantùm publica ac priuata iudicia principum, ac ciuitatum inter ipſas, ſed etiam priuata iudicia ſingulorum, ab imperiali curia derimuntur, ſi à ſententia, quæ aureorum quinquaginta ſummam excedat, prouocatum ſit: cùm igitur Imperialis curia propinquū ac ciuitatum iudicia confirmare, aut infirmare ſuo iure poſſit, conſequens eſt, nec principes, nec ciuitates iura maieſtatis habere: nam vt ait poëta ne-

D ſcio quis, Reſcindere nunquam Diis licet acta Deûm. Heluetiorum verò Reſpublicas antea diximus ab Imperio Germanorum, premente Prę fectorum tyrannide, auulſas: adhuc tamen Imperij Germanici maieſtatem ſic reuereri & colere, vt ab Imperatore Ferdinando, libertatis acceptæ beneficium ſibi confirmari popoſcerint: quæ formula quædam eſt fiduciæ veteris. Citra Rhenum quidem non deſunt, qui ſummā in ſuos poteſtatem habere ſe iactent, alterutum tamen neceſſe eſt, aut regum noſtrorum, aut imperij Germanici, tertium nihil eſt, ſubditos & clientes eſſe: cùm nemini dubiū ſit, qui modò antiquitates Francorū meminerit, neſciat Lothoringię & Arelatēſium regna poſt Lotharij occaſū inter Carolū Caluū Imperatorē Francorū, & Ludouicū Germanorū Regē familiæ herciſcūdæ iudicio diuiſa fuiſſe? Id quidē copioſè Vitaldus, Floardus, & Lambertus, optimi antiquitatis interpretes, tradunt. Ius verò cliente-

lareac fiduciarium, nullis temporibus præſcribi, aut excludi poſſe, nec precariam poſſeſſioné, quæ vel à Regibus noſtris, vel à Principibus Germanorum extorta fuit iura maieſtatis tribuere potuiſſe ignotum eſt nemini: quo efficitur precariæ maieſtatis poſſeſſores, aut regũ noſtrorum, aut Imperij Germanici fiduciarios eſſe. At tametſi pleríque putent Lothoringum ducem iura maieſtatis habere, ídque ſignificari brachii armati ſpecie, quo velut emblemate, ad imperij vim & maieſtatem iudicandum, vti conſueuit: falluntur tamen cùm nihil tam maieſtati cõtrarium, quàm ſeipſum Imperii Germanici Principem profiteri. Item ab Imperiali curia iudices accipere, ac iuriſdictionem ſubire cõſueuit. Nam quòd inter Germanos Principes ordine poſtremus eſt, nec antiqui Lotharingorum ducis locum habet, hoc ideo fit, quòd Lothoringiæ imperij Germanici prouinciæ particulam tantùm habet: eſt enim Lothoringia omnis regio quæ Moſa ac Rheno flumine concluſa eſt. Itaque Brabantini duces & Imperatores Germanici ſeipſos Lothoringiæ duces appellant: vt Carolus IIII. Cæſar in fœdere quod cum Ioãne rege percuſſit, ſe quoque ducem Lothoringium vocat. Hæc tamen quæ nunc dicitur Lothoringia, Imperij Germanici pars eſt: & Princeps ipſe Imperij fiduciarius: nam Stephanus Bononienſis poſſeſſionem Lothoringiæ ab Henricho I. Cæſare adeptus eſt, & eo nomine fiduciarium ſe imperij profeſſus, anno M.XIX. Certè quidẽ Federichus Lothoringus Vallimontis Comes, mortuo Carolo duce ſine prole maſcula, principatum ad ſe iure proximitatis pertinere contendebat apud Sigiſmundum Cæſarem coram patribus concilij Conſtantienſis, ob eam tãtùm cauſam, quòd Imperiale feudum eſſet, cuius incapax erat Iſabella Caroli hæres, quæ Renato Andium duci nupſerat, qui non quidem negauit imperiale feudum eſſe, ſed plerá que id genus ad fœminas delata fuiſſe. At cùm res ad arma prolapſa eſſet, Renatus à Federico fractus & captus non ante carceribus, ereptus eſt, quàm pactis ſpõſalibus inter Iolandam Renati filiam, & Antonium Federici filium, iis conditionibus vt Federici hæredes Lothoringiam ſucceſſorio iure poſſiderent, ſi Renatus ſine prole maſcula moreretur. Vtrunque autem accidit, nam Antonius mortuo Nicolao Renati nepote, Lothoringiæ principatum adeptus eſt. Quòd ſi Lothoringia Imperij Germanici finibus eſt comprehenſa, neque comes Aſperi montis, neque Cumarum dominus qui Lothoringia continentur, iura maieſtatis ſibi vindicare poſſunt: cùm ipſo iure perſpicuum ſit, eos qui agrũ certis finibus deſcriptum habent, eodem iure in ſingulos[54] vti quo in vniuerſos: niſi ſingulari quodam beneficio immunes ac liberos eſſe tabulis certiſſimis teſtatum ſit. Hoc quidem argumento de iure maieſtatis deturbari poſſunt, qui in alieni imperij finibus poſiti ſummam in ſuos poteſtatem exercent, quod diiudicare difficilius eſt in iis qui in finibus Regni iura maieſtatis vſurpant: cuiuſmodi ſunt quinque Reguli in finibus Burgundionum, quos tum liberi comites, tum duces pro fiduciariis ſæpe vindicarunt: pro quibus cùm bella ſuſcepta fuiſſent, ipſi ab vtríſque partium ducibus impetrarunt, ne fraudi ſibi eſſet, quòd interim liberi, neutra-

*Lothoringicæ dux Imperij Germanici fiduciarius.*

B C D

*Lothoringiæ principatus ad Comites Vallimontis deuolutus.*

54 l. qui ex vico ad municipales l. forma de cenſib. Faber. in l. 1. de iure emphyteut. C. & in l. cunctos populos. de ſumma trinitate. C. argu. l. pupilli. § territorium. de verb. ſig. Soc. cõſ. 84. col. 2 lib. 1. & conſ. 169 lib. 2. & cõſ. 127. lib 1. col. 2. text. in l. æde ſacra. de contra empt. & cap. cum epiſcopi. de offi. ordin. cap. 1. §. itẽ. cũ notis Bal. quibus modis feudũ amittatur.

neutrarũ partium eſſent, quoad belli exitus de re tota decerneretur. Sic
tandem diuturna poſſeſſione maieſtatis abutentes precarium Ius perpe-
tuum fecerunt: ſed antea ſæpe dictum eſt ac dicendum eſt ſæpius, nec
iura maieſtatis, nec libertatem à fiduciariis & vaſſallis præſcribi poſſe:
multò minus ſi clam aut precario tenentur. In eo genere eſt Bear-
nenſis regio in finibus Franciæ ac Nauarræ, quam procurator gene-
ralis fiſci in curia Pariſiorum prouinciam huius imperij eſſe conten-
debat, refutatis erroribus procuratoris Toloſatium, qui Francorum
prouinciam eſſe negauerat anno M. D. V. ac tametſi adhuc ſub iu-
dice lis eſt, precario tamen Rex Nauarræ vtitur fruitur iure maieſta-
B tis. Conſimilis cõtrouerſia extitit eſt principatu Donbarum: quem Li-
zetus, cùm aduocatum fiſci ageret in fiducia regum noſtrorum eſſe ora-
tione copioſa diſſeruit: nec ducem Allobrogum Imperatoris autoritate,
cuius Vicariũ ſe ferebat, Imperio Germanico attribuere potuiſſe, quod
temporibus calamitoſiſſimis belli ciuilis factum fuiſſe diſputabat, cùm
ſcilicet Dux Aurelius & Burgũdiæ vniuerſum Regnum in partes diſtra-
xiſſent M.CCCXCVIII. Ita Princeps Orientalis Friziæ, & qui agrũ inter-
iacentem Angliam inter & Scotiam occupant, qui ager controuerſia-
rum appellatur: tum etiam Abbas Goſenus in Lothoringorum ac Me-
tenſium finibus, monaſterium cum XXV. pagis ſumma imperij poteſta-
te moderantur. Non aliter Belloioci dominus, cùm primùm ſeſe Fran-
C corum imperiis ac legibus exeruiſſet, à duce Allobrogum Imperatoris
Germani vicario ſuſceptus, & in Imperij fiducia poſitus, tãdem quoque
ab Imperio defecit. Ducem verò Allobrogum Iura maieſtatis habere v-
na voce tradunt Italorum Iuriſconſulti [55] iuniores, ídque in ſuprema cu-
ria Allobrogum iudicatum eſſe: quæ omnino cum vicarij ac vaſſalli mu-
nere pugnant. At etiam Ozaſcus [56] Taurini Præſes ſcribit Allobrogum
duces ſummam illam ac planè imperialem poteſtatem ab Imperatori-
bus adeptos eſſe: quæ certè poteſtas Imperatoris vicario tribui non po-
teſt: vt veriſſimè Felinus, optimus iuris interpres, ſcriptum reliquit [57].
Quid enim maieſtati tam contrarium, quàm ſe legatum aut præſidem
(id enim appellatione vicarij ſignificatur) profiteri, à quo iura maieſtatis
D habere te putes in ea ipſa prouincia cui præſis? At enim Allobroges ipſi
confitentur totáque eorum hiſtoria declarat, duces hanc imperij Ger-
manici prouinciam, quæ nũc Sabaudia dicitur imperij feudum extitiſſe,
& ab Henricho V. fiduciarios Comitum dignitatem aſſecutos, ac tãdem
Duces Sigiſmundi Cæſaris beneficio appellatos fuiſſe: certè quidẽ antea
ſemper duces, nec ita pridem Carolum patriæ reſtitutũ Imperatori fidẽ
dediſſe conſtat: biennio poſt, id eſt M D LXI. procuratorias tabulas ad Ar
carum Comitem Cæſaris cubicularium à Duce miſſas legi, vt nouã fidu
ciæ formulam ab Imperatore ſuo nomine poſtularet, quia non ſatis co-
pioſa illa ſibi videretur quam Auguſtæ acceperat. Id tamen effici non po
teſt, cùm vicarij munus iura maieſtatis eius prouinciæ cui præfectus ſit,
non admittat: at ne fiduciarium quidem aut feudatarium eſſe patiatur e-
ius prouinciæ, cuius ſummam habeat poteſtatem. Rex Hiſpanus qui-

*Sabaudia Imperij Germanici feudum.*

*Duces Saxoniæ & Palatini Comites vicarij Imperatoris.*

55 Socin. cons. 3 lib. 3 Curtius cõ. 196. Brunus conſ. 45 Iaſo cõſi. 227. lib. 2.

56 In deciſ. Pedemont. nu. 155 & deciſ. 101.

57 in cap. cũ te de re Iudic. & cap. quã in eccleſiarũ de conſtitut.

dem in vniuerſa Inſubria & Hetruria, Duces item Saxoniæ & Palatini Comites Imperatoris vicarij ſunt ac legati perpetui, vt iuriſdictionem abſente Cæſare exerceant, ſi qua ciuitatibus aut principibus inter ipſos aut etiam contra Cæſarem ipſum cõtrouerſia intercedat: quod quidem munus perſonale eſt,non prędiatorium:nec verò poteſt quiſquam fiduciarius eſſe eius prædij, cui præficiatur. Neceſſe igitur eſt Ducem Allobrogum Imperatoris vicarium eſſe, extra fines ſuæ ditionis, quod nec Heluetij, nec Rex Hiſpanus, multò minùs etiam Rex Francorum ferre poſſit: quinetiam Carolus IIII. Imperator, Carolum VI. Vienenſium Delphinatem,vicarium perpetuum creauit,M.CCCLXXVIII. & quia nõdum exceſſerat ex Ephebis,adiecit ętatis beneficium copioſiſſimo & gratioſiſſimo diplomate, vnde aurea ſigilla dependent, quod in Archiuis Regum noſtrorum me legiſſe memini. Vicarium autem perpetuum Arelatenſi Regno præfecit (excepta Sabaudia) eíque ius vitæ ac necis in Imperij ſubditos, ac poteſtatem, quæ à regia proximè abeſſet, conceſſit, id eſt vt capite damnatos ſuplicio eximere, tributa imperare, vectigalia indicere, vacationes munerum concedere, beneficia ac munera publica largiri, bellum decernere ac finire, leges iubere, aut latas antiquare, prouocationes ad Cæſarem diſceptare, & id genus alia efficere poſſet, quæ ineptè prouinciarum Præſidi, ſeu vicario ab Imperatore tributa videmus. Arelatenſis Regni fines à monte Iura, quem D. Claudij montem vulgus appellant, Arari & Rhodano vſque ad Alpes & mare Liguſticum pertinenti: Germani quidem eoúſque ſe Imperij ſui ditionem protuliſſe iactant. Sed Prouinciæ Comites ab Imperio Germanico ſeipſos iampridem exemerunt: inter quos extitit Raymundus poſtremus, cuius filia altera Ludouico IX. Francorum Regi, altera Carolo duci Andiũ nupſit: hinc ad Comites Andium Prouincia, inde ad Reges noſtros Renati Comitis largitione delata eſt. Quamquam Philippus Valeſius, Caroli VI. proauus Arelatenſis Regni ditionem vniuerſam ac iura maieſtatis ſibi coëmit ab Henrico V. Cæſare, cui argenti pondo ducenta millia pretij nomine ſoluit, coëmptionem verò Imperij ordines ratam habuerunt, cuius ratihabitionis prædem dedit Cæſar Ioannem Bohemiæ regem. Emptionum tabulæ, & ſolutionis, & ratihabitionis extãt in Archiuis regum noſtrorum: quas legi decuiſſet ab rege Henrico legati ab Allobrogum ducem ad cõtrouerſias vtriuſque principis componẽdas miſſi fuiſſe anno M.D.LXII. Illud autem animaduerſione dignum mihi viſum eſt, quòd emptionum tabulis omnia iura maieſtatis comprehenſa ſunt, quæ Imperatores Germani ſibi tribuunt in omnes Arelatẽſis regni regiones, quibus continentur Allobroges, Belloioci, Prouinciales, Burgundia libera, quam Carolus IIII. Cæſar Philippo Andaci Burgundiæ duci, prole maſcula comitum extincta, Imperiali iure fruendam dedit. Ex quo planum fit, reges Francorum in omnes Arelatenſis regni populos iura maieſtatis habere, nec Imperij Germanorum fiduciarios eſſe. Vicariũ quoque perpetuum creauit: Ludouicus Bonarus Imperator Eduardum III. Anglorum regem, iiſdem, quas modo dixi, legibus & conditionibus, in omnes

*Eduardus 3. Anglorum rex Imperij vicarius.*

omnes Imperij ſubditos,aut qui Imperiales prouincias ac ciuitates vſurparent:quæſita potius,quàm oblata occaſione,qua Philippo Valeſio regi,qui Cameracum,Payernam & arces finitimas imperij occuparat,bellum indiceret: principum Imperialiũ,quibuſcum Eduardus ſocietatem coïerat,oratione perſuaſus[58], cùm in vrbe Halla coacti docerēt antiquis Germanorum ac Francorum fœderibus cautum eſſe, ne Franci liberos populos, qui Galliæ finibus cõtinentur,Imperij Germanici ſubditos vexarent,aut ſuæ poteſtati ſubiicerent. Quo argumento nullum efficacius eſt ad iudicandum Reges Francorum imperij Germanici fiduciarios non eſſe: nec Imperatoribus in hoc regno vllum ius eſſe. Id quod

58 Froſſardus l. b. 1. c. 33.

B ſi anteà ignotum fuerat,tunc certè cognitum eſt,cùm Sigiſmundus Cæſar Comitem Sabaudiæ, Lugduni ducem creare vellet, cui acerrimè reſtitit Prætor Lugdunenſis.Itaque neceſſe habuit Cæſar regni finibus excedere,vt ſua poteſtate liberè vteretur.Id autem Caroli vi.regis iuſſu factum eſt,vt,quod anteà peccatum erat,emendaretur:nam Sigiſmundus Cæſar decenti apparatu, ac magnificentia planè regia Lutetiæ exceptus, vt regis auunculum & Cæſarem decuit, cùm in curiam Pariſiorum veniſſet,ſedem regiam occupauit,& equitem creauit Bellocarienſem Prætorem, tametſi curia regem admonuiſſet, nemini hoc in Gallia prætterquam regi licere, vt anteà ſæpe iudicatum erat. Quæ ſic à nobis ſcripta interpretor, vt quorundam erroribus, atque imprimis Alciati peccatis

C medeatur. Is enim regem Francorum imperij Germanici ſubditum eſſe ſcribit: quo nihil abſurdius ab eo dici potuit,quem tanta mercede accepta, quantũ in Gallia merebat, vera diſcere ac docere decuiſſet: quod ab errore profectũ eſſe non puto, ſed à gratia, vt Caroli v. Cæſaris,à quo Papiam accitus, ac maioribus præmiis auctus, imperatoris poteſtatem verbis amplificaret: aut vt Bartolum eius erroris autorem ſequeretur, qui eadem de regibus Francorum ſcripſit quæ Alciatus, cùm ſcilicet à Carolo IIII. Cæſare non tantùm ex ſpurio natalibus reſtitutus, ac nobilitatem adeptus eſſet, verùm etiam poteſtatem ætatis beneficio largiendi[59], ſibi ac poſteris,qui modò iura ciuilia docerent, conſecutus. Stemmata quoque ſuæ dignitati ac nobilitati congruentia, leonem, inquam,

59 Bart. in tractatu de Inſignijs.

D purpureum in area argentea adeptus. Hic igitur pro tot ac tantis benefactis, ſcripſit hæreticos eſſe qui negant Imperatorem Germanicum vniuerſi terrarum orbis dominum eſſe: Id quod ex Antonini Auguſti verbis ad legem Rhodiam colligere videtur, ego quidẽ,inquit[60],mundi dominus, lex autem maris. Quæ verba cùm ad pompam & dignitatis amplificandæ cauſa dicta ſint, refutatione minus egent. Satis enim perſpicuum eſt Romanorum imperium, quo tempore maximè floruit, id eſt,Traiano principe,vix trigeſimam orbis terrarum partem complecti potuiſſe. Eius autem imperij vix decima pars imperij Germanici finibus continetur. Quæ cùm ita ſint,nihilominus tamen Sigiſmundus imperij propagandi cupiditate inflammatus, omnia omnium imperia ſuo ſubiicere tentauit:quamquam ſua ſpe omnino fraudatus eſt.Nam duci Lituaniæ, cuius ditio longiſſimo terrarum tractu ab imperij Germanici

60 l. deprecatio ad l. Rhodian.

finibus abeſt, regiam poteſtatē, quam ipſe ſibi pepererat, obtulit:coro-
nam ac ſceptra miſit, quæ Dux omnia repudiauit, nec magni Ducis no-
men mutandum ſibi putauit, tametſi Tartarorum ſeruile iugum excuſ-
ſiſſet: ne iſta ratione poteſtatē ac imperium Germanis acceptum ferre
videretur. Quamobrem Poloni quoq; ſceptra regia ſibi ab Imperatori-
bus Germanicis oblata recuſarunt. Sæpe quidem, Germani Polonos ſub
imperium ſubiicere tentarunt: ſed inanes eorum conatus eluſerunt Po-
loni, qui etiam Seleſiam ac Pruſſiam, ab imperio Germanico auulſam,
ſuæ ditioni adiecerunt. Quod Pruteni equites cùm moleſtiſſimè tule-
rint, ac ſępiſſimè apud Imperij ordines de contumelia iſta queſti ordines
de contumelia iſta ſint, nihil tamen Imperatores audendum ſibi putârũt B
aduerſus Polonos à quibus anteà Germanorum exercitus repulſos, ac
fractos eſſe intelligebant. Neque tamen Poloni à Pontificibus Roma-
nis regia ſceptra capere dubitârunt. Et quidem Pontifices Romani cum
Germanis Imperatoribus diutiſſimè de Chriſtiani orbis ſummo imperio
ac poteſtate dimicarunt, & quaſi duces partium omnes Chriſtianos prin
cipes ac ciuitates ad arma vocarunt, tantíſque odiis nonnullæ ciuitates
ac Reſpublicæ, potiſſimùm tamen Italiæ, exarſerunt: vt non maiorem
cladem ab hoſtibus Chriſtiani nominis, quàm à ſeipſis accepiſſe videan-
tur. Nec verò defuerunt qui ſeriò ſcriberent, reges omnes ſacris initiatos
Romani pontificis clientes, ac vaſſallos eſſe[61]. iis etiam ſi furioſi aut pro-
digi fuerint curatores[62], à Pontificibus dari poſſe, quod ab Innocentio C
IIII. Pontifice aduerſus Luſitaniæ regem factum anteà diximus. At ta-
metſi Innocentius ſe regiæ poteſtati in curatore dando præiudicium in-
ferre nolle diceret, ea tamen cautio cum rebus abſe geſtis omnino pu-
gnabat. At etiam Vrbanus v. pontifex Henricum ſpurium Caſtiliæ re-
gem natalibus reſtituere[63] non dubitauit, vt Petrum fratrem iuſtis nu-
ptiis quæſitum de regno deturbaret. Hic igitur Gallorũ opibus nõ mo-
dò de imperio deiectus, ſed etiam à fratre ſpurio cæſus eſt. Tradunt etiã
nonnulli[64] Romanos pontifices in Imperatores iuriſdictionem ipſo iu-
re habere, cæteris autem regibus, reipſa imperare: reges tamen Franco-
rum excipiunt, quos etiam iuris pontificij interpretes[65] confitentur,
poſt Deum immortalem ſe ipſis ſuperiorem agnoſcere neminem. Id e- D
tiam melius Belluga iuriſcõſultus Hiſpanus, & Oldradus ſuæ ætatis de-
cus, qui negant quemquam in orbe terrarum principem rege Franco-
rum ſuperiorem eſſe. Qui verò in cæteros principes Romanis pontifici-
bus poteſtatem tribuunt, Gelaſij pontificis autoritate mouentur, qui
ſtatuit principes à pontificibus Romanis imperio ac poteſtate ſpoliari:
& ab omnibus principibus pontificem Romanum appellari poſſe: Pon-
tifici tantùm ac Imperatori res à ſe iudicatas reſcindere[68], ac principes e-
tiam imperio exuere, aliis non licere[69]: nec principis nomine dignum
quem Romanus pontifex ſua voce nõ deſignarit. Illud etiam abſurdiùs,
quòd Pontifici Romano omnes vbique terrarum ſubditos ſuorum prin
cipum legibus ſoluere, tum etiam immunitatem concedere ac vacatio-
nes à muneribus publicis largiri licere[70]: denique ſolum ac ſupremum
legum

61 Bal. in cap. paſtoralis. de reſcript. ex cap. intelleximus de iureiurando.
62 Bal. in l. reſcripta de precib. imperat. offer. C. Spec. in ti. de leg.
63 cap. per venerabilem. qui filij ſint legitimi.
64 in cap. nouit de iudic. cap. ſolitæ. de maioritate & obedientia gl. in l. 3. de offi. proconſul.
65 Petr. Bellug. tit. 14. § nunc videamus num. 29. Oldra conſi. 69.
66 ca. intelleximus. de iureiurãdo. ext. Bald. in c. paſtoralis de reſcript.
67 cauſa. 2. c. ad Romanam. Hoſtienſis in cap. cũ Ioãnes de fide inſtru. Panor. in ca. ex literis. de probat. ex. c. ego de iureiurãdo. cauſa 9. q. 3. & canone aliorũ & ca. nemo & cano. cũcta per mundi & ca. nemini. 17. q. 4.
68 not. in l. 1. ſententiã reſcindi nõ C. & in cap. cũ literis. de reſtitut. ſpoliat.
69 Bald in c. 1. de nat. feudi. ex ca. paſtoralis. de ſentẽt. & re iudicata.
70 cap. Clericis. c. quia nulli. de immunitate Eccleſiar.

legum humanarum arbitrum [71] ac iudicem eſſe putant. Quid mirum ſi
Principibus imperat is qui Angelos imperio coërcet? Et quidem Clemẽs
v.p.m. Angelis imperare non dubitauit. Quoties autem Pontifex Ro-
manus ſuis reſcriptis clauſulam DE PLENITVDINE POTESTATIS adii-
cit, omnium Principum legibus ac edictis derogare poſſe pleríque pu-
tant, ac Pontificum dictis ſcriptíſque fidem haberi oportere, nec de rei
veritate ampliùs inquirendum. Baldus [72] tamen ſcribere auſus eſt, licere
Pontifici Romano dicere, SALVA reuerẽtia veſtra. Theologi verò Pon-
tificiorum hominum ſcripta, quibus omnia Põtifici maximo licere pu-
tant, confitentur quidem, ſubtilius tamen interpretantur, ídque duo-
B bus verbis, CLAVE NON ERRANTE. Sed quoniam boni ciuis eſt, ſui
Principis ac Reipublicæ maieſtatem modis omnibus tueri, ego nec Ia-
cobi Terranæ, qui Pontificis Romani cubicularius fuit, nec Caroli Moli-
nei, cuius ſempiterna laus eſt, aut Capitonis, aut aliorum innumerabi-
lium ſcripta refellere decreui: propterea quòd alius alium Romani Pon
tificis odio vel gratia reprehendit: pleríque in diſputationes de religione
delapſi, ſcripta maledictis compleuerunt. Hîc autem de iure maieſtatis
agitur, vt planè intelligatur qui Principes in ſumma poteſtate ſint con-
ſtituti, qui Pontificis Romani aut Imperatoris ditione teneantur. Prin-
cipio quidem Gregorius Pontifex Romanus, is qui primus ſeruum ſe
ſeruorum Dei appellauit, ab Imperatore Phoca principatum in omnes
C Epiſcopos adeptus eſt. poſteri deinceps, honores Pontificios ad imperia
traduxerunt, & ſacra prophanis miſcentes, potentiam religionis ſpecie
incredibiliter auxerunt. At Principes ipſi magnam partem, religionis
metu, cæteri potentiorum exemplo, ſummos Pontifices reuereri, ídque
potiſſimùm, cùm Orientis Imperium in ruinam inclinaret: id eſt cùm
Romani Pontifices Italiæ ciuitates ac populos, quo minus Imperatori-
bus Conſtantinopoleos parerent, aut tributa ſoluerent, interdictis pro-
hibuerunt: occaſione inde quæſita, quòd Leo, is qui Iconomachus vſur-
patur Imperator, diuorum ſtatuas deieciſſet: qua re commota plebs, &
Romani Pontificis authoritate inflammata, Thomam Imperatorem in
Sophiæ templo necauit. Itaque cùm opes Orientis attritæ eſſent barba-
D rorum incurſionibus, ac Principes Græcorum recuperandæ Italiæ ſpem
abieciſſent, Regéſque Longobardorum Italiæ imperio potiri vellent, ac
Pontificum Romanorum opibus prohiberentur: nec tamen Longobar-
dis pares eſſent, ad opes Francorum aſpexerũt: auxilia potentiſſimæ gen-
tis in Italiam euocarunt: nec ſua ſpe fraudati ſunt. Nam Pipinus Præfe-
ctus prætorio, qui tunc Palatij magiſter ac maior domus dicebatur, opi-
bus & gratia florens, ingenti cum exercitu, ſuperatis Alpibus, Longobar-
dorum copias fudit ac proſtrauit: Inde Romam profectus, Zacariæ Pon-
tificis imperio Italiæ partem ſubiecit. Nam Pontifex antea Childerico,
gentis Meroneorum, Rege ſpoliato, Pipinum Francorum Regem de-
ſignauerat, ſacris etiam more maiorum initiauerat, quem Franci liben-
ter exceperunt, tum quia Caroli Martelli Frãcorum Principis filius, qui
rerum geſtarum gloria clariſſimus erat: tum quia Childerichus propter

[71] Reſcriptum Viennæ extat & in extrauagante de maioritate & obedientia 1 Fel. in cap. nõnulli de reſcript. nu. 8.

[72] in l. iureiurã-do. de teſtib. C.

ingenij ſtuporem, imperio minimè dignus videretur: quibus omnibus accedebat ſumma & auctoritas & gratia Romani pontificis, quem vti Deum aliquem cęlo delapſum populi proſequebantur. Ac tum quidem Pontifex ipſe, ſi Pipinus Longobardos ſubegiſſet, exarchatum Rauennæ ſibi fiduciæ nomine pactus erat, id eſt tredecim vrbes, & Pētapolim prouinciam quæ vrbibus ſexdecim continebatur. Parta victoria Pipinus, vt promiſſum impleret, harum vrbium claues ſacris diui Petri altaribus impoſuit: priùs tamen vtriúſque Prouinciæ dominatum ac iura maieſtatis ſibi poſteríſque ſuis, ac Romani Pontifici deinceps eligēdi poteſtatem ſibi reſeruarat: quibus rebus non modò libenter Pontifex annuit, ſed etiam, vt Pipinus Imperatorem ſe appellaret penè perſuaſit: qua appellatione nemo, exceptis Cōſtātinopoleos Imperatoribus, vtebatur. Mortuo Pipino Longobardi rurſus arma capere, Pontifices turbare, hi ad Frācorum aſylum omnia conſilia reuocare. Itaq; Carolus Pipini filius, qui bellicis laudibus abundans magnus eſt appellatus, valido cum exercitu ſuperatis alpibus, non modò Reges Longobardorum, ſed etiam regnum ipſum deleuit, & pontificum Romanorum potentia ſtabili fundamento firmata, Imperator à Pontificibus eſt appellatus: ac viciſſim Romani Pontifices, quādiu Carolus vixit ab eo omnes creati fuêre. Sed poſt Caroli occaſum, qui plus in vrbe Roma, minus tamen in curia Francorum, autoritate & gratia poterant, ſe à collegio Pontificum creari curabant. Ita Reges Francorum, tum externis bellis, tum etiam ciuilibus diſſidiis, quæ inter Caroli magni nepotes grauiſſima extiterūt, perturbari, ſummi pontificis creandi prærogatiuam deſeruerunt. Vitardus tamen bonus antiquitatis author ſcribit tres Romanos Pontifices in Galliam ſupplices veniſſe vt veniam impetrarent quòd iniuſſu Ludouici Pij Regis Francorum Pontificatum ſuſcepiſſent. Ludouicus Pius, vel quia gloriæ minimè cupidus, vel quia ſacrum ordinem irritare nollet, Pontificum Romanorum creationē ratam habuit: cuius erroris illum, tardè tamen pœnituit: eſt enim à collegio Pontificum imperio ſpoliatus, & in monaſterium iniectus: vxor etiam ſeorſum à marito cum ſacris virginibus incluſa, vterque tamen poſt à Principibus ac nobilitate Gallica cleri ſuperbiam acerbiſſimè ferente, in integrum reſtitutus eſt. Mortuo Ludouico, Francorum, Italorum, Germanorum, & Hiſpanorum Imperatore, Imperium trifariam diuiſum eſt, inter Carolum Lotharium ac Ludouicum, & Ludouici liberos, ſed iis legibus, vt ſinguli ſummam in ſuos vitæ ac necis poteſtatem, & omnia iura maieſtatis haberent: ac rurſus Lotharij imperium inter liberos trifariam diuiſum: vni quidem Regnum Lothoringiæ, alteri Regnum Arelatenſe, tertio Italia ceſſit. Ludouicus Germania, Carolus Imperator Frācorum Galliam tenebat: Ita ſingulorum potentia diuiſa debilitari cępit, & Pontificum Romanorum opes augeri, potiſſimum Nicolao 1. Pontifice, qui quòd Reipublicæ gerendæ peritia maioribus præſtabat, primus Lotharium minorem Ludouici Regis Italiæ fratrem acerbius increpuit, eíque ſacris interdicere auſus eſt. Mortuis deinde ſine prole Lothorij liberis, tria illa quæ dixi Lothoringorum, Arela-

Arelatenſium, & Italorum regna Carolus ac Ludouicus patrui inter ſe diuiſerunt. Ludouicus Rex Germanorum, Italiam, quæ illi ſorte obtigerat, per legatos regebat. At legatorum potentia, Romanis Pontificibus impar, obſiſtere nō poterat quo minus Pontificès imperium paulatim proferrēt: ídque potiſſimùm contigit, cùm Guiſchardus Normanus, regnum Siciliæ ac Neapoleos, Græcis ac Mauris ademptum, ſubegiſſet. Is enim vt Germanorum potentiam minueret ac tutius in Italia regnaret Pontificibus Romanis ſeſe adiunxerat, cùm autem Guiſchardi poſteri, ſine prole maſcula mortui, Neapoleos ac Siciliæ hæredem fœminam reliquiſſent, eáque Federicho II. Germanorū Imperatori nupſiſſet,
B maritus in Italiam profectus, vt ſibi potentiam confirmaret, Pontificem Romanum creauit alium, quàm qui erat à collegio Pontificum electus: is autem erat Innocentius IIII. generis ſplendore ac eruditione clarus. Hic igitur Italia pulſus, in Galliam, Pontificum aſylum, veniens, opibus ac potentia Ludouici IX. regis Francorum erectus, vt Germanorum potentiam infirmaret, Friderich II. ſacris interdixit: qui, quòd execrabilem ſe populis omnibus eſſe intelligeret, Italiæque motus ingentes aſpiceret, in Germaniam trepidus ſeſe recepit, ab Innocentio veniam ea lege conſecutus, ſi deinceps creandi Pontificis Romani auctoritate abſtineret. Tandem Friderichus Manfredum ſpurium Neapoleos ac Siciliæ Reginæ deſpondit. Huic etiam ab Vrbano V. Pontifice max ſacris
C interdictum eſt: nec eo contentus, Pontifex Carolum Ludouici IX. fratrem, ad Siciliæ regnū acciri iuſſit, eúmque in poſſeſſionem regni miſit, ea lege vt Beneuēti regio, & cætera quæ ſuperiùs diximus, integra Pontificibus Romanis reſeruarentur. At Manfredi poſteri, qui cum Aragoniæ regibus affinitatem contraxerāt, perpetua aduerſus Andium duces; bella pro regno Siciliæ ac Neapòleos geſſerunt: ſed cùm de recùperando regno pœnitus deſperaretur quandiu Pōtificem Romanum hoſtem haberēt, Aragonenſes Romanorum Pontificum ſe fiduciarios fore ſpoponderunt, non tantùm regni Neapolitani ac Siciliæ, ſed etiam Aragoniæ, Sardiniæ, Corſiciæ, ac Balearū Inſularum, partim etiam vt ſcelerum veniam conſequerentur. Interea Pontifices Romani ex alienis incom-
D modis ac diſſidiis ſua commoda augebant: ſummáque tranquillitate agro Romano, Spoletano, Beneuentano, bonáque Hetruriæ parte fruebantur. Vrbem verò quondam terrarum dominam, nullo repugnante, ſuis legibus, oppreſſa libertate, parere cogebant. Quamquam Carolus magnus Italiæ Imperio potitus, vrbem liberam eſſe iuſſerat in patrocinio ac fiducia, ídque Pontifices Romani iureiurando confirmauerāt: vt Auguſtinus Onuphrius Pontificis max. cubicularius ſcribit, & ex actis Vaticānis planum fit. At ſi quis Princeps tyrannidis, aut hæreſeos ſcelere inquinaretur, aut qui Imperanti Pontifici Romano minimè paruiſſet, ei ſacris interdicebatur: qua interdictione execrabilis non modò ſubditis, ſed etiā exteris Principibus ac populis eſſe videbatur, omniúmque direptioni patebat: nec veniæ adipiſcendæ ſpes erat, niſi vaſſallum ſe ac fiduciariū Pontificis Romani confiteretur. Hoc quidē de Regibus

*Francorum inde perpetua Regum Romanorū appellatio.*

Angliæ antea diximus, fiduciarios ac vectigales Eccleſiæ Romanæ factos, propter parricidium Arturi Armoricæ ducis, à Ioanne rege Angliæ admiſſum: deinde propter cædem Thomæ Pontificis Cãtuarienſis cenſum auctum fuiſſe. Nec aliam ob cauſam Pontifices Romani regia dignitate ſpoliarunt Poloniæ Reges, quàm ob cædem Staniſlai Gneſnæ Pontificis, iuſſu Regis perpetratam, cui ſacris interdictum eſt: tradunt etiam nonnulli propter id parricidium Polonos Pontificum decreto in occipite tonderi iuſſos quod, an verum ſit, affirmare non auſim, nec percontanti mihi cur id facerent, cauſam aperire Poloni potuerunt: attamen ex antiquitatis memoria conſtat poſt illius Pontificis cædem, Poloniæ Reges, etiam ſi iura maieſtatis haberẽt, non alio tamen, quàm ducum nomine appellatos vſque ad Lacoldi Poloniæ ducis ætatem. Is enim coronam regiam ac regium nomen à Ioanne XXII. (ſummo Pontifice adeptus eſt) ea lege, vt annuum tributum à Regibus Poloniæ Pontificis Romani ærario penderetur, quod pro lucerna D. Petri adhuc erogatur[73]. At præter ea regna quę diximus, Neapolim, inquã, Siciliam, Sardiniam, Corſicam, Aragoniam, Baleares inſulas, Heſperides, Paleſtinã, quorum Reges aut fiduciarij, aut vectigales Eccleſiæ Romanæ fuerunt, regnum etiam Hungariæ, & vtranque Pannoniam Pontificum Romanorum beneficio, à Regibus teneri iactabant: vt quidem catalogo feudorum Eccleſiæ Romanæ Hungaria continetur. At in Vaticanis actis, legi fiduciæ[74] formulam, qua Ladiſlaus I. Rex Hungariæ Benedicti XII. Pontificis Romani fiduciarium ſe profitetur, ab eóque coronam ac ſceptra ſuſcepturum promittit. Ladiſlao verò II. Regi Hũgariæ, quòd Pontificis Romani mandatis minus paruiſſet, ſacris interdictum eſt[75], nec aliter veniam obtinuit, quàm ſi centum argenti pondo, annui ſenſus nomine, Pontifici Romano dependeret. In iiſdem tamen actis Vaticanis extat interceſſio Principum Hungariæ aduerſus pontificis Romani legatum, anno M.CCCVIII. qua cùm diceret Stephanum I. Hungariæ Regem à Pontifice Romano coronam regiam accepiſſe, acerrimè reſtiterunt, neque id Romano Põtifici ius eſſe denunciarunt: nec tamen ſe prohibere, quò minùs Rex Hungariæ ſi vellet à Pontifice Romano coronam conſequeretur. In extremo plurima ſunt edicta legati Pontificis, de ſtatu regni, déque agris publicis Hungarię, ne Regibus quicquam diſtrahere liceret: ob id enim Andreas Hungariæ rex Honorij Pontificis Romani edicto Romam venire iuſſus eſt[76] vt cauſam diceret, cur agri publici partem diſtraxiſſet. Innocentius[77] quoque III. iuſſit Hungariæ regem vota patris implere: quòd ſi recuſaret, ad proximum quémque regni ſceptra delaturum teſtatus eſt, quod mirum videri non debet, cùm iiſdem ferè temporibus Comitem Toloſatum tributa noua[78] ſubditis Pontifex imperare vetuiſſet. Quantùm ad Paleſtinæ ac Syriæ regnum attinet Godefridi Bononienſis ac ſociorum opibus partum, conſtat regem eo nomine ſe pontificis Romani fiduciarum profeſſum eſſe: id etiam catalogo Romano comprehenſum legimus: & qui nunc ſacri ordinis equitum Hieroſolymitanorum magiſter appellatur, fiduciarius eſt obſe-

73 Thomas Cromerus.

74 anno 1229.

75 anno 1280.

76 Honorij 3. anno 1221.

77 in cap. licet. de voto.

78 in cap. ſuper quibuſd. de verbor. ſignif.

obſequentiſſimus Pontificis Romani, eíque ſummam poteſtatem, ac ſummum ius vitæ ac necis in equites, accepto ferre conſueuit: tametſi Tripolim Affricæ, fiduciario nomine habere ſe à Carolo v. Imperatore confiteretur, priuſquam in Turcarum poteſtatem veniret, vti nūc quoque Militam inſulam Hiſpaniarum regibus acceptam ferunt. Diximus antea regnum Nauarræ Petro Albreto interdictionis ſpecie ereptum, ab Hiſpanis Regibus ſub Pontificum Romanorum fiducia teneri. Nec ità pridem, id eſt Carolo ix[79]. rege Francorum, Pius v. Pontifex, cætera erepturus erat Ioannę reginæ Nauarræ eadem religionis ſpecie, niſi Carolus patrocinium eius ſuſcepiſſet, ac Pontificis interdicta prohibuiſſet. Idque cæteris Principibus, quorum maieſtati præiudicium allatura videbatur Reginæ illuſtriſſimæ proſcriptio, teſtatum eſſe voluit: quia pleríſque perſuaſum erat Pontificem Romanum in omnes orbis Chriſtiani reges ſummū imperium habere: ac noſtra ætate, cùm Henrichus viii. Angliæ & Hiberniæ rex, à pontifice Romano defeciſſet, Comes Aiſimundus Hibernus ad Henrichum ii. regem literas dedit, quarū exemplar ex Archiuis expreſſi, quibus ſe fiduciarum eius fore profitebatur, ſi à Pontifice Romano Hiberniæ dominatum impetraret. Diximus Hiberniæ regnum iam inde ab Innocentio iii. in pōtificum Romanorum fiducia fuiſſe. Mirandulæ quoque & Concordiæ principatum, Rhegium, Mutinam, Placentiam, Parmam, Romanæ ditiones eſſe iactāt, pro quibus diuturna bella Iulius ii. ac iii. pontifex vterque geſſit aduerſus reges Francorum: cùm tamen ſatis perſpicuum eſſet ciuitates illas ab Imperio Germanico pendere. De Parma quidem ac Placentia minimè dubium: cætera Mathildem hæreditario ac fiduciario iure ab Imperatoribus habuiſſe confitentur. Quòd ſi demus harum ciuitatum largitionem Pōtifici Romano fieri potuiſſe, & factum eſſe, vt Pontifices iactāt, oportuit etiam ſe Imperij Germani fiduciarios profiteri, ſed quia turpe videbatur Pontificem Romanum qui in omnes Principes imperium habere ſe diceret, Imperatoris vaſſallum ac fiduciarium haberi, iura maieſtatis omnium Italiæ ciuitatum, quæ in Eccleſiæ Romanæ dominio eſſent, ab Imperatoribus Romano Pontifici conceſſa fuiſſe, falſò, tamen prodiderunt. Et certè in actis Vaticanis extat & donationis formula ſine die ac Pontifice, qua Ottho Imperator (quattuor eiuſdem nominis extiterunt, ſed quem ſignificari velit ignotum eſt) dono dat eccleſiæ Romanæ, Piſaurum, Anconam, Foſſabrunum, & Auſanium: altera donationis formula eſt Otthonis iiii. ad Innocentium iii. His verbis concepta. Ego Ottho iiii. rex Romanorum ſemper Auguſtus, tibi domino meo Papæ Innocētio iii. tuíſque ſucceſſoribus eccleſiæ Romanæ, ſpondeo, polliceor, & iuro, quòd omnes poſſeſſiones Eccleſiæ &c. quæ ſequuntur copioſiſſimam omnium prædiorum ac ciuitatum, quæ tunc erant in eccleſiæ Romanæ dominio, ſiue Imperatorum, ſiue aliorum beneficio ac largitione poſſiderentur, confirmationem habent, in quarum ciuitatum numero hæ continentur, COMITATVS Peruſiæ, Reatæ, Saluiæ, Interannæ, Campaniæ, nec non Romam, Ferrariam &c. Marchiam,

[79] anno. 1562.

Anconitanam,terram Comitiſſæ Matildis, & quæcũque ſunt circa Ro- "
dicoſanum vſque Ceperanum,exarchatum Rauennæ,Pentapolim cum "
aliis terris, &c. Eadem ratihabitionis formula extat in actis Vaticanis "
80 anno 1289. 81 anno.1368. imperio ac authoritate,tum [80] Rodulphi,tum etiam [81] Caroli IIII. Im-
peratorum,quibus largiuntur, quatenus neceſſe videretur, ea quæ prius
ab Henricho V. Cæſare donata fuerant, vt diſcordiarum ſeminaria, quæ
Pontificibus,cum Imperatoribus antea fuerant, à ſtirpe conuellerentur.
Ex quibus Pontifices Romani ſe imperatorum vaſſallos ac fiduciarios
eſſe negant:& eas ciuitates ab imperio Germanico auulſas,ſibi vindicãt:
ſi tamen imperatores prædia publica, ac iura maieſtatis,ſine Principum
ac ciuitatum conſenſu largiri non potuerunt: nec prædia imperialia aut B
publica vſurpari debuerũt, multò minùs iura maieſtatis,ac patroni,cu-
ius æterna eſt in vaſſallum auctoritas fidem vlla temporum diuturnitate
præſcribere: quæ cùm ita ſint, conſequens eſt illud quoque Pontifices
imperij Germanici vaſſallos eſſe. Idem iudicandum relinquitur de
creatione Pontificum Romanorum, quam imperatores ſui iuris eſſe cõ-
tendebant. Nam Federichus II. Cæſar vt ab Innocentio IIII. Pontifice
Romano veniam conſequeretur, diplomate publico ſub aureis ſigillis
82 anno.1219. Imperij anno.7. regni Siciliæ 22. omnibus teſtatum [82] eſſe voluit,ſibi creandorum Põtificum ius nullum
eſſe, eius hæc verba ſunt. Illum abuſum tollere volentes, quem quidam "
prædeceſſorum noſtrorum exercuiſſe dignoſcuntur in electionibus prę "
latorum,concedimus vt electiones liberè fiant. Hæc in actis Vaticanis. C
Quibus verbis non modò Romanorum, ſed omnium Pontificum crea-
tionem omnino repudiare videtur. Quamquam illa Pontificum Ro-
manorum creatio ad Reges Francorum pertinet,non ad principes Ger-
manorum, qui nomen imperatorium ,Caroli magni regis Francorum
armis ac virtute partum,nullo iure vſurparunt. Certè quidem in omni-
bus antiquis fœderibus, quę cum Regibus Francorum,cæteríſque Prin-
cipibus icta ſunt,atque etiam in antiquis hiſtoriarum ſcriptoribus nuſ-
quam imperatores,ſed Reges Germanorum appellãtur, præterquam ij,
qui à Pontificibus Romanis coronam accepiſſent. At cùm Germano-
rum Regum dominatus in Italia longè latè pateret, ius illud creandi
Pontificis Romani vſurpare ſunt conati, ſiue ad potentiam & opes, ſiue D
ad ambitum & ſordes ſuffragiorum tollendas: nam Henrichus in Gre-
gorium VI. ſuffragio Cleri creatum de pontificatu deiecit,& Clemen-
tem II. pontificem Romanum renunciauit: deinde Clerum iureiurando
compulit, ne quem deinceps ad pontificatum admitterent, ſine impe-
ratoris Germanici conſẽſu,vt ex actis Vaticanis didicimus. Itaque mor-
tuo Clemente II. collegium pontificum legatos ad Cæſarem miſit, vt
Pontificem maximum, quem vellet renuntiaret. Imperator Peponem
deſignauit,qui Damaſus II. eſt appellatus:quo mortuo Clerus ad Impe-
ratorẽ legatos rurſum miſit ad pontificẽ creandũ.Is Brunoni,qui Leo IX.
dictus eſt ,pontificatum mandauit, eíque Victorem II. ſuffecit: poſt cu-
ius occaſum Clerus Friderichum pontificem maximum cooptauit:poſt
hunc Alexandrũ II. quod cùm intellexiſſet Henrichus IIII. Imperator,
Cadolum

Cadolum Parmenſem pontificem eſſe iuſſit: qui tametſi exceptus ab vniuerſa Inſubria, ab Alexandro tamen pontifice eiectus eſt. Alexādrum excepit Hildebrandus, qui Gregorius VII. vſurpatur, à pontificibus cooptatus. Is omnibus laicis interdixit, ne vlla beneficia eccleſiaſtica, ſacerdotiáve in quenquam conferrent, ſubiecta graui ſacrorum interdictionis pœna. Et quidem imperatorem Henrichum IIII. qui Pontifices in Germania renunciarat, publica execratione damnauit: quare commotus imperator ſuperatis alpibus Gregorium VII. qui annos XI. eccleſiæ Romanæ præfuerat vrbe exegit, creato Clemente III. qui deinceps annos XVII. pontificem maximum ſe ferens quatuor pontifices viciſſim à
B Clero creatos de pontificatu deiecit: poſt eius obitum Henrichus V. imperator Burdiuum pontificem eſſe iuſſit. Clerus verò Caliſtum II. natione Gallum, qui Burdinum ſibi ſedere compulit, & Henrichum ad Iuſiurandum adegit, ne deinceps vlla ſacerdotia cuiquam mandaret, ea lege tamen vt comitiis pontificium adeſſe poſſet. Extat illud in actis Vaticanis de imperatore Henricho V. „Pro ſalute animæ meæ dimitto Deo „& ſanctis Apoſtolis Petro & Paulo, ſanctæque eccleſiæ Catholicæ, omnem inueſtituram per annulum & baculum, & concedo in omnibus eccleſiis quæ in imperio meo ſunt, canonicam fieri electionem. Anno poſt ducenteſimo ac vigeſimo nono Ludouicus Bauarus imperator Nicolaum V. pontificem Romanum creauit: at Ioannes XXII. homo Gallus
C qui pontificem Romanum ſe ferebat, tametſi Auenione conſtitiſſet, Ludouicum imperatorem publicis edictis ad ſe venire iuſſit: recuſantem interdictione ſacrorum damnauit: cōtra verò Imperator Ioannem Pontificem in ius vocauit, cùm diceret Pōtifices ſuis edictis ac iuſſis obſequentes eſſe oportere: ſed cùm Pontifex acriùs obſiſteret, Imperatoris ſententia Romæ lata Ioannes honore pontificio indignus iudicatus eſt: ídque Nicolao V. præſente, qui poſtea à Piſanis proditus, & Auenionis carceribus concluſus, dolore contabuit: imperator verò, quòd execrabilis videretur, ab omnibus deſertus eſt. Atque hic octauus[83] imperator extitit, cui ſacris interdixerūt Pontifices Romani, poſt cuius occaſum nihil deinceps imperatores Germani aduerſus Pontifices audendum ſibi putarunt. Nam Carolus IIII. Imperator, publicis tabulis, quas ex Vaticano expreſſimus, teſtatum reliquit, ac Innocentio V. pontifici Romano ſcripſit, ſe quidem imperatorem à principibus deſignatum, ſed à Pontifice Romano ſuam creationem ſtabiliri & confirmari, coronam etiam imperialem inde accipi oportere: tabularum principium eſt huiuſmodi: Poſt pedum oſcula beatorum: quæ verba in omnibus imperatorum ad Romanum pontificem literis, iam inde à Ludouico Bauaro ad hæc vſque tempora repetita videmus: extat etiam imperatores coronandi formula, in Vaticano ab ipſo imperatore Carolo IIII. probata, ſed nuſquam obſequia magis ſeruilia, nam imperatorem pontifice Romano ſacra faciente ſubdiaconi munere fungi, deinde ſacris ritè peractis adeſſe oportere, vt equum aſcendenti pontifici ſeruile miniſterium exhibeat, & equeſtria lora manu teneat: poſtea pontificem equi-

D (margin letter beside "dum ſibi putarunt")

[83] Friderich. I. Friderichus II. Philippus. Coradus. Ottho IIII. Henrichus. IIII. & V. Ludouicus Bauarus.

tantem aliquo temporis interuallo, habena manu prehenſa deducere. Plurima ſunt id genus in illis tabulis copioſè expreſſa. Illud tamen omiſſum, quod omitti non debuit, Imperatorem ſcilicet conſequi pontificē Romanum oportere quocunque proficiſcatur, vt ab eo coronam imperialem accipiat: quod quidem à Carolo v. Cæſare factum eſt cùm in Italiam veniſſet, ac Romam, vbi pontifex erat proficiſci cogitur, & conſilium mutare coactus eſt, ac pontificem, cui Bononiam adire placuiſſet, vnà cum vniuerſo comitatu ſequi: vt inferioris Principis obſequium, ad ſuperioris maieſtatem apertè intelligeretur. Mortuo Carolo, Ferdinandus imperator efficere non potuit, vt pōtifex Romanus ſui abſentis creationem ratam haberet, quinetiam ſæpe minas intentauit pontifex, effe- B ctuřum ſe, ne res imperij Germanici tractaret: nec Imperatoris legitimas excuſationes admiſit, quoad Francorum & Hiſpanorum Reges ſuis precibus ac rogationibus pontificem placarent: quod acerbiſſimè tulerūt Germani Principes, qui ſuas opes & copias ad tuendam Imperatoris dignitatem Ferdinando prius obtulerant, vt quidem ex literis legati[84] Regis Erancorum, Viennæ ſcriptas intelleximus: literarum autem Imperatoris, ad pontificem Romanum ſubſcriptio eſt huiuſmodi, EGO MANVS AC PEDES VESTRAE SANCTITATIS DEOSCVLOR. Ita ſemper Carolus v. Cæſar, cùm ad pontificem literas daret, quarum exempla videmus, C ſubſcribere ſolebat. Id autem ſine ſimulatione fiebat, cùm in clariſſima populi luce ac maximo Principum illuſtrium conceſſu reipſa pontificis Romani pedes humili habitu, & vltra ſeruilem modum exoſculatus ſit, Bononiæ, Romæ, ac poſtremò Maſſiliæ, vbi Carolus v. Imperator, Reges Francorum ac Nauarræ, duces Allobrogūm, Florentinorum, Ferrarienſium, Bulionum, Vitembergenſium maximus magiſter equitum ſacrorum, cum infinita principum ac nobilium multitudine qui pedes Pauli III. pontificis max. obſculati ſunt, exceptis Bulionum ac Vitembergenſium ducibus, qui eccleſiæ Romanæ ritus & ſacra deſeruerant. Abiectiore tamen habitu dux ille Venetorum, qui, canis ab ipſis Venetis appellatus eſt, quòd coram Clemente v. pontifice max. laqueum col- D lo inſeruiſſet, deinde pedibus ac manibus quadrupedis in modum gradiens veniam à Pontifice maximo petiiſſet: nihil tamen ſordidius, quàm quæ omnibus omnium ferè hiſtoricorum, qui res pontificum tradiderunt, ſcriptis continentur de Federico II. imperatore, qui vt filij captiui libertatem redimeret, Alexandri IIII. pedibus aduolutus, & humi proiectus veniam petiit, capútque Imperatorium pontificis pedibus conculcari paſſus eſt. Ex quibus intelligitur Imperatorum maieſtatem pontificum Romanorum potentia, dicam an Impotentia ita deminutam, vt antiquæ maieſtatis vix vmbra quidem reſtare videatur. Ita quoque pontifices Romani ſuæ maieſtatis decus Soli comparant, ſeſéque Imperatoribus tantò maiores eſſe iactant, quantò Luna Solis magnitudine[85] ſuperatur: eſt autem Sole minor ſex mille partibus ſexcentis & quadraginta quinque ſi Ptolemæo fidem habemus. At etiam imperatoria munera pontifices Romani ſæpius ſibi vindicârunt: nā Imperatore mortuo ab impe-

84 anno 1559. Iulio menſe.

85 cap. ſolitæ de maioritate & obedient.

ab imperij Germanici fiduciariis Ioanne, inquam, ac Luciuo Viccecomitibus Mediolanenſium fidem acceperunt, eóſque in vacuam poſſeſſionem miſerunt: & in actis fiduciæ vicecomites eccleſiæ Romanis, nō imperij Germanici vicarij [86] appellantur: atque imperatori Ludouico, cui ſacris interdictum fuiſſe antea diximus parere prohibentur. Quam[87] ob rem interpretes Iuris pontificij, negant imperatorem ſuum munus alteri, quàm Pontifici maximo concedere poſſe: rationem hanc afferunt [88], quòd Imperatores ab hominibus imperium habent, pontifex Romanus ab immortali Deo: quamquā omnia omniū imperia vni ſempiternóque Deo accepta [89] ferre decuiſſet. At Carolus v. Cæſar morbo

B ac ſenio fractus Imperatorium munus vnà cum tabulis ſuæ renuntiationis ad creatores Imperatorum miſit. Sed vtcúnque Romani pontifices ſummam non modò Diuinarum, ſed etiam humanarum rerum poteſtatem in omnes principes Chriſtianos ſibi tribuunt, ſeu vi & armis, ſeu principum voluntate & conceſſu, ſeu diuturna poſſeſſione ac præſcriptione, reges tamen noſtri ſeruitutem pontificum Romanorum ferre ne momento quidem potuerunt, nec interdictionibus vllis, quibus veluti facibus vtebantur pontifices ad incendia Rempublicarum commoueri: nam ſacrorum interdictio cęteris quidem populis à principum obſequio & obedientia diſtrahere ſolebat: at Regum noſtrorum tanta fuit ſemper, erga populum charitas (quam ſempiternam fore confido) tan-

C tus etiam amor populi aduerſus principes, vt cùm Bonifacius VIII. pontifex interdictione ſacrorum nihil ſe proficere, nec à regis amplexu populum diuelli poſſe intellexiſſet, poſteaquam Philippum regem, is qui Pulcher vſurpatur, execratione publica damnaſſet, vniuerſum etiam populum Francorum, & eos omnes, qui Philippum regem eſſe arbitrarentur eadē impietate & execratione cumulauit. At Philippus coacto principum ac optimatum cætu, cùm Senatum populúmque vniuerſum ad tuendam ſui regis dignitatem mirabiliter conſpirare intelligeret, literas ad Bonifacium ſcripſit, quæ omnium manibus teruntur, quibus pontificis amentiam coarguit. Idem exercitum breui conſcriptum Nognareto duce in agrum Romanum miſit: hic pontificem captiuum abduxit: ſed

D cùm hominem furore & amentia correptum perſpiceret, liberum abire paſſus eſt. Ab ea tamen interdictione rex appellauit [90] concilium, cui ius ac poteſtas erat in pontificem ſacris abutentem, ídque Principum ac Senatus decretum factum eſt. Rex enim poſt Deum immortalem ſuperiorem, quem appellaret, habuit neminem: ac pōtifex ipſius conſilij decretis & imperiis obligatur. Antea quidem Alexander III. Philippo Auguſto ſacris interdixerat [91], quòd pontificis ambitioſa decreta ferre non poſſet: literas igitur ad pontificem dedit, quibus nō obſcurè aut ambiguè, ſed apertè declarat ſe nullius aut pontificis aut principis imperio teneri: literæ extant in Archiuis Francorum [92]. Ac tametſi Benedictus XIII. & Iulius II. vtérque pontifex eadem interdictione ſacrorum vſus eſt aduerſus Carolum VII. & Ludouicum XII. qui patris patriæ nomen adeptus eſt, vt populum ad defectionem facibus ſubiectis inflammaret,

86 cap. cū clim de priuil. cleric. cap. & ſi ſummus Pontifex. de ſentent. excommunicat.

87 cap. 1. de renūciat. li. 6. notatur. in l. Barbarius. de offi. præt.

88 Bald. in procēmio feudorum.

89 Paul. ad Rom. cap 14. & §. 1. quo modo oporteat Epiſcopū, illic dicitur imperium & ſacerdotiū fonte deriuari.

90 ad ſuperiorē grauātis appellādum. DD. in l. 1. qui & à quo.

91 cap. nouit. de offi. delegat. cap. nō eſt de ſpōſal. cap. 1. de poſtu. Prælat.

92 In capſa, quæ inſcripta eſt Anglia.

vtérque tamẽ ſua ſpe excidit: quin etiam Interdictionis diplomata, quæ in Gallia legatus pontificis promulgarat curiæ Pariſiorum decreto publicè lacerata & conciſa fuerunt: legatus verò, qui principis maieſtatem temerè violârat, in carcerem iniectus eſt. Nec ita multò poſt Io. Nauarrus, qui ſe comitem Palatinum ferebat, pontificis autoritate ac reſcripto fretus cùm actuarios, qui publicas tabulas conficerent, creaſſet in Gallia ſpurióſque quoſdam natalibus reſtituiſſet, maieſtatis damnatus eſt, curiæ Toloſatũ decreto[93]. Nec tamen defuêre, qui Reges noſtros ad Pontificum impetranda reſcripta impulerunt, quibus pontifices teſtatum relinquerent Reges Francorum nulla pontificum obligatione teneri: extat in Archiuis Francorum Clementis v. pontificis maximi reſcriptum, B

93 anno. 1462. Maij 25. Benedic. in cap. Raynutius in verbo, adelazium. q. 242.

quo non modò Philippum Pulchrum ab interdictione Bonifacii VIII. purum, verumetiam ab omni Pontificum poteſtate ac imperio liberum eſſe pronuntiauit: quinetiam Alexander IIII. Pont. Romanus hoc beneficio, regnum Francorum cumulauit, vt nullam ob cauſam ſacrorum interdictione teneatur, quòd ſeptem pontificum Romanorum, ſcilicet Gregorij VIII. IX. X. XII. Clementis IIII. Vrbani V. Benedicti XII. reſcriptis ac decretis, quæ in Archiuis publicè habentur, ſanctius cõfirmatum eſt, quæ tamẽ Regum maieſtatem potius imminuere, quàm augere mihi videntur, cùm ne curia quidem Pariſiorum ferre poſſit clauſulam vulgarem AVCTORITATE APOSTOLICA, quæ in pontificum reſcriptis inſeri conſueuit, & rebus ſæpe iudicatis[94] ea reſcripta omnino reiecit, niſi is qui reſcriptum impetraſſet, publicè teſtaretur ſe clauſulæ illius beneficio vti nolle. C

94 arreſtũ 27. Iunij 1536. & vltima Ianuar. 1552.

Ex quibus planè intelligitur, nõ modò reges, ſed ipſum quoque regnum Francorum ab omni Pontificum imperio ac poteſtate liberum ſemper fuiſſe. Nam quòd Durandus[95] Gallus ſcriptor Reges Francorum quantùm quidem ad Iuſiurandum attinet, pontificum decretis obligari putat: refutationem nullam meretur: ſed hæc ab eo ſcripta ſunt qui tunc Mendorum pontifex erat: quibus temporibus ſola iuriſiurãdi ſpecie, põtifices omnium litium ac iudiciorum cognitionem ſuſcipiebant: quæ veteratoria calliditas, & Regum edictis, & curiarum maiorum decretis iampridem ſublata eſt. Quòd ſi rex Francorum, priuato nomine cum pontifice contracto, pontificię iuriſdictioni ſua ſponte ac voluntate obligari poteſt: id quod à Philippo Valeſio factum legimus: D

95 in tit. de appel. §. nũc hacten⁹. & gloſ. & Io. Andr. in cap. per venerabilem, qui filij ſint legitimi.

cùm à Clemente VI. pontifice Romano triginta ſupra trecenta florenorum millia mutuò accepiſſet: quæ obligatio in pontificem æquè ac in priuatum[96] cadere potuiſſet. Hanc autem pecuniam non ſine mercede mutuam dedit pontifex, qui quòd gentilis eſſet Turenorum, efflagitauit à Rege vt agri Turenorum in prouincia Lemonicenſi à vectigalibus omnino immunes eſſent. Scio ego nonnullos ſcripſiſſe regem Frãcorum à põtifice Ramano coronam accipere oportere, propterea quod Pipinus coronam regiam à Zacaria pontifice ſuſceperat ad Dionyſij: abſurdum tamen vno & eodem actu in rebus tanti ponderis quæ cauſam continuam non habent, ius perpetuum conſtituere velle, cùm ne minima quidem ſeruitus quæ continuam cauſam non habet, aliter acquiri poſſit,

96 l. ſi quis in cõſcribendo. de pactis. C.

poſſit,quã interuallo centũ annorũ[97]. Ac illud inficiari nemo poteſt,quin illa Rauennæ & Pentapoleos prouincia Italiæ latiſſimè patens, ab Regibus Francorum Romano Pontifici fiduciæ nomine data ſit, ac Pontifices Romanos eo nomine Francorum fiduciarios eſſe:cùm Romani põtifices importunis rogationibus obtinuerint vt Ludouicus Pius Imperator Francorum hãc largitionem aui Pipini ratam haberet, quam ratihabitionem Carolus Sigonius vir antiquitatum Italiæ peritiſſimus ſe legiſſe ſcribit. Ex quo vtrúnque efficitur, & earum vrbium ac regionum largitionem Pontificibus ab auo Ludouici Pij factam, & iura maieſtatis excepta fuiſſe. Quid enim confirmatione Ludouici opus eſſet, ſi Pipi-
B nus iura maieſtatis pontificibus conceſſiſſet? Quæ enim bello quæſita fuerant iure donare,& rebus à ſe donatis legem dicere poterat: at etiam Imperator Conſtantinopolitanus legatos in Galliam miſit, vt donationem illam Pipinus infirmaret,ac reuocaret: ſed re infecta diſceſſerunt[98]. Auguſtinus verò Onuphrius põtificis Romani cubicularius, qui omnia Vaticanæ bibliothecæ acta diligenter euoluit, Rauennam, Romandiolam, Vrbinum, Hetruriæ partẽ eccleſiæ Romanæ donata fuiſſe confitetur:id tamen ab eo omiſſum eſt quod ipſi ex actis Vaticanis hauſimus & expreſſimus, Ioannem ſcilicet cognomento Digitorum, Conſtantini magni largitionem, quæ dicitur, aureis literis ſcripſiſſe, in cuius
" extremo hæc verba ſubiiciuntur, QVAM fabulam longi temporis men-
C dacia finxit. Nihil mutandum putauit, quæ certè argumenta omnibus Laurentij Vallæ rationibus ſuperiora mihi viſa ſunt, vt Auguſtini Egubini mendacia refellantur. Is enim Græco ſermone Conſtantini donationem ſcripſit,vt fucum faceret:ſed fraus facilè ex ipſius oratione & antiquitatis cognitione refutatur: faciliùs etiam ex ipſius Ioannis pontificis Romani literis,is autem vixit anno M. CCLXXVI. quibus largitiones illas à Pipino, & Carolo magno factas confitetur: quin etiam extat Rauennæ marmorea tabula,in qua hæc verba continentur, PIPINVS PIVS PRIMVS AMPLIFICANDAE ECCLESIAE VIAM APERVIT, ET EXARCHATVM RAVENNAE CVM AMPLISSIMIS. cætera vetuſtas deleuit. Atque hæc de maieſtate Regum noſtrorum dicta ſint. Hîc omitto Re-
D gem Æthyopiæ[99], quem reges quinquaginta ſibi ſubditos & quidem ærarios habere Ionius ſcripſit: ſed verius præſides ac prouinciarum præfecti dicantur, cùm & tributa regi ſoluere, & obſequium ſeruili habitu oratione,geſtu exhibere cõſueuerint[100]. De cæteris principibus nihil affirmare auſim, propter ſcriptorum inter ſe diſſidentium varietatem: illud tantùm, vno capite Alcorani interdictum eſſe omnibus principibus Muſulmanis,id eſt fidelibus,domini appellatione,præterquam Caliphæ ſeu Pontifici maximo vicario Muhamedis. Quo interdicto Pontifices maximi Arabicæ religionis ſummam antea in omnes Aſiæ & Africæ Principes poteſtatem vſurpauerunt,ac regiones latiſſimè potentes quaſi præfecturas ac prouincias principibus dederunt:quam ob rẽ nulli principes Muſulmani coronam capiti ſuo imponunt: tametſi antea Aſiæ & Africæ regibus id vſitatum eſſet. Nam Ioiada pontifex Hebræorum ini-

97 l. hoc iure § ductus aquæ. de aqua quotid.

98 Sigonius & Floardus

99 Ineptè presbiter Ioannes, Negus ſua lingua id eſt Rex appellatur,& Iockàbel-lul id eſt gemma pretioſa.

100 Franciſcus Aluareſiusqui cũ legato Luſitaniæ ſex annos in AEthiopia exegit.

tiato rege, Ioa capiti coronam impoſuit. At principes Muſulmani putãt
interdictum illud Calipharum eſſe, nec antiqua lege Alcorani compre-
henſum: nam ex pluribus libris corruptis vnum iudicio arbitrióque ſuo
Calipha Damaſcenus cæteris conciſis dicitur compoſuiſſe. Cùm verò
tres pontifices maximi Calipharum nomen mutua imperãdi cupiditate
vno tempore arripuiſſent, principes Perſarum, Turcarum, Tartarorum,
Ægyptiorum, Tunetanorum, Feſſarum, Toleſimorum, Bugiorum, Ma-
rochorum, populíque Zenetarum & Luntimarum ſeipſos ab imperio
Calipharum exemerunt, vt ſumma poteſtate in ſuos vterentur. Nam re-
ges Tombutorum, Guinearum, & Gaogarum cæteríque qui intimos
Africæ receſſus occuparunt, Calipharum imperia pœnitus ignorant: nec B
iura maieſtatis cuiquam accepta ferunt, præter eos qui regis Luſitano-
rum fiduciarij ſunt, & maritimæ Indiæ reges, Calecutius, inquam, Mala-
chius, Canorus, & Cambarrus, quos partim fœderibus, partim vi & ar-
mis, ſubegerunt. Vniuerſam præterea oram Affricæ & Indiæ Orientalis
ſuæ ditionis fecerunt, & propugnacula infinitis penè locis ædificarunt,
atque in ipſa Ormo Inſula, ſpectãte Perſarum rege, arcem munitiſſimam
fundarunt: vectigale etiam acerbiſſimè à prætereũtibus exigere conſue-
uerunt: quod cùm in ora maris Arabici ſpecie fœderis, quod rex Luſita-
nus cum rege Æthiopum antea per Lopezam legatum contraxerat,
efficere tentarent, Barnagas illius oræ præfectus ab Æthiopiæ rege, vi &
armis Luſitanos expulit ac proſtrauit, omniáque propugnacula ſolo ex- C
æquauit. Perſpicuum tamen eſt regem Luſitanum, Caſtiliæ regis olim
fiduciarũ fuiſſe, ac Luſitaniam, cuius magna pars à Mauris vi tenebatur,
Henrico Bononienſi, (quem corruptè Bullonium vocant) fratri Gode-
fridi datum ab Alphonſo VI. rege cuius filiam ſibi deſponderat Henri-
chus. Inde reges omnes Luſitaniæ ad Henrichum vſque cardinalem qui
poſtremus imperauit, ſtirpem traxerunt: quorum maximus Emanuel &
qui bellicarum rerum laude clariſſimus extitit. Reges Aſiæ & Affricæ
quos diximus fregit, ab iiſque tributum exegit: nam Aſiæ principes &
Affricæ, qui alterius imperio tenentur, iidem tributum pendere conſue-
uerunt, veteres Perſæ ac Romani, qui reges imperio ſuo ſubiecerãt, ma-
gnam partem tributarios fecerunt, fiduciam tamen ac iuſiurandum il- D
lud quod à vaſſallis exigitur neſcierunt. Nam Philippo II. Macedoniæ
rege victo, pax data eſt ea lege, vt tributũ annuũ ærario Romanorũ pen-
deret, quod Perſeus Philippi F. recuſans graue bellum ſuſcepit, ſibíq; exi
tiũ attulit: ſæpe tamẽ reges illi quibus tributa imperabãtur, alios viciſſim
ad obſequium adigebant, qui tamen in ſuos vitæ ius ac necis, cæteráque
maieſtatis iura exercebãt. Nã Dauidis imperiũ Paleſtinę finibus definie-
batur, ac finitimos Reges ſibi tributum depẽdere cogebat: eius tamẽ po
ſteri mox Ægyptiorũ mox etiã Aſſyriorum imperata faciebãt. Eodem
iure reges Illyrici, & Carthaginenſium Reſpublica in Principes ſuæ di-
tionis vtebãtur, quo Romani in illos, quos annua tributa in ærarium in-
ferre compulerant. Differt autem tributum à penſione: hæc enim fidu-
ciæ nomine, vel vt auxilia bello ſuſcepto ferantur aduerſus hoſtes: illud

verò pro pace fruenda, ferè tamen is qui penſionem accipit, de tributo
gloriatur: vt Reges Anglorum tributum appellabant penſionem aureo-
rum quinquaginta millium pace Piquiniaca promiſſum, quoad Eliza-
betha Eduardi regis Angliæ filia Carolo VIII. Ludouici regis filio nu-
pſiſſet. Philippus Cominius negat penſionem aut tributum fuiſſe: nihil
tamen tertium dici poteſt. Ita quoque Turcarum reges Imperatorem
Germanorum tributarium vocant, propterea quod pacem ea lege dixe-
runt, vt annuum tributum pro fruenda Hũgariæ parte fiſco Turcarum
inferatur. Venetos item, Rhaguſios, & reges Africæ maritimæ, pacis
quidem conditionibus fœderatos, re tributarios appellant. At Præco-
B pus Tartarorum princeps, cuius imperium à flumine Volha patebat vſ-
que ad Boriſthenem, omnes principes non modò fiduciarios [1] ſed etiam
inter ærarios habuit, quibus non modò ſe, verũ etiam prouinciarum præ-
fectos ſedentes adorari iuſſit. Nam Moſchouitarum Cnezius eo habi-
tu aduerſus Tartarorum principis legatos ſe geſſit, qui propterea Dux
ab aliis principibus antea ſemper vocari ſolitus eſt: tametſi anno M. D.
XXIIII. Moſchouitarum duces Tartarorum ſeruitutem excuſſerunt: ac
primus quidem Baſilius I. qui ſe magnum Dei cubicularium & Moſ-
chouitarum regem appellabat, ab imperio Tartarorum defecit: hic verò
qui nunc imperat, maximi Imperatoris appellatione vtitur: & certè po-
tentia finitimos Reges, excepto Rege Turcarum, aut ſuperauit, aut exæ-
C quauit: non quòd iura maieſtatis locorum ſpatiis, aut regionum ampli-
tudine definiantur: nam Eumenes fractis opibus, nihil præter arcem in
qua obſidebatur, ſuum dicere poterat: cùm tamen de pace ageretur cum
Antigono Aſiæ rege, qui vt potentia, ſic etiam dignitate ſuperior vide-
ri vellet, legatis Antigoni reſpondit, ſuperiorem ſe neminem acceptu-
rum [2], quandiu gladium exertum manu teneret. Inter principes tamen
quædam dignitatis prærogatiua, antiquioribus Principibus ac Republi-
cis deberi videtur, tametſi opibus ac potentia inferiores ſint: vt quidem
videmus inter Heluetiorum ciuitates Tigurinos dignitate cæteris prio-
res eſſe, quoties conuentus habentur: horum enim legatus quaſi Prin-
ceps legatos regum ac Rerumpublicarum admittit ac dimittit, ſentẽtiáſ-
D que in comitio rogat: ciuitates etiam ad conuentus vocare conſueuit:
tametſi Bernates opibus & imperij finibus potentiores habeantur: à Ti-
gurinis ſecundi ſunt Bernates, deinde Lucernates, Vrani, qui nec mœni-
bus, nec vallo ſæpiuntur, vtî nec Suitenſes, nec Vnderualdenſes qui ordi-
ne proximi ſunt Vranis: ſequuntur Tugij, Glorẽſes, Baſilienſes, Fribur-
gi, Solaturẽſes. Quòd ſi quis putet eo quemque ordine eſſe, quo ſocieta-
tem ac fœdus coïerunt, fallitur: nam primi omnium Schuitenſes, Vrani,
Tugij, Vnderualdenſes fœdus inter ſe percuſſerunt. At quoties patroci-
nium alterius principis, aut cliẽtela quæritur, aut offenſionibus acceptis
tributum à victoribus imperatur, victi dignitatis prærogatiuam amiſiſ-
ſe videntur: quia non eſt æquum, vt qui iura maieſtatis, ac dignitatem
ſine deminutione ſeruauit illæſo ſtatu, ei qui antea ſuperior, poſt accepta
clade in alterius clientelam conceſſit, aut tributum ſoluere cogitur, di-

1 Sigiſmũdus Liber in hiſtor. Moſchouitar.

2 Plutar. in Eumene.

*Dignitatis prærogatiua.*

*Dignitatũ gradus inter ſocios ac fœderatos.* gnitate cedat. Id autem accidit, cùm reges ac principes Romanorũ clientelam appeterent: cæteri qui cum Romanis æquo fœdere in ſocietatem venerant, vt Hedni Romanorum fœderati, ac liberi populi, æquales in fœdere, ac fratres Romanorum dicebantur: dignitate tamen inferiores erant. Certè quidem Auguſtus pater in tribuendis honoribus iis, qui in Romanorum ſocietatem, aut clientelam venerant, valde ſe religioſum ac difficilem præbuit: nam Tetrarchus quidem Ethuarichis, hos regibus inferiores, & vt quæque Reſpublica antiquitate ſuperior extitit, ita dignitate voluit [3] eſſe priorem. At tametſi Romani ſtante Republica populari, de honoribus ac dignitate minus ſolliciti viderentur: quia regum ac principum cura maior eſt: nihilominus tamen curioſum ſe præbuit B
Q. Martius Philippus Romanorum legatus, cui cum Perſeo rege honoris contentio fuit, vter flumen vtriúſque imperij finitimum tranſmitteret. Perſeus quòd rex eſſet, ad legatum populi Romani adire recuſabat. Martius hac verborum vrbanitate Perſeum pellexit, maior, inquit, ad minorem, Perſeus ad Philippum: erat enim Martius ſtatura longiſſimus, Perſeus breuiſſimus: cuius pater Philippus quoque dictus erat. Perſeus arridens, flumen traiecit. Martius Philippus ſociorum ac fœderatorum legatis qui ſecum erant, id à ſe factum eſſe dixit, vt intelligeretur Romanos dignitate ſuperiores fuiſſe. Sed grauior fuit cauſa quam Martius aut certè Liuius omiſit: quòd Philippus Perſei pater pacis conditiones à Romanis accepiſſet, ac tributum illis pependiſſet: Perſeus hęres Philippi, ſi patris factum improbaret, regno debuit abſtinere: quamquam imperio minimè dignus erat, qui viuo ac ſpirante patre hæreditatem paternam creuiſſet, & concubina genitus, fratrem iuſto connubio quæſitum occidiſſet. Poſtea verò quàm à Paulo Æmilio fractus ac proſtratus regni ſpem amiſiſſet, literas ad Paulum Æmilium Romani exercitus Imperatorem dedit, quibus ſe regẽ appellabat, Imperator literas reiecit, nec reſerari voluit niſi prius regia dignitate abſtineret[4], quæ in eum tantùm conuenit, qui ſummam poteſtatem habet, nullius principis imperio inferiorem. Itaque Franciſcus maior rex Francorum Cardinalem Bibienam legatum admonuit non ferendum eſſe Carolum v. Imperatorem, qui fiduciarius ac vaſſallus eſſet Pontificis maximi, ſe regem Neapolis ac D
Siciliæ appellare. Legatus cardinalem Iulianum Medicęę gẽtis, qui poſtea pontificatum adeptus eſt, admonuit, ne id pateretur, contra fiduciæ tabulas, quibus id prohiberi ſcripſit, quamquam omnibus fiduciarum actis quæ ex Vaticano expreſſimus, nonmodò id non prohibetur, ſed etiam regis Neapoleos ac Siciliæ appellatio ac dignitas inſeritur. Ita legati ſæpius errore ac ignorantia labuntur. Eadem ratione regium nomẽ Bohemiæ regi adimere oportuiſſet, cùm eo ipſo ſe Imperij vaſſallum ac fiduciarium profiteatur: non enim ideò quia finibus anguſtis Bohemia continetur, regni appellatione indigna eſt, vt quidam [5] ſcripſerũt: neque enim regiam maieſtatem locorum ſpatiis metiri debemus: nam Bohemiæ præfecturam Fridericus I. Imperator regia appellatione ſubornauit, ea lege tamen vt nihil de maieſtate ac iure imperij Germanici detraheretur:

3 Ioſephus. Tranquillus.

4 Liuius lib. 35.

5 Hoſtienſis in cap. conſtitutus. de teſtibus. Baptiſta Caſtellanus in can. ſcitote. 6. q. 3.

heretur: rex autem eſſe nemo poteſt, qui nihil habet quod non alterius nexu ac mancipio teneatur. Quamobrem Pius IIII. pontifex Roman. Coſmum Florentinorum Principem regem efficere cùm maximè vellet, non tamen potuit, ac Maximilianus II. Imperator à legato Francorum admonitus non incongruè his verbis interceſſit, Non habet Italia regem niſi Cæſarem. Id tamen ad imperij Germanici maieſtatem à qua pendet Florentinorum ſtatus, non ad Imperatorem pertinet, etiam ſi Principes omnes Chriſtiani, poſt pontificem max. ei loco cedant, vel quia Imperij Germanici caput eſt, vel quia diuturna poſſeſſione id conſecutus videtur. Ita regi Francorum, poſt imperatorem, cæteri principes
B cedere conſueuerunt, non tantùm propter diuturnam poſſeſſionem, ſed quia toto terrarum orbe nullîus imperij tanta vetuſtas, aut tanta regum ſeries eiuſdem ſtirpes inueniri poteſt, quanta in regibus Francorum, ſiue Chriſtianos, ſiue Tartaros, ſiue Turcas, ſiue Æthiopes, ſiue Indos, ſiue Barbaros ſpectes. Rectè igitur Baldus[6], quamquam Germanorum imperio ſubditus, Regem Francorum laudis & gloriæ corona reges omnes ſuperare, eíque meritò cedere ſcripſit. Extat epiſtola D. Gregorij Pont. Rom. ad Childebertum regem, cuius hoc principium eſt, Quantò cæteros homines regia maieſtas antecellit, tantò cæterarum gẽtium regna regni veſtri culmen excellit. At ne Germani quidem Imperatores negant, quin imperium Germanicum antea fuerit imperii Frãcorum pro-
C uincia virtute Caroli magni natione Galli & Gallorum opibus & armis parta, deinde ab hoc imperio familiæ erciſcundæ iudicio auulſa, vt Ludouico Pij filio tribueretur: cùm Carolus Caluus Frãcorum imperator, imperij ſedem teneret: at paulatim Othones Germani principes, Pontificum Romanorum conceſſu, nomen imperatorium adepti, dignitatis etiam prærogatiuam, legatorum noſtrorum inſcitia arripuerunt: vt non ita pridem rex Hiſpanus tentauit regum noſtrorum legatos anteuertere, ſed Venetorum Senatuſconſulto deturbatus eſt, anno M.D LVIII. rogatione Nuallij legati Francorum: deinde Pontificis max. pro collegio Cardinalium, & maximo Pontificum omnium conſenſu: vbi Pontificis max. exaudita vox eſt, reges Francorum eccleſiæ Romanæ patrocinium
D ſemper ſuſcepiſſe, & optimas fertiliſſimáſque Hiſpani regis prouincias ab imperio Francorum auulſas eſſe: quo nihil verius in eo genere dici potuit: eſt enim à regibus noſtris pontificum Romanorum auctoritas à contemptu vindicata, opes auctæ, potentia ſtabilita. Itaque quod antea peccatum erat in concilio Tridentino quodammodo emendauit: etenim Mendoza legatus Hiſpanorum cogi debuit aut de concilio decedere, aut legatorum antiquum ordinem ſeruare, ac Francorum ſubſequi legatos, qui quum intercederent quo minus Hiſpanorum legatus ordinem anteuerteret, alioqui ſe concilium deſerturos, ac pontifices Gallorum decedere coacturos, legatus Hiſpanorum veteratoria fraude & callido commento, declarauit ſe nolle quidem anteire, ſe tamen cogi non poſſe vt Francorum legatos ſequeretur: Ita ſeorſum ab ordine omnium legatorum locum nactus eſt. Nec multò poſt legatus Hiſpanorum ab

6 In conſil. petita venia. Oldradi conſi. 69.

Imperatore contendit vt cum legato Francorum eodem ordine & gradu conſiſteret, aut alternis diebus anteiret ac ſequeretur: vtrámque conditionem recuſauit Buſchetus legatus Francorum. Quod cùm Henrichus II. rex Francorum intellexiſſet, reſcripſit tanti ponderis eſſe dignitatis prærogatiuam, vt nihil in eo genere ab eo fieri aut dici debuerit, niſi quod in mandatis haberet. Ferdinandus imperator, ne, vel Francis, vel Hiſpanis fauere videretur, vtrorúmque legatos à concionibus & conceſſu publico arcendos putauit. Senatus Polonorum eadem negotij difficultate impeditus, nec alios & aliis anteferendos, nec vicibus alternis honores communicandos: ſed de legatis in vniuerſum cenſuit, vtî quiſque prior Poloniæ fines ingreſſus eſſet, ita dicendi ordine priorem B futurum. Ita Monlucius Valentinorum pontifex legatus à rege Francorum, qui legatum Hiſpanorum celeritate ſuperarat, prior in ſenatum admiſſus eſt: quo Senatuſconſulto legatus Hiſpanorum ne poſteriore loco diceret, omnino tacendum ſibi putauit. Inauditum erat Hiſpanos cum Francorum legatis de ordine contendere: etenim Angli qui odiis capitalibus diutiſſimè cum Francis certauerunt, ſemper tamen Francorum legatos prætulerunt Hiſpanis, quibuſcum perpetua amicitiæ fœdera, nulla diſſidia interceſſerunt: nam mortua Maria Anglorum regina, cùm in cõſeſſu equitum ordinis Anglici pridie D. Georgij, de honoribus cuíque tribuendis ageretur, pro collegio decretum eſt, Placere ſtemmata regis Francorum cæteris omnibus poſt principem ordine priora eſſe, & C eo loco conſtitui, vbi antea regis Hiſpani ſtemmata fuiſſent, cùm Philippus Hiſpanus Anglorum rex eſſet. Die ſequenti, qui dies equeſtri ordini feſtus eſt, Sedem regi Francorum ad dexteram proximè Principem reſeruari placuit: ſiniſtra Hiſpano regi poſt Imperatoris ſedem vacuã conſeſſa fuêre. At etiam Carolo IX. rege Francorum vexillum Francorum eiuſdem magnitudinis fuit, & ex eadem materia qua princeps ordinis, ſuum componi iuſſerat: & in equitum catalogo regis Francorum poſt ordinis principem primo loco ſcribi conſueuit. Apud nos verò, vt honorum contentio inter principes, (qua grauior nulla exiſtere poteſt) omnino præcideretur, in legibus equeſtris ordinis Frãcorum, quas tulit Ludouicus XI. Regi, vno capite cauetur, eo quenque ordine ac loco futu- D rum, quo in collegium equitum cooptatus fuiſſet, Imperatoris ac regis diſcrimine ſublato. Nam vnicuíque principi, qui modò non ſit alterius cliens, aut vaſſallus, aut ærarius, integrum eſt honores iudicio arbitrióq; ſuo tribuere, ſibi principem locum reſeruare. Turcarum quidem fœderati ſunt Veneti, Rhaguſij, Genuenſes, Moſchouitæ, Poloni, Francorum tamen reges cæteris omnibus anteferendos ſibi putarunt: quos etiam Principum omnium Chriſtianorum maximos, ſe verò omnium Imperatorum ter maximum, & quidem Muſulmanorũ omnium principem appellat: qua etiam honoris pręrogatiua ab ipſis Chriſtianis principibus affici conſueuit: quæ appellatio ab Imperatoribus Conſtantinopoleos vnà cum Imperio tranſlata videtur: nam illorum ſtemmata quadruplici B. conſtãt, quibus hæc verba ſignificantur ΒΑΣΙΛΕΥ'Σ ΒΑΣΙΛΕ'ΩΝ, ΒΑΣΙΛΕ'ΥΩΝ




ΒΑΣΙ-

ΒΑΣΙΛΕΥΣΙ. Atque hoc quidem carmine vtebantur reges Aſſyriorum: ſic enim Ezechiel Nabuchodonoſora regem regum, id eſt מלך מלכים appellat, propterea quod omnibus Aſiæ regibus imperaret: deinde reges Perſarum [7] deuictis Aſſyriis, eadem appellatione, qua Parthi, deinceps etiam vſi ſunt, vt eſt apud Dionem. Sed nec ei cuius omnia prædia alterius nexu ac fiducia tenentur, regis appellationem, nec Ducibus, Comitibus, aut cæteris huiuſmodi principibus maieſtatis verbum vſurpare licet. Cùm igitur princeps ærarius aut aliorum fiduciarius, aut cliens ſummum illud imperium ac iura maieſtatis omni obligatione vacua nō habeat, conſequens eſt vt quæ ſint iura maieſtatis aperiamus.

*Rex, Regum, Regibus imperans.*

7 Eſdr.

B

## *Quæ propria ſint iura maieſtatis.* CAPVT. X.

CVM nihil in terris maius aut excelſius, maieſtate regum, poſt Deum immortalem cogitari poſſit: eius enim ipſi quodammodo legati ad reliquorum hominū ſalutem creantur: æquum eſt, eorum imperium ac poteſtatem, & qui qualéſq; ſint diligenter intueri, vt eos omni fidelitate, cura, obedientia proſequamur: neque de iis aliter, quàm de immortalis ac præpotentis Dei legatis dicamus ac ſentiamus: nam qui ſummum principem, cui debetur obſequium, dedecore afficit, Dei maieſtati, cuius eſt imago viuēs ac ſpirans contumeliam infert: cùm enim Deus ad Samuelem [2], à quo populus Iſ-
C raelitarum nouum principem temerè popoſcerat, orationem conuerteret, Non te, inquit, ſed meîpſum ſpreuerunt. Vt igitur ab omnibus qui qualíſque ſit ſummus idémque maximus princeps intelligatur, certis quibuſdam miniméque vulgaribus notis definiēdus eſt: nam quæ ſummi principis propria ſunt, ſi eadem ſubditorum communia faciamus, nemo ſummi principis appellatione dignus ſit. Qui tamen de Republica ſcripſerunt, locum hunc, quo nullus eſt in diſputatione de Republica vberior ac vtilior, non vtî decuerat aperuiſſe ac illuſtraſſe videntur: ſiue adulatione, ſiue metu, ſiue odio, ſiue obligatione id factū ſit. Cùm enim Samuel regem quem Deus antea deſignarat ſacris initiatum coram populo quaſi ſorte oblatum renuntiaſſet, de iure maieſtatis librū ſcripſiſſe
D dicitur, quem Hebræorum ſacerdotes ac magiſtri à regibus ipſis conceptum ac dilaceratum prodiderunt, vt liberiùs in ſuos tyrannidem exercent. In quo quidem Philippus Melanchthon meo iudicio fallit, qui quæ à Samuele ad populum de tyrannorum crudelitate ac libidine dicta ſunt, ad iura maieſtatis pertinere putauit, cùm oratione ſua populum à rebus nouandis & conuerſione Reipublicæ ad ſaniora conſilia reuocare vellet. Eius hæc verba ſunt. Quæ ſit principum conſuetudo quæritis? bona ciuium diripere, agros decimare, vxores alienas rapere, liberos abducere vt his & illis ad libidinem ac ſeruitutem abutantur: neque enim verbo משפט, quo vſus eſt, ius legitimum ſed conſuetudo ſignificatur: alioqui Samuel ſecum ipſe tota oratione diſcreparet: cùm enim rerum à ſe geſtarum rationem coram populo redderet, Quis, inquit, veſtrûm me vllius ſceleris accuſare, aut peculatus, aut ſordiū & corruptelæ poſtulare

1. Samuel 8. Exodi 22. 28. Paul. ad Rom. c. 14. Petri. 2. 17. Hierem. 38. Ezechiel. 17.

2 Samuel. lib. 1 c. 8.

poſſit? cuius veſtrum munera, ſiue aurum, ſiue argentum, ſiue quid aliud
vnquam accepi? hic populus vniuerſus ingẽti plauſu & acclamatione ac
omni genere laudum Samuelem ita cumulauit, vt ab nullo genere vel
ordine, ne leuiſſimum quidẽ munus, accepiſſe Principem, vel cuiquam
iniuriam intuliſſe apertè confiteretur ac prædicaret. An igitur optimus
ille princeps tanta integritate, pietate, ac iuſtitia, quanta fuiſſe dicitur,
pro iure maieſtatis, tyrannorum crudelitates, libidines, ac ſtupra regibus
ad imitandum propoſuiſſet? Græcorum verò qui iura maieſtatis attige-
rit, video fuiſſe neminem, præter Ariſtotelem, Polybium, ac Dionyſium
Halycarnaſſæum, qui tanta breuitate & obſcuritate ſcripſerunt, vt diſpu-
tationem potius propoſuiſſe, quàm quid ſentiendum eſſet aperuiſſe vi- B
deantur. Sic enim Ariſtoteles[3], tres inquit, ſunt omnino Reipublicæ
partes, vna in conſilio capiendo, altera in magiſtratibus & munere cu-
iuſque definiendo, tertia in iuriſdictione poſita: hîc, opinor, aut nuſquã
alibi iura maieſtatis tractare videtur: quia Reſpublica partitionem il-
lam, quaſi totius in partes, niſi de gubernatione ageretur, recipere nullo
modo poſſit. Polybius[4] verò iura maieſtatis non tam definire, quàm a-
dumbrare videtur his verbis. Eſt, inquit, mixta Reſpublica Romanorum
ac triblici ſtatu confuſa, cùm populus leges iubere ac magiſtratibus crea-
re, ſenatus de prouinciis & ærario, déque maximis Reipublicæ negotiis
decernere, legatos etiam admittere ac dimittere, Cõſules regia quadam
poteſtate, Senatum Populúmque conuocare, ac bellum arbitrio ſuo ge- C
rere poſſunt. Quibus verbis intelligitur Polybium præcipua maieſtatis
capita complecti, cùm eos, quibus illa tribuit ſummam Reipublicæ po-
teſtatem, habere definiat. At Dionyſius[5] Halycarnaſſæus ſcribit Reipub.
poteſtatem Senatui à Seruio ereptam fuiſſe, cùm populo legum feren-
darum, magiſtratuum creandorum, belli ac pacis, & prouocationis ex-
tremæ poteſtatem dediſſet. Idem alibi[6], cùm de tertia plebis ſeceſſione a-
git, M. Valerium Conſulem populo ſuaſiſſe ſcribit, vt contentus eſſet le-
ges iubere & antiquare, magiſtratibus imperiũ dare & adimere, de pro-
uocatione ab omnibus magiſtratibus cognoſcere: cætera Senatui relin-
qui oportere. Hic præcipua maieſtatis capita videtur attigiſſe, quæ Iu-
riſconſulti iuniores diffuſa diſputatione, cum magiſtratuum muneribus D
confuderunt, eáque cum ducibus, Comitibus, Pontificibus, Curatoribus
prouinciarum communia fecerũt. Ducibus[7] item Mediolani, Ferrariæ,
Mantuæ, Allobrogum, ac pleríſque Comitibus ducum[8] ſubditis ſum-
mam planéque regiam tribuunt poteſtatem, & eo quidem errore ma-
gna pars implicatur. Et verò, quis non arbitretur eos ſummam habere
poteſtatem, qui leges ſubditis dare, qui bellum indicere ac finire, qui ma-
giſtratibus omnibus imperium tribuere ac eripere, qui tributa impera-
re, qui vacationes munerum ac immunitates arbitrio ſuo largiri, qui vi-
tæ ius ac necis habere, qui denique de Republica ſtatuere poſſint? at hi
quos diximus earum rerum ſummam poteſtatem habere videntur. An-
teà dictum eſt duces illos Imperij Germanici ſubditos ac fiduciarios eſ-
ſe, vicarios ac legatos Imperatoris appellari: ab ipſis etiã Imperatoribus
in bono-

3 lib. 4. de Repub.

4 libro. 6. de militari ac domeſtica Rom. diſciplina.

5 lib. 4.

6 lib. 7.

7 Caſtrenſis cõſi. 196. lib. 2. Decius cõſi. 192. Curtius iunior cõſil. 1. nu. 29. & 30. & conſ. 1. nu. 8. Paris cõſi. 1. nu. 5. lib. 1. Boſſius tit. de crimine maieſt. nu. 52. & in tit. de regul. num 5. de ducib. Mediolani, Mãtuæ, Ferrar. Sabaud. Soc. cõſi. 4. li. 3. Iaſo cõſi. 227. lib. 1. Cacherranus. deciſ. Pedemontan. nu. 1.

8 Brunus de comitatu Aſtenſi, poſt Bar. Bal. Angel. Aret. Caſtrẽſem Imolam, Iſeruiũ, Cumanũ, Alexandrũ, Barbatiam.

in bonorum ſuorum poſſeſſionem mitti, vel vt noſtri loquuntur, inue-
ſtituras accipere, fidem Imperatori dare, denique Imperij Germanorum
ciues ac ſubditos origine ipſa definiri, qui Imperij Germanici finibus
nati & editi ſint: quis igitur ſummam poteſtatem eis tribuat, qui aliena
iuriſdictione, alienis imperiis, alienis legibus teneantur? Diximus Galea-
cium I. Vicecomitem Mediolanenſium apud Imperatorem maieſtatis
accuſatum, ab eóque damnatum ac diuturno carceris ſquallore neca-
tum, quòd tributa ſubditis ſine Imperatoris conceſſu imperâſſet. Ac ſi
quis contra leges, vi, clam, aut precario iura maieſtatis vſurparit, num id-
circo ſui principis obedientiam ac fidelitatem eiurabit aut præſcribet?
B nam illi ſeipſos Imperij principes, ac Imperatoris vicarios appellant, nec
maieſtatis aut Regiæ dignitatis, ſed tantùm celſitudinis, aut ſerenitatis
appellatione vtuntur: nec, ſi velint, poſſint, niſi prius Imperij Germanici
deſertores ſeipſos profiteantur, vt quidem Galuagno Vicecomiti Me-
diolanenſium contigit, qui graues ſuæ temeritatis pœnas dedit. Planum
etiam fecimus Inſubriæ ciuitates omnes Imperij Germanici finibus con
tineri: denique demonſtrauimus quot & quantæ abſurditates inde con-
ſequantur, ſi demus clientes ac vaſſallos, (eos intelligo qui nihil poſſidet
quòd non alterius fiducia teneatur) iura maieſtatis habere: nam iſta ra-
tione principes, ac ſubditi, domini ac ſerui, legibus iiſdem, ac eodem iure
æquarentur. Quæ cùm abſurda ſint, & illa ex quibus hæc ſequuntur, falſa
C videri neceſſe eſt, eóſque qui alterius fiducia tenentur, & quibus Impe-
ratur, ſeu vi, ſeu ſponte, etiã ſi cætera quæ diximus iura maieſtatis habeãt,
ſummo tamen imperio vacare: multò magis etiam legatos, vicarios, prę-
ſides, rectores prouinciarum, Dictatores, tametſi magnam habeant in
Republica poteſtatem, maieſtatis iure carere: nam iura maieſtatis eiuſ-
modi eſſe neceſſe eſt, vt ſummo quidem Principi tribui, magiſtratibus
aut priuatis non poſſint: aut ſi ſummis Principibus ac priuatis commu-
nia ſint, iura maieſtatis eſſe deſinant. Et vt corona, ſi in partes diſtracta,
aut aperta fuerit, nomen amittit: ita maieſtatis iura pereunt, ſi cum ſub-
ditis communicantur. Quamobrem, cùm Carolus V. Rex Francorum
vrbem & agrum Monſpelienſem cum rege Nauarro commutaret, vt
D Manta ac Menllanuo fruеretur, capita maieſtatis in tabulis commuta-
tionum enumerari iuſſit, deinde ſubiicit ea iura ſolius Regis Francorum
eſſe, & ab eo in ſolidum poſſideri. Illud etiam Iuriſconſultorum [9] com-
muni quodam decreto conſtat, ea iura nec cedi, nec diſtrahi, nec vlla ra-
tione abalienari à ſummo principe poſſe: at ne vlla quidem temporum
diuturnitate [10] præſcribi, quæ propterea Baldus ſacra [11] ſacrorum, Cynus
indiuidua [12] appellat. Ac ſi quidem ſummus princeps ea cum ſubdito cõ-
municauerit, pro ſeruo imperij ſocium habiturus eſt: ipſe verò ius maie-
ſtatis amittet, nec ſummus Princeps erit, quia ſummus is dicitur, qui nec
ſuperiorem, nec eiuſdem imperij ſocium habet. Et queadmodum Deus
opt. max. Deum ſibi parem efficere non poteſt, quia infinitæ ſit poteſta-
tis, ac magnitudinis: duo verò infinita vt ſint, fieri nullo modo poteſt: id
enim naturæ perſpicuis demonſtrationibus [13] patet: ita nec Princeps

9 Alexã. in l. ſi filiæ quã pater. de l. e ri & poſth. Cand. Florentin. & Iſo in proemio feudo. Martin. laude. in cap. I. qui feudũ dare Imola in rub. de verb. oblig.
10 Bald. cõſi. 274. lib. 3 & cõſil. 303. eod Claud. Aqueſ. in ſum. ma. tit. qui feudũ dare. limit. I. & 12 Moliræ. tit. de feudis §. 46. q. I. & 2 Magiſter præſes tit. de Regul. deciſ. t.
11 In proemio feudo.
12 Cynus in l. ſi viua matre. de bonis mater. C. Bal. in auth. hoc amplius. de fideicõmiſſis. C. Angel. Bald. in l. omnes. de præſcr 30. annor. C. Platea. in l. ſi quis. decurio. Felin. in Rubrica extr. de prę̨ſcript. Io. Andr. in cap. vlt. de prębendis. lib. 6. Alex. conſi. 141. lib. I not. 2.
13 Ariſtot. lib. 2. de naturali audit.

ſummus eſſe poſſit, qui ſubditum Imperij ſocium eſſe patiatur. Ex quo ſequitur iuriſdictionem, quam Ariſtoteles tertiam Reipublicæ partem facit, maieſtatis propriam non eſſe: quia omnibus ferè magiſtratibus æquè ac Principi congruit: nec magiſtratuum creationem quæ in ſubditos etiam conuenit, qui non modò magiſtratuum miniſtros domi ac militiæ, verumetiam ipſos magiſtratus creandi, ſæpe ius habent. Nam Tribuni militares quibus imperiũ ac iuriſdictio militaris tributa eſt, à Conſulibus creari conſueuerant. Interrex etiam Dictatorem dicebat, hic magiſtratum equitum, denique vaſſallis, quibus in fiduciæ formula attributa iuriſdictio eſt, magiſtratus ac iudices creare licet, eíſque imperium adimere. Idem iudicandum relinquitur de pœnis quas à magiſtratibus B decerni videmus: tametſi poteſtatem omnem Principi ferunt acceptã. Conſilium item de Republica capere nõ magis ad maieſtatem pertinet, quàm præmiorum ac pœnarum poteſtas: cùm id proprium ſit Senatus, cuius officium à Principis officio diuiſas habet rationes: potiſſimum tamen in populari ſtatu, cuius ſumma poteſtas penes eſt multitudinem, quæ ſemper eſt conſilio ac prudentiæ inimica. Ex quo perſpicitur nihil eorum quibus Ariſtoteles Rempublicam cõtineri dixit, maieſtatis proprium eſſe. Nec ſatis eſt id quod Dionyſius Halycarnaſſæus de M. Valerio Conſule ſcripſit, legum ac magiſtratuum poteſtatem penes populum fuiſſe ad indicanda iura maieſtatis, vt antea dictum eſt: at, C ne legis quidem ſanciendę poteſtas maieſtas propria ſit, niſi principis legem intelligamus, quia magiſtratuum ſuę quoque leges ſunt, quas in ſuæ ditionis homines ferre poſſunt, dum nihil contra Principum leges ſanciatur: quod vt planius intelligi poſſit, leges propria ſui acceptione definiemus recta ſummæ poteſtatis iuſſa, ſiue vnius, ſiue omnium, ſiue paucorum ſit poteſtas. Sunt qui legem [14] à priuilegio diuidant, quod priuilegium vnius ſit aut paucorum, lex autem omnes ciues, aut certè maximam ciuium partem complectatur, aut quia hæc de rebus vniuerſis, illud de ſingulis feratur, ſi conſilio publico tantùm decernatur, id Senatuſconſultum: ſi à plebe ſola, plebiſcitum quod neque patricios teneat, D neque nobiles: ſed cùm ea res ciuilium diſſidiorum materiam præbeat, ſummoperè cauendum eſt, ne plebiſcita in Republica locum habeant, niſi populus vniuerſus iiſdem teneâtur: id quod Romæ fieri neceſſe fuit, poſt graues plebis ac patrum diſcordias, quæ vt ſedarentur M. Horatius Conſul primus Centurialis vniuerſi populi, comitiis rogationem tulit, vt plebi ſeorſum à patribus & nobilitate legem iubere liceret eáque patricios ac nobiles teneret: ſed quia patres iuſſa plebis ferre nõ poterant, eadem lex iterum atque iterum à Q. Hortenſio, & Pub. Philone dictatoribus lata eſt: quibus temporibus plebiſcita dici deſierũt, ſed quod plebs ſciuerat, lex appellari cœpit: ſiue ad ſingulos, ſiue ad vniuerſos pertineret. Quæ verò magiſtratus per ſeſe iuſſerant aut vetuerant, edicta dicebantur, non leges. Eſt enim edictum vt M. Varro definit, magiſtratus iuſſum: edicit etiam magiſtratus cùm interdicit. Edictis autem non tenẽtur vniuerſi, at ne ſinguli quidem, niſi ſint in eius ditione qui edixerit aliquid,

14 Feſtus in verbo, rogatio.

aliquid, quod legibus, aut Senatuſconſultis, aut maiorum magiſtratuum iuſſis, diſſentaneum non ſit: neque tamen edictorum perpetua vis eſt, ſed quoad magiſtratui æquum videbitur, & quandiu imperium habiturus eſt. Et quoniam Romæ magiſtratuum annua ferè poteſtas erat, edictorum quoque vim, ad ſummum annuam fuiſſe cōſtat. Itaque ſucceſſores in eodem magiſtratu, edicta priùs lata, aut probare oporruit, aut improbare, ſi quid contra leges, aut diutiùs longiúſve, quàm iubentis imperium pateret, ediceretur, ratum non erat: quod cùm C. Verres feciſſet, his verbis accuſatus eſt à Cicerone, Qui plurimùm[15], inquit, edicto tribuunt, legem annuam appellant, tu plus edicto complecteris quàm 15 In prætura vrbana.
B lege. Et quoniam Auguſtus oppreſſa libertate tribunum plebis[16] ſe fecerat, ſua iuſſa, more magiſtratuum edicta vocabat: quæ verò ſe rogante populus iuſſerat, leges Iulias: qui mos ab Auguſto ad omnes Imperatores poſteà dimanauit: qui quòd re ipſa ſummam poteſtatem ac imperium contra leges vſurparent, eorum edicta pro legibus[17], ac tandem conſtitutiones Principum dici cœperunt, ſiue vnius eſſent, ſiue plurium, ſiue omnium, ſiue in perpetuum, ſiue ad breue tempus quid ediceretur: verbis igitur abutuntur, qui edicta, quæ propria ſunt magiſtratuum, leges appellant: illud tamen teneamus, iubendæ legis poteſtatem eorum tantùm eſſe, qui ſummum imperium habent, id eſt qui ſuis imperiis non modò ſingulos, ſed etiam vniuerſos obligare poſſunt. Hîc aliquis oc- 16 Tacit. principio lib. 1. 17 l. 1. de legibus.
C currat, Senatum[18] ius facere poſſe: & quæcunque in Republica maxima fuerūt, de iis Senatum Romanorum decernere conſueuiſſe. Quæ ſit aut eſſe debeat in omni Republica Senatus, auctoritas id quidem ſuo loco: nunc illud tantū, Senatui Romano ab exactis Vrbe regibus, vſque ad Tiberij Cæſaris dominatum leges iubere non licuiſſe, ſed decreta tantùm annua, quæ tamen nec populum, nec plebem tenebant. In quo plerique fallunt, ac imprimis Conanus, qui Senatui[19] Romano perpetuam legis condendæ poteſtatem tribuit: nam Dionyſius[20] Halycarnaſſæus, qui M. Varronis commentarios diligenter euoluerat, ſcribit Senatuſconſulta nullam vim legis habuiſſe, niſi plebs ea probaret: & quæ populus probauerat, annua tantùm erant, niſi togatione ad populum, vel ad plebem 18 l. non ambigitur de legib. ff. 19 l. lib. 1. cap. de ſenatu. 20 lib. 4 & 7.
D vim legis adipiſcerentur. Athenis quoque annua fuiſſe Senatuſconſulta planum eſt ex oratione Demoſthenis aduerſus Ariſtocratem: de rebus autem grauioribus ad populum ferebatur: quod Acharnaſſi philoſopho valde ridiculum viſum eſt, vt ſapientes Athenis conſilium caperent ac rogationes ferrent, furioſa verò plebs ſtatueret ac decerneret. Senatus igitur conſilium capiebat ac decernebat, populus verò decreta conſultáve ſanciebat: ſic enim ſæpe Liuius, SENATVS DECREVIT, POPVLVS IVSSIT. Sæpius tamen magiſtratus ac Tribuni plebis decreta Senatus quodammodo legis vim habere patiebātur, niſi plebis detrimento forent, aut de populi maieſtate detrahere viderentur. Nam Latini qui verborum ac rerum puritatem conſectabantur, imperium in magiſtratibus, auctoritatem in Senatu, poteſtatem in plebe, maieſtatem in populo ineſſe dicebant[21]: quoniam maieſtatis verbū proprium eſt eorum qui 21 Cicero pro Rabirio Perduel.

Reipublicæ gubernacula moderātur: ac tametſi lex Iulia, rogatione Augusti ad populum lata, maieſtatis teneri vellet eos, qui magiſtratum [22] violauiſſent, ac hiſtoriarum ſcriptores interdum [23], ipſique Iuriſconſulti [24] maieſtatis verbum Conſuli ac Prætori tribuant, id tamē minùs propriè, neque verò noſtris legibus maieſtatis crimine tenetur, qui Principes, Duces, Comites, Magiſtratus læſerit: ſed is tantùm, qui ſummū Principem violauerit. Ita quoque Sigiſmundi Auguſti Regis Poloniæ legibus, quæ de maieſtate latæ ſunt [25], ſolius Principis perſona excipitur, quæ propria maieſtatis [26] eſt appellatio: quò fit vt Saxoniæ, Bauarorum, Allobrogum, Lotharingorum, Ferrarenſium, Florentinorum, Mantuanorum duces à maieſtatis appellatione abſtineant, celſitudinis verbo con- B tenti, aut ſerenitatis, quam ſibi dux Venetorū tribuit, qui re vera Princeps eſt, id eſt primus, quia nihil aliud pręter cæteros patricios habere videtur, quàm principem in Republica locum ac dignitatem in omnibus collegiis, quibus præeſſe, ac ſuffragium extremum ferre ſuo iure poteſt. Et quemadmodum Romæ Imperia magiſtratuum ſingulos ciues tenebant, niſi Senatuſconſultis derogarent: Senatus verò decreta quæ plebiſcitis non repugnarent, magiſtratus ipſos quodammodo obligabant: ſic lege ipſa, id eſt totius populi iuſſu, & magiſtratus, & Senatus, & plebs ipſa tenebatur, non aliter apud Venetes magiſtratuum edicta ſingulos ciues, & ſuæ quenque iuriſdictionis obligant: decemuirorum autem col legium magiſtratibus ſingulis potentius eſt: ſenatus decemuiris conci- C lium, id eſt omnium patriciorum coacta multitudo iura maieſtatis habet, ac Senatum cæteróſque magiſtratus imperio continet. Quòd ſi decemuiri æquatis ſententiis diſſideant, cogūtur ſapientum collegia, quibus etiam inter ſe diſcrepantibus, res ad ſenatum, ac poſtremò ad concilium patriciorum defertur, ſi rei pondus & grauitas, aut Reipublicæ maieſtas agi videatur. Itaque ſi quid decernitur pro collegio decemuirorum, hæc verba decreto ſubiiciuntur IN CONSIGLIO DI DIECI. cui ſi coniuncta fuerint collegia ſapientum, addi ſolet CON LA GIVNTA. Si verò in Senatu quid decernatur, his verbis ſignificatur. IN PREGADI. ſi in comitio patriciorū hæc verba ſubiici conſueuerunt, IN CONSIGLIO MAGIORE: nam in his tribus collegiis omnia ferè quę ad leges & mores, D quæque ad Rempublicam pertinent tranſiguntur: prætęr illa negotia quæ ſeptemuiri (id autem ſecretius eſt Reipublicæ conſilium) decernere per ſe ipſi conſueuerunt. Quamobrem & quæ Senatus, & quę decemuiri decernunt, pro legibus quidem eatenus habentur, quatenus æquitas ipſa poſtulare videtur: interdum tamen perpetuā vim adipiſcuntur, vt edicta Prætorum, quæ ſi æqua ac iuſta viderentur, ſucceſſores ea probare conſueuerant: quibus tamen obligari non poterant. At Iulianus Iuriſconſultus, anteriorum Prætorum, optima quęque edicta in vnum veluti corpus collecta, & in libros nonaginta ordine quæque ſuo digeſta, Imperatori Adriano obtulit: à quo præfecturam Vrbis Romæ pro tanti laboris præmio conſecutus eſt, ac nepoti Didio Iulliano ad Imperium Romanum viam muniuit. Adrianus etiam Senatui perſuaſit, vt non modò

22 l. 3. ad l. Iul. maieſtat.
23 Liuius lib. 7. & 8.
24 l. Prętor ait de noui operis.
25 anno 1538.
26 l. vlt. ad l. Iul. maieſtat.

modò edicta, quæ Iulianus ſelegerat, ſed etiā eius ſcripta pro legibus[27] eſſent, quę tamen edictorum nomen retinuerunt, quod pleróſque fefellit, qui leges illas pro edictis Prætoriam habuerunt. Ita quoque Iuſtinianus Adriani exēplo multa quę Iuriſconſulti ad edicta prętorum poſt Iulianum ſcripſerant, nutu arbitrióque ſuo circuncíſa pro legibus haberi, ſanctione adhibita[28] iuſſit: quæ etiam edictorum nomen ſibi vindicarūt: ſed perinde leges ſunt, vt ea quæ quiſque in ſua Republica princeps, de Iuriſconſultorum aut Curiarum decretis pro legibus haberi iuſſit: vt ſæpe Reges noſtri ius conſtitutum, quod iudiciorum vſu diuturno comprobatum eſt, pro legibus valere iuſſerunt: id eſt ſanxerūt, quod his verbis ſignificatur, SANCIMVS, IVBEMVS. quæ verba maieſtatis propria ſunt, eſt enim ſancire nihil aliud quàm iubere, vt Poſthumius Conſul in concione populi, Nego, inquit, iniuſſu populi quicquam ſanciri poſſe, quod populum teneat. Magiſtratus autem qui rogationem ad populum ferebat, his verbis auſpicabatur: QVOD BONVM, FAVSTVM, FOELIXQ. SIT VOBIS AC REIPVB. VELITIS IVBEATIS. & in extremo SI QVIS ADVERSVS EA FECIT, FECERIT, &c. quam ipſi ſanctionem appellabant, qua pœnarum ac præmiorum tota vis continebatur: quibus verbis, nec Senatus in decernendo, nec magiſtratus in edicendo vti conſueuerunt. Pœnas item ac præmia, quæ legibus includi conſueuerunt, tota ratione differunt à pœnis magiſtratuum & collegiorum, quæ ferè mulcta pecuniæ, aut verberibus definiuntur: nec verò capitis pœnam[29] vllis magiſtratuum edictis complecti fas eſt, ſed tantùm lege ipſa: ídque vetere ſenatuſconſulto[30] cauetur. Hoc igitur primum ſit ac præcipuum caput maieſtatis, legem vniuerſis ac ſingulis ciuibus dare poſſe: neque tamē id ſatis eſt, ſed id fiat oportet ſine ſuperiorum, aut æqualium, aut inferiorum neceſſario conſenſu: nam qui neceſſarius eſt ſuperiorum in ferenda lege conſenſus, hunc re vera ſubditum confiteri neceſſe eſt: ſi æqualium, imperij ſocios habere, ſi inferiorum ſeu Senatus, ſeu populi ſummo imperio vacare: nam principum & Senatorum nomina, quæ in legibus ſæpe inſcripta videmus, vel ad gratiam, vel ad teſtificationem, vel etiam ad pondus vtilia videri poſſint, vt conſilio ac prudentia Principum leges latæ videantur, minimè tamen neceſſaria ſunt. Extant adhuc ad Dionyſij, leges Philippi 1.[31] ac Ludouici[32] Craſſi, quæ præ ſe ferunt Reginarum Annæ, inquam, & Adellæ, tum etiam Roberti, & Hugonis nomina ac ſigilla. Quod autem maieſtatis præcipuum caput eſſe diximus vniuerſis ac ſingulis ciuibus legem dicere: poſtrema verba ad priuilegia ſpectant, quæ Principum, qui Reipublicæ gubernacula ſuo iure moderantur, propria ſunt: priuilegium[32] appello legem in vnum aut paucos ciues latam, ſiue ad eorum commoda, ſiue ad detrimenta ſpectet priuilegium, inquit Tullius[33], de meo capite latum eſt: legem Claudiam intelligit, vt aduerſus eum quæſtio haberetur de ciuibus contra prouocationem capitali ſupplicio affectis, de qua ſæpe & in Senatu & coram populo quæſtus eſt, cùm diceret lege duodecim exceptum eſſe, ne priuilegia, niſi comitiis cēturiatis, id eſt ab vniuerſo populo, irrogarētur: ſic enim lex duodecim,

27 l. 2. de vete. iure enucle. C.

28 In Proœmio Pandectar.

29 Bar. & Bald. in l. cũctos populos. de summa tri.

30 In actis Curiæ Parl. libro olim, fol. 81.

*Primũ ac præcipuum caput maieſtatis.*

31 anno 1060.

32 anno 1110.

32 Cicero. lib. 3 de legib.

33 Cicero pro domo ſua. & poſt reditum in Senatu.

*Priuilegium capitale.*

PRIVILEGIA NISI COMITIIS CENTVRIATIS, NE IRROGANTO, QVI SECVS FAXIT, CAPITAL ESTO. quæ tamen priuilegia commodum allatura ſunt, rectius beneficia dicuntur. Id autem omnium Iuriſconſultorum ſcriptis ac ſententiis perſpicuum fit, beneficia, immunitates, vacationes à muneribus, & omnia omnino priuilegia maieſtatis propria eſſe. Si quis illud mihi opponat magiſtratus ipſos ſæpe legibus ſoluere, ſæpiſſimè Senatum id Romæ feciſſe, idem ego illi reponã quod Papinianus, Non quid Romæ fiat, ſed quid fieri debeat, ſpectandũ eſſe: nã lege Cornelia tribunitia prohibetur Senatus Romanorum quemquam legibus ſoluere, niſi ducenti Senatores adſint, quæ exceptio tributa Senatui videtur propter difficilem vniuerſi populi conuocationem. Illud etiam o- B
biici poſſit, conſuetudines non Principis iudicio, vel imperio vim obtinere: eſt autem cõſuetudinis[34] ferè vis eadem quæ legis ipſius: ita princeps legum, populus morum magiſter eſſe videtur. Quæ vt vera ſint, cõſuetudo tamen ſenſim & ſumma omnium voluntate in hominum animos illabitur, ac tẽporis diuturnitate vim acquirit: lex autem momento ſeſe exerit, ac imperantis iuſſu ſæpe nolentibus ac inuitis datur: quam propterea Dio Chryſoſtemus tyranno, conſuetudinem regi ſimilem eſſe ſcripſit[35]. Legum etiam vis multò maior eſt quàm morum: nam legibus mores antiquantur, leges moribus non item, ſed in magiſtratuum officio ac poteſtate poſitum eſt, leges, quæ conſuetudine quodammodo exoleuerunt, ad vſum reuocare[36]: conſuetudo nec pœnas, nec præmia C
proponit: quæ legum propria ſunt, niſi lex quicquam permittat quod antea vetitum eſſet: denique conſuetudo precariam vim habet, & quandiu Principis arbitrio videbitur: at ſi conſuetudini ſanctionem ſubiiciat, legem efficit. Ex quo perſpicitur leges ac mores ab eorum, qui ſummam in Repub. poteſtatem habent, arbitrio ac voluntate pẽdere. Hoc igitur primum ac præcipuum maieſtatis caput eiuſmodi eſt, vt cum ſubditis communicari non poſſit: ac tametſi Princeps aliquando populúſve vni ex ciuibus legum condendarum poteſtatem facit, vt eandẽ vim habeant ac ſi Princeps ipſe condidiſſet, quod Lacedæmonij Lycurgo, Athenienſes Soloni permiſerunt: vtérque tamen ſuæ Reipublicæ procurator extitit, nec ſua, ſed populi poteſtate precario vſus eſt: nec eorum leges vim D
vllam haberent, niſi populus ſubiecta ſanctione illas probaret. Illa quidem leges illi ſcripſerunt, ſed populus iuſſit, tulerunt, ſed populus ſciuit, ac ferè ſemper in populari & optimatum ſtatu, lex ab eo nomen accipit, qui rogationem tulit, ſi lex populo placuit: ſin diſplicuit, antiquatur, ideſt vt Feſtus ſcribit in morem priſtinum reducitur. Cùm enim decemuiri legum condendarum à populo extra prouocationem Romæ creati, legatos in Græciam ad leges deſcribendas miſiſſent, ac duodecim tabulis optimas quáſque complexi fuiſſent, populum vniuerſum conuocari iuſſerunt, qui leges publicè propoſitas intueretur, ac diſpiceret: tandem poſt trinundinum, quod temporis ſpatium in ferendis legibus præſcribi conſueuerat, populus comitiis centuriatis carmen illud duodecim tabularum pro legibus valere[37] iuſſit, id eſt ſanciuit. Cuius autem poteſtatis eſt legem

34 l. de quibus l. diuturna de legibus.

35 In lib. περὶ ἔθους.

36 l 2. quæ ſit lõga cõſuetudo. C. Bart. Bald. Alber. in l. de quib. legibus.

37 Liuius lib. 2.

eſt legem iubere, eiuſdem [38] eſt abrogare, derogare, obrogare, ſubrogare, cùm omnino lex antiquatur aut parte ſui quadam, aut interpretationem, aut caput aliquod æquitati ac legi conſentaneum accipit. Magiſtratuum quidem officium eſt leges ex æquo bono interpretari eáſque tum ad lenitatem, tum ad acerbitatem [39] flectere, dum tamen caueant, ne leges nimia vi flectendo perrumpant, etiamſi leges iniquæ ſibi videantur, ſed Vlpianum audiant, Dura lex, inquit, [40] ſic tamen ſcripta eſt: quòd ſi legem æquitatis obiecta ſpecie perrumpere iudex audeat, infamia tenetur[41]. Huc igitur pertinet lex antiqua, quam alius Lætoriam, alius Plætoriam, ego Prætoriā eſſe puto, qua Papinianus de Prætoris iuriſdictione latam ſignificat, cùm Vrbano Prætori licere ſcribit leges ſupplere, corrigere, emendare: quod quidem modicè vel etiam intra modum fiat oportet: alioqui magiſtratui, leges arbitratu ſuo ac volūtate, conuellere ac labefactare liceret: tum etiam ſuis edictis populum aut Principem tenere, quod abſurdum eſſe antea diximus. Hac igitur iubendæ ac tollendæ legis ſumma poteſtate, cætera maieſtatis capita venire perſpicuum eſt: vt veriſſimè dici poſſit, ſummum Reipublicæ imperium vna re comprehenſum, ſcilicet vniuerſis ac ſingulis ciuibus, leges dare, à ciuibus accipere nunquam: nam bellum hoſtibus ſuo iure indicere, aut pacem cum iiſdem inire, tametſi diuerſum quiddam habere videntur à legis appellatione, hæc tamen, lege, id eſt ſummæ poteſtatis iuſſu fieri conſtat: ſic etiam maieſtatis proprium eſt de prouocatione à ſupremis magiſtratibus cognoſcere, ac maioribus magiſtratibus imperium dare & adimere: vacationes item munerum ac immunitates largiri: legibus ciues ſoluere: vitæ ius ac necis habere: nummis pretium, nomen, figuram tribuere: ciues omnes iureiurando adigere: quæ omnia imperandi, ac prohibendi ſumma poteſtate veniunt: id eſt legem ciuibus vniuerſis ac ſingulis dare, nec ab vllo, præterquam ab immortali Deo accipere. Dux igitur qui ſubditis quidem omnibus legem dat, ab Imperatore tamen aut à Pontifice, aut à Rege legem accipit, aut eiuſdem Imperij ſocium habet, ſummo imperio vacat, parem dixi, quia ſuperiorem quodammodo is habere videtur, qui eiuſdem Imperij ſocium habet, ſine cuius ope & conſenſu nihil Imperare, nihil efficere poteſt: multò minus ſi alterius vicarius eſt ac legatus. Sed quia legis verbum latiſſimè patet, propria quædam maieſtatis capita definiamus, præter eam quam dixi iubendæ legis poteſtatem: ſcilicet bellum indicere, aut pacem inire: quo iure maieſtatis nullū ferè maius [41] eſſe poteſt: quia ſæpiſſimè ab exitu belli Reipublicæ exitium aut ſtatus pendet: & quia plus à bello periculi, quàm à pace imminet, plebi quibem Romanæ licuit pacem iubere, bellum verò indicere, niſi comitiis populi centuriatis, non licuit: quoad plebi iubendæ legis facta poteſtas eſt, vt antea diximus: Itaque bellum aduerſus Mithridatem lege Manilia indictum eſt: & Gabinia lege aduerſus piratas: Sulpitia aduerſus Philippum II. Macedoniæ regem: pax item facta cum Carthaginienſibus Martia lege. Et quoniam Cæſar aduerſus Gallos iniuſſu Senatus ac populi bellū geſſit, Cato Vticenſis [42] cēſuit in Senatu

38 l. 1. l. 3. de leg. C. l. placuit de Iudic. C. l. 1. de conſtitutio. princ. l. Saluius. de legat. præſtan.

39 l. reſpiciēdum de pœnis.

40 l. proſpexit. qui & à quibus.

41. l. 1. fin. de queſti. l. 1. ad Turpil. l. cū prolatis. de re iudic. l. diui. l. pœnā l. ie legati, de pœnis. ff.

*Secundum caput maieſtatis.*

41 l. 1. vt armorū vſus. C. authentica de armis. Auferius in titulo. de guerris. & Feraldus priuil. 19. Afflict. tit. 1. lib. 1. conſtit. Neapol.

42 Plutar. in Catone Vticenſi

legiones Romanas domum reuocari, Cæſarem verò Gallis dedi oportere. Ita quoque populus Athenienſis bellum aduerſus Megarenſes, deinde aduerſus ſiculos, poſt etiam aduerſus Macedoniæ Reges geri mandauit. Hic exempla quædā breuiter propoſui clariſſimarum, & quidem popularium Rerumpublicarum: nam de ſtatu regali nemo eſt, opinor, qui dubitet, omnem belli ac pacis poteſtatem penes Regem eſſe: cùm etiam leuiſſima quæque in eo genere iniuſſu Regis fieri prope ſit capitale, ſi Princeps admonere potuit, vt in pace Cameracenſi[43], noſtra ætate inter Francorum ac Hiſpanorum Reges omnibus horis ac momentis literæ hinc inde circunferebantur: at in populari & optimatum ſtatu, poſtea quam indictum eſt hoſtibus bellum, cætera Senatus conſiliis ac decretis, interdum etiam imperatoris vnius imperio ac voluntate gerũtur: B quia nihil bello periculoſius eſt quàm conſilia prodere, peruulgari tamen neceſſe eſt ſi ad populum feratur. Itaque in Græcorum ac Latinorum hiſtoriis legimus, bellicas res vnius imperatoris nutu, conſilio, voluntate geſtas, aut ſi quid grauius eſſet Senatus decreto, nec ad populum quicquam in eo genere promulgatum, præter rogationem qua bellum aduerſus hos vel illos geri iubebatur. At ſi quis dicat ſæpe conſilio Senatus ac iniuſſu populi Romani bellum indictum eſſe: id quidem aliquando, rariſſimè tamen, contigiſſe fateor: ſed in eo ipſo Senatus iura maieſtatis vſurpare conſueuerat, niſi Tribuni plebis, libertatis cuſtodes, vigilarent ac intercederent: vt apud Liuium, Cõtrouerſia, inquit, fuit vtrum C populi iuſſu indiceretur bellum, an ſatis eſſet. S.C. Peruicêre tribuni, vt Q. Conſul de bello ad populum ferret, omnes centuriæ iuſſêre. Verbo centuriarum ſatis intelligitur ab vniuerſo populo, non à plebe ſola id iuſſum fuiſſe: quia plebis comitia non centuriatim fiebant, ſed tributim. Interdum verò Senatus ipſe bellum indici noluit ſine populi iuſſu. Nam Liuius[44] de ſecundo bello Punico, latum, inquit, ad populum vellent iuberent populo Carthaginenſi bellum indici. Idem alibi[45], Ex S.C. populi iuſſu bellum Præneſtinis indictũ. Rurſus[46]. Ex autoritate patrum populis Palæpolitanis bellum fieri iuſſit. Idem paulò poſt[47] Bellum fieri Æquis iuſſit. Et cùm aduerſus Samnites bellum ſuſceptum eſt. Patres ſolenni more indicto, decreuerunt, vt de ea re ad populum ferretur. Verbo D ſolenni ſignificat Liuius id fieri conſueuiſſe. Idem cõtra Hernicos[48], Populus hoc bellum frequens iuſſit. Et contra[49] Veſtinos, Bellum ex auctoritate patrum populus aduerſus Veſtinos iuſſit. Eadem fuit apud Tarentinos, quandiu ſtatum popularem tulerunt, indicendi belli ratio: ſic enim Plutarchus. Ex authoritate Senatus populum Tarentinum Romanis inferri bellum iuſſiſſe. Idem quoque Liuius[50] de ſtatu Ætolorum, qui populari Imperio regebãtur, ſcribit eorum legibus vetitum, ne quid de bello vel pace decerneretur, niſi in Panætolico & Pylaico concilio. Et quoniam Polonorum, Donorum, Suecorum nobilitas iura maieſtatis ad ſe pertinere contendit, non licet bella Regibus aut indicere, aut indicta ſuſcipere ſine auctoritate ac conſenſu nobilitatis, ídque Caſimiri magni lege cautum eſt, niſi neceſſitas vrgeret. De pace tamen

Senatus

43 anno 1559.
44 lib.1.deciſ.3.
45 lib.1.dec.2.
46 lib.8.dec.1.
47 lib.9.dec.1.
48 lib.5.dec.1. primæ.
49 lib.8.dec.1.
50 lib. 31.

Senatus decernere iniuſſu plebis conſueuerat, vt videre eſt in omnibus fœderibus, quæ Romanos inter ac Latinos percuſſa fuerunt: at etiam ſociali bello Senatus omnia iniuſſu populi confecit, tumultu ſcilicet Italico, ne populi conuocatio difficilis, ac periculoſa dilatio, Reipublicæ detrimentum eſſet allatura. Quinetiam Imperatores ipſi ac belli duces de bello ac pace iniuſſu plebis ac Senatus ſtatuebant, ídque potiſſimũ, cùm extra Italiam bellum gereretur: aut cùm ab hoſtibus obſiderentur: nam ſecundo bello Punico tres Scipiones omnia fœdera per ſe ipſi cum Affris & Hiſpanis confecerunt: quæ tamen poſtea vel à Senatu vel etiam à populo probari conſueuerant: ſin populo Senatuíve diſplicuiſſent, nihil
B ratum erat: ſed obſides ab Imperatoribus dati vel capite luere, vel hoſtibus ſeruire cogebantur: vt Conſul Mancinus, qui quòd fœdus à ſe cum Numantinis ictum à Senatu repudiaretur deditus eſt hoſtibus. Illud eſt quod apud Liuium Senator Carthaginenſis Romanorum legatis obiecit, Vos, inquit, cùm Luctatius Conſul primò nobiſcum fœdus icit, quia neque autoritate patrum, nec populi iuſſu ictum erat, negaſtis vos eo teneri. Itaque aliud fœdus publico conſilio ictum eſt. Idem de Manlio Aſiæ proconſule, Gallogræcis, inquit, bellum illatum, non ex ſenatus autoritate, non populi iuſſu, quod quis vnquam de ſua ſententia facere auſus eſt. Id oratoriè ab aduerſario contra Manlium abſentem dictum eſt, quia interdum id fiebat, vt exemplis docuimus. At Sp. Poſthumius Con-
C ſul quia exercitus Romanorum inter Appennini montis anguſtias obſeſſus fame prius interiiſſet, quàm Senatus aut populi iuſſa exaudiret, pacis conditiones quãtumuis iniquas ab hoſtibus accepit, vt ſe exercitúmque Romanum ex illis anguſtiis eriperet: cùm autem exercitus inermis Romam rediiſſet vnà cum ipſo Conſule populus pacis conditiones reiecit. Itaque Conſul in concione populi, Cùm me, inquit[51], ſeu turpi, ſeu neceſſaria ſponſione obſtrinxi, qua tamen quando iniuſſu populi facta eſt, non tenetur populus Romanus, nec quicquam ex ea pręter corpora noſtra debentur Samnitibus, dedamur per fęciales nudi vinctíque. At ne pacem quidem appellauit Conſul, ſed ſponſionem. Nam iuſiurãdum à Conſule & à militaribus tribunis cæteríſque ducibus expreſſum eſt, &
D obſides ſexcenti à Samnitibus accepti, quos necare, ſi vellent, potuiſſent: ſed in eo peccatum eſt à Samnitibus, quòd à ſingulis militibus idem Iuſiurandum quod à ducibus non extorſerint, vt ſi populus Romanus pacem repudiaret, ipſi ad Samnites captiui aut in fauces Appennini vnde erepti fuerant redirent: cui conditioni paruiſſent, vel ab Senatu coacti, perinde vt Conſul ipſe, quem tamen Samnites à patre putrato deditum accipere recuſarent. Nam in conſimili cauſa poſt cladem Cannenſem, cùm octo millia militum captiuorum Annibal Romam miſiſſet, vt libertatem auri pondo in ſingula capita redimerent, neque Senatus annuere vellet, ſed decreuiſſet deinceps ciuibus Romanis aut ſeruiendum aut moriendum eſſe. Conſules edixerunt vt milites ante diem ſtatum ad hoſtes redirent: omnes edicto paruerunt, præter vnum[52] qui veteratoria fraude datam hoſti fidem callida interpretatione eludere tentarat.

51 Liuius lib. 9 dec. 2.

52 Liuius lib. 2. dec. 3. Cicer. lib. 3. offic. Polybius lib. 3.

Hunc Senatus vinctum ad Annibalem miſit, aut ſi durum Senatui videretur iuratum exercitum Samnitibus dedere,pacis conditiones ratas habuiſſet,vt Ludouicus XII.Rex Francorũm Tremolij ducis ſponſionem, datis obſidibus in capitis pœnam, ratam habuit: contra quam fecit Canolius dux Anglorum: nam cùm ſe abſente ij qui in arce Erualli obſidebantur deditionem datis obſidibus ſe facturos ſpopondiſſent, dux Anglorum in arcem rediens ſponſionem repudiauit: quod cùm duci Andium qui arcem obſidebat denunciatum eſſet, obſides occidi[53] iuſſit. Alioqui ſi ducibus pacem aut fœdus arbitrio ſuo ferire liceret, Principes ac populos legibus iniquiſſimis obligarẽt:quo nihil abſurdius,cũ ne procuratori quidem integrum ſit, vt vel de re minima tranſigat iniuſſus[54]. B
At in Venetorum & Heluetiorum Rebuſpublicis omnia de bello ac pace per Senatum,nihil ferè per populum decerni conſueuit. Et in cõuerſione Reipublicæ Florẽtinorum ab optimatibus ad popularem ſtatum, vno capite cauetur ne populus vllius rei cognitionẽ ſuſcipiat, præterquã legum ferendarum, magiſtratuum creandorum, & ærarij publici: pacis autem ac belli ſummam, & cætera quæ ad maieſtatem pertinent Senatus arbitrio permiſſa.Diximus antea populares & optimatum ſtatus bellicas res etiamſi velint tractare non poſſe, propter difficiles populi conniues,& vt populus ſemper cogi poſſit,res tamen periculi plena videtur, C
ea quæ ſecretiora in republica eſſe oporteat,pacis inquã ac belli conſilia, manare in vulgus,quæ propterea Senatui relinqui neceſſe eſt, ius tamen ac poteſtas belli gerendi,aut pacis ſanciendæ, optimatibus vel populo in vtróque ſtatu eripi ſalua maieſtate nequit.Duces verò, legati,ac Senatus ipſe procurationem eorum nomine,qui ſummam rerum habent,gerere ſolent. In monarchia princeps ipſe per ſeſe maturè decernit.Nam regna Polonorum, Danorum, Suecorum, Noruegiorum cùm incerta ſunt ac paulo momento mutabilia,prout nobilitas principe, aut princeps nobilitate potentior fit:tum verò pacis ac belli ſumma ita pendet à nobilitate, vt ſtatus ipſe magis ariſtocraticus quàm regalis eſſe videtur. Quamobrem in fœderibus illorum nomina ac ſigilla Ducum, Comitum, Mar- D
chionum,Præfectorum ac Senatorũ inſeri conſueuerunt: vt fœdus Prutenicum Sigiſmundo Auguſto Rege ictum, tribus ac centum ſigillis optimatum ſanciri oportuit: nec pauciora ſunt in actu legitimæ creationis Regis Henrici. Tertium caput maieſtatis eſt in magiſtratibus mandandis poſitum: quo nullum certius[55] eſt, quantùm attinet ad maiores magiſtratus qui aliorum magiſtratuum imperio non tenentur. Nam exactis Vrbe Regibus, prima lex omnium quæ ad populum latæ ſunt, à P. Valerio Conſule,magiſtratuum creationem populo tribuit.Eandem legem ad populum Venetorũ latam fuiſſe, cùm in æſtuaria coaluiſſent, Contarenus[56] ſcribit. Et quidem lex nulla Senatui populóque Venetorum ſanctior eſt: meliùs tamen in vnius dominatu,cuius imperio & cõceſſu maxima, mediocria, minima quæque in Republica munera oſtiariorum,inquam,viatorum, ſcribat accenſorium: cornicularioriorum qui à magiſtratibus Romanis fieri conſueuerant, edictis perpetuis Regum creantur.

*Tertium caput maieſtatis.*

53 Foſſardus. anno 1282.

54 l.itaq.de procurat. l.contra §. vlt. de pactis.l. ſi procurator de cõdic. Indeb. Bald. in l.mandatũ mãdati C. Iaſo in §. in bonæ fidei. de actio.l.ſi quis mihi bona. §. ſed ſi mãdauit. de acq. hæred.l.5.l. fideiuſſor. l. ſi quis pro eo. mandati.

55 l. 1.ad l.Iul.de ambitu.

56 in Repub. Venetorum.

creantur. Nec vlla ferè eſt Reſpublica in qua maioribus magiſtratibus ac decuriis iudicū non liceat miniſtros aliquot ſibi cooptare. Id tamen fit ab iis qui à populo ius habent, & qui legatos etiam ſibi ipſis ſubſtituere poſſunt. Qui autem fiduciarij ac vaſſalli dicuntur, ſi modò iuriſdictionē habent, magiſtratuum ac iudicum creādorum in ſua ditione ius habent: id autem à ſummo Principe tributum eſt. Quis enim dubitat eos quos Duces, Comites, Marchiones, Barones, Caſtellanos appellamus iudices olim ſuæ quénque prouinciæ datos eſſe? Sed in populari ſtatu magiſtratuum creandorum magiſtratibus maioribus interdum fit poteſtas: vt apud Noricos. Cenſoribus à vetere ſenatu creatis, magiſtratus omnes abdicant: deinde Cenſores Senatum legunt: tum ipſi Cenſores quoque abdicant: poſtea Senatus octouiros, qui antiqui appellantur, tredecim viros, ſeptemuiros, Burgomagiſtros, duodecimviros priuatorum ac publicorum iudiciorum conſtituit. Neque id nouum, ſed antiqui moris eſt: ſcribit enim Ariſtoteles[57] quinqueviros à populo Carthaginēſi creari ſolitos, qui centum & quatuor magiſtratus arbitrio ſuo dicerent: ita Cenſores Romanorū Senatores legere conſueuiſſe, Feſtus Pompeius autor eſt: atque interdū Dictatores ad id tātùm ab Interrege dictos fuiſſe, vt Senatum[58] ſuplerent. Nam Fabius Buteo, qui Dictator à Terentio Conſule dictus eſt, CLXXVII. Senatores in demortuorum locum ſubſtituit: tametſi Senator reipſa magiſtratus dici non poteſt, vt in diſputatione de Senatu dicemus. Quum tamen Conſules, aut Dictatores, aut Cenſores Senatum ſuplerent, procuratorio munere populi fungebantur. Vt in ipſo Turcarum dominatu, qui Cadileſqueri vocantur, Iudicum omnium quodammodo Principes, Cadios & Paracadios, id eſt iudices ac legatos creare poſſunt. Et cùm Ægyptus Sultanorum dominatione teneretur, maximus Edegnarus, veluti magiſter equitum, magiſtratus omnes creabat, vt olim apud nos magiſtri palatij. Nec ita pridem Cancellarius Francorum[59] magiſtratus omnes qui nulla, aut exigua ſtipendia merebāt, puta trium aut ad ſummum quatuor aureorum ſuo iure mandare poterat: quod Franciſci I. Regis Frācorum lege vetitum eſt. Quanquam & magiſter palatij Francorum & Edegnarus maximus Sultanorum, imperium omne Regibus ac Sultanis acceptum ferebant, fuit tamē vtriſque valde perniciosum: ſed ita paulatim acciſum eſt, vt Carolo VII. Rege legati Prætorū, quos Balliuos & Seneſchallos noſtri homines appellant, Principis beneficio fieri placuerit, qui tamen à prætoribus antea creari ſolebant. Interdum etiam collegiis & corporibus iudicum, iudices cooptandi fit poteſtas, vt in actis curiæ Pariſiorum extat lex, Carolo VI. Rege, lata[60], qua iudices curiæ Pariſiorū ſuffragio collegarum cooptari, & cancellarium in curiam ad cooptationem iudicum venire placuit. Lex eadem Ludouico XI.[61] & Carolo VIII. Regibus iterum lata: quibus temporibus non ſolùm Præſides, conſiliarij & aduocati fiſcales, ſed etiam procurator ipſe Regius[62] (qui ſolus ex omnibus curiarum omnium Iudicibus ac procuratoribus iuſiurandum Regi tantùm præſtare tenetur) ſuffragio curiæ factus eſt: ſed eiuſmodi ſeu cooptationes, ſeu

57 In polit.
58 Liuius lib. 23.
59 ſub Caroli 7 furore.
60 anno 1408.
61 anno 1465
62 anno 144[illegible]

electiones iudicũ niſi Princeps iuſſerit, aut ratas habuerit, nullum pondus habituræ ſunt. At etiam Arcturus Brito Principum omnium ac Senatorum ſuffragiis magiſter [63] equitum dictus eſt, cum Carolus VI. à mente alienatus eſſet, ac ſigilla Francorum non Regis, ſed Reginæ imaginem referrent: nihilominus tamen nouus equitum magiſter gladij regij exercitúſque Francorum ducem ſe ferens iuratus in leges, magiſtratum ac imperium eodem momẽto Regi acceptum tulit: vt omnia omnium Imperia ac poteſtates ab vnius Principis fonte manare, ac deriuari videantur. Quod autem Hungariæ ac Pannoniarum Palatinus maximus à populo quondam factus ſit, tametſi poteſtatem Regi acceptam ferret, non debuit mirum videri, cùm etiam Regum creationem populus ſui ſuffragii eſſe, ac ſemper antea fuiſſe contendat, repugnante tamen Auſtriaca gente: & eò vſque progreſſa contentio eſt, vt populus Hungariæ Turcarum ſeruitutẽ patrocinij ſpecie optare maluerit, quàm Regis creandi poteſtatem ſibi extorqueri. Non igitur magiſtratuum creatio ſed ipſius Principis probatio, ratihabitio, confirmatio, ſine qua nihil poſſit magiſtratus, maieſtatis vim in ſeſe cõtinet. Si tamen ea creatio ad populum, aut ad collegia ab ipſis Reipub. ac legum conditoribus ſic delata eſſet, vt collegiis, vel populo eripi non poſſet, profectò Princeps iura maieſtatis nõ haberet: quia magiſtratus imperium populo non Principi accepto ferendum eſſet, vt ſenſim Regibus Poloniæ contigit: nam cùm Sigiſmundi Auguſti lege magiſtratus omnes vniuſcuiúſque prouinciæ concilio ac ſuffragiis crearentur, de maieſtate Regum, qui populi quoque beneficio regnant, plurimùm detractum eſt. Neque tamen id nouum, ſed antiqui moris, cuius exempla iam inde à Theodorico Rege Gothorum repetita [64] legimus. Is enim magiſtratus ac Senatores à Senatu cooptatos reſcripto ſuo probauit: vt videre eſt apud Caſſiodorum, cuius hæc ſunt verba [65], Iudicium veſtrum P. C. noſter comitatur aſſenſus. Cuius igitur ſumma in Republica poteſtas eſt, huic omnia omnium imperia accepto ferenda ſunt. Sequitur quartum caput maieſtatis, extrema ſcilicet prouocatio. Eiectis enim ex Vrbe Regibus, Valeria rogatione conſulari [66] non modò excepta fuit extrema prouocatio, ſed etiam ab omnibus magiſtratibus populũ licuit appellare. Cùm verò Conſules ac cæteri magiſtratus, prouocantes minùs exaudirent, lex eadem ſæpiſſimè renouata [67] eſt, ſanctius etiam Duilia rogatione tribunitia pœna capitalis ſubiecta: quam legem Romanæ libertatis fundamentum [68] appellabant. At populus Athenienſis non modò ab omnibus magiſtratibus vrbanis, ſed etiam à ſociorum magiſtratibus prouocantes excepit, vt Xenophontis [69] ac Demoſthenis [70] ſcripta demonſtrant. Eandem legem naſcente Republica Venetorum latam ſcribit Contarenus [71], vt ſcilicet ab omnibus magiſtratibus ad concilium populi prouocatio libera tribueretur. Nec certè aliam ob cauſam Franciſcus Valorius [72] dux Florentinorum cæſus eſt, quàm quod ciuibus ad populum prouocantibus capitis ſuplicium irrogâſſet. Id etiam Romæ ſæpiſſimè contigiſſe legimus, vt magiſtratus, damnatos ciues contra prouocatio-

63 anno 1424.

64 Caſſiodorus. lib. 1. 2. & ſeq.

65 lib. 1. epiſt. 6.

*Quartũ caput maieſtatis.*

66 Liuius lib. 24.

67 Liuius lib. 1. & 7. & 10.

68 Liuius lib. 3. Dionyſius Halycarnaſſ. lib. 10.

69 In Republica Athenienſium.

70 Pro Aphobo.

71 In Republica Venetorum.

72 Guichardin.

uocationem necarent. Graue[73] eſt exemplum de Senatu Romano, qui legionem ad Rhegium præſidij cauſa miſſam in ipſa Vrbe & in clariſſima populi luce ſecuri percuti, decreuit, nec quicquam prouocantibus militibus, ipſiſque Tribunis plebis leges ſacratas violari querentibus. Hic Papinianus diceret, non quid in vrbe fiat, ſed quid fieri debeat ſpectandum eſſe. Nam ſi quis putet à Senatu prouocari non potuiſſe, fallitur, cùm nihil imperare Senatus vniúſque Tribuni interceſſio ſæpiſſimè acta Senatus ſuſpenſa teneret. Primus omnium Adrianus Auguſtus vetuit ne à Senatu prouocaretur[74], nam edictum Caligulæ, quo magiſtratus omnes extra prouocationem iudicare iuſſit, peſſum ierat. Ac tametſi B Nero temerè Senatũ prouocãtes eadẽ pœna teneri voluit, ac ſi Principẽ[75] appellarent, non tamen à Senatu Principem appellari vetuit, quippe qui detulerat prouocationes[76] ab omnibus magiſtratibus ad Senatum. Hæc tamen cum his, quæ diximus diſcrepare vidẽtur: ſi enim à Præfecto Prætorij appellare Principem[77] non licuit, multò minùs à Senatu, verum illud, hoc igitur: nam Prætorio præfectus ſub imperij occaſum de prouocatione ab omnibus magiſtratibus cognouit[78]. Quinetiam in omnibus ferè ciuitatibus, plerique magiſtratus ac iudices extra prouocationem iudicare conſueuerunt, vt octo curiæ maiores Frãcorum, quatuor Hiſpanorum, Imperialis curia Germanorum, Rota Romanorum, Quadragintauiri Venetorum, curia Neapolitana, Mediolana, cæterarúmque C ciuitatum curiæ maiores, aut omni aut pleráq; iudicia tum publica tum priuata diſceptant ac definiunt extra prouocationem: neque enim curiã Imperialem, multò minùs Imperij Germanici ordines in cauſis capitalibus appellare licet, ex quibus efficitur prouocationem extremam ad iura maieſtatis non pertinere. His ego reponam prouocationis verbo, rogationes ad Principem, quas forenſis diſciplina ciuiles ſuplicationes appellat cõtineri, quoties contra ſententiam maiorum magiſtratuum prouocare non licet, Principi tamen ſupplicare licet. Inde iuriſconſultis iunioribus[79] in mentem venit, vt ſuplicationem ad iura maieſtatis pertinere putarent: ac tametſi ferè ſemper ab iiſdem iudicibus decreta rurſum iudicãtur, quoties rogatio ad Principem de re iudicata fertur: id tamẽ D in eius arbitrio ac voluntate poſitum eſt, vt rogationem excipiat aut repudiet, ac ſæpius litium inſtrumenta ad ſe deferri, & rem integram ad alios, quàm qui ſententiam tulerunt transferri iubet, aut etiam per ſeſe cognoſcat, in quo maximè Principis, aut populi maieſtas elucet: cùm nulli magiſtratus, aut iudices ſententias à ſe latas iniuſſi mutare poſſint: nam qui ſententiam ſemel in acta relatam mutauerit: pœna falſi[80] obligatur. Ac ſi quidem princeps omnibus ciuibus interdiceret, ne ab vllis magiſtratibus prouocarent, aut rogationem vllam ad ſe ferrent, quod Caligulam facere decreuiſſe diximus: ſemper tamen ſubditis aut prouocare, aut rogationem ad Principem ferre liceret: quia nec Princeps eam ſibi legem dicere poteſt, nec ſubditos quærentes ab aditu ſuiipſius rogationis ferendæ cauſa, prohibere: cùm leges omnes huiuſmodi ciuiles ſint, quibus Principem obligari non poſſe antea dictum eſt. Quamo-

73 Valer. max
74 l.1. à quib. appellare nõ licet.
75 Tacit. lib. 8.
76 Tranquil. in Nerone.
77 l.1. de offic. præfecti prætor.
78 Flauius Vopiſcus in Floriano.
79 Bal. in l 2 cõcluſione 453. de rerũ diuiſione. Faber. in Inſtitut. de Attiliano tut. §. vlt. Panor. cõſ. 82. lib. 1. Curt. iunior cõſil. 2. col. 1. Panor. & Imol. in cap. nimis. de iureiuran.
80 l. quod iuſſit. de re Iudic. l. relegat. l. diui. l. pœnã. de pœnis. l. 1. fine. de quæſtio

obrem Senatui Francorum ac imprimis Michaëli Hoſpitali Cancellario, nouum & abſurdum viſum eſt, quod qui iudices à Principe dati Alemanum Præſidem ſua ſententia damnauerant, eundem ab aditu Principis, interuallo paſſuum quadraginta millium interiecto prohibuiſſent: cùm ne id quidem à Principe fieri poſſit, tametſi rogationes ſubditorum à ſe perceptas & cognitas reſpuere poteſt. Quare cùm regum noſtrorũ gentilibus & agnatis prædia publica penſionis in modum cum imperio ac iuriſdictione, & iis quæ regalia vocant fruenda tribuuntur, duo maieſtatis capita ſemper excipi ſolent, ſcilicet fiduciarium obſequium, & extrema prouocatio. Interdum tamen obſequium fiduciarium ſiue homagium prætermittitur, vt in formula Ioannis ducis Biturigum, qua cętera imperij ac ſummæ iuriſdictionis capita largitur Carolus v. Rex Frãcorum[81]: extremam tamen prouocationem ac ius maieſtatis excepit: quo verbo maieſtatis omnia quæ ſumma ac præcipua in Republica ducimus, comprehenduntur: ſingulari tamen nota prouocationis extremæ præſidium excipi conſueuit. Itaque Philippus Auſtriæ dux Caroli Cæſaris pater ſe fiduciarium Ludouici XII. Regis profeſſus, declarauit ſe rebus à curia Pariſiorum iudicatis obſequi paratũ, nec Atrebates, aut Flandros, quo minus curiam Pariſiorum appellarent prohibiturum. Extat in Archiuis ea declaratio ſemel[82] atque iterum, quo minus de ſua fide ambigeretur, ingeminata. At etiam Atrebatio fœdere quod ictum eſt inter Carolum VII. Regem & Philippum II. Burgundię ducem[83], tametſi bellis ciuilibus, quibus tota Gallia exarſerat, & capitalibus odiis inter ſe antea diſſiderent, eo tamen fœdere quo Carolus Philippo cætera conceſſit, vt pace frueretur, fidelitas, obſequium, extrema prouocatio, iúſque maieſtatis, in iis prædiis, quæ Regibus Francorum ſui maiores accepto tulerant, excipiuntur. Nec verò Carolus v. Rex Francorum aliam aduerſus Anglos belli gerendi occaſionem arripuit, quàm quòd magiſtratus ac præſides Anglorum, qui Aquitaniam ſub fiducia Francorum moderabantur, prouocantes ſubditos, non exaudirent: quibus temporibus curia Pariſiorum Regem Angliæ vocari iuſſit, ac vadimonium deſerentem ſua ſententia damnauit, qua quidem Aquitania fiſco vindicabatur[84]. Ac ſi quidem Princeps quenquam extra prouocationem ſubditis imperare patiatur, pro ſubdito imperij collegam habiturus eſt, vt Franciſcus maior Francorum Rex feciſſe dicitur, cùm duci[85] Lotharingo conceſſit vt arcem Caſteletam ad Mozellam extra prouocationem & ab omni obſequio ac fiducia Francorum liberam deinceps haberet. At cùm eidem Baros ſummo imperio, & extra prouocationem regere precario permiſiſſet, ac poſtea magiſtratus Barenſes iure precario abuterentur, procurator fiſci Regem admonuit ne iura maieſtatis imminui pateretur. Dux Antonius re intellecta, ac Franciſcus filius publicis tabulis precarium ius illud ac Barenſem prouinciam huius imperij profiteri, ac fidẽ & obſequium Regibus noſtris eo nomine præſtare non dubitarunt: cuius profeſſionis tabulæ extant in Archiuis publicis, & in Senatum allatæ ſunt. M.D.LXIIII. Carolo IX. Rege, qui modis omnibus efficere tentauit

vt Ca-

[81] anno. 1374. in Archiuis Francorum.

[82] anno 1499.

[83] anno 1505. in Archiuis Francorum.

[84] In Archiuis Frãcorum. anno 1370.

[85] anno 1517.

vt Carolum Lothoringum ducem iure maieſtatis in ducatu Barēſi gratioſiſſimo[86] diplomate donaret: ſed id fruſtra, cùm iura maieſtatis Rex à ſe abalienare nullo modo poſſit, ne curia quidem Pariſiorum aſſentiente, tametſi autoritas aut imperium curiæ nullum videri poteſt, vbi ſit Princeps, quo præſente omnia omnium magiſtratuum imperia conquieſcunt. Optima igitur cautio eſt, nec ciuibus, nec peregrinis vlla maieſtatis iura, ac ne precario quidem tribuere: his enim gradibus ſenſim ad ſummum imperium perueniri ſolet. Ac propterea diu dubitatum[87] eſt in ſenatu, an Franciſco Alenconium duci, qui me libellorum magiſtrum & conſilij participem fecerat, Iuriſdictio in ea prouincia extra prouoca-

86 anno 1573

87 anno 1577

B tionem concederetur, vt antiquis ducibus permitti conſueuerat: ac tametſi Regis frater optimus & amantiſſimus eſſet, nihilominus tamen ex aduocatis fiſcalibus alter præſtabilius eſſe dixit duodecim collegia maiorum iudicum creari, quàm id permitti: etiam ſi ad breue tempus ea iuriſdictio, & extra ordinem datis à Rege iudicibus cum plurimarum litium fideíque & obſequij exceptione tribueretur. In quo certè à maioribus noſtris peccatum eſt, qui nimia facilitate, dicā an neceſſitate, Normanorum ducibus id permiſerunt. His enim artibus, & Armoricerum, & Burgundionum duces à Regibus noſtris ad Anglos defecerunt, quòd eadem ſibi denegarentur, quæ ducibus Alenconum conceſſa fuiſſent, ſéque magiſtratuum ſuorum nomine in curiam Pariſiorum vocari gra-

C uiter ferebant, vt ea quæ ſui magiſtratus iniquè decreuerant reſcinderentur, tametſi res interdum leuiſſimas iudices tractarent: qua de re Armoricorum duces tum apud Philippum Bellum, tum etiam apud Philippum Lōgum Regem queſti ſunt: hinc illorum ad curiam reſcripta, quibus declarant ſe nec ducem Armoricorum, nec ſuos magiſtratus in curiam vocari velle, niſi de iure maieſtatis lis eſſet, aut falſi iudicij cauſa, aut ius petentibus reddere recuſaſſent. Idem iudicandum nobis relinquitur de omnibus Germanorum Principibus ac ciuitatibus, à quibus ad imperialem curiam iuſta prouocatio eſt in priuatis iudiciis, quum litis æſtimatio ſummam aureorum quinquaginta non excedit: aut ſi lis eſt ciuitatibus ac Principibus inter ipſos. Ex quo intelligitur nec Germaniæ

D Principes, nec ciuitates, iura maieſtatis habere: cùm capitali fraude teneatur, qui ſciens prudens à ſummo Principe prouocârit, niſi ad eum modum prouocaret, quo Græcus ille quiſquis fuit, qui à Rege Macedoniæ malè conſulto ad eundem bene conſultum prouocarat. Certè quidem eo genere prouocandi vſus eſt Ludouicus Burbonius[88] Princeps Condæus, à ſententia Franciſci II. Regis Francorum, quam in Senatu cauſa cognita tuliſſe dicebatur: quod & Baldus[89] ipſe probat. Et quidem Principes omnes Regis illius Macedoniæ exemplum & intueri, & imitari debent: is enim prouocationem illam admiſit: & quoniam res à ſe iudicatas reſcindi turpe ducebat, quò minùs leuitatis & inconſtantię coargueretur, Machetæ, quem iniquè condemnauerat, damnum illatum de ſuo ſarciuit. Ab hoc capite maieſtatis & extremæ prouocationis beneficio pendet, & quodammodo pars eſt, iure vel iniuria damnatos contra

88 anno 1560.

89 Bal. in l. 1. de relat. C. l. 1. § quæſitū. de appellat. Bal. iterū in l. vlt de relat.

*Quintū caput maieſtatis.*

vim legum ac iudiciorum liberare: ſiue de capite ac fama, ſiue de bonis
omnibus agatur: nihil horum magiſtratus ac iudices damnato concede-
re, nec ſemel iudicata mutare poſſunt. Ac tametſi Proconſules ac Præſi-
des eandem[90] in ſua quiſque prouincia iuriſdictionem haberent quam
omnes Vrbani magiſtratus, non tamen eis licuit ſua ſententia relegatos
reſtituere[91]: multò minùs capitis damnatos abſoluere: id enim in omni
Republica ſeu bene, ſeu malè conſtituta ſanctiſſimè prohiberi vide-
mus[92]. Ac tametſi Papirius dictator, Fabio Maximo equitum magiſtro
capitalis pœnæ veniam petente populo dediſſe videatur: illius tamen iu-
dicij poteſtas omnis à populo pendebat, qui Fabium, quòd ingenti cla-
de hoſtes affeciſſet, pœnæ metu eodem momento liberare potuiſſet, ſed B
maluit à Papirio id petere, quàm inuito ac nolenti reum eripere: nam
Fabius cùm ſe abſentem capitis damnatum à Dictatore intellexiſſet, po-
pulum appellauit: Papirius coram populo ſententiam rectè ac iure latam
fuiſſe docuit: quod qua virtute & ſeueritate fuit, facturus non erat, niſi
& ab ipſo Dictatore populus appellari potuiſſet, & in populi arbitrio vi-
tæ ius ac necis fuiſſet. Conſimili ferè iudicio Seruius Galba maieſtatis à
Catone accuſatus veniam à populo cùm liberos amplexus lachrimarum
vim effudiſſet conſecutus eſt. Inde Catonis dictum, Galbam vapulatu-
rum fuiſſe niſi pueris & lachrimis abuteretur. Eadem necis ac vitę po-
teſtas erat penes populum Athenienſem, vt planum fuit, damnato De-
moſthene, & Alcibiade, quos poſtea populus bonis ac famæ reſtituit. C
Apud Venetos nullis omnino magiſtratibus, ac ne duci quidem, aut
Senatui, aut decemuiris ius eſt reſtituere damnatos, ſed vnius maximi
concilij arbitrio relictũ[93] antea quidẽ decemuiri poteſtate abutentes dã-
natos reſtituebant: ſed id lege vetitum, niſi coniuncto ſapientum colle-
gio, & eadem omnium conſenſione damnatus reſtitueretur: tandem[94]
interdicta eſt omnino decemuiris eius rei cognitione. Ac tametſi Ca-
rolus v. Cæſar Senatui[95] Mediolanenſi poteſtatem, quę à regia proximè
abeſſe videretur propter ſui abſentiam dediſſet, attamen damnatorum
reſtitutionem excepit. Fuit quidem in populari ſtatu Florentinorum
penes octouiros ea poteſtas, non tamen vlla lege illis tributa, ſed potius
extorta: nam conuerſa Republica P. Soderimus reſtitutiones damna- D
torum ad populi maieſtatem lege lata detulit. Certè noſtri Reges nihil,
tam regium eſſe arbitrantur, quàm ſuplicio eripere damnatos? at ne ma-
giſtratibus quidem Ducum ac Principum de reſtitutione damnatorum
cognoſcere patiuntur: tametſi de venia[96] cognoſcunt, cùm ſcilicèt ſce-
leris purus, caſu quodam vnà cum ſicariis cædi ſe affuiſſe confitetur. At
cùm Franciſcus maior Francorum Rex matri poteſtatem feciſſet dam-
natos reſtituendi, curia Pariſiorum Regem admonendum decreuit, il-
lud cũ ſubditis ſine maieſtatis deminutione cõmunicari non poſſe: quo
ſenatuſconſulto mater admonita, iure ſibi conceſſo vti nolle Senatui de-
clarauit: at ne Reginę quidem id concedi poteſt. Nec verò iuri Roma-
norum quo quidem Auguſta legibus ſoluta putatur, vllus antea fuit in
Gallia locus: quin etiam extat in actis curiæ Pariſiorum[97] ſententia, qua
Regina

60 l. ſolẽt de iuriſdict. omn.
61 Plin. lib. 10. epiſtol. ad Traianum.
92 l. relegati. de pœnis. l. 18 qui re9 & ibidẽ Accurſ. & Bart. de publicis Iudic. Ang. in l. ſi deceſſerit. qui ſatiſdare. & in l. j. §. nõ fuit de dolo l. ad beſtias de pœnis. l. 1. de quæſt. Valer. lib. 8. de publicis iudic. Liui9 lib. 2. & 25. Bar. in l. acta. de re iudicata ex ea lege.
93 anno 1524. in ſtatutis Venet.
94 1562.
95 in conſtitut. Mediolanenſ. in cap. de Senatu.
96 Iudicatũ in curia Pariſior. 15. Iulij 1419. & edicto Molinæo.
97 anno 1365. Iulio.

Regina damnas eſt, pecuniam à ſe petitã, dum lis interim diſceptaretur, apud acta deponere: vt ſic depoſitam creditori, oblata cautione petere liceret, quod quidem Romano iure iniquum eſt, vt ab executione iudicia auſpicemur[98]. quamquam neque ius illud Francorum proprium, & ſumma æquitate conſtitutum eſt: vt lites à ſtirpe conuellantur, cum apparet ex actis legitimis reum dare oportere: nam eo iure nobiſcũ Angli, Germani, Hiſpani, Itali, Græci, Affri, Aſiatici, (atque haud ſcio an cæteri quoque populi) vtantur. Ipſe quidem in actis curiæ Pariſiorum legi, Arnaldo Corbiæ Francorum Cancellario factam eſſe poteſtatem damnatos reſtituendi: ſed verius dici potuit Cancellarium ſigillorum magi-
B ſtrum, ac primiceriũ, in iura maieſtatis, furioſo Rege ac perturbata Republica, nullo vetante, inuaſiſſe. Quòd ſi quis obiiciat Præſides prouinciarum pleróſque damnatos reſtituiſſe: id enim Prætores Hannoniæ ac Delphinatum[99] Præſides, ipſúmque Ambronum[100] pontificem arripuiſſe conſtat: hæc ſeu beneficia, ſeu priuilegia erepta, & à Regibus contra leges extorta Ludouici XII. lege abrogata ſunt. Diximus antea Principum beneficia quæ etiam legitimè conceſſa fuerunt ſempiterna eſſe non poſſe, quòd ſi iura maieſtatis ab ipſis Regibus ſine ſceptro ac regno concedi non potuerunt, multò minus conceſſa confirmari. At legati Principis, aut regni procuratores iura maieſtatis, non beneficio principis ſibi vindicant, ſed iure magiſtratus aut publicę curationis: vt ij qui ſe Im-
C perij vicarios appellant. In Republica verò bene conſtituta, nec magiſtratibus, nec curatoribus iura maieſtatis temerè committenda ſunt: nec aliter quàm regni procuratori maximo, nec prius quàm Rex Impeij finibus exceſſerit, aut captiuus ſit hoſtiũ, aut impubes, aut furioſus. Nam Ludouicus IX. Rex Francorum, mortuo patre quòd impubes eſſet, matri tutrici datus eſt, cautione interpoſita, ne cuiquam tutelam permitteret. Ita Carolo V. regni curatio permiſſa eſt Ioanne patre ab hoſtibus capto: vt conſimili captiuitate Franciſci maioris Aloyſia mater regni procurationem à filio delatã ſuſcepit: & Carolo VI. furore correpto dux Bifortis Anglus, cùm ſceptra Francorum à peregrinis hominibus tenerentu. Sed vt ad propoſita redeamus: obiiciet opinor aliquis, ſingulare be-
D neficium eccleſiæ Rhotomagẽſi, Principum inſcitia, dicam, an infamia, conceſſum, quod diui Romani priuilegium appellant, cuius fiducia curiæ Rhotomagenſi ac iudicibus omnibus interdicunt pridie quo feſta dies coli conſueuit, ne damnatos ſupplicio afficiant: quod mihi, cùm procurator à principe ad prædiorum publicorum vindicationem datus eſſem, non ſine dolore videre contigit: & quoniam curia damnatos, aduerſus interdictum ſupplicio affecerat, ſacerdotes apud principem queſti ſunt, quos aduocatus fiſci oratione in ſenatu habita refellere non dubitauit: ſed cùm maiorum pontificum gratia plus valeret quàm ratio, beneficium illud, vel potius beneficium cum publico dedecore ac detrimento continuatum eſt: hîc mihi lector admonendus eſt, cùm hæc Latina facerem, ab Henricho III. Rege priuilegium illud ſublatum fuiſſe. Habet tamen cum impio Veſtalium ritu magnam affinitatem: nam ſi

98 l. nimis properè de re iudicat. C.

99 Guido Papus in deciſ. Delphi. 233.

100 Guido Papus id iudicatu ſcribit deciſi. 468.

*Iura maieſtatis nec iure magiſtratus, nec curationis ſpecie, niſi legitima Principis abſentia, tribui non debent.*

caſu Veſtalis occurriſſet ei quem magiſtratus ad ſuplicium duceret periculo eripiebat [1]: qui mos etiamnum Romæ vſurpatur: nam ſi capitis damnatus Cardinali obuiam factus ſit, ſuplicio liberatur. Illud autem pernicioſiſſimum iudico, quod D. Romani beneficio tributum erat, vt eo frui nemo poſſet qui leuiter peccarat, ſed is tantùm qui ſcelerum ac flagitiorum execrabilium immanitate omnes omnium impietates longè ſuperarat, vt quę nec diuinis poſſent, nec humanis legibus, nec Principum gratia condonari, ea D. Romani obiecta ſpecie abolerentur: id autem cum impietate maxima coniunctum eſt, vt veniam eò gratiorem immortali Deo fore putent, quò grauius ac deteſtabiliùs peccatur: ego verò nec Principibus vllis, nec mortalium cuiquam veniam largiri lice- B
re ſtatuo, ſi ſcelus diuina lege capitale fuerit. Ac ſi quidem iudex infamiam [2] contrahit capitalem, qui priuatos legibus ciuilibus, quæ paulo momento mutabiles ſunt, ſoluit, quis parricidam ac inceſtibus omnibus delibutum hominem legibus diuinis iurè ſolui poſſe confidat? [3] quòd ſi ne Principi quidem fas eſt, quod alterius vel minimum interſit, aut iniuriam alteri illatam condonare, quonam modo contumeliam Deo illatam aut parricidium conſultò perpetratum, quod lege diuina capitale eſt, diſſimulare poterit? In quo igitur, dicet aliquis, Principum commiſeratio ſeſe oſtentabit, aut elucere poterit, ſi venia ſiccarij omnes excludantur? elucebit, inquam, ſi caſu cædes admiſſæ, vel ab eo qui vim illatam repellat, vel ſi quid in leges ciuiles peccatũ ſit: vt ſi arma geſtare, vel cō- C
meatum hoſtibus dare capitali pœna interdictum fuerit, cōmiſeratione dignus ſit, qui aduerſarij metu armatus incedat: aut qui hoſtibus frumēta cùm ære alieno premeretur vendiderit, aut ſi furti pœna lege ciuili capitalis ſtatuatur: boni Principis eſt pœnam ciuilem lege diuina [4], id eſt quadrupli pœna metiri, quæ vetus eſt duodecim tabulis ac populorum ferè omnium legibus conſtituta: at parricidam aut eum qui ex incidiis alium occiderit diuina lex ab altaribus ſacris auelli, ac mactari iubet: quo ſuplicio Deus placabilem ſe ac propitium mortalibus futurum pollicetur. Ferè tamen Principes eo die, quem ſanctiſſimè coli iubent, execrabili ſcelere conuictum hominem iudicibus eripere conſueuerunt. Inde peſtes, bella, ſterilitates, clades Rerumpublicarum conſequuntur: at lex D
diuina ſceleratorum vltione diuinam vltionem arceri teſtatur: vix enim centeſimum ſcelus magiſtratibus innoteſcit & eorum, qui accuſantur magnam partem probationum ac teſtium inopia dilabi videmus: quod ſi rei veritate perſpecta ſcelerati Principum beneficio effugiant, quæ tādem peccatorum vltio in Republica futura eſt? at pleríque quod à ſuo Principe non poſſunt, à peregrino ſe adepturos confidunt. Inde Hiſpanorum querelæ aduerſus Henrichum II. Regem Francorum [5], qui à Philippo Rege, vt exules pleróſque reſtitueret obtinuit, qui domum reuerſi iudices occiderant. Omnium autem peccatorum quæ à Principibus cōdonantur, nulla laudabilior venia, quàm cùm iniurias ſibi illatas ignoſcunt: & pœnarum capitalium nulla acceptior & gratior eſt, quàm quæ acerbiſſimè de contumelia immortali Deo illata exigitur: ſed quid de eo Prin-

1 Plutarc. in Numa

2 l. ſeruos. de vi publica. C. l. 1. de priuatis carcerib. C. l. 2. de cōmerciis. C. l. nulli. C. ne ſacrũ baptiſma. l. 1. de deſertorib. C. & ibi Lucas penna. Fel. in cap. de cauſis col. 6. de offic. deleg.

3 Samuel. lib. 1. cap. 2.

4 Deut. 19. & 21.

5 anno. 1152.

eo Principe ſperandum eſt, qui ſuas iniurias crudeliſſimè vindicat, alienas verò & eas potiſſimùm quibus contra Deum opt. max. grauius peccatur, ignoſcit? Quæ diximus de reſtitutione damnatorum latiſſimè, vt omnia [6] Principis beneficia, interpretari oportet, etiam ſi reſtitutio detrimētum [7] allatura ſit iis ad quos bona damnatorum lege vel more peruentura fuiſſent, intercedere tamen non poſſunt. Verbum reſtitutionis, pleríque ad priuata iudicia traducunt, cùm ab inopia conſilij quiſquam captus eſt ac fraudàtus, vel qui beneficium ætatis indulgeri ſibi poſtulāt: quæ quidem in pleríſque ciuitatibus Principum quodammodo propria ſunt: non tamen pertinent ad iura maieſtatis: excepto natalium reſti-
B tuendorum iure: cætera, partim magiſtratuū officio, cauſa cognita, partim legibus ac moribus indulgeri ſolent[8]. Nam legibus Caroli VII. cauetur ne forenſium reſcriptorum, quas pragmatici literas iuſtitiæ vocāt, vlla ratio in litibus diſceptādis habeatur, niſi cum ęquitate cōiuncta ſint: quod vulgari reſcriptorū clauſula SI SATIS SVPERQVE APPARET ſignificatur: quæ clauſula omnem magiſtratibus negotii cognitionē tribuit: quæ ſi reſcripto deſit, iudices quidē facti, lex ipſa pœnæ, Principes autem veniæ poteſtatem habent. Itaque M. Tullius in oratione pro Q. Ligario ad Cæſarem conuerſus, cauſas inquit, egi multas, & quidem tecum, cùm te tenuit ratio honorum tuorum: nunquam iſto modo, Errauit, temerè fecit, ſi vnquam poſthac &c. ad parentem ſic agi ſolet: apud iudices verò
C crimen fictum, falſi teſtes, &c. quibus verbis apertè innuit Cæſarē, quòd eſſet in ſumma poteſtate conſtitutus, vitæ ius ac necis habuiſſe: à qua poteſtate iudices ac magiſtratus deſeruntur. Quod attinet ad fidelitatem & obſequiū, iam antea dictum eſt ad iura maieſtatis pertinere, cùm ſine cuiuſquam exceptione pręſtatur. Nummi verò percutiendi ius, maieſtatis æquè proprium eſt ac legis ipſius poteſtas: cuius enim eſt leges iubere, eiuſdem eſt nūmorum pretiū, pondus, figuram præſcribere: nam Græca vox νόμος id eſt lex, numo videtur originē dediſſe: nihil enim poſt legem magis in Republica neceſſarium eſt quàm numorum pretium, pondus, imago, vt libro [9] ſingulari docuimus: & in omni Republica prudenter cōſtituta, ſolius Principis ius illud proprium eſt. Nam cùm
D Romæ victoriati pretium dictum eſt, lege [10] Tribunitia id factum conſtat: ac tametſi Senatus vt publicæ neceſſitati conſuleret, principio aſſis pretium ſemiſſe, deinde quadrante, ac tandem vncia æſtimandum decreuit: nihil tamen à Senatu decretum eſt quod Tribunorum plebis aſſenſione ratum non haberetur. At etiam Conſtantinus Auguſtus lege ſanxit vt maieſtatis pœna teneret eos, qui numos corrupiſſent: quæ lex omnibus Principibus ſanctiſſima eſt: propterea quod bona damnatorū ob id crimen, fiſco ſuo, cæteris excluſis, vindicare ſolent: eadem pœna obſtringuntur qui ex optima materia iniuſſi nummos conflauerunt, id eſt ſine Principis conceſſu: & quoniam plerique eo beneficio abutebantur, apud nos, Vicecomes, inquam, Turenorum, Comites Marchiæ, Bleſenſium, Niuernenſium, S. Pauli: Pōtifex Agathenſis, Cadurcenſis, Meldenſis, Ambronenſis, omnibus ius illud maieſtatis Franciſci I. Regis

6 l. beneficia de legibus.
7 vt Iudicatum eſt in curia Parl. Gallus. q. 294. & 312.
8 Bar. in authē. ex cōplexu de inceſtis nupt. C. comentator cōſil. 1. col. 6. li. 4. Aucara. in cap. 1. de ſpōſalib. & conſil. 320. Panor. in cap. per venerabilem qui filij. col. 6. Rotæ decis. 200. Bal. in l. eā quā de iure aureorū annullorū. C. & cōſ. 306. lib. 2 Faber. in inſtit. de nupt. Fulgoſ. cōſi. 33. col 2. Cuma cōſ. 158. col. 5. Alex. conſil. 67. col 1. lib. 1.

*Sextum caput maieſtatis.*

*Septimū caput maieſtatis.*

9 In paradoxis aduerſus. D. de Maleſtroit.
10 Cicer. in offic.

Francorum vnà ereptum eſt, & eadem lege: quia nec ab vllo Rege concedi[11], nec cōceſſum largientis vitam egredi poterat, vt antea dictum eſt. Nam cùm Sigiſmundus Auguſtus Rex Polonorum id beneficij ſpecie Prutenorum Duci permiſiſſet[12], Senatus populúſque publico decreto ſanxit ius illud maieſtatis ab ipſo Rege ſubdito ac fiduciario tribui non potuiſſe: quamobrem & Pontifex Gneſnenſis Polonorum, & Pontifex Cantuarienſis Anglorum Cancellarius de eo iure, quod regibus extorſerant iampridem depulſi ſunt: & ciuitates omnes Italiæ Imperij Germanorum fiduciariæ percutiendi nummi poteſtatem ab Imperatoribus antea ſibi tributam fœdere Conſtantiæ amiſerunt, exceptis Lucenſibus. id enim Lucius III. P.M. ab Imperatore pro ſuis popularibus impetrauit. B
Quamobrem Petrus Rex Aragonenſis Iacobum, qui Baleares inſulas cū ſummo imperio poſſidebat, de regno deturbauit, quòd eo iure vteretur, vel vt alij tradunt, abuteretur. Eandem occaſionem ſiue oblatam, ſiue quæſitam Ludouicus XI. arripuit, vt Franciſco Armoricorum Duci bellum inferret, quòd nummum aureum contra fœdus ac fiduciā contractam percuſſiſſet[13]. Et quidem Romani, cùm in prouinciis omnibus nummos æreos & argenteos cudi permitterent, ex auro[13] tamen conflari vetuerunt: quòd cùm Ioanni Biturigum Duci Carolus V. Rex Francorum conceſſiſſet, ne quid in eo genere peccaretur, nummos omnium probatiſſimos, & ex auro puro, puto conflauit, ac pecudis villoſæ figura ſignauit. Id autem omitti non debet, quod tametſi cōtra leges cuiquam C
numi percutiendi poteſtatem princeps dederit, numorum tamen quos ipſi cuderint, vis ac poteſtas à Principe pendet: maximas autem vtilitates inde adipiſcuntur, præter figuram qua Principes mirificè gloriantur. At in Republica Romana Triumuiri monetales nummos publicos, arbitrio ſuo ſignabant, quandiu Reſpublica fuit popularis, adiectis etiam his literis III. VIRI. A. A. A. FF. quas Caulis Prætor Delphinatum ſic interpretatur, Ære, argento, auro flauo ferunto, verior tamen eſt hæc interpretatio Triumuiri auro, argento, ære, flando feriundo. Primus quidem Seruius[14] Romanorum Rex æs graue figura bouis ſignificauit, cùm nullum antea ſignum præ ſe ferret, ídque Theſei Regis Athenienſium exēplo qui eadem figura monetam ſignarat[15]. Ex quo apparet Græcorum D
ac Latinorum Principes, ea, quæ cæteros angebat, inanis gloriæ cupiditate minimè affectos fuiſſe: quam tamen Aſiæ & Affricę Reges auidiſſimè concupierunt. Primus in Græcia Philippus Macedoniæ Rex nummos ſua figura ſignauit, qui propterea Philippæi dicti ſunt, Perſarū Reges imitatus, qui nummos aureos Darij primùm imagine cuſos Daricos appellabant. Et quoniam Ariander Præfectus Ægypti, nummos publicos ſua imagine ſignauerat illum Rex Perſarum[16] ſecuri percuti iuſſit: & eadem pœna Commodus Pecennium familiarem damnauit. At etiā Ludouicus XII. Rex. cùm cætera maieſtatis iura Gennenſibus à ſe deuictis concederet, publicos nummos alterius, quàm ſua imagine cudi vetuit, cùm antea, & iis etiamnum temporibus, Patibuli figuram Gennenſes nummi præſeferant. Quòd ſi nummi percutiendi poteſtas maieſtatis propria,

11 cōtra Bar. in l. 1. de veteris numiſmatis pot. C. Cynus in l. ſi quis nummos de falſa monet. C.
12 anno. 1543.
13 anno 1465.
14 Procopius lib. 3. belli Gothic. & Zonaras.
15 Plinius.
16 Plutarch. in Theſeo.
17 Herodot.

propria ſit, vti eſt, idem de ponderibus ac menſuris iudicandum erit, quo tamen iure priuati pleríque, diuturna præſcriptione, quanquam iura maieſtatis nulla præſcriptione quæri poſſunt, abutuntur: quò fit vt infinita ponderum ac menſurarum varietate, graue accipiat Reſpublica detrimentum. Cuius rei admonitus olim Philippus Bellus, & Longus Pulchri filius, vterque Rex, ac longo poſt tempore Ludouicus xi. decreuerant omnia pondera, ac menſuras iiſdem legibus exæquare, ac iam iam curatores dati, menſuras omnes huius imperij inter ſe comparatas exæquauerant, niſi Ludouicum re infecta mors abripuiſſet: liber tamen quò id faciliùs conficiatur, extat adhuc in curia rationalium. Nam Polybius
B vt Achæorum conſpirantes inter ſe voluntates doceret, vniuerſam Achaiam & Peloponeſum, non modò eadem religione, iiſdem moribus, iiſdem magiſtratibus, iiſdem legibus, eadem diſciplina: verum etiam iiſdem nummis, ponderibus ac menſuris vſos fuiſſe ſcribit[17]. Ius autem vectigalia, ac tributa imperãdi, perinde maieſtatis proprium eſt vt lex ipſa: non quia ſine tributis aut vectigalibus Reſpublica ſtare non poſſit. Rectè Magiſter Præſes, qui ante Ludouicum ix. nulla in hoc imperio tributa fuiſſe tradit. Si tamen vrget publica neceſſitas imperare tributa, aut ea tollere, id non niſi[18] ab eo qui ſummam poteſtatem habet fieri poteſt, vt Senatus[19] Francorum ſæpe decreuit, & curia Pariſiorum ſæpiſſimè iudicauit[20]. Et quoniam publicæ vtilitatis ſpecie ciuitates & colle-
C gia pleráque tributa ſuis imperabant, Carolus ix. cùm Aureliæ conuentus haberet, rogatione[21] populi, ac rurſus apud Molinæos lege[22] ſanctius lata id vetuit Romanorum legibus[23] & æquitati congruenter. Ac tametſi Senatus Romanorum ac Cenſores ipſi vrgente bello vectigalia quædam ac tributa imperabant, quæ à populo extorqueri nõ potuiſſent, ſæpe tamen tribuni plebis intercedebant. Itaque vectigal illud memorabile de viceſima manumiſſorum in caſtris ad Sutrium lege lata ex authoritate & conſilio Senatus, quaſi ad ſtipendia legionum inuectum eſt: qua re intellecta Tribuni plebis rogationem ad populum tulerunt, indicta capitali pœna, ne quis deinceps in caſtris legem ferret. Quamobrem cùm bello Punico ſecundo maxima eſſet ærarij inopia, lege ad populum
D lata, tributum viritim imperatum fuit: quod lege contraria ſublatum eſt, poſteaquam Macedonia Imperio Romano acceſſiſſet, ac tantis opibus vniuerſi, ac ſinguli, direpta Macedonia & Illyrico abundarent, vt agrorum pretia vehementer augerentur: centeſimo pòſt anno cùm Triumuiri Reipublicæ conſtituendæ, Rempublicam diriperent, rurſus populo tributum imperatum eſt: ac multis partibus auctum, quoad Pertinax Auguſtus[24] Princeps optimus noua vectigalia tyrannorum vi & auaritia inuecta ſuſtuliſſet. Hîc dicet aliquis, priuatos non modò vectigalia paſſim, ſed etiam exigere tributa, non modò in Gallia, in qua nihil plebe, vt rectiſſimè Cæſar ſcripſit, contemptius, ſed etiam in Anglia, Germania, acerbius etiam in Dania, Polonia, Noruegia, quæ & temporis diuturnitate & iudiciorum[25] vſu inualuerunt: ídque etiam iis, qui[26] nec imperiũ, nec vllam partem iuriſdictionis habent, curia Pariſiorum

17 lib. 3.

18 l. 1. vectigalia. noua. C. cap. 1. quæ ſint regal. Fab. ibidẽ. Gallus q. 60. parte. 5. ſtili. forenſis.

20 Lug. Iuni. anno. 1557.

21 anno. 1534.

22 anno. 1560. articl. 130.

23 article 33.

24 l. 1. vectigalia. C. l. domus præ- diorũ de agricolis & cenſitis C. Alex. cõſ. 145. lib. 2. Bald. in l. cum multa de bonis quæ liberis. C. Oldrad. cõſi. 124. Paris in repetit l. placet. l. de ſacroſan. C. Boerius de ciſ. Burdegal. 129. & 132. Chaſſ. in. rubr. 1. § 4.

24 Herodianus.

25 Iudicatum in curia Pariſ. 1521. Febr. 5. & 1527. maior.

26 Iudicatũ anno 1559. Iunij 19. pro Ludouico Rinouo.

licere pronunciauit. Res ipſa quidem ſua ſe diuturnitate, & antiquiſſimo præſcriptionis vſu quodammodo tuetur: nam diuturnitas temporis efficere poteſt, vt quod pernicioſo more & exemplo inueterauit, potentius ipſa lege dominetur[27]. Sed Molinæorũ lex vno capite[28] vetat tributa præſcriptionis ſpecie à ſubditis exigi: quoniam in ſola præſcriptione iuriſcõſulti[29] plerique ac iudices omnia iudiciorum momẽta collocârũt: neque illud ſpectant, an id quo de agitur præſcribi iure poſſit. Quòd ſi Pomponius viam publicam[30] vlla temporum diuturnitate præſcribi poſſe negauit, cur iſti vectigalium, ac tributorum, cur maieſtatis iura præſcribi putant? neque enim via publica pertinet ad iura maieſtatis. Præſtabilius eſſet confiteri, quod tamen ſine capitali fraude nõ poteſt, ea quę B diximus ad iura maieſtatis non pertinere: aut regnum ipſum diadema, coronam, ſceptra denique præſcribi poſſe. Idem iudicandum nobis eſt de vectigalium ac tributorum immunitate, quam[31] nemo, niſi is qui ſummam Reipublicæ poteſtatem habet, alteri largiri poteſt: id etiam vno capite legis Molinęorum ſancitur: neque id ſatis, ſed etiam immunitatis diplomata apud acta curiæ rationalium, inſcribi, & ab ipſis vectigalium iudicibus probari neceſſe eſt. Quæ ſint autem vectigalium aut tributorum genera, & quatenus imperari poſſint, id quidem ſuo loco: nũc ſatis eſt intelligi, ius illud maieſtatis proprium eſſe: tametſi pleríque putant ſallarium vectigal magis quàm cætera maieſtatis[32] proprium eſſe, nulla probabili ratione ſubiecta. Nam ſalinas in priuatorum poſſeſſione C & eſſe & ſemper fuiſſe videmus, non modò in ora maritima verſus auſtrum (neque enim à ſole cõcreſcit ad Septentrionis plagam)[33] ſed etiam in mediterranis regionibus, vbi ſalis fodinæ ac fontes ſalſi reperiuntur: vt in Hiſpania, Italia, Gallia, & in agro Craconienſi incredibili copia ſales reperiuntur. At etiam Romæ priuatos ſalinas habuiſſe legimus[34]: quibus tamen vectigal impoſitum erat à principe. Nam Lyſimachus[35] Thracum Rex, Ancus Martius Romanorũ[36], Philippus Valeſius Francorum ſallarium vectigal primi in ſuo quiſque regno imperarunt, ac tametſi lege Valeria vectigalium ac tributorum, quæ à regibus inuecta fuerant, immunitas populo Romano conceſſa fuiſſet, Liuius tamẽ Cenſor, nullum Reipublicæ vectigal leuius & commodius, quàm ſalinarum D eſſe putauit, qui propterea Salinator eſt appellatus: nã illud vectigal aut parum, aut nihil minuit iura priuatorum[37]. Sed quoniam æquor ac mare ipſum priuatorũ proprium eſſe non poteſt, iure quodammodo Principum omnium maris accolarum communi receptum eſt, vt ſexaginta[38] milliaribus à littore, Princeps legem ad littus accedentibus dicere poſſit: atque id iudicatum[39] eſt in cauſa Ducis Allobrogum: nec niſi à ſummo Principe ſecuritatis tabulas, quas Itali[40] guidagiũm appellant, alij breuia ſalui conductus, accipere: ne quicquam ex naufragio iuris decerpere priuato licet: vt disertè cauetur lege[41] Friderichi II. Imperatoris. Barbarum id quidem, & antiquis[42] inuſitatum, vt cuius opes ac fortunæ naufragio miſerè perierint, & quem noſtris opibus ſubleuare debeamus, eius reliquias, quas ad littus eiectas bona fide reſtitui oportebat, turpiter diripi

27 l. 2. quæ ſit. lõga conſuet. C.
28 article 23.
29 Alex. cõſi. 87. lib. 3. & Bal. cõſi. 340. lib. 3. & cõſi. 370. & 49. lib. 3. Saliceti. in l. vectigalia. col. 1. Soc. cõſi 187. col. 8. Furman. in tract. de gabel. Bal. cõſ. 112. lib. 2.
30 l. viam publicam de via publica.
31 l. 1. de iis qui vacat. a princ. C. l. immunitatẽ de agricolis & cẽſit. C & toto titul. de Immunitate cõced. C.
32 titulo quæ ſint regalia.
33 citra gradum 46. ab æquatore.
34 l. 1. quod cuiuſque vniuerſi l. inter publica de verb. ſignif. l. ſi quis. de vectigal. cap. ſuper quibuſdã. de verb. ſignif. §. præterea.
35 Atheue. lib. 3.
36 Liuius lib. 9. decad 1.
37 l. forma. §. ſalinæ. de cenſib. l. magis puto prin. de rebus eorum. Alex. in l. diuortio. §. ſi vir in fũdo. ſoluto. matri. Ludo. Rom. in l. ſi feudum eod.
38 Bald. in rub. de reru diuiſio. col. 2. & in l. cũ proponas. de nautico fœnore.
39 Cacherran. prę ſes in deciſ. Pedemontan.
40 gl. Panor. Hoſtienſ. Butrio in cap. ſuper quibuſdã de verborũ ſignif.
41 l. nauigia de furtis.
42 l. 1. de naufrag. C. & tit. de incendio ruina. & naufrag. l. qui leuandæ. ad l. Rhodiã. l. diuus. de offic. præſid.

diripi patiamur. Sic tamen viuitur[43], vt qui portus habent eam crudelitatem, tum in ciues, tum in peregrinos exequantur. Ius quæris? error[44] ius facit: at ſi non peccatur errore, ſed ſcientia, ſcelus eſt quod erroris ſpeciæ prætenditur: cùm enim legatus Cæſaris coram Henrico II.[45] Francorum rege queſtus eſſet duas naues ad littus eiectas, & ab Iordane Vrſino captas eſſe, eáſque reſtitui poſtularet, Annas Mominorantius Magiſter equitum reſpondit, ea quæ ad littus fuiſſent eiecta gentiū omnium iure ad Principes qui littoribus imperarēt pertinere. Ita ius inualuit, vt ne Andreas quidē Doria queſtus ſit de nauibus in littus Celticū eiectis, & à præfecto claſſis Galliæ direptis. At etiam anchoras alienis littoribus ſine
B Principis conceſſu iniicere non licet[46]: quæ tamen olim iuris gentiū fuerunt. Vacantia verò bona, aut res derelictas vindicare, tametſi cuique[47] Romano iure liceret, nunc verò tantùm iis, quibus imperium eſt aut iuriſdictio legibus vel moribus[48] cōceſſa, res amiſſas, aut deſertas poſt ſtatum tempus quod in re mobili quadraginta dierum interuallo poſt publicationem definitur, niſi à domino vindicata ſit, vſurpare fas eſt: quadriennio[49] quidem prædia vacantia vindicari à Principe potuiſſe definierunt imperatores Romani: ſed poſt quadriennij ſpatiū contra fiſcum præſcribi. Hæc cùm priuatis tribuantur ad iura maieſtatis non magis pertinent, quàm fiſcum habere, qui non modò priuatorum communis eſt, ſed etiam ſuus Principis fiſcus eſt à fiſco publico diuiſus[50], & prædia
C priuata Principis à Reipublicæ prędiis ſeiuncta, & vtríſque procuratores ſinguli ab ipſis[51] Imperatoribus Romanorum conſtituti. Ita Ludouicus XII. Rex Frācorum cùm Imperij huius ſceptra adeptus eſſet, priuata prædia Bleſas, inquam Caſſiacū, & Monfortiū ab Aureliorū ducatu cæteríſque prædiis publicis diſiungi, rationéſque ſeorſum reddi iuſſit. Illud autem inter iura fiſcalia ſummæ poteſtatis proprium eſt[52], quod maieſtatis damnatorum bona Principi non priuato quæruntur, iis in locis quibus proſcriptio bonorum priuatis eſt aliis in criminibus lege vel more tributa: maieſtatis verò crimine pręter ea capita, quę lege Iulia de maieſtate comprehenſa ſunt, veniunt etiam ij, qui erga Deum impietatis[53], aut aduerſus Rempublicam deprauatæ monetæ[54] cōuicti ſunt. Quam-
D quam Iuriſconſulti iuniores centum & quinquaginta capitibus iura fiſcalia[55], certè nimis erudita & curioſa ſubtilitate inueſtigarunt: ſed ita vt ex vno decem efficiant, quò plura videantur: & iura maieſtatis, cum iure fiſcali, quod priuatorum etiam proprium eſt, & publica priuatis confundunt ac miſcent. Nam ius nundinarum ad ſolius[56] Principis beneficium, vt cætera priuilegia pertinet. Clarigationem verò, quam noſtri ius repreſaliorum appellant, & magiſtratuum vbique ferè, & priuatorum antiquo iure communem fuiſſe conſtat. Nam vtì quiſque ab hoſtibus detrimentum accepiſſet, ita quoſcunque potuiſſet hoſtium captiuos abducere, vel etiam indiciarum tempore licebat: bello verò etiam ſi nihil

43 Platea & Lucas penna. in l. 1. de naufrag. C. Afflict. deciſ. 50. lib. 1. Benedic ad. cap. Raynutius. verbo & vxorem nu 317. Argentræus in cōſuetu. Britan. art. 55. not. 1. nu. 5.
44 l. 4. de ſuppellectili leg. l. Barbarius. de offic. prætor.
45 anno 15 6.
46 cap. quæ ſint regalia. Alex. cōſ. 13. lib. 6. col. 4. Iacob. in Inueſtitura glo. cum vero.
47 Conſuetudo Turonenſ. tit. de moyenne iuſtice Artic. 9. tit. des eſpaues. Biturigū conſuet. tit. des heritages. § 1. Niuernen. conſuet. tit. des Iuſticiers, artic. 1. Burdegalēſ. tit. des eſpaues artic. 105.
48 l. 1 pro derelicto.
49 l. vlt. de bonis vacā. C. intra quatuor de diuerſis & tēporal. l. 1. de quadriennij præſcrip. antea perpetua erat autoritas fiſci. l. 2. fine ad Tertullianum.
50 l. 2. § hoc interdicto. ne quid in loco publico. l. ſed Celſus. de cōtrah. empt. Pli. in Panegy. Spartian. in Adrian. l. bene à Zenone. de quadriennij præſcr.
51 l. cū ſeruus. §. vlt. de legat. 1. l. 1. de iuriſdict. C. l. & cōſenſu. § 1 de appellat. l. 3. vbi cauſæ fiſcales. C. toto tit. ſi aduerſus fiſcū. C. l. 1. de offic. procurat. Cæſar Auguſtus primus procuratores inſtituit vt ait Dio lib. 53. Adrianus aduocatos fiſci. poſtremo comes rerū priuatorū καθολικὸς qui patrimoniū vniuerſum curabat. l. vlt. de aduocatis fiſci. C. l. vlt. de delator. l. neminem de bonis vacantib.
52 Guid. Pap. deciſ. del. 341.
53 Idem deciſ. 76. & in cap. vergentis. de hæret.
54 l. 2. de falſa moneta. C. ſed Bart. ait in Italia feudatarios ex ea cauſa bona damnati capere.
55 Lucas Parmēſis in tract. de fiſco centum quinquaginta recenſet. Caſtrenſis in l. vlt. de priuilegio fiſci. in tit. de ſententiis aduerſus fiſcum C.
56 l. vnica de nundinis. C.

damni ab hoſte illatum eſſet, captiuum tamen abducere nemini non licet: ſed pacis aut indiciarum temporibus, ne accepti detrimenti ſpecie, induciæ violarentur, Principes id ſui iuris fecerunt, vt non aliter quàm cauſa cognita in hoſtes aut in peregrinos, quandiu cum ciuibus verſantur, iniicere liceret. Id tamen prouinciarum præfectis, & maiorum curiarum [57] poteſtati tribui æquius eſſet, vt antea ſemper in noſtra Republica factum videmus vſque ad Caroli VIII. Regis ætatem: is enim lege ſingulari clarigationis reſcriptum ſui beneficij eſſe voluit: noſtri homines marcam appellant, quam, opinor, M. Varro clarigationem, Demoſthenes ἀνδροληψίαν, Iuſtinianus ἐνεχειριασμὸν vocat. Ius item regale noſtris propriè dicitur, quo Princeps Pontifice mortuo fructus pendentes ſuos B
tantiſper facit, dum alius Pontifex à collegio cooptatus, vel ipſius Principis beneficio deſignatus, & in poſſeſſionem dato iureiurando, miſſus fuerit: ſed neque id omnibus locis, neque maieſtatis ius dici debet. Sunt alia pleráque leuiſſima, quæ Principum propria ducunt, vel ad decus, vel ad dignitatem: vt reſcriptis addere GRATIA DEI: quæ verba Ludouicus XI. Rex Franciſcum Armoricorum ducem de ſuis reſcriptis detrahere iuſſit: tametſi in omnibus ferè antiquis fœderibus vſitata legimus, nec Principibus modò vel ducibus, ſed etiam minimis magiſtratibus, ac legatis aſcripta. Vt illud etiam quod Reges Francorum flaua cera in ſigillis vtuntur: nam extat in actis curiæ [58] Pariſiorum Ludouicum XI. Regem id magni beneficij loco permiſiſſe Renato Neapoleos ac Siciliæ C
Regi, vt flaua cera vteretur. Tilius perperam ceram candidam aſcribit, qua nunquam reges noſtros vſos fuiſſe comperio. Sed multò verius ad iura maieſtatis pertineat, ſubditos cogere vt imperâtis lingua ac ſermone vtantur, quod Romani ſubditis ſic imperabant, vt etiamnum iis temporibus in vniuerſa Europa longè latéque dominari videantur. At Rex Hetruſcorum, qui poſtremus à Romanis fractus eſt, cætera quidem Romanis, illud aſſentiri non potuit, vt patrium ſermonem mutaret, aut Latinam linguam reciperet, vt Cato Cenſorius ſcriptum reliquit. Gallia verò quòd ciuibus Romanis penè redundaret, ſermonem Latinum cum patrio ita confudit, vt antiqui ſcriptores, noſtros homines Romanos appellarent: ſententiæ verò ac decreta curiæ maioris, id eſt Pariſiorum, La- D
tinè interpoſita fuerunt (id quod præſides prouinciarum facere iubentur [59]) quouſque Franciſcus maior patrio ſermone vti iuſſiſſet: conſimili edicto Eduardus III. iudices ac magiſtratus Anglorum patrio ſermone ſententias reddere iuſſit, cùm antea Gallico vterentur. At cùm Arabes Aſiæ & Affricæ imperium occupauiſſent, linguam ac religionem latiſſimè, & quidem in Hiſpaniam vſque citeriorem diffuderunt, quam cùm Philippus Rex Hiſpaniarum obliterari vellet, non potuit tamen. Sunt qui [60] inter iura maieſtatis poſuerint ex æqua animi ſententia iudicare: quod iudicibus omnibus licet, niſi lege prohibeatur. Quamobrem in edictis, quibus officio magiſtratuum ac iudicum arbitrio quid permittitur, hæc verba ſubiiciuntur QVOD IVDICIVM RELIGIONI CONCEDIMVS. Alioqui nec iudicibus [61] contra leges iudicare, nec de legibus in Re-

57 Curia Pariſior. Febr. 12. reſcriptũ conceſſit.

58 anno 1468. 23. Iulij.

59 l. decreta. de re iudicata. ff.

60 Bart. in l. 1. vt quæ deſunt aduoc. C. Decius conſi. 463. Imol. conſi. 22. Bald. in l. 1. de vindict. libert. C. Spec. tit. de ſentẽt. §. qualiter. ver. 2. Bal. in l. 1. §. quies de offic. præf. vrbi. Cynus in l. ſi ſeruus. de noxal. C. Ang. in l. 2. de iis qui ſunt ſui. Florian. in l. interruptione finium regũdor.

61 l. 1. ad Turpil. Alex. ad Bart. in l. Illicitas. § veritas c. de offi. præſid. Ang. in l. aduo. de re iudic. Io. Andr. in cap. ſi ſacerdos. de offic. ordin. Calderinus in cap. paſtoralis. §. quia vero. de offic. de legat.

in Republica probatis ac ſuſceptis diſputare fas eſt: id enim non modò ſapientiſſimis Lycurgi inſtitutis, ſed etiam vetere Florentinorum lege prohiberi ſcribit Ludouicus[62] Romanus: vtrúnque Principi, niſi diuina lege prohibeatur, licere antea diximus: Maieſtatis verò nomen ei qui iure maieſtatis vacat vſurpare abſurdum: ſed excellentis aut ſacræ maieſtatis epithetum ſibi aſcribere abſurdius: eſt enim alterum leuitatis, alterum etiam impietatis: nam quid amplius præpotenti ac immortali Deo tribuamus, ſi quod eius proprium eſt eripimus? Nam ipſi Germani Principes qui hac voce ad ſplendorem Imperatoris abutuntur, eandem ſuis literis Regi Francorum aſcribunt: ſæpe quidem ipſa exemplaria, non
B exempla literarum ad Regẽ Francorum ſcripta legimus, quibus hæ notæ V. S. M. id eſt, veſtra, ſacra, maieſtas, decies inſcribuntur. Cætera quæ cuiúſque regionis propria ſunt, & quæ Principes quibuſdam locis ſua ducunt, omitto: neque enim ſingularium, quæ ipſa ſunt infinita, ſcientia aut diſciplina tradi poteſt: illud tantum, quod antea ſæpe dictum, dicendum tamen ſæpius eſt iura maieſtatis eiuſmodi eſſe debere, vt ſummorum quidem Principum omnium propria ſint, nec tamen cum ſubditis communia, quæque nec[63] concedi debeant, & conceſſa nullo temporum curriculo præſcribi poſſint. At ſi Princeps publica prædia cum imperio ac iuriſdictione, & eo modo fruenda conceſſerit, quo ipſe frueretur, etiam ſi tabulis iura maieſtatis excepta non fuerint, ipſo iure tamen
C excepta[64] iudicantur: id quod vetere Senatuſconſulto[65], non modò in priuatos, ſed etiam in Principes ipſos regiæ ſtirpis ac gentis decretum eſt. Quòd ſi loca publica nullo temporum decurſu queunt præſcribi, quantò minùs iura maieſtatis? Verum illud, hoc igitur. Themiſtocles quidem apud Athenienſes, & Cato Cenſor apud Romanos in orationibus quas de iure prædiorum publicorum habuerunt vtérque in ſua Republica Princeps grauem illam, nec vnquam ſatis laudatam ſententiam vſurparunt[66], Nec mortales aduerſus Deum immortalem, nec priuatos aduerſus Rempublicam præſcribere poſſe. At etiam qui priuatus aut quacunque poteſtate præditus in iura maieſtatis inuolauerit, capitali fraude obligatur[67].

FINIS LIBRI PRIMI.

62 Conſil. 2[illegible].

63 cap. veniente de iureiurando.

64 Albericus in l vlt. de iuriſdict. Bal. in l. à procuratore madaci. C. & in l. ſi aquam. de ſeruit. & aq. C. Alex. c[illegible] 30. lib. 5. Lucas. Penna in l. cõtra publicũ nu. 7. de re militari. C.

65 In libro curiæ inſcripto olim. fol. 81.

66 Plutar. in Themiſtocle & Catone. l. ſi appellatione de appellat. C. per Cynum in cap. venientes de iureiurando.

67 l. ſacri affatus. de diuerſis reſcript. C.

# LIBER SECVNDVS

## DE TOTO GENERE RERVMPVBLICARVM.

### CAPVT. I.

*Quisqualíſque ſit Reibudlicæ ſtatus.*

QVONIAM de partibus ciuitatis,ac de maieſtatis vniuerſo iure ſatis cumulatè diſſeruimus,deinceps vt ciuitatis cuiuſque ſtatus qui qualíſque ſit commodius intelligatur, diſpiciendum eſt quæ in Republica perſonæ iura maieſtatis habeant. Ac ſi quidem penes eſt vnum Reipublicæ totius ſumma, Monarchiam appellabimus:ſi penes vniuerſos Democratiam:ſi penes paucos Ariſtocratiam. His verbis, tametſi minus Latinè quia tamen vſitata ſunt, ad id quod volumus accommodatè vtemur,vt nominũ ambiguitate ſublata, propter varias eorum qui de Republica ſcripſerunt, ſentẽtias, certiùs ac meliùs de vniuſcuiúſque ſtatu iudicemus. Nam ſi Rerumpublicarum formas bonorum ac malorum finibus, aut virtutibus ac vitiis metimur,infinitas eſſe comperiemus. At in rebus omnibus aptè rectéque definiendis, ipſarum vim ac naturam, non quæ cuique extrinſecus accidunt, intueri oportet: aut certè in varios errores,ac reprehenſiones incurramus, vt non modò ex ſingulis virtutibus ac vitiis, ſed etiam ex iis quæ nec bonorum, nec malorum generibus comprehenſa ſunt, Rerumpublicarum infinitatem,quæ nec ſcientia,nec præceptis contineri poteſt, ſtatuamus, vt ſi Princeps eligatur à formæ præſtantia, vel à corporis proceritate, vel à robore, vel à nobilitate, vel ab opibus, (quę ſunt extra virtutum ac vitiorum fines) vel à bellicis laudibus,vel ab animi tranquillitate, vel à ſapientia, vel à Iuſtitia, vel à magnificentia,vel à rerum magnarum ſcientia, vel à frugalitate, vel à continentia, vel à modeſtia, vel ab aliis ſeu virtutibus ſeu corporis aut animi affectionibus conquiratur:ex iíſque monarcham definiamus,idémque ſtatuamus de Ariſtocratia,ſi de multis ſeligantur pauci, qui aut generis ſplendore, aut opibus, aut ſapientia, aut iuſtitia, aut belli gerendi ſcientia, aut aliis virtutibus, aut etiam vitiis præſtent,

præſtent, innumerabiles Rerumpublicarum formæ exoriātur: quæ cùm abſurda ſint, & illa ex quibus hæc ſequuntur abſurda videri neceſſe eſt. Cùm igitur ea quæ rebus ſingulis accidunt, illarum vim & naturam cuiúſque propriam non mutent, tria tantùm Rerumpublicarum genera Monarchiam, inquam Ariſtocratiam, & Democratiam conſtituemus. Monarchiam definiemus cùm in vnius dominatu verſatur Reipublicæ maieſtas, ad eum quem diximus modum. Democratiam cùm omnes, aut maior pars omnium ciuium ſimul collecta, ſummum Reipub. imperium habet. Ariſtocratiam cùm paucis quibuſdam ciuibus in reliquos ſummum ius eſt: hæc per ſe ipſa ſua luce perſpicua ſunt. Veteres quidem *Veterū de Republica ſententiæ.*
B in eo ſibi conſentiunt, Rerumpublicarum genera tribus pauciora eſſe non poſſe: ſed alius quartum genus ex tribus conflatum, alius quintum à ſuperioribus diuerſum poſuit: Plato quartum genus non ex tribus confudit, ſed ex duobus tyrannide inquam & populari ſtatu, vel ex optimatibus, id eſt ex iis qui virtute cæteris præſtarent, conſtituit[1]. Ariſtoteles præter hæc tria genera quæ diximus, & Platonis quartum genus, & quintum ex tribus ſuperioribus confuſum tradit. At[2] Polybius ſeptem enumerat: tria quidem vitioſa, ac totidem laudabiliter cōſtituta, ſeptimum ex tribus poſtremis temperatum. Polybium ſecuti ſunt Dionyſius[3] Halycarnaſſæus, M. Tullius[4], Thomas Morus, Gaſpar Contarenus, Franciſcus Machiauellus, ac plerique alij vno veluti conſenſu eam ſententiam
C probarunt: quæ quidem antiquiſſima eſt, nec à Polybio, qui ſe authorem[5] videri putat, originem accepit: nec ab Ariſtotele, ſed annos amplius quadringētos ante Ariſtotelis ætatem Herodotus antiquitatis parens, quartum illud genus ex tribus confuſum à pleriſque laudatū fuiſſe ſcribit: tamen tribus omnino generibus contentus, cætera vt imperfecta repudiat. Ac niſi argumentis non modo probabilibus, ſed etiam neceſſariis ad aſſentiendum ab illa Polybij, Tullij, ac cæterorum ſententia deducere, talium virorum autoritate vinci meipſum facilè paſſus eſſem. Doceamus igitur, eos errare ac decipi, qui quartum illud genus ex tribus temperatum poſuerunt: id autem planius confido futurum, ſi eiſdem, quibus illi, exemplis ad illos refellendos vtamur. Poſuerunt enim Reſ-
D publicas Lacedæmoniorum, Romanorum, ac Venetorum ex triplici genere temperatas eſſe, Monarchia, inquam, Ariſtocratia, Democratia. At cùm Plato Reipublicæ genus optimum ex tyrannide ac Democratia cōflari diceret, ab Ariſtotele reprehenſus eſt, qui negat ex his duobus generibus quicquam quod laudabile ſit, exiſtere poſſe: ac præſtabilius videri quartum genus ex tribus conficere. In quo quidem Ariſtoteles ſeipſum erroris conuincit: nam ſi nihil optimum ex duobus extremis exiſtere poſſe confiteatur, quid fiet tribus inter ſe confuſis? Et quoniam hæc diſciplina maximos in Republica tumultus ac perturbationes ciere poteſt, accuratiùs nobis eſt ac ſubtiliùs explicanda. Quarum enim ciuitatum contrarios fines ac ſtatus videmus, eas legibus inter ſe contrariis ac diſcrepantibus moderari oportet: cuiuſmodi eſt Monarchia Democratiæ planè contraria. Et quidem Florentini peruulgata illa veterum de tem- *Reſpublicæ quæ contrarios habent ſtatus, legibus inter ſe contrariis gubernantur.*

1 lib. 4 c. 7.

2 lib. 6. de militari ac domeſtica diſciplina.

3 lib. 2.

4 in fragmentis de Repub.

5 d. lib. 6.

perato Reipublicæ ſtatu diſciplina penitus imbuti cùm P. Soderini ac Hieronymi Sauonarolæ ſeditioſis concionibus Reipublicæ poteſtatem ad populum detuliſſent, plebem à magiſtratibus & imperiis atque omnino à Reipublicæ negotiis arceri commodius eſſe putarũt, vt antiquioribus ciuibus, aut qui opibus cæteris præponderarent, ſumma rerum tribueretur: at ne iis quidem omnia oportere ſed ea tantùm quæ præcipua ducuntur, legum, inquam, ferendarum, ac magiſtratuum creandorum, tum etiam ærarij poteſtatem concedi: cætera magiſtratibus ac Senatui permitti: vt eo, quod opinione conceperant, temperato Reipublicæ ſtatu fruerentur. Ac ſi quidem ex tribus generibus modicè temperatis quartum exurgere poſſit, vim quandam natura diuerſam à reliquis habiturum eſt: vt in concentu harmonica quæ dicitur proportio, ex arithmeticis ac geometricis rationibus arte confuſis exiſtit, ab vtriſque tamen vehementer diſcrepans: vt corpora quæ ex diſſimilibus ac diſſidentibus naturis coaleſcunt ſi miſceantur ſimul, tertium quiddam ab vtriſque omnino diuerſum efficiunt. At illud quod ex tribus Reipublicæ generibus conflatur, nihil omnino differt à populari ſtatu: nam ſi tres ciuitates, quarum vna à Rege, ſecunda ab optimatibus, tertia à populo regatur, in vnam & eandem coëant Reipublicæ formam, ſimúlque ſumma poteſtas ac imperium omnibus communicetur, quis dubitet quin ſtatus ille ſit popularis omnino futurus? niſi viciſſim imperium Regi, deinde optimatibus, poſtea populo tribuatur: vt in interregno Romanis Senatores vicibus alternis imperabant: ſed rurſus ad hæc tria quæ dixi genera Rerumpublicarum relabi neceſſe eſt: nec tamẽ diuturna fuerit hæc mutua imperandi ratio, nec magis Reipublicæ vtilis futura, quàm ſi perturbata familia, vxor marito imperet, tum liberi vtriſque, ac tandem ſerui omnibus dominentur. Sed qui vnius dominatum cum paucis, ſimul & vniuerſis conſtituere velit, non poſſit, ac ne mentis quidem cogitatione id conſequi. Nam ſi maieſtas per ſe ipſa quiddam eſt indiuiduum, vt antea demonſtrauimus, qua ratione vni & omnibus eodẽ momento congruere poſſit? Maieſtatis primum caput eſt vniuerſis ac ſingulis ciuibus leges dare, iíſque imperare: ſed qui ciues imperio ſeſe obſtringi patientur inuiti? qui rurſus imperantem coërcere poterunt? nam ſi ſponte parebunt, maieſtas ipſorum labefacta concidet: ſin imperia recuſabunt vtrique, neque ſit qui pareat aut imperet, Anarchia non Reſpublica fuerit, tyrannide crudeliſſima deterior. Quòd ſi populo iubendæ legis & magiſtratuum creandorum fiat poteſtas, cætera Senatui ac magiſtratibus permittantur, popularem ſtatum eſſe confitendum erit, cùm Senatui ac magiſtratibus credita, & præcario data poteſtas, eiſdem iubente populo, eripi poſſit. Sed quæ diximus tametſi perſpicua ſunt, exemplis tamen, quàm ratione commodiùs illuſtrabuntur. Polybius enim qui eius ſententiæ principem ſe & authorem videri voluit, Lacedæmoniorum ſtatum ex his tribus quæ dixi generibus conſtitutum fuiſſe putat: quod in illa Republica duo Reges Monarchiam: octo ac viginti ſenatores Ariſtocratiam: Ephori quinque ſtatum popularem tuerentur, hæc ille. Quid

ille. Quid igitur fiet Herodoto, qui Lacedæmoniorum Rempublicam puriſſimam Ariſtocratiam fuiſſe tradit. Quid etiam Thucididi, Xenophonti, Ariſtoteli, Plutarcho: qui bellum Peloponeſiacũ ob id cœptum & annos amplius viginti continuatum prodiderunt, quòd Athenienſes in omnibus Græciæ ciuitatibus popularem ſtatum ſtabilire conarentur: Lacedæmonij verò omnia conſilia belli ac pacis ad optimatum ſtatum reuocarent. Et quidem poſt victoriam Lacedæmoniorum ad Ægos potamos, Lyſander omnes Græciæ ciuitates, quas Athenienſes imperio tenebant, ad paucorum ſtatum redegit, & in ipſa Vrbe Athenarum, cùm mœnia ſolo exæquauiſſet, euerſo populari ſtatu, triginta ciues rerum o-
B mnium dominos conſtituit, qui triginta tyranni ab Athenienſibus ſunt appellati: totidẽ enim, nec plures, imperium Lacedęmoniorum moderabantur. Samiis verò, Sicyonibus, Ægynetis, Mileſiis, aliíſque Ioniæ ciuitatibus, decemuiros vnà cum Prætore belli gerendi cauſa præfecerunt, reuocatis ab exilio qui optimatum ſtatum probauerant, & in exilium pulſis qui populare imperium tuebantur. At etiam [5] Maximus Tyrius cùm ciuitates enumerat quæ puram Ariſtocratiam coluerunt, primos omnium Lacedæmonios poſuit, deinde Theſſalos, Pellenos, Cretenſes, Mãtinæos. Tot ac tam claros ſcriptores, & quidem Græcos omnes prius mendacij conuincere oporteret, quàm Lacedæmonios de Ariſtocratia depellere: at illi ſcriptores iiſdem ferè temporibus, quibus Athenienſium
C ac Spartiatarum Reſpublicæ floruerunt: certè quidem verius ac melius quàm patricius Venetus, quàm Florentinus homo, quàm Britannus ſtatuere de re ipſa potuerũt. Quid igitur Polybium fefellit? erat enim Megalopolitanus Lacedæmoniis finitimus: certè lapſus eſt, ob regum Lacedæmoniorum appellationem. Nam Lycurgus conuerſo Reipublicæ ſtatu, cùm ciuibus vniuerſis imperium dediſſet, Regum ipſorum cõceſſu ac voluntate, qui ab ipſo Hercule genus ducebant, ipſis nomẽ regium reliquit, præterea nihil aliud quàm vt belli duces eſſent. Iam enim antea regia poteſtas cõcuſſa & labefacta videbatur, ex quo Ariſtodemus duos liberos imperio Lacedæmoniorum ſimul præfeciſſet (exemplo Meſſeniorum, quibus Amphareus & Leucippus vnà imperare cœperant) cùm
D vtérque rex eſſe vellet, neuter eſſe potuit: at cùm mutuis odiis contentionibúſque Rempublicam in partes diſtraherent, Lycurgo, qui ab eadem, qua illi, ſtirpe originem traxerat, regiæ poteſtatis euertendæ occaſionem præbuerũt: neque enim præter regium nomen ac ſpeciem quicquam eis reliquum erat, cætera Senatui ac populo conceſſa: vt exemplo conſimili, cùm populus Athenienſis ac Romanus Reges exegiſſent, Regem ſacrificulum ad ea ſacra, quæ per leges ac religiones non niſi ab Rege fieri poterant, ad pompam & ſpeciem à pontificibus cooptari iuſſerunt, qui tamen, nec vllum omnino magiſtratum nec imperium poſſet adipiſci, quod cæteris ſacerdotibus licebat. Ita quidem regia poteſtate à Lycurgo ſublata manſit nomen regium, ſed eo iure, quo qui erãt Senatores, id eſt ſine vllo imperio, ac poteſtate, qui ab Ephoris ſępe mulctati, nõnulli etiam capitali [6] ſupplicio affecti ſunt, vt Agis & Pauſanias.

[5] in orat. 7.

[6] Pauſan. lib. 4.

Reipublicę verò maieſtas penes fuit populum,qui Senatus decreta confirmare, aut infirmare poſſet. Nam Thucidides ipſe eos refellit, qui duplex ſuffragium cuique Regi tribuunt: ſed centeſimo circiter anno poſt Lycurgum Polydorus ac Theopompus popularem ſtatum ad Senatum triginta virorum detulerunt, cùm & populum conuocare difficile,& ratione moderari difficiliùs videretur,à quo tamen ſanctiſſima ſenatus decreta ſæpe conuellerentur, è Republica eſſe iudicarunt ſummum imperium ſenatui permittere: expreſſo ad eam rem artificioſè Apollinis oraculo,quo Deus ipſe iubebat vt deinceps imperium Reipublicæ penes eſſet ſenatum:ac ne populus ereptā ſibi poteſtatem lugeret,Ephoros quinque de plebe quaſi Tribunos creari placuit, qui regum dicta, facta, & B conſilia explorarent,ac modis omnibus efficerent,ne in tyrannidem inuolarent. Et quidem Ephori decimo quoque anno cælum contuentes nocte ſerena ſi quam ſtellam, inquit Plutarchus,ſcintillas emittere, aut tranſilire perſpicerent, Reges in carcerem coniiciebant: nec ante carceribus eripi poterant,quàm id Apollinis oraculo denunciaretur. Ita quoque Phylactes,Cumarum Regem quotannis in carcerem duci iubebat, quouſque Senatus quid de eo ſtatuendum [7] eſſet,decreuiſſet. Stetit autem Lacedæmoniorum Reſpublica annos circiter quingentos vſque ad Cleomenem, qui cæſis Ephoris ac ſenatoribus & oppreſſa Republica ſummum imperium accepit, ac retinuit quoad victus eſt ab Antigono Macedoniæ Rege. Is igitur Spartam ac Lacedæmoniorum Rempublicam in priorem ſtatum reſtituit: ſed vigeſimo poſt anno cùm Nabis tyrannus in Rempublicam inuaſiſſet, occiſus eſt à Philopomene, qui Lacedæmonios Achæorum imperio adiecit, cuius imperij tandiu prouincia fuit, quoad Gallus proconſul Romanorum ab Achæis illam diſtraxiſſet:tandem Imperatores Romani liberam eſſe iuſſerunt. Hæc de Lacedæmoniorum Republica quæ magnā partem à Xenophonte,Thucidide Liuio, Polybio expreſſa fuerunt: nemo tamen accuratius ſcripſit quàm Plutarchus[8],qui quæ ab aliis aut tenuiter,aut falſò prodita fuerāt, ex ipſis Lacedæmoniorum Archiuis & actis publicis emendauit. Id autem Liuius[9] vno loco apertè ſignificat,vbi Nabim Tyrannum cum Tito Flaminio, ſic loquentem inducit: Noſter legum lator Lycurgus, non D in paucorum manu Rempublicam eſſe voluit, quem vos Senatum appellatis, nec eminere vnum aut alterum ordinem in ciuitate, ſed per æquationem fortunæ ac dignitatis fore credidit, vt multi eſſent qui pro patria arma ferrent. Hic tyrannidem popularis ſtatus ſpecie obtendit, cùm nihil tunc populare haberet,veriſſimè tamen dixit Lycurgum principio ſummam poteſtatem ad populum detuliſſe. Videamus cætera,Poſuerunt etiam Romanorum Rempublicam triplici genere temperatam fuiſſe:ſic enim Polybius [1] qui Affricani maioris præceptor fuit: Videmus, inquit, regiam poteſtatem in Conſulibus, Ariſtocratiam in Senatu, Democratiam in populi comitiis eminere. Huic planè aſſentiuntur Dionyſius Halycarnaſſæus,Cicero,Contarenus,Thomas Morus,ac plerique alij quæ tamen ſententia nec veritate nititur,nec ratione. Vbi enim

7 In Apophtheg. Græcorum.

8 In Lycurgo, Ageſilao, Agi, Cleomene,& Lyſandro.

9 lib. 34.

1 lib. 6. de milit. ac domeſtica Rom. diſciplina.

enim monarchia, id eſt vnius Imperium, in duobus Cõſulibus fingi poteſt? at maieſtas ſi eſſet in Conſulibus, certè quidem duobus communicata, propter indiuiduam ſui naturam cõſiſtere non poſſet: veriùs ac meliùs Genuenſium aut Venetorum Duci ſpecies regia tribuatur. Quæ autem regia poteſtas eſſe potuit in conſulibus Romanis, qui nec legem iubere, nec fœdera iniuſſu populi ſancire, nec damnatos reſtituere, nec verberibus ciuem cædere, nec tributum imperare, nec de pecuniis publicis ſtatuere potuerunt? Nam quod Polybius, Conſules gladij ius habuiſſe in milites ſcribit, nihil mirum, cùm id quoque Prætoribus, Tribunis militum, & omnibus legionum ducibus, ſit ac ſemper fuerit commune ad
B tuendam militarem diſciplinam. Iam verò Conſules annuum duntaxat, & alternis tantùm diebus imperium habuerunt. Item magiſter militum apud nos, Bethudeta apud Æthiopes, Edegnarus apud Tunetanos & perpetuam, & multis partibus maiorem habuerunt, quàm vtérque Conſul poteſtatem. Regum tamen ſubditos ſe ac ſeruos, vti re vera fuerunt, appellabant. Conſules verò, quos iſti Regibus comparant, à Tribunis plebis coërceri poterant. Nam Druſus Tribunuſplebis Philippum Conſulem, quòd ſe in concione loquentem interpellaret obtorta gula in carcerem per viatores trudi iuſſit, & iure potuiſſe deinceps intelligetur. Poteſtatẽ Conſules habuerunt indicto bello exercitus ducendi, ſenatum conſulendi, legatos admittendi ac dimittendi, populum conuocan-
C di, magiſtratus creatos renũciandi, ad populum autem orationem ſtantes habere, ſedente populo, ac faſces ſumittere oportuit. Vrbanus Prætor vtroque Conſule abſente, eandem, quam Conſules ipſi[2], poteſtatem habuerunt: ac poſt Vrbanũ peregrinus, & vtî quiſque ordine antecedebat, ita Conſulis munere fungebatur. Quod ad Senatũ attinet, cui Ariſtocraticã tribuunt poteſtatẽ, ab ea tantùm abfuit, vt nec in vniuerſos nec in ſingulos ciues vllũ imperium, nec in magiſtratum quenquam haberet. At ne ſenatus quidem, iniuſſu Conſulis, aut Prætoris, abſente Conſule haberi potuit. Quare Cæſar popularis homo, cùm nihil à Senatu ſe impetraturum proſpiceret, populum quidem ſæpe ad concionem conuocauit ſui Conſulatus anno vertente, Senatum vix vnquam: neque id no-
D uum videbatur. Senatus enim quibus temporibus maximam dicitur habuiſſe auctoritatem, à Conſulibus petiit vt extremis Reipublicæ periculis Dictatorem dicere vellent: neque enim imperare poterat: at ne lictorem quidem aut viatorem vllum, quæ Imperij argumenta ſemper fuerunt, habere. Itaque Senatus Seruilium Priſcum miſit ad Tribunoſplebis, ad quos ille, Vos,[3] inquit, Tribuniplebis Senatus appellat vt in
» tanto diſcrimine Reipublicæ Dictatorem dicere, Conſules pro veſtra
» poteſtate cogatis: Tribuni pro collegio pronunciant, placere Conſules
» Senatui dicto audiẽtes eſſe, aut in vincula ſe duci iuſſuros. Idem Liuius[4] author eſt Senatũ decreuiſſe, vt Conſul rogationem ferret ad populum, qui Dictatorem dici iuberet: quòd ſi Conſul recuſaret, vt Prætor populum conuocaret: ſi ne is quidem vellet, Tribuniplebis, Conſul negauit ſe populum rogaturum, Prætorémque rogare vetuit: Tribuniplebis roga-

2 Cicero in epiſt. vbi de Cornuto Prætore ſcribit ad Lentulum.

3 Liuius lib. 4.

4 lib. 27.

runt. Ex quo perſpicitur ne minoribus quidem magiſtratibus, vetante maiore magiſtratu, Senatum imperare quicquam potuiſſe. Quod item Polybius ſcribit Senatum de prouinciis ac ciuitatibus iudicaſſe, déque coniuratis pœnas ſumpſiſſe, falſum eſſe conuincit Liuius [5], vbi agit de plectendis Campanis qui ad Annibalem defecerant, Princeps Senatus ſic orſus eſt: Per ſenatum agi de Campanis iniuſſu populi non video poſſe. Idem paulò poſt, Vt rogatio feratur ad populum, qua Senatui poteſtas fiat ſtatuendi de Campanis: rogante verò magiſtratu ſic populus ſciuit, Quòd Senatus maxima, pars cenſeat qui aſſident id volumus iubemúſque. Nec minus fallitur Polybius qui Senatum de prouinciis decreuiſſe putat, cùm Liuius Romanorum antiquitatum optimus author contra ſentiat. Sic enim [6] ſcribit. Q. Fuluius poſtulauit à Conſule vt palam in Senatu diceret permitterétne Senatui vt de prouinciis decerneret, ſtaturúſque eò eſſet quòd cenſuiſſet, an ad populum laturus: Scipio reſpondit ſe quod è Republica eſſet facturum. Tum Fuluius, à vobis peto Tribuni plebis vt mihi auxilio ſitis. Ex his ſanè perpetuum fit nihil omnino imperij habuiſſe Senatum, nec eius decreta ſine Tribunorum plebis aſſenſione rata eſſe potuiſſe: cætera præcario à populo habuiſſe. Quæ verò Senatuſconſulta rata fuiſſent conſenſione Tribunorum plebis, quibus communicari oportuit, ea tamen exequi non poterat Senatus niſi vel Conſules id iuberent, vel recuſantibus Conſulibus, ipſi Tribuni ad populum ferrent. Fuit igitur in magiſtratibus Imperium: in Senatu auctoritas & conſilium, non autem Imperium: in populo ſumma poteſtas ac Reipublicæ maieſtas. Excipio tempus illud quo decemuiri legum ferendarum ſummam poteſtatem ad ſe delatam, poſt annũ contra leges, retinuerunt, vnde paulò poſt vi & armis depulſi fuerunt. Tunc oligarchia ſpecies Ariſtocratiæ dici potuit. Ac principio quidem, eiectis ex Vrbe Regibus, Senatores populi ſuffragiis creabantur [7]: ſed eo ſe labore ac tædio liberari cùm vellet populus, eam curam detulit ad Cenſores, quorum omnis poteſtas à populo pendebat: qui Senatus decreta confirmare poterat aut arbitrio ſuo infirmare. Contarenus idem iudicandum putat de Republica Venetorum, quam ipſe ex tribus confuſam eſſe ſcribit. Eſt, inquit, in duce, regia quodammodo poteſtas, in Senatu Ariſtocratia, in Cõcilio maximo, Democratia. At Ianotus, qui Reipublicæ illius ſtatum, ab ipſis primordiis, & quidem ex actis ſecretioribus accuratiſſimè deſcripſit, in maximis erroribus fuiſſe Contarenum facilè conuincit. Demonſtrat igitur ante Sebaſtianum Cyanum Venetiarum ducem, à quo trecenteſimus circiter annus labitur, Rempublicam planè monarchiam fuiſſe. Contarenus in eo ſtatu, quo nunc eſt, octingentos annos ſtetiſſe ſcribit: Paulus Manutius mille ac ducentos: quæ ex actis publicis ac certiſſima hiſtoria falſa eſſe docet Ianotus. Vt vt ſit, perſpicuum eſt his temporibus puram Ariſtocratiam eſſe: nam ex vrbis ac ciuium deſcriptione quæ facta eſt ante annos triginta, cenſa ſunt ciuium quinquaginta nouem millia CCCXLIX. exceptis infantibus, qui annum ſeptimum non attigerant, & patriciis, penes quos verſatur Reipub.

5 lib. 26

*Sedebat populus in comitiis.*

6 lib. 28.

7 Feſtus.

pub. poteſtas, quorum numerus eſt quattuor circiter millium, ex quo numero eximendi ſunt ſacerdotes, ac iuniores XXV. annorum quibus neque ad concilium, neque ad Rempublicam gerendam patet aditus: niſi maiores annos XX. rogatione ad concilium lata, id obtinuerint: nec certè in maximi Concilij comitiis quæ noſtra ac maiorum ætate coacta ſunt, plures quàm mille & quingenti patricij, ac ſemper multò pauciores in eorum actis & ſcriptoribus leguntur. Hic igitur patriciorum cætus ſummam Reipublicę poteſtatem, id eſt omnium legum ac magiſtratuum, belli ac pacis, extremæ prouocationis, vitæ ac necis ius habet, vt Contarenus ipſe confitetur. Quæ cùm ita ſint, quis dubitet Rempubli-
B cam Ariſtocraticam appellare? At ſi optimates nihil aliud quàm legum ac magiſtratuum ius haberent, ſatis eſſet argumenti ad iudicandum ſtatum planè optimatum eſſe, vt antea docuimus: cùm magiſtratuum, Senatus, collegiorum, quæ ſeptemuiri, decemuiri, quadragintauiri, priuatorum ac totidem publicorum iudiciorum nulla ſit omnino, niſi ab optimatum concilio, & quidem precaria poteſtas. Dux verò ſolus eſt ex omnibus magiſtratibus qui imperio vacat, qui nec vocare quemquam ad ſe, nec prehendere, nec iurè rogare, nec plus in vno quoque collegio, ſeu maximo, ſeu minimo poteſt quàm collegarum vnus, præterquam, quod poſtremus ſuffragium ferre conſueuit: at ne Principis quidem vllius, aut populi literas reſerare, aut legatos admittere, aut dimittere, niſi
C pro collegio ſeptemuirorum, aut decemuirorum, ac ne vrbe quidem iniuſſus exire poteſt. Quinetiam Falerium ducem, quòd vxorem peregrinam ſibi deſponderat, decemuiri in crucem egerunt: præter hunc, duodecim duces enumerat Sabellicus, vel populari tumultu cæſos, vel ſupplicio affectos, cùm poteſtate abuterentur. At pileo pretioſiſſimo, & veſte auro ſplendendi prætexta Dux ſubornatur, & Regis in modum obſeruatur: demus hunc regiæ maieſtatis ſplendorem, ſed ſine poteſtate tamen: quòd ſi non rei veritate, ſed ſimulatione ſummam Reipub. poteſtatem definiamus, nulla ſimplex ac pura, nulla non miſta & confuſa videatur. Reſpublica Germanorum, iſta ratione, & quidem multò magis quàm Venetorum, temperata dici poſſit. Nam Imperator Regiæ poteſtatis ſigna multò maiora præ ſe fert quàm dux Venetiarum: deinde Imperatoris ſeptem illi creatores, ac trecenti Principes Ariſtocratiæ formam, tùm ciuitatum imperialium legati Democratiam: cùm tamen pura ſit Ariſtocratia, quæ trecentis ferè Principibus ac optimatibus coaleſcit, quibus Princeps vnus præeſt vt concilij iuſſa exequatur, aut magiſtratu abdicare cogatur, vt ſuo loco planum faciemus. Itidem Heluetiorum ſtatum temperatum eſſe dixerint, apud quos Burgimagiſter Regem præ ſe ferre: ſenatus, optimatum ſpeciem: collegia, quæ ipſi Schaffas vocant, popularem ſapere videantur, cùm omnes omnium ciuitates, aut popularem, vt montani, aut Ariſtocratiam, vt ferè cæteri tueantur. Atque hæc opinio temperati ſtatus ita peruaſit hominum mentes, vt hanc quoque Francorum monarchiam, qua nulla magis regia fingi poteſt, triplici genere confuſam eſſe nonnulli & ſentiant & [8] ſcribant: ſenatui quidem

[8] du hallant.

Pariſiorum Ariſtocratiam, comitiis popularem ſtatum tribuant: quæ opinio non tantùm abſurda, ſed etiam capitalis videri poſſit. Eſt enim capitale, regi, ſubditos dominatu, ac potentia æquare, aut Imperij ſocios adiungere. Quæ verò popularis apparet potentia cùm ordines coguntur? cùm habentur conuentus? aut qua re maieſtas ſummi Principis tam illuſtratur, quàm cùm vniuerſi ac ſinguli potentes æquè ac tenues humili habitu, id eſt genibus flexis, & aperto capite Regem adorāt? ad eum rogationes ferunt? ab eo vel admittuntur, vel repulſam patiuntur? An verò Princeps vllus gloria maiore, ſi gloriam inanem affectat, cumulari poteſt, quàm cùm ſubditos omnium ordinum & ætatum, ex alto ac ſublimi ſolio ſe venerantes, ac humi procumbentes, intuetur? Neque enim B illa quæ dicitur gloria in ipſius Principis ſolitudine, ſed in ſubditorum veneratione ac obedientia conſiſtit. Si nulla igitur potentiæ popularis imago fingi poteſt cùm habentur populi conuentus, multò minùs erit in curia Parium, qui ſic appellantur, quòd inter ſe quidē pares ſunt, non autem Principi, vt nimis ruſticè nōnulli opinantur: at ne magiſtratuum quidem omnium, totius regni coacta multitudo, illam quam opinione ſibi finxerunt, optimatum ſpeciem referre poteſt: cùm in vnius Principis præſentis perſona vbi vbi ſit, omnia omnium Imperia ac poteſtates conquieſcant: neque enim magiſtratus quiſquam, præſente principe Imperare poteſt: vt ſuo loco explicabitur. C Itaque Rex in Principum ac magiſtratuum cœtu cùm ius dicit, Cancellarium quidem ſingulorum ſententias exquirere iubet, tum ad ſe referre, vt eas arbitrio ac volūtate ſua non numerare, vtì fit in iudicum decuriis, ſed ponderare poſſit: ac tametſi ſępius eam ſententiam probat, quę ſuffragiorum numero vincit, vt tamen intelligatur nō magiſtratuum aut iudicum, ſed principis ſolius decretum eſſe, nec cæteros magiſtratus Imperium vllum habere, Cancellarius non pronūciat iudicibus aut curiæ hoc vel illud videri, ſed clara voce his verbis vtitur, REX VOBIS DICIT. Curia verò cùm ad Regem ſcribit, antiquis verbis ac formula veterum etiamnum vti ſolet: eſt autem hæc literarum ſuperſcriptio: REGI [9] DOMINO NOSTRO SVPREMO. D principium vero literarū eſt huiuſmodi: SVMME DOMINE NOSTER, QVANTVM HVMILITER POSSVMVS, VESTRAM GRATIAM OPTAMVS. ſubſcriptio in vltima charta huiuſmodi: VESTRI HVMILIMI, AC OBEDIENTISSIMI SVBDITI, SERVIQ. HOMINES VESTRAE CVRIAE PARLAMENTI. quæ certè formula non optimatum, aut eorum qui cum Rege eadem Imperij poteſtate conſociantur, ſed eorum qui ſumma veneratione fidelitate, & obſequio Regem colunt ac proſequuntur. Eſt igitur pura monarchia, nulla populi aut optimatum poteſtate confuſa: quam qui opinione fingunt, ne cogitatione quidem, ſi velint, conſequi poſſint: certè Ariſtoteles [2] cùm hanc ſententiam de temperato ſtatu ſubtiliſſimis pōderibus exigeret, πολιτείαν quidem appellari ſcribit eam Rempublicam, quæ ex Ariſtocratia ac Democratia conflatur: non tamen quo id modo fieri poſſit explicat, at ne exemplum quidem vllum affert, vt de cæteris ſolet: nec vllam ſua ætate aut ſe vidiſſe, aut vſquam antea fuiſſe cōfitetur, tametſi

9 Au Roy noſtre ſouuerain ſeigneur.

1 Noſtre ſouuerain ſeigneur tāt & ſi treshumblemēt que pouuōs à voſtre bonne grace nous recommandons.

2 lib. 4 c. 8.

tametſi centum Reſpublicas vno libro, quem intercidiſſe ferunt, complexus diceretur: Platonis quidem Rempublicam, nec Ariſtocratiam, nec Democratiam, ſed ex vtraque miſtam, appellauit πολιτείαν. At veteres Academici tradunt, id quod reipſa compertum habemus, Ariſtotelem, cùm Platonis ſententias aliter atque ſcripſiſſet, prodidiſſe, atque etiam de induſtria obſcuritatem rebus perſpicuis attuliſſe, quò fit vt qui ex Ariſtotelis opinione, Platonis ſententiã metiuntur, ſępiſſimè, tũ alios, tum ſeipſos fallãt. Nos verò, qui neutri addicti ſumus, veram Platonis Rẽpublicam, quam qui nunquã legerunt diuinã appellant, cæteri contumelia verborum lacerant, ex ipſis fontibus hauriamus. Plato duas Reſpu- *Reſpublica Platonis.*
B blicas opinione tantùm ſibi finxit: alteram ſibi tribuens, alteram, Socrati, quẽ tamen Xenophon ea quæ à Platone ex ipſius ore magna ex parte prodita ſunt, dixiſſe[3] negauit, & Platonẽ obliuione notauit. Et quidem Socrates cùm Platonis Phædrum legeret, admiratus, Quam multa, inquit, de me mentitur adoleſcens! Hoc autem maximè differt Socratis Reſpublica ab ea quam Plato ſuam ducit, quòd vxorum ac bonorum omnium communitatem, quam in Socratis ciuitatem inuexerat, de ſua ſuſtulerit: vt planum ſit diſſerendi potius cauſa hæc ſcripſiſſe Platonem, quàm quòd ita ſentiret: cætera in vtráque Republica omnino eadem ſunt. Ciuium enim modum certum præſcripſit, ſcilicet quinque millium & quadraginta, nec plures voluit, nec pauciores cẽſeri: nam hic nu-
C merus diuiſores habet vno minus ſexaginta: quamquã numerus CLXXX. quadruplo minor ſexaginta diuiſores habet: ciuium autem tres ordines facit, cuſtodes, inquam, milites, & opifices: quos rurſus in tres claſſes diſtribuit, ex inæquali bonorum cenſu. Summum verò ius imperandi ciuium vniuerſorum multitudini tribuit: leges, inquam, iubendi, & abrogandi: quod ſatis eſt argumenti, ſtatum popularem efficere voluiſſe, hoc amplius, quod ciuium vniuerſitati magiſtratuum omnium creãdorum, atque etiam publicorũ iudiciorum poteſtatem facit, quoniam vniuerſitatis, inquit, totius intereſt: denique populo ius vitæ ac necis concedit: neque enim Principem populi, aut magiſtratum vllum eſſe voluit, penes quẽ maius imperium conſiſteret: nam ſenatores ſeu cuſtodes CCCC.
D eſſe iubet, qui populi ſuffragio crearentur. Ex quibus intelligitur Platonis Rempublicam magis omnium maximè popularem fuiſſe, ac multò magis popularem fuiſſe, quàm Athenienſium, quam tamen Xenophon ex omnibus maximè popularibus primam eſſe exiſtimauit: omitto leges DCCXXVI. quas Plato duodecim libris complexus eſt: hoc tantùm mihi propoſitum fuit, demõſtrare Platonis fictam Rempublicam ex Ariſtocratia ac Democratia non fuiſſe conſtitutam, vt Ariſtoteles poſuit, cuius errorem Cicero, Contarenus, ac deinceps alius alium ſecuti, cæteros in errorem, bona fide, compulerunt. Hæc igitur noſtra concluſio eſt, nullam vnquam Rempublicam ex duabus, multò minùs ex tribus conflari, at ne opinione quidem fingi, ſed tria tantùm genera conſtitui poſſe, vt Herodotus inter Gręcos veriſſimè ſcripſit: quem Tacitus[4] inter Latinos, ſecutus, Cunctas, inquit, nationes & vrbes populus, aut primores,

[3] in libris de factis & dictis Socratis.

[4] lib. 4.

aut ſinguli regunt. Demus tamē, ſi fieri poteſt, aut certè fingamus eiuſmodi Rempublicam, in qua populus magiſtratuum creandorum, ærarij publici, vitæque ius & necis habeat: Nobilitati legum ferendarum, belli paciſque ac tributorum imperandorum ius tribuatur: Regi verò tum vniuerſi, tum ſinguli ciues iureiurando obſtringantur ad fidelitatem obſequiúmve ſine cuiuſquam exceptione præſtandum, & qui omnibus magiſtratibus ſuperior, de ſumma extremáque prouocatione cognoſcat. Nam iſta ratione trifariam iura maieſtatis diuiſa videbuntur: partem optimates ac nobiles, partē populares ac plebei, partem Rex ipſe ſibi vindicabit, ex quibus temperatio illa regiæ poteſtatis, optimatum, ac populi exiſtere videbitur. Id tamen aut factum vnquam, aut fieri poſſe nego: nam optimates ac nobilitas, quæ legum ſummam habeat, id eſt omnibus imperandi prohibēdíque poteſtatem, & plebem & Principem imperio coërcebit, ac Principi obſequium reddi prohibebit: qui verò Princeps iureiurando ſingulos obſtrinxerit, alteri quàm ſibi parere quenquam minimè patietur: & vt maximè ſua quiſque iura tueri volet, nec detrahere quod ſibi arroget, attamen illud cum imperij natura diſcrepat, vt qui imperādi ſummum ius habeat, idem ipſe alteri & quidem ſubdito parere cogatur: ea res efficit, vt vbi iura maieſtatis Principem inter & ſubditos diuiſa ſunt, perturbatis rebus de ſumma rerum ſemper vi & armis decernatur, quouſque vnius, aut paucorum, aut vniuerſorum ciuium ſit ſumma poteſtas. Sed cùm multa ſint veterum, tum verò ætate noſtra exemplum aptiùs nullū eſt, quàm de Regibus Danorum, quos iam inde à Chriſtierno Federici, qui nūc Imperium habet, proauo, nobilitas ſuis legibus penè ſubiecit: Chriſtiernum de regno deturbauit, eiuſque conſobrinum regnare iuſſit, iis legibus ne de bello vel pace, déque capite patriciorum ac nobilium iniuſſu Senatus ſtatuere poſſet: ac pleráque id genus quibus Reges iureiurando obſtrinxit: quæ vt ſtabiliora eſſent, cum Lubeca ciuitate ac Rege Poloniæ fœdus aduerſus Regem pro communi libertate contraxit. Ita quidem diuiſa ſunt iura maieſtatis Regem inter & patricios, & vtrique in perpetuo metu ac diffidentia finitimorum Principum ac populorum ſocietates ac fœdera, quò minùs à ſe ipſi offenſiones accipiant, exquirunt. Iiſdem fluctibus ac procellis iactatur imperium Suecorum, cuius Rex ita cum nobilitate antea viuit, vt Henrichus Rex, magiſtrum equitum natione Gallum, pro Cancellario verò Germanum hominem haberet, tandem à palatio ac regia ſede in carcerem eſt à nobilitate cōiectus, vbi iam annos ſeptemdecim exegit. Quarum igitur ciuitatum diuiſa ſunt iura maieſtatis, minimè omnium Reſpublicas, ſed Rerumpublicarum corruptiones appellare oportet, vt Herodotus, breuiſſimè ille quidē, ſed rectiſſimè ſcripſit, & quemadmodum corpora rectè à natura conſtituta, ſi mutari contingat, incredibili fœtore ac ſui cōtagione proxima quæque infeſtant, quoad nouam formam adepta fuerint, vt cùm oua incubantur, quæ tamen priuſquam incubarentur, & poſtea quam pulli extiterint ſuauiſſimi ſunt odoris ac ſaporis: ita quoque Reſpublicæ quæ mutantur, diſtractis hinc inde maieſtatis

ieſtatis

ieſtatis legibus ac ſumma poteſtate diuiſa, requiem à bellis ciuilibus & perturbationibus nullam habent, quoad formam planè conſummatam adipiſcantur. Nam exactis vrbe Regibus, ad populum maieſtas imperij delata eſt, vt antea docuimus: ſed quoniam in populi comitiis, quæ in ſex claſſes diſtributa fuerant à Seruio Rege, ſi primæ claſſis, quæ ex opibus & cenſu maximo deſcripta erat, ſuffragia maiore ex parte ſibi congruerent, leges ferebantur, magiſtratus creabantur, de capite, fama, ac fortunis ciuium decernebatur: nec ſemper ad ſecundam claſſem, rarò ad tertiam, rariſſimè ad quartam, vix ad quintam, nunquam ad ſextam perueniebatur: itaque Reipublicæ maieſtas in optimatum ac nobilium cætu
B verſabatur, cùm in ſexta claſſe, quæ erat tenuium & infimorũ, pars multò maxima populi cenſeretur: vix enim cæteræ claſſes decimam partem ciuium capiebant: cùm itaque plebs adeſſet comitiis, nec ſui ratio haberetur, tumultuari cœpit: inde tres in Auentinum ſeceſſiones, quo plebs armata ſe recepit, vt ſuam aduerſus optimates libertatem ac potentiam tueretur: nec priùs placari potuit, quàm ſibi ſuos magiſtratus ſacroſanctos creare liceret, & quidem tributis comitiis, à quibus patricij arcebãtur. Ita plebs aliquandiu conquieuit, cùm ſcilicet maiores magiſtratus, Conſules, inquam, Prætores, Cenſores, centuriatis comitiis, id eſt ab optimatibus, minores verò magiſtratus tributis, id eſt à plebe crearentur. Tunc Reſpublica temperata quodammodo fuiſſe videbatur, ex optima-
C tibus ſcilicet ac plebe: at ſi quis temporis breuiſſimi, ac perturbationum, quæ interea Rempublicam labefactarunt, rationem habeat, is profectò confiteatur vix annos XX. aut XXX. in eo ſtatu, quamquam miſerrimo, conſiſtere potuiſſe: nec tamen, niſi ab hoſtibus vndique vrgerentur, tandiu ſtetiſſet: plebs enim paulò poſt iubendæ legis poteſtatem, qua Reipublicæ maieſtas continetur, arripuit, ac paulatim cætera quoque iura maieſtatis, optimatibus inuitis ac diu repugnantibus, extorſit. Quãquam eo ipſo tempore quo populus maiores magiſtratus centuriatis comitiis creabat, plebs ipſa comitiis aderat, & in ſexta claſſe cenſebatur: ac tametſi rariſſimè ſuffragium ferebat, ferre tamen poterat, ſi priores claſſes inter ſe diſſiderent: quod ſatis eſt argumenti etiam eo tempore ſtatum fuiſſe
D popularem. Adhuc tamen obiici poteſt res omnes publicas tribus generibus non contineri: quia fieri poteſt vt ex millibus ſexaginta ciuium, quæ in ciuitate cenſa fuerint, quadraginta millia ſummum Imperium habeant, viginti millibus excluſis: & quoniam maior pars omnium imperat, ſtatus erit popularis: contra verò ſi ciues centum ex illa multitudine, iura maieſtatis habeant, ſtatus erit Ariſtocraticus, quia minor pars ciuium collecta, ſummum imperãdi ius habeat: quid igitur ſi ex eodem ciuium numero viginti quinque millia ſummam poteſtatem teneant? dubitari certè poteſt, an eiuſmodi ſtatus ſit Ariſtocraticus, tametſi minor pars ciuium, cæteris reiectis, Imperio potiatur: quoniam plurimùm refert ciues centum, an verò XXV. millia rerum domini conſtituantur: multò magis ſi ex centum millibus ciuium, quadraginta quinque millia, an verò ex tanto numero triginta ſolùm, cæteris excluſis, vt apud

Lacedęmonios,iure maieſtatis fruantur. Ego tamen ſtatum ſemper Ariſtocraticum eſſe iudico, ſi minor pars ciuium cæteris imperet: alioqui ſi muneri varietas Reipublicæ varietatem affert, innumerabilia ſint genera Rerumpublicarum: debet autem ab omni diſciplina infinitas remoueri: ſatis enim eſt penes maiorem aut minorem ciuium partem Imperium eſſe,ad Democratiam aut ad Ariſtocratiam conſtituendam.Cætera quæ dubitationem afferre poſſunt,ſuis quæque locis accuratiùs explicabuntur. Vnum reſtat in propoſita quæſtione diſcutiendum. Reſpublica Romanorum ſub Auguſto,ac cæteris deinceps Imperatoribus, vſque ad Flauium Veſpaſianum principatus dicebatur: cuius Reipublicæ, nec Herodotus,nec Latinorum aut Græcorum quiſquam,præter Tran- B
quillum, meminiſſe videtur. Is [5] enim ſcribit Caligulam, cùm Reges ac Principes, quos conuiuio exceperat, de dignitate ac generis ſplendore inter ſe contenderent, [6] Homeri carmen illud vſurpauiſſe οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, εἷς κοίρανος ἔςω, εἷς βασιλεύς: ac parùm abſuit quin diadema ſumeret ac ſpeciem principatus in regnum conuerteret:hæc ille. Ex quibus intelligitur ſub Auguſto poſt Actiacum bellum, nec popularem ſtatum, nec optimatum, at ne regnum quidem fuiſſe. At principatus aliud nihil eſt quàm optimatum, aut populi ſtatus, cui vnus aliquis præeſt, qui à Latinis Prætor à præeundo, & Princeps, id eſt primus appellatur. Ita Iudæi querebantur Ariſtobulum Aſmonæum principatum in duo regna commutaſſe,cùm ſibi diadema ſumpſiſſet, alterum fratri dediſſet. Ac veteres C
quidem Hetruſcorum ciuitates Tarquinium Priſcum Regem Romanorum ad ſocietatem, ea lege admiſerunt, ne ius vitæ aut necis haberet, aut tributa imperaret, aut præſidia ciuitatibus imponeret, aut leges mutaret, ſed vt ciuitatum principatus penes Regem Romanum eſſet: ſic enim Florus ſcribit. Erat autem popularis omnium ciuitatum ſtatus. Fuit igitur Tarquinius in ciuitatum comitiis primus,qui multitudinem regeret, nō aliter quàm in Imperio Germanorum,aut in Republica Venetorum, aut Genuenſium Imperatores ac duces, qui Principes rectiſſimè appellari poſſunt, vt olim eodem ſenſu apud Athenienſes, ſummus magiſtratus, ἄρχων ἐπόνυμος dicebatur: erat tamen Reſpublica maximè omnium popularis. Si duo magiſtratus, vt Romæ, treíve, vt in pleríſque D
Heluetiorum ciuitatibus,aut quattuor eadem poteſtate, vt apud Genauates,principatus dici non poteſt,quia nemo primus eſt. At in Republica Romanorum, Auguſtus callido commento Imperatorem ſe, id eſt exercitus ducem maximum[6], ac Tribunumplebis ad tuēda populi commoda, cui tamē libertatem eripuerat, & in annos decem Reipublicę curationem à Senatu penè coactus, vtî videbatur, principatum ſpecie ac ſimulatione conſtituerat, cùm legiones quadraginta in prouinciis omnibus collocauiſſet,& ad corporis cuſtodiam tres adhibuiſſet, arces etiam, ac fortiſſima quæque propugnacula præſidiis cōfirmaſſet,regiam tamen poteſtatem ſine ſceptro, ſine diademate, ſine corona inuaſerat: poſteri verò crudeliſſimam tyrannidem,alius alio plus,paucis exceptis exercuerunt: nam Tiberius initio Cōſulibus aſſurgebat ac decedebat via, inquit Tran-

5 In Caligula.

6 Illiad.2.nō bona eſt multorum poteſtas, vnus ſit Princeps vnus Rex.

7 Tacit. principio.lib.1.

Tranquillus,poſtremò fœdiſſima ſeruitute Rempublicã oppreſſit. Hic autem de reipſa,non quid ſimulatione fiat,exquirendum nobis eſt:nam qui plus in Republica poteſt, eundem ſummum Imperium habere ſtatuunt: de iure ſi queritur,non quid fiat,ſed quid fieri debeat intuẽdum. Eſt igitur principatus nihil aliud quàm Ariſtocratia vel Democratia,cui vnus de multis dignitate præeſt: maieſtas verò penes eſt populum vel optimates.

## *De vnius dominatu* CAPVT. II.

*Triarchia, Oligarchia, Duarchia, Ariſtocratiæ genere cõprehenſa.*

MONARCHIAM Reipublicæ genus eſſe diximus, in qua penes B vnum ſumma totius Reipublicæ poteſtas eſt. Vnum cùm diximus, ipſo monarchiæ verbo ſatis ſignificatur: nam ſi duos pluréſve adiungamus,nemo eorum ſummum Imperium habet: quia ſummus dicitur qui nullius imperio tenetur, & cæteros ciues, tum vniuerſos,tũ ſingulos coërcere poteſt. At Imperium duorũ eiuſmodi eſt, vt neuter alterius imperio teneatur, ſi eiuſdem Imperij ſocij ſunt: quamobrem ſi duobus Regibus ciuitatis eiuſdem Imperium ſummum detur,neuter Rex eſt,neuter ſine alterius conſenſione Imperare poteſt: ſed vtriuſque ſumma poteſtas eſt, quæ Duumuiratus, ſeu Duarchia Ariſtocratiæ forma dici poſſit, tandiu duratura, quoad vterque communi fide & conſenſu ad ciuium tutelam conſpirabit: vt Romulus ac C Tatius, alter Romanorum, alter Sabinorum Rex, poſt aliquot prælia, percuſſis fœderibus ſocietatem coïerunt, ea lege, vt populus vterque in eadem mœnia coaleſceret, & Quiritum appellatione ab vtróque Rege Imperio communi gubernarentur. At Romulus qui antea fratris parricidio Imperij ſocietatem à ſe depulerat,peregrinum hominem diu ferre non potuit, ſed occidi mandauit, aut certè ſiccarium deprehẽſum excuſauit. Longo poſt tempore Romanum Imperium ab vnius ad duorum dominatum conuerti cœpit, cùm Antoninus Pius M. Aurelium,& Ælium Verum, Imperatores eiuſdem Imperij ſocios reliquit:ſed Ælius breui,nec ſine veneni ſuſpicione interiit. Eſt enim ac ſemper fuit difficilimum ſumma Imperia duorum tueri: & quod Lucanus ſcribit, Nulla D fides regni ſociis,omníſque poteſtas,Impatiens conſortis erit:de Duumuiratu potiſſimum interpretandum eſt; quia trium pluriúmve poteſtas ſtabilis eſſe poteſt ac firma: duorum non item: cùm per naturam vnum vni tantùm contrarium ſit: plura eſſe non poſſunt: tertium enim quaſi medium quid extrema copulat. Itaque Imperatores Romanorũ quum iiſdem temporibus ad eadem ſceptra capeſſenda venirẽt, ne mutuò imperij concurſu amicitiam ac fidem violarent,diuiſum Imperium habuerunt: alter quidem Orientis, alter Occidentis regiones: ac tametſi leges eædem communi vtriuſque voluntate in vtróque Imperio interdum peruulgarẽtur, re tamen,diuiſa imperia fuêre. Lacedæmoniorum Rempublicam Rex vnus facilè moderabatur:at cùm Ariſtodemus Procúlum & Euryſthenem liberos ſimul regnare vellet,tunc oborta contentio eſt, ac diſſidentibus vtriſque, Lycurgus facilimè poteſtatem eripuit,& con-

uerſo ſtatu ad populum ſummam rerum detulit. Idem antea Amphareo & Leucippo Meſſeniorum[8] Regibus contigerat. Sed Argiui ne eadem tempeſtate iactarentur, cùm Atreus & Thyeſtes patris imperium ſimul creuiſſent, populus prudentiorem vniuerſo imperio præfecit, vel, vt Lucianus[9] prodidit, doctiorem. Qui verò à Meroneo & Carolo Magno ſtirpem duxerunt, cùm plures liberi eandem hæreditatem cernerēt, prouincias & Imperia inter ſe diuiſerunt. Nam Clodonei liberi ex vnius patris regno quattuor, æquata poteſtate, fecerunt: ac Ludouici Pij tres liberi totidem regna inter ſe partiti ſunt: nec plures ſimul imperium indiuiſum diu tenuiſſe legimus, propter indiuiduam maieſtatis naturam, & plenam periculorum Imperij ſocietatem: in qua nullus ſummum Imperium habet: niſi Princeps aliquis peregrinus ſibi deſpōdeat Reginam apud eos populos qui fœminarum Imperia ferre didicerunt: tunc viri & vxoris imagines, nomina, ſtemmata ſimul copulantur, quaſi ad vtróſque Imperii maieſtas pertineret, vtî contigit, cùm Ferdinādus Iſabellam Caſtiliam, Antonius Burbonius Ioannam Nauarræ reginam: Philippus Hiſpanus Mariam Henrici Regis Anglorum filiam, penes quam Angli maieſtatem in ſolidum eſſe voluerunt, ac per ſe ipſam ſine mariti conſenſu imperare: cętera in ſpeciem marito tributa, vt de Ferdinando Rege Aragonum & Iſabella exceptum erat, tametſi edicta vtriuſque nomen ac chirographum[9] præ ſe ferrent. Quo argumento nullum efficacius erat aduerſus Manichæos, qui duplices æqua poteſtate Deos, erroris opinione ſibi finxerant, alterum quidem bonorum, alterum malorum principem: quod quidem ſi verum eſſet perpetuis bellis ac diſſidiis pulcherrimum vniuerſitatis concentum, & concordiam perturbarent, quoad alteri victoria cederet, propter diſcrepantem ac planè contrariam bonorum ac malorum vim & naturam. Quod ſi vna ciuitas, ne fratres quidem ſummi Imperij collegas, vt minimum diſſideant, ferre poteſt, quónam modo mundus hic duos Imperatores voluntate ac tota ſui natura diſſidentes ferat? tres aliquantò faciliùs imperarent, propter eam, quam prius diximus, rationem. Cùm enim Cn. Pompeius & C. Cæſar Marcum Craſſum ad amicitiam ſocietatémque Imperij ſibi adiunxiſſent, tanta concordia ſeipſos ac Romanorum imperium tuebātur, vt vulgus illos Tricipitium appellaret. Poſtea verò quàm Craſſus cæſus eſt in Caldæa, eodem momento Pompeius à Cæſare diſſidere, ac Reſpublica ſæuiſſimis bellorum ciuilium tempeſtatibus ac procellis tandiu iactari viſa eſt, quoad vnus omnia moderaretur. Eadem penè, interfecto Cæſare, in triumuiratu contigerunt, cùm Auguſtus, Antonius, ac Lepidus Imperij Romani corpus vnum in tria membra diuiſiſſent, cùm Lepidus ad Imperium omnino ineptus Auguſto faſces ſummiſiſſet, tametſi Antonius Auguſti ſororem ſibi deſpondiſſet, ac Imperium ex æquo inter ſe diuiſiſſent, regionibúſque à ſeſe diſiunctiſſimi viuerent, non tamen diu conquieuerunt, quin alter alterius dominatu ac potentia quateretur. Inde conſecuta eſt ſtabilis Imperij ſalus vnius Imperio confirmata. Illud igitur fixum teneamus nec monarchiam dici, vbi penes duos Imperij maieſtas

8 Pauſanias lib. 4.

9 Lucian. in lib. de Aſtrolog.

9 Yo el Roy, Yo la Reyna.

ieſtas eſt, nec eo ſtatu, ſi diſſident Imperium conſiſtere poſſe. Porrò monarchia omnis in tres quodammodo formas tributa eſt: aut enim is qui Imperium habet, rerum omnium dominus eſt, aut Rex, aut tyrãnus: nec propterea monarchiæ ſtatus alius atque alius dicitur: ſed id ab imperandi varietate manat. Illud enim admonendi ſumus, Reipublicæ ſtatum ab imperandi ratione diſtare plurimùm: quod antea, nemo, quantùm intelligere potuimus, animaduertit. Nam Reipublicæ ſtatus Regalis eſſe poteſt, gubernatio tamen popularis futura eſt, ſi Rex omnia Imperia, ſacerdotia, curationes, pœnas item ac præmia omnibus ex æquo diſtribuat: ſi verò Princeps Imperia, honores, magiſtratus patriciis, vel diuitibus, vel fortibus, vel ſtudioſis tantùm impertiat, regia poteſtas erit, & quidem ſimplex ac pura, ſed Ariſtocratica ratione temperata. Ita quoque optimates pauci Rempublicam populari modo regere poſſunt, ſi ciues omnes, omnium magiſtratuum participes fecerint: aut Ariſtocraticè, ſi paucis quibuſdam, qui aut virtute, aut cenſu aut nobilitate cæteris præſtent: quæ diuerſitas eos in errorem impulit qui Reſpublicas plures tribus, erroris opinione ſibi finxerunt. Eſt igitur monarchia regalis, in qua ſubditi libertate ac dominio, rerum fruẽtes ſui principis legibus obſequuntur: perinde vt Princeps ipſe diuinis ac naturæ Imperiis, obtemperandum iudicat. Dominatus verò dicitur, cùm Princeps vnus, libertatis ac fortunarum omnium dominus, iurè belli factus, aut fœdere, ſubditos, quaſi pater familias, ſeruos moderatur. Tyrannis denique ſi Princeps imperioſè ſpretis gentium ac naturæ legibus, ſubditorum bonis ac libertate ad libidinem abutatur. Eadem diſtinctio ad Ariſtocratiam & Democratiam adhiberi poteſt: nam tyrannis quoque omnium maxima à Marco Tullio appellatur, furentis ac turbulentæ plebis impotentia. Prius igitur eſt de vnius dominatu, tum de cæteris differendum: nam principio rerum omnium, quo ſocietas hominum coaleſcere cœpit, ac Reipub. forma quædam conſtitui, vnius imperio ac dominatu omnia tenebantur. Fallit enim Ariſtoteles, qui aureum illud genus hominum fabulis poëtarum quàm re ipſa illuſtrius, Reges Heroas ſuffragio creaſſe prodidit: cùm omnibus perſuaſum ſit ac perſpicuum monarchiam omnium primam in Aſſyria fuiſſe conſtitutam Nimerodo Principe, quem ſacræ literæ potentiſſimum venatorem appellant, loquendi genus Hebræis familiare, quo verbo latronem ſignificari volunt. Veteres enim, Plato, inquam, Ariſtoteles, Xenophon latrocinium inter genera venationum poſuerunt,[1] vt alibi notauimus. Nam ante Nimerodi ætatem, æqua erat omnium libertas: primus hic dominatum arripuit, & liberos homines ſeruire coëgit: qui propterea dictus eſt Nimerodus, id eſt dominus metuendus. Eodem penè momento ſeruitia vbique cõſtituta videmus, adhuc viuo ac ſpirante Semo Noëmi filio. Et quidem ſacræ literæ, quoties Aſſyriorum ac Perſarum Reges meminerunt, dominos appellant: ſubditos verò Principis ſeruos. Nec Hebræorum tantùm, ſed etiam Græcorum ſcriptores, in ea ſententia fuerunt: & quidem hi ſeſe liberos, Aſiaticos verò ac Ægyptios ſeruili contumelia notant. Itaque

*Prima monarchia fuit dominatus.*

[1] ad Oppianum in libris de venatione.

B C D

Reges Perſarum cùm bellum indicerent, terram & aquam ſibi dari poſ-
cebant, quo argumento, ſe rerum omnium quæ terra maríque teneantur
dominos eſſe ſignificarent, vt Plutarchus ſcribit. At etiam [2] Xeno-
phon laudabile putat Medorum inſtitutum, apud quos Princeps vnus
rerum omnium dominus eſſet. Inde adoratio, qua non modò ſubditi,
ſed etiam peregrini & exterarum gentium legati aduerſus Reges Perſa-
rum vtebantur, vt eius dominatu omnia teneri ſignificarent. Cùm enim
Themiſtocles cuius fama illuſtris, & clara ſemper antea fuerat, Regem
Perſarum, Græco more conuenire [3] vellet, Artabanus præfectus, præto-
rio illum ab aditu depulit [4], nec rogationem vllam ferre paſſus eſt, niſi
prius adorato Rege: deinde prætorio egreſſum, humaniter allocutus, fa- B
ctum his verbis excuſauit, laudabile eſt Themiſtocle, ſuum cuiuſque
gentis inſtitutum: vos Græci libertatem, & Imperij æquationem ample-
xari conſueuiſtis: nos verò nihil tam naturæ conſentaneum eſſe duci-
mus, nihil tam decorum quàm Regis noſtri maieſtatem, vt Dei optimi
maximi veram in terris imaginem adorare, ac reuereri: quibus conſen-
tanea ſunt quæ Liuius ſcribit, Barbaris, inquit, pro legibus, ſemper domi-
norum imperia fuerunt. At certè non debet vnîus dominatus tyranni-
dis appellatione fœdari: Neque enim iniquum eſt, vt qui hoſtes iuſto ac
legitimo bello fregerit ac domuerit perſonarum ac rerum dominus ſit:
dum ſubditis, non aliter quàm bonus paterfamilias, ſeruis vtatur, vt qui-
dem gentium ferè omnium moribus ac inſtitutis receptum videmus: C
qui verò iniuſto bello fractos imperio ſubiecerit, iſque bonis ac perſonis
ſeruilem in modum & ad libidinem abutitur, tyrannus eſt. At ne Adria-
nus quidem Auguſtus, ſeruum hiſtrionem vel aurigam petente populo
Romano [5], libertatem quam in theatro dominus dediſſet adipiſci, ſed ar-
bitrio domini priuatim ſtatuẽdum reliquit: Idem etiam antea Tiberius
ac deinceps Aurelius Adriani filius vetuiſſe dicuntur: cùm libertas iuſta
non videretur quam populi vis ac plauſus extorſiſſet. Ac tametſi pauci
admodum Principes ſint, quorum dominatu ciues ac ciuium bona te-
neantur, etiam ſi tyrannos permultos videamus, ſunt tamen & in Aſia
& in Affrica nonnulli: in Europa verò qui tantùm ſibi tribuant, præter
Turcarum ac Moſchouitarum Principes, ſcio neminem: certè quidem D
Moſchouitæ ſe regis Chlopas, id eſt ſeruos appellant [6]: nos corruptè ſcla-
uos dicimus. Turcarum verò Princeps Sultanum ſe, id eſt dominum ap-
pellat: non tam propter latifundia, cùm Rex Hiſpanorum gentes imma-
nitate barbaras, multitudine innumerabiles, locis infinita ſuo imperio
regat: quod quidem imperium iiſdem regionibus, quibus Solis curſus
definitum eſt, & quidem Imperio Turcarum decuplo maius: ſed domi-
nus Turcarum appellatur, quòd perſonarum ac fortunarum omnium
ſeſe dominum ferat, quos tamen multò humaniùs ac liberiùs, quàm bo-
nus paterfamilias ſeruos moderatur: nam eos quos noſtri ſclauos ſeu ſer-
uos Principis appellamus, Turcæ Zamoglomos id eſt tributi filios, ipſe
Princeps non aliter quàm filios educari ac erudiri, eíſque iura nobilita-
tis, quæ ab aliis ſtudioſè ambiuntur, impartiri ſolet. Timariotarũ autem
ordo

2 In Cyri pædia.

3 Dio lib. 57. & Xiphilin. in Adriano.

4 Plutarch. in Themiſtocle.

5 l. ad beſtias de pœnis.

6 Sigiſmundus liber.

ordo equeſtris, omnia prędia fiducię nomine Principi accepta fert: ac decimo quoque anno locationes prædiorũ renouare cõſueuit: nec liberos prædiorũ, ſed pecuniarũ tantùm ac familiæ hæredes habent, niſi Principis beneficio paternorum prædiorum ac veluti bonorum, poſſeſſionem accipiant. Reliqui Principes Europæ qui ſe rerum ac perſonarum dominos appellant, nulli ſunt. At Auguſtus Imperator, cuius imperium longè latéque patebat, & cui Reges ſponte miniſtrabãt, domini appellationem ſemper repudiauit[7]. Neque enim ea, quæ dicimus, iura feudorum, aut vlla omnino prædia, fiduciæ nomine tenebantur: nec vtilis aut directi domini verba exaudita fuerant, at ne in codicis quidem, vel authen-

B ticis legibus, vel pandectarum libris vſquam leguntur. Ac tametſi nulli ſunt in Europa Principes, qui directi dominij iure omnia prædia ad ſe pertinere non putent, non propterea tamen dominus quiſquam iure dici poteſt, cùm vniuſcuiuſque rei proprietas ad ſingulos pertineat, tametſi Princeps ad ſpeciem & pompam directum dominium ſibi vindicet: quamquam pleraque prędia, quæ allodia dicuntur, ne Principis quidem beneficio[4] poſſidentur. Hunni primùm ab extremis Scythiæ oris, cùm Europam penè totam ferro ac flamma vaſtarent, Langobardos & Alemanos Germanorum gentes, ac Francos Gallorum veteres colonos, ad dominatum rerum omnium occupandum ſic aſſuefecerunt, vt nemo terræ glebam, niſi eorum beneficio poſſideret. Romani quidem bello

C captiuos aut vendere, aut ſeruire cogebant, niſi libertatem pretio redimerent, vt cæteri ferè populi: expugnatas autem vrbes, ac populos deuictos agri parte ſeptima[8] mulctabant: quam coloniis ciuium Romanorũ aſſignabant. At Principes & populi, humanitatis artibus ac diſciplinis exculti & eruditi, dominatum, qualem in ſuos Reges Perſarum & Aſiæ exercuerunt, vel metu defectionis, vel potentia diffiſi, ſua deſeruerũt. Et cùm antea Reges Aſſyriorum verberibus ſummos magiſtratus ac Principes veſtibus nudatos ſeruilem in modum cædere cõſueuiſſent: primus Artaxerxes nudari quidem, ſed eorum veſtimenta,[9] non corpora cædi: & quorum capilli contumelioſè diuelli conſueuerãt, eorum pileos conuelli iuſſit. Aluareſius tamen, qui Æthiopica deſcripſit, cancellarios ac

D prouinciarum præſides nudatos ac proſtratos humi, verberibus lacerari coram Principe ſe vidiſſe prodidit, eóſque maximo in pretio & honore haberi, quos princeps ita concidi iuberet. Ex his autem quæ Aluareſius ſcribit, facilè colligitur qui dominatum habeat, in Affrica aut Principem Æthiopum, aut eſſe neminem. Europæ verò populi, quorum bellica vis maior eſt quàm Aſiaticorũ, & Auſtralium, vix ac ne vix quidẽ dominatum Principum ferre potuerunt: nec ante Hũnorum incurſiones in Europam, Principum dominatum pertulerunt. Primus Oduacer Rex Herulorum, qui iiſdem ferè tẽporibus Italiam, quibus Attila, Germaniam inuaſit, ſubacta Italia, poſſeſſores agri tertia parte mulctauit: liberos homines illeſo libertatis ſtatu, ac reliqua parte bonorum, ſine vllis fiduciæ pactis, aut directi dominij ſpecie, ſecuros eſſe permiſit. Cæteri verò ab Aquilone populi, cùm Hunnorũ mores ac dominãdi illecebras didiciſſent,

7 Tranquil. in Auguſto

4 conſuetudo Campan.

8 Plutar. in Romulo.

9 Plutarch. in Apophtheg.

*Negus Æthiopum dominatu potitur.*

Allemani, inquam, Langobardi, Saxones, Burgundi, Gothi, Oſtrogothi, Angli, & reliqua Scytharum colluuies, ſe rerum omnium dominos ferentes, fertiliſſima quæque prædia ſibi reſeruarunt, cætera fiduciæ nomine veteribus colonis fruenda reliquerunt: exigui vectigalis lege dicta ſi poſſeſſorem mutarent. Illa eſt imago, illud argumentum antiqui dominatus[1]. Nam militiæ ex caſu, (quæ veriſſima ſunt feuda) militibus, quandiu viuerent, fuêre permiſſa: deinde à parentibus in liberos continuata, præter eos honores qui Ducibus, Comitibus, Marchionibus haberi ſolebant, nec prædia afficiebant: quo more, etiamnum vtuntur Angli & Scoti, apud quos, ducum liberis, agros & prædia poſſidere licet, ſine vlla ducis prærogatiua. Cùm enim feuda ſeu beneficia prædiatoria, B militibus quandiu viuerent, tribuerentur, obtinuerunt: vt eorum liberis teſtamento & ab inteſtato relinquerentur: ſi mares nulli eſſent ad fœminas iure tranſmitti placuit, præter quam in Germania, vbi fœminæ à poſſeſſione feudalium prædiorum arcentur: quo argumento potiſſimùm vſus eſt Federichus Comes Vallimontis, aduerſus Renatum Siciliæ Regem in concilio Conſtantienſi, cùm Lotharingorum Duce conſobrino mortuo, poſſeſſionem ab Imperatore Sigiſmũdo ſibi dari poſceret, quia Imperiale feudum eſſet, cuius Iſabella Regis Siciliæ vxor, tametſi Ducis Lotharingorum filia, minimè capax eſſe dicebatur. Quamquam Rex Siciliæ aliis ſeſe rationibus tueri poterat: cùm enim de legibus feudorum[2] quæritur, ſeruientis non dominantis prædij mores ac leges intueri oportet: conſtat autem in vniuerſa Lothoringia fœminas feudorum capaces C eſſe. Ex quibus perſpicitur dominatus veſtigia in Aſia & in Affrica conſtitiſſe,, rariſſima in Europa reſtare. Tametſi enim Gulielmus nothus, is qui poſtea Auguſtus eſt appellatus, vniuerſam Angliã armis domuiſſet, ſéq; edicto publico vniuerſę pecuniæ, ac prædiorũ, quæ quiſque poſſidebat, dominum appellari iuberet, nihilominus tamen, præter hoſtium agros, quos fiſco addixerat, proprietatem bonorum omnibus fiduciæ nomine fruendam permiſit. At Carolus v. Imperator, cùm Peruſinorum regiones latiſſimè patentes ſubegiſſet, ſuo vnius dominatu omnia teneri voluit, exceptis ſeruis, qui cùm innumerabiles eſſent, manumitti iuſſit: prædia verò poſſeſſoribus precario fruenda reliquit;nec ad liberos hæ- D reditario iure tranſmitti. Callidum ac veteratorium commentum, quo Lagaſca Iuriſcõſultus Imperatoris legatus, Gõſulo Pizarra cæteríſq; defectionis authoribus fractis ac proſtratis, vt incolas perpetua obligationis fide in officio contineret, eos ab Rege Hiſpaniarum poſſeſſionem bonorum, mortuis propinquis, petere coëgit, niſi priùs parentes ipſi adhuc ſpirantes pro liberis id in futurum ſibi concedi curarent: quod non ſine magna vi pecuniarum, quæ in ærarium publicum inferuntur, impetrari poterat: dum interim potentiores à rebus nouandis prohiberẽtur. Conſimili de cauſa vno capite legis Muhamedicæ cautum erat, ne quis omnino dominatum affectaret, néve vllius prædij dominum ſeſe diceret, præter Calipham Muhamedi legatum Pontificem maximum, quem principio rerum omnium dominum fuiſſe cõmemorant, à quo Reges Impe-

[1] cap. 1. lib. 1. feudor.

[2] Iudicatum in curia Pariſ. Molinæus in titulo feudorum §. 12. q. 20. & 86. cõtra Fabri ſententiam in l. 1. de ſacroſ. eccleſ. C.

Imperium haberent, cui Principes ſceptra accepta ferrent, & quidem
precario tantùm, quoad Turcarum ac ſuperioris Aſiæ, itémque Affricæ
Reges ſua imperia ſibi aſſeruerunt. Hîc tamen dubitet aliquis, num ty-
rannidis appellatione veniat etiam rerum ac perſonarum dominatus,
quòd naturam ipſam & hominum ſocietatem quæ vniuſcuiúſque liber-
tatem ac rerum dominia tuetur, oppugnet. Id quidem quodammodo
cum natura, cúmque ipſa hominum conſociatione pugnare videtur. Sed
cùm ea ſit hominum ſeu vis, ſeu innata cupiditas, vt in otio ac tranquil-
litate diu viui non poſſit, & identidem bella gerantur, magnam partem
iniuſtè illata, nonne æquum eſt eos qui aliis iniquè bellum inferant, vi-
B ctos vel rerum ſuarum damno, vel morte, vel ſeruitute, coërceri? Hæc
iuſta[3] dominandi lex eſt, dum tamen crudelitate abſtineatur, & quidem
ſacris[4] legibus comprobata. Itaque pater ipſe Iſraëlitarum, cùm poſſeſ-
ſiones ac prædia nepotibus legaret, eadem ſuis[5] armis ac potentia quæ-
ſita fuiſſe teſtatum reliquit. Id autem iure gentium certum eſt, vbi iure
agi poteſt, ab armis abſtinendum: quo iure etiam ciuitates ac Principes
aliena iniuſtè rapientes iudiciorum ac pœnarum ſeueritate ab Imperiali
curia coërcentur: ex quo efficitur, vt cùm nullus æquitati, aut legibus lo-
cus relictus ſit, armorum vim ad ſua tuenda, vel repetenda iuſtiſſimam
eſſe: alioqui ſi iure belli ac gentium omnium quæſita dominia iniuſta
eſſe demus, ac dominatum cum tyrannide, confuſa rerum ac verborum
C appellatione, miſceamus, illud etiam confitendum erit, nihil hoſtem à
prædone nihil verum dominum à tyranno, nihil denique iuſtum bel-
lum à latrocinio differre: quæ cùm[7] abſurda ſint, & illa, ex quibus hæc ſe-
quuntur, abſurda videri neceſſe eſt. Itaque videmus tyrannides mo-
mento collapſas, ac pleróſque tyrannos breui cæſos & extinctos, domi-
natus verò Aſſyriorum, Medorum, Perſarum, Parthorum fuiſſe diutur-
nos. Itémque Æthiopum dominum, qui Reges quinquaginta, vt Io-
nius, ſcribit, vel certè totidem prouincias incredibili maieſtate imperan-
di coërcere, ac cæteros Affricæ Reges, exceptis Thunetanis, antiquitate
ſuperare. At illius principis ſubditi ſeruos ſe & eſſe & haberi gloriantur:
cur autem imperia dominorum quàm regum certiora magíſque diu-
D turna ſint ratio in promptu eſt, quòd & dominatus auguſtior eſt, & ſub-
diti omnia Principi accepta ferunt, ſéque ob eam rem Principi obliga-
tos putant, tum etiam quod ſerui conditionis ſuæ memores metu ſerui-
li afficiuntur ac deiiciuntur. At liberi homines, ſub regia poteſtate, quo-
ties libertatem opéſque ſuas meminerunt, animos excelſos gerunt, nec
ſua ſibi eripi patienter ferunt, & illatas à Principe iniurias quacunque ra-
tione poſſunt, vlciſcuntur. Atque hæc de vnius dominatu: deinceps de
regia poteſtate dicamus.

[3] l. poſtliminiũ. de captiuis.
[4] Deut.cap.16.
[5] Geneſ.cap.vlt.
[7] l. hoſte de captiuis. l. hoſtes de verbor. ſignific.

## *De Monarchia Regali.* CAPVT. III.

REx eſt qui in ſumma poteſtate conſtitutus, naturæ legibus
non minus obſequentem ſe præbet, quàm ſibi ſubditos quo-
rum libertatem ac rerum dominia æquè ac ſua tuetur, fore
confidit. Subditorum libertatem ac rerum dominationem

adiecimus, vt Regis ac domini diſtinctionem certam adhiberemus. Superius diximus dominatum iuſtè quæri, ac dominum eadem æquitate ſuos, qua pater familias ſeruos moderari poſſe: qui tamen ſi ſeruos manumittat, ac peculium libertorum proprium eſſe patiatur, ex domino fit patronus: itidem rerũ omnium perſonarum dominus in regem euadit, ſi ſubditos iuſta libertate ac rerum ſuarum dominio vtifrui patiatur. Itaque Plinius[8] iunior ad Traianum, Principis, inquit, ſedem obtines, ne ſit domino locus. Perſas verò diſcrimen illud ſatis intellexiſſe perſpicuum eſt, cùm Cyrum, qui Medorum potentiam fregit, Regem appellarent[9], Cambyſem dominum, Darium verò mercatorem: quia Cyrus maior, ſumma charitate ſuos amplexaretur: filius Imperandi ſeueritate formidabilis eſſet: tertius tributa ac vectigalia prius inaudita à ſubditis extorqueret. Ob eam rẽ Alexãder magnus ab Ariſtotele admonitus[1] eſſe dicitur, vt Græcos quidem paterna pietate, barbaros verò dominandi maieſtate in officio contineret: quod præceptum repudiauit Alexander: Gręcóſque ſola virtute non origine: barbaros vitiis & ignauia cẽſeri: orbem verò terrarum inſtar eſſe voluit vnius ciuitatis, cuius arcem ipſe in ſuis caſtris poſitam teneret. Subditos Regi obſequentes eſſe oportere diximus, vt in eo ſolida iura maieſtatis ineſſe iudicaretur: eundem tamen naturæ legibus obligari: id eſt ſubditos naturali æquitate regere, cuius ſplendor Solis ipſius luce clarior eſt. Eſt igitur regiæ maieſtatis præcipuum argumentum, ſi quàm ſubditos ſuis imperiis ac iuſſis obedientes eſſe cupit, tam ipſe naturæ legibus ſe præbeat obſequentem. Id autem conſequi non admodum difficile eſt boni principis officia intuentem: ſi pura religione Deum, pietate patriam, charitate propinquos, benignitate egentes, æquitate ſingulos, iuſtitia vniuerſos complectatur. Itémque ſi prudentia & altitudine animi in conſiliis: fortitudine & alacritate in rebus gerendis: modeſtia in proſperis, cõſtantia in aduerſis vtatur: ſi denique erga fœderatos amicum ſe, aduerſus hoſtes formidoloſum, erga bonos amabilem, in ſceleratos terribilem, in vtróſque admirabilem, in ſocios fidum, aduerſus humiles facilem, in arrogantes excelſum ſeſe præbeat. Regia poteſtate ſic conſtituta, vt ſubditi quidem principis legibus, princeps autem legi naturæ pareat, lex vtrínque domina, vel, vt Pindarus ait, regina vtríſque imperans, ſubditos inter ſe, & cum principe, iiſdem vinculis copulabit: ex eóque ſuauiſſimus concentus exiſtet, qui voluptate ac fęlicitate incredibili vtróſque beare poſſit. Hæc illa eſt regalis vnius, legitimáque monarchia, quam quærimus, ſiue regnum ſucceſſione, vt ferè ſemper, deferatur: ſiue lege, vt noſtrum, ſiue populi ſuffragiis, vt ea quæ ad Aquilonem poſita ſunt, ſiue largitione, vt illud Numidiæ, vbi Auguſtus Iubam regnare iuſſit: ſiue ceſſione, vt regnum Neapolis ac Siciliæ ſemel atque iterum ad Carolum & Ludouicum Francorum principes: ſiue teſtamento, vt antea ſæpe Affricæ, nec ita pridem Angliæ, regnum Henrici VIII. voluntate ad Eduardum VI. cui Maria ſoror huic Elizabetha ſubſtituta: ſiue fraude partum, qualia fuerunt Hieronis, & Piſiſtrati regna, ſiue ſorte, vt regnum Iſraëlitarum ad Saulem: ſiue equi hinni-

8 in Panegyrico.

9 Herodotus.

1 Plutar. in Alexandro.

B C D

hinnitu, vt Perſarũ ad[2] Darium Hiſtaſpin: ſine armis ac vi quæſitum, vt regnum Seruij: Neque enim, inquit Liuius[3], præter vim quicquam ad ius regni habebat: ſiue ob nobilitatem, ac generis ſplendorem, vt Ægypti à prætorianis militibus, ad Campſonem Ciliciæ Regem delatam accepimus: ſiue ob iuſtitiam ac pietatatem, vt Romanorum ad Numam: ſiue ob ſenium, vt Arabiæ ac Taprobanes regna ad[4] vetuſtiſſimum quẽque, ſiue ob corporis robur, vt imperium Romanorum ad Maximinum ducem militum tanta corporis firmitate ac robore tantáque amplitudine, vt gygantum ſemine procreatus videretur: ſiue ob formæ præſtantiam, vt idem imperium ad Heliogabalum peruenit: ſiue ob longitudi-
B nem ac proceritatem Æthiopum regna ad longiſſimum quenque deferebantur: ſiue ad bibaciſſimum, vt quõdam Scytharum imperia, quemadmodum[5] Ariſtoteles ſcribit qui Regem definiit[6] eum, qui ſuffragio creatus ex ipſius populi voluntate imperat: eundem tamen fieri tyrannum, ſi vel minimum à populi voluntate diſceſſerit. Quæ deſcriptio non ſolùm à ratione deſeritur, verùm etiam pernitioſa eſt: nam ius illud maieſtatis quod regis maximè proprium eſſe demonſtrauimus, concidat oportet, ſi quidem inuitis ac nolẽtibus ſubditis imperari nihil ab ipſo Rege poſſit, qui etiã leges à populo accipere cogeretur: deniq; omnia populo licerent: iuſtiſſimi autem ac optimi quique Reges, pro tyrannis haberentur: nec verò Rex alius eſſet, quàm magiſtratus, cui arbitrio popu-
C li precario poteſtas, & daretur, & eriperetur. Quæ tam abſurda, videri neceſſe eſt, quàm quod ab eodem philoſopho proditum eſt, barbaras eſſe gentes, quæ Reges à ſtirpe quærant, cùm tamen ſuiipſius Rex ac diſcipulus Alexander magnus cùm maioribus ac proauis Macedoniæ regibus ab ipſo[7] Hercule, genus duxiſſet: barbari Lacedæmonij, qui ab eadem Heraclidarum ſtirpe, Reges mille circiter annos pertulerunt: barbari quoque Aſiatici, Perſæ, Ægypti in quibus non modò fuit, ſed etiam à quibus humanitas, artes, leges, diſciplinæ ad omnes populos dimanarunt[8]: poſtremò vnus Ariſtoteles, cum pauciſſimis quibuſdam Græculis, à barbarie procul abeſſent. Nihil autem pernicioſius cogitari poteſt, quàm ſuffragio populi creationem regum permittere, vt ſuo loco diſſe-
D retur. Quamquam Ariſtoteles in eo ipſo quoque labitur, quòd regum genera quattuor conſtituit: & quattuor poſitis, quinque tamen[9] enumerat. Primum genus eorum, qui populi voluntate & arbitrio imperant, vt quos Heroicis temporibus, eoſdem imperatores, iudices, ac pontifices fuiſſe putat: Secũdum genus, barbarorum eſſe, cùm ſcilicet Reges à ſtirpe ducuntur: Tertium, eorum qui ſuffragio creantur: quartum Lacedæmoniorum proprium, quos belli duces perpetuos fuiſſe tradit: poſtremum genus eſt eorum qui dominatum adipiſcuntur, ac ſubditos, quaſi patresfamilias ſeruos habent. Quod ad primum genus attinet, reges quidem, iudices, imperatores, ac pontifices fuiſſe, nulli tamen ex arbitrio ac populi voluntate imperaſſe, aut imperium à populo accepiſſe comperiuntur, ante Pittacum ac Timondam: ſed principio genus hominum immani feritate barbarum, & crudele fuiſſe Plutarchus[1] ſcribit, qui nihil

2 Plutarc. in lib. de ſera numinis vindicta.

3 lib. 1.

4 Diodorus Siculus & Plinius.

5 in Polit.

6 Idem lib. 3.

7 Plutar. in Alexandro.

8 Cicero ad Q. fratrem epiſt. 1. Theodoretus epiſcopus Cyrẽſis. in libris de Græcarũ affectione. Ioſephus contra Appionem.

9 lib. 3. de Republica.

1 Theoſeo.

prius aut præclarius ducerent, quàm homines ab hominibus violari, cædi, opprimi, & in ſeruitutem abduci: quod certè ſacris literis conſentaneum eſt, quibus perſpicuum fit Nimerodem primum tyrannide cæteros oppreſſiſſe, ſeruitiis omnia compleuiſſe, ac poſteris imperium ſucceſſoria lege reliquiſſe: certè quidem & Thucidides ipſe veriſſimus ſcriptor, & antiquorum hiſtoriæ ſumma regna ſucceſſione delata fuiſſe, & Aſſyriorum inquam, Medorum, Tyriorum, Perſarum, Ægyptiorum, Hebræorum, Lacedæmoniorum, Macedonum, Epirotarum, Sicyoniorum, Celtarum, Athenienſium declarant: at cùm regia proles à ſtirpe populos deſereret, partem reges ſuffragio ſibi creaſſe, partem optimatibus imperium dediſſe: partem in populari ſtatu acquieuiſſe, præter eos quorum libertas, vi & armis potẽtiorum oppreſſa fuiſſet: vt Herodotus, Ioſephus, Beroſus, Manetho, Ephorus, Theopompus, Xenophon & antiquiſſimi quique ſcriptores prodiderunt: ex quibus facilè intelligitur Ariſtotelem, in iis quæ de regibus ſcripſit, decipi & errare. Quod item Spartiatarum duces regum appellatione amplectitur, id quidem abſurdè, cùm qui iura maieſtatis non habeat, Regem eſſe non poſſe ſuperius dictum ſit: Reges autem Lacedæmoniorum poſt ipſius Reipublicæ conuerſionem non alios, quàm ſenatores fuiſſe, ac magiſtratuum imperia pertuliſſe docuimus, at ne imperatoriam quidem illis poteſtatem in perpetuum tributam fuiſſe, vt putat Ariſtoteles, qui perpetuos belli duces appellat, cùm aliis quoque ciuibus communicaretur: vt Lyſandro, Leonidæ, Callicratide, Gilippo, quos Lacedæmonij Regibus ipſis premente bello, prætulerunt: at ne Ageſilaus quidem Rex imperatoriam poteſtatem iniuſſus accepit, vt [2] Plutarchus tradit. Et vt perpetui fuerint imperatores, nihil tamen imperatoria poteſtas cum regia maieſtate commune habet, cùm priuatis ac magiſtratibus tribuatur: maieſtatem verò nec in priuatos, nec in magiſtratibus conuenire, nec diſſolubilem eſſe antea demonſtrauimus. Latini quoquè ſuos imperatores, & quidem perpetuos habuerunt, & Achæi annuos, de quibus tamen pœnas ſumere conſueuerant. Damocritum enim imperatorem quingentis talentis mulctarũt [3]: perinde ac Ephori ſuos Reges exilio, carcere, mulcta ſæpe coërcebant, interdum etiam morte. Hos igitur ex albo regum eximere neceſſe eſt, & eos qui dominatum arripuerunt, quos ab regibus non genere quidem, ſed forma differre docuimus. Tertium verò genus, eorum quos ſuffragio creari, aut ſucceſſorio iure fieri ſcribit, nullo diſcrimine ab aliis regibus ſecerni debuerunt: alioqui & ſextum genus conſtituere oportuiſſet, eorum qui ſorte ducuntur, & ſeptimum, eorum qui teſtamento: tum eos qui vi, qui fraude, quíque aliis artibus, ac modis, innumerabilibus regnum adipiſcuntur. Monarchas autem diſtinguere oportet, non imperij conſequendi, ſed ipſa imperandi ratione, quam tribus omninò generibus contineri diximus, dominatu, regno, ac tyrannide. Quòd autem Ariſtoteles regum appellatione complectitur etiam eos, qui Reipublicæ conſtituendæ aut conformandæ cauſa ad breue tempus creari ſolent, à regia poteſtate planè alienum eſt: cùm nihil aliud ſint quàm

2 in Ageſilao.

3 Pauſanias.

quàm curatores, quales fuère Dictatores in Republica Romanorum, quos Dionyſius Halycarnaſſæus ſcribit imperio, ac officio ſimiles fuiſſe iis, quos Theſſali, Archos, Lacedæmonij Coſmos, Mitylenæi Æſymnetas vocant: eadem poteſtate Balia Florentinorum fieri cōſueuerat, id eſt Octouiri, aut ſummum Decemuiri Reipublicæ conſtituendæ, vt quæ decurſu temporum deprauata fuerant, tum in legibus, tum in moribus, tum in magiſtratibus creandis conformarentur: Republica verò conſtituta, imperio abdicabant qui eadem ratione Reges appellarentur: quod abſurdum ſit, cùm regia maieſtas, nec in magiſtratum, nec in curatorem Reipublicæ conueniat. Quamobrem quod[4] Cæſar ſcribit Hednos ma- 4 In commentariis.
B giſtratum in ſingulos annos regali poteſtate creauiſſe, ſatis intelligitur qui magiſtratus eſſet, regem eſſe non potuiſſe. Ac tametſi præſides prouinciarum, poſt Alexādri magni occaſum, ſummum in ſua quiſque prouincia imperium haberent, regiam tamen appellationem[5] diutiſſimè repudiarunt: primus omnium Antigonus, victo Ptolemęo Lago, diademate caput cinxit, ſéque Regem appellauit. Eodem momento Ægyptij Ptolemæum, Aſſyrij Seleucum, Thraces Lyſimachum βασιλέας dixerunt. Et vt primum Lotharingorum ac Burgundionum reges ſe in Imperatoris Germani fide & obſequio futuros iurauerunt, regium nomen & imperium exuerunt, quia reges eſſe deſierant: quamobrem aptè illud Martialis. Qui rex eſt, regem Maxime non habeat. Eſt enim auguſtum regis
5 Plutar. in Demetrio.
C nomen, & quo nullum illuſtrius eſſe poteſt: ipſáque ſtemmata regalia, aureas veſtes, ſeptra, diademata, coronas, cum cęteris cōmunia eſſe non oportet. Ac tametſi Romani, poſtea quam Tarquinium ſuperbum exegerant, regium nomen ac multò magis imperium abhorrerent, ſæpe tamen à Senatu ſtemmata regia, ſceptrum, inquam, eburneum, diadema, corona, veſtis purpurea auro prætexta, crater ex auro ſolido, ad reges fœderatos miſſa fuère[6]. Et in commentariis Gregorij ſeptimi Pontificis maxi. Demetrium legimus Iſtriæ & Croatiæ regem, ſceptro, corona, & vexillo deſignatum: quarum rerum Pontifices Romani, liberales dicam an prodigi, æquè ac Imperatores ſæpe fuerunt. Sed nihilo plus in eo genere potuerunt, quàm Anaſtaſius Græcorum Imperator, qui ornamēta
6 Tacit. lib. 2. Appian. Liuius Valer. Maxi.
D conſularia, cum Auguſti appellatione, ad Clodoneum Regem Francorum miſiſſe dicitur, cùm apud Turones ageret: vt Iuſtinianus quoque patricij appellatione Childebertum Regem exornandum putauit: quibus rebus alienæ maieſtatis imperio quod ſummum ſit detrahi certum eſt: niſi ab iis accipiantur, qui ſint in fœdere ſuperiores. At neque Franci fœdus cum Græcorum principibus vllum percuſſerant, & Romanos ſua virtute de imperio Gallorum deturbauerant. Inter fœderatos quidem, æqua poteſtate, ornamenta equeſtria, cingula, annuli aurei dantur, viciſſim & accipiuntur ſine maieſtatis deminutione: conſularem verò aut patricium honorem, quæ ſunt magiſtratuum propria, qui accipiunt, ſuperioris maieſtatem agnoſcunt: at ne regia quidē poteſtas, quę ſumma eſt, niſi ſubditis cōcedi nō poteſt: multò minus ei qui iura maieſtatis per ſeſe habet: vt Petrus Daniæ princeps, quem Federichus 1. regio nomine

ſubornauit, ea lege vt fiduciarium ſe Imperij Germanici profiteretur, quod regiæ maieſtati repugnare diximus: ille tamen iureiurando ſe Imperatori obſtrinxit[7], his verbis. REX DANORVM magnus ſe in poteſtatem Imperatoris tradidit, obſides dedit, iuramentum fecit, ſe ſucceſſoréſque ſuos non niſi Imperatoris & ſucceſſorum eius permiſſu regnum adepturos. In quo dupliciter peccatum ab eo eſt, quod & talium ornamentorũ illecebris, quæ ab Imperatore miſſa fuerãt, ſuę maieſtati detraxit, & ſempiterna ſeruitute, nõ modò ſeipſum, ſed etiã poſteros cõſtrinxit: qui tamen detectis fraudibus ab Imperio defecerũt: quia cùm Danię regnum ſenatus ac populi ſuffragiis acceptum feratur, non modò poſteros, ſed ne ſeipſum quidem ea lege poterat obligare: Iiſdem ornamentis B Auſtriæ dux, iiſdémque penè temporibus auctus eſt ab eo ipſo Imperatore, ea lege tamen vt in perpetua Imperij Germanici fiducia, in qua tũc erat, ac ſemper fuerat, præſtaret, ſed cùm ab imperio, violata fide defeciſſet, duodecimo poſt anno regia dignitate & appellatione ſpoliatus eſt. Conſimili errore Henrichus 1. Rex Anglorum Gulielmi Auguſti filius, Henrichum natu maiorem, ſe adhuc viuo, ac ſpirante, regem inaugurari iuſſit: nam ille momẽto vt rex eſt appellatus, imperare, res gerere, maxima quæque obire, denique de principatu cum patre cõtendere, quem imperio ſpoliaturus erat, niſi morte præreptus eſſet. Principio quidem Capetorum gens, cùm in regnum inuaſiſſet, vt opes ac potentiam non ſatis firmam ſtabiliret, ne mortuis Regibus res ad interregnum delaberetur, filios Reges deſignari ac initiari curauit. Ita quidẽ Hugo Robertum, hic Henrichum, qui deinceps etiam Philippum conſecrari iuſſit: C quod poſtea confirmatis opibus ac potentia fieri deſiit. Id tamen valde periculoſum mihi videtur, ſi rex inauguratus imperãdi morbo laborat, quia ſubditi Solem Orientem, libentius quàm Occidẽtem, intueri conſueuerunt: niſi plura ſint regna latiſſimis fluminibus aut montibus altiſſimis, aut mari profundiſſimo ſeiuncta. Ita quidem Seleucus vtriuſque Aſiæ Rex Antiochum filium non modò regia dignitate ſubornauit, ſed etiam Aſiæ ſuperioris regno[8] præfecit. Id quidem ferendum eſt vbi Reges Senatus populíſve ſuffragio creari cõſueuerunt: cuiuſmodi ſunt Daniæ, Sueciæ, Poloniæ, Tartariæ, Bohemiæ, Hungariæ & Tunetaniæ reges, qui, quem regnare cupiunt, eundem populi ſuffragiis deſignandum D curant, eíque principes iureiurando obſtringere conſueuerũt. Sic enim Changius primus omnium Rex Tartarorum, populi ſuffragiis factus, Horotam filium in ſpem imperij deſignarauit regem: Coſtanus, qui noſtra ætate in Suetiæ regnum inuaſerat, Henrichum filium, Chriſtiernus hunc Federichum, cui tamen non ſatis cautum eſſe putauit, niſi eundem Henrici 11. Regis Francorum, fidei ac patrocinio per legatos commendaret, anno M.D.LVI. veritus, ne ſe mortuo, Ioannes & Adulphus patrui res nouas molirentur. Id etiam omnibus Affricæ maritimæ regibus in more poſitum fuiſſe legimus: nec[9] ita pridem Ferdinandus Maximilianum Hungariæ ac Bohemiæ regem ſe viuo renuntiauit, hic Erneſtum: ita ſenſim erepta ſuffragia populis obliuione ſepeliuntur. Idem à Sigiſmundo

7 Tritemius cap. 12.

8 Plutarc. in Demetrio.

9 Leo Affer.

mundo Auguſto Rege Poloniꝗ fruſtra tentatum eſt intercedente Senatu:at tametſi è Republica eſſe videatur, vt ſeditionibus occurri poſſit: id tamen Poloni metuunt ne creatio regum Senatui populóque perpetua huiuſmodi ſucceſſione eripiatur: vt in Auſtria gente rerum geſtarũ gloria clariſſima, imperium Germanorũ, tam altè radices egit, vt eius euellendi vix vlla ſpes eſſe videatur. Hæc de regali monarchia: ſequitur vt de Tyrannide diſſeramus.

## *De tyrannide.* CAP. IIII.

B TYRANNIS eſt, in qua vnus homo diuinis ac naturæ legibus ſublatis, rebus alienis vt ſuis, & liberis hominibus quaſi mancipiis ad libidinem abutitur. Tyranni vox, olim honeſta ac ſplendida, de eo dicebatur, qui dominationem, ciuibus inuitis ac nolentibus, vi aut fraude arripuiſſet, tametſi moderatè ac iuſtè imperaret. *Tyranni vox olim ſplendida.* Ita quidem Plato Dionyſium Syracuſarum tyrannum ac cæteri tum philoſophi tum amici, eos qui vi ſuarum ciuitatum ſummam poteſtatem adepti erant, tyrannos honeſtè appellarunt: qua appellatione ipſi quoque tyranni gloriabantur. Probis autẽ æquè ac improbis commune fuiſſe tyranni nomen, ex eo perſpicuum ſit, quòd Pittacus ac Periander qui in ordine ſapientum à Grꝗcis enumerantur, tyranni ſunt appellati. C Et quoniam ij qui malis artibus in rerum dominationem inuaſerant, fortunas omnes, vitámque ſuam aduerſariorum iniuriis ac periculis omnibus expoſitas intuebantur, partem milites ad corporis cuſtodiam adhibere, partem prꝗſidiis, arces & aditus omnes munire ac obuallare: partem aduerſarios ac potentiores necare aut in exilium agere, cæteros ſeruitute premere, aut vectigalibus ac tributis vrgere, aut etiam liberis & vxoribus alienis ſtuprum inferre conſueſſent, incredibile ſui odium toto terrarum orbe excitauerunt. Nam Dionyſius maior, qui Syracuſas occuparat, ad vrbis & corporis præſidium decem peditum, totidem equitũ millia præter claſſem triremium cccc. rebus omnibus inſtructiſſimam habuiſſe dicitur: D ac ne ſic quidem paucitati ciuium, quos penitus exarmauerat ac ſeruilem in modum oppreſſerat, reſiſti poſſe putabat: tametſi non collegia modò ac ſocietates ſuſtuliſſet, ſed etiam proximos vnà vetuiſſet epulari, & à cœna domum redeuntes diripi à cuſtodibus ac ſpoliari iuſſiſſet, quominus amicitias colerent, & in ſe conſpirarent. Hunc tamen Plutarchus[1] boni principis laudibus cumulauit, vt qui virtute ac Iuſtitia plurimos, qui honeſta regum appellatione abutentes, cùm tamen omnibus vitiis inquinati eſſent, ſuperaſſe videretur. Neque verò inani verborum ſpecie ac præclaris appellationibus valde inſiſtendum eſt: cùm ſæpius peſſimi quique virtutis & honoris nomina & emblemata laudatiſſima ſibi arrogare: ſubditi tamen contumelioſiſſima in eiuſmodi principes dicteria iactare conſueſcant: vt Ægyptij tres Ptolemæos, quorum alius fratrem, alius matrem, alius patrem necauerat, acerbiſſima Philadelphi, Philometoros, ac Philopatoros ironia notarunt. At etiam auguſtiſſima ac ſanctiſſima quæque nomina peſſum iêre,

[1] In Dione.

cùm qui iis abuterentur fœdiſſimis ſceleribus ſeipſos contaminarent: ſanctum quidem regis nomen eſt, Tarquinij tamen ſuperbia ac filij ſtuprum Lucretiæ illatum fecit, vt Romanis odioſum eſſet. Syllæ crudelitas, quam in dictatura exercuit, dictatores infeſtos reddidit. Vexilliferos Florentinis inuiſos fecit Francisci Valorij effrenata dominandi libido. Tyranni quoque appellationem, propter eos qui patriam oppreſſerant, populis omnibus teterrimam fuiſſe perſpicuum eſt. At fieri poteſt, vt vnus & idem princeps, cuius imperium longè lateque pateat, regem quidem aduerſus ciues, dominum aduerſus eos quos iuſto bello domuerit, in reliquos verò tyrannum ſe ferat, aut in eadem ciuitate erga potẽtes quidem ac nobiles crudeliter ſe gerat: in tenues verò ac plebeios humaniter. Ac tyrannorum quidem alius alio deterior eſt: & vt virtutum, ita quoque vitiorum ſui ſunt gradus: quis enim princeps ita virtutibus cumulatus eſt, vt nullis omnino vitiis notari poſſit? quis etiam tyrãnus tam perditus, vt non aliqua virtute excellat? Temerè igitur ac ſtultè, qui de principibus ſententiam ferunt, niſi perſpectis vniuſcuiuſque moribus, inſtitutis, rationibus, vita denique tota planè intellecta & cognita: & quo quiſque vitio, qua quiſque virtute præditus ſit, quibus item animi perturbationibus afficiatur, quibus illecebris ac voluptatibus delectetur: vt iudicari poſſit, an vitia virtutibus æquari, an verò ſuperari poſſint: & in eo ipſo Perſas imitari [2], qui ſuplicio capitali, etiam ſceleris conuictum afficiebant neminem, niſi prius innotuiſſet ex anteacta vita virtutibus flagitia præponderarent, néćne. Rectè enim Liuius cùm Annibalis virtutes diligenter perſecutus eſſet, ad eius vitia prolapſus, Has, inquit, tot ac tantas virtutes ingentia vitia æquabant. Ne igitur bona malis confuſa lateant, aut appellatione tyranni eos etiam amplectamur, qui rerum geſtarum gloria claruerunt, tyrannorum omnium teterrimum, cum rege omnium optimo comparemus, vt extremorum comparatione quæ inter vtraque media ſunt, melius intelligãtur. Optimum Regem cùm dicimus, populari oratione vtimur, nec talem quærimus qui claruerit heroicis illis virtutibus, ſumma, inquã, pietate, iuſtitia, continentia, prudentia, fortitudine, bellicis laudibus, quæ in heroum fabulis ad intuendum & ad imitãdum magnificentius quàm veriùs proponuntur: nec vllis omnino flagitiis inquinatus ſit: qualis nemo extitit vnquam, nec verò exiſtere poſſit: ſed boni ac iuſti Regis exemplar in principum genere conquirimus, qualis ab Homero duobus verbis ἤπιος πατὴρ princeps appellatur: qui vt talis ſit modis omnibus efficere conetur: cuiuſmodi Codrus fuiſſe dicitur, qui oraculis admonitus à ſui vnius hoſtium interitum pendere, caput vitámque ſuam deuouit: quo in [3] numero Moſem fuiſſe legimus, quem Philo, prudentiſſimum legiſlatorem, iuſtiſſimum principem, ac prophetam maximum appellat: qui ab immortali Deo precatus eſt, vt ſempiterna impiorum morte interiret [4], & ex albo Selectorum prius eximeretur, quàm populus ſibi creditus, tanta ſupliciorum acerbitate, quantum commeruerat plecteretur: quibus precibus Deum iratum placauit, clariſſimo regis omnium optimi, ac patriæ paren-

2 Diodorus lib. 1. & 15.

3 Philo in vita Moſis.

4 Exodi. c. 30.

parentis exemplo, qua voce nullam vnquam Auguſtus gratiorem au-
diſſe dicitur:cùm M. Valerius Meſſala Senatus populíque Romani iuſſu
patriæ parens eſt appellatus:nihil enim princeps optimus ab optimo pa-
tre differt,vt eleganter Xenophon dicere ſolitus erat. Tyranni porro ac *Xenophō ἀγαθὸς βασιλεὺς οὐδὲν διαφέρει ἀγαθοῦ πατρός.*
Regis diſcrimen eſt, quòd hic naturæ leges amplectitur,ille proculcat:
hic religionem, iuſtitiam ac fidem colit, ille impietate, iniuſtitia,& per-
iurio delectatur:hic omnia ſua ſtudia ad Reipublicæ ſalutem confert: il-
le omnia vtilitate ſua ac voluptate metitur: hic ſuos ciues locupletari
gaudet:ille ex ſuorum incommodis ac detrimento ditari ſtudet: hic ſuas
opes ciuium eſſe putat,ille non bona tantùm,ſed etiam corpora ciuium
B ſua ducit:hic publicas iniurias vlciſcitur,ſuas ignoſcit: ille ſuas acerbè vin
dicat, alienas ignoſcit: hic in aliorum erratis condonandis facilis, & ſui
ſeueriſſimus cenſor:ille aliorum leuiſſimas offenſiones acerrimè vlciſci-
tur,ſibi verò indulgentiſſimus eſt: hic ab alienis vxoribus continet ſeſe,
ille de vtriuſque ſexus impudicitia triumphat:hic reprehẽdi liberè,& ſua
peccata coargui gaudet: ille graues perſonas ac liberas linguas capitaliter
odit:hic ciues mutua inter ſe amicitia, & cum Republica coniungit: ille
inimicitias & odia ſerit, vt mutuis cædibus pereant, & proſcriptionibus
fiſcum impleant:hic libenter ciues aſpicere,ac viciſſim ab iis conſpici cu-
pit, ille ciuium,perinde vt hoſtium,conſpectum reformidat:hic ciuium
amore paſcitur,ille metu:hic pro ciuibus ſemper,ille ciues metuit:hic ni-
C hil à ciuibus, niſi publica vrgeat neceſſitas exigit, ille ciuium ſanguinem
ebibit, oſſa corrodit, medullas etiam nudatis oſſibus exugit, vt eos mo-
dis omnibus debilitare poſſit: hic vitam ſibi acerbã atque inſuauem pu-
tat,niſi ad ampliſſimos honores & imperia optimum quemque proue-
xerit,ille fures omnium maximos,veluti ſpongias ad opes ciuium ex-
hauriendas adhibere ſolet: hic magiſtratus ac poteſtates liberaliter bene
meritis largitur,vt à ſordibus & corruptela puri ſint,ille publicè proſcri-
bit,vt qui carius emerunt,poſteaquàm bene ſaginati fuerint,ſupplicio af-
ficiat,bona proſcribat, & in furibus puniendis gloriam conſequatur: hic
ſuas rationes ac mores legum ponderibus examinat, ille ſuis voluptati-
bus leges metitur:hic vitam pro patriæ ſalute & ſanguinem fundere pul-
D cherrimum putat, ille pro ſe patriam interire cupit: hic à ciuibus amatur
& colitur, ille ciues omnes inuiſos habet, & bonis omnibus æquè inui-
ſus eſt:hic ab hoſtibus laceſſitus ad ſubditorum auxilia recurrit, ille per-
petuum bellum cum ciuibus gerit: hic non aliis vtitur quàm ſuorum
præſidiis, ille peregrinorum cohortes prætorias ad ſui tutelam, & ci-
uium terrorem ſemper armatas antecedere iubet: hic altiſſima quiete ac
animi tranquillitate ſecurus viuit, ille perturbationibus ſecum diſſiden-
tibus ſemper conflictatur, ac formidine perpetua languet: hic beatam
ſempiternámque cæleſtium vitam ſperat,ille cruciatus ſempiternos:hic
Deum immortalem rerum gerendarum authorem habet: ille conſcele-
ratos homines aut malos genios conſulit: hic & viuus & mortuus clariſ-
ſima omnium voce ac laudidus cumulatur, ille & viuens & mortuus
fœdiſſimis contumeliis ac libellis laceratur. Ac tametſi tyrannus opes

honores, imperia, firmam valetudinem, gladiatorium corporis robur multarum magnarúmque rerum cognitionem ac ſcientiam, illámque ipſam quæ tyrannis maximè metuenda eſt flexaminam eloquẽtiam habeat, nihilo tamen ſanior aut melior, ſed eò deterior futurus eſt: opibus enim abutitur ad explẽdas libidines, imperiis ad aliorum libertatem opprimendam: robore ad obeunda facinora: ſcientia ad imperitos circonueniendos, & ad omnia ſacra profana turpiter permiſcẽda. Hæ tamen tot ac tam egregię dotes optimo principi, ſi Dei munere & cõceſſu tribuuntur, Deum aliquem cælo demiſſum putes. Quid autem ad hæc quæ diximus confirmanda exemplis opus eſt, cùm tantus fuerit vbique tyrannorum metus, tantum odium, vt etiam homines de ſchola ac fœminæ certatim ad illorum cædem conſpirarent? nam Ariſtoteles, nõ Stagirita, ſed B
is qui Dialecticus dicebatur, Sycioniæ tyrãnum ſua manu necauit. Thebe vxor Alexandri Pheræorum tyranni, maritum: neque enim opes ac potentia coniuratos à cæde tyrannorum prohibuerunt. Quænam opes cum Romanorum opibus ac potentia conferantur? quadraginta legiones in prouinciis, ac tres in Italia conſtituerant Imperatores, præter cohortes prætorias: at nuſquã terrarum tot principes cæſi: quinetiam præfecti prætorio interdum eos quorum cuſtodes erant, in ipſo prætorio trucidarunt: vt Cheræa Caligulam tyrannum, prętoriani Sultanos octo. Iuuat Timoleonis & Arati geſta legere [5], ac tyrannos ex ipſa tyrannidis arce tractos ac nudatos, fuſtibus latronum in modum ad necem vſque C
coram pueris ac plebe verberari, deinde vxores eorum, liberos, propinquos, familiares, amicos mactari, & omnia crudelitatis genera perpeti: ſtatuas etiam tyrannorum accuſari, ac damnatas carnificibus quaſi ad ſupplicium tradi, oſſa deniq; ipſa de ſepulchris detracta, in fœdiſſimas cloacas proiici, leges & edicta lacerari, arces ac domos ſuperbas ſolo exæquari, memoriam denique ipſam obliuione ſempiterna deleri, vt talibus exemplis principes poſteri peſtes illas abhominarentur. Ac tametſi tyranni dum viuerent laudatores ſuos habuerunt quos ad mendacia præmiis allicerent, mortuis tamen tyrannis laudes & orationes laudatorias conciſas ac laceratas, ac pro his contumelioſiſſima ſcripta etiam ad amplificationem prodiiſſe legimus, adeò vt ne vnius quidem libelli frag- D
mentum extet de laudibus tyranni cuiuſquam. Quæ res tyrannos quandiu viuunt ad inſaniam & furorem perducit, quum intelligunt ſe plebi ac inimicorum ludibrio futuros. Ac tametſi putant animos vnà cum corporibus, imò ante corpora, quæ odoribus perfuſa diutiſſimè prę̄ſtant, interituros, quandiu tamen viuunt iam ſentiunt infamiæ futuræ cruciatus: vt Tiberius acerba oratione querebatur: crudelius etiam Nero, qui ſæpius optauit vt ſe moriente, imò adhuc ſpirante terrarum deflagratio conſequeretur. [6]Eam obrem Demetrius, is qui Poliorcetes vſurpatur, pro Athenienſium commodis ac libertate bellum ſuſcepit, vt ex eorum ſcriptis immortalem gloriam conſequeretur, cùm intelligeret Athenas eſſe veluti ſpeculam orbis terrarum, vnde clariſſima fax eluceret, nec illum opinio fefellit: ſed vt primùm ſe vitiis inquinari paſſus eſt, ab iiſdem à qui-

5 Plutarchus in Arato ac Timoleone.

6 Suetonius tradit illud Neronis dictum: ἐμοῦ ζῶντος γαῖα μιχθείτω πυρί, tyrãni dicerent ἐμοῦ θανόντος.

à quibus antea laudatus fuerat contumelioſiſſimè ſuum nomen dilacerari ſenſit. At ſi quis putet tyrannos quia verè laudis guſtum nullum habent, minùs quid de ſe poſteritas dicat aut ſentiat curaturos, miſerrimè tamen viuunt, ſi vita dicenda eſt eorum qui perpetuis terroribus exagitantur, & acerbiſſimos dolorum ſtimulos ſentiunt, cùm ſe vitámq; ſuam, vxores item, liberos, propinquos, familiares in perpetuo diſcrimine verſari vident: neque enim fieri poteſt vt qui ſubditos odit ac metuit, & quē omnes oderunt ac metuunt diu conſiſtere poſſit, ita fit vt ſi ab hoſtibus laceſſitus fuerit, momento à ſubditis oppugnetur, ac ne amicis quidem confidat, ſed eos ob leuiſſimam ſuſpicionem necari iubeat: vt de Nero-
B ne, Commodo, Caracalla, cæteríſque tyrannis proditum legimus. Interdum etiam vniuerſus populus in tyrannum irruit & eodem impetu: vt in Phalarum, Heliogabalum, Alceten, Andronicum Imperatorem: & quidem in hunc populus Conſtantinopoleos inuolauit, ac nudatum aſino ſuperpoſuit, vt prius omnes omnium contumelias fœdiſſimè pateretur, quàm ei mori liceret: ac ſæpe fit vt ſui necandi occaſionem ipſi conquirant, vt fertur de Caracalla, qui Iullium maternum mathematicum rogauit quem in imperio ſibi ſucceſſurum putaret: (id enim tyrannorum commune eſt vt Caldæos ac dæmonas rerum gerendarum habeant conſultores) vates Macrinum fore per literas reſpondit: quæ quidem literæ in Macrini manus inciderunt: is igitur ſibi metuens Caracallam ex
C inſidiis occidit. Commodus verò quum ſiccarij manus euaſiſſet, eos omnes quos ad cædem deſignarat tabulis conſcripſit, quas cùm Martia concubina caſu reperiſſet, ſéque eo numero comprehēſam intelligeret, tyrannum occidi curauit. Talibus exemplis plena ſunt omnia veterum ſcripta, quibus perſpicitur tyrannorum ceruicibus mille pericula, mille mortes impendere. Regis autem, id eſt optimi principis, conditio illis planè contraria eſt: quippe cum ſubditis tanta conſenſionis fide & amicitia coniungitur, vt pro eius commodis ac ſalute caput, vitam ac fortunas profundere non dubitēt, eúmque carminibus ac laudationibus ſempiternis cumulare, ac augere ſtudeāt: vt Xenophontē videmus ſub Cyri perſona: cuius laudes admirabili eloquentia amplificauit iuſtiſſimi, ac
D fortiſſimi regis exemplar omnibus & ad intuendum & ad imitandum propoſuiſſe, & quidem Scipioni Affricano mira cupiditas inceſſit Cyri laudes æquandi, cùm manibus ſemper tereret diuinam illam Cyropædiam, atque intantum profecit, vt omnes non modò ætatis ſuæ reges ac principes, ſed etiam ſuperiores virtutibus clariſſimis ac rerum geſtarum gloria ſuperaret: cuius fama accenſi piratæ ad eius ædes in quibus ruſticari ſolebat, propius acceſſerunt, vt diuinum illum hominem contuerentur: at cùm ipſe piratas vim illaturos ſibi putaret ac familiam armaret vt temeritatem eorū conſilio, furorē fortitudine, audaciā virtute ſuperaret: piratæ proiectis armis ſuplices petierūt vt illum adorare, ac venerari ſibi liceret. Si virtutis decus ac ſplendor in eo principe barbariſſimos piratas (quamquam ne barbari eſſent ſua virtute perfecerat) in admirationem rapuit, quantam virtutis vim in bonis ciuibus fore putamus? Quis

*Scipionis Affricani laus.*

autem Princeps adeo ſtupidus ac demens, qui lætitia incredibili non afficiatur, ſi audiat Bactrianos tanto amore ac beneuolentia Menandrum regem complexos fuiſſe, propter eam, quã de ſua probitate ac iuſtitia apud omnes opinionem excitarat, vt maximis cõtẽtionibus vrbes certarent, ad quam illarum ſepulturæ honos potiſſimum deferri oporteret, nec aliter contentionum exitus reperiri potuit, quàm ſingulis id permitteretur? Cuius item tyranni malitia ac ſimulatio tanta eſt, quem Plinij Pannegyricus non adigat ad furorem? cùm enim Traianum omni genere laudis ita cumulaſſet Pannegyriſtes, vt nihil addi poſſe videretur, periodũ ita concluſit. Nihil Reipublicæ maius ac melius optandum, quàm vt Dij immortales Traiani vitam imitarentur. Quæ amplificatio B
tametſi cum impietate coniuncta eſt, quis tamen dubitat quin à clariſſimo viro in optimum principem proficiſcatur? & pro cuius abeuntis periculo, & redeuntis ſalute templa omnia complerentur: qui cum diis hac conditione in ſolennibus precationibus paciſci conſueuerat, vt ſe ſeruarent ſi Reipublicæ vtilis eſſet? Quem etiam tyrannum Ageſilai gloria non ſtimulet, audientem ab Ephoris mulctatum eſſe ob id tantùm quòd vnus omnium Spartiatarum oculos ac volũtates in ſe conuerteret? Quis princeps Ariſtidis iuſti cognomẽtum non cupiat & optet? certè quidem multò illuſtrius ac laudabilius eſt, quàm Poliorcetarum, quàm Fulgurantium. Contrà verò, quis cùm Phalaridis, aut Caligulæ, aut Neronis facta narrantur, iracundiam, aut cùm miſerabiles eorundem exitus, læti- C
tiam cohibere poteſt? Hæc igitur optimorum principum ac tyrãnorum, deteſtabilium extrema ſunt omnibus perſpicua: ſed non ita facilè diiudicatur princeps cui cum vtriſque multa communia ac bona malis temperata & confuſa ſunt. Incidunt enim ſæpe cauſæ, quæ propter locorum, aut temporum, aut perſonarum varietatem, principes ad aliquid impellunt, quod aliis quidem tyrãnicum, aliis verò laudabile videatur: ne quis tyrannidem ſeueritatis finibus terminandam ſibi putet, cùm ſeueritas in principe ſæpe laudabilis, ſæpius etiam neceſſaria ſit: vel quòd arces ac præſidia quærantur: vel quia imperandi maieſtate ſit terribilis, quæ multò laudabiliora ſunt, quàm preces tyrannorum. Quamobrem rectiſſimè ab[6] Iuriſconſultis decretum eſt, eos qui precibus tyrannorum obliga- D
tionem contraxiſſent, ſemper reſtitui poſſe: iis tamen qui iubente optimo principe idem facerent, reſtitutioni locum non relinqui. Quæ verò bellis ciuilibus ſcelera, proſcriptiones, cædes, ſtupra, inceſtus perpetrantur, ad Rerũpublicarum interitus, aut conuerſiones, non ad tyrannidem ſpectant: neque enim aliter fieri poteſt in violenta cõuerſione, vt in ipſo Romanorum triumuiratu, aut etiam in Imperatorũ creatione, & noſtra ætate Coſmo Medice principatũ Florentinorũ ineunte contigit. Is enim Alexãdro Medice propinquo ſuo aduerſariorũ conſpiratione occiſo, cohortes ad corporis cuſtodiã adhibuit, arces extruxit, præſidiis vrbẽ muniuit, tributa ac vectigalia noua imperauit, quæ medicamẽta, plebi quidẽ & licẽtia populari abutẽtibus violẽta, ſapiẽtibus verò ſalutaria viſa ſunt, præſertim ciuitate morbis extremis, & incurabili vlcerũ multitudine periclitan-

6 l. ſi per impreſſionẽ, quod metus. gloſ. not. in l. 1. quod metus. cau. conuenior. 23 q. 8. Io. Andre. in cap. Inſinuãte qui clerici vel vouentes.

riclitáte, & in eos ciues qui millies in eum tyrannũ coniurauerãt, qui tamẽ iuſtiſſimi ac prudentiſſimi principis laudẽ eſt adeptus. Nã ſæpe contigit, vt quæ ciuitas principis vnius lenitate ac facilitate nimia perierat, acerbitate alterius ac ſeueritate ſuſtentaretur. Domitiani crudelitatẽ Senatus populúſq; Romanus nec ferre potuit, & mortui leges omnes ac edicta reſcidit: is tamẽ prouinciarum omniũ vna voce laudatus eſt, propterea quòd nunquam antea Proconſules, Præſides, cæteríque magiſtratus à ſordibus & corruptelis [7] puriores fuiſſent: at cùm Nerua, qui eius Imperium exceperat, à ſeueritate procul abhorreret, omnia in miſerrimum ſtatum delabi, iura proſtitui, iudicia peruerti, tenues potentiorum iniu- 7 Tranquil. in Domitiano.
B riis opprimi: tunc certè Fronto Conſul illam, quam in Domitiano prius damnauerant crudelitatem ac tyrannidem votis ardentibus optauit. Cùm verò princeps plebis furentis animos ac licentiam acerbiſſima ſeueritate quaſi freno indomitam belluam coërcet, non debet illa ſeueritas tyrannis appellari, ac ſæpiſſimè is qui tyrannidem inuaſurus eſt, furore plebis ad potentiorum opes minuendas abutitur: ita fit vt potentium bona, ac plebis gratiam vno conſequatur & eodẽ tyrannidis actu. Omnium tamen deteſtabilium tyrannorum, nulli minus execrándi ſunt, quàm qui ad plebis ſubleuandam inopiam locupletes extenuant ac proſcribunt. Qui verò principis bonitatem, lenitatem, facilitatem, largitionem prudẽtia vacuam, laudant, ne ipſi inopes à conſilio ciuili ſcientia
C vacui laudibus & otio abutuntur, cum eiuſmodi facilitas multò magis metuenda ſit, quàm principis ſumma, ſeu ſeueritas, ſeu crudelitas, ſeu auaritia. Et quidem maiores noſtri prouerbio iactabant illud, Ex homine callido ac malitioſo bonũ regem fieri: quod delicatis auribus eorum qui non rationibus, ſed falſis opinionibus omnia metiuntur, abſurdum videri poſſit. Nam ſtulta principis minimè mali facilitas ac begninitas facit vt adulatores, ac fures Rempublicam depeculentur, ac ſceleratiſſimis & impudentiſſimis quibuſque honores, imperia, magiſtratus ſine delectu tribuantur: ita fit vt tenuibus ſua crudeliter eripiantur, ac pro vnius, multorum tyrannidem perpeti cogantur: ſcelera verò ac flagitia multa maneant tum ſordibus & corruptelis magiſtratuum, tum etiam
D principis facilitate, ſceleratiſſimo cuique impunitate propoſita: denique ſub tali principe publica priuatorum commodis cedũt, ac plebs ipſa potentium libidine & auaritia oppreſſa iacet, perinde vt in corporibus humanis ab ægrotantium capite, ad imbecilliora membra praui humores defluere ſolent: certè quidem exemplis ad id comprobandum hiſtoriæ tum Græcorum, tum Latinorum abũdant: ſed domeſticis vtamur: nunquam enim calamitoſior extitit Reſpublica, quàm regnante eo Carolo, qui ab ingenij ſtupore ſimplex vſurpatur. Floruit etiam ſub Franciſco maiore imperium hoc legibus, armis, potentia, literis, opibus, artiúmque omnium incredibili varietate, ídque potiſſimum aliquot ante annos quàm moreretur, cùm ætas ingraueſceret iam ſua, nec vlli affabilem ſe aut facilem cuiquam præberet, ſed canes aulicos ac impudentes homines longè à ſe repelleret: præmia, magiſtratus, honores, ſacerdotia bene

de virtute ac republica meritis, tribueret: largitiones verò ita regeret, vt eo moriente ferè millies ſeſtertium, id eſt decies ſepties centena aureorum noſtrorum millia in ærario publico reſtarent, præter trimeſtria tributa, quorum dies iam venerat: nec vlli Reſpublica tunc obærata fuit, præterquam Heluetiis & argẽtariis Lugdunenſibus vt in officio retinerentur: pax item aut ſocietas cum omnibus principibus ac populis, atque etiam imperij finibus, ad portas vſque Mediolani prolatis: regnóq; ipſo imperatorum ac doctiſſimorum hominum multitudine redundantem. Succeſſit patri Henrichus II. cuius bonitas ac facilitas tãta extitit, vt nulla vſquam maior: ſed cùm vix annos duodecim ſceptra tenuiſſet, omnia peſſum iêre: neque enim tanta principis benignitas dicam, an ſimplicitas, rogationem cuiuſquam repudiare potuiſſet: ita exhauſto breui ærario, magiſtratus ac imperia mercatoribus proſcripta ſunt: tributa acerbiſſimè exacta: ſacerdotia ampliſſima in homines ſordidiſſimos collata: graues ab hoſtibus acceptæ offenſiones: imperium ſuis finibus tantoperè deminutum, & acciſum vltra citráque Alpes, vt omnia quæ annis quadraginta parta fuerant, vna turpiſſimè pacis actione penitus amitterentur, ac moriente Henricho Reſpublica ære alieno grauiſſimè oppreſſa iaceret: certè quidẽ ex rationibus publicis, ferè vicies millies ſeſtertium Rempublicam debuiſſe conſtat: quamquam his omnibus nominis ac famæ iactura grauior erat. Quòd ſi regis Henrici facilitas ſeueritate, leuitas acerbitate, largitio parſimonia quadam temperata fuiſſet, ac pro molli & fracto, magnum & excelſum animum geſſiſſet, bene beatéque vixiſſemus, nec in eas, quas pertulimus, calamitates Reſpublica incidiſſet. At medium illud, dicet aliquis, cùm tenere cuique difficile eſt, tum verò principibus, quos perturbationes variæ è medio curſu reuocant, difficillimum. Demus certè medium illud, acerbitatis ac lenitatis, quod nimium inter & parum veluti recta quædam linea, quæ plus vna eſſe nõ poteſt, inter obliquarum infinita millia conſiſtit, raró à ſapientibus, vix vnquam à principibus attingi: multò tamen commodior eſt in omni Republica, ſeueritas, quàm ſimplex illa, ſtupori ſimilis, lenitas quædam, flagitiorum omnium ac ſcelerum alumna: quæ vt in Pertinace Auguſto nimia fuerat: ſic in Heliogabalo voluptatum omnium impura libido Romanum Imperium euerterat, niſi Seueri Affri, deinde Alexandri Seueri acerbitas, & imperandi maieſtas Rempublicam iacẽtem erexiſſent, cum maxima bonorum omnium conſenſione. Quod igitur à maioribus contritum vetuſtate prouerbium accepimus, ex improbo & malitioſo viro bonum principem fieri, ad eam quam diximus interpretationem reuocandum eſt: alioqui verbum illud ſui proprietate non ſeueritatem modò, ſed etiam impietatis extremum ſignificare videtur, quod maiores noſtri malum dixêre: ſic Carolus Rex Nauarræ malus dicebatur, quo principe nullus ſua ætate ſceleratior extitit. Non igitur principem, nimia ſeueritate immitem eo ipſo tyrannum cenſere ac iudicare oportet. Et quoniam nos in hunc locum deduxit oratio, diſſeramus illud etiam, an bono viro liceat manus afferre tyrannis.

*De meſchant hõme bon Roy.*

B C D

*An li-*

## *An liceat manum inferre tyranno, eóque cæſo, omnia eius acta, decreta, leges reſcindere.* Cap. v.

TYRANNI vox ignota, pleróſque[1] impulit in errorem, & in perniciem principum multorum armauit. Propriè ſignificari diximus eum, qui ſociis ac ciuibus inuitis, non cooptatus à principe, non ſuffragio populi, non ſorte, non hæreditario iure, non teſtamento, non iuſto legitimóque bello, non ſingulari quodam cæleſtíque oraculo creatus, in Rempublicam inuaſit, hunc leges & antiquorum[2] ſcripta occidi iubent, & maxima præmia interfectoribus pro-
B ponunt, nobilitatis inquam ſtemmata, ſtatuas, coronas, bona denique ipſius tyranni: eos enim patriæ, vel vt Cretenſes loquuntur matriæ liberatores eſſe iudicabant. Nec in eo genere virum bonum, qui tyrannidem occupauiſſet ab improbo ſeiunxerunt: neque enim Reipublicæ libertatem ac ſociorum principatum arripere cuiquam, probitatis opinione ac ſpecie fas eſt: cùm etiam legibus, quæ de imperio latæ ſunt[3], capitale ſit maieſtatis ius vllum vſurpare. Hoc igitur fixum maneat eum, ab vniuerſis, & ſingulis occidi licere, qui vel regi legitimo poteſtatem extorqueat, vel in populari aut optimatum ſtatu, pro ſocio, principem ſe ſua vnius autoritate ferat. Sed Græcos inter ac Latinos non conuenit, an ſine cauſæ cognitione, an verò rebus planè perſpectis ac iudicatis id fieri
C debeat: nam lex Valeria tyrannum occidere[4] cuique permittit, deinde occiſi cauſam diiudicare: quæ certè lex ſuis quibuſdam fundamentis, nititur confirmatur: prius enim Reſpublica tyrannidis facibus deflagratura ſit, quàm incendium ſemel conceptum reſtingui poſſe videatur. Quis tyrannum cohortibus armatum in ius vocaret? quis arces ac propugnacula tenentem comprehenderet? nonne præſtabilius eſt vim adhibere quàm legis actiones nimis religioſè conquirentem leges vnà cum imperio perdere? At lex Solonis huic[5] omnino repugnat: iubet enim eum iudicio ſiſti ac iudicari qui tyrannidem affectarit, quæ lex ſua etiam æquitate ſuſtentatur: quia plerique innocentes ac boni ciues prius aduerſariorum ſcelere ac iniuria, tyrannidis ſpecie occaſuri ſint, quàm de
D rei veritate quæratur: mortui verò ſemper in eo genere locum obtinẽt iure cæſorum. Sed lex vtraque ſibi concors videatur, ſi Solonis ſententia ad eum referatur qui tyrannidis affectatę reus, nec arces occupauerit, nec plebẽ ſeduxerit, nec cohortibus armatus fuerit. Lex autẽ Valeria ad eos qui aperta vi Rempublicam oppugnant, qui arces muniunt, qui milites conſcribunt. Et quidem Furius Camillus M. Mãlium Torquatum tyrannidis affectatæ reum in ius vocari, & cauſam dicere iuſſit, nec inauditum necari permiſit. Brutus verò & Caſſius Cæſarem inauditum, & nihil tale cogitantem in ipſo Senatu, & in clariſſima populi luce trucidarunt. At Solo qui nimis, religioſè dicam, an ſuperſtitioſè cum legitimo iure, tyrannos priùs iudicari, quàm occidi vellet, Piſiſtratum ſe viuo ac ſpirante Athenarum tyrannidem occupantem vidit. Harmodius verò & Ariſtogiton Piſiſtrati liberos, neglecta lege, Solonis priuata auctori-

1 Bartol. non ſatis aptè decem cõiecturis tyrannum probari ſcribit, in tractat. de tyrannia.

2 Plutar. in Arato ac Timoleunte.

*Iuſta tyranni cædes.*

3 l. ſacri afflatus de diuerſis reſcriptis. C. l. 1. vt dignitatum ordo.

4 Plutarc. in Publicola.

5 Plutarc. in Publicola.

tate interfecerunt. Hic plurimæ quæſtiones occurrunt, an tyrannus qui vi libertatem ciuibus, vel fraude eripuit, iure occidi poſſit, ſi popularibus ſuffragiis poſtea creandum ſe curauerit: nã illa creatio, tyrannidis confirmatio quædam ac ratihabitio eſſe videtur: iure tamẽ occidi licere ſtatuo, & quidem citra legis vllius actionem: niſi tyrannus exarmatus abdicarit, & vt priuatus quiſque ciuis iudicio ſeipſum ſtiterit: quia [6] non poteſt id ciuium conſenſione factum cenſeri, quod erepta libertate fiat, etiam ſi tyrannus ſuplici rogatione populi ſuffragia captet: vt Sylla, qui exercitu fretus, ac legionibus in vrbem admiſſis Dictatorẽ ſe in annos LXXX. Valeria lege dicendum curauit, (negat Cicero legem fuiſſe) vt item Cæſar anno poſt Syllam trigeſimo ſexto Dictator perpetuus lege Seruia factus eſt, & Coſmus Medices, qui exercitu coacto poſt Alexandri propinqui cædem, Senatum Florentinorum, vt ſe Ducem perpetuum crearent adegit, tanta vi tormẽtorum emiſſa, vt non aliter Senatus ſuæ ac ciuium ſaluti conſulere potuerit, quàm Ducis illius creatione. Quòd ſi tyrannorum liberi ac propinqui longiſſimo temporum, puta centum annorum decurſu arreptam à proauis tyrannidem continua ſucceſſione ſine interruptione tueantur, ac iuſtis imperiis Rempublicam moderentur, non debet illud imperium tyrannidis appellatione venire: nam diuturna [7] illa præſcriptio temporum legitimæ creationis vim habet: quod autem diximus iura maieſtatis præſcribi non poſſe, ad priuatos ſpectat, qui iura maieſtatis, ſtante Republica, vſurpare conantur: non in conuerſione totius Reipublicæ. Diximus ſine interruptione, ac interpellatione id eſt ſi nulla in tyrannum, eiúſque liberos conſpiratione, nulla interceſſione ciues imperantis poſſeſſionem perturbauerint: ex eo enim quodammodo perſpicuum eſt eius imperiis ſponte ciues acquieuiſſe, ac iuſtum principem comprobauiſſe. Interceſſio verò non minus factis, quàm verbis explicatur: cuiuſmodi eſt factum Aquilæ Tribuni plebis, qui coronam ſtatuæ Cæſaris impoſitam ſpectante populo detraxit, nec quicquam fremente Cæſare, qui deinceps amicis, quibus honores aut imperia tribueret, ſubiiciebat illud, Si per Aquilam [8] licet. Hæc de tyranno, ſeu vir bonus, ſeu improbus ſit, qui nullo iure in Reipublicæ ſummum imperium inuolauerit. Sed huius diſputationis præcipua quæſtio eſt, de eo principe, qui vel ſuffragio populi, vel optimatum, vel legitima ſucceſſione, vel iuſto bello, vel ſorte, vel oraculo cæleſti, principatum adeptus, iura diuina & humana peruertit: an eiuſmodi principem, qui loquendi conſuetudine tyrannus vocatur, interficere liceat? Plerique certè diuini & humani iuris interpretes [9], fas eſſe tradunt, ac nonnulli duo verba ſecum diſſidentia coniungunt, ſcilicet regem tyrannum: quæ diſciplinæ florentiſſima imperia funditus euerterunt. Vt igitur quæſtionis huius nodum diſſoluamus, monarcham à principe, & ciues à peregrinis ea, quam prius diximus ratione ſeiungere neceſſe eſt: quia plurimum refert vtrum à ciue, an verò à peregrino tyrannus interficiatur. Nam de pulcherrimis omnibus factis nullum illuſtrius eſt, quàm vitam, famam, ac fortunas tenuium ac innocentium hominum ab iniuria potẽtiorum defendere, ac tue-

B C D

6 l. ſi per impreſſionẽ & l. qui in carcerem, quod metus. & ibi DD. & gl. In l. 1. quod Iuſſu. cap. cõuenior. 23. q. 8. Io. Andre. in cap. inſinuãtes qui clerici vel vouẽtes.

7 l. hoc iure. §. ductus aquæ de aqua quotid.

8 Tranquil. in Cæſare.

9 Paris de Puteo in ſynd. c. vbi quęrita liceat occidere regẽ tyrannũ. Andr. Iſern. in titul. quæ ſint regalia. Thomas Aquinas in 2. 2. q. 24. articul. 2 Mar. Laud. in tract. de principe §. 3. Angel. de Claua in ſumma verbo. ſeditio q. vlt. Ant in ſumma tit. 4. cap. 8. §. 1. DD. in l. decernimus de ſacroſanc. eccleſ. C. Bart. in tract. de tyrannia.

ac tueri, quando iudiciorum aditus omnes obſidentur: ſic enim Moſes Iſraelitarum Imperator ciues crudeliſſima ſeruitute oppreſſos liberauit: ſic etiam Hercules ille, qui penè terrarum orbem emenſus, monſtra teterrima, id eſt tyrannos, incredibili virtute necauit populóſque innumerabiles ab immanium belluarum dominatu vindicauit, ac pro talibus factis in Deorum numerum relatus eſt, & cùm eius poſteri ampliſſima imperia innumerabilibus ſeculis tenuerunt, tum verò cæteri Herculis imitatores Dio, inquam, Timoleon, Aratus, Harmodius, Ariſtogiton, tyrannorum interfectores & magiſtri ſunt appellati. Eam ob rem Temircutlus, quem noſtri Tamerlanem vocant, Tartarorum Imperator cùm
B bellum indixiſſet Paiazeto Turcarum principi, qui Conſtantinopolim obſidione cinxerat, profeſſus eſt ſe ad caſtigandos tyrannos, nullâ accepta iniuria veniſſe: & quidem trecēta millia Turcarum non modò fudit ac proſtrauit, ſed etiam principem eorum cathenis vinctum in caueam belluarum in modum coniecit. Nec refert vtrum peregrinus aperta vi, aut clam tyrannum, an verò iudicio damnatum morte afficiat: laudabilius tamen eſt comprehenſum vtî latronem ac parricidam, pro ſcelerum, ac flagitiorum immanitate carnificibus torquendum permittere, quàm militari ſuplicio plectere. Teneamus igitur illud, peregrino cuiuis licere tyrannum, id eſt omnium vocibus infamem, ac ſuorum rapinis, cædibus, & crudelitate nobilitatum interficere. Idem ciui quoque licet in
C eum qui in populari aut optimatum ſtatu princeps eſt, nec tamen iura maieſtatis habet: quales principio fuerunt Imperatores Romani, & iis temporibus duces Venetorum, Genuenſium, Lucenſium: ſi ſua poteſtate ad ciuium cædes, ſtupra, rapinas, abutantur: ſiue aperta vi, ſiue Senatu iubente id fiat, vt aduerſus Neronem, & Maximinum factum legimus: nam vterque à Senatu capitali ſuplicio, nullo tamen iudicio conſtituto damnatus eſt: & quidem ille vt more maiorum nudaretur, ac fuſtibus ad necem vſque cæderetur: quia nō erat in Imperatoribus Romanorum Reipublicæ ſumma poteſtas, vt antea demōſtrauimus, nec propriè monarchia ſed [1] principatus dicebatur: tametſi Seneca Neronem diſcipulum ſic loquentem inducit, Ego mortalium omnium ſolus electus ſum
D vt eſſem Deorum in terris legatus: ego vitæ necíſque arbiter: in me vno poſitum eſt, quid de conditione ac ſtatu cuiuſque decernendum ſit. Hanc quidem poteſtatem Nero vi ereptam Senatui populóque Romano ſibi vindicabat, iure tamen non habuit, cùm eſſet principatus, perinde vt in Ariſtocratia Germanorum Imperatores, quos cæteri principes autoritate ſua ſæpe coërcuerunt, ac de principatu [2] Adulphum & [3] Wenceſlaum deturbarunt. Idem iudicium eſt de regibus Lacedæmoniorum, poſt conſtitutam à Lycurgo Rempublicam, quos magiſtratus ſępe mulcta, interdum etiam capite damnarunt: vt reges quoque Danorum ac Suecorum ſæpe de imperio, in exilium aut in carcerem deiecti ſunt: quia ſummum imperij ius in optimatibus ac Senatu, non in regibus ipſis poſitum ſit: quales etiam fuiſſe dicūtur ſingularum Galliæ ciuitatum principes, quos Cæſar regulos vocat, qui capitis cauſam interdum dicere

1 Trāquil. in Caligula. Tacit. in proœmio.

2 anno 1296.
3 1400.

cogebantur. Quamobrem Ambiorix Leodienſium princeps totiúſque exercitus Gallorum imperator ſic de ſe ipſe loquitur: Noſtra inquit, iuſſa eiuſmodi ſunt, vt nō minorem in me populus, quàm ego in populum poteſtatem habeam: quibus verbis intelligitur ſummum imperium in eiuſmodi regulis non fuiſſe: tametſi fieri non poterat vt parem haberet cum populo poteſtatem, vt antea docuimus. Hos igitur principes etiam ſi iura maieſtatis non attingant, ſi tamen ſceleribus ac flagitiis inquinati, magiſtratuum animaduerſione caſtigari nequeant, ſed opibus ac potentia ad bonorum exitium abutantur, de medio tollere, non modò peregrinis, ſed etiam ipſis ciuibus ſemper licuit ac licebit. Quòd ſi monarchia quædam eſt ſumma vnius poteſtate conſtituta, qualis eſt Franco- B
rum, Hiſpanorum, Anglorum, Scotorum, Turcarum, Moſchouitarum, Tartarorum, Perſarum, Æthiopum, Indorum, & omnium penè Affricæ & Aſiæ imperiorum, vbi reges, ſine controuerſia iura omnia maieſtatis habent per ſeſe, nec ſingulis ciuibus, nec vniuerſis fas eſt ſummi principis vitam, famam, aut fortunas in diſcrimen vocare, ſeu vi, ſeu iudicio conſtituto id fiat, etiamſi omni ſcelerum ac flagitiorum, quę in tyrannos conuenire antea diximus, turpitudine infamis eſſet. Nam quod ad iudicium attinet, nulla magiſtratibus, ac multò minus priuatis in ſummum principem poteſtas eſt, cùm non ſolùm ab eius vnius omnia omnium imperia pendeant, ſed etiam eo præſente magiſtratuum & collegiorum omnium, poteſtas conquieſcat[5]. Subditis igitur principem iure rogare, C
aut in ius vocare, iudiciúmve de vita, fama, ac ſtatu illius conſtituere, ſi nefas eſt, ſi denique nulla clienti in patronum, ſeruo in dominum iuriſdictio eſt, quónam modo manus intentare tyranno liceret? neque enim quantùm quiſque viribus ac ferro, ſed quantùm iure poſſit, quæritur. At nō ſolùm is qui principem necauit[6], perduellionis reus eſt, ſed etiam is qui tentauit, qui opem [7] conſiliúmve attulit[8], qui texit, qui voluit, qui cogitaui [9]: quod certè factum, leges tantoperè execrantur, vt cùm quis in reatu ſcelerum omnium conuictus condemnationem ſua morte præuenit, integro ac illeſo[1] ſtatu mortuus cenſeatur, niſi principis ſalutem aut dignitatem violauerit: hanc vnam rem eſſe putarunt, ob quam perduellionis damnatus[2], ac prius iudicatus, quàm accuſatus eſſe videatur. D
Ac tametſi cogitationes hominum flagitioſorum nulla pœna leges perſequantur, ſed ea tantùm quæ dicto factóve foras in ſcelus erumpunt, ſi quem tamen violandi principis praua cogitatio cœperit, etiamſi nihil tentauerit, hanc tamen cogitationem[3] capitali pœna plecti oportere iudicarunt. Certè quidem noſtra ætate cùm nobilis homo regem Franciſcum 1. occidere ſe voluiſſe Franciſcano ſodali religioſè confiteretur, & ab eo ſceleratæ iſtius cogitationis veniam efflagitaſſet, rex tamen à fraterculo ſceleris admonitus confitentem reum comprehendi ac iudicibus curiæ Pariſiorum ſiſti iuſſit, à quibus capitis damnatus eſt: nec verò iudices id metu fecerunt, cùm optimi ac clementiſſimi regis edicta impunè & quidem ſæpiſſimè recuſarent. Henrichum item Franciſci regis filium Capito furioſiſſimus homo cùm occidere vellé videretur, & in eum

5 in cap. de mutuis magiſtratuū inter ſe officiis lib. 3.

6 l. quiſquis. ad l. Iuliā maieſt. C.

7 l. 1. ad l. Iul. maieſta.

8 Bald. Salicet. in in d. l. quiſquis.

9 DD. in l. cogitationis. de pœnis. & in l. ſi quis dicam non rapere. de ſacroſan. C.

1 l. vlt. ad l. Iuliā maieſt. ff. & § pœnales de actio. inſtitu.

2 d. l. vlt. ad l. Iulliam in fine.

3 doctores in DD. in l. ſi quis. nō dicā rapere. de ſacroſanct. & in d. l. cogitationis.

in eum enſem exeruiſſet, capitis pœnas dedit, tametſi furioſum hominem vbique leges[4] à pœna excuſant, cùm ipſo furore plus ſatis torqueatur. Ac ne quis putet principes ipſos legum iſtarum ac iudiciorum authores fuiſſe, vt accuratiſſimè ſaluti ac dignitati conſulerent, ſacris legibus & exemplis vtamur. Nabucodonoſor Rex Aſſyriorum Palæſtinam totam ferro ac flamma vaſtarat, Hieroſolimam expugnarat, templum incēderat, ſacratiſſima vaſa expilauerat, cætera militibus, qui cædes ſtupris, ſtupra cædibus miſcebant, diripienda dederat, regem ipſum trucidarat, vrbem denique totam ac mœnia ſolo exæquarat, poſtremò populi reliquias, quæ tantæ cladi ſuperfuerant, in miſerrimam ſeruitutem, &
B quidem in Caldæam abduxerat: neque ſatis ſibi factum putans, ſuam ſtatuam ex auro conflari, ac in loco publico ab omnibus adorari quoties tuba exaudiretur, recuſantes in ardenti fornace viuos concremari[5] iuſſerat: quæ cùm in Iudæam allata fuiſſent, ſanctiſſimi[6] vates ac prophetæ literas ad captiuos dederunt, vt pro Nabucodonoſoris liberorúmque ſalute vota conciperent, ac precarentur à Deo opt. max. vt tandiu ſuperſtites regnarent, quandiu cælorum orbes circa terram circũagerentur. Et quidē Deus ipſe Nabucodonoſorem ſeruũ ſuũ appellare non dubitauit, ac potentiſſimũ orbis terrarũ[7] principem effecturum ſeteſtatus eſt: quis autem tyrannorum quot quot vſquam terrarũ extiterũt, cum iſto comparandus ſit: qui ſuam ſtatuam tam crudeli propoſito ſuplicio coli iube-
C ret? Attamen vates ſanctiſſimus, quem ex oraculo Deus ipſe afflauerat, Sedechiæ regis Iudæorum perfidiam, aduerſus Nabucodonoſorem, cuius erat ipſe fiduciarius, verborum acerbitate abhominatur, ac iuſtiſſimè interemptum fuiſſe lætatur[8]. Quid Saül? num ſacerdotes omnes crudeliſſimè mactauit, quòd vnus eorum Dauidem fugientem hoſpitio excepiſſet? num Dauidem innocentiſſimum principem qui tot victorias de hoſtibus retulerat, occidere ſæpe conatus eſt? at eo ipſo tempore quo Dauidi peſtem & exitium intentabat Saül bis in eius poteſtatem incidit: & cùm à militibus ſtrenuiſſimis, quibus imperabat increparetur, quòd hoſtem omnium acerrimum quem facillimè necare poſſet, occidi non pateretur, propoſita regnandi certa miniméque dubia ſpe, conſilium il-
D lud execratus eſt, Egóne, inquit, regem Deo ſacrum violari patiar? quinetiam regem ipſum ſe perſequentem protexit, ac ne violaretur acerrimè obſtitit, cùm prætorianos milites vino ac ſomno ſepultos euigilari iuſſit: cùm autem Saul ab hoſtibus cæſus eſſet, miles aliquis caput ipſius amputauit, ratus ſe Dauidi remgratiſſimam facturum: eum tamen qui ſacrum caput amputarat nulla interpoſita mora necari mandauit, & mortuum regem ſine ſimulatione luxit. Atqui rex illum iniuſtiſſimè ac diutiſſimè perſecutus erat, qui & rerũ geſtarum gloria clarus, & regis ipſius gener, legionibus etiam hoſtium, ad quos inuitus ſeſe receperat, ipſo rege potentior, factus: denique rex ab ipſo Samuele Deo iubente deſignatus fuerat, ac numinis diuini ſpiraculo[9] afflatus, nihil tamen contra regem auſus eſt, ſed in exilium proficiſci maluit, quàm regi exitium intentare. Qui autem inter Hæbræos, ſumma vitæ integritate, ac doctrina cæteris

4 l. Illicitas. de offi. præſidis.
5 Daniel cap. 6.
6 Baruc cap. 1. Hieremiæ. c. 29. ver. 7.
7 Hierem. cap. 25. & Ezechiel. 29.
8 Ezechiel. cap. 29.
9 lib. 1. Samuel. cap. 23.

9 Ioſephus de ſectis Iudæor.

1 Petri.2.17. & 1. Timoth. 2. & ad Roma.14.

omnibus præſtant, Eſſæi, inquam, reges ſubditis ſacros eſſe oportere[9] tradunt. Quid quod lex ipſa diuina ſanctiſſimè vetat principem populi ſui aut magiſtratus verbo violare? quantò magis eorum vitæ inſidiari? ac ne de optimis tantùm lata videatur, de vniuerſis concepta lex[1] eſt: quamquam ne vllus diſputationi, aut ambiguitati locus relinqueretur, etiam improbos magiſtratus ſubditis ſanctos eſſe oportere cauetur. Quæ cùm diuinis & humanis legibus perſpicua ſint, argumenta contraria refellere hominis eſt & literis abutentis & otio: quemadmodum igitur eos qui an Deus ſit, nec ne, dubitant, non argumentis ſed pœnis acerbiſſimis refellere oportet: ita quoque ſtatuendũ eſt in eos, qui pernicioſiſſimis ſcriptis, ſubditos in principes armare conſueuerunt. Quamquam qui Theo- B

2 Martin. Lut. Caluin. in Ioan. & in Inſtitut. cap. vlt. lib. 4. ſect. 31. Sleidanus in hiſtoria. Caluinus Ephoris licuiſſe ſcribit in reges qui tamẽ priuati fuerũt animaduertere: cæteris non item.

3 lib. 4. regum cap. 6. & 10.

logorum[2] eruditiſſimi habentur, non modò non licere putant ſubditis, principes, tyrannidis ſpecie occidere, ſed ne verbo quidem violare fas eſſe, niſi ſingulari Dei oraculo iubeãtur: vt Iehus qui Dei iuſſu ad regnum Iſraelitarum vocatus eſt, vt regis Achabi liberos ac poſteritatem à ſtirpe deleret[3]. Antea quidẽ omnes illius impietates ac ſcelera, prophetarum etiam, ac ſanctiſſimorum virorum crudeliſſima ſuplicia, ciuium exilia, cædes, proſcriptiones, atque adeò Ieſabelis reginæ, nefaria ſortilegia patienter pertulerat: nihil tamen in principem auſus eſt, quoad iuſſus parere neceſſe habuit oraculo Dei præpotentis, cuius fiducia duos reges, ac ſeptuaginta regum liberos, præter alios principes, ac Bahalis, id eſt, Solis ſacrificulos internecione deleuit, ipſámque reginam de arce pręcipitem, C & canibus lacerandam dedit. Hoc igitur ſingulare Dei iuſſum, oraculo cæleſti proditum, cum improborum ciuium pernicioſis coniurationibus nihil habet commune. Et quidem cùm Germanorum principes pro ſuſcepta religione propugnare, & aduerſus Carolum v. Imperatorẽ arma capere decreuiſſent, Martinum Luterum conſuluerunt, num id iure

4 Sleidanus.

diuino liceret: ille negauit[4]: neque tamen principibus id perſuaſit. Itaque funeſtum bellum Reique publicæ calamitoſum ſuſceptum eſt, cum ingenti principum ac ciuium ſtrage: quia iuſta cauſa nulla videri poteſt aduerſus patriam arma capiendi: quamquam ſi Carolus Imperator tyrannide ciues ac Rempublicam oppreſſiſſet, cùm iura maieſtatis non haberet, iure occidi poterat, vt antea docuimus: ſed neq; Luterus eam adhibuit, atque haud ſcio an perceperit diſtinctionem: nec putauit eundem D fuiſſe Caroli ac Principum omnium, pauciſſimis quibuſdam exceptis, cum republica conſenſum: ſed perinde reſpondit, atque ſi Carolus ſummam Imperij ſolus haberet: multò minus igitur aduerſus regem arma capere fas eſt. Lex diuina filium necari iubet, ſi vel parentem leuiſſima contumelia affecerit: num etiam ſi pater latro, parricida, impius erga Deum & patriam extiterit? ſupliciis quidem omnibus dignus ſit, non tamen filio parentem violare fas eſt: quia nulla tanta impietas eſt, nullum

5 Quintilianus pater in declamat.

6 in offic.

tantum ſcelus, quod ſit[5] parricidio vindicandum. At cùm Cicero eãdem quæſtionem diſceptaret[6], patriam parentibus dixit eſſe chariorem. Princeps igitur quem patriæ parentem iurè dixeris, patre ipſo charior, quippe immortalis Dei munere conceſſus, & ſacer cuique eſſe debet: quantacunque

cunque tyrannide ciues opprimere conetur, iuſſa quidem ipſius, quæ cum diuinis ac naturæ legibus pugnãt, repudiare quiſque poteſt, ac prius magno animo ac forti mortem oppetere, quàm pareas, ſi fuga ſaluti conſulere non poſſis. O quanta ſit tyrannorum futura multitudo, ſi tyrannos ſubditis occidere liceat! quàm multi innocentes ac optimi principes ſuorum conſpiratione perituri! nam qui tributis ac vectigalibus plus æquo ciues vrget, tyrannum vulgus appellat: & qui contra populi voluntatem quid imperat, vt [7] Ariſtoteli viſum eſt: & qui cohortes prætorias aduerſus improbos habet: aut ſi coniuratos vitæque ſuæ inſidiatores ſuplicio afficit. Quæ verò ſecuritas optimis principibus futura eſt, ſi ab

B ipſis ciuibus à quibus potiſſimum ſeruari debeant, tyrannidis ſpecie occidi poſſint? Non quod cæteris principibus non licere putem perſequi, ac de medio tyrãnos omnes, ſi fieri poſſit, vno tollere & eodem impetu, vt antea diximus, ciuibus tamen ac ſubditis non licere ſtatuo. Quãquam Diogenes vrbanè, vt omnia, ac facetè, cùm Dionyſium iuniorem de tyrannidis arce depulſum Corinthi cum Hiſtrionibus ſumma ſecuritate publico in loco laſciuientem comperiſſet, Næ, inquit Diogenes, indigna teipſo conditione vteris: & gratiam, inquit Dionyſius, habeo maximam, quod meam vicem grauiter feras: hîc Diogenes, An verò, malum, tui commiſeratione id à me dici putas? Ego verò tantam fœlicitatem tibi inuideo, qui cùm ſeruili & abiecto animo ſis ac ſemper fueris, dignus eras qui in tyrannidis arce miſerrimam vitam traheres, exitúmque patri

C ſimilem haberes: nunc tamen cum ſumma tranquillitate animi nobiſcum viuis, & viuis ſecurus! Hæc ille. Quis autem carnifex addictum ſuplicio crudelius torqueat, quàm metus? metus inquam mortis, infamiæ, cruciatus? ſunt illæ vltrices furiæ, quæ tyrannos agitant, ac ſempiternis terroribus diu noctúque excruciant: tum inuidia, ſuſpicio, trepidatio, vltionis cupiditates, ac mille perturbationes ſecum diſſidentes, mentem de ſanitate deturbant, ac multò acerbiùs ſauciant & pungunt, quàm crudeles domini, ſeruos vinculis, fuſtibus, ac tormentis exulcerare poſſint. Quid item miſerius tyranno contingere poſſit, quàm ſubditis omnes diſciplinarum ac virtutum aditus præcludere? quàm dementes ac ſtupidos, beſtiarum in modum efficere velle? quàm vbique exploratores & a-

D lienæ vitæ ſpeculatores habere? qui, quæ dicãtur quæq; fiant ab vniuerſis & ſingulis, audiant, videãt, olfaciant, atque etiã intimos animi ſenſus ſcrutẽtur? quid fœdius quàm quos amore ac beneuolẽtia ſecum & inter ipſos conciliare debeat, eoſdem à ſe ipſis diſiungere, vt mutuis odiis ac ac diſſidiis pereant? Quis tot animi doloribus ac perturbationibus languente tyranno miſeriorem quemquam eſſe putet? quis mortem optabiliorem non ducat? mortem enim Cæſar miſerorum portum, Theophraſtus miſeriarum exitum, id eſt τῶν λυπηρῶν ἀνάδυσιν appellat, neuter quidem ſuperſtitioſius, quia corporibus animos ſuperſtites eſſe non putarent: multò minus id reputant tyranni, quorum mortem qui optat, ſecuritatem ac tranquillitatem illis optare videtur. Sed ferè ſemper tyranni quoſdam habent in deliciis, quibus quaſi ſpongiis, ad exhauriendum

*Le tyran qui tire trop.*

7 in politic. Bar. in tractatu de tyrannia, tyrannum dici putat à tyro, id eſt fortis, vt ipſe interpretatur.

ſanguinem abutuntur,quos populus cùm furere cœpit comprehendere, lacerare ac diſtrahere ſolet:vt Tiberius Seianum,Nero Tigillinum,Dionyſius Phyliſtum, nec ita pridem Henrichus rex Suecorum Georgium Preſchonem, quos à furente plebe correptos ac diſcerptos legimus: ſic Antoninus Caracala eos omnes qui ſe ad fratris parricidium inpulerãt, quaſi rem gratiſſimam populo facturus trucidari iuſſit: nec mitius adulatores ſuos tractauit Caligula. Atque his artibus tyranni ſæpius plebis inſidias ac furores euaſerunt. Sin ab ipſo tyranno coniurati cædem auſpicarentur, non amici tantùm, ſed etiam vxores, liberi, propinqui,crudeliter necabantur: nam poſt Hieronymi, Siciliæ tyranni, cædem, omnium amicorum ac propinquorum ſecuta clades eſt,& in fœminas quo- B que inaudita crudelitate ſæuitum, ſtatuæ deiectæ,omnia edicta reſciſſa, non tantùm iniqua,ſed etiam vtiliter conſtituta,ne vlla vſquam extarent veſtigia tyrannorum: ſæpius tamen quæ laudabilia fuerunt probari ſolebant. Inde illud Ciceronis[8],nihil vſitatius, quàm tyrannorum acta valere,& eorum tamen interfectores in cælo collocari. Idem tamen alibi, Magnum,inquit, τῶν[9] πολιτικοτάτων σκεμμάτων, veniendum ne ſit in conſilium tyranni, ſi is aliqua de re bona deliberaturus ſit. Sed quæſtionis vtriuſque eadem ratio eſt:nam ſi tyranno de rebus honeſtis deliberanti,conſilium impartiri nefas eſt, ne tyrannis comprobari videatur: edicta quoque ac decreta vtiliter abrogare neceſſe fuerit, aut tyrãnidem ratam habere: certè virorum bonorum conſenſus plurimum valet ad acta tyran- C ni ſancienda ac ſtabilienda, quæ alioqui ſola tyrannidis opinione ruitura eſſent. At ſæpiſſimè tyrannorum acta non modò vtilia, ſed etiam iniqua quæ ſunt rata ſint oportet, ſi ſaluam Rempublicam eſſe volumus. Itaque quod Thraſibulus Athenienſibus poſt eiectos triginta tyrannos, Aratus, Sicyonis, cæſo Nicocle. Idem M. Tullius Romanis occiſo Cæſare ſuaſerant legem ſcilicet Amneſtias, id eſt omnium iniuriarum obliuionem,ac tyrannorum acta valere iuſſerunt: nec aliter lapſa erigi,nec erecta diu ſtare Reſpublica potuiſſet. Quæ igitur acta Neronis ac Domitiani traduntur, à Senatu reſciſſa fuiſſe, ad perpetua quædam edicta pertinent, quæ quòd ſempiternam iniquitatem haberent niſi abrogarentur rebus rectè conſtitutis interitum eſſent allatura: quid autem quinquen- D nio Neronis illuſtrius? quid aptius? quid melius? ex eo quidem Traianus optimus princeps, in bene gerenda Republica Neroni parem fuiſſe neminem iudicauit. His conſentanea eſt Iuriſconſultorum diſciplina[9], quę ſucceſſores tyrãnorum ad ea quæ iuſtè promiſerint, fecerint obligari voluit: cætera reſcindi. Ita Conſtantinus magnus[1] quæ Licinius tyrannus iniquè decreuerat,edixerat,vna lege abrogauit, cætera confirmanda putauit. Idem ipſum à Theodoſio & Arcadio factum legimus, cæſo Maximo tyranno hac lege. QVAE[2] tyrannus contra ius reſcripſit non valere præcipimus,legitimis eius reſcriptis minimè impugnãdis,ac tametſi largitiones Maximi,& ea quæ in flagitioſos,ac nihil de Republica merẽtes effudiſſet reuocarent: magiſtratus, imperia, curationes indignis adimerent:decreta quoque ac iudicia conuellerẽt,ea tamen quę ſine fraude ac Rei-

8 lib.14 ad Atticum epiſtola 16.

9 ciuilium quæſtionum.

9 hãc quæſtionẽ variè tractat Bar. in l.prohibere §. planè quod vi. & in tractatu,de tyrannia num.23.& ſequẽ. Iaſo in l.1. col.3.de cõſtitut. Corn.conſil.278. li.3. Albericus in l.2. §. exactis. de origine iuris Martin. Lauden. in tractatu de principe q. 64. Felin.in cap.trãſlato.col.1. de cõſtit.Anciran.cõſ. 289 Bald.in l.decernimus. de ſacroſanct. C. DD. in l.Barbarius,de offi.prętoris. Bal. in l.digna vox de legibus.C.

1 l.1.de infirmãdis iis quæ ſub tyrãnis in C. Theodoſiano.

2 l. 1. eodem.C. Theodoſiano.

ac Reipublicæ detrimento acta fuerant infirmari noluerunt[3]. Hæc verba, ſine fraude, quæ in lege Theodoſia legimus, ad tyrannorum propugnatores & proxenetas pertinent, ne quis bello ciuili aut vrgente tyrannide ex alterius incommodis ſua commoda augenda ſibi putet: vt cùm de Mediolani principatu armis decerneretur, cuius partẽ Galli, partem Hiſpani, partem Veneti, cætera Sfortiadæ ſibi vindicabant, & quantùm quiſque vi & opibus, tantùm iure valeret, Iaſo iuriſconſultus qui partes Hiſpanorum fouebat bona Triuulcij Gallicarum partium ducis veteratoria fraude obtinuerat: poſtea fuſis Hiſpanis Triuulcius Iaſonem de iniuſta poſſeſſione depulit, propoſita Iaſonis ipſius diſciplina. Neque ta-

B men in eo genere tanta vis eſſe debet legum ac edictorum, quanta æquitatis ipſius, quæ nullis legibus coërceri poteſt: ſed eorum religioni arbitrióque relinquenda, qui ex rerum, temporum, ac perſonarum infinita varietate ſingula metiri, & quid quemque cuique dare, facere oporteat prudenter in conformanda Republica diſpicere poſſint. Illud tamẽ meminiſſe oportet, non eandem ſingulorum vtilitatem eſſe oportere, quæ vniuerſorum, ſed publica priuatis anteferenda, niſi ſumma quadam æquitate ac ratione priuata niti videantur: vt ſi quæſtores in ipſo belli ciuilis ardore, aut vigente tyrannide, aut legitimis hoſtibus, arces ac ciuitates inuadentibus, pecuniam publicam numerare cogantur, illud accepto Reſpublica ferre debet: ſic enim iudicauit curia Neapolitana[4] pro

C debitoribus Reipublicæ, qui Caroli VIII. Regis Frãcorum quæſtoribus debita publica numerauerant: neque verò aliter facere potuiſſent Gallis regno Neapolitano ac ſumma rerum potientibus. At ſi debitores nulla petitione antecedente, aut pacti cum hoſtibus debiti, partem numerauerint, vt ſummæ totius acceptilationem ferant, non modò totius ſummæ debitores, ſed etiam maieſtatis reos eſſe perſpicuum eſt: Illud igitur teneamus, acta legitima tyrannorum & hoſtium Reipublicæ rata eſſe oportere. Qui autem omnia conuellunt, aut tyrannorum interfectoribus præmia largiuntur, vt ipſi regnare poſſint, opinione ac ſpe decidunt: neque enim ſalui eſſe poſſunt, niſi coniuratos ac parricidas ſui principis, quantumuis tyrannus extiterit, ſuplicio afficiant, vt prudenter Seuerus

D Auguſtus, qui omnes Pertinacis Auguſti interfectores aut coniurationis ſuſpectos, capitali pœna damnauit: quod certè factum, incredibilem illi tum gloriam attulit, tum etiam diutiſſimè imperandi ſecuritatem[5]. Ita quoque Vitellius non tantùm Galbæ parricidas, ſed eos etiam qui ab Othone cædis præmia, ſuplici libello popoſcerant, prolatis libellis ſuplicio affecit: quinetiam Theophilus Imperator Græcorum, eos qui patrem occiſo Leone Armenio Imperatorem fecerant acciuit, quaſi ampliſſima præmia laturos, deinde contractos vnum in locũ mactari iuſſit: quo facto plerique cædis minimè conſcij præmiorum illecebris eò deducti pœnas dederunt. Illud etiam crudelius, ſed tamen ad Imperantis ſecuritatem, quod Domitianus Epaphroditum Neronis libertum capitali ſuplicio damnauit, quia Neroni ſibi gladio iugulum petenti opem attuliſſet: tametſi rem gratiſſimã patrono faceret, qui carnificis manibus

3 l. valeat eodem. C. Theodoſiano.

4 Afflictus in deciſio. Neapol. 149. & 150.

5 Herodianus in Pertinace.

& crudeli ſuplicio maiorum illum eripiebat. Hæc quidem non tyrannos modò, verumetiam reges optimos feciſſe legimus, non tam vt ſuæ ſaluti, quàm occiſorum dignitati conſulerent: vt quidem Dauid aduerſus eum qui occiſi ab hoſtibus ſoceri caput amputatum ad ſe detulerat: & Alexander magnus Darij parricidam acerbiſſimè torquendum carnifici dedit, quòd ſuo principi manus intuliſſet, cuius tamē caput ac vitam Alexander iuſto bello petebat. Certè quidem reges noſtri, nulla re magis ſancti ac inuiolabiles ſuis ciuibus fuêre, quàm quòd propinquorum ac gentilium ſalutem non minus quàm ſuam tuerentur: tametſi nonnullos perduellionis conuictos in ipſis carceribus ac poteſtate haberent. Nam Ioannes II. dux Alenconius bis ex eadem maieſtatis cauſa capitis B damnatus, quòd cum hoſtibus aduerſus regem Carolum VII. rémque publicam conſpiraſſet, vtriuſque iudicij pœnas clementia regis euaſit: plerique nimiam regis lenitatem accuſabant: ſed non intelligunt reges nō tam propinquos quàm ſeipſos eripere ſupliciis, nec tam alienæ quàm ſuæ conſulere ſaluti: & cùm gentilium ſanguinem effundi vetāt, ſuo ſanguini parcere. Imperatores quidem Græcorum, ac Turcarum principes, proximorum cædibus ac ſupliciis regiam ipſam infeſtarunt, nec tam de propinquis quàm de ſe ipſi ſuplicia ſumpſerunt: certè quidem Philippus Cominius in commentariis prodidit, annis non amplius XXXVI. octoginta regiæ gentis principes mutuis cladibus ac ſupliciis in Anglia occidiſſe. Reges item Caſtiliæ puras à parricidio manus continere non potuerunt: vt enim omittam ea quæ recenter facta commemorantur, rex C vnus in ea gente ſex fratres crudeli parricidio peremit: at principum ſecuritas nulla maior eſſe poteſt, quàm vt ſubditi perſuaſum habeant ſanctos & inuiolabiles eſſe oportere: Quamquam Reipublicæ plurimum intereſt, ſtirpem regiam ſacroſanctam eſſe, ne ſublatis principibus Reſpublica concidat, aut inexplicabili ſeditione perturbata, diſtrahatur, vt ſuo loco dicemus. Quæ cùm ita ſint prudenter Seleucus Aſiæ Rex, qui captum Demetrium Poliorcetem, bellicis laudibus clariſſimum, nec liberum abire, nec occidi paſſus eſt: alterū enim impietatis erga ſocerum, alterum imprudentiæ fuiſſet. Ita Hugo Capetus Carolum, quem in hac vrbe Laoduni poſt diuturnam obſidionem pontificis Laodunenſis perfidia cæperat, Aureliorum arce concluſit, ne principatum à parricidio D proximi, qui cum cognatione coniūctus erat, auſpicaretur, ac regiæ ſtirpi parcendum eſſe doceret. Crudelius aliquanto Hērichus I. Anglorum, qui Robertum fratrem captiuum & quidem natu maiorem exoculari ſempiternîſque carceribus coërceri iuſſit. Nec ita pridem Chriſtiernus huius Federichi Daniæ regis pater, eum quem de regno deiecerat, poſt exilium redeuntem in arce Calemburgi concluſit, in qua cùm annos XXV. exegiſſet, priuatus interiit: eadem pietate Ioannes Suecorum Rex, qui nunc ſceptra moderatur, erga Henrichum fratrem vſus eſt, quem à populo repudiatum ne ſe rémque publicam perturbaret, carceribus continere cogitur: nec aliter Elizabetha Anglorum regina Mariam Scotorum reginam, ad quam totius inſulæ principatum iurè pertinere Scoti conten-

contendunt,diuturna captiuitate continet,vt ſuæ Reique publicæ ſaluti conſulere, ac tandem aliquando in vtriuſque regni ius ac libertatem, id quod breui futurum ſperamus reſtituere velle videatur. Hic occurret aliquis,periculoſam eſſe captiuorũ huiuſmodi cuſtodiam:atque hæc præcipua cauſa fuit quamobrem Carolus rex Neapoleos,Romano pontifice ſuadente ac impellente Coradinum Maufredi filium,eadem qua Ptolemeus poſtremus Ægypti rex crudelitate Pompeium poſt Pharſalicam fugam necari iuſſit, cùm dicerent mortuos non mordere:ſed neque hic exitiũ effugere,neque ille capitale iudicium,neque eius liberi diutius regnare potuerunt,ſed ab Aragoniæ regibus de imperio diſturbati,non ſi-
B ne eorum qui parricidium illud perpetrauerant ignominia ſempiterna perierunt. Certè maiores noſtri, cùm Ioannem Burgundiæ ducem,Ludouici propinqui Aureliorum ducis parricidium in ipſo iudicio temerè confitentem ac præ ſe ferentem pœnas effugiſſe perſpicerent principum cædem pleróſque deinceps impunè laturos iudicarunt,rectè iudicarunt: nam Ioannes publica fide accepta vulneribus confoſſus interiit,ac cædis illius authores impunè euaſerunt.

### *De Ariſtocratia.* CAPVT. VI.

C ARISTOCRATIA Reipublicæ forma quædam eſt in qua minor pars ciuium in vniuerſos, & ſingulos ciues ſummæ poteſtatis ius habet: atque in eo ipſo populari poteſtati contraria videtur, quòd in paucorum ſtatu pars minor ciuium, in populari maior imperat: vtrique tamẽ in eo cõuenit,quòd qui ſummũ imperandi ius habent,omnibus quidẽ ſingillatim imperare poſſunt, collectim nõ poſſunt. Igitur monarchia eò præſtabilior eſt ac illuſtrior quòd *Rerũpublicarum diſcrimen.* vnus vniuerſis ac ſingulis imperãdi ius habet:quod animaduerſione ſingulari dignum mihi videtur. Vt autem monarchia,vel in vnius dominatione,vel in regia poteſtate, vel in tyrannide cõſiſtit: ita quoque Ariſtocraticus ſtatus aut ad dominatum, aut ad legitimam potentiam, aut ad paucorum opes ſpectat,quam propterea Græci oligarchiam appellarũt, cuiuſmodi fuit Athenis tyrannorum triginta, Romæ Decemuirorũ le-
D gibus ferendis, ac poſtea Triumuirorum Reipublicæ conſtituendæ, qui populi libertatem ac Rempublicam oppreſſerunt. Ariſtocratiam verò propriè optimatum ſtatum,id eſt optimorum ciuium conceſſu terminauerunt. Nam qui ea faciebant, inquit[z], Cicero,quæque dicebãt multitudini iucunda eſſe volebant, populares: qui autem ita ſe gerebant, vt ſua conſilia optimo cuique probarentur,optimates habebantur. Hæc ille vt cauſæ inſeruiret. Superius diximus ad intelligendam Reipublicæ cuiuſque formam, virtutes ciuium ac vitia nihil habere momenti. Neque verò Reſpublica ex optimo genere ciuium conflari poteſt: id enim vel ſorte fiat oportet, vel ciuium ſuffragiis, vel tertio quodammodo ex vtroque apto, virtuti quidem cum fortuna nihil commune eſt: nec ad rerum honeſtarum conſultationes caſus admittitur, quòd ſi populos ad hæc ipſa virtutis ſuffragia cieri placeat ſui diſſimiles, id eſt optimos, non

z pro Seſtio.

ſeligent, ſed quàm maximè ſimiles, id eſt ſtultos, improbos, impudentes, cùm boni ac ſapientes viri, ſi modò ſunt aliqui, minimum efficiant vbique ciuium numerum: quid autem turpius, quàm ſapientium decus ac dignitatem pēdere ab inſipentium iudicio, dicam, an temeritate? Demus tamen eſſe bonos aliquot ac ſapientes in ciuitate viros, conſpectum certè fugient improborum ac deſipientis multitudinis: nec tamen ſi ad comitia venient ſeipſos ſapientes iudicabunt. Ita quidem Lactantius Firmianus in ſeptem Græcorum ſapientes vrbanè iocatur, qui quidem deſipiebant, ſi ſuo iudicio ſe ſapere arbitrarentur: multò magis ſi aliorum, id eſt ſtultorum opinione tales haberentur. Quòd ſi quis Latinos veteres in eo genere putet imitādos, vt in exercitu conſcribendo, qui rerum bellicarum laude clariſſimus eſſet, delectum auſpicaretur, & ſui quàm maximè ſimilem cooptaret, ſecundus tertium, hic quartum, atque ita conſequenter vir virum legeret, quem maximè rebus gerēdis idoneum iudicaret, idque toties fieret quoad optimatum numerus impleretur: optima quidem ratio videretur imperij bonorum ac fortium virorum initio conſtituendi: ſed quis modum ac numerum bonorum terminaret? aut quis Reipublicæ ſponſor futurus eſſet, optimum quēque ſui ſimilem potius cooptaturum quàm filium, quàm fratrem, quàm propinquum, quàm amicum? & vt fiat, ſi tanta paucitas eſt vbique bonorum, quis illos ab eorum multitudine quos improbos ac ſtultos iudicarent, tueretur? Demus tamen illud ſelectorum numerum, qui optimi ſint, Rempublicam initio conſtitui poſſe, quandiu in eo ſtatu futuram putamus? Quamobrem mirum videri debet nemini, ſi nulli ſint, atque haud ſcio an fuerint vnquam antea ſtatus optimorum: cùm enim Pythagoræi tyrannos aliquot Italiæ in rectam imperandi viam deduxiſſent, ac breui futurū ſperarent vt populares ſtatus & Oligarchiæ in legitimam optimatum potentiam mutarentur, vt quibuſdam in locis perfecerant, populares homines imperandi cupidi potentiam ſibi ſpecie virtutis eripi cùm perſpicerēt, plebem in Pithagoræos & audaciſſimum quenque in optimos armauerunt, ac pecudum in morem crudeliter mactarunt, cæteros in concilium coëuntes, exceptis admodum paucis viuos concremauerunt: quæ cædes Pythagoræorum maximos in Italia tumultus commouit[6]. Siue igitur optimi, ſiue flagitioſiſſimi, ſiue ditiſſimi, ſiue nobiliſſimi, ſiue egentiſſimi, ſiue bellicoſiſſimi, ſummum imperiam teneant, modò ciuium pars minor extiterit, Ariſtocratiam appellemus. Partem ciuium minorem non certo numero definire neceſſe eſt, cùm numerorum ſit infinita varietas, quæ in nullius comprehenſionem cadit: Nam ſi demus decem millia ciuium, ex quibus centum ciues ſummam rerum habeant, ſi quidē in comitio ſexaginta ciues concordes ſint in lege ferenda, reliquis ciuibus quadraginta qui participes ſunt maieſtatis, itémque nouem millibus ac nongentis, qui ab imperio excluduntur, collectim legem dābūt: ſingulatim verò decem millibus ciuium iidem ſexaginta collecti ſimul imperabunt: nec propterea ius maieſtatis ad ſexaginta ciues contrahetur: ſed quia in omni cætu & collegio legitimo maior

[6] Polybius lib. 2.

maior pars vbique potior eſt, ſequitur vt ſexaginta concordes, reliquis
quadraginta, tum ſingulis, tum vniuerſis, imperare poſſint: niſi lege de
maieſtate lata caueatur, vt duo ciuium trientes inter ſe coſentientes, cæ-
teris potiores ſint, quemadmodum in omnibus ferè collegiorum legi-
bus ac inſtitutis [1] præcipi videmus, qua quidē ratione ſexaginta quatuor 1 l. vltima quo[illegible] cuiuſque maior
ciues reliquis triginta ſex ſuperiores erunt. Igitur in optimatum ſtatu ci-
uium paucitatem ſpectare nihil eſt neceſſe, modò ij qui in cęteros domi-
nationem habent dimidio pauciores ſint vniuerſis. Nam ſi demus cen-
tum millia ciuium in Republica, ex quibus decem millia cæteris omni-
bus imperandi ius habeant, perinde Ariſtocratia dicetur, vt ſi ex decem
B millibus ciuium mille ciuibus imperium detur: nam in vtroque nume-
ro decima pars in reliquos omnes imperium habet, nam quò pauciores
fuerint, eò ſtabilior erit ac diuturnior optimatum ſtatus, modò ne diſſi-
deant à ſe ipſi. Nam Pharſaliorum & Lacedæmoniorum Reſpublicæ,
quarum altera viginti, altera triginta ciuiū principes ex optimis ferè ſe-
lectos habuit, ex infinito penè ciuium numero, diutiſſimè floruerunt.
Epidauriis centum octoginta ex omnibus ciuibus imperabant[2]. Vetus 2 Plutarc. in A-
item Maſſilienſium Reſpublica ad littus Celticum, omnium quotquot poplithegmatib.
vſquam extiterunt Rerumpublicarum, iudicio Ciceronis, optimè con- Græcorum.
ſtituta[3], ſexcentos ſummo imperio præfecerat, ex quibus tum ſenato- 3 Strabo.
res creabantur tum etiam quindecim magiſtratus, quibus treſuiri quaſi
C Prætores præibant. Idem iudicium eſt Rhodiorum ac Thebanorum,
poſteaquam populare imperiū ad locupletiores rediit: quo nihil com-
modius fieri poteſt, ſi optimi ciues haberi non poſſint. Itaque T. Flami-
nius proconſul, inquit Liuius[4], eam partem ciuitatum Theſſaliæ potio- 4 lib 34.
rem fecit, cui ſalua tranquilláque omnia magis eſſe expediebat. Quam
rationem Andræas Doria in conſtituenda [5] Genuenſium Republica ſe- 5 anno. 1528.
cutus videtur. Is enim de ciuium conſenſu familias octo ac viginti tum
ex nobilitate, tum ex plebeiis eorum ciuium qui ſex in vrbe domos
haberent, imperij participes fecit, ac plebeios earum familiarum lata le- *Genuenſium ſtatus.*
ge nobilitauit: optimatibus ita conſcriptis in ſingulos annos ciues decem
ex opibus, aut virtute, aut nobilitate cooptandi poteſtatem fecit. Conci-
D lium ex optimatibus cccc. Reipublicę in ſingulos annos præfici voluit,
quorum ſuffragiis Dux ipſe & octouiri, in duos annos crearentur: quod
quidem collegium octouirorum cum principe, dominationem appel-
lant, quoniam maxima quæque in Republica tractare conſueuerint: niſi
quid grauius occurrat, quod Senatus cognitionem poſtulare videatur.
Senatus autem centum virorum ſuffragiis occultis optimatum in ſin-
gulos annos creari ſolet. Octouiri, exacto magiſtratu, Reipublicæ toto
biennio procuratores ſunt: ac deinceps in octouirorum collegiū, quan-
diu vixerint, admittuntur: qui verò duces creantur, perpetuam, exacto
magiſtratu, Reipublicæ procurationem habent, & ad collegium octo-
uirorum ſemper aduocari ſolent. Præterea imperatorem vnà cum Tri-
bunis militaribus quadraginta, qui annua poteſtate vrbanis legionibus
præeſſent, iiſdem optimatum ſuffragiis fieri placuit. Quod ad iuriſdi-

ctionem attinet, peregrinos arceſſere ſolent, Prętorem, inquam, vnà cum duobus legatis, quorum alter fiſcalia, alter crimina tractat, tum quinque viros priuatorum iudiciorum in biennium, quam ipſi rotam appellant, omnes peregrinos. At Septemuiri litibus extra ordinem definiendis ex albo ciuium accipiuntur, item Syndicatus quinqueuirorum qui quæſtiones exercent, tum aduerſus Ducem, tum etiam aduerſus octouiros exacto magiſtratu, edicto propalam poſito ſi quis ciuium iniuriam ab illis accepiſſe queratur: quòd ſi nemo queſtus fuerit, innocenter exacti magiſtratus decretum datur. Eodem ipſo anno quo Doria optimatum potentiam Genuæ fundauit, Geneuates monarchiam in popularem ſtatum eiecto pontifice commutarunt. Antea quidem ſeipſos in libertatem vindicare propoſuerant, nec ſe ducis Allobrogum aut pontificis legibus teneri profitebantur: nihil tamen audendum ſibi putarunt, quoad de principatu non modò inter ducem ac pontificem, verumetiam pontificem inter ac populum oborta eſſet contentio: tunc nouandæ religionis ſtudium ac Reipublicæ commutandæ oblatam occaſionem arripuerunt. Libertate igitur Reipublicæ reddita, concilium ducentum virorum cum ſumma perpetuáque poteſtate ſtabilierũt, præterquam quod populus iubendæ legis ac maiorum magiſtratuum creandorum, tum etiam pacis ac belli ius ſibi reſeruauit, quæ ad iura maieſtatis antea pertinere diximus. Iam verò ex optimatibus ducentis Senatum perpetuum ſexaginta virorum, & ex eodem Senatu XXV. viros cum perpetua poteſtate ſecretiori conſilio præfecerunt qui totius Reipublicæ arcana tractarẽt. Poſtremò quatuoruiros magiſtratus annuos popularibus ſuffragiis fieri voluerunt, præter eos qui priuatis ac publicis iudiciis præeſſent. Geneuates igitur hoc maximè differunt à Genuenſibus, quòd hi concilium CCCC. virorum ac Senatum ſexaginta virorum, cum reliquis magiſtratibus, altero quoque anno, mutare conſueuerunt: illi perpetuum concilium, ſenatum item perpetuum vtrumque fecerunt, ſalua tamen ciuibus in ſingulos annos cenſura, quæ acerbè exigitur, quo fit vt Geneuatum Reſpublica ſtabilior ſit, & conuerſionibus ſeditioſiſque nouationibus minus opportuna: creatio verò optimatum ac Senatorum apud Geneuates non vno fit & eodem actu, vt in Republica Genuenſium ac Venetorum, ſed mortuo ſenatore, alius ex optimatum ducentorum cætu in ſenatum, & ex iis qui origine vel aſſumptione ciues ſunt in cætum ducentorum ſubrogatur, nulla nobilitatis aut cenſus habita ratione, ſed ſolius virtutis ac illeſæ exiſtimationis: quod apud Lacedæmonios factũ legimus. Eadem ferè eſt Heluetiorum, præter pagos quinque minores, Reipublicæ forma, vt apud Tigurinos & Bernates quorum exemplar Geneuates ſecuti videntur: niſi quod Senatus vterque mutabilis eſt, & ſuffragio ſodalium qui ex opificibus coaleſcunt, vulgò Zunfft appellant creatur: ſunt autem eius generis ſodalitia XI. Schaffuſæ, XII. Tiguri, XV. Baſileæ, quorum ſuffragiis duodecim ciues ad concilium maius, duo, tréſve ad ſenatum conſtituendum ſeliguntur. Ita concilium maius exiſtit, ducentorum quidem Tiguri, CCXLIIII. Baſileæ, LXXXVI. Schaffuſę: Senato-

*Status Geneuatum.*

*Heluetiorum ſtatus.*

Senatorum autem Tiguri quinquaginta, Schafuſæ XXVI. Baſileæ LXIII. qui verò ſodalitiorum ſuffragio leguntur, maioris cõcilij autoritate confirmantur, ſiue ſenatores fuerint, ſiue magiſtratus. Id tamen ſingulare eſt, quòd ſenatores dimidia ſui parte mutantur, reliquis munus continuatur in annum conſequentem, vt nouos ſenatores de rebus anteactis ac gerendis inſtruant ac erudiant. Baſilienſis verò ſenatus anni conſequentis ſenatores ſubſtituere ſolet, ne Reſpublica à cõſilio, velut à mente, deſeratur: deinde Burgomagiſtros cum Tribunis tribus Tiguri, duobus Baſileæ, quibus nouem viri adiunguntur, ac ſimul coniuncti XIII. virorum collegium conſtituunt, quibus Reipublicæ gerendæ ratio &
B arcana concreduntur: nec vlla de re ad ſenatum, aut ad concilium maius, niſi de XIII. virorum authoritate ferri conſueuit. Sunt etiam Tiguri octouiri ærario curando, quibus præeſt vnus Burgomagiſter. Item noui ſenatores Tiguri ac Schafuſæ publica iudicia diſceptant ac finiunt: in cæteris pagis prætor Imperialis, cum tribus ſenatoribus, eaſdem quæſtiones exercet: nec verò quiſquam in ſenatum cooptatur, qui aut infamis, aut ſpurius ſit. Ex quibus perſpicuum eſt ciuitates optimatum imperio moderatas, ſtabiliores eſſe, quàm populares: idque potiſſimũ apud Bernates, Lucernates, Friburgos, Solodurios, apud quos ſodalitia nullum ſuffragiorum in Republica ius habent: ſed ad opificia regenda tantùm coëunt quattuor ciuitatis cuiuſque decuriones, ſexdecim ciues ſummæ
C integritatis viros, quos contra nullum anteactæ vitæ dedecus obiici poſſit, quotannis ſeligunt, à quibus triduo ante paſcha magnum concilium centum optimatum apud Lucernates, ducẽtum apud Bernates creatur: cuius concilij ſuffragiis Auoërius, quem ipſi Schuldtheſſem appellant, cæteríque magiſtra tus fiunt. Senatus verò XXVI. vir rum apud Bernates, aut XVIII. apud Lucernates, ab iis quos dixi XVI. viris, decurionibus quattuor & Auoërio eligitur annua quidem poteſtate apud Bernates, ſemeſtri apud Lucernates. Iudices itẽ à quatuor decurionibus & quæſtoribus creantur, & à Senatu confirmantur, qui primas prouocationes diſceptat: ſecundæ prouocationes diſceptantur à ſexaginta viris, qui ex ſenatu conſtant, & XXXVI. viris quos Senatus ipſe creauerit: poſtrema
D prouocatio diſceptatur in maximo concilio ducentum optimatum, cuius princeps eſt Auoërius: illic de capite, fama ac fortunis omnibus ciuium extrema prouocatione certatur. Friburgi eadem ferè ratio initur in concilio ducentum optimatum creando, à quo deinceps Senatus XXIIII. virorum item Auoërius, cum quatuor decurionibus eliguntur. Quibus rebus intelligitur ſtatum quidem eiuſmodi optimatum eſſe, ſed populariter temperatum: quia ciuibus omnibus ad omnes magiſtratus, imperia, ſacerdotia, curationes aditus patet, niſi ſordes & anteactæ vitæ infamia, aut furor, rerúmve gerendarum extrema imperitia vetaret. Illud etiam populare eſt, quòd omnes magiſtratus ferè annui ſunt: quæ temperatio potentium ac tenuium in capeſſendis honoribus Rempublicam efficit multò firmiorem ac ſtabiliorem, quàm ſi patriciis, aut locupletioribus tantùm honores cõmunicarentur, quos cõtra plebeij per-

petuis certationibus diſſidere conſueuerunt: eóque magis, apud Heluetios vbi nobilitate quondam, paucis admodum exceptis, deleta, plebeij dominationem arripuerunt, ac paulatim ad optimates ſumma rerum delapſa, exceptis quinque ciuitatibus montanis, ſtatum illum moderatione quadã populari melioribus quàm cæteri legibus ac inſtitutis temperauerunt. Nam ferè optimatum ſtatus patricios, aut nobiles, aut locupletes tantùm ad honores & magiſtratus, cæteris excluſis, admittit. Plures tamen optimatum Reſpublicas ex patriciis aut antiquioribus familiis, quàm ex locupletibus conſtitutas accepimus: vt Reſpublicæ Samiorum, Corcyræorum, Rhodiorum, Cnidiorum, ac propè omnes Græciæ ciuitates poſt Lyſandri victoriam populari ſtatu ſublato XX. aut XXX. viris ſumma vbique tributa poteſtas eſt: ciuitas item Venetiarum, quam puram Ariſtocratiam eſſe demonſtrauimus, item Rhaguſiorum, Lucenſium, Auguſtanorum, Nurembergenſium optimatum Reſpublicas ex antiquis ciuium gentibus conſtituerunt. Nam Rhaguſij, quos antiqui Epidaurios appellabant, poſt euerſam à Gothis Epidaurum, Rhaguſiam eodem proximè loco fundarunt, & cùm ab Albaniæ regulis deſciuiſſent Ariſtocratiæ formam ex nobiliſſimis ciuibus inſtituerunt, Venetiarum quodammodo exemplar ſecuti: quamquam nobilitatis decus ac dignitatem maiore quàm Veneti ſtudio proſequuntur: nam Venetorum patriciis cum plebeis iura connubiorum communia ſunt: Rhaguſiorum patriciis non item: at ne Rhaguſio quidem nobili peregrinam nobilem ſibi deſpondere licet, niſi à Zarafi, aut Cantaro ciuitate originem duxerit, aureóſque nummos mille in cenſum retulerit: ſunt autem XXIIII. gentes nec plures in ea ciuitate honorum ac imperij participes, ex his gentibus familiæ plures ducuntur, ex quibus magnum cõcilium trecentorium circiter optimatum coaleſcit qui modò XX. annum attigerint: illic creatur Senatus LX. ciuium, conſilij capiendi cauſa, ac prouocationum tum in priuatis iudiciis, ſi rem litémve trecentis aureis ampliúſve æſtimauerit: tum etiam in publicis, in quibus de ciuiũ capite, fama, fortuníſve agitur: præter ſecretius cõſilium XII. virorum cum annuo principe, ſeu rectore ciuitatis, & quinque libellorũ magiſtris, quos ipſi prouiſores vocant: ſex conſules priuatorum iudiciorum, quinque publicorum, ac XXX. viri iudicandis appellationibus earum litium, quæ trecentum aureorum ſummam non egrediuntur. Sunt & alij minores magiſtratus, de quibus ſuo loco. Certè quidem hæc Reſpublica, omnium quas accepimus, puriſſimam & ab omni populari temperatione remotiſſimam Ariſtocratiam colit. Eodem quoque ſtatu moderata Lucenſium ciuitas, antiquiores tantùm familias ad imperij ſocietatem admittit, quæ rariſſimæ ſunt: tametſi anno circiter M.D.LV. cenſa fuerunt quinquaginta ciuium millia præter fœminas. Ex optimatibus creantur ſenatores CXX. cum annua poteſtate ex ſenatoribus decemuiri cum principe, quem ipſi Vexilliferum [4] appellant. In his ſumma Reipublicæ conſiſtit cæteri magiſtratus cenſuram, præturam, quæſturam gerunt, de quibus ſuo loco: nunc ſatis opinor ad id quod quærimus, varietate exemplorum

*Thucidides & Plutarchus in Lyſandro.*

*Status Rhaguſiorum.*

*Lucẽſium ſtatus.*

4 Gonfalõnier.

plorum propoſita, quæ qualéſque ſint his temporibus Ariſtocratiæ percipiuntur. Et quoniam plerique Imperium Germanorum monarchiã eſſe & ſentiunt, & affirmant, eripiendus eſt hic error, tametſi breuiter antea nonnihil, ſed nunc copioſiùs diſſerendum videtur. Satis quidem perſuaſum eſt à Carolo magno Rege, vſque ad Hērichum Aucupem, ſummam Reipublicæ, imperium ſucceſſorio iure ad proximum quenque Caroli nepotem fuiſſe delatum. Caroli verò ſtirpe ſublata, monarchiam ſuffragio Principum ab Henricho Aucupe deferri cæpiſſe: ſed quoniam ferè ſemper accidit vt ij ad quos ſuffragiorũ ius in Republica pertineat, iura maieſtatis imminuant: id quod potiſſimùm in Republica Venetorum, cuius regia poteſtas erat, contigiſſe diximus: ita quoque creatores
B
principis Germanorum iura maieſtatis in ſeſe paulatim tranſtulerunt: quod quando cõtigerit, ſcripſiſſe video neminem: quoniam quæ paulatim irrepere ſolent, vix vnquam percipiuntur: nec niſi conuerſione ſecuta ſentiuntur. Neminem autem eſſe arbitror, qui cùm animaduerterit trecentos circiter principes Germanorum ac legatos ciuitatũ, ad cõuentus coire, qui, ea quæ diximus, iura maieſtatis habeãt, Ariſtocratiam eſſe dubitet: leges enim tum Imperatori, tum ſingulis principibus ac ciuitatibus, tum etiam de bello ac pace decernendi, vectigalia ac tributa imperandi, denique iudices Imperialis curiæ, qui de capite, fama, ac fortunis omnibus Imperatoris, principum, ac ciuitatum iudicare poſſint,
C
dandi ius habent. Comitiorum autem rationem tripartito inire ſolent, vt partem quidem ferant ſeptem viri, quos dixi principes eſſe creatores cum ipſo principe, partem cęteri principes, partem legati, qui à liberis ciuitatibus, quæ imperiales dicuntur, mitti conſueuerunt: ab his imperij leges ac decreta omnia, quæ receſſus appellantur, ſanciri, confirmari, & infirmari ſolent: ſi vel omnia omnium ſuffragia eadem ſint, vel ſeptemviri cum cæteris principibus, vel principes cum legatis, vel legati cum ſeptemuiris conueniant. Et quoniam Eccleſiaſtici principes numero vincebant, cæteri principes qui Romanæ religionis ritus iampridem deſeruerunt Ratiſponenſes cõuentus, quos Carolus v. Imperator habuit, anno M.D.XLVI. grauatè, tulerunt, nec vocati affuerunt. Nam filij familias
D
ac proximi principum Germanorum ſuffragij nullum ius habent in comitiis, niſi fuerint principes imperij, quorum certus eſt numerus eorum qui Duces, Comites, Marchiones, Lantgrauij, Burgrauij, Barones, Epiſcopi, Abbates appellãtur. Tametſi enim Lotharingia dux iura ſuffragiorum habet cum principibus Imperij, eius tamen propinquus & quidem eiuſdem gentis Comes Vallimõtis, vt cæteri eiuſdem ordinis Principes, nec ius ſuffragiorum, nec in principum conſeſſu locum obtinent, ſed inter filios familias cenſentur. Putabam ego quidem antea principes ac ciuitates Imperiales habere iura maieſtatis, nec alienis Imperiis ac legibus, ſed iure tantùm fœderis ac ſocietatis inter ſe obligari, quemadmodum Heluetij inter ipſos ſingulas habent ciuitates, ac Imperia à ſe inuicem diuiſa: ſed ab hac ſententia diſceſſi, cùm propius animaduerti Germanorum conuentus ſummum ius maieſtatis habere, nec tantùm principes

ſed etiam ciuitates mulcta, exilio, proſcriptione, ac pœnarũ iudiciorúmque acerbitate principes ac ciuitates coërcere, quinetiam ipſos Imperatores de Imperio deturbare ac deiicere: vt Adolphum, imprimis & Venceſlaum: leges autem quæ in comitiis Imperialibus feruntur, non modò principes ac ciuitates, ſed etiam ipſum Imperatorem tenere. Iam verò decem circulares conuentus, qui in ſingulis prouinciis coguntur, vniuerſitatis comitia ſequũtur, rogationes illuc referũt, leges illinc accipiũt, ac decretis parent. Principes autem ipſi, poſt Imperatorem initiatum, & inauguratum, Imperij non Imperatoris ſe fiduciarios eſſe profitentur. Poſtremò iudiciorum omnium priuatorum, quæ aureorum XL. ſummam excedunt, extremæ prouocationis certatio pertinet ad curiam Imperialem: ab eadem curia manant imperia, iuſſa, executoriæ tabulæ ad principes, ad magiſtratus, ad Senatũ vrbis aut prouinciæ cuiuſque. Hæc verò conſtat Iudicibus quatuor ac viginti, quorum prætor eſt vnus ex principibus, cum annua poteſtate: delectus autem habetur ex ordine decẽ prouinciarũ: ſi qua principibus aut ciuitatibus inter ipſas cõtrouerſia oboriatur, ſiue de finib. ſiue de capite, fama ac fortunis agatur, Imperialis curiæ iudices quæſtionem exercent, niſi optimatum imperij vniuerſitas, ad eos quos dixi conuentus, cauſæ cognitionem reuocarit: vt quidem decretũ eſt in comitiis quæ Auguſtæ coacta ſunt anno M.D.LV. vt ſi qua prouincia, Princépſve, aut ciuitas aduerſus Germanos arma cæperit, iudicium conſtituatur apud ordines Imperij, quæ in eam cauſam Vormatiæ indicta fuerunt. Iiſdem comitiis principibus omnibus Imperij interdictum eſt, ne exercitum conſcriberent, néve arma caperent ad auxiliares copias principum peregrinorum, grauiſſima ſubiecta pœna: ſanctiùs etiam interdictum legibus, quæ de Imperio latæ ſunt [5], ne quis princeps, aut ciuitas, appellationem ciuium ad curiam Imperialem prohiberet. Poſtremò princeps ipſe comitiorum, idémque Imperator ac veluti caput optimatum conuentus, in vnum veluti corpus, & Rempublicam colligit eandem: non tamen in eo Imperij maieſtas, ſed in optimatũ conſeſſu ineſt. Nam cæteri qui ſummã Reipublicæ poteſtatem habẽt, principes, duces, & comites creare, at Imperator à ducibus & principibus creari ſolet. Quo igitur modo rex idẽ & ſubditus eſſet? cliẽs & patronus? vaſſallus Imperij, idémque monarcha? Ipſe quidem, literas me legiſſe memini [6], quibus princeps quidã amicus ac fœderatus Francorum, Mommorancium magiſtrum equitum admonuit, iuſtam eſſe regi Henricho II. de Carolo V. Imperatore ac de Rege Ferdinando conquerendi cauſam apud Saxoniæ Ducem & Comitẽ Palatinum Imperij vicarios, quòd contra leges imperij, contráque morem maiorum literas regis Henrici ad Imperij ordines à ſe interceptas reddi vetarent, ac epiſcopum Moguntinum Imperij Cancellarium, cui munus illud incumberet, quò minùs id faceret, prohibuiſſent: eius tamen rei ſumma cognitio penes eſt conuentus ipſos. Illud etiam Imperialibus Hildebergæ comitiis decretum eſt, anno M.D.LIII. ne quis Imperatoris domeſticus Imperij Germanici negotia tractaret. Quòd ſi tributa ex ordinum decreto imperãtur, pecuniæ

5 lib.2.c.28.

6 Anno 1552. Maij 12.

pecuniæ non in fiſcum Imperatoris coguntur, ſed in vrbes delectas ab ordinibus inferuntur. Auguſtam, inquam, Argentinam, & Lubecam: ac ne Imperatori quidẽ nũmum è publico ærario mouere fas eſt. Ex quibus perſpicuum fit eos errare, ac decipi qui Imperatorem Germanorum appellant monarcham, & optimatum illud imperium, monarchiam eſſe arbitrantur. At quantò rectiùs Imperator Maximilianus I. huius attauus, cùm ad Imperij ordines orationem haberet, coronam Imperialem à Romano Pontifice accipere minimè neceſſarium ſibi videri dixit, cùm Imperij maieſtatem in ipſis ordinibus ineſſe intelligerent. Ac ne Imperatori quidem licet conuentus cogere aut dimittere, niſi extra ordinẽ cùm
B vrget neceſſitas: ſed in diſceſſione ordinum decernitur de ſequentis anni comitiis: non igitur Imperatori cogere comitia licet, quod magiſtratibus Romanis licebat, & in omni Republica populari ac optimatum ſemper licuit, dum viritim id fieret non collectim, veteri Romanorum more, quo quidem Conſul ſenatores omnes viritim ſuo edicto in ſenatum cogere poterat, & recuſantes mulcta, carceribus, pignoribus captis, ac domus ruina coërcere. Principes verò Germanorum ad conuentus adire, ex Imperatoris edicto cogi non poſſunt, vt ſatis intellectũ eſt, Imperante Carolo V. M D. LIIII. at etiam Maximiliano II. vt conuentus haberẽtur petenti recuſarũt principes anno M. D LXVI. Imperatori verò prouincias imperij obeũti, occurrũt quidẽ principes pro ſua quiſq; dignitate, ſed tamẽ quaſi peregrino principi. Quod autẽ Imperator arbitrũ ſe
C ac iudicẽ ferre ſolet inter principes ac ciuitates, id quidẽ cõmodè, vt alius quiſq; Imperij vicarius, quos antea plures eſſe docuimus, aut ſi receptus eſt arbiter: dat etiã iudices à quibus ipſe appellatur: ſed omnia ex imperialibus decretis ac præſcripto gerit. At quãti eſt illud, inquies, quod principes quoties ad illũ literas, magnifica oratione ſacram maieſtatem appellant? qua ne aduerſus quidem Reges omniũ maximos ſerui vtantur: hęc quidem in ſpeciem hominibus, ineptè dicam an impiè, quæ in Deum immortalem tantùm conueniunt tribuuntur: ſed nihilo plus Imperatoris potentiam augent, quàm Regis Romanorum, quem etiam effuſa talium verborum põpa, iura maieſtatis habere putes. Sic enim Georgius
D Helfuſtinus Baro, cùm Ferdinandi regis Romanorum orationem in cætu principum pronunciaret, anno M. D. LVI. principum Germanorum dominum, & quidem ſummum appellauit, certè Imperij maieſtas magis elucet, cùm militias ex caſu, ac beneficia militaria ſua vnius ſponte arbitrióque largitur. Ego quidem id precario Imperatorem habere ſemper exiſtimaui: contra quam putauit Marillacus regis Francorum apud Imperatorem legatus, qui regem Henrichum admonuit non eſſe ferendum illud, quòd Carolus V. Imperator Philippum filium extra conuentus, ac ſine principum Germanorum conſenſione vel auctoritate [8] Bruxellis Mediolani ducem deſignauiſſet, nuſquã enim ab ordinibus comperio id fieri conſueſſe: ſed quemadmodum Imperator fidem à principibus, Imperij nomine accipit, ita quoq; caduca beneficia, feudáve largitur: nam Ferdinãdus Imperator Granuellam legatum ac procuratorem

[8] anno 1555.

Philippi Regis Hiſpaniarum nomine vt Imperij fiduciariũ, ſine principum auctoritate excepit, ac fidelitatis poſſeſſioníſque acta conceſſit, vti vicario perpetuo Senenſis principatus ac Duci Mediolanenſi. Idem iudicandum relinquitur de ſacerdotiorum iure, quæ à principibus ac ciuitatibus, aut ab ipſis collegiis ſacerdotum conceſſa auctoritate Imperiali, ex pactis conuentis inter Pontificem Romanum & ordines Imperij cõfirmantur. Idem etiam publicæ ſecuritatis tabulas fœcialibus ac legatis tribuere ſolet, quibus antiqua formula, etiãnum vſurpatur, his verbis cõcepta, QVONIAM OMNIA PRO Imperiali auctoritate poſſumus: Quæ verba demonſtrant iura maieſtatis in antiquis regibus Germanorum fuiſſe: cuius maieſtatis vmbra ſi vlla reſtaret, cur ex ordinum decreto B prohiberetur eas pecunias quæ ad bellum gerendum cogerentur, attingere? Quæ planius intelliguntur, ex eo iureiurando quod ab Imperatore, Cancellarij verba concipiente præſtari[9] antea diximus. Sceptra, quidem, regale ſolium, pretioſiſſimæ veſtes, coronæ, anteceſſio ſubſequentibus Chriſtianis Regibus imaginem regiæ maieſtatis habent, rem non habent. Et certè tanta eſt imperij Germanici maieſtas, tantus ſplẽdor, vt Imperator ſuo quodammodo iure omnibus ornamentis ac honoribus cumulari mereatur: illud etiam Auſtriæ genti rerum geſtarum gloria clariſſimæ debetur: ſed ea eſt Ariſtocratiæ bene conſtitutæ ratio, vt quò plus honoris eò minùs imperij tribuatur: & qui plus imperio poſſunt, minùs honoris adipiſcantur: vt omnium optimè Veneti in Repub. conſtituenda decreuerunt. C Quæ cùm ita ſint, quis dubitet Rempublicam Germanorum Ariſtocratiam eſſe? Habent quidem principes ac ciuitates imperia, iuriſdictiones, capitalia iudicia, magiſtratus, ſed omnia legibus, quæ de Imperio latæ ſunt moderata. At quoties principes ac ciuitates ſeditionum ac bellorum ciuilium fluctibus iactantur, idem illis, quod cæteris Rebuſpublicis contingit, vt ſcilicet regem ſe quiſque ferat: nam totidem Reſpublicæ quot ciuitates numerantur. Et quemadmodum vniuerſitas Imperij Germanorum, ſic maxima quæque ciuitas, Nuremberga, inquam, Vormacia, Vlma Ariſtocratiam tuentur. Exemplo ſit Nuremberga, omnium Imperij ciuitatũ maxima maximéque optimatum ſtatum amplexa, in qua ſcilicet ex innumerabili ciuium multitudine, D octo tãtùm ac viginti tribus ab antiqua ciuium ſtirpe honorum, ac imperij participes ſunt: ac primùm annui cenſores ſummæ virtutis & exiſtimationis, quantùm quidem fieri poteſt, optimatũ ſuffragio creantur: creatis cenſoribus, cæteri magiſtratus abdicant: tunc cenſores Senatum arbitrio ſuo ſelectis XXVI. ſenatoribus conſtituunt: deinde ſenatus de ſuo corpore XIII. viros ad arcana imperij tractanda ſeligit: ex eodem Senatu XIII. Ædiles ſuffragio fiunt: deinde ſeptemuiri, Burgomagiſtri, quorum eadem ferè, quæ apud Venetos decemuirorum poteſtas eſt. Atque hi quidẽ quos dixi magiſtratus, ſumma quæque Reipublicæ negotia pertractant: omitto quinque viros publicorum, ac duodecim priuatorum iudiciorum, Præfectum annonæ, duos quæſtores, triumuiros tutelares, eadẽ penè qua D. Marci procuratores apud Venetos, quorum exemplar

[9] lib. I. ſupra in cap. de Principe fiduciario.

exemplar Nurembergenſes ſecuti quodammodo videntur. At tametſi ciuitates aliæ aliis liberiores ſunt, vt quæ ab omni principum ditione ac patrocinio immunes habentur, omnes tamen Imperij Germanici maieſtatem comiter obſeruant. Sunt etiam quæ ſeipſas à tyrãnide principum, in libertatem vindicarunt, vt Brunſuicha, Vormacia, nonnullæ ab Imperio Germanico pridem defecerunt, vt Rhætorum ac Heluetiorum ciuitates. Friburgenſes tamen eo fœdere quod cum Bernatibus de communicãda ciuitate ictum eſt, ſuam ciuitatem Imperij Germanici membrum appellant, tametſi imperium à Germanico diuiſum habent. Vrani verò, Vnderualdi, & Suitenſes libertatem ac Reipublicæ moderãdæ ius
B imperio Germanico acceptum, & quidẽ tabulis publicis[1] Ludouici Bauari Imperatoris profitentur. Ita quoque Tietmarſi locorum aſperitate confiſi, ac propter difficiles vrbis aditus in finibus Danorum, ſeipſos ab Imperio Germanico ſeiungere non dubitarunt. Fundata ergo Republica ex optimatibus octo & quadraginta cum perpetua poteſtate, in demortuorum locum alios ſubſtituunt. Sed eos non ita pridem[2] Adelphus Holſatiæ princeps, propinquus regis Danorum, diuturna obſidione ſuis imperiis ſubiicere tentauit. Perſpicuum eſt igitur, non modò vniuerſitatem, ſed etiam ſingulas ciuitates Germanorum, quæ Imperiales dicuntur Ariſtocratiam amplecti. Illud autem cauendum, ne in Ariſtocratia principes Reipublicæ, ac ſummos magiſtratus cum regibus, concilium
C item optimatum cum ſenatu miſceamus: in quo ſæpiſſimè ab hiſtoricis peccatur: ídque potiſſimum in optimatũ paucitate, quam oligarchiam Græci appellant, vt Pharſaliorum Rempublicam viginti optimates tenebant, Lacedæmoniorum XXX. nec plures fuêre in omnibus Græcorum ciuitatibus poſt Lyſandri victoriam: Tietmarſos octo & quadraginta regebant, Cnidios ſexaginta, quos Amymonas ab integritate vitæ appellabant: ſed hi poteſtatẽ annuam, illi perpetuam habuerũt: ac tametſi rerum geſtarum rationem[3] Cnidij nonquam redderent, non tamẽ rerum domini fuêre, cùm nihil aliud eſſent quàm magiſtratus, qui iura maieſtatis ſibi concredita optimatibus reſtituerent exacto magiſtratu. Ita quondam Tigurini triginta ſex viros cum annua ſummáque poteſtate
D creabant, ea lege vt ſummum Imperij ius in quatuor menſes haberent: quibus ſeditione ſublatis circiter annum M.CCCXXX. populus ducentos optimates cum principe Senatus imperio præfecit. Atque hi quidem omnes optimatum concilium & Senatum eundem habuerunt: melius tamen qui optimatum concilium à Senatu diuidunt: tametſi enim pauciſſimi ſunt admodum qui Rhaguſiorum Rempublicam anguſtiſſimis finibus comprehenſam moderantur, ex his tamen Senatus ſexaginta virorum conſtituitur: item ex ſenatorum collegio duodecimviri ad Imperij arcana tractanda ſeliguntur. Chiorum quoque Rempublicam, ſublato Imperio Græcorum, ad hæc vſque tempora gubernarunt optimates quidem Genuenſes Iuſtinianæ gentis, ex qua duodecim viros cum annua poteſtate creabant: ex his quatuor viri cum principe pro Republica conſilia capiebant, quorum tamen Imperium erat ſemeſtre, præter

1 anno 1316

2 anno 1559.

3 Plutarchus in Apophthegmatibus Græcorum.

principem Reipublicæ, qui duos annos imperium tenebat. Tandem Turcarum rex ſuperioribus annis Chios imperio ſuo, pulſis Genuēſibus adiecit. Quæ autem Ariſtocratiæ commoda, quibúſque periculis illigata, & qua quæque ratione moderanda videatur ſuus erit locus, reſtat vt Ariſtotelis diſciplinam, ab iis quæ ſuperiùs diximus planè diſcrepantem refellamus. Ariſtocratiæ [4] inquit, quatuor ſunt genera: vnum quod pauci tantùm locupletiores tenent: in ſecundo honores ac imperia locupletioribus ſorte diuiduntur: in tertio magiſtratus à parentibus ad liberos ſucceſſione deferūtur: poſtremum eſt eorum qui dominationem rerum omnium habēt, hæc ille. Idem [5] paulò poſt quinque Rerumpublicarum genera tradit, regale, populare, paucorū, optimorum, & ex his quintum B genus conflari ſcribit, quod nuſquam tamen comperiatur, quæ ſanè inconſtanter dicuntur. Rerum publicarum confuſionem illam minimè ferendam argumentis non modò probabilibus, ſed etiam neceſſariis ad aſſentiēdum confutauimus antea: doceamus etiam Ariſtocratiæ formas ab Ariſtotele allatas conſiſtere nullo modo poſſe. Primùm quid ſit Ariſtocratia nuſquam Ariſtoteles definiit. Quid enim leuiùs eſt quàm Ariſtocratiam appellare, in qua locupletes, aut viri boni principatū habeant? quid ſi ex decem millibus nouem millia ciuium agros ac pecunias poſſideant, cæteris ab imperio excluſis, num Ariſtocratia dicetur? ita quidem ex Ariſtotelis diſciplina, ex quo ſequitur, Rēpublicam popularem non eſſe, in qua populus imperio potitur: quæ diſciplinæ ſi ſibi conſentiant, C nulla ſit omnino Reſpublica popularis, quia fieri poteſt vt non modò locupletes, eo quo dixi numero, ſed etiam maxima pars ciuium, qui virtute cæteris præſtent, honoribus ac imperiis ſoli fruantur: neque tamen vniuerſo populo, pauciſſimis quibuſdam ſemotis, dominante Reſpublica popularis dicetur: nam ſi bonos officio perfecto metiuntur, nemo bonus eſt: ſi populari modo, bonum ſe quiſque iudicabit, de aliena verò integritate ac virtute iudicare, cùm omnibus difficile, tum verò ſapiētibus periculoſum ſemper viſum eſt, ac ne Cato quidem alienæ dignitatis arbiter receptus ſententiam ferre auſus eſt, nec de Q. Luctatio graui ſponſione facta, vir bonus eſſet, nec ne, iudicandum ſibi putauit. Demus tamen illud in omni Republica bonos ab improbis numero vinci, imperare tamen: cur nobilium Ariſtocratiam prætermittemus, cùm à plebeiis D multitudine vincantur: cur item antiquarum gentium ac tribuū, etiamſi nobilitate minus præſtent, imperium eſſe negabimus? etenim eiecta nobilitate à plebeiis ex vrbe Florentinorum, qui ex popularibus grandes dicebantur, imperium arripuerunt: certè quamplurimi gentis ac familiæ antiquitate, tametſi honoribus ac rerum geſtarum gloria minus clari, honeſtiores ſunt ſpuriis nobilitatem præ ſe ferentibus, qui fortaſſe patrem ciere non poſſint: formam quoque Ariſtocratiæ debuit Ariſtoteles ex corporis lōgitudine, quos in [6] Æthiopia principatum adipiſci ſcribit, conſtituere: itémque ex eruditione, forma, robore, & id genus corporis animíque dotibus, quę in pauciores cadere videmus: quo modo infinita quædam Rerumpublicarum multitudo ſequatur neceſſe eſt.

Illud

4 lib.4. cap.5. Politic.

Ariſtotelis de Ariſtocratia diſciplinæ.

5 lib.4.c.7.

6 lib.3.cap.5. Politicon.

Illud etiam permirum mihi viſum eſt, quòd Ariſtocratiæ formam eſſe putat, in qua locupletes imperia ſortiuntur: cùm alibi ſemper ſortem omnino popularem eſſe dixiſſet. Athenienſes autem maximè omnium populares fuiſſe, tum Xenophontis, tum etiam Ariſtotelis opinio eſt: apud quos tamen honores, imperia, poteſtates, non niſi locupletioribus tributa fuiſſe conſtat[7], vſque ad Periclis ætatem. Itaquoque plebeij ab honoribus, ſacerdotiis, ac imperiis, ante legem Canuleiam[8] arcebantur, tametſi ſtatus popularis eſſet, vt antea demonſtratum eſt. Quartum Ariſtocratiæ genus tribuit Ariſtoteles, iis qui admodum pauci dominationem rerum omnium, ac perſonarum habēt, quos ſine lege imperare ſcri-
B bit. Diximus antea dominationem eiuſmodi, tum in monarchia, tum in paucorum manu eſſe poſſe, qui eadem ratione ſubditis, qua domini ſeruis imperent: quorum imperium ac poteſtas iuſta ſit gentium iure, perinde vt patrisfamiliæ qui maiorem ſeruorum, quàm eorum qui mercede ſeruiunt curam gerit, eóſque chariores habet. Neque enim leges imperia iuſta faciunt, ſed iuſtitia ipſa, id eſt præmiorum ac pœnarum iuſta diſtributio: nec Ariſtotelis ipſius iudicio quicquam ab immortali Deo maius ac melius optare poſſumus, quàm ſummę virtutis ac integritatis regem, qui iuſtitia ciues, ſine legibus regere velit: cùm legibus plerique ad fraudem abutantur: nec ſe placari aut exorari ſinant, vt patricij Romanorum querebantur[9], quòd regibus exactis[1], leges à plebe poſtu-
C larentur, ne ab arbitrio magiſtratuum vita, fama, fortunæ ciuium penderent. Ita quidem rogatione à Terentio Arſa Tribuno ad plebem lata, & ſex annos agitata, ad extremum perlata fuit, vt magiſtratus iis legibus, quas decemuiri ad id creati conſcripſiſſent, illigarentur. Non igitur lex efficit bonos in Republica principes ac magiſtratus, ſed ęqua iuris diſtributio, & ea quæ in vniuſcuiuſque animis ac mentibus inſcripta eſſe debet, iuſtitiæ vis & ratio: neque verò crudeliores tyranni extiterūt, quàm qui edictorum multitudine ciues obligarunt, quæ etiam Caligula[2], minutis adeò literis proponebat, vt non niſi ab acutiſſimo Lyncæo legi poſſent, quò plures ignoratione peccantes irretitos teneret: Claudius verò Imperij ſucceſſor vno die viginti[3] edicta propoſuit: at nullis tempori-
D bus tyrannis acerbior, aut ſceleratorum multitudo frequentior extitit. Et quemadmodum Ariſtocratia bene conſtituta, per ſeſe laudabilis eſt ac præclara: ita ſi deprauari cœperit, nihil deterius fieri poteſt: eóque magis ſi nobiles ac potentiores in plebeiorum ac tenuium perniciem conſpirent: vt olim factum legimus, cùm ad optimatum cœtum ciues applicarentur, ſe plebis ac popularium hominū hoſtes futuros iurabant, quod non tam ad plebeiorum, quàm ad nobilium ac potentium perniciem ſpectat, vt ſuo loco dicemus. Atque hæc de optimatum ſtatu: nunc populare Imperium cuiuſmodi ſit, explicemus.

*De populari ſtatu.* CAP. VII.

RESPVBLICA popularis eſt, in qua ciues vniuerſi, aut maxima pars ciuium ceteris omnibus non tantùm ſingulatim, ſed etiam ſimul coaceruatis & collectis imperādi ius habent: verbi gratia, triginta

7 Plutar. in Pericle.
8 Liuius lib. 4.
9 Liuius lib. 2.
1 l. 2. de orig. iuris.
2 Tranquil. in Caligula.
3 Idem Trāquil. in Claudio.

quinque tribus, ad ſummum Romæ fuiſſe commemorantur: ex his octodecim ſimul coactæ, reliquis ſeptendecem tribubus, ac ſingulis ciuibus, triginta quinque tribuum legem dicere potuerunt. Quamobrem Tiberius Gracchus Tribunuſplebis à Marco Octauio collega petiit, vt magiſtratu prius adbicaret[1], quàm octodecim tribus ſuffragium tuliſſent, vt imperium ei abrogaretur, propterea quòd Tiberio leges Agrarias ferenti intercederet, & populi commoda oppugnaret. Cùm item L. Rullus Tribunuſplebis rogatione Agraria ad plebem lata, peteret vt agrorum publicorũ diribitores eſſent, quos maxima pars ſeptemdecem tribuum id eſt nouẽ tribus, ſuffragio creaſſent, M. Tullius[2] Conſul hanc arripuit reiiciendę legis occaſionem, cùm diceret, Tribunũplebis octodecim tribus, id eſt maiorem populi partem ſuffragio priuare: ſed Tribunus Cõſulem facilè refellere potuiſſet, quia tribunitia rogatione comprehenſum erat, Si plebs, id eſt maior pars XXXV. tribuum, VELLET, IVBERET. ne de rebus leuiſſimis vniuerſæ plebis concio ſæpius conuocaretur. Itidem rogatione Domitia cauebatur, vt ſi quis flamen, pontifex, augúrve moreretur tribus ſeptemdecem conuocarẽtur, vt iuberent quem pontificem à collegio cooptari vellent: ita fiebat vt quos nouem tribus iuſſiſſent ij à collegio cooptarentur. Cùm igitur maximam populi partem diximus, id ad ſuffragia ſingulorum ciuium pertinet, ſi per capita ſuffragia petuntur, vt apud Venetos, Rhaguſios, Genuenſes, Lucenſes, & in optimatum ſtatu fieri conſueuit: ſin per tribus aut per curias ſuffragia leguntur, ſatis eſt maiorem tribuum, aut curiarum, collegiorúmve partem ferre, etiam ſi plures tribus numero ciuium reliquis tribubus inferiores ſint: vt ferè ſemper contigit in popularibus imperiis. Populus enim Athenienſis in decem tribus diuiſus erat, quibus Antigonia ac Demetria adiunctæ ſunt, pro Antigoni ac Demetrij dignitate: rurſum populus in claſſes XXXVI. diſtributus eſt. Hæc pro variis populi incrementis, ac ſuffragiorum facilitate mutantur. Romulus quidem principio populum vniuerſum, qui tum tria circiter ciuium millia capiebat, in tres partes diſtribuit: deinde ſingulas partes in decẽ curias, & vnicuique curionem præfecit: ſuffragia verò per capita ferebãtur[3]: ſed lege Seruia populus in ſex claſſes ex cẽſu & ætate diſtributus eſt: ita vt ſi prima claſſis, in qua locupletiſſimi quiq; cẽſebantur, id eſt, ſi cẽturię quinq; & octoginta quæ octo millia ciuiũ capiebãt in ferendis ſuffragiis cõcordes eſſent, quod fieri poterat, ſi vnius cuiuſq; cẽturię quinquaginta & vnus ciuis idẽ ſentirent, cæterarum claſſium ſuffragia non rogabantur: quòd ſi primæ claſſis duæ tréſve centuriæ non eadem cum reliquis iuberent, ſecundæ claſſis totidem centuriæ ducebantur, ídque toties in ſingulis claſſibus fiebat, quoad octoginta centuriarum numerum impleſſent: rarò ad tertiam & quartam claſſem, rariſſimè ad quintam, vix vnquam ad ſextam[4] perueniri poterat: ſexta verò claſſis ex cẽſu Seruij regis, amplius ſexaginta millia ciuium tenuiorum capiebat, cùm quinque claſſibus ſexdecim tantùm millia ciuium continerentur: quòd ſi rationem ſuffragiorum à Seruio Rege inuectam exactis Regibus tenuiſſent, non fuiſſet popularis ſtatus,

*Non parum refert an per tribus an per capita ſuffragium feratur.*

1 Plutar. in vita Gracchorum.
2 Cicero in Rullum.
3 Liuius lib. 1.
4 Liuius lib. 1. Dionyſ. lib. 4.

ſtatus,ſed optimatum,quia minor pars ciuium in cæteros omnes Imperium habuiſſet. Itaque plebs à patriciis ter ſeceſſit,cùm potentiorum opibus ac libidine tenues premerentur, nec ante deſtitit quàm tribunos libertatis cuſtodes de ſuo corpore creandi ius obtinuiſſet: id autem fieri non poterat,niſi omnia omnium ſuffragia æquarentur:inde comitia tributa primùm haberi cœperunt:& quoniam patricij ac locupletes per tribus diſperſi,tenues ac plebeios magna ex parte clientes potentiorum,arbitratu ſuo ſuffragia ferre cogebant, latum eſt ad populum ne deinceps tributis comitiis patricij intereſſent: tunc primùm diuiſæ ſunt plebis ac populi appellationes: populus Senatum, patricios, & plebem complectebatur:tunc etiam diuiſa plebs eſt in octodecim tribus,ac paulatim eò vſque incrementum accepit vt triginta quinque cenſerētur: quibus tandem ſumma Reipublicę, omniúmque legum ac magiſtratuum creādorum data poteſtas eſt, exceptis Conſulibus, Prætoribus ac Cenſoribus, qui quòd maiores erant magiſtratus, maioribus,id eſt centuriatis comitiis,creabantur,populo per claſſes,vt antea diximus, diſtributo. Et quoniam libertinorum & eorum qui adoptione iura ciuitatis conſequebantur,tanta erat multitudo,vt antiquorum ciuium ſuffragia longè ſuperaret(id quod ab Appio Cenſore factum[6] eſſe diximus,vt à plebe quæ vellet faciliùs impetraret, Fabius Maximus cenſor,gratiam Appij fraude collectam effudit, cùm libertinos omnes, & qui ab iis ſtirpem duxerant in quattuor tribus coëgit,vt antiquorum ac ingenuorum ciuium ſuffragia tueretur: quo facto Maximi cognomentum eſt adeptus, quia id ſine ſeditione,confeciſſet. Tādem Seruius Sulpitius Tribunus plebis trecenteſimo poſt anno libertinos in tribus eorum, à quibus libertatem adepti erant[7],cēſeri voluit, ſed ante rogationem perlatam occiſus eſt,poſtea tamen id factum[8] eſt, Mario vrbe potito,vt patriciorum ac optimatum minueret auctoritatem.Idem antea Demoſthenes, Athenis,ſed[9] fruſtrà tentarat poſt cladem Cheronenſem, rogatione ad populum lata, vt incolæ ac libertini in ciuium numerum cenſerentur,ſed antiquata rogatio eſt,tametſi non plures eſſent viginti millibus ciuium. At etiam ætate Periclis cùm tredecim millia cenſa fuiſſent,quinque millia peregrinorum, qui pro ciuibus in cenſum irrepſerant[1], ſub iugum miſſa ſunt: atque hæc præter ſeruorum multitudinem,quæ decuplo maior fuit,quàm ciuium. Ex quo perſpicuum fit nullam fuiſſe Rempublicam adeò popularem,in qua ſubditi iura ſuffragiorum ex æquo haberent: & quibus id iure datum eſſet, magnam partem abfuiſſe: cùm verò tributim comitia haberentur interdum vnius tribus ſuffragia, quæ mille ciues capiebat, tribui decem millium exæquabantur, & qui gloriæ cupidiores erant, capita tribuum ſordibus aut gratia corrumpere conſueuerāt,cùm minima pars ciuium comitiis adeſſet. Idcirco ſæpè cauebatur in ferendis legibus ne iis derogaretur, niſi ſex millia ciuium comitiis interfuiſſent, vt ſæpè videre eſt apud Demoſthenem: nam oſtraciſmo nullus erat locus, niſi ſex millia ciuium in eadem ſuffragia conuenirent,vt Plutarchus ſcribit:quæ tamen populi minima pars erat. At Venetorum[2] legibus quæ maioris

B C D (margin letters)

6 Liuius lib.6.& Florus epit.20.
7 Florus epit.77. & 9.
8 Idem epit.84.
9 Plutar. in Demoſthene.
1 Plutar.in Pericle.
2 In ſtatutis Venet.

ſunt ponderis ac momenti ſanciri ſolet, ne iis derogari poſſit, niſi mille ciues ſuffragiis ferendis affuerint, & ex eo numero octingenti ſecum ipſi in eadem ſententia conueniant. Quam quidem ad rem leges Romanorum, quæ de corporibus & collegiis[3] latæ ſunt adhibuiſſe videntur, in decretis etenim collegiorum duos trientes collegarum adeſſe, & ex iis plura ſuffragia congruere neceſſe eſt. Vix autem omnibus Venetorum comitiis, quæ modò noſtra ætate coacta ſunt, mille quingẽti ciues affuerunt[4]: cùm igitur lex mille ciues adeſſe iubet, duos trientes ciuium qui ſuffragiorum ius habent adeſſe vult, & ex iis octingentos in vnam ſententiam conuenire, quod ideò factum opinor, quòd octingenti ciues maiorem mille & quingentorum ciuium partem efficiunt, cùm ſingula ſuffragia ducuntur, vt Venetiis fieri ſolet: non autem tributim aut centuriatim: vt Romani qui etiamnum ſuffragia tribuum confuderunt vſque ad legem[5] Fuſiam, quæ lata eſt anno ab vrbe condita DCXCIII. quò minùs quid quæque tribus iuſſiſſet intelligeretur ad vitandas ciuium inter ipſos contentiones. Sic Argentina Germanicarum ciuitatum maximè popularis, & Metenſium ciuitas, tametſi in Francorum poteſtatem venerit, curiatim tamen ſuffragia ferunt, vt Reſpublicæ quoque Rhætorum tres populares curias cogunt ad comitia creandis magiſtratibus ac legibus ferendis: ea tamen ratione vt maiores curiæ maiorem ferant partem ſuffragiorum. Aliter Heluetij montani, ſcilicet Vrani, Suitenſes, Vnderualdi, Tugij, Glarenſes, Abaticellani, qui quòd maximè omnium populares ſunt, comitia, in apertis ac patentibus locis habere ſolent ac ſuffragia viritim ferre, qui modò ciues annum decimum quartum attigerunt, veterique Athenienſium χειροτονείᾳ manibus elatis ſuffragantur: ſed id rariſſimè, id eſt in Amano principe ciuitatis, ac in Senatu legendo, cæteríſque magiſtratibus mandandis, ſæpius etiam imperia continuantur: nam Amanis (qui ferè ſemper toto triennio principatum exercet) ſtans pro concione, veniam à populo precatur, ſi quid in magiſtratu gerendo peccauit: deinde tres ciues deſignat, ex quibus vni populus in annum ſequentem imperium tribuit, deinde legatum ei ſubſtituit Cancellarium, poſtea Tribunum ærarij. Si quid inopinatum occurrat, comitia extra ordinem coguntur. Hoc autem Rhætorum Reſpublicæ ab Heluetiis differunt, quòd hi quaſi manu ſe duci patiuntur, vt qui capita ciuitatis vnius pellexerit, totam ciuitatem in ſuam ſententiam facilè ſe pertractum iri confidat: Illi verò nec precibus, nec illecebris magiſtratuum, commouentur, niſi quis curias ſingulas populariter demulceat. Id quidem facilè intellectum eſt à legatis Francorum, qui regem per literas admonuerunt[6] Rhætorum curias à Francorum ſocietate penè deſciuiſſe, ac iam Hiſpanos plura ſuffragia tuliſſe in curia Cadeorum: ſed paulò poſt detecta fraude populus duci iuſſit ciues factionis Hiſpanorum, qui quæſtione adhibita peculatus damnati ducenta ſeſtertia[7] ærario publico dependerunt: quo facto legati XXVII. ab Heluetiis & Rhætis in Galliam renouandæ ſocietatis cauſa venerunt. Hæc popularium ciuitatũ exempla propoſuimus, vt popularium Rerumpublicarũ vis & natura meliùs intelli-

3 l. nominationũ. de decurionib. C. l. vlt. quod cuiuſq; vniuerſitatis. ff.

4 ex hiſtoria P. Bembi.

5 Dio lib. 38.

6 anno 1565.

7 decem aureorum millia.

intelligeretur. Eſt igitur Reſpublica popularis in qua populi pars ma-
xima, ſeu viritim, ſeu centuriatim, ſeu tributim, ſeu curiatim ſuffragia
ferantur, iura maieſtatis habet. His tamē diſſentanea ſcribit Ariſtoteles[7], 7 lib.4.c.1. Ariſtotelis ſententia.
nec ſtatum popularem ex eo metiendum putat, ſi maxima populi pars
ſummam habeat poteſtatem: deinde exemplum affert eius ciuitatis in
qua mille ſint ac trecenti ciues: ſi ex his mille locupletes imperio præ-
ſint, cæteris excluſis, ſtatum popularem eſſe negat: nec Ariſtocratiam
iudicari putat oportere, in qua paucis ciuibus ſumma poteſtas tribua-
tur, niſi opibus quoque cæteris præſtent: ad extremum ita cōcludit: ſta-
tus popularis eſt, in quo tenues imperant, etiamſi à cæteris ciuibus nu-
B mero longè vincantur Ariſtocratia in qua potentiores dominantur, e-
tiamſi tenues non ſolùm opibus, ſed etiam numero ſuperentur: nec
vulgarem opinionem quæ aliter ſtatuat, ſibi probari ſcribit. Ita quidem
Ariſtoteles omnium non modò philoſophorum, ſed etiam populorum
ſententiam in Ariſtocratia ac Democratia definiēda conuellit, vt ſuam
vnius tueatur: quæ certè ſi locum habeat, omnia quæ de vtroque ſtatu
in diſciplina de Republica præcipiuntur vno corruent & eodem mo-
mento. Decemuirorum enim, qui legibus ferendis creati fuerant, quam
omnes[8] ſcriptores oligarchiam appellant, popularem ſtatum appellare 8 Dionyſius Halycarnaſ. Liuius, Plutarchus.
licebit: cùm opibus in ſumma Reipublicæ inopia minimè præſtarent: &
ex rerum gerendarum peritia ſelecti fuiſſent: recuperata verò populari
C libertate Ariſtocratiam appellare oporteret. Idem etiam iudicādum eſ-
ſet, ſi xx. millia ciuium locupletiorum ſumma poteſtate fruantur: quin-
gentis ab inopia ſemotis: contrà verò ſi quingenti illi ciues, egeſtate op-
preſſi, cęteris locupletibus imperent, ſtatum popularem appellare opor-
teret. Ita quidem Ariſtoteles Apolloniam, Theram & Colophonem
populares ciuitates vocat, quibus indigentiſſimi ac pauciſſimi ciues do-
minabantur. Longius etiam progreditur, cùm popularem ſtatum eſſe
negat, in quo maxima pars ciuium dominationem Reipublicæ adepta,
magiſtratus & honores formoſiſſimis, aut longiſſimis quibúſq; ciuibus
tribuat: in quo dupliciter peccatur; tum in eo quòd popularia imperia
cum optimatum imperiis commutat: tum etiam quòd formam Reipu-
D blicæ magiſtratuum & honorum adeptione metitur: cùm ſtatum Rei-
publicæ ex eorum perſona, qui iura maieſtatis habent terminare debea-
mus, vt antea dictum nobis eſt. Atque hæ quidem abſurditates, ac multò
maiores ex eo ſequuntur, quod Ariſtoteles gubernandæ ciuitatis ratio-
nem pro ſtatu Reipublicæ vſurpauit: cùm tamen fieri poſſit vt ſit regalis
ſtatus, ac nihilominus populariter gubernetur, quando ſcilicet princeps
omnia omnibus ciuibus imperia, magiſtratus, honores, præmia, pœnas
ex æquo largitur, nulla virtutis, aut nobilitatis, aut diuitiarum habita ra-
tione, moderata verò monarchia optimatū ratione dicetur, ſi rex idem
virtute, aut opibus, aut nobilitate præſtātes ciues, ad curationes & impe-
ria vocaret: quòd ſi populus rerum dominus, honores, ſacerdotia, ma-
giſtratus patriciis tantùm tribuat, vt Romæ factum eſt, vſque ad legem
Canuleiam, ſtatus quidē popularis futurus eſt, ſed Ariſtocratica guber-

natione moderatus: ſin optimates in ſumma poteſtate cōſtituti, plebeiis tantū honores & imperia largiantur, ſtatus erit Ariſtocraticus populariter inſtitutus: cōtrà verò ſi populi vniuerſitas dominatum adepta, omnibus ciuibus, omnia Imperia, magiſtratus, curationes concedat, aut ciues omnes viciſſim ſorte ad imperium vocētur, ſtatus maximè omnium popularis futurus eſt, ac populari gubernatione conſtitutus: quod Athenis factum eſt[9], Ariſtidis iuſti rogatione, qua ciuibus omnibus ad omnes magiſtratus aditum patere voluit, nulla cenſus, aut nobilitatis prærogatiua, contra quam lege Solonis cauebatur, vt in tribuendis honoribus & imperiis ratio cenſus haberetur: quòd ſi optimates ac locupletes ſummam poteſtatem adepti, ſemotis tenuibus ac plebeiis omnibus, honoribus ac Imperiis ſoli fruantur, ſtatum non modò optimatum appellabimus, ſed etiā Ariſtocratica ratione moderatum. Hic mihi occurrat aliquis in ea ſententia quam tueor fuiſſe ante me neminem: id quidem agnoſco, nec dubito pleriſque nouum videri, ſed tamen neceſſarium eſſe ſtatuo, ad vniuerſam de Republica, quam tractamus diſciplinam, aut in errores inexplicabiles, miniméque ferendos implicari, quibus Ariſtotelem ipſum irretitum videmus, ſenſus ipſos ac rationes neceſſarias oppugnantem. His autem fundamentis malè iactis, nihil ſuper extrui poteſt, quod firmum ſit, aut ſtabile futurum. Ab his etiam fontibus confuſa Rerumpublicarum genera, quæ prius refutauimns, dimanarunt. Statuamus igitur tres tantùm, nec plures Rerumpublicarum formas, ſimplices illas quidem, nec vlla confuſione permiſtas: id eſt iura maieſtatis, omnia omnibus ſimul coaceruatis ciuibus, aut minori ciuium parti, aut vni tribuamus: temperatio verò ſit illa, cùm in vnius ſtatu honores & imperia omnibus, aut in populari poteſtate, optimis aut nobiliſſimis tantùm, aut in optimatum imperio tenuibus æquè ac diuitibus cōmunicantur: qua quidem temperatione iura maieſtatis, non propterea diuelluntur, nec Monarchia Democratiæ, nec Ariſtocratia vtrique permiſcetur: ſed quodammodo inuiolabilis ſtatus vniuſcuiuſque moderatus perſtat cùm ciues inter ſe & cum Republica huiuſmodi gubernatione copulantur: tametſi ſtatus popularis, alius alio plus habet popularitatis, vt ſic loquar, vt tyrannides aliæ aliis crudeliores ſunt: & optimatum poteſtates aliæ aliis acceptiores, ac plebi gratiores, non propterea tamen miſcentur. Nam Heluetij montani adeò populares ſunt, Vrani, inquam, Suitenſes, Vnderualdi, Tugij, Glarenſes, Abbaticellani, vt non modò penes vniuerſos, modò puberes, ſumma ſit Reipublicæ poteſtas, verū etiam magiſtratus omnes ac maxima quæque imperia ſellurariis & opificibus tribuantur: ac ne mœnibus quidem aut vllis propugnaculis ciuitates muniantur: cęteri minus ſunt populares: tametſi enim Bernates ac Tigurini ex opificibus pleriſque ſenatum conſtituunt, maximos tamen in Republica magiſtratus ex patriciis, aut certè ex iis qui generis antiquitate clariores ſunt, creare ſolent: quo fit vt hi ſtabiliores ſint, ac ſeditionibus quàm illi minùs opportuni: Rhætorum verò comitia nimis illa quidem popularia, difficilimè reguntur, & commota vix placantur. Nam libertatis popu-

[9] Plutar. in Ariſtide.

popularis hęc ſumma eſt, vt omnes omnibus æquari poſſint, nec aliter parere velint, quã ea conditione, vt viciſſim imperent iis quibus paruerunt: ac ne ſic quidẽ in officio cõtineri poſſunt, niſi valdè neceſſaria iuſtáque præcipientibus, aut largitionibus ac verborum illecebris demulceantur. Cùm verò multi multis virtutibus, opibus, ac nobilitate excellere nequeant, ferè fit vt nobiles, locupletes, virtute præſtantes multitudo inuidia quadam & animo ipſa maleuolentia ieiuno inſectatur: tum ſi quis generoſo ac præſtanti animo plebis intemperanter libertate abutentis libidine frenos iniicere audeat, húc mulcta, exilio, proſcriptione, morte deniq; dãnare non dubitẽt: eóq; magis ſi locuples erit, aut imperium
B affectare videatur: ac ſæpe fit vt potentis vnius ſuplicio vel cæde plebs elata in cæteros quoque violenter prorumpat: idque potiſſimum ſi armis tentata res eſt, ac optimates potentia plebis frangantur: vt contigit poſt Sempachiam cladem qua Heluetiorum, qui montes accolũt, nobilitas penè tota occubuit: cæteri ferre liberum exilium quàm plebis direptionibus & contumeliis patere maluerint: nam quòd Bernates ac Tigurini nobilium illuſtres familias habent, id mirum videri debet nemini, cùm ſecuritate maxima, ac ſine vi, exhauſtis ciuilibus bellis contraxerint cum victoribus ſocietatem: moderatius tamen Heluetij libertate populari, quàm olim Græci aut Itali vſi videntur, qui ſæpe nouas tabulas petebant, aut à debitoribus commota ferè plebis in creditores ac lo-
C cupletes irruebãt, ac domos expilabant, eóſque ad agrorum æquabilem diuiſionem compellebant, interdicta pecorũ & agrorum vltra modum acquiſitione, à quibus Heluetij ferè ſemper abhorruerunt. Ac tametſi congiaria principum ac peregrinorum munera in quibuſdam Heluetiorum ciuitatibus, non in ærarium publicum coguntur, ſed plebi diuiduntur, vt quò plures quiſque liberos habeat, eò plus habeat emolumenti: nihilominus tamen cùm Glarenſes à [1] Morleto regis Francorum legato peterent, vt priuatæ penſiones quas à rege potentiores accipiebant omnibus ex æquo, vnà cum publica penſione, diuiderentur, quod Henrichus rex ſeſe facturum negauit, ac potius de ſua munificentia tantundem detractum iri teſtatus eſt, quàm priuata publicis miſceri pate-
D retur. At etiam Græcorum eò vſque progreſſa eſt licentia, dicam an amentia, vt eos in exiliũ mitterent, qui cæteris virtute præſtarent, teſtis eſt Ariſtides iuſtus, teſtis Damon Athenienſis vterque, teſtis Hermodorus Epheſius, quod quid aliud eſt quàm ab radicibus virtutem ipſam excindere conari? at illi verebantur, ne virtutis ſplendor clariſſimus in vno ciue, aliorum oculos ac mentes ita præſtringeret, vt libertatis obliti excellenti virtute viro ſeruire quàm imperare mallent: eóque magis metuendum videbatur, ſi cum virtute generis nobilitatem aut potentiam, aut rerum gerendarum vſum coniunxiſſet, qui aut volẽtibus, aut inuitis ciuibus libertatem de manibus, adhibita vi, extorqueret. Optimates enim quòd virtute, vel opibus, vel generis antiquitate præſtant, honoribus etiam ac Imperiis prępollere fas eſſe putant, ac propterea ſeipſos à fece plebis ſeduci ac ſeiungi ſemper cupiunt. Cùm igitur tantoperè inter ſe

[1] anno. 1550.

diſſideant principes, & optimates, ab infima plebe, vix eſt vt eos vlla ratione æquare, aut Imperiis & honoribus exæquatos inter ſe & cum Republica conciliare poſſis. Quamquam Solo id effecturum ſe iactabat, ac ſi legum ferendarum ius haberet, leges potentibus ac tenuibus, patriciis ac plebeiis æquabiles laturum: optimates quidem Solonẽ de Geometrica æquabilitate, intelligere putabant: plebs autem ad æqualitates arithmeticas dictum illud trahebat: ita factum eſt vt Solonem vtrique amplexi legibus ferendis ac Reipublicæ Athenienſium conſtituendæ præficerent. Sed hæc, & quæ quanque Rempublicam commoda aut incommoda ſequantur, ſuis locis fuſius explicabuntur: nunc ſatis eſt Rerumpublicarum deſcriptiones ac genera, & quid cuiuſque proprium, B quid alienũ, quid commune ſit, quis item in vnaquaque Republica iura maieſtatis habeat, qua fieri potuit breuitate tradidiſſe, nunc Reipublicæ partes ac veluti membra ſingula, quæ principi Reipublicæ, quaſi capiti illigantur, ſenatum, inquam, magiſtratus, curatores, collegia, corpora, ordinéſque ciuium, quo propoſuimus ordine perſequamur.

FINIS LIBRI SECVNDI.

# DE REPVBLICA,
## LIBER TERTIVS

B

### *De Senatu* Capvt. I.

SENATVS eſt legitimus eorum cœtus qui de Republica, deque iis qui ſummam Reipublicæ poteſtatem habent conſilium capit. Sic ordo poſtulat, vt poſteaquam de iis qui iura maieſtatis habent, dictum ſit, de Senatu deinceps, veluti de præcipua potiſſimáque, poſt principem, Reipublicæ parte diſſeratur. Non quia omnino conſiſtere Reſpublica ſine Senatu non poſſit: tanta eſt enim interdum Principis ſolertia, vel ſuſpecta ſuorum æquè ac exte-
C
rorum fides, vt ſeipſo meliorem ac prudentiorem quem conſulere poſſit, habeat neminem: vt quidem de Antigono [1] Aſiæ Rege: de Ludouico xi. Rege [2] Francorum, cuius veſtigiis inſiſtere Carolus v. Imperator non dubitauit: itémque de C. Cæſare [3], qui rerum gerendarum tam occulta conſilia capere cõſueuerant, vt prius confectæ res eſſent, quàm cõſilium cæptum putaretur. Ita res maximas illi bello ac pace geſſerunt, potentiſſimorúmque hoſtium opes, quas nulla vi potuiſſent, ſapientiſſimis conſiliis fregerunt: qua re hoſtibus terribiles ac metuendi videbantur, quorum exercitus ex improuiſo ſæpius nihil tale ſuſpicãtes fuderunt ac proſtrauerunt. Ita duces ac milites talium Principum prudentia freti, ad o-
D
mnes opportunitates expediti erant ac parati, vt momento Principis iuſſa exequerentur: perinde vt corporis humani membra aptè coagmentata rationis vnius arbitrio ac volũtati, etiamſi eius conſiliis participes non ſint, obſequuntur tamen. Et quidem à pleriſque [4] nulla ratione dubitari videc, vtrũm præſtabilius fuerit Principem ſapientiſſimum Reipub. ſiue Senatu præeſſe, quàm ſtupidum & ad Imperandum ineptum hominem prudentium ſenatorum multitudine abundantem, ſapientibus quidem neutrum horum probatur. Sed ſi tanta eſt principis virtus ac ſapientia, vt alienis conſiliis carere facilè poſſit, nihil magis optandum, quàm vt rerum gerendarum conſilia quoad eius fieri poterit quàm maximè occulta ſint, quoniam prodita ac patefacta, clariſſimas ciuitates ac Imperia funditus euerterunt. Quamobrem prudentiſſimi quique Principes ita ſe comparant, vt quæ minimè omnium fieri cupiunt, ea identidem

1 Plutarc. in Demetrio.
2 Philippus Cominius.
3 Tranquil in Cæſare
4 Lampridius in Seuero.

ſe iactent eſſe facturos. Quid autem à ſtupido ac ſtulto Principe ſperandum eſt, vt ſapientum cœtus ad conſilium arceſſere velit, cùm ſapientiæ argumentum in principe nullum maius ſit, quàm ſapientium virorum delectum habere, vt eorum conſiliis vti frui poſſit? Cùm igitur ſapientiæ decus ac ſplendor rariſſimè inter mortales eluceat, rariùs etiam inter Principes, quos immortalis Dei munere & conceſſu hominum generi datos gratis animis excipere debemus: nihil maius ac melius optandum reſtat, quàm vt prudentium hominum conſiliis, ac prudentia, à qua deſeruntur, vti velint: alioqui inanis ſit eius Principis ſapientia, qui ſtultorum & improborum hominum corona circunſeſſus, Rempublicam opprimi patiatur. Optimis igitur conſiliis non ſolùm in rebus grauiſſimis, B ſed etiam in mediocribus ac minimis (quanquam nihil minimum debet videri quod ad Rempublicam ſpectet) Principem vti oportere iudicamus: quia nihil tanti ponderis eſt ac momenti ad res agendas in omni Rerumpublicarum genere, quàm Senatus auctoritate & conſilio decerni: eóque magis ſi dubitetur vtile ſit nec-ne id quod Princeps fieri velit. Id quidem omnium optimè Carolus v. Rex Francorum is qui ſapientis cognomentum adeptus eſt, facere ſolebat. Cùm enim Anglos qui Aquitaniæ arces & oppida omnia fiduciæ titulo tenebant, regni finibus expellere vellet, rebus omnibus ad ea quæ geri cupiebat ante comparatis, ſuſcepit Aquitanorum querelas aduerſus Prætores Anglorum, qui prouocantes ad regem, vt Britiniaco fœdere exceptum erat, C malè mulctauerant. Rex ſiue conſulto quæſitam, ſiue temerè oblatam arripuit occaſionem: ſed optimatum ac populi, quorum opibus vtēdum erat, autoritate & conſilio bellum geri placuit. Itaque Principes vniuerſos in curiam Pariſiorum conuocari iuſſit, teſtatus ſe eorum conſiliis ac ſapientia opus habere, vt quę à ſe minus ſapienter geſta fuiſſent eorum animaduerſione caſtigarentur. Bellum illud eo conſilio decretum, felici exitu confectum eſt. At cùm ſubditi vel ſine conſilio, vel cōtra Senatus decreta res geri perſpiciunt, tunc ea aſpernantur, ac pro nihilo ducunt, aut timidè ac molliter imperatorum & magiſtratuum iuſſa exequuntur: legum autem ac magiſtratuum contemptum ſequuntur populi ſeditioſæ voces, & aduerſus Principes ipſos coniurationes ac defe- D ctiones. Eam ob rem Hieronymus Siciliæ Rex vnà cum proximis & amicis omnibus crudeliſſimè interfectus eſt, tum quòd impotenter ac ſuperbè dominaretur, tum etiam quòd Senatum nulla de re cōſuleret. Sic enim Liuius, Regnante, inquit, Hierone, manſerat publicum conſilium: poſt mortem eius nulla de re neque conuocati, neque conſulti fuerunt. Eodem errore grauiter peccauit Cæſar, quòd non modò in Conſulatu, ſed etiam in Dictatura Senatus conſilio nunquam vteretur: at ne Senatui quidem vniuerſo (conſtabat autem circiter mille Senatoribus) ad ſe venienti aſſurrexit: nimis arroganter ac ſtultè id quidem, non quòd Cæſar moribus aut natura ſuperbus fuerit, ſed cùm aſſurgere Senatui vellet à Cornelio Balbo adulatore conſiliorúmque omnium participe quò minus id faceret, prohibitus eſt. At meminiſſe debuerat Romulum crea-

torem vrbis ac primum Romanorũ Regem ab ipſis ſenatoribus, vt quidem fertur, occiſum, ac Tarquinium regem eiectum, cùm vterque Senatum contempſiſſet, ac ſuo arbitatu omnia gereret. Quæ res non modò iis, quos dixi, ſed etiam Ludouico XI. Regi Francorum, qui nulla de re Senatum conſulebat, exitioſa fuit, quod cùm hic noſter, quamquam ſerò, intellexiſſet, Carolum filium ita inſtitui voluit, vt literas neſciret, modò tria verba teneret, Latina illa quidem, ſed eiuſmodi, quæ de hiſtoria iure detracta ſint, vt alienis conſiliis potius, quàm ſuis ſapere, ac res gerere conſueſceret. Et quidem ſumma literarum cognitio Principibus ſæpiſſime pernicioſa extitit, niſi bene à natura, meliùs etiam à virtutibus B inſtructi & informati eſſent: quia nihil tam in Principe metuendũ, quàm multa rerum abditarum cognitio cum ſcelere coniuncta. Nullus certè Principum extitit, qui extra rei militaris ſcientiam minùs haberet literarum, quàm Traianus: Nerone verò nullus ferè doctior: hic tamen ſceleribus, ille virtutibus parem habuit neminem: hic Senatum capitaliter oderat: ille omnia Senatus conſilio gerebat. Cùm igitur Senatus in omni Republica tam ſit neceſſarius, quàm in corpore ipſo mens ac ratio, ſine qua corpus ipſum non modò ſeſe regere, ſed ne momento quidem ſubſiſtere poſſit, primùm de ſenatoris virtutibus, deinde quis numerus Senatorum eſſe debeat, & an plura conſilia Reipublicæ neceſſaria ſint, tum quibus de rebus ſenatus conſulendus ſit, poſtremò quæ-nã ſit in Republica Senatus poteſtas ordine diſſeramus. C Principio ſenatum legitimum cœtum eſſe diximus, propter eam, quam à Principe vel populo ſtatis temporibus ac locis coëundi poteſtatem habet. Quibus tamen locis ac temporibus Senatus haberi debeat parum admodum intereſt, cùm rerum gerendarum variæ occaſiones ac opportunitates locum ac tempus ſæpe definiant, laudabile tamen eſt inſtitutum Lycurgi[5] vetantis picturas ad ea loca in quibus Senatus conſilia caperet, adhiberi, propterea quòd rerum earum quæ ſub aſpectum cadunt oblatæ ſpecies, mentem, quæ ad conſilia intenta eſſe debet, ſæpiſſimè diſtrahere ſolent. Adiecimus ad Senatus definitionem eos eſſe oportere, qui pro Republica conſilium capiãt: vt Senatorem diuidamus à magiſtratibus & curatoribus Reipublicæ, D quorum conſiliis ſæpe Senatus ipſe, ſæpius etiam Principes, ſed tamen extra ordinem vtuntur. Senatorem verò à ſenio, vt eodem ſenſu γερουσίαν Græci Senatum vocant: quod ſatis eſt argumenti, Græcos æquè ac Latinos Senatum legere conſueſſe ex ſenioribus, quos noſtra lingua *ſeigneurs* appellat, pro ea, quam ſenioribus maiores noſtri ſemper exhibuerũt obſeruantia: ea ſpe & opinione, vt qui ætate, iidem & ſapientia cæteros ſuperaret: ſic enim in legibus Caroli magni cauetur NVLLI per ſacramentum fidelitas permittatur, niſi nobis & vnicuique proprio ſeniori, patronos intellexit non Senatores: quaſi ſenioribus non iunioribus cultus & obſeruatio debeatur. Nec modò Græcorum ac Latinorum, verumetiam Perſarum, Hebræorum, ac Ægyptiorum moribus ſenes magno ſemper in honore fuerunt: ab his enim ad omnes populos iuſtitia, pietas, humanitas, Reique publicæ bene conſtituendæ ratio, ad omnes populos per-

[5] Plutarc. in Lycurgo

manarunt. Quid diuina lex? cùm enim Senatum Iſraëlitarum Deus conſtituere vellet, Cogite mihi,[1] inquit, ſeptuaginta ſeniores, qui cæteris ſapientia, prudentia, ac ſcientia præſtent: ſapientia quidem pietatem ab impietate, prudentia turpe ab honeſto, ſcientia verum à falſo diuidit. Ac ſi quidem adoleſcentes ſapientia rerúmque gerendarum vſu (quod fieri non poteſt) excellentes haberemus, ex his tamen Senatum, vel potius Iuuenatum legere non modò ridiculum, ſed etiam periculoſum eſſet: quia nec ſenibus, nec iuuenibus huiuſmodi conſilium probaretur: quod alteri id ætatis ſe illis æquales, alteri ſapiētia ſuperiores eſſe arbitrarētur. At in Republica gubernanda non minus, atque haud ſcio an plus opinio valeat ac ſimulatio quā res ipſæ. Opinatur vulgus, & rectè opinatur, aut nunquam, aut rarò admodum iuuenes ſapientia præſtare: atqui ſunt huiuſmodi nec plebem regere, nec improbos ad officium reuocare, nec in concione populi quæ vtilia ac iuſta ſunt perſuadere poſſunt. Nihil autem in ciuitate perniciosius quàm ciues de Senatu déque magiſtratibus malè opinari. Itaque Solo iuuenem ab aditu Senatus arcendum ſibi putauit, quamtumuis ſapientia præſtaret, Græci melius patrio ſermone quàm Latini εἰς καὶ ἄριστα δοκοῖοι γνώμης ἔχειν· & antea Lycurgus è ſenioribus Senatum conſcripſerat. Hinc beneficia, honores, vacationes munerum à legibus huic ætati tribui videmus: tum propter corporis imbecillitatem, tum etiam propter ſapientiam & rerum gerendarum vſum. Nec propterea tamen omnibus id ſenibus tributum eſt: at ne iis quidem qui cùm antea virtute, ac ſapientia excellerent eorū ætas ſic ingraueſcat vt mens ipſa vel ægrotare, quod quidem Hippocrati viſum eſt, vel à iudicio & ſapientia deſeri, vel inſtrumentis ad ratiocinandum natura datis vti non poſſe videatur. Hos enim Plato, qui ſeniores Reipublicæ cuſtodes fecit, à publicis muneribus & conſiliis quaſi liberam vacationem daret, ſeducendos eſſe putauit. Quamobrem literis ſacris non ſolùm ſeniores in Senatum conſcriptos, verumetiam ſapientia ac virtutibus omnibus ab immortali Deo cumulatos videmus, quos propterea Hebræi non זקנים ab ætate ſenili, ſed à ſapientia חכמים poſteriores corrupta Græcorum voce Sanedrim appellant. M. Tullius eleganter, vt omnia, Senatum mentem, rationem, intelligētiam Reipublicæ dixit: nec minus Reipublicæ neceſſarium Senatum eſſe putauit, quàm humano corpori ad ſe ſuſtentandum, & ad intelligendum, mentem ac rationem. Ex quo quidem ſatis innuit, Senatores diuturno rerum gerendarum vſu, qui indocilis eſt, ad prudentiam & ad rerum maximarum diiudicationem comparatos eſſe oportere: nam quæcunque in bello ac pace, quæ in legibus ſanciendis, quæ in deſcribendis ciuium ordinibus, quæ in conformandis populorum moribus, quæque omnino in conſtituenda Republica præclarè geri videmus, à mentis agitatione & conſilio prudenti omnia proficiſcuntur. Quamobrem Græci τὸ ἱερὸν τὴν βουλήν, quaſi recto conſilio nihil ſacratius eſſet, Hebræi יסוד quaſi fundamentum rerum omnium aptiſſimè appellant: quibus verbis ſignificant rectis conſiliis, & ſapienti Senatu ſublato quaſi Reipublicę concuſſis fundamētis omnia ſurſum deorſum ruitura.

B C D

1 Deut. cap. 1. voces Hebraico hacanim nebonim, & Iodchim habent emphaſim, maiorem quàm Gręcę aut Latinæ illud verò ידועים bifariā legi pōt, iaduhim ideſt ſpectatæ integritatis, vel Iodehim ſcientes. nam Iodeha actiuum ſcientem: Iadua cognitum & probatū iiſdem literis --ידוע

ruitura. Sapientiæ ac prudentiæ nominibus quoties vtimur, ſemper cum fide ac iuſtitia cõiungi volumus, neque enim minus, atque haud ſcio an magis perniciosũm ſit ex improbis ac flagitioſis hominibus, quantumuis rerum gerendarum vſu & experientia valeant, quàm ex imperitis, Senatum conſcribi: hi quidem ſi non prodeſſe, certè quidem Reipub. valde nocere non poſſunt: illi perditis conſiliis vt ſeipſos vlciſcantur, Rempublicam euertere non dubitant, dum inter medias Reipublicæ ruinas ſoli conſiſtere poſſint, ac ſæpiſſimè competitorum ſententias, tametſi Reipublicæ ſalutares acerrimè oppugnant, & odia priuata ad Reipublicæ exitium cõparant, vt nihil aliud ferãt, quàm ciuitati luctuoſiſſimum
B de aduerſariis triumphum. Aliud item genus eſt Senatorum, qui nec inuidia, nec odio, nec amore cuiuſquam ducuntur, ſed pertinacia quadam ab ea, quam adamauerunt ſententia diuelli ſe, aut rationibus vllis perſuaderi nunquam patiantur: ac ſæpe argumentorum vi ac multitudine armati veniunt in Senatum, quaſi ad hoſtes debellandos, ne vel in dicendo peccaſſe, vel ſententiam mutaſſe videantur. Peius etiam qui cuiquam aſſentiri turpe, ac præclarè ſecum agi putant, ſi vt clauum clauo, ſic opinionem opinione trudant: qua peſte haud ſcio an vlla capitalior cogitari poſſit, nec minus ab ea fugiẽdum, quàm nauigantibus à ſcopulis & præruptis ſaxis, quæ medio mari interdum occurrunt. Et quemadmodum prudens Gubernator, ſi portum tenere tutò nequeat, ventis obſequitur,
C ac vela remittit, ne vi tempeſtatis abreptus naufragium patiatur, quouſque compoſitis fluctibus ſecundi venti flare cœperint: ita nec ſapientibus vnquam laudata eſt in vna ſententia, cùm de Republica deliberatur, perpetua permanſio, id quod non modò cum animi peruicacia, verumetiam cum arrogantia coniunctum eſt: contrà verò mutare interdum ſententiam, non modò laudabile, ſed etiam vtile ac Reipublicæ ſalutare eſt, & ad nouos caſus temporum, nouorum conſiliorũ rationes accommodare, cõcordibus ſuffragiis imperitorũ interdum opinionẽ laudare. Quare prudẽter Thomas Maurus Anglorũ Cãcellarius, qui in ea, quam opinione ſibi finxerat Vtopiorũ Republica, quæ in Senatu decernenda forẽt, eorum diſceptationem differri voluit in proximum ſenatum, nec
D eodẽ die quo propoſita fuiſſent diiudicari: nec iis quibus à ſuſcepta ſententia diſcedere turpe videtur, in eo quod temerè fortaſſe dixiſſent perpetuò permanerent. Senatorem igitur in limine Senatus, odium in aduerſarios, gratiam aduerſus amicos, peruicaciam & arrogãtiam ex ſe ipſo exuere oportet, ea ſolùm intuẽtem quæ vel ad immortalis Dei cultum, vel ad Reipublicæ commoda ſpectant. In quo quidem laudabile commemoratur inſtitutum Lacedæmoniorum[1], qui quæ de Republica ſemel decreta fuerant ita tuebantur, vt quæ antea probauerant, ipſi oppugnarent: quia non licebat de legibus ſemel ſuſceptis diſputare: quod poſtea Achæorum[2] ac Florentinorum[3] Reſpublicæ à Lacedæmoniis vtiliter traxerunt: literarum verò cognitio ſemper eſt Senatori neceſſaria ac potiſſimum antiquitatis & Rerumpublicarum diſciplina: vt omittam legum domeſticarum ſcientiam, qua quidem vacare non debet: magis

1 Plutar. in Lycurgo.
2 Liuius lib. 32.
3 Guichardin.

tamen neceſſaria fides, iuſtitia, integritas: quarum virtutum adiumento, quæcúnque volet ſine multa eloquentia facilè perſuadebit. Sed hoc imprimis ſenatori cauendum, ne peregrinorum Principum largitionibus deprauari ſe, aut vlla fiducia, beneficióve illigari patiatur: quod tametſi capitale eſſe debet, nihil tamen frequentius in omnium oculos incurrit, excipio Venetiarum ciuitatem, quæ ab hoc ſordiũ genere adeò purum habet ſenatum, vt etiam ſacerdotes, quantumuis ciues ac patricios ob id à comitiis procul arceant, quòd iurati putantur nihil contra Romani Pontificis vtilitates & commoda ſe facturos: contritum eſt illud quod ante ſuffragia ciues in comitio acclamare ſolent, FORA I PRETI. Quinetiam Hermolaum Barbarum (quem virum?) ac non ita pridem Cardinalem Mulanum exilio damnarunt, quòd cùm legationem apud Pontifices Romanos obirent, in collegium Cardinalium cooptari ſe paterentur iniuſſi. Ego verò triginta quinque Cancellarios huius Imperij, nec pauciores in Anglia ex antiquitatibus commemorare poſſum in Cardinalium cætum, aut in collegium pontificum cooptatos. At etiam apud Polonos, quia Gneſnenſis Pontifex, regni Cancellarium ſe ferebat, neceſſe fuit Regibus procãcellarium arbitrio ſuo creare, qui nulla iuriſiurandi obligatione Pontificibus Romanis teneretur. Principum autem familiariſſimos ac legatos donis ac largitionibus, tum ciuium, tum peregrinorum effuſis, corrumpere tranſlatitium eſt, ſemper excipio Venetos, ídque tam apertè, vt etiam Cotignacus Francorum apud Turcas legatus, Græcam vxorem iniuſſus acceperit: alius item, nec multò poſt, ſororem Valachiæ Principis Mehemeto Baſcia, & Naxi duce annuẽtibus, vxorem ducere non dubitarit: & quoniam Valachiæ Princeps ab iis filiæ nuptiis, quas antea inuitus probarat abhorreret, regnum illud ei ereptum eſt, ac Bathoro, qui nunc Polonorum ſceptra moderatur, cõceſſum. Hæc in Republica bene conſtituta minimè ferenda ſunt. Atque hæc præcipua mihi viſa ſunt optimi Senatoris ornamenta. Eſt vbi generis antiquitas ac familiæ decus ſpectatur, vt Venetiis, Rhaguſię, Nurembergiæ, id etiam apud Polonos cautũ eſt lege Sigiſmundi Auguſti, anno M.D.L. vt nemo Senator legeretur, niſi qui patre nobili natus eſſet. Alibi cenſus ſpectatur, vt quondam apud Athenienſes lege Solonis, & in pleríſque Græcorum ciuitatibus, vt & noſtra ætate apud Genuenſes Doria lege, certè Auguſtus neminem in Senatum admiſit, niſi qui vicies ſeſtertium in cenſum retuliſſet: quibus autem ad cenſum opes defuiſſent, ſuppleuit: non quia opes ad conſilia pro Republica capienda neceſſarias arbitraretur, ſed ne tenuitas & inopia, ſenatorium decus labefactaret: néve cæteri ſuis opibus elati, tenues contemnerent: vt ferè fit in optimatum ſtatu, vbi Senator cenſu legitur. Vetere autem Romanorum inſtituto, nemo Senator fiebat, niſi qui magiſtratus & honores in Republica geſſiſſet. Quare Cenſores quinto quoque anno in ſenatorium ordinem ferè legebant eos omnes qui magiſtratum geſſerant: id eſt qui Conſules, Prætores, Ædiles, Curules, aut ad ſummũ, Quæſtores fuiſſent. Et quoniam Mariana clade nonaginta Senatores cæſi fuerant, Sylla Dictator factus,

*Senatorum propria.*

B C D

factus, vt Senatum ordinem, cui fauebat ſuppleret, viginti[5] Quæſtores creauit: Cæſar quadringinta[6], vt eodem momento Senatores fierent, & ſententiæ dicendæ ius haberent, quod[7] antea non licebat, niſi à Cenſoribus lecti fuiſſent. Qui certè mos laudabilis eſt, ac in omni Republica bene conſtituta, probandus. Nullus enim in Polonia Senator, niſi Palatinus, Pōtifex aut Caſtellanus ſit aut antea fuerit, legationémve obierit, aut Imperator exercitum duxerit. Nec verò in Senatum Principis Turcarum cuiquam patet aditus, præter quam quatuor Imperatoribus bello gerendo creatis, quos ipſi Baſcias appellant, duobus Cancellariis, ſeu Cadileſchieris, ac duodecim prouinciarum præfectis, ſeu Belerbæis.

5 Appian. lib. ἐμφυλ. 6 Dio lib. 43. 7 Valer. Max. lib. 2. c. 1. de factio max. & P. Craſſo

B Quod verò Senatores conſcribi oportere diximus qui magiſtratum geſſerint, nō ad eos pertinet qui ſordibus ac pretio magiſtratus adepti ſunt: neque enim virtutes illæ, quas Senatori neceſſarias eſſe diximus, iuſtitia, inquam, fides, integritas, prudentia, rerúmque gerendarum vſus, ac iuris diuini & humani ſcientia, vlla mercede, vllo cenſu, vllis pecuniis comparantur. Porrò Senatorem ſenatui probari nouū eſt atque inuſitatum, quippe quos vel cenſores, vel anteacti magiſtratus & honores adepti, ſatis probauiſſent: id tamen Gothicis temporibus, conuerſa Republica, factum legimus. Sic enim Theodorichus apud Caſſiodorum, Admittendos in Senatum examinare cogit ſollicitus honor Senatus. Quantum attinet ad ſenatorum numerum, maxima raritas ſit oportet eorum qui

C tantis virtutibus quantas in ſenatore ciuitatis deſideramus, clari ſint. In popularibus tamen & optimatum imperiis, vt ſeditioſis ambitioſorum hominum vocibus, qui maieſtatis participes ſunt, occurratur, Senatorum numerum augere ſæpe neceſſe eſt: vt Athenis quadringenti ſenatores Solonia lege ſingulis annis creabantur[8]: quibus cētum adiici placuit, vt quinquaginta è ſingulis decem tribubus ſorte ducerētur: quibus item centum adiecti, cum populo duarum tribuum, Antigonidis, inquam, ac Demetriadis, incrementum acceſſiſſet: tametſi vix vnquam ſupra viginti millia ciuium cēſa fuerunt: ex quo perſpicuum fit Senatum trigeſimam & eo amplius ciuiū partem cepiſſe. Plato trigeſimum ac prudētiſſimum quenque in Senatum allegit: cùm enim Rempublicam ciuium quinque

8 Plutarc. in Solone.

D millibus & quadraginta conſtare vellet, centum ſexaginta octo ciuibus Senatum conflauit. Romulus quoque centum Senatoribus, hoc eſt trigeſima parte ciuium[9], cùm tria millia cenſa fuiſſent, Senatum conſtituit: non ſorte, ſed nobiliſſimum quenque ſelegit: id eſt eos quorum maiores ſeruitutem non ſeruierant: poſtea verò Sabinis in vrbem ex fœdere admiſſis, centum priori numero conſcripſit: quibus poſt exactos Reges Brutus centum adiecit. Hic tercentum Senatorum[1] numerus annos ferè quadringentos nec augeri nec minui viſus eſt. At Ciceronis ætate circiter ſexcentos fuiſſe perſpicuum fit ex eo quod CCCCXV. ſenatores ſuffragium tuliſſe ſcribit, cùm queſtio aduerſus P. Claudium, qui ſacra Bonæ Deæ, oblato Pompeiæ ſtupro violarat, decreta fuiſſet: at cū Senatui tunc adeſſe Senatores non cogerentur, nemini dubium eſſe poteſt, plurimos in omnes Imperij Romani prouincias diſperſos, plures item rebus agen-

9 Dionyſ. Halicarnaſ. lib. 2.

1 Dio Nicæus.

dis,aut morbo ſenióve impeditos abfuiſſe. Poſteà Cæſar Dictator, quò
plures haberet obligatos ad Imperium ſtabiliendum, non modò ciues
omnium ordinum, ſed etiam peregrinos in Senatum allegit : tunc mille
circiter Senatores fuiſſe tradunt. At Auguſtus pacata Republica è tanto
numero ſexcentos tantùm ſelegit, quos etiam ad trecentorum nume-
rum antiquum reuocare decreuerat : tametſi ciuium Romanorum nu-
merus in infinitum excreuiſſet : non eſt igitur multitudinis in legendo
Senatu habenda ratio:ſed earum virtutum quas Senatori neceſſarias eſſe
diximus:aut ſi ambitioſis popularium hominum rogationibus ſatisfieri
oporteat, vt in populari ſtatu, cauendum eſt ne ſententiæ ferendæ pote-
ſtas ſenatori detur, niſi maximos quoſque magiſtratus geſſerit. Nam B
in Cretenſium[2] Republica,omnibus ciuibus in ſenatum veniendi ac ſen-
tentiæ ferendæ ius erat:non tamen cum ſtatuēdi poteſtate, quia ſoli ma-
giſtratus de re propoſita decernebant. In ſenatu Achæorum ſoli decem
Demiurgi[3], cum Imperatore ſuffragium ferebant,ſed eò nunquam pro-
gredietur ſapiens legiſlator, ſi in popularibus imperiis aliter ſeditioni-
bus occurri poſſit : quia res eſt periculi plena, quæ in Senatu decreta fue-
rint manare in vulgus: id quod neceſſe eſt in tanta multitudine ſenato-
rum : nec materia ſeditioſis hominibus perturbandæ Reipublicæ deerit,
ſi quæ multitudini placuerint, pauciorum arbitrio conuelli videantur.
Huic morbo Græci veteres vt mederentur, conſilium ſelectorum crea-
bant, qui πρόβουλοι & πρόσκλητοι dicebantur, vt arcana Reipublicæ tracta- C
rent, ac rebus vrgentibus per ſe ipſi maxima quæque pro Republica
procurarent : quibúſque de rebus in Senatu deliberari, quid item ad po-
pulum ferri oporteret proſpicerent:alioqui Senatum cogere,ſententias
rogare,diſceptare, decernere,nec facilè eſt,nec niſi temporis diuturnita-
te confici poteſt : dum interim rerum bene ac vtiliter agendarum mo-
menta fluunt ac labuntur. Fuit enim Senatorium munus apud Roma-
nos imprimis illuſtre ac dignitatis plenum : nunquam tamen Auguſtus
efficere potuit vt Senatores ordinario Senatui, qui Calendis & Idibus
ad ſummū cogebatur, adeſſent: tametſi mulctarū magnitudine abſentes
vrgeret : quod cùm Senatoribus graue eſſet, eorum qui mulctam debe-
rent quintum quēque ſorte duxit[4]. At etiam Ruſcius Cæpio præmiis ſe- D
natores ac illecebris excitauit, cùm teſtamento pecuniam reliquiſſet iis
qui in ſenatum venirent:neque enim pauciores quinquaginta vlla de re
deliberare poterant:ſi decernendum eſſet, ducētos adeſſe oportuit cùm
trecenti, aut quadringentos, cùm ſexcenti lecti fuiſſent,duos ſcilicet Se-
natorum trientes, quod in omnibus collegiis neceſſarium eſt[5]. Augu-
ſtus tandem ipſe coactus, neceſſitate ſublata, ducentos ſufficere decre-
uit,quaſi duos trientes trecentorum,qui legitimus erat numerus ſenato-
rum à Bruto conſtitutus. At in libera Republica Senatus nec legitimus,
nec indictus haberi poterat,niſi Conſuli,aut abſente Cōſule maiori ma-
giſtratui placuiſſet. Nam toto Cæſaris Conſulatu vix ter haberi potuit
legitimus[6] ſenatus,cùm intereà Cæſar à populo quæ vellet,largitionibus
effuſis extorqueret.Meliùs Solo,qui præter Senatum annuum,quem ex
ciuibus

2 Ariſtot.lib.4. polit.cap.14.

3 Liuius lib.32.

4 Dio lib.54.

5 Dio lib.54.

6 Tranquil. in Cæſare.

ciuibus cccc. conſtituerat, Areopagitarum conſilium ex ciuibus ſexaginta ſelegit; qui per omnes honorum gradus eò perueniſſent, vt imperij arcana tractarent, ac rebus extremis, ne quid detrimenti caperet Reſpublica, prouiderent. Cuius conſilij quanta neceſſitas eſſet tunc intellectum eſt, cùm Pericles, vt plebis [7] gratiam captaret, Areopagitarum auctoritatem ſuſtuliſſet, & ea quæ prius in Areopago tractabantur ad populum trāſtuliſſet: non multò poſt Reſpublica tum externis, tum etiam inteſtinis bellis concuſſa ruere cœpit. Habuerūt etiam Ætoli præter Panætolium conſilium ſanctius vbi arcana imperij tractabantur, de quo Liuius[8], ſanctius eſt, inquit, apud Ætolos cōſilium, quos Apocletos appellant: idem paulò poſt, Arcanum hoc gentis cōſilium, antea dixerat legibus Ætolorum cautum eſſe, ne de pace, bellóve, niſi in Panætolio, & Pilaico conſilio ageretur, ac tametſi Cartaginēſium ſtatus popularis eſſet, nihilominus, præter ſenatores cccc. fuit aliud conſilium xxx. ſenatorum qui diuturno rerum agendarum vſu prudentia præpolleret, de quo Liuius, Cartaginenſes, inquit[9], xxx. legatos ſeniorum Principes ad pacem petēdam mittunt: id erat ſanctius apud eos conſilium, maximáque ad ſenatum regendum vis: eo conſilio Romani caruerunt. Itaque miratur Liuius Græciæ & Aſiæ legatos qui Romam venerant, nihil eorum quæ Rex Eumenes in ſenatu contra Perſeum Macedoniæ regem egerat, ex tanto ſenatorum numero intelligere potuiſſe: Eo, inquit, ſilētio clauſa curia erat, ex quo intelligitur poſt ea tēpora nihil in ſenatu decretum fuiſſe, quod non peruulgaretur. Itaque ſenatores in arcanis imperij ſcribarum munere fungi, ac iureiurando ſingulos obſtringere cogebantur, ne res manaret in vulgus [1]: nondum legibus [2] pœna capitalis erat iis conſtituta qui Principis arcana publicarent. Quid autem eorum quæ in ſenatu agerentur latere potuiſſet, cùm quingenti aut ſexcenti ſenatores præter ſcribas acta Senatus intelligerent? at etiam prætextatis pueris, vſque ad Papyrij tempora, aditus erat in ſenatum. Auguſtus omnium primus ex ſenatoribus aliquot ſelegit, quibuſcum deliberaret de rebus iis, de quibus in Senatu decernendum eſſet. Poſt Auguſti mortem Tiberius à Senatu petiit vt viginti ſenatores ſibi darentur, à quibus conſilium caperet de rebus iis quas ad ſenatum ferri oportebat. Horum deinceps exempla ſecuti ſunt Imperatores poſteri, Galba, Traianus, Adrianus, Aurelius, Alexander Seuerus, de quo Lampridius, nullum, inquit, decretum fecit ſine Iuriſconſultis xx. ac pleríſque ſenatoribus rerum gerendarum vſu peritis, qui quidem quinquaginta ſenatorum numerum explerent, ne pauciores eſſent, quàm in Senatuſconſulto conficiendo neceſſarij viderentur. Ex quo intelligitur ſanctius illud quinquaginta ſenatorum conſilium, vnà cum Principe, non tam de rebus ad Senatum ferendis, quàm decernendi cauſa conſtitutum fuiſſe, vt ſenſim Senatui rerum maximarum cognitio erepta cōſilio Principis tribueretur: quia Senatorum tanta multitudo Principem conſequi, nullo modo potuiſſet: id quod in monarchia Principe prouincias obeunte, aut bellis gerendis impedito neceſſe eſt. Nec aliam ob cauſam Theologi veteres ac poëtæ

7 Plutar. in Pericle.

8 lib. 35.

9 lib. 3

1 Capitol.

2 l. ſi quis aliquid. de pœnis. ff.

3 Valer. lib. 2. Palladem Ioui decumbenti aſſidere finxerunt[3] non Palladi Ioue͂, quàm vt intelligamus Senatum Principi ſemper adeſſe, non autem Principem domicilio Senatus affixũ eſſe oportere, quod à Principis maieſtate non modò alienum ſit, ſed omnino fieri non poſſit. At tametſi multa ſunt in omni Republica quæ à ſenatu decernũtur, de quibus nec ad populum, nec ad optimatum cætum ferri neceſſe eſt: in monarchia tame͂ aut Principem ea intelligere, aut populari opinione à Principe intelligi oportet, vt grauior ſit eorum quæ à ſenatu decernũtur auctoritas ac fides, ne ſubditi querantur quicquam temerè à Principe ſine conſilio, vel à Senatu fieri, quod Princeps optimus non probaret. Certè quidem Turcarum Princeps Senatui rarius intereſſe conſueuit, ſed interiore ac proximo Senatus habendi loco ferè ſemper conſiſtit, aut conſiſtere putatur, vt omnes omnium ſententias audiri, geſtus etiam vniuſcuiuſque liberè contemplari, nec tamen ipſe videri poſſit: ita fit vt ſenatores, qui Principem ſe aſſiduè intueri putant in officio contineantur. Hîc forſitan dubitet aliquis, ſi tam anguſta ſit Reſpublica, aut prudentium hominum tantâ raritas, quanta ferè eſt vbique, non modò ſenatus, ſed ne ſanctius quidem illud conſilium, quod diximus, conſtitui poterit. Senatum quidem à conſilio ſanctiore in anguſta Republica diuidi non admodum neceſſe fuerit: vt in Republica Pharſaliorum, quæ anguſtiſſimis regionibus finiebatur, viginti viri pro cætu optimatum, pro Senatu, pro conſilio ſanctiore fuerunt. At Lacedæmonij, quorum imperium poſt Lyſandri victoriam longè latè patebat, optimatibus triginta, iiſdémque ſenatoribus contenti fuêre: ex eo tamen numero duodecim arcanis Imperij tractandis conſtitutos apud[4] Xenophontem videmus, & eandem omniũ Græciæ ciuitatum formam Reipublicæ fuiſſe, præter exiguas aliquot ciuitates, quibus decem viros, qui ſummum Imperium & Senatum haberent, quique pro Republica ſanctiora conſilia caperent Lyſander præfecit. His verò temporibus nulla ferè ciuitas eſt ſiue optimatum, ſiue populari, ſiue vnius imperio regatur, quæ præter Senatum non habeat ſanctius conſilium, ac præter vtraque triumuiratum, que͂dam qui ſecretiora Imperij arcana tractet: idque potiſſimum in monarchia. Auguſtus ipſe, qui in gerenda Republica parem habuit neminem, præter ſenatum, quem ſexcentis ſenatoribus compleuerat, ſanctius conſilium viginti virorum ſelegerat, ac præterea Mæcenate͂ & Agrippam ſibi familiares & amicos, quibuſcum Imperij arcana communicare ſolebat. Nam cùm dubitaret pacata Republica poſt Actiacam victoriam Imperium retineret necne? Mæcenatem & Agrippam[5] adhibuit ad conſilium, præter eos neminem: nec Cæſar quenquam habuit, præter Quintum Pædium, & Cornelium Balbum[6], quibus cum τὰ μυστικώτατα litteris occultis communicabat. Illud eſt quod innuit Caſſiodorus de arcanis Principum, Arduum nimis eſt, inquit, Principis meruiſſe ſecretum. Antea quidem Curia Pariſiorum huius Imperij Senatus erat: ſed cum litibus iudicãdis occupari placuiſſet, nec facilè ab vrbe diſtrahi poſſet, reges conſilium illud, quod quia res magnas ſub Carolo VII. tractabat, magnum dictum eſt, inſtituerunt: cùm

B C D

4 lib. 3. rerum Græcar.

5 Dio lib. 35.

6 Tranquil. in Iullio.

cùm autem rurſus litibus extra ordinem diſceptandis lege Caroli octaui Implicaretur, ac multò magis Ludouico XII. Rege, qui curiam XX. iudicum conſtituit: Franciſcus maior rex conſilium illud magnum ab arcanis Imperij ſummouit, cùm aliud conſilium ſelectorum Principum & amicorum ſibi comparauiſſet, quod familiare Latinis, noſtris hominibus priuatum dicitur. Mortuo Franciſco Henrichus filius aliud quoque conſilium quæſijt, quod quia paucorum hominum eſſet, anguſtum ſiue ſtrictum appellarunt. Poſtremò cùm familiare ſeu priuatum illud conſilium ſenatorum multitudine redundare videretur, Henrichus III. Henrici F. aliud conſilium inſtituit, quod quia de Reipublicæ ſtatu non B de litibus conſulendum eſſet conſilium, ſtatus placuit appellari. Præterea neceſſe fuit cubicularium conſilium haberi, in quo rex à cubili exurgens, ea quæ in Senatu decreta ſunt, iuberet aut vetaret: illic Principum literæ reſerantur, legationes referuntur, mandata explicantur, Omitto conſilium Tribunorum ærarij, quod Henricho II. Rege inſtitutum eſt, ac rationum magiſtris ſenſim ereptum. Præterea Duumuiratum eſſe oportet ex amiciſſimis ipſius Principis qui gratiam non ætatis flore, ſed virtute ac prudentia collegerint, conſtitutum. Quod de conſilio cubiculario diximus, paucorum eſt admodum: ac tametſi Carolus IX. Idibus Nouembris M.D.LXIII. edixiſſet vt cùm à ſomno deſereretur Principib. ac proximis, atque iis quos ad conſilium acciri placuiſſet, in cubiculum C pateret aditus, lex ea tamen antiquata eſt. Qui tot conſiliorum varietatem non probant, eoſdem multò plura quæ in Hiſpania videmus, improbare oportet: Septem enim conſilia totidem curiarum multitudine ſeiuncta, & Prætorio Princeps comprehenſa ſunt, vt quo libuerit Princeps adire, ac ſingulorum ſentẽtias exquirere facilè poſſit. Quòd ſi quis putet conſiliorum multitudine tantum imperium, quo nullum maius extitit vnquam vacare non poſſe, cogitare debet Venetorum fines, non admodum latè patentes, quatuor habere conſilia, præter Senatum, ac cætum omnium optimatum. Eſt enim conſilium ſapientum quod marinum dicitur: deinde conſilium ſapientum qui, quæ terra gerantur curare poſſint: item conſilium Decemuirorum, & Septemuirorũ, quibus, D vt collegiis omnibus Dux ipſe præeſſe poteſt: quæ conſilia tametſi collegiis & officiis ſeiuncta ſunt, ſæpe tamen pro rerum & cauſarum opportunitate conſociantur. Eſt etiam Senatus ſexaginta virorum, qui cum magiſtratibus numerũ duplicare conſueuit. Quid igitur obeſt in anguſta Republica ſenatum à conſilio ſanctiore diuelli? anguſtum eſt imperium Rhaguſiorum, & iiſdem ferè finibus quibus vrbis mœnia, comprehenſum: nec latius imperant Geneuates, quàm primo ab vrbe lapide: in vtraque tamen ciuitate Senatus ſexaginta viros: conſilium verò ſanctius in hac XXV. in ille XII. capit. Nurembergæ Senatus XXVI. ſenatoribus, conſilium ſanctius XIII. conſtat: præter conſilium ſeptem Prætorum qui Burgomagiſtri appellantur. Suitenſium ciuitas, vt valdè exigua ſit, ac ſine oppido, ſine mœnibus, ſine arce imperium tueatur, nihilominus tamen præter ſenatum XLV. virorum, conſilium habet ſeptemuirorum

quibus præeſt Æmanus: eadem conſilij conſtituendi ratione vtuntur Vrani, Bernates ducentos Senatores habent, Lucernates cẽtum: vtríſque tamen conſilium ſanctius eſt, his quidem XVIII. illis XXVI. Aliorum alius eſt vtriúſque conſilij numerus, eadem ratio tamen. Quinetiam apud Baſilienſes, præter vtrunque conſilium, quatuor viri, duo, inquam, Burgomagiſtri, cum totidem collegiorum principibus[7], arcana tractãt: apud Bernates eodem funguntur munere duo Prætores Auoerij, & ſigniferi quatuor. Vtile eſt igitur, ídque diuturno vſu comprobatum, in omni Republica præter Senatum, ſanctius conſilium creari. Hoc tantùm differunt, quòd quæ in Senatu vel conſilio ſanctiore decreta ſunt, in popularibus & optimatum Imperiis ferè à magiſtratibus iniuſſu plebis, aut optimatum explicantur: quæ dubia, aut grauiora, ſanctiori conſilio videntur, de iis ad Senatum ferri conſueuit vt decernatur. Quæ à Senatu ſalua Imperii maieſtate iuberi nequeunt, ad optimatum cætus, aut ad populi comitia referuntur. Contra fit in monarchia, in qua nihil cum plebe aut cum optimatibus communicatur: & quæ Senatui dubia aut grauiora viſa ſunt, de iis ad ſanctius conſilium fertur, ſi res ad maieſtatis iura pertinet principis arbitrio reſeruatur. Ac tametſi cætera Senatus in monarchia per ſeſe explicare videatur, omnia tamen à Principe iuberi videmus. Quæ de conſilii capiendi ratione diximus, nuſquam ferè melius, quàm Venetiis fieri conſueuerunt. Quarum enim rerum anceps eſt deliberatio, in vtróque conſilio ſapientum, ea cum decemuiris coniunctim expediri ſolent: ac propterea decretis ſubiiciuntur hæc verba CON LA GIVNTA. Si conſilium propter ſententiarum diſcrepantiam, exitum reperire non poteſt, cumulantur Septemuiri: ſine hac quidem ratione quicquam, propter diſſidentium varietatem, decerni poteſt: cogitur Senatus vniuerſus vbi res explicatur: quòd ſi ſalua maieſtate Reipublicæ Senatus auctoritas non ſufficere videatur, aut inter ſeſe diſſideant, id ab optimatum omnium cætu conſtituitur. Id etiam olim Cartagini propemodum fieri conſueſſe tradit Ariſtoteles[8]. Quæ igitur in optimatum aut popularibus Imperiis Senatus decreuit, ea optimates populúſve iubet, ſi res ita poſtulabit: contra quam in monarchia fieri videmus: nã quò plus quiſque Princeps ſapere ſibi videtur, eò minus à Senatu conſilium capit: ſæpius tamen Senatus authoritatem, vt ſit res acceptior, exquirit; aut lites difficiles, aut quæ ferè ſunt inexplicabiles in ſenatu diſceptari iubet. Iſta quidem ratione Tiberius Imperator ſenatum litibus extra ordinem diſceptandis occupauit, quò minus quereretur ereptam ſibi de rebus grauioribus decernendi poteſtatem. Nero rurſus appellationes ad Principem à ſenatu iudicari voluit. Ita ſenſim ex ſenatu curiam iudicum effecit: cùm tamen in libera Republica ſenatus nunquam, niſi iubente populo, aut de coniuratis[9] aduerſus Rempublicam iudicaret. Sic enim M. Tullius Verrem incuſans, Quo, inquit, confugient ſocij? quem implorabunt? ad Senatum deuenient, qui de Verre ſupplicium ſumat? non eſt vſitatum, non eſt ſenatorium. Atque in eo quidem fallunt plerique, qui quod Senatores in quęſtionibus publicis aut ſoli, aut vnà cum equitibus,

7 Zunfftmaiſter.

8 lib. 2. c. 6. polit.

9 Polybius lib. 6.

tibus[1], aut cùm Tribunis ærariis ſorte duci vident, Senatum iudicia tractare putant: aliud eſt enim Senatum iudicare, aliud ſenatores à Prætore quæſtionis ad iudicãdum ſorte duci: curiarum & collegiorum varietas, ac munerum diuerſitas id efficit. Neque enim ſenatus ante Neronem ordinariam habuit vlla de re iudicandi poteſtatem: at ne[2] Auguſtus quidem ſenatum voluit de capite, deque fortunis ſenatorum iudicare, tametſi Mæcenati æquum eſſe videretur. Ac tametſi Tiberius[3] id faceret, extra ordinem tamen, nec ante Adrianum[4] ordinariæ iuriſdictionis in modum Senatui tributum eſt, vt de ſenatorum capite iudicaret. Ita quoque Philippus Bellus, Senatui Francorum, qui Regibus adeſſe conſueue-
B rat, & cum iis de Republica conſilium capere, interdum etiam de cauſis grauioribus, extra ordinem cognoſcere, ordinariam iuriſdictionem cum Imperio dedit, ac Lutetiæ in Prætorio Principis ius dicere, lege lata, iuſſit. Quo factum eſt vt ex Senatu, curia iudicum, ex Prætorio, tribunal decurſu temporis conſtitueretur: curia tamen Parium ſeu Patriciorum Franciæ etiamnum appellatur, qui Pares à Ludouico iuniore Rege primùm inſtituti ſunt, quãtùm quidem coniectura conſequi poſſumus, ex edicto Caroli v. Regis, quo quidem Matiſconenſem Comitem Franciæ Parem eſſe iubet anno M.CCCLIX. & eodem edicto declarat Pares duodecim ob eam cauſam eſſe creatos, vt cum Regibus pro Republica conſilium capiant. Ac tametſi plures ſunt Francorum curiæ eodem Imperio
C ac poteſtate, litibus iudicandis conſtitutæ, ſingulari tamen appellatione vna quæque vtitur, puta curia Toloſatum, Rhotomagenſis, Burdogalenſis, Diuionenſis, Gratianopolitana, Aquæſextia: Pariſienſis verò curia parlamentum ſine loci adiectione appellatur, tum in literis ad Regem, tum etiam in legibus & edictis. Sed Carolo IX. Rege cum Senatuſconſultum illud, quo Rex in curia Rhotomagenſi Principum ſuffragiis Imperio extra curatorem moderando idoneus ex lege Caroli v. renunciatus eſt[5], curia Pariſiorum minimè probaret, Rex adhuc impubes curiam admonuit, vt litibus iudicandis ſolùm intenderet, teſtatus Pariſiorum curiam à maioribus ſuis ad id ſolùm conſtitutam fuiſſe, non autem ad Regum aut regni procurationem: leges autem ac edicta quæ iuſſiſſet,
D vt in Curia Pariſiorum promulgarentur, ea publicari mandauit: quòd ſi quid minus æquum videretur, ſe admoneri quidem velle, ſi tamen re intellecta legem promulgari placuiſſet, eodem momẽto parere iuſſit. Curia Regis edicto vehementer perturbata eſt; & quoniam iudicum duæ erant ſententiæ æquales, vna quæ edictum publicari vellet, altera quæ recuſaret, curia rurſus Regem admonendum putauit, ne ad ea quæ iniqua viderentur probanda ac publicanda curia cogeretur. Rex iratus ſenatum, quem familiare conſilium ſeu priuatum appellari diximus, vocari iuſſit, eiúſque authoritate Senatuſconſultum A.D.VIII. Cal. Octobr. factum eſt, quo quidem curia Pariſiorum prohibetur edicta, quæ deinceps à principe publicanda mitterentur, in dubium reuocare. Id etiam antea Francisco Rege cautum erat anno M.D.XXVIII. Sed Carolus IX. vt curiæ autoritatem ac dignitatem minueret, acta curiæ poſtrema ad ſe

1 Aſconius Pædianus.
2 Dio lib. 55.
3 Tacit. lib. 3. & ſequent.
4 Spartianus in Adriano.
5 Auguſti 15. anno 1563.

deferri ac circonduci ſe præſente mandauit. Mortuo Carolo IX. conſilium familiare ſeu priuatum quod in infinitam ſenatorum multitudinem excreuerat, litibus quoque iudicandis adeò impediri cœpit, vt nunc ordinaria curia iudicum eſſe videatur: nam Henrichus III. vt antea dixi, Senatum nouum inſtituit, quod conſilium ſtatus appellauit, pauciorum quàm antea, quòd intelligeret prudentiorum ſententias non pondere, ſed numero ſuperari: quodq; difficilè ſemper fuerit arcana quæ cũ multis communicantur, latere poſſe, aut garrulos ſenatores de ſenatu deiicere, niſi ad eum modum quo Athenienſes, occultis ſcilicet ſuffragiis τῆς ἐκφυλλοφορίας. Romani Cenſores Senatorem loquacem cum perpetua ignominia, niſi populi iudicium ſubire mallet, ſenatu arcebant. Quanquam B ſæpe Romani cenſores nimia facilitate in ſenatum recipere, ac rurſus nimia ſeueritate ſenatu mouere conſueuerant. Nam [5] Fabius Buteo Dictator ſupplendo ſenatui creatus ſenatores CLXXVII. eodem momento legit. Lentulus verò ac Gellius Cenſores LXIIII. vna litura ſenatu mouerunt. At præſtaret in eum ordinem, niſi virtute ac ſapientia præſtantem legere neminem, quàm in ſummum honoris gradum probos æquè ac improbos euehere, deinde elatos præcipiti ruina deturbare: quanquam id ſine ſeditione, aut certè ſine perturbatione Reipublicæ ac imperanti dedecore fieri non poteſt. Certè quidem Anglorum ſenatus ſtetit iam annos CCCC. ex quo primùm Cantuarienſis Pontificis rogatione conſtitutus eſt XV. Senatorum: nec video plures XX. poſtea fuiſſe creatos: C quanquam his temporibus vix duodecim numerantur. Floruit tamen, ac floret legibus & armis imperium illud eo ſenatorum numero. Nam eo fœdere quod inter Ludouicum IX. Francorum, & Henrichum I. Anglorum Regem ictum eſt, quò ſanctius eſſet ſenatores XVII. vnà cum principe iurati ſunt. Nõ dubito in omni Republica pleróſque inani gloriæ cupiditate, vel gratia, vel impudentia, vel ſordibus ac pecunia inuitis quodammodo Principibus ac populis ſancti ſenatus adita perrumpere: ſed his morbis occurri poteſt, ſi lege Solonis vtamur. Is enim in ſenatum Areopagitarum neminem admitti voluit, præter eos qui per omnes honorum gradus ad altiſſimum Reipublicæ culmen, ſine vlla infamiæ labe, conſcendiſſent: ſic enim iudicabat, in eo ſenatu conſiſtere facilè poſ- D ſe, qui ad præcipites locos ac prærupta veluti ſaxa dubio aditu peruenire potuiſſent. Quare mirum videri non debet, ſi laus Areopagitarum Senatus toto terrarum orbe claritate conſpicua fulſit. Heluetij quidem montani eos ſenatoria dignitate frui patiuntur qui ſummos in Republica magiſtratus geſſerunt: ſed cùm de rebus grauiſſimis deliberãdum eſt, licet vnicuique ſenatori duos tréſve ciues, quos arbitrio ſuo legere volet, in ſenatum ducere. Quò fit vt plerunque quadringenti aut quingenti ſenatores, quíve ſententiæ ferendę ius habeant, in ſenatum cogantur. Eſt autem multitudo ſapientibus conſiliis ſemper inimica. Atque hæc de numero ſenatorum. Dicamus deinceps de iis qui ſententias rogare debeant, & quibus de rebus deliberandum ſit. Principio quidem Conſulare munus erat, vt ſenatum de rebus agendis conſulerent, vnde Cõſules diceban-

[5] Florus epit. 98.

*De iis qui ſententias rogant in Senatu.*

dicebantur: aut ſi Conſules ab vrbe abeſſent, morbúmve excuſarent, vrbanus Prætor more maiorum Conſulari munere fungebatur [6]: ciuium ac peregrinorum rogationes excipiebat, legatos admittebat, literas ab Imperatoribus in ſenatu legebat, ſingulorum ſententias rogabat, ſenatus decreta perſcribi iubebat, ſenatum denique dimittebat. Apud Græcos eodem munere fungebatur Prætor maximus, qui Athenienſibus ἄρχων ἐπώνυμος dicebatur, ac cæteri deinceps vbi quiſque renunciatus eſſet: alibi πρόκλητοι ac πρόβουλοι, qui eodem ferè munere fungebantur, quo qui Prouiſores Raguſiis, Aduocati Venetis dicuntur, qui quæ in ſenatu agenda, quibúſve de rebus in ſenatu deliberandum ſit proponere ſolent.

6 Cicero in epiſtolis de Cornuto Prætore Vrbano.

B At in omnibus ferè Græcorum ciuitatibus, Prætor maximus per accenſum clara voce primum quęque, qui Reipublicæ vtilia conſulere vellet, dicere iubebat: quod Liuius [7] Græcis in more eſſe ſcribit, vbi agit de Achæis. Ætolorum verò conſuetudinem ſingularem, Imperator Achæorum Philopœmen vehementer laudabat [8], ne ſcilicet is qui quod vtile ſibi videretur propoſuiſſet ſententiæ ferendæ ius haberet. Ea res in popularibus & optimatum imperiis ambitioſa decreta factioſorum hominum, qui alios in ſuam ſententiam pertrahere ſolēt, quodammodo prohibere poteſt. Genuenſium verò morem probare non poſſum, vbi Princeps quæ in ſenatu agenda ſint proponere ſolus poſſit. Eſt enim negotiorum multitudine ferè ſemper obſeſſus, nec aditu facilis, vt ea quæ Rei-

7 lib.32.

8 Liuius lib.35.

C publicæ vtilia ſint à ſingulis, & omnes omnium rationes ac ſenſus capere queat, & vt ingenio tantùm valeat, res eſt tamen periculi plena, vni ciuium tantam poteſtatem tribui, vt quæ velit ad ſenatum ferre, aut à rerum vtilium cognitione ac deliberatione cæteros prohibere poſſit Illud etiam pernicioſum, tantæ autoritatis eſſe ciuem vnum qui primus ſententiam ferat, vt cæteri quæ ſentiant liberè profiteri non audeant. At maiores noſtri longè aliter: rogantur enim ſententiæ cuiuſque à Rege ipſo qui nonmodò Princeps, ſed etiam Rex eſt Senatus, aut ab eo qui Principi proximus eſt in Senatu: ſed ita vt ab infimis, qui nec ſeſſionis, nec ſuffragij ius vllum, ſed aditum habent in ſenatum, ſententiæ prius exquirantur, ne potentiorum gratioſa oratio cęterorum minuat authoritatem. Ita

D fit vt Principes aliorum argumentis ac rationibus collectis, optima quæque ſequantur. Meliùs igitur nos quàm Hebræi qui מופלא & נשיא aut Romani, apud quos Conſul Principem ſenatus, aut eum qui in annum ſequentem Conſul deſignatus eſſet, ſententiam rogabat: contra quàm in concione populi: nam priuatis [9] primùm, deinde magiſtratibus minoribus, tum maioribus fiebat dicendi poteſtas: ne tenuiorum libertas magiſtratuum ac potentiorum auctoritate minueretur. Quod ſub tyrannis Principibus in ſenatu factum legimus: qui vt ſuarum crudelitatum ac libidinum autorem haberent ſenatum, quę fieri vellent in ſenatu proponi curabant: id autem improbare capitale fuiſſet. Iſta quidem vis eſt non rogandi ſenatum quæ velit, ſed cogendi. Ex quo Plinius [1] iunior de Domitiano videmus, inquit, curiam elinguem, in qua dicere quod velles, periculoſum, quod noles miſerum eſſet: quia vnus ſolus cenſebat quod

9 Dio lib. [illegible]

1 In Panegyrico.

omnes ſequerentur. Traianum verò cùm in cæteris omnibus,tum in eo maximè laudat, quòd eo rogante ſententias liberè dicere liceret, vincerétque ſententia non prima,ſed melior. At veterum Hebræorum moribus Rex ab aditu Senatus abſtinebat,ne aut ei quiſquã,aut ipſe cuiquam repugnaret: ſic enim tradunt in ſuis commentariis. Optandum etiam illud eſt,vt ieiuno ſenatu conſilia capiantur:neque enim ſatur quiſquam rectè conſiliũ dabit,vt prudẽter à Philippo Cominio dictum. Certè quidem Salomo Principes execratur eos, qui cum religioſo cultu ac rerum ſublimium contemplatione, mentem ſub auroram alere debeant, languentis & fractæ libidinis impotentiam cibatione ſaginant: ac nouis alimentis cupidatum incendia fouent. Hoc ille tribus verbis, Væ inquit, Principibus qui manè comedant. Quæ res eò deteſtabilior eſt quò plerique vino madefieri pulcherrimum putant. Quid enim fœdius, quàm vetus inſtitutum Germanorum, qui non niſi inter pocula de rebus grauiſſimis conſultarent, vt vel vniuſcuiuſque intimos [2] animorum ſenſus cum vino incaluiſſent aperirent, vel ad perſuadendum diſertiores fierẽt? ſed ab his moribus nunc longiſſimè receſſerũt:neque enim poti de rebus quidem domeſticis ac priuatis contrahere tutum eſſe putant,vt ea iudici cauſa ſufficiat ad ea quæ geſſerunt infirmanda. Sequitur vt de iis quæ in ſenatu deliberanda ſint dicamus. Romani quidem in ſenatu de religionibus primùm,ac de cultu deorum agere conſueuerant,quaſi à rebus diuinis omnium actionum humanarum initia duci,& in iiſdem terminari deberẽt.Certè Romani populos omnes,vt Polybius[3] ipſe atheos ſcribit, religionum ac Deorum cultu & obſeruantia ſuperarũt: idémque ſtatuit hac vna re maximum illud Imperium à Romanis fundatum ac propagatum fuiſſe. Sequitur vt poſt immortalis Dei cultum, de rebus maximis, maximéque, ad Rempublicam pertinentibus decernatur, vt de bello ac pace: nam in vtroque non minùs pernicioſa eſt exquiſita dilatio, quàm deliberatio præceps. In omnibus autem rebus quæ in deliberationem cadunt, bene à ſapientibus præcipitur, id non eſſe faciendum quod dubites iuſtum ſit nécne: eadem quoque vtilium ac inutilium diiudicatio eſſe debet: eſt enim ferè ſemper alterum cum iuſtitia, alterum cum iniuria coniunctum: quòd ſi abeſt omnis iniuſtitiæ opinio,ne id quidem faciendum quod niſi conſequamur maius detrimentum allaturum ſit, quàm vtile futurum,ſi idipſum adipiſcamur. Sin commoda aut incommoda rerum agendarum perſpicua ſint, non dubitandum, ac ne deliberandum quidem quid optandum ſit aut fugiendum. Difficultas tamen grauior occurrit, cùm id quod in deliberationem cadit, plures ac maiores vtilitates in ſpeciem habere videtur ſi idipſum conſequamur, quàm incommoda quæ ad nos peruentura ſint, ſi eo careamus. Veterum tamen ſententia verior eſt, rerum dubiarum, & quæ in caſu poſitæ ſunt, quoties agitur de Republica, nullum pondus eſſe oportere. Quare prudentiſſimi quique ita cauendum ſibi putant,vt Principes quidem ciuitatis,minimè malos homines earum ſententiarum, quarum dubius eſt ac incertus euentus, autores eſſe malint,quàm ſeipſos,vt culpa vacare, ſi res ma-

[Margin notes:]
2 In lib. de moribus Germanorũ.

*Quid in ſenatu,quibúſve de rebus deliberandum.*

3 lib. 6. hiſtoriarũ qui eſt de domeſtica ac militari Romanorũ diſciplina.

[Margin letters: B, C, D]

res malè ceſſerit, aut ſi proſperè, laudem ferre poſſint. Quanquam nihil laudabile debet aut præclarè geſtum videri, quod ab exitu pendeat: argumentis enim certiſſimis ac rationibus oportet quare quicque agendum ſit non euentis docere: ſapientem verò, potius aduerſos exitus metuere oportet, quàm ſperare ſecundos. Nunquam igitur bonus ſenator in fortunæ illecebris ſpem collocabit conſiliorum ſuorum: tametſi ſæpe videat eorum, qui temerè ad res agendas aggrediuntur, exitus eſſe fælices. Nam Theologi veteres, qui fabulis ſapientiam texerunt, Deam illam, quam fortunam appellabant, à conſilio Deorum arcere non dubitarũt, ne id quod à prudentia quæri debet, à temeritate fortunę expreſſum eſſe videatur. Nihil tamen ſæpius laudari, nihil ſæpius quàm exeuntis conſilia metiri videmus. Quòd ſi lege militari capitale eſt contra iuſſum Imperatoris hoſtem laceſſere, etiamſi certam victoriam laturus ſis: quantò capitalius eſt in incerto caſu ſpem conſiliorum ac Reipub. ſtatum collocare? Quare ne quid temerè ac imprudenter in conſilio capiendo decernatur, Thomas Maurus ea quæ in deliberationem ventura ſint, pridie in ſenatu proponi putat oportere: quod quidẽ probo, ſi de priuatorum qui ſenatui interſint commodis non agatur: alioqui tutiùs eſt eo ipſo die de re propoſita decerni, ne ambitioſi homines recta conſilia peruertant, & publica priuatis poſtponant: quod plerúnque fit argumentorum ac rationum ſubtilitate potiùs, quàm veritate, quæ lucet ipſa per ſeſe, ac ſua perſpicuitate contenta eſt: perſpicuitas autem argumẽtatione eleuatur. Eloquentiam quidem ad populi conciones adhibere, & aures imperitæ multitudinis orationis ſuauitate permulcere, oculos etiam verborum luminibus præſtringere, ac rationum illecebris mentes ab infamia & furore ad ſanitatem perducere, non modò laudabile, verùm etiam ſæpe neceſſe eſt: ſed hæc omnia procul à ſenatu amouenda ſunt, ſi modò ab iis ſenatoribus, quos dixi, id eſt à ſapientibus conſilia exquirantur: ac Laconica breuitate vtendum, vt ſit omnibus dicendi locus: ne quis orator cùm in poſſeſſionem dicendi venerit, ſenatores optimos ac prudentes excludat: ac propterea veteri Areopagitarum ſenatuſconſulto, nec proœmiis licuit, nec epilogis vti. Ratio verò ſententiæ ferendæ occultis ſuffragiis, vt apud Venetos, aut locorũ mutatione, vt apud Romanos, mihi probari non pòteſt: ac potiſſimùm ſi plura ſunt capita quæ in deliberationem cadunt, quorum alia quidem probantur, alia reiiciuntur: in quo genere, ſententiam diuidere oportuit, vt Latini loquuntur, & ſenatores ſæpius loco moueri: At cùm Veneti in eas difficultates delabuntur, occulta ſuffragia deſerere, & clara voce ſententiã ferre coguntur: quod etiam ab illis fieri ſolet, cùm de capite, fama, ac fortunis omnibus iudicatur: quòd quidem ſuffragiis occultis ac tabulis, quibus etiam Græcorum ac Latinorum Iudices vtebantur, ſine ſumma iniuria fieri non poteſt. Senatus autem Reipublicæ tametſi certarum rerum conſultationibus minimè tenetur, illud tamen cauendum, ne iuriſdictione implicari ſe patiatur, niſi de Principum capite ac fortunis omnibus, aut ſummorum magiſtratuum & curiarum controuerſiæ, aut coniurata collegia, Rempu-

*Fortunã Theologi à conſilio Deorum arcere nõ dubitarunt.*

*Oratores arcẽdi à Senatu.*

blicam, niſi occurratur, perturbare poſſe videantur. Itaque Tiberius ineunte [4] Imperio teſtatus eſt in ſenatu, ſe magiſtratuum ordinariam iuriſdictionem ad cognitiones traducere nolle. Qui verò ſenatum litibus diſceptandis impediunt, rem ſenatu minimè dignam faciũt. Debet enim ſenatus in iis quæ ad Rempublicam pertinent, & in rebus grauiſſimis[5], non in minutis ac leuibus controuerſiis occupari. Reſtat extrema pars noſtræ definitionis, qua diximus ſenatum ad id conſtitui oportere, vt iis qui Reipublicæ ſummam habẽt, conſilium impertiri poſſint: conſilium diximus, ne imperium ſenatui vllum tribueremus. Si quærimus an ſenatui vſquam imperium detur, facti quæſtio eſt, ſi verò fieri debeat nécne, omni dubitatione ſublata, fieri oportere negamus: quoniam id ſalua maieſtate, non poteſt, ac multò minus in monarchia, quàm in populari aut optimatum ſtatu. Atque in eo quidem regis maieſtas elucet, cùm poteſt, quæ cuiuſque ſententia in ſenatu melior, non numero ſed pondere diiudicare. Quòd ſi quis putet abſurdum videri, miniméque decere ceteris quidem magiſtratibus omnibus imperium dari, Senatui verò denegari: cùm aliorum magiſtratuum imperia controuerſiæque à ſenatu diiudicentur, cogitare debet neceſſarium magiſtratibus imperium tribui, ſine quo nec res militaris, nec domeſtica adminiſtrari poteſt. Itaque leges de imperio ac iuriſdictione magiſtratuum ferũtur, vt quatenus quiſque ciuibus imperare, quibúſve de rebus iudicare debeat intelligatur. Sed nuſquam in Republica bene conſtituta, ſenatui imperium tributum fuiſſe videmus. Nec verò maiores noſtri, nec Hiſpani, nec item Angli Senatoribus iuriſdictionem aut imperium vllum dederunt. Sed nec ſenatus magiſtratuum acta iudiciáve abrogare, aut reſcindere poſſunt: nec vim vllam habent, Senatuſconſulta, niſi Princeps ipſe, aut optimates, populúſve qui iura maieſtatis habẽt decreta ſenatus valere iubeant. Itaq; ad acta Senatus Principis nomẽ & ſanctio in monarchia ſolet adhiberi: nec abſente Principe quicquam à Senatu geri poteſt, niſi poſt à principe ratum habeatur. Docuimus antea Principis præſentia magiſtratuum & collegiorum omnium poteſtatem ac imperium conquieſcere, ac ſuſtineri: quòd ſi nulla poteſtas eſt ſenatus abſente principe, multò minus præſente, vbi nam futurum eſt imperium Senatus? Si Senatus litem diſceptare ac finire per ſeſe non poteſt, quo nam modo ea quæ ad Reipublicæ ſtatum pertinent definire poſſit? Quare videmus ea quæ à ſenatu decreta ſunt, ad Principem ferri, aut ſi leuiora ſunt Principis tamen imperio, manu, ac ſigillo confirmari. Nec verò id nouũ eſt, cùm Rege Clotario II. Endobaldus Comes Prætorianus Senatum haberet, vt conſulta ſenatus ad Regem perferret, vt ea vel reiiceret, vel probaret. Sed dubitatio maior eſt in popularibus & optimatum imperiis, poteſtas ſenatui dari debeat nécne: cùm Principis ac populi, vnius ac multorum tantùm ſit diſcrimen. Scribit enim Polybius Senatum Romanorum [6] ærarii [7] diſpenſationem habuiſſe, ac de pecuniis publicis ſtatuere potuiſſe, legatos magiſtratibus prouinciarum dediſſe, triumphos decreuiſſe, religiones probare aut improbare conſueuiſſe: ſcribit enim Tertullianus

nullus

4 Tranquil. in Tiberio.

5 Liuius lib. 26. & Polybius lib. 6. ſenatum non niſi in grauiſſimis cauſſis Reipublicæ occupari conſueuiſſe.

6 lib. 6.
7 Cicero in Vatinium. AErarij diſpẽſatio ita fuit penes ſenatum, vt nũquam à populo ſit appetita.

nullius numinis cultum Romanos ſine Senatuſcóſulto ſuſcepiſſe. Quin
etiam maieſtatis pœna tenebatur, qui rogationem vllam ad populum,
ſine Senatus auctoritate, tuliſſet. Neque id Romæ tantùm, ſed etiam A-
thenis capitale fuit: Itaque Thraſibulus & Androtio maieſtatis accuſati
ſunt, quòd ſine Senatuſconſulto rogationes ad populum [8] tuliſſent. Quæ — 8 Plutar. in Ly-
lex non modò omnium Græciæ ciuitatum communis [9], ſed etiam his — ſia, Demoſthenes
temporibus apud Venetos ſanctiſſimè colitur. Quæ vt vera ſint, non ef- — cotra Androtio-
ficitur tamen in ſenatu imperium fuiſſe, ſed conſilium & authoritatem; — nem. 9 Ariſtot. lib. 4 de Repub.
cùm in populi poteſtate ſemper fuerit, ea quæ per ſenatum decreta fuiſ-
ſent, infirmare: vt Dionyſius [1] Halycarnaſſæus apertè demóſtrat, ac Liuius — 1 lib. 2
B ipſe quoties hanc formulam vſurpat, SENATVS DECREVIT, POPVLVS
IVSSIT. vbi Feſtus Pompeius verborum ſignificatione abutitur, cùm
verbum iuſſit interpretatur decreuit. Eſt enim ſenatus decernere, popu-
li iubere: ſic enim Liuius de Scipione Affricano, Nutus eius pro decretis
patrum, pro populi iuſſis eſſe. Tribunorum quiſque minimus, ſola inter-
ceſſione conſulta ſenatus perrumpere poterat. Antea docuimus argu-
mentis ad aſſentiendum neceſſariis, ſenatum, ne minimis quidem magi-
ſtratibus [2], imperare potuiſſe: eo potiſſimum argumento, quòd Roma- — 2 Liuius lib. 4. lib. 27. & 30.
norum ſenatus decreuit, vt Conſul, ſi videretur, rogationem ad popu-
lum ferret, ecquem vellet Dictatorem creari? ſi conſul nollet vt Prætor
id faceret: ſi ne is quidem vellet vt Tribunus rogaret. Cóſul rogationem
C ferre noluit, ac Prætorem ſenatui parere vetuit. Si ſenatus tantùm impe-
rij habuiſſet, quantùm vel Conſul, vel vnus ex Tribuniſplebis, iſta ora-
tione nonquam vteretur. Idem alibi, Decreuerunt patres, inquit, vt M.
Iunius Prætor Vrbanus, ſi ei videretur, decemuiros agro Samniti, Appu-
lóque, quo ad eius publicum erat, metiendo diuidendóq; crearet. Quòd
ſi quis putet hæc verba, SI EI VIDERETVR, imperium ſignificare, falli-
tur: nam Fuluius Conſul, cùm ſenatuſconſultum legiſſet, in hæc verba:
Integram rem ad ſenatum reiiceret, ſi ei videretur: interpretatū eſſe quid
magis è Republica duceret æſtimationem ſibi permiſſam: agebatur de
capite, déque fortunis omnibus Campanorum, quorum partem Conſul
poſthabita ſenatus autoritate ſecuri percuti, partem ſub haſta venire iuſ-
D ſit. Magiſtratuum verò maiorem in Republica dignitatem fuiſſe, quàm
Senatu, ex eo apparet, quòd qui literas ad ſenatum populúmque Ro-
manum darent, ſi magiſtratus complecterentur, ordine ſenatu priores
erant, vt planum eſt ex ipſis literarum inſcriptionibus in hanc formulam
CN. Plancus Imp. Cos. deſig. S. P. D. Coss. Præt. Tribb. pleb. Senatui, po-
pulo, Plebíque Rom. Oratoriè igitur Cicero Vatinium proſcindit, Es-
ne, inquit, patriæ certiſſimus parricida, ne hoc quidem ſenatui relinque-
bas, quod nemo vnquam ademit, vt legati ex eius ordinis auctoritate da-
rentur: ac Liuianus [3] ille, cùm de triumphis agit: Nunquā antea de trium- — 3 lib. 28.
pho per populum actū: ſemper ęſtimationem arbitriúmque eius hono-
ris penes ſenatum fuiſſe, ne Reges quidem maieſtatem eius ordinis im-
minuiſſe: oratoriè agit, quia nulla res erat quæ ſenatui, magiſtratu roga-
tionem ad populum ferente, non adimeretur, vt exemplis antea docui-

mus. Sed vtcunque Senatus pro ſua auctoritate conſulta faceret, nihil tamen eorum, quæ decreuiſſet, imperare aut exequi poterat: at ne lictores quidem aut viatores, quæ ſunt magiſtratuũ & imperij argumenta[4], vllos habuit Senatus: magiſtratus patrũ decreta, ſi eis videretur, exequi iubebant: nec facilè in reprehenſiones incurrebant, ſi quid ex authoritate Senatus imperarent. Itaque cùm Senatus Cæſarem coërcere nullo modo poſſet, illud Senatuſconſultum, quod extremis Reipublicæ temporibus fieri ſolebat, vſurpauit, VIDEANT Conſules ac cæteri magiſtratus ne quid detrimenti capiat Reſpublica. Hoc Senatuſconſulto, inquit Cæſar, armati Conſules, &c. quibus verbis auctoritatem quidem in Senatu, ſed imperium in magiſtratibus fuiſſe perſpicuum eſt. At ſi Tribu- B
nus aliquis Senatuſconſulto intercederet, non modò Senatus auctoritas, ſed Conſulum quoque & aliorum magiſtratuum imperia conquieſcebant. Erant enim aliquot Tribuni plebis in limine Senatus, ante quàm aditus illis in Senatum ex lege Atinia pateret, ad quos Senatus decreta deferebantur, vt ea probarent, ſuperpoſita litera T. vel reſpuerent hoc verbo VETO[5]. Atque hi quidem Tribuni plebis popularis libertatis cuſtodes liberam interceſſionem ſemper habuerũt, niſi lege lata populus negotium propoſitum Senatui, ſublata interceſſione, omnino permitteret: vt Sempronia[6] rogatione quam C. Gracchus ad plebem tulit, vt Senatui poteſtas fieret, eo anno de prouinciis conſularibus decernendi, ſublata Tribunorum plebis interceſſione: nam populus ſępiſſimè prouincias ar- C
bitrio ſuo magiſtratib[7] dedit, ſine ſenatus auctoritate. Ærarij verò diſpẽſationem penes ſenatum fuiſſe video, ſed eatenus, & quandiu plebi placuiſſet, id eſt precario: qui autem precario quid habẽt, nihil ſuum dicere poſſunt. Argumento ſit quod militibus, veſtes ex ærario publico dari placuit Sempronia lege. Ita ſępe Triumuiri Venetorum, qui Reipublicę aduocati dicuntur, nonmodò ſapientum ac decemuirorum, ſed etiam Senatus decretis intercedere poſſunt, & ad optimatum cætum negotia tractanda perferre. Hîc rurſus obiiciatur, ſi nulla fuiſſent imperia Senatus, nihil inter Senatuſcõſultum & auctoritatem intereſſet: hoc abſurdum, illud igitur: nam ſi ſenatores pauciores fuiſſent quadringentis, aut certè ducentis poſt legem Iulliam, non poterat Senatuſconſultum fieri, ſed id D
quod paucioribus ducentis[8] placuiſſet, auctoritatem appellabant: vt etiam rogatione Cornelia Tribunitia interdictum erat Senatui quemquam[9] legibus ſoluere, niſi ducenti ſenatores ſenatui adeſſent. Hæc vt vera ſint, vtî ſunt, non tamen efficitur imperium in Senatu fuiſſe. Eſt enim decretorum ea vis & natura, etiamſi à magiſtratibus ipſis interpoſita ſint, vt nihil præter rei cognitionem præ ſe ferant: & quemadmodum ſententia iudicis nullius eſt ponderis ac momenti, niſi iuſſa ſequantur, ita nec decreta Senatus vllam vim, ſine magiſtratuum imperiis, habuerũt. Omnia verò Senatuſconſulta, quamtumuis imperio magiſtratuum confirmarentur, annua fuerunt: vt rectè ſcripſit Dionyſius[1] Halycarnaſſæus, non autem perpetua, vt putat Conanus[2]. Cur igitur, dicat aliquis, Senatus trecentos ciues Romanos, qui reſtabant, cæſa legione, quæ ad Rho-

4 Gellius lib. 13. cap. 12.

5 Liuius lib. 6.

6 Saluſtius in Iugurth. Cicero in prouinciis cõſularibus.

7 Cicero pro lege Manilia. Appian. lib. 1. Liuius lib. 28.

8 Dio lib. 54.

9 Aſconius in Cornelianam.

1 lib. 9.

2 lib. 1. cap. de ſenatuſconſultis.

Rhogium præſidij cauſa miſſa fuerat, Romam perductos nudari ac fuſtibus cæſos ſecuri percuti oportere decreuit, damnatis nec quicquam prouocantibus ac intercedentibus Tribuniſplebis leges ſacratas violari. Agebatur militaris diſciplina, quæ nihil ferè habet cum domeſticis legibus ac moribus commune. Deinde Senatus quidem conſulto, ſed imperio Conſulari, cæſi ſunt ciues. Præterea tanta erat ſceleris ad Rhegium admiſſi crudelitas & immanitas à præſidiariis militibus, qui vrbẽ, quam ab hoſtium incurſionibus ſeruare debuerant, ipſi crudeliſſimè diripuerant, vt nulla ſuppliciorum magnitudo ſufficere videretur. Quæ cauſæ cùm inciderant legum apices ac ſubtilitates, potiſſimum inter armorum
B ſtrepitus minùs exaudiebãtur[3]. At quoties Senatus aut Conſules ipſi iura maieſtatis, ac leges perrumpere conabantur, Tribuniplebis intercedere ſolebant. Quod enim C. Cornelius Tribunuſplebis rogationem tulit ad populum, ne deinceps Senatus contra libertatem populi, contráque iura maieſtatis decerneret, ſatis ſignificat Senatum ſæpe contra leges iura maieſtatis vſurpauiſſe[4], non tamẽ quid fiat, ſed quid fieri debeat intuendum. At ſenatum poſtremis temporibus ius facere potuiſſe cõſtat[5]. Verum id quidem, ſed iam Senatus eſſe deſierat, ac potius curia quædam iudicum eſſe videbatur. Quanquam magiſtratus ipſi, Prætores, inquam, Ædiles, atque adeò Iuriſconſulti magnam partem Romani iuris confecerunt: ſed hæc ab arbitrio principis aut populi pẽdebant, ſine cuius ſan-
C ctione ac iuſſu, nulla vis erat legum, aut edictorum, aut decretorum, aut iuris conſtituti[6]. Cùm igitur nulla ſit in populari, aut optimatum imperio Senatus poteſtas, multò minùs in monarchia fore iudicandum eſt: eóque minus quò Reges ſuæ maieſtatis iura meliùs quàm populi tueri ſolent. Quod autem diximus rogationem ad populum inconſulto Senatu ferre non licuiſſe, id quidem lege Poplilia & Hortenſia cauebatur: ſemper tamen licuit inconſulto Senatu rogationes ad plebem ferre: ac tametſi lege Cornelia Conſulari, rogationem ad plebem inconſulto ſenatu ferre vetitum eſſet, ea tamen lex paulò poſt abrogata eſt lege Pompeia. In quo plerique verbis populi ac plebis Romanæ magna licentia abutũtur, ac potiſſimũ Græci, & qui ſcriptores Græcos interpretãtur Ro-
D manæ[8] antiquitatis immemores. Illud etiam animaduerſione dignum eſt, quòd magiſtratibus etiam ſi rogatio quam ad populum laturi erant Senatui diſplicuiſſet, poſtea quam Senatum conſuluerant, ferre tamen licebat. Idem iudicãdum eſt de eo quod Ioſephus tradit, Moſem vetuiſſe ne Rex inconſulto Senatu ac Pontifice maximo quicquam de Republica ſtatueret: quod nuſquam lege diuina cauetur: ſi tamen ita caueretur, non propterea Reges Senatus aut Pontificis placita ſequi neceſſe haberent: tametſi Romani Imperatores ſeipſos principes ſui ſenatus appellarent, vel ſocios, vel etiam indulgentiſſimos dominos, vt Tiberius[1] ineunte Imperio ſenatores vocabat. Quantùm verò principes Senatui aut Senatus principibus tribueret, duobus verbis Plinius iunior ſignificat, vbi de Senatus decreto quodam agit, Voluntati tamen inquit principis ſui, cui in nulla re fas putaret repugnare, in hac quoque re obſequi. Nec

3 Valer. Max. lib. 8. Appianus lib. 1. bellorum ciuil.

4 D. o Nicæus Aſconius in Cornelianam.

5 l. non ambigitur. de leg. b. ff.

6 Id autem ius conſtitutum dicitur. in l. in rerũ. rerum amotarum. l. Gallus. de libe ris eſt poſthu quod ab Iuriſcõſultorum authoritate pendebat, Auferius in deciſ. Tolo. q. 405. Bald. in l. humanum de legibus. C.

7 Plutar. in Pompeio.

8 Appiani interpres lib. primo plebẽ pro populo vertit. Ottoman. in cap. 2. de Romanis ſenator.

9 l. Ius ſenatorũ. de dignitatibus. C.

1 Tacitus.

verò ſenatores vſquam magiſtratus aut curatores appellantur, quia nec ſinguli, nec vniuerſi vllum imperium habent: neque apud nos vlla lege aut edicto, vllóve regis diplomate, ſed breui tabella ſine ſigillo, nudo tantùm regis chirographo ſenatores fiunt, ac Principis arbitrio ſenatu mouentur: cæteri magiſtratus lege creantur, ac diplomate regia manu ac ſigillo maiore confirmantur, nec principis arbitrio, nec niſi capitali fraude contracta, & quidem publico iudicio damnati magiſtratu abdicare à principe coguntur. Si quis exquirit quam ob rem Senatus in Republica bene conſtituta debeat imperio vacare: hæc potiſſima ratio eſt, quòd Senatus idem conſiliorum arbiter ac Reipublicæ princeps eſſet, & quæ de bello, de pace, de legibus, de magiſtratibus, déque vniuerſa Republica fieri oportere cenſeret, eadémque iuberet quæ cenſuiſſet, nulla populi, vel optimatum, vel regis eſſet in Republica poteſtas, ſed ab vnius Senatus arbitrio, nutu, ac voluntate omnia penderent: quod ſalua maieſtate fieri non poteſt. Ex quo intelligitur eos qui Imperium Senatui tribuunt Reipublicæ interitum ac ſtatus euerſionem moliri. Itaque cùm apud Venetos Decemuirorum conſilium maiorum noſtrorum ætate in iura maieſtatis ſenſim inuaderet, lege ab optimatibus lata omne imperium illis ademptum eſt, ac ne quid ſine Septemuiris de Republica ſtatuerent interdictum. Eandem ob rem Sexuirorum, qui cum principe arcana imperij tractant, poteſtatem bimeſtrem eſſe placuit, tum vt plures ciues viciſſim eo fruantur honore: tum etiã ne diuturna imperia quibuſdam inuadendæ libertatis cupiditatem ingenerarẽt: mea tamen ſententia commodiùs eſt ſenatores perpetuos eſſe, quales fuêre Romanorum, Pharſaliorum, Maſſilienſium, Lacedæmoniorum, Areopagitarum, & his temporibus Polonorum ac Geneuatum, qui enim tanta varietate mutabiles efficiunt, vt Veneti Rhaguſij, Lucenſes, Genuenſes, Nuremburgenſes, non modò Senatus ſplendorem obſcurant, ac Reipub. dignitatem labefactant, verumetiam Rempublicam in apertum diſcrimen coniiciunt, dum arcana permulgantur, ac nouis ſenatoribus rerum præteritarum ignaris ſumma Reipublicæ gubernacula cõmittuntur. Quod cùm Florẽtinis valde periculoſum videretur, rogatione P. Soderini principis Senatus in conſtituenda Republica cautum eſt, vt cùm cæteri quidem ſenatores LXXX. ſemeſtres eſſent, qui principes ſeu Imperatores in Republica fuiſſent perpetuò manerent, vt ab iis noui ſenatores de ſtatu Reipublicæ commodius informarentur. Genuenſes eandem legem in mutabili Senatu ferre coguntur, qua ſcilicet perpetui ſenatores ſunt qui Reipublicæ principes ac ſyndici fuerunt. Meliùs tamen Rhaguſij quàm Veneti, quorum exemplar in conſtituenda Republica ſecuti videntur: nam hi Senatores quidem in ſingulos annos, non tamen vniuerſos, hoc eſt ſimul ac ſemel ſed viritim ac viciſſim mutant. Quòd ſi tanta eſt honorum cupiditas, vt non aliter iis ſatisfieri poſſit, quàm vt ciuibus omnibus in Senatum viciſſim pateat aditus, Solonis factum imitari oportet: is enim populari ſtatu Athenienſium conſtituto, mutabilem Senatum quadringentorum ciuium in ſingulos annos conſtituit, ſanctius tamen

*Cur Senatus imperio vacare debet.*

B C D

conſilium

conſilium Areopagitarum perpetuum fecit, vt veluti fixo ac ſtabili cardine mobilis illa Senatus ac magiſtratuum omnium annua conuerſio quodammodo cohæreret. Atque hæc de Senatu dicta ſint, ſequitur vt de officialibus & curatoribus Reipublicæ dicamus.

*De officialibus & curatoribus.* CAPVT. II.

CVM in vniuerſo iure publico multa ſint frugifera ac fructuoſa, tum verò de perſonis publicis diſputatio fructuoſiſſima ſemper viſa eſt: ac tametſi pleraque peruulgata de magiſtratibus & contrita putantur, ferè tamen in abdita obſcuritate la- *Officialium & Curatorũ Reipublicæ diſcrimen.*
B tent: quod qui eo de genere diſſeruerunt nihil perſpicuè definiant. Igitur à definitione auſpicandum opinor. Officialis eſt publica perſona quæ munus habet lege definitum. Curator qui munus publicum extra ordinem ſine lege imperantis arbitrio gerit. Peregrinis verbis aut parum Latinis, à quibus deſerimur; vtendum nobis eſt, ne verborum obſcuritate rei difficultas augeatur. Quanquam Officialis verbum terendo Latinum pleríque fecerunt: ac Paulus ipſe officia [1] appellat munera publica Tranquillum ſecutus. Vt autem definitiones à nobis poſitę clarius eluceſcant, perſonarum publicarum diſtributionem à capite arceſſere commodius eſt. Perſonas publicas appello, quæ publicis muneribus incumbunt: harum autem duo ſunt genera, alterum ſine imperio, alterum cum impe-
C rio coniunctum. Sine imperio ſunt, qui religiones & ſacra publica curãt (fuerunt etiam ſacra priuata quæ familiaria dicebantur) vt pontifices ac ſacerdotes: item Senatores, legati, quique iuſſis magiſtratuum ciues parere cogunt, vt ſcribæ, notarij, viatores, lictores, accenſi, cornicularij, & id genus alij, qui quòd imperio vacant, magiſtratuum adminiſtros ſe ferunt, quibus omnibus munera ſunt legibus & edictis comprehenſa, hos igitur officiales, ſiue officiarios, ſine imperio appellemus. Et quoniam magiſtratuum deſcriptione Reſpublica ſeu lege agere, ſeu bellum gerere, ſeu imperare, ſeu iudicare, ſeu imperata exequi oporteat, vacare nullo modo poteſt, de toto officialiũ genere diſſeramus. Reſpublicæ principio à curatoribus regebantur, ante quam magiſtratuum ac legum vis
D intelligeretur: omnia, inquit Pomponius manu regia tenebantur. Ariſtoteles quidem vniuerſum genus ἀρχὰς [2] appellat, quos magiſtratus interpretantur: ἀρχὴν autem ſeu magiſtratum definit, qui conſilij publici, iudiciorum, ac imperij particeps eſt: quod verbum ad eos tantùm magiſtratus pertinet, quibus imperandi ius eſt. Eſt enim Græcis ἀρχεῖν, τὸ ἐπιτάττειν, id eſt imperare, quod in ſcribas, viatores, ac cæteros magiſtratuum miniſtros conuenire nullo modo poteſt. Illud tamen in magiſtratus definitione ab Ariſtotele allata abſurdum videri poteſt, quòd qui non ſit conſiliorum ac iudiciorum publicorum particeps, magiſtratus nomen non mereatur: quæ diſciplinæ ſi ſibi conſentiant, nulli aut certè pauciſſimi ſint in Republica magiſtratus, cùm magna ſit in Republica bene conſtituta ſenatorum raritas, quos tamen imperio vacare docuimus, & maximam partem precarium munus habere. Inter Iuriſconſultos qui rectè

[1] l. munus tribus. de verbor. ſignif.

[2] lib. 4. de Republica.

magiſtratum definiat, habemus certè neminem. Id enim Goneanus difficile ſemper ſibi æquè ac Ferreto viſum eſſe[2] teſtatus eſt: & certè in ea quam ſibi propoſuit definitione magiſtratus, errore labitur: magiſtratum enim definit, poteſtatem populi Romani ordinariam. At oportet definitiones eſſe viuerſorum: ſingularia verò nec definiri, nec vlla diſciplina comprehendi poſſunt: præterea poteſtatis verbo magiſtratus prouinciales ferè ſemper ſignificantur, vt poſtea dicemus. Cuiacius[3] præter definitionem Ariſtotelis, tres allaturum ſe ſpopondit: ſic enim ille, Magiſtratus, inquit, eſt perſona publica quæ iuriſdictioni præeſt: vel quæ pro tribunali ius dicit: vel quæ iuriſdictionem ac iudicium publicum habet. Iſta quidem ratione quatuor futurę ſunt vnius & eiuſdem rei defi- B nitiones: quo nihil eſt à Dialecticorũ[4] præceptis ac doctrina, atque adeò ab ipſa natura magis alienum, quæ non patitur vnius rei plures vna definitiones eſſe. Deſcriptiones quidem rei cuiuſque innumerabiles ſunt, quia rerum earum quæ cuique accidũt, καὶ τῶν συμβεβηκότων infinita eſt multitudo: quæ tamen rei vim ac naturam terminare nullo modo poſſunt. Iſtud quidem in arte ratiocinandi grauiter, multò grauiùs tamen in legitima ſcientia peccatur, quæ à magiſtratibus iuris initia, ſtirpem & originem ducere videtur. Nam id quod in magiſtratibus primum ac præcipuum eſt, imperandi ſcilicet prohibendíque poteſtas ab his tribus definitionibus abeſt: magiſtratuũ enim legati, & ij quibus iuriſdictio mandatur, ius dicere, ac pro tribunali iudicare, ac decernere ſolent, non ſunt C magiſtratus tamen. Pontifices ipſi ius dicunt ac iudicant, & quidem pro tribunali. Cùm enim Lentulus Pontifex de conſecratione domus Ciceronis ad Senatum decreta collegij pontificum ac de lege Claudia referret, ſic auſpicatus eſt[5], Pontifices religionis ſunt iudices, legis Senatus. At neque veterum Romanorum, neque noſtræ aut Arabũ religionis Pontifices, vllam habent imperandi aut prohibendi poteſtatem, tametſi iudicia publica ac priuata exercent, in ius vocare, præhendere, coërcere, punire, ſententias exequi non poſſunt: at ne viatores quidem aut lictores vllos habent. Contrà verò ſæpe fit vt is imperare poſſit, cui iudicandi poteſtas eſt adepta: quod poſtea perſpicuum faciemus. At quæſtores[6] parricidij, quibúſque extraordinem iudicãdi fiebat poteſtas, imperare, prohibere, in ius vocare, præhendere, coërcere, iudicare denique poterant, D neque tamen magiſtratus dici poterant. Quæ cùm ita ſint harũ omnium definitionum nulla ſtare poteſt. Illud etiam animaduerſione dignum, quòd ex his definitionibus magnam magiſtratuum, curatorum, ac miniſtrorum perturbationẽ ſequi neceſſe eſt, cùm nulla diſtinctio adhibeatur[7]. Carolus Sigonius, qui magiſtratus definitionem diligenter inueſtigaſſe videtur, in eo lapſus eſt, quòd Magiſtratum definiat, qui rerum humanarum curam habet, deinde omnibus magiſtratibus iudicãdi, imperandi, auſpicandi, & exequendi poteſtatem tribuit. Deus opt. max. rerum humanarum procurationem gerit. At non debet latiùs, aut anguſtius definitio quàm res quæ definiatur patere, & in omnes reſpublicas, etiam ſi auguriis & auſpiciis careant, magiſtratus deſcriptio in hac quam de re-

2 lib. 2. de iuriſdict.

3 In notis cap. 1.

4 Ariſtot. lib. 6. Topi.

5 Cicero in epiſtolis ad Atticũ.

6 l. 2. de origine iuris.

7 lib. 3. c. 5. de iure prouinciarum.

de Republica inſtituimus diſciplina valere. Diximus imprimis officiales omnes ſeu magiſtratus fuerint, ſeu magiſtratuum miniſtros, publicas eſſe perſonas, quæ hoc ipſo à priuatis differunt, quòd hi Reipublicæ negotiis non implicantur: adiūximus ordinarium munus tractare, vt à curatoribus, quos noſtri commiſſarios appellant, diſtingueremus, hi enim muneri publico, ſed extra ordinem incumbūt: vt olim Dictatores, Quæſtores, Paricidij, ac cæteri iudices extra ordinem à populo, rogante [8] magiſtratu dati. Poſtremò poſuimus ordinarium illud munus lege lata pręſcribi ac definiri: quia niſi lex in eam cauſam feratur, officialis non dicetur, ſed curator. Atque id non modò his temporibus vbique fieri, ſed o-

[8] in l.2.de origi. iuris.

B lim Græcis æquè ac Latinis factum videmus, cautius tamen ac vberius noſtri principes minima quæque munera, tum legibus promulgatis, tum etiam diplomatorum varietate, quæ ſigillo ceræ viridis, ac ſericeis funiculis viridi ac purpureo colore, tum etiam verborum diſcrimine à cæteris edictis quæ temporaria ſunt, ſecerni iubent. Curationum verò diplomata nec cera viridi, nec funiculis ſericeis, nec formula perpetui tēporis concepta ſunt. Ac tametſi corporum & collegiorum iura principum beneficio conſtituta ſunt: ſi tamē iudicum aut magiſtratuum eiuſdem collegij numerum princeps augere velit, illud edicto fiat oportet: ídque etiamnum in viliſſimis ac ſordidiſſimis muneribus, quod publica ſunt ſępe fieri videmus: plena ſunt curiarum noſtrarum acta, quibus ſan-

C ctiones ac publicationes continentur. Quod autem diximus, leges de officiariis perpetuas eſſe, ad muneris perpetuitatem ſpectat, etiamſi annui ſint aut ſemeſtres, qui publicis muneribus incumbant. Romæ quidem omnes magiſtratus annui fuerunt lege Villia [9] præter cenſuram, quam in menſes octodecim, tandem in quinquennium prorogari placuit, quia tantum munus breuiori tempore explicari non poſſet. Florentiæ ſemeſtres erant Senatores: Venetiis ſexuiri ſanctioris conſilij bimeſtres: at etiam arcis Rhaguſiæ Præfectus poſt horas XXIIII. abdicat præfectura, quæ perpetua quidem eſt, ſed imperium præfecti cuiúſq; diurnum. Omnia tamen hæc munera legibus definiuntur, non quia leges tabulis deſcribi, aut in æs incidi, aut cereis, plumbeíſve ſigillis, aut funicu-

[9] Liuius lib.40.

D lis verſicoloribus ac ſericeis ſubornari oporteat: quæ vt fidem faciant legum earum quæ feruntur, leges tamen non efficiunt [1]: nullius enim populi leges ſanctiores aut magis diuturnas fuiſſe videmus, quàm quæ his omnibus caruerunt: leges, inquam, Lycurgi, quæ quod ſcribi prohiberētur, Rhetas appellarūt. Sic enim perſuaſum habuit inuiolabiles ac diuturnas fore, ſi animis ciuiū non tabulis, mētibus nō libris inſcriberētur. Athenienſes tamē plebiſcita, id eſt ψηφίσματα in ęreas tabulas inciſa pro columnis pendere voluerūt, ne quis erroris ſpecie peccatū excuſaret. Cùm enim centum ſenatores conſcribi placuiſſet, Antigonidis ac Demetriadis tribuum acceſſione, lex ad populū [2] perlata eſt: quod in cæteris quoque muneribus fieri cōſueuiſſe tradūt Græci ſcriptores [3]. Nec alio iure Romani vtebantur. Conſules enim creati ſunt lege Iunia [4]: Tribuni plebis lege [5] Duillia: cùm verò alterum Conſulē plebeium creari placuiſſet,

[1] l.non figura.de actionib.

[2] Plutarc.in Demetrio.

[3] Demoſthenes Iſęus, Plutarchus.

[4] Dionyſius lib. 4. Liuius lib.2.

[5] Dionyſ. Halycar.lib 10. Liuius lib.3.

id lege Licinia factum[6] eſt: Prætorem quoque Vrbanum lege Sextia[7]: ſex item Publicarum[8] quæſtionum Prætores lege Cornelia ac Bæbia. Infinitum ſit cætera perſequi: plenus eſt tamen Codicis Iuſtiniani liber primus ac duodecimus, quibus perſpicuum fit ſingulis officialibus ſingulas leges eſſe latas. Munus ordinarium diximus, propterea quòd leges etiam de curationibus ferebantur ad populum: id eſt iuſſu populi, magiſtratu rogante, quam Romani legem[9] appellant: vt Gabinia lege Pompeio homini priuato imperium in annos quinque extra ordinem datum eſt, vt bellum contra Piratas gereret: & lege[1] Manilia contra Mithridatem. Et quoniam bellum illud breui conficiendum erat, nihil oportuit magiſtratum, cuius ordinarium ac perpetuum munus eſſe debet, creari, B ſed extra ordinem huius belli conficiendi curam optimo Imperatori committi. Tempus autem rogatione Catuli definitum eſt annis quinq; bello Piratico gerendo, vt ſi bellum diutius protraheretur, populus imperium Pompeio noua lege prorogaret, aut nouum ſubſtitueret Imperatorem, ſin bellum illud citius conficeretur, Pompeius Imperio abdicaret. Huiuſmodi curationes extraordinarias noſtri homines commiſſiones appellant. Dictatura quoque curatio fuit, non ordinaria poteſtas: quia Dictator non niſi extra ordinem ab Interrege, vel etiam à Conſule ſine lege dicebatur, ſi res ita poſtularet: & quoniam creato Dictatore magiſtratus omnes abdicabant, placuit imperium ei ſemeſtre dari, quòd ſi negotium, cuius cauſa Dictator fiebat, citius confeciſſet, imperio ab- C dicabat. Nam Æmylius Mamercus Dictator creatus vno die rem geſſit, die ſequenti abdicauit, teſtatus imperia diuturna ſibi diſplicere. Curationum autem omnium ea vis eſt, vt imperantis arbitrio reuocari, aut prorogari poſſint: ac tametſi curationes in popularibus & optimatũ imperiis, ſtato tẽpore ferè definiantur, in monarchia tamen & extraordinarium & precarium munus eſt nullo temporis interuallo definitum. In popularibus imperiis maius imperium Curatori datum, breui temporis interuallo terminari neceſſe eſt, ne diuturna poteſtas ambitioſis hominibus tyrannidis affectandæ præbeat occaſionẽ: nam propterea dictatura ſemeſtris erat, nec vlli vnquam in libera Republica, præter quam Furio Camillo, Imperium diutius prorogatum videmus: cùm enim populus De- D cemuiros legibus ferendis extra ordinem cum annua ſummáque poteſtate creaſſet, iiſque in alterum annum Imperium prorogaſſet, quouſque leges duodecim tabularum ex optimis quibuſque ciuitatum inſtitutis ſelectæ fuiſſent, Decemuiri conſuetudine Imperandi, Reipûblicæ libertatem oppreſſerant, niſi de manibus imperium illis, non ſine maxima perturbatione ciuitatis, ereptum eſſet. Quæ res plebem excitauit ad creationem Tribunorum, vt libertatis cuſtodes eſſent: & ex omnibus magiſtratibus, creato Dictatore, aliáve poteſtate extra ordinem ſoli imperium[2] retinerent. Aliter Florentini, qui ferè ſexto quoque anno decemuiros, aut octouiros cum ſumma poteſtate, nullo imperij tempore definito, extra ordinem Reipublicæ conſtituendæ cauſa creabant, quibus creatis, magiſtratus omnes abdicabant. Id autem hominibus Imperandi

randi

6 Liuius lib. 6.
7 Liuius lib 6.
8 Liuius lib. 40. Feſtus lib. 16. in voce rogatio. l. 2. de orig. iuris.
9 lib. 1. tit. 1. Inſtitut.
1 Cicero pro lege Manilia.
2 Feſtus in verbo optima lege.

randi cupidis Reipublicæ inuadendæ occaſionem dedit. Perículoſa eſt enim non modò in popularibus & optimatum imperiis, ſed etiam in monarchia ipſa magiſtratuum omnium abdicatio: quod tamen in hoc imperio nunquam video contigiſſe, præter quam Ioanne Rege ab Anglis capto: tunc enim Carolus v. regni procurationem à patre adeptus, quinquaginta curatores Reipublicæ conſtituendæ fecit, vt de omnibus magiſtratibus quibus poteſtas interim erat adempta, libera quæſtio haberetur. Tunc fluctibus ac procellis ſeditioſorum hominũ vehementer iactata eſt Reſpublica gubernatoribus deſtituta, ſed hęc ſuo loco. Vt autem planius magiſtratuum & curatorum diſciplina intelligatur, hos qui-
B dem precario, illos quaſi commodato munere fungi putemus[2]: precarium autem ſemper repetere licet: commodatum non item, ſed tempore definito. Sic enim Tacitus luſit de Galba Imperatore occiſo, cùm trimeſtre Imperium geſſiſſet, Precarium, inquit, ſeni Imperium breui tranſiturum, non quia Imperium precario haberet, ſed quia ingraueſcebat ætas iam ſua, & cùm imperio minimè idoneus videretur, id matura morte, ſibi etiam ſi occiſus non eſſet, breui ereptum iri proſpiciebat. Curationes item omnes, etiam ſi tempus definiatur, cõfecta re, ante tempus deſinunt. Extat in actis[3] Curiæ Pariſiorum vetus decretum aduerſus viatores, qui cum Iudicibus quæſtionum publicarum extra ordinem Trícaſſium miſſi, poſt tempus quæſtionibus definitum munus exercerent,
C eos curia abdicare iuſſit, cùm officiarios non eſſe iudicaſſet. Hic diutius hæreo: quod tametſi rerum gerendarum vſu peritis facile videatur: cæteris tamen nouum eſt, quinetiam Demoſtheni cum Æſchine ob id tantùm cõtrouerſia grauiſſima fuiſſe videtur. Nam rogatione ad populum à Cteſiphonte lata, vt aurea corona Demoſthenes in theatro, pro ſuis erga Rempublicam meritis, donaretur, ob id potiſſimũ quòd vrbis Athenarũ arces ac mœnia reficienda ac ſarcienda diligenter curauiſſet: Æſchines Demoſthenis aduerſarius omniũ maximus, rogationi interceſſit: cauſas interceſſionis ex legibus conquiſierat, quibus cauebatur præmia laturum eſſe neminem, niſi qui geſti magiſtratus rationem populo reddidiſſet. Demoſthenes quòd ſua dignitas agebatur, pro Cteſiphõte, vel po-
D tius pro corona orationem habuit omniũ elegantiſſimam, cuius ſtatus in vnius verbi ſignificatione penè verſatur, ſcilicet quid ſit magiſtratus, id eſt ἀρχὴ, eum enim qui ſarta tecta curaſſet, id eſt τειχόποιον οὐκ ἀρχὴν εἶναι, ἀλλ' ἐπιμέλειάν τινα καὶ διακονίαν eſſe docuit. Latini veteres curationem quam videtur Tranquillus in Auguſto commiſſionem appellare. Admonebat, inquit, Pręτores ne paterentur nomen ſuum cõmiſſionibus obſoleſieri. Ex quo intelligitur munus illud publicũ mæniũ ſarciendorũ non ordinariũ ſed extraordinariũ fuiſſe: quia non eſt perpetua murorũ reficiendorũ neceſſitas. Mirum videri debet nemini ſi Demoſthenes munerum publicorum, magiſtratuum inquam & curatorum differentiam tenuit, propterea quod in rebus agendis & in media Republica diutiſſimè verſatus eſſet. Ariſtoteles verò nuſquam illa diſtinxit, vt nec cæteri quoque philoſophi, qui tametſi de Republica ſcripſerunt, quam ne digito quidem

2 l. & quia de iuriſdict.

3 In libro cui titulus eſt Olim

tractarãt eos tamẽ Laërtius quorũ vitam deſcribit, πάντες ἀπειροκάλους τῶν πολιτείων πραγμάτων fuiſſe iudicauit. Nec mirum cuiquã debet videri ſi Carolus Sigonius ac Nicolaus Gruchius ſcriptis cõtrariis de imperio ſe mutuò impetiuerunt, nec ſeipſos explicauerunt, quia literas forenſes ac ſenatorias non attigerant. In Caroli magni legibus curatores miſſi appellantur, à mittendo, Germani SKAK en veteri verbo vtebantur, vnde Scacarium curiam appellabant iudicum qui extra ordinem in prouincias mittebantur. Hic forſitan dicet aliquis, eos iudices quos libellorum curiæ, & Caſtelli commiſſarios Pariſiorum vocãt, ordinariam poteſtatem habere, & quidem perpetuam legibus ac edictis comprehenſam. Huic dubitationi ſatis fiet ſi intelligant iudices libellorum vetere inſtituto curatores tãtùm B fuiſſe, ac precarium imperium habuiſſe, ſed vtilitatis publicæ cauſa perpetuum poſtea imperium illis tributum eſt, manente veteri appellatione, qua etiamnum iudices curiæ libellorum commiſſarij Parlamenti dicuntur, quaſi dati iudices qui imperantis arbitrio reuocantur: at iudices curię libellorum ne ab ipſo quidem Rege reuocari nunc poſſunt, niſi iudicio capitali damnati fuerint, aut ſponte abdicarint: id enim Ludouici XI. lege cauetur: non quia magiſtratus curator eſſe non poſſit: nihil enim ſæpius occurrit, ſed quia non poteſt idem magiſtratus eiuſdem muneris curationem & magiſtratum ſimul ac ſemel obire. Neque enim mandata extra ordinem quæ magiſtratibus dantur excitãdæ iuriſdictionis cauſa, curationes appellari debent, niſi tempus locúſve iudiciorum [4] mutetur. C Nec verò parui momenti res eſt, cùm etiam Iuriſcõſultorum decretis planum ſit, iudicium non conſiſtere, ſi iudex datus, quaſi magiſtratus ordinario iure cognitionem eius rei ſuſceperit, quam extra ordinem iudicare debuiſſet: hoc tamen[5] ita verum eſt, ſi rei cognitionem iure magiſtratus non haberet: alioqui ſi cognitionum concurſus erit, hoc eſt ſi quaſi iudex datus & magiſtratus de re propoſita iudicare poſſit, ordinaria magiſtratus cognitio potior futura eſt: vt ſua vi magiſtratus iudice dato pręſtat, ſi vtriuſque par eſt imperium: & magiſtratuum acta firmiora ſunt ac ſtabiliora iis quæ extra ordinem explicantur. Illud etiam perſpicuum eſt, curationes quæ magiſtratuum imperium ac poteſtatem exhauriant, minus eſſe gratioſas, niſi ad conformandos magiſtratuum mores, D ac ſordes eluendas curationes ſuſcipiantur: vt Venetiis quinto quoque anno, Genuæ ſingulis annis fieri conſueuit ab iis quos Syndicos appellant, qui repetundarum quæſtiones exercent, quod quidem munus Athenis magiſtratibus ordinariis tributum erat: vt Romæ lege Bæbia, cùm antea Quæſtores iudicéſve à populo extra ordinem darentur. Fuit etiam gratioſa extra ordinem cognitio iudicum, quos Veſpaſianus [7] Imperator dedit terminandis litibus quæ bello ciuili in infinitum excreuerant, & quibus iudicandis vix omnium magiſtratuum ætas ſufficere potuiſſet. Memini Carolo IX. Rege Frãcorum decretam eſſe quæſtionem extra ordinẽ, de agris dominicis ac publicis, prouinciæ Normanorum[8]: iudicibúſque ordinariis ereptam cognitionem: ac tametſi Rhotomagenſis curia diu reluctarentur, iuſſis tamen iterum atque iterum à Rege manan-

4 l.1. de variis cognit. Iacob. Butrigar. in l. qui procuratoré. princip. de procurat. Lanfrac. in repetit. cap. quoniam cõtra. de probat. DD. in l. & quia de iuriſdict. Fel. in cap. licet. de officio ordinarij. Angel. conſil. 137.

5 Bald. Io. Andr. Panorm. Felin. Cardin. in cap. cum ex officij. de præſcrip. extra.

6 Argument. l. 3. de militari teſta. l. ſocietaté. §. arbitrorum pro ſocio. & ibi. DD. Bal. in l. ſi miles. de teſtam. milit. Felin. in d. c. cùm ex offic.

7 Tranquil. in Veſpaſiano.

8 anno 1570.

manantibus paruit: cùm mihi procurationem regis gerenti de agris publicis, non modò cum ipſis curiæ prouincialis principibus, verumetiam cum vrbis ipſius Rhotomagenſis & collegiorum omnium vniuerſitate lites ſuſceptas eſſe docuiſſem. Sed vt planius & vberius totum genus curationum percipiatur, ſiue de prouinciis moderandis, ſiue de bello gerendo, ſiue de pecunia publica, ſiue de ſartis tectis, ſiue de iuriſdictione agatur, curationes omnino vel à principe, vel à magiſtratibus, vel ab ipſis curatoribus à principe datis deriuantur: quartum nihil eſt: rurſus curatores dantur ex albo magiſtratuum aut priuatorum, ſi curatio ad magiſtratus dirigitur, aut negotium iure magiſtratus illis competit, aut ab officio

*Diuiſio Curationum.*

B alienum eſt. Item curatio extra prouocationem datur, vel vt prouocationis ratio habeatur, ſeu princeps appelletur, qui iudicem dedit: ſeu magiſtratus cui iudicis dandi ſit poteſtas: ſeu principis iuſſu magiſtratus extra ordinem de appellatione à iudicibus curatoribúſve datis cognoſcat. Interdum etiam iudices dantur ab eo iudice[9] quem princeps ipſe extra ordinem iudicare iuſſit: ſi mandato id comprehenſum fuerit, litis inſtruendæ[1] non tamen iudicandæ cauſa: aut inſtruendæ ac iudicandæ ſalua tamen executione ſi prouocatum ſit, aut denique iudices à magiſtratibus dantur, vt de iure, vel de facto, vel de vtroque cognoſcant, idque cum imperio, vel ſine imperio. Hæc diſtributio omnes curatorum formas complectitur. Id quidem in Republica Romanorum conſtat, ma-

9 l. à Iudice. de iudic. C.

1 authen. ad hæc de Iudicis. C. cap. vt debitus de appella. capit. ſuper quæſtionũ. de offi. delegati. Ioan. And. in cap. cùm Bertoldus de re iudic. & ibid. Panor. poſt Innocẽtiũ & Hoſtieſem. Bal. in l. more. de iuriſd. Aufreri. in deciſ. capel. Toloſa.

C giſtratibus, Conſulibus, inquam, Prætoribus, Quæſtoribus imperium fuiſſe etiam procul ab vrbe, cùm Italiæ finibus Romana ditio terminaretur: propagatis verò extra Italiã Imperij finibus, placuit curatores pro magiſtratibus, qui prouincias regerent creari, qui tametſi vno verbo poteſtates appellarentur, quia tamen pro Conſulibus, pro Prætoribus, pro Quæſtoribus prouincias ſuſcipiebant Proconſules, Proprætores, Proquæſtores dicti ſunt: Sic enim Liuius de Philone, qui primus omniũ Romanorum, extra Italiam proconſulatum geſſit: Actum, inquit, cum Tribuniſplebis eſt ad populum ferrent, vt cum Philo conſulatu abiiſſet, pro Conſule rem gereret. At cùm imperium latiſſimè proferri cæpiſſet, Senatus ferè ſemper prouincias decernebat iis, qui magiſtratu exceſſerant:

D qui vel comparabant inter ſe, vel ſortiebantur prouincias: niſi bellum grauiſſimum in prouincia geri oporteret, tunc ad populum ferri conſueuerat, vt forti ac ſtrenuo imperatori prouincia extra ordinem daretur. Nam Scipioni Affricano qui per ætatem magiſtratũ adipiſci non poterat, imperium extra ordinem rogatione Tribunitia datum eſt, vt bellum in Hiſpania & in Affrica gereret: quò faciliùs Annibalem ab Italia reuocaret. Ita quoque Paulo Æmylio belli aduerſus Perſeum in Macedonia gerendi mandatum à populo imperium eſt extra ordinem, & extra ſortem. Item Pompeio contra piratas imperium lege Gabinia, & contra Mithridatem lege Manilia datum iis omnibus qui anno ſuperiore magiſtratum geſſerant ſummotis. Id tamen rarius fieri conſueuerat, quia ferè ſemper Conſules, Prætores, Quæſtores magiſtratu defuncti, prouincias anno ſequente ſortiebantur, niſi mutuo conſenſu inter ſe

comparare poſſunt. Et quoniam ſors belli contra Mithridatem gerendi, Cornelio Sullæ obtigerat, P. Sulpitius Tribunuſplebis rogationem tulit, vt eadem prouincia Caio Mario extra ſortem ſummoto Sulla daretur: qui re intellecta cum legionibus Romam reuerſus, funeſtiſſima ſuorum ciuium ſtrage vrbem primùm, deinde totam Italiam fœdauit. Sic quoque Catoni Vticẽſi decreta eſt prouincia aduerſus Ptolemæum Cypri regem: qua prouincia ſuſcepta Claudius ſe Catoni linguam euelliſſe iactabat, quæ contra extraordinarias poteſtates ſemper libera fuiſſet. Interdum etiamſi ſceleris cuiuſdam immanitas atrociorem cognitionem poſtularet ad populum ferebatur, qui rem arbitrio patrum permittebat: Senatus verò iudices quæſtionis dabat: vt cum L. Tubullus Præ- B tor inter ſicarios ſordibus tribunal fœdiſſimè inquinaſſet[2], populus lege lata, iuſſit Senatum anquirere: Senatus verò ad Cn. Scipionem quæſtionem detulit. Ita quoque Tiberius Auguſtus ſenatum de cædibus inter Nucerios ac Neapolitanos querere iuſſit: Senatus Conſulibus[3] cognitionem mandauit. Quanquam ſi extra vrbem in Italia atrox aliquod ſcælus admiſſum diceretur, Senatus iniuſſu populi quæſtionis iudices dabat, vt[4] Polybius ſcribit: exemplum eſt apud Ciceronem in claris oratoribus de cæde crudeliſſima, cuius cognitionem Senatus ad conſules detulit. Quibus exemplis propoſitis[5], perſpicuum eſt eos quibus à principe populóve, ſi modò iura maieſtatis habent, extra ordinem quæſtio mandatur, iudices dare poſſe, quod eatenus verum eſt, niſi mandato disertè C comprehenſum fuerit, ne iudex alius, quàm qui à principe datus eſt, de re cognoſcat, aut de iure[6] maieſtatis agatur: nam cùm legato pacis actiones ac fœderis leges hoſtibus dicere permittitur, id alteri mandare non poteſt. Idem ſentiendum ſi de[7] capite, fama, ac fortunis omnibus agatur: iudicij quidem conſtitutio & quæſtio mandari poterit, iudicium ipſum non poterit, niſi iudex datus morbum, legitimámve abſentiam excuſaret. Iuſtinianus[8] tamen ſanctiùs ac meliùs cauit, ne iudices à principe dati aliud aliis committerent, præter litis inſtructiones: ac ne id quidem ſatis eſſe putauit, ſed etiam iuſſit, iudices à principe lectos de prouocatione, ac inſtructione litium cognoſcere. Sed in republica bene conſtituta, ſingulari reſcripto ſingula mandata contineri oportet. Cùm autem D plurima de toto genere curationum diſputari poſſint, ſiue bellicis de rebus agatur, ſiue de vrbanis, ſumma tamen capita breui oratione percurram, ne videar infinitus. Illud imprimis conſtat, ſiue imperium, ſiue munus, ſiue mandatum, quod curatoribus rerum agendarum ſeu commiſſariis datur, terminari mandantis[9] occaſu, vel reuocatione[1] mandati, vel adeptione[2] imperij, ac magiſtratus ab eo cui quid mandatum eſt, ſi vtriuſque par imperium eſſe cœperit: quia tunc alter alteri imperare non poteſt, reuocatio verò quæ imperantis edicto reſcriptóve continetur, ad eos etiam æquè pertinet, qui mandatum iudiciúmve ſolutum ignorant[3], ac ſi cognitum haberent. Ac tametſi quæ geſta ſunt reuocatione mandati ſecuta, inter eos tantùm qui ſponte ac voluntate curatori paruerunt vim habitura ſint, etiam ſi mandatum ſolutum eſſe intelligerent:

2 Cicero lib. 2. de finibus.

3 Tacit. lib. 14.

4 lib. 6.

5 l. à Iudice de Iudic. C.

6 Bald. in l. 1. de iure aureorũ. C. & in l. ſcripta. de precib. imperat.

7 l. 1. de offi. eius cui mandat.

8 auth. ad hæc. de Iudic. cap. ſuper quæſt. de offic. de leg. cap. ſtatũ. de reſcriptis.

9 l. ſi quis alicui. §. morte. mãdati.

1 l. Iudicium ſoluitur. de iudic. ff. l. & quia de iuriſdictione.

2 d. l. ſoluitur.

3 cap. dudum de prębẽdis. cap. penult eod. cap. ex literis. de offic. de leg. Felin. in cap. cæterum.

rent:aduerſus alios verò,nihil omnino valeant ſummo[4] iure:ipſa tamen æquitas eos obligat, quoúſque curatores iudicéſve dati, mandatum reuocatione ſciant eſſe ſolutum. Vt enim[5] ante acceptum mandatum curator iudéxve datus nihil agit quod firmum ac ſtabile futurum ſit,etiam ſi cura ſibi commiſſa fuerit, eadem æquitas facit, vt acta geſta valeant à iudice reuocato, niſi reuocationem ſui planè intellexerit. Itaque Celſus[6] acta præſidis prouinciæ valere putat, niſi ſe reuocatum intellexerit: ac tametſi pontifex Innocentius[7] aliud iudicandum putabat, ſi de capite vel fama queratur,non[8] tamen in ſentẽtia permanſit,vtcunque ſummus princeps, & vtriuſque iuris péritiſſimus eſſet, ſuis ſcriptis non maiorem
B quàm reliquis autoritatem tribui oportere teſtatus eſt, noſtrorum verò regum actuarij ac primicerius ipſe in mandatis ac reſcriptis quibus quid fieri mandatur,hæc verba inſcribere ſolent: A DIE QVA RESCRIPTVM SIGNIFICABITVR. quæ ſi reſcripto defuerint, intelliguntur tamen ineſſe. Ita quoque morte[9] mandantis ſoluitur mandatum re integra, alioqui curator rei gerendæ præpoſitus negotium ſibi creditum conficere poteſt,dum id fiat ſine fraude[1]: fraus autem legi fit,quoties curator non quidem à viatore, aut accepto reſcripto, ſed aliunde certo ſit principem mortuum rebus integris, agit tamen, res integra non eſt, quæ ſalua Republica, ſaluóque priuatorum iure,ſeu de publicis, ſeu de priuatis rebus agatur,à curatore deſeri nõ poteſt:ſiue princeps,ſiue magiſtratus[2] man-
C dauerit.Res integra non eſt in bello ſi acies inſtructæ fuerint, nec ſaluo exercitu Imperator receptui canere poſſit:prœlium committere debet[3], etiam ſi principem intelligat mortuum eſſe,aut vetitum ne prœliũ committat:res integra non eſt,ſi ſeditio populi coorta,aliter ſedari nõ poteſt, quàm ſi de authoribus ſuplicium ſumatur, id exequendum eſt, deinde reſcribẽdum[4], inquit,Iuriſcõſultus: tametſi priùs mors aut interdictum imperãtis interuenerit. Sed reſcripta Principum iuriſdictionis cauſa,quas noſtri iuſtitiæ literas appellant,longè differunt ab iis quæ ſingulari iuſſu à principe imperantur,quas vulgus forẽſe, literas ſtatus appellat: harum enim mortuo principe nulla vis eſt:illę verò ſuam vim retinẽt:nec principis occaſu robur amittunt: ſæpe tamen ſucceſſor imperij ratum habet
D id quod alterius iuſſu confectum eſt, etiamſi re integra mortuus eſſet: eóque magis ſi vtiliter geſta res eſt: quod magiſtratui aduerſus curatorem iudicémve à ſe datum[5] minimè liceret. Atque hæc de toto genere curatorum dicta ſint. Magiſtratuum verò poteſtas ac imperium morte principis non terminatur, tametſi more maiorum, apud nos, quibus omnia publica munera curationis in modum ac precario dari conſueuerant, mortuo rege ſuſtinentur quodammodo actiones curiarum maiorum:nam mortuo Ludouico XI. Rege curia Pariſiorum decreuit,vt publicis muneribus incumberetur,dum interim mandata noui Regis acciperẽtur, vt antea vetere ſenatuſcõſulto decretũ erat, anno M.CCCLXXX. At curia Toloſatum Carolo VII. Rege mortuo ſibi vacationem quidem ab omni iuriſdictione indixit, quouſque reſcriptum à Rege accepiſſet: ſi quid tamen incideret quod curiæ authoritate egere videretur,id curiæ

4 Imm.in cl.Pano: Butrio. Fel. in d. cap. cæterum.
5 in curia Romana.decil.Rotæ in nouis. 459. Archidiaco. in cap. ſæpe.de offic.de leg.
6 l. ſi forte.de offic præſid.
7 Innocẽt.in cap. qualiter.de accuſat.eſt quem Bar. ſequitur in l.Barbarius.de off præ tor. nu.18 Rom. in l. 15 cui.de verbor. oblig. Cardin.cõſ.115.Rom. ſing 50.
8 Innocẽ. in cap. ex cõquæſtione. de reſtit.ſpoliat. Archidiac.in cap. 3 de probat.
9 l.& quia.de iuriſd. Io.And.Bal. Imol.Hoſtien.ſis. Panor. in cap. cũ veniſſet de teſtibus. Ang.in l.1 de iurisd. Bal in d. l. & quia.l.inter. l. ſi quis aliqui. l. mandatũ. mandati.
1 argum.l.eius.ſi c... & l.ſi ego. §.1 de iure dot ũ.
2 l venditor. de iudic. cap. 2. de offi. d. leg.l.vbi cœptũ. de iudic.
3 l nã & ſeruus §. ſi viuo.de negot. geſtis.
4 l.filio.§. hi autẽ. de inofficio teſtamento? pro.
5 l. obſeruare.de offic. proconſul. cap. ex parte de cani. de reſcrip. Molin.tit. de cẽſib. in cõſuetud. Pariſienſ. §. 52. glo.1.nu.131.

iuſſis ac edictis factum iri, ſine vlla Regis appellatione. In quo maieſtas
principis agebatur: quia nemini dubium eſt, antiquiſſima huius Imperij
lege, id eſt Salica, proximo cuique ſtirpis regiæ mortuo rege ſceptra de-
beri: ac regia poteſtate prius vti, quàm initiatus ſit, vt in curia Pariſiorum
pridem [6] iudicatum eſt, contra quam nõnulli temerè ſcripſerunt: quam-
obrẽ non debuit curia Toloſatũ de principis imperio ac maieſtate dubi-
tare: qui ſi nullus tũc fuiſſet, ne ipſa quidẽ curia vllã poteſtatem haberet.
Aliud iudicandũ erat, ſi reges optare ac populo creare liceret, vt in Polo-
nia, Dania, Pannonia, vbi mortuis regibus imperii maieſtas ad populũ re
caſura ſit: tũc magiſtratus, nõ principis vtũtur appellatione in interregno,
quia rex nullus eſt, ſed quaſi à Senatu populóq; imperiũ haberent, legiti- B
mos actus, ac munera quiq; ſua obeũt, propter vim legis ac imperij quod
magiſtratuum proprium eſt: curatores verò iudicéſve dati mortuo prin-
cipe imperium retinere nullomodò poſſunt, quia nihil ex vi legis aut
ordinariæ poteſtatis gerunt: non quia curationes odioſæ [7], magiſtratuum
verò munera gratioſa ſint: eſt enim (vt antea docuimus) ſæpe curatio
gratior ac Reipublicæ vtilior quàm ordinaria poteſtas. Quod enim cu-
ria Pariſiorum iudicauit [8] reſcripta iuſſáve regis parem, mortuo rege, re-
tinere poteſtatem quam viuo ac ſpirante habuiſſent, ita verum eſt, ſi cœ-
pta res & inchoata ſit. Quare ſi magiſtratuum poteſtas eſt annua, & ante
tempus magiſtratui definitũ rex intermoriatur, magiſtratus tamẽ, con-
tinuata poteſtate, legis actiones, ſiue inchoatis, ſiue rebus integris exe- C
quetur, quia poteſtas eius à lege perpetua, non autem à reſcripto tempo-
rario pendet: ac priùs legem abrogari neceſſe eſt, quàm magiſtratui po-
teſtatem. Cùm enim Tribunos militum poteſtate Cõſulari, propter pa-
trum ac plebis diſſidia, creari placuiſſet, non priùs creatio Conſulum re-
peti potuit, quàm Licinia lege Tribunatus illa poteſtas de republica tol-
leretur: ac [9] noſtra ætate cùm duos curiæ Pariſiorum præſides ex albo
curiæ demere placuiſſet, non quidem ipſis erepta poteſtas eſt, id enim
nolentibus ſine iudicio capitali fieri non poterat, ſed in poſterum ne in
mortuorũ locum alteri ſubſtituerentur lege [1] ſancitum eſt: noſtri ſupreſ-
ſionem appellant: vt ea quæ Carolo IX. Rege eſt [2] omnium magiſtra-
tuum qui ab Imperio Franciſſi regis, aui creati fuerant: lata lex eſt rogan- D
tibus omnium ordinum legatis, qui ad Aureliorum conuẽntus confor-
mandæ Reipublicæ cauſa conuocati fuerant. Ac ſæpe fit vt vnus vna lege
magiſtratus fiat: ſæpius etiam plures, vt viatores ſexaginta vna lege crea-
ti ſunt à Franciſco [3] rege I. & Prætores iudiciorum publicorum in vniuer-
ſa Gallia vno creati ſunt, & eodem [4] momento: cùm antea Prætor idem
publicorum ac priuatorũ iudex eſſet. At non modò ſcribas curiarum, ſed
etiam miniſtros eius officiales creari placuit lege lata [5]: vt minima quæ-
que munera, quæ in Republica Romana ſeruis ſine lege ab ipſis magi-
ſtratibus mandari cõſueuerant. Nec ſatis eſt lege magiſtratus ac cæteros
officiales creari, ſed etiam ſucceſſoribus reſcripto ſingulari ad teſtifica-
tionem adepti magiſtratus opus eſt, non tamen noua lege. Inde fit vt
reſcripta curationum ad magiſtratum aliquem, puta ad Prætorem Pari-
ſiorum,

6 anno 1498. 19. April.

7 DD. in cap. fin. de offic. deleg. & in cap. gratum. eod. Bart. in l. I. de Iudic. Cuneus Albericus. Caſtrenſis. Bal. in d. l. eius. qui certum.

8 anno 1381. Octobris.

9 anno 1544.

1 In actis curiæ rege Franciſco. fol. 95. verſo & fol. 99.

2 anno 1560.

3 anno 1544.

4 anno 1527.

5 1544.

ſiorum, vel mortuo Prętore ad ſucceſſorem[6] in eadẽ Prætura pertineăt, quia princeps magiſtratum non perſonam eligit: ſin cuiuſquam delecta ſit perſona cuius nomen reſcripto comprehenſum fuerit, eo mortuo ſucceſſor in eodem magiſtratu curatione defungi non poteſt, quia princeps nõ magiſtratus, ſed perſonæ delectum[7] habuit. Hoc etiam differunt curationes ab officiis, quòd hæc latiſſimè patent, curationes verò anguſtiſſimis finibus continentur, quàm multa magiſtratuum religioni relinquuntur! quàm multa æquitati[8] permiſſa! curatori nihil extra reſcriptum licet, eóque minus ſi de Republica, de fœderibus, de pacis actionibus, de finibus imperij, de principis dignitate agitur, in quibus explican-
B dis mandatum egredi capitale eſt. Interdum legatorum mandatis hæc clauſula ſubiicitur, SI QVID ampliùs fieri oporteat, pro locorum, temporum, ac perſonarum varietate curabit legatus: vel ea quæ eſt apud Æſchinem pro ſua legatione, VT legati pro ſua prudentia quæ è Republica eſſe iudicabũt exequantur: non pertinet ad ea quæ non aliter quàm ſingulari mandato debẽt explicari: hoc eſt ad fœdera concipienda, aut conuellenda: ſed ad ea tantùm quæ his leuiora videbuntur: nam ſi quid largiendum hoſtibus eſt aut ſociis, quò imperium eorum cum Reipublicæ incommodo proferatur, id legatis ſine mandato ſingulari non licet: at ne procuratori quidem, cui cætera omnia credita fuerint libera ſolutáque agendi poteſtate, non licet tamen de re aliena quicquam largiri, aut
C accepto ferre, ac ne iuſiurandum quidem ſuſcipere, aut referre ſine ſingulari[9] mandato: quantò minùs in Republica licebit? rata quidem haberi poſſunt[1] quæ ſine mandato geſta fuerunt: iure tamen ſine mandato fieri nequeunt. At tametſi priuatis in rebus mandato rectè paruiſſe interpretamur eos, qui vberiùs ac meliùs quàm iuſſi fuerant, negotium geſſerunt, in publicis tamen non eadem vtimur interpretatione: miles enim qui hoſtem inuaſit, aut magiſter equitum qui prælium conſeruit, tametſi vterq; victor opima ſpolia de hoſtibus retulerit[2], capitali tamen pœna obligãtur, ſi vetante Imperatore id fecerint. Quid enim præclarius vnquam aut ſempiterna gloria dignius fieri potuit, quàm à Fabio equitum magiſtro Papirij Dictatoris factum eſt? is enim viginti millia ho-
D ſtium centum ciuibus tãtùm amiſſis interneccioni dedit, ſed quia vetante Dictatore in hoſtem inuaſerat, capitis poſtulatus eſt, nec aliter quàm Dictatore placato populi precibus ſuplicium euaſit. Itaque C. Cæſar[3] Syllanum legatum rectè ac prudenter feciſſe ſcribit, quòd manus cum hoſte non conſeruiſſet, tametſi victoriam certam relaturus videretur: quia nihil debuit, inquit, contra iuſſum Imperatoris tentare. At ne duci quidem exercitus, iniuſſo, niſi victoriam relaturum ſe certò ſciat, aut vrgentibus vndique hoſtium copiis, prælium inire licet, quantò minus vetãte Imperatore? Ac tametſi Paulus Termæus Tribunus militum Gallici exercitus ab hoſtibus captus fuiſſet, exercitu fuſo ac proſtrato, is tamen qui triũpharat malè acceptus eſt ab Hiſpanis, quòd Belgia in Francorum poteſtatem ventura fuiſſe videretur, niſi viciſſet. Hæc ad eos pertinent, qui aut legati ſunt, aut aliorum imperio tenentur: non autem de

6 Bar. in l. terminato de fructib. & litiũ expenſis. C. Panor. in cap. 1. quod metus. Feli. in cap. quoniã de offi. deleg.

7 arg. l. inter artifices. de ſolut.

8 l. penul. de iuſtitia. l. reſpiciendum de pœnis.

9 l. cõtra § vlt. de pactis. l. tranſactionis de tranſáct. l. mandato de procur. l. procurator. totorũ. eod. l. Iuſiurandũ §. vlt. de iureiurando. l. 3. de acceptilat.

1 l. quod ſi de ſpeciali de minorib. vbi Bal. l. penult. rem ratam. l. hoc iure de regul. l. vlt. ad Macedò. C.

2 l. 3. de re militari.

3 lib. 2. belli ciuilis.

iis,quibus propter vim imperij ac magiſtratibus bellum gerere licet, vt Conſulibus,aut legatis abſente Cõſule, vt etiam apud nos magiſtro militum, vel eo abſente antiquiori Mareſcallo: iis enim poſtquã indictum eſt bellum,omnia quæ bello gerendo neceſſaria ſunt volũtate arbitrióque ſuo regere fas eſt: ſiue hoſtem laceſſere,ſiue prælium conſerere,ſiue arces obſidere, ſiue hoſtiũ caſtra inuadere,niſi à principe prohibeantur. Vrbes verò captas hoſtéſve abductos dimittere, aut pacem inire iniuſſi non debent: tametſi in popularibus Imperiis hæc ad viuum referari nequeunt,ſed omnia ferè Imperatores per ſeſe obeunt, quæ in monarchia ab vnius principis arbitrio pẽdent:quia faciliùs eſt vnius,quàm omnium, principis quàm multitudinis exquirere volũtatem. Itaque videmus non B modò belli gerendi ſed etiam rerum omnium poteſtatem à populo Romano Imperatoribus ſæpe tributã: vt cùm aduerſus Hetruſcos bellum geri oportuit,Omnium rerum,inquit Liuius[4], arbitrium & à Senatu, & à populo,& à collega,Fabio conſuli permiſſum.Idem[5] alibi, Initio liberum pacis ac belli arbitrium permiſſum. Hoc tamen intererat inter eos qui ex vi magiſtratus, & eos qui accepto extra ordinem imperio bellum gererent, quod magiſtratuum acta ratihabitione non egerent niſi quid factum eſſet,quod ad populi maieſtatem pertineret: cæterorum verò actiones ratas haberi à Senatu populóve neceſſe fuit, ſi quid vltra mandatum feciſſent. Nam Pompeio belli aduerſus Mithridatem gerendi data poteſtas eſt: aliis tamen principibus ac populis bellum indixit: regibus C nonnullis ſceptra dedit, quibuſdam ademit: largitione agrorum ac pecuniarum quos voluit locupletauit: quæ omnia vt Senatus rata haberet ſæpiſſimè petiit: cùm tamen id obtinere non facilè poſſet,affinitatem ac ſocietatem cum Cæſare contraxit, vt mutuis opibus & gratia ſeipſos aduerſus[6] accuſationes inimicorum faciliùs tuerentur.Quòd ſi quis dicat, belli rerúmque agendarum ſummam Pompeij arbitrio ac volũtati permiſſam, nec ratihabitione opus fuiſſe, fallitur: nã huiuſmodi verba quæ reſcriptis continentur. EIVS ARBITRIO, VOLVNTATI, PRVDENTIAE, RELIGIONI PERMITTIMVS, ſic[7] interpretari oportet, vt optimus ac prudentiſſimus quiſque faceret, ita vt Reipublicæ vtilitatibus & commodis caueatur: in quo genere ſi quid peccatur, id Reſpublicæ præſtare D oportet, nec vllus eſt erroris, aut imperitiæ excuſationi[8] locus: potiſſimùm in iis qui non oblatam,ſed quæſitam:non delatam,ſed extortã curationem acceperunt: ſi enim in priuatis ac leuibus negotiis,qui mandatum etiam gratuitum ſuſcepit, imperitiam aut errorem excuſare nõ poteſt:quænam in Republica gerenda excuſatio futura eſt? Et vt plenius curationum ac officiorum vis ac differentia percipiatur,placet veterum Romanorum exemplis vti, & ea cum noſtris conferre. Sic enim Feſtus ſcribit,Cum Imperio eſſe dicebatur apud antiquos,cui nominatim à populo dabatur imperium:nos commiſſionem expreſſam appellamus ſine magiſtratus honore: quem qui adeptus eſt, imperium quoque dicitur eſſe adeptus:quia magiſtratus ab imperio diuidi non poteſt. Nam cùm Hannibal Vrbẽ obſideret,Placuit, inquit Liuius, omnes qui Dictatores, Conſu-

4 lib. 10.
5 lib. 32.
6 Dio & Plutar. in Pompeio.
7 l. hæc vẽditio. de l. in vẽditio. ne §. de tempore de cõtrahend. empt. l. creditor. §. Lucius. mandati.
8 l. 5. §. fideiuſſor mandati.

Conſules, Cenſoréſve fuiſſent cum imperio eſſe, donec receſſiſſet hoſtis à muris, id eſt imperium illis tributum eſt extra ordinem ſine magiſtratu, ad Vrbis tuendæ procurationem. Ita M. Tullius de Cæſare Octouiano, Demus, inquit, Imperium Cęſari, ſine quo res militaris geri non poteſt, quia Octouianus adhuc adoleſcens nec per leges magiſtratum adipiſci, nec legiones ducere, multò minùs ſine imperio munus imperatorium obire poterat, Cicero ſuadet vt cura belli gerendi cum imperio illi extra ordinem detur: qui locus Sigonium & Gruchium exercuit vehementer, neque enim Cicero ſi Octouianus Conſul aut Prætor fuiſſet, his verbis vteretur, quia iure magiſtratus imperium habuiſſet. Magiſtra-
B tuum verò & Curatorum creandorum ratio, non ſolùm munere, ſed etiam rogandi forma differunt: nam magiſtratus creari ſolebãt ex legibus antea latis, magiſtratu populũ ita rogante, QVOS VELLENT CONSVLES FIERI. In curationibus verò his verbis[9], VELLENT IVBERENT vt huic imperiũ eſſet: vt antea de Scipione Affricano diximus, cùm per ætatem magiſtratum adipiſci non poſſet. Itaque Cicero in Rullum, Omnes, inquit, poteſtates, imperia, curationes ab vniuerſo populo proficiſci conuenit: poteſtatis verbo magiſtratus prouinciales, qui propriè ſic dicebantur, intellexit: imperia verò ad eos quibus vrbani magiſtratus ordinario iure, vel extraordinario munera cum imperandi poteſtate concedebantur: curationes ad ea munera quoque pertinent, quæ etiam ſine imperio
C tribuuntur. Oratoriè tamẽ Cicero vt cauſæ inſeruiret, quia maxima pars magiſtratuũ, ac curatorũ nõ ab vniuerſo populo, ſed à plebe ſemotis patriciis, ac tributis non centuriatis comitiis fiebant, vt antea docuimus: nã imperator propriè dicitur de eo cuius edictís exercitus parere tenetur: dux autem, de eo qui quòd ſtrenuus eſt & militaris diſciplinæ peritus aciem inſtruit, caſtra metatur, arces obſidet, imperatore tamen inferior eſt. Ita Cicero bellum duce Xantippo Lacedæmonio, Imperatore verò Aſdrubale cõtra Romanos in Affrica geſtum ſcribit. Idem de Pompeio, Toties, inquit, imperator antequam miles: verbum autẽ curationis eos omnes complecti, qui ſine magiſtratu munus publicum gerũt docet Cicero[1], Idem transfero, inquit, in magiſtratus, curationes, ſacerdotia, nam
D his tribus omnia ferè munera publica complexus eſt. Ita quoque Vlpianus curatorem Reipublicæ diſertè à magiſtratu diuiſit, tum in eo libro quem de curatore Reipublicæ ſcripſit, tum alibi ſæpiſſimè[2]. Græci λογιστὴν appellant, qui mulctam dicere non poterat[3], id quod omnibus magiſtratibus licuiſſe antea docuimus. Omnes autem curationes in magiſtratus abeunt, quoties ordinarium munus, lege lata, fit ex eo quod antea extra ordinem gerebatur, id noſtræ Reipublicæ exemplis docuimus. Romanorum exemplum eſt de Tribunis militum, qui antea curationis in modum à Conſulibus fiebant: ſed anno ab vrbe condita CDXLII. rogatione Tribunorum[4] plebis lata lex eſt, vt munus ordinarium eſſet, & populi beneficio tribueretur: quod poſtea ſemper fieri conſueuit, niſi tam graue bellum impenderet, vt extra ordinem Tribunos militum legi oporteret: vt in bello Macedonico aduerſus Perſeum Regem, Licinius &

9 Liuius lib. 26.

1 Verrina quarta.

2 l. 4 §. graui. l. 3. §. primo & penult. de adminiſtrat. rerũ ad ciuitat. l. magiſtratus reipublicæ l. curator eod. l. 7. de offĩ. procõſul. l. 1. & 2. de operib. publicis l 2. & 17. de vſuris. l. vlt. de muneribus. l. penul. de collegiis. l. 5. §. hæc verba. quod vi aut clã.

3 l. curator. de modo mulctæ. C.

4 Liuius lib. 9.

Caſſius Conſules rogationem ad populum tulerunt, vt eo anno [5] Tribuni militum à Conſulibus legerentur: vti factum eſt. Ita quoque Conſules, Prætores, ac cæteri magiſtratus ſeruos ex familia viatores, ſcribas, accenſos, cornicularios arbitrio ſuo legere conſueuerant, vt in hoc Imperio factum eſt vſque ad Philippi Belli ætatem, qui Prætoribus prouinciarum viatores creandi poteſtatem ademit, iis tamen qui prædiatoriam iuriſdictionem haberent, viatores & actuarios ſibi creare permiſit[6]. Nec ita pridẽ, id eſt maiorum noſtrorũ ætate, Procurator fiſci aduocatos, qui principis cauſas agerent, arbitrio ſuo legere cõſueuerat: nunc verò vt magiſtratus ordinarij à principe creantur. Atq; hæc de officiariis & curatoribus in vniuerſum dicta ſint, ſequitur vt de magiſtratibus, & quæ cuiuſque propria ſint explicemus. B

5 Liuius lib. 42.

6 In actis ratiociniorum.

## *De magiſtratibus.* CAPVT. III.

MAGISTRATVS eſt officialis qui publicum imperium habet. Parum refert quibus verbis, ſi Latina deſint, vtamur, modò rem teneamus. Officialem genus eſſe diximus perſonarum publicarum, quæ munus ordinarium lege definitum habent. Curatorem verò publicam perſonam, quæ munus publicum extra ordinem imperantis arbitrio gerit. Prius erat vt de curatoribus quàm de officialibus diceremus: cùm illi priùs extiterint, quàm legibus vllis vteremur. Nam Principum voluntas, verba, nutus, pro legibus initio fuerunt: C ab iis enim curationes domi ac militiæ manare ac precario dari: ab iiſdem arbitrio ſuo reuocari conſueuerãt. Illud eſt quod [1] Pomponius ſcribit, manu regia principio Romanorum Rempublicam gubernari ac teneri, nec legibus vti conſueuiſſe. Certè quidem Ioſephus, optimus antiquitatis interpres, Iſraëlitarum originem ab vltimo principio repetens in libris aduerſus Appionem Grammaticum, docuit Moſem primum omnium mortalium leges ſcripſiſſe. At ne quingenteſimo quidem poſt anno verbum legis exaudiebatur: argumẽto ſit quod Homerus tot ac tam multis libris quæ ſcripſit nuſquam νόμου verbum vſurpauit. Quare neceſſe fuit omnia curatoribus committi, cùm ſine legibus ordinaria imperia, munera, poteſtates conſtitui non potuerint, nec principes ſe legibus teneri paterentur, quò minùs quæ vellent arbitratu ſuo ſtatuerent: arbi- D trium autem illud ac ſumma poteſtas legibus imminui videtur, quibus magiſtratui imperium certis conditionibus ac temporibus fruendum datur: ſi quidem niſi poteſtate abutatur adimi non poſſit. Quamobrem noſtri principes, qui iura ſuæ maieſtatis nulla ratione minui patiuntur, in mandandis magiſtratibus adhuc vetere clauſula vti ſolent, QVOAD NOBIS VIDEBITVR, qua quidem precarium non ordinarium imperium ſignificatur: tametſi videtur inanis ea clauſula in hoc imperio, cùm Ludouici XI. lege ordinaria munera ſemel à principe ex legibus tributa inuitis ante tempus, niſi fraudem capitalem admiſerint, adimi non poſſint. Eadem lex eſt omnium penè ciuitatum ac Rerumpublicarum communis: ſed ea clauſula, qua etiamnum principes in tribuendis honoribus ac imperiis

1 l. 2. de orig. Iuris.

periis vtuntur, ſignificat omnia imperia extra ordinem à regibus olim precario data fuiſſe, quod Rebuſpublicis vtile ſit nécne ſuo loco diſſeretur. Sed priùs definitionem magiſtratus à nobis allatam ſuis ponderibus exigamus. Officialem in genere collocauimus, propterea quod omnes magiſtratus officiales ſunt, non item omnes officiarij magiſtratus: hoc igitur maximè inter ſe differunt, quòd hi quidem imperium habent, illi non ſemper. Græci meliùs, qui ἀρχὰς & ἄρχοντας vocant magiſtratus id eſt imperantes, παρὰ τὸ ἄρχειν, quod eſt imperare ac edicere. Latini magiſtratus, quaſi magiſtros vocant, id eſt moderatores ac duces. Dictator verò in maxima poteſtate conſtitutus, magiſter populi dicebatur[2]: nam Di-B ctatoris vox imperatorem ſignificat, quaſi edictator: eſt autem edicere nihil aliud quàm iubere, ſed magiſtratus proprium eſt: ſunt enim edicta, magiſtratuum iuſſa, vt ſcribit Varro in libris de lingua Latina, ſi modò is author eſt: ſed quiſquis eſt, non debuit Dictatorem interpretari, quòd ab Interrege diceretur: nam ea ratione magiſter equitum dictator quoque vocandus eſſet cùm à dictatore diceretur: nec dictatorem ſed dictatum appellare oporteret: Meliùs ergo Dionyſius Halycarnaſſæus Varronis domeſticus, qui Dictatorem quaſi edictatorem, id eſt imperatorem appellari ſcribit: ac propterea populi magiſter dicebatur. Superiùs diximus definitionem magiſtratus ab iuris interpretibus, & ab ipſo Ariſtotele allatam ſtare nullo modo poſſe: in eo tamen nobis cum Ariſtotele conue-C nit[3], quòd vtrique imperium magiſtratui tribuimus. Idem tamen eos omnes quos officiales dicimus, ipſe ἀρχὰς appellat[4], nomine ſcilicet proprio magiſtratuum quibus imperium eſt in Republica, quos partẽ facit ἀναγκαίους, partem πρὸς κοσμὸν, καὶ εὐταξίαν, ὡς γυναικονόμους, παιδονόμους, deinde magiſtratuum adminiſtros viatores, inquam, ſcribas, lictores, actuarios enumerat, quos ipſe magiſtratuum complectitur appellatione, qui tametſi imperio vacãt, imperij tamẽ participes eſſe ſcribit, his verbis[5], τῆς ἀρχῆς μετέχοντας. Alibi hæret ac dubitat nũ iudices, & oratores veniãt magiſtratuũ appellatione, cũ ab imperio deferãtur: quę dubitationes magnã in hac diſciplina perturbationẽ pepererũt. At M. Cato cùm viatores, actuarios, & ſcribas plecteret[6], Vos, inquit, veſtræ conditionis memores eſſe decuit, nec ma-D giſtratus, ſed miniſtros vos eſſe. Hebræi vno verbo iudicũ שופטים publicas perſonas quæ imperium habent complectuntur: cæteros שוטרים id eſt miniſtros vocant. De oratoribus ſeu cõcionatoribus quos ipſe ἐκκλησιαστὰς vocat, cùm imperio vacarent nemini dubium eſt eos magiſtratus non fuiſſe: ſed quæ incommoda Reipublicæ aut vtilia viderentur ſuadere aut diſſuadere conſueuiſſe: quod Athenis priuato cuique licebat[7], modò annum quinquageſimum attigiſſet: cæteris verò iubente magiſtratu. Romæ nemini fas erat ad populum orationem habere niſi conceſſu magiſtratus. Quod de iudicibus dubitat, magiſtratus ſint nécne, facilè eſt ad explicandum, ſi demus iudicum allatam ab Iuſtiniano[8] diuiſionem aptè ſibi cohærere: partem enim iudicum magiſtratus eſſe, partem ſine magiſtratu eſſe ſcribit. Eorũ igitur qui participes ſunt publici muneris, quod lege definiatur, id eſt officialium quoſdam magiſtratus eſſe, qui ſcilicet

2 Feſtus in verbo optima lege.

3 lib.3. polit. καὶ μάλιστα ἐπιτάττειν. id eſt imperare.

4 lib.6. polit.

5 Initio lib.3. polit.

6 Plutar. in Catone Vticenſi.

7 Plutar. in Phocione.

8 In auth. de Iudicib.

imperium habeant, cæteros magiſtratuum miniſtros appellari conſtat. Ea diuiſio neceſſaria viſa nobis eſt, vt negationes, quæ rectam partitionem vitiant, effugeremus. Imperatores ſuis legibus miniſtros magiſtratuum, qui imperio carent, ſæpiſſimè officiales[9] appellant. Sed quoniam verborum inopia laboramus, verbum illud de toto genere dici commodiùs oportere iudicauimus, tum vt verbo miniſtrorum vteremur ſuo loco: tum etiam vt hanc diſciplinam ad vſum forenſem ſenatorium ac militarem accommodaremus: nos enim officiarios appellamus, populari verbo, qui muneribus publicis & ordinariis incumbunt, ſiue imperium habeant, ſiue ab imperio deſtituantur. Iuris quidem interpretes[1] noſtri Accurſium ſecuti, curatorum ac magiſtratuum rationem, ita quia Ro- B
manorum antiquitates ac mores minùs intelligerent ſæpiſſimè confuderunt. Magiſtratuum quatuor genera ſtatuũt, Illuſtres, ſpectabiles, clariſſimos, perfectiſſimos, quibus merũ imperium tribuunt. Quanquam Patricios, qui cæteris[3] omnibus dignitate præponderant, omiſerunt, & Auguſtales, qui clariſſimis ſuperiores erãt. Hos enim[4] gradus honorum conſtituit Iuſtinianus, Patricij, Illuſtres, Spectabiles, Auguſtales, Clariſſimi, ſiue Specioſi, & Perfectiſſimi: quæ in[5] priuatos ciues æquè conueniunt atque in ipſos magiſtratus. Quod verò quibuſdam[6] tribuunt ſine munere dignitatem, vt Comitibus & Marchionibus, quos tamen Imperium ac iuriſdictionem habere confitentur: huius opinionis leuitas à ſe ipſa confutata non deſiderat orationẽ meam: nec item illud quod gym- C
naſiarcham iuriſdictionem in diſcipulos habere putant[7]: quod quidem ſi demus, magna perturbatio publici ac priuati iuris ſequatur neceſſe eſt. Alexander Imolenſis, Iuris omnium ſuæ ætatis peritiſſimus propius abeſt à vera magiſtratus definitione quàm cęteri, cùm magiſtratus eos tantùm eſſe ſtatuat, qui ſunt ordinarij iudices: ſed ne id quidem ſatis eſt. Etenim magiſtratus etiam dicitur is cui imperium eſt ſine iuriſdictione: vt Cenſores ac tribuni plebis: contra verò iuriſdictionem habent ordinariam plerique ſine imperio, ſine viatore, ſine lictore: vt olim quidem, & vbique nũc pontifices qui de rebus ſacris, ſanctis, ac religioſis iudicant. Pontifices, inquit Lentulus, religionis ſunt iudices, legis Senatus. Ex quibus perſpicuum fit eam quæ de imperio ac iuriſdictione eſt, déque ma- D
giſtratibus diſputationem, non eſſe ab interpretum riuulis, ſed ab ipſis iuriſconſultorum ac hiſtoricorum fontibus hauriendam. Scribit enim Vlpianus[8] omnibus magiſtratibus, præterquam duumuiris, licere ſuam iuriſdictionem penali iudicio tueri: quod non modò ad mulctam pertinet, ſed etiam ad manus[9] iniectionem. Hic tamen, dicat aliquis, magiſtratuum appellatione venire quoque Duumuiros, alioqui fruſtrà exciperentur[1]. Idem tamen negat iuriſdictionem Duumuiros habuiſſe, aut vllam litium cognitionem, præter[2] quam quòd poterant in poſſeſſionem mittere, ac iubere cauere, quæ magis imperium ſapere, quàm iuriſdictionem videntur. Hæc Vlpianus, qui etiam in eo genere cauſarum Duumuiros Prætoris iuriſdictionem exercuiſſe ſcribit[3]: quoniam dilatio periculoſa videretur, ſi ad Prætorẽ iri oporteret. Ob eam cauſam

tutoris

9 lib. 1. & 12. Cod. Iuſtin.

1. Bart. In authẽt. vt ab illuſtri. cõſtitut. 23. Bald. in l. 1. de offic. eius cui. nu. 4.
2 Accurſ. in d. l. 1. de offic. eius.
3 l. 1. de proximis ſacrorũ ſcrinior. C. l. 29. de vſuris. C.
4 lib. 12. C. & in authé. vt ab Illuſtri.
5 l. ſpecioſas. de verbor. ſig.
6 Bartol. in l. nec magiſtratibus. de Iniuriis.
7 Bar. in l. omnes populi de iuſtitia.

8 l. 1. ſi quis ius dicenti.
9 l. cum ab eo. ad l. Iul. pecul.
1 l. 1. l. dies. §. duas. de damno. infecto. ff.
2 l. iubere. de iuriſdict.
3 l. 1 l. dies. §. vbi. de damno.

tutoris[4] dandi poteſtatem fecerunt Duumuiris, ſi tenues eſſent pupillorum fortunæ. Ex quo planum fit nihil eos iure ſui magiſtratus, ſed Prætoriæ tantùm iuriſdictionis partem habuiſſe precarij. Qui verò mandatam, aut precariam habent iuriſdictionem, nihil ſuum dicere poſſunt. Siue igitur Duumuirorũ poteſtas in imperio, ſiue in iuriſdictione tantùm poſita fuerit, vt[5] Paulus velle videtur, precaria certè fuit. Ex quo intelligitur Duumuiros magiſtratus non fuiſſe. Qui autem imperium ac iuriſdictionem habent, & vocare, & prehendere, & iudicio pœnali iuriſdictionem tueri, & iudicata exequi poſſunt. Quibus imperium eſt ſine iuriſdictione, præhendere quidem licet, cætera non licent. Atque in B eo fallunt, qui quod antiqua lege Ateria Tarpeia[6] magiſtratibus omnibus mulctæ dicendæ facta[7] poteſtas eſt, iudicium magiſtratibus omnibus fuiſſe arbitrãtur: nam ſi mulcta publici iudicij cauſa diceretur à magiſtratu, puta à Tribuno plebis, licuit aut mulctam dependere ſine cauſæ cognitione, aut ad populum prouocare, vbi certatio mulctæ fiebat, vt ſæpe videre eſt apud Liuium[8], ídque factum eſt lege[9] Icilia, quia mulcta non quidem ex ſeſe infamiam[1] irrogaret, ſed ex cauſa publici criminis: vt ictus fuſtium nõ minuit exiſtimationem, ſed cauſa. Quòd ſi mulcta diceretur ei qui magiſtratui ſe vocanti non pareret, aut rogatus non reſponderet, aut ex alia cauſa quæ dignitatem non violaret, magiſtratui licebat pignoribus captis mulctam exequi extra prouocationem, quia C Tarpeia lege, modus mulctarum magiſtratibus erat definitus, vt ciues inobedientes coërceri poſſent illeſo ſtatu. Erat autem mulcta minima vna ouis, maxima duo boues, aut oues XXX. quæ quòd pro varietate pecudum grauiorem aut leuiorem efficerent pœnam, aut difficilius in Vrbem agi, & curari poſſent, æſtimari placuit ouem quidẽ decẽ aſſibus, bouem centũ aſſibus: id eſt totidẽ æris põdo. Sed poſtea auctis opibus, ac finibus Imperij propagatis, extraordinariæ mulctæ inuectæ ſunt, ſi cauſa grauior occurriſſet: vt de Fuluio ſcribit Liuius[2], quòd ſe Prætore aduerſus hoſtes exercitus in fugam conuerſus eſſet, & initium fugæ à Prætore ortum fuiſſe diceretur, Tribuni plebis mulctam triginta millium æris Fuluio dixerunt: cùm antea ſuprema mulcta eſſet duo boues, aut oues D XXX. Et quoniam huc nos oratio deduxit, Agellius nobis eſt ab errore purgandus. Is enim in noctibus Atticis[3], ſcribit mulctam ſupremam fuiſſe triginta boum, vel ouium duorum, ex eo colligit, maiorem in Italia boum quàm ouium copiam extitiſſe, ac propterea Italiam dictam fuiſſe, ἰταλὰς enim Græcis ac Varroni bos dicitur. At Dionyſius[4] Halycarnaſſæus Varronis domeſticus lege Tarpeia mulctam omnibus magiſtratibus, quum antea Conſulibus tantùm liceret, permiſſam fuiſſe ſcribit: modum tamen lege definitum, ne ſcilicet amplius quàm duos boues, aut oues triginta ad ſummum mulcta, egrederetur. Conſimili errore peccat Feſtus[5] Pompeius, ijſdem verbis, quibus Agellius, vt alter alterius ductu & auctoritate lapſus eſſe videatur: vtérque etiam ſcribit olim oues[6] maſculino genere dici, quòd nuſquam reperias, tametſi boues ſæpius genere fœminino vſurpari videamus: ſed fieri potuit vt duos oues

4 l. ius dandi de tutor. dat.

5 l. ea quę ad municipal.

6 anno ab V. C. 297.

7 Dionyſ. Halycarnaſſ. lib. 8. Gell. lib. 11. cap. 1. Feſtus lib. 14. in voce peculat.

8 lib. 25. triginta milli a æris mulcta dicta eſt Fuluio a magiſtratu.

9 Dionyſ. lib. 7. Cicero Philip. 2.

1 l. 2. de modo mulctar. C.

2 lib. 25.

3 lib. 11. cap. 1.

4 lib. 10.

5 in verbo penult.

6 Gellius lib. 11. c. 1. Feſtus in verbo ouem & in verbo ouibus & in verbo peculatus

pro duos boues legerent. Ac ne quis putet in Romanis antiquitatibus Dionyſio Halycarnaſſæo homini Græco plus à me tribui, quàm Agellio, quàm Feſto Romanis ciuibus, ipſi à ſe refelluntur: nam vterque confitetur[6] minimam mulctam fuiſſe vnius ouis, maximã triginta boum aut duorum ouium: oportuiſſet igitur minimam mulctam vnius bouis extitiſſe. Neque tamen video in Romanarum antiquitatum perueſtigatione quẽ Dionyſio Halycarnaſſæo anteferre debeamus, excepto Varrone, cuius hic domeſticus fuit ac familiaris, & ex eius fontibus optima quæque hauſit: nam libros qui de lingua Latina circonferuntur non eſſe Varronis, tum ineptiæ declarãt, tum etiam quòd in illis legitur multam per antiphraſim dici: Agellius verò ſcribit Varronem libro vno & viceſimo rerum humanarum multam verbum Sabinum appellare: ſed poſteriores Grammaticos per antiphraſim dici putare: quo argumẽto perſpicuum fit eos libros non eſſe Varronis. Hæc tamen quæ de pecorum æſtimatione diximus, autoritate Demetrij Phalerei confirmantur. Is enim ſcriptum reliquit argenti drachmam legibus Solonis conſtitutam fuiſſe iis qui lupam occidiſſent: qui verò lupum quinque drachmas: drachmam autem ouis pretium extitiſſe, quinque verò drachmas bouis vnius: quòd lupa faciliùs ouem capit, lupus robuſtior bouem: ex quo planum eſt etiã in ipſa Attica boues triplo vtiliores quàm in Italia fuiſſe: nam ferè decem aſſes ſeu denarius drachmæ præponderat. Alius item eſt error apud Agellium eodem loco: vbi multam quæ ſuprema dicitur, in ſingulos dies dictam fuiſſe tradit demendum eſt verbum dies: lex enim voluit à ſingulis ciuibus ſi plures ex eodem delicto tenerentur, non poſſe grauiorem mulctam exigi: alioqui non licuiſſet eodem die magiſtratibus, ſi plures peccaſſent ſæpius mulctare, ex quo ſcelerum impunitas & magiſtratuum contemptus ſequeretur: argumento ſit illud exemplum Agellij, Marco Terentio quando neque citatus reſpondit, neque excuſatus eſt, ego ei ouem multam dico. Alius item error eſt apud Feſtum[7], vbi legem de mulcta T. Menenium Lanatum, & Seſtium Capitolinum Conſules ſanxiſſe ſcribit: eſt enim inauditum à Conſulibus leges ſanciri, nam lex ea lata eſt anno CCXCVII. ab V. C. quo Sp. Tarpeius, & A. Aterius Cõſules creati ſunt: ſed ſexto poſt anno T. Mænenius, & P. Seſtius Capitolinus conſules, rogationem ad populum tulerunt, vt pecudum mulcta ære æſtimaretur decuſſi vel decem æris pondo in ſingulas oues, centum in ſingulos boues. Quod verò ſolis conſulibus mulctam dicere licuiſſet Dionyſius ſcribit, mirum videri nõ debet, cùm eo tempore quo lata lex eſt, nec Prætor, nec Ædilis Curulis quiſquam erat creatus. Cicero cùm Platonis exemplo ſcriberet leges Reipublicæ illius, quam cogitatione ſibi finxerat, de magiſtratibus ita canit[8], Magiſtratus nec obedientem ciuem multa, vinculis, verberibúſve coërcento, ni par maiórve poteſtas, populúſve prohibeſſit, ad quos prouocatio eſto. Cùm magiſtratus iudicaſſit inrogaſsítve, per populum multæ certatio eſto. Idem paulò poſt, Omnes magiſtratus auſpicium iudiciúmve habento. Qui putant eaſdem leges fuiſſe Romanorum, quas apud Ciceronẽ videmus, errore labun-

B

C

D

6 Feſtus in verbo ouibus & in verbo peculatus.

7 in verbo peculatus.

8 lib. 2. de legib.

labuntur: poſtea docebimus: non omnes magiſtratus iudicium habuiſſe: id tamen Ciceroni vtile viſum eſt: Iuriſconſulti verò, non modò iis magiſtratibus qui ſuo iure habeant, ſed etiam, qui aliis acceptum ferant iuriſdictionem, ea quoque neceſſaria putant, ſine quibus[9] iuriſdictio inanis ſit ac inutilis futura, id eſt imperium quod iuriſdictionioni cohærere dicitur. Ex quo ſequitur Pontifices, qui imperio caruerunt, iuriſdictione propria caruiſſe, cognitionem tantùm, ſeu notionem habuiſſe. Nã quod Lucullus Pontifex in Senatu dixit, Pontifices religionis[1] iudices fuiſſe, legis Senatum, eò pertinet, vt perinde illis, cum quęritur de religionibus, ac cæteris in ſua[2] arte peritis credi oporteat: aut vt iudices dati, ſeu ad facti
B quæſtionem nudam, qui propriè recuperatores, ſeu ad æquitatis cognitionem, qui verius arbitri iure dati, non tamen ex compromiſſo: ſæpe tamen iudices appellantur. Itaque Veſtales quę pudicitiam proſtituerant ſemper à Prætoribus Vrbanis apud Liuiũ coërceri videmus, à Pontificibus nunquam: & cùm Publius Clodius Pompeiæ Cæſaris ſtuprum inferre in templo Bonæ Deæ conaretur, Senatus frequens de violatis religionibus quæſtionem decreuit. Naſcentis verò Chriſtianæ religionis initio, Pontifices Chriſtianos ne minimam quidem vllius rei iuriſdictionem, aut cognitionẽ in ſacerdotes ipſos habuiſſe teſtis eſt Auguſtinus[3], teſtis Nicephorus[4], teſtis Iuſtinianus[5], qui tamen illis cognitionem in ſui ordinis homines conceſſit[6]. Nec maiores noſtri pontificibus vllam imperij
C partem tribui voluerunt, idque ſæpiſſimè curia Pariſiorum ſuis decretis teſtatum reliquit. Cur ergo, dicet aliquis, tribunalia, mulctas, carceres, quæſtiones põtificibus[8] permitti videmus? quid hæc niſi imperium & quidem merum ſignificant? At etiam Philippus[9] Bellus, ac Ludouicus Belli F. Pariſiorum Pontifici prehenſionem in ſua diœceſi permiſerunt. Ego verò ſuperiora illa in vocatione quidem, non in imperio verſari ſtatuo, quia magiſtratuum executio eſt: eodem tamen momento adempta eſt prehenſio Pontifici Pariſiorum, quo fuerat conceſſa, idque Senatuſconſulto[1]: ac tametſi non ita pridem Henrichus II. ex impietatis cauſa[2] prehenſionem omnibus pontificibus dediſſet, paulò poſt tamen[3] lex illa abrogata eſt. At etiam Pontifices ipſi ſuis decretis nullam rei vl-
D lius executionem habere ſe profitentur[4]. Prehenſio quidem intra tribunalis ac ſuſelliorum fines ſeptáque permiſſa illis eſt apud nos, dum tamen vlterius ne progrediantur[5]. Et cùm multæ cõtra leges temerè à pontificibus noſtris decernerentur, curia Pariſiorum liberã vniuſcuiuſque prouocationem ſuſcepit: poſt etiam vocatio illis eſt erepta quam ipſi citationem viuam appellant. Extat enim Senatuſconſultum vetus, quo Pariſiorum Pontifex[6] grauiter mulctatus eſt, cùm ea vocatione vteretur. Cùm autem iuriſiurandi ac numinis violati ſpecie, omnem pontifices apud nos omnium penè rerum cognitionem ad ſe pertraxiſſent (nam Alexander[7] Imolenſis iuſiurandum ſufficere putauit ad tribuendam Pontificibus iuriſdictionem) curiæ maiores iuriſiurandi cauſa, cognitionem vllam ſuſcipere vetuerunt. Tandem etiam interdicta illis eſt poſſeſſionum de ſacerdotiis cognitio, idque poſt diuturnas acerbiſſimáſque

9 l. vlt. §. qui mãdatũ. de offi. eius cui.

1 Cicero ad Atticum. lib. 4.

2 l. 1. de vẽtre inſpiciendo.

3 in epiſtola 69. & 163. 164. 165.

4 lib. 7. c. 43.

5 Authen. de ſanctiſſimis epiſcopis. §. ſi quis. l. repetita. de epiſcopis & Cleric. C.

6 in d. authẽtica. & in l. repetita.

7 Gallus aduocatus fiſci parte. 5. q. 276.

8 c. cũ epiſcopus de offi. ordin. lib. 6. cap. nouimus. de verbor. ſignif.

9 notat Gallus q. 275. & 363. parte. 5.

1 Gallus q. 276.

2 edicto remoranti facto.

3 anno 1562.

4 cap. cum nõ ab homine. de iudi.

5 Boërius notat in cõſuetudines Biturig. §. 15. Gallus q. 276. Baldus, Cynus. in l. epiſcopale de epiſcopali audient. C. Iordan. Bri. in reperit. §. cõtrahẽtes. col. 19. curia Pariſiorũ vetuit. anno 1395. curia verò Toloſana etiã in clericos prehẽſionem ademit. Benedictus in capite Raynutius. num. 424.

6 anno 1346. notat. Gallus q. 275.

7 conſil. 63. lib. 3.

contentiones, Martini v. Pontificis Romani decreto cautū, quod adhuc extat in archiuis publicis[8]. At ne Hiſpani[9] quidē eccleſiæ Romanæ acerrimi vindices, epiſcopos publica aut priuata vlla iudicia tractare voluerunt, niſi quæ religionis & ſacrorum cauſa ſuſcipiantur: in qua ſententia video fuiſſe Felinum vtriuſque iuris bonum authorem[1], & qui pontificia decreta ſubtiliſsimè interpretatur. Ac tametſi decreta[2] quædam ambitioſa plus authoritatis ac poteſtatis pontifici Romano, quàm omnibus principibus ac populis tribuant: ipſe tamen[3] Innocentius IIII P. Maxim. ac optimus quiſque iuris interpres[4] hæc decreta iampridem repudiarūt, quæque Pontificem Romanum cæterorum pontificum principúmque concilio prætulerunt[5]. Ac Bartolus[6] ipſe cùm timidè ſcripſiſſet, maieſtatis non teneri ciues, qui aduerſus principē pro ſalute ac dignitate Pontificis Romani propugnauerint, erroris ſui veniā deprecatus eſt. Mihi quidem Reipublicæ vtilius videtur pontificibus aut imperium cum tanta cauſarum, quantam habent cognitione dari, aut illam iuriſdictionem ad puram de religionibus cognitionē traduci, vt Romanos veteres, vt Heluetios, item Geneuates, ac Germanos feciſſe videmus: mórum tamē cenſuram Pontificibus tribui neceſſe eſt: qua ſublata, non video quænam ſit occultorum ſcelerum, ac impietatis vindicandæ ratio futura, de qua ſuo loco dicemus. Nec tamen debet Pontificibus mulctæ irrogatio permitti, aut omnino illis imperium tribui: cur enim magiſtratus Pontificis ſententiam iniquam exequi cogatur? nam omni cognitione pontificia magiſtratibus interdictum eſt, niſi prouocatio ſit quaſi à pontifice, poteſtate abutenti, ad curias ſuperiores, quod rariùs fit apud nos, propter pœnę grauitatem, ſi temerè prouocatū eſſe iudicetur. Sic enim vtriuſque iuris interpretes[8] definiunt, acta magiſtratuum, qui de cauſis pontificum cognouerunt rata nō eſſe: vt ea quæ pro tribunali pontificū explicata fuerint, quę ad magiſtratuū cognitionē pertinēt nullius momēti[9] eſſę confitētur: ita vt ſi ſacerdos inceſtus, aut falſi cōuictus ſit corā magiſtratu qui etiā reū habeat, de crimine confitentē nulla ratio cōfeſſionis habetur pro tribunali pōtificis: id enim pontificio decreto[1] cōprehensum eſt. Sed cū incidiſſet hæc facti ſpecies, in qua legatus Pōtificis acta geſta corā magiſtratu ad ſe reuocaret, ac reſcinderet, prouocatū eſt ad curiā Pariſiorum, vbi diu dubitatum memini, an probationes perſpicuas, quibus ſacerdos apud magiſtratum conuictus erat, irritas eſſe oporteret: nam de cæteris actis minus ambigebatur: ad extremum curia in conſilio decerni oportere iudicauit[2]. Et cùm rurſus conſimilis cauſa me pręſente apud iudices rerum capitalium diſceptaretur, eadem curia cauſam iterum ampliauit, & ad conſilium detulit, ne vel Pontificum ambitioſa decreta abrogare, vel ſceleratis peccandi licentiam præbere videretur. Quid enim abſurdius eſſet, quàm permittere ſacerdoti, qui lege Gornelia de falſis conuictus ſit, publicatis atteſtationibus, cauſa retrectata, teſtes reiicere, ne cōponantur ac teſtimonia conuellendo, cùm nulli amplius teſtificari poſſint, in media Republica impunè graſſari? maiores noſtri nunquam[3] publica iudicia de ſacerdotibus diuiſa cognitione tractarunt: curia verò Pariſio-

B (beside "concilio prætulerunt... maieſta-")
C (beside "cis ſententiam iniquam... pontifi-")
D (beside "ſtratu ad ſe reuocaret... Pariſiorum,")

8 decretum illud ad verbū deſcripſit Guido Papus cap. 1. q. Delphin.
9 lex regni parte. 3. tit. 19. l. 2.
1 Feli. in cap. quæ in eccleſiarū de conſtitut. colu. 2. verſa. concluſio.
2 in can. nemo & gloſa. eodē. 9. q. 3.
3 in cap. quanto. de iureiurando.
4 Ioan. Andre. in cap. per inquiſitionem. de ſentētiis excō. & Hoſtieſ. in cap. quāto. de trāſlat. Prę-lat. conciliū quidē Pōtifici Romano ſubdirū eſſe, ſed illud adiecit, claue non errante.
5 in Clemēt. ne Romani. de electio. & in cap. ſignificaſti. de electio. quæ abrogata ſunt decreto Concilij Conſtantiæ.
6 in extrauagāt. ad reprimendum verbo rebelles.
7 In cōcilio Sardæo de religionibus cognitio Pontificibus tributa eſt. ca. ſi quis 6. q. 4. cap. ſi inter epiſcop. cap. ſi epiſcop. 11. q. 3.
8 Bart. in l. magiſtratibus. de iuriſdict. & in l. diuus. de cuſtodia reorū. Imola in cap. 1. de offi. ord. Felin. in cap. at ſi clerici. de iudic.
9 Bald. in l. placet de ſacroſanct. C. Ancharun. in regula ea quo. de regul. lib. 6.
1 in cap. at ſi clerici. de iudic. & in cap. olim. de reſcriptis.
2 anno. 1569. 26. Februar. Felinus copioſè diſputat in d. cap. at ſi clerici.
3 Anfrerius in ſtilo parlamēti. parte. 3. art. 62. tit. de Gallinis.

Pariſiorum tametſi iuſtis ſæpe decretis Pontificia placita vel ſuſtulit, vel æquitate temperauit, nunquam tamen iuſtiùs quàm in iſta cauſa, quæ cùm ſæpius ampliata fuiſſet, tandem lege apud Molinços[4] lata, decretum illud pontificij iuris apud nos ſublatum eſt. Ita paulatim pontificia iura ſuis finibus circonſcribere oportet: nam principio naſcentis eccleſiæ Chriſtianæ anguſtis admodum regionibus terminabatur pontificia cognitio, latius patere voluit Iuſtinianus hac lege, Si quis[5], ait, aduerſus clericos, monachos, diaconos, aſceterias, actionem habeat, epiſcopus iudex eſto: ſententiam verò epiſcoporum magiſtratus exequitor: ſed verba legis quæ ſequuntur, magiſtratui permittunt vt de ſententia epiſcopi B cognoſcat, niſi iudex à principe datus ſit. Quæ verba pleróſque conturbarunt, dubitantes an epiſcoporũ ſententias exequi debeant, priùs quàm de ſententiæ æquitate cognouerint. Si nulla prouocatio interceſſerit[6], plerique ſententiam ſine cognitione exequi putant oportere: ſin prouocatum ſit, de appellationis æquitate querendum[7]: alij negant[8] id licere: ſic tamẽ ſtatuo ſi de re ipſa ſeu de materia iudicij quæratur, nec aduerſus pontificia decreta iudicatum ſit, nullam eſſe magiſtratuum cognitionem oportere, ſin pontifex apertè iura pontificia conuellere ſua ſententia conetur, ſiue in re ipſa, ſiue in forma iudicandi peccauerit, magiſtratuum cognitionẽ fore: hoc eſt ſi decretis & authoritate pontificia abutatur. Erit etiam magiſtratuum cognitio, ſi Pŏtifex in iudicando contra C leges imperij ſententiam ferat, etiam ſi decretis pontificum inniti videatur: vt pleraque ſunt pontificia decreta, legibus in Republica latis omnino contraria: magiſtratus imperij leges authoritate pontificia labefactare non patietur. In cæteris magiſtratus pontificum ſentẽtiam bona fide exequi par eſt, & eo quidem iure vti ſolemus: eodem vtuntur Orientales populi, apud quos pontifices nudam cognitionem, magiſtratus verò nudam habent executionem: quare nec lictorem habent Pŏtifices, nec viatorem, quæ præcipua ſunt imperij ac magiſtratuum argumenta. Sed dubitari poteſt omnes magiſtratus habeant iuriſdictionem néne? cum M. Meſſalla & M. Vario[9] ſcriptum reliquerint magiſtratuum partem habere vocationem, partem prehenſionem, partem neutrum: qui prehen- D ſionem haberent, viatorem habuiſſe, præterea nihil: qui vocationem & prehenſionem, iis lictores cum faſcibus datos fuiſſe: qui autem nec vocationis ius, nec prehenſionis haberent, vtróſque & viatoribus & lictoribus caruiſſe: prehenſionem appello manus iniectionem ſiue in pignora, ſiue in corpora, noſtris enim moribus pleríſque prædiatoriam iuriſdictionem habẽtibus, prædijs manum inijcere licet, corporibus non item. Hic agitur de Romanorum magiſtratuum imperio ac poteſtate, quod breuiter complecti neceſſe eſt, vt magiſtratuum in omni Republica poteſtates ac imperia clarius illuceſcant. Maiores igitur magiſtratus, Conſules, inquam, Prætores, Cenſores, & inter curatores Dictator, Interrex, tum etiam prouinciarum Proconſules, Præſides, Proprætores, Præfecti, atque omnes omnino prouinciarum rectores, vocare & prehẽdere non modò ciues priuatos viritim, ſed etiam minores magiſtratus potuerũt,

*Quæ fuerit magiſtratuũ Romanorum poteſtas.*

4 articul.39.

5 auth. de ſanctiſſi. epiſcopis.

6 cap. inquiſitionis. §. prohibemus. de hæretic. lib. 6. Fel. in cap. aut clerici.

7 Cynus in l. ab exequutione. quorũ appellat. non recipiuntur. Bart. l. 1. & l. vlt. ſi quis ius dicẽti. & in l. diuus § 2. de cuſtod. reorum. Salicet. in l. ea quidẽ. de accuſat. C. Feli. in cap. ad audientiã. de iudic. Oldrad. cõſil. 89. textus in auth. de ſanctiſſimis. § ſi vero.

8 Bal. in auth. clẽricus. de epiſcop. C. Innocẽtius in cap. primo de offi. ord. Panor. eo. Imol. & Panor. in cap. ad audientiã de reſcriptis. Ancharanus. in cap. at ſi cleric. de iudic. Lucas Penna in l. 1. de priuileg. ſcholar. Angel. in l. magiſtratibus de iuriſdict. textus eſt in cap. ad falſariorũ. de crimine falſi. cap. degradatio. de pœnis. lib. 6. cap. in præſentia. de offi. ordin.

9 Gellius lib. 13. cap. 12.

exceptis Tribuniſplebis, quorum corpora quòd ſacroſancta eſſent, violare nefas erat: nec ſolùm vocare ac prehendere, ſed etiam mulctare, ac pignoribus captis, tum etiam carceribus coërcere, poſtremò inſulas ac domos eorum qui imperanti magiſtratui non parerent, euertere ac diruere licuit. At Tribuniplebis vocationem quidem non habuerunt, ſed ciues omnes viritim (non tamen vniuerſos) atque adeò Conſules ipſos, ius erat in carcerem duci iubere. Nam Liuius Druſus Tribunuſplebis, Philippum Conſulem quòd ſe in concione interpellaret, (id enim per leges[1] capitale fuit) obtorta gula in carcerem egit, præterea licuit illis intercedere non modò magiſtratibus omnibus ac vniuerſo Senatui, ſed etiam
vnius Tribuni interceſſio, cæterorum collegarum actiones prohibere B
poterat, tanta poteſtate freti vocationem ac iuriſdictionem vſurpare contra leges non dubitarunt. Cùm tamen Labeo Iuriſconſultus à Tribunoplebis in ius vocaretur, iuſſa recuſauit, publicè teſtatus Tribunoſplebis non iuri dicundo, ſed interceſſionis cauſa creatos fuiſſe, vt vim prohiberent. Itaque P. Sempronius Tribunuſplebis, cùm Appius cenſor poſt exactum legis Æmyliæ tempus Imperium deponere nollet, carcerem denuntiauit, niſi Æmyliæ legi paruiſſet: ſed cùm Tribuni tres collegarum ſeptem decreto interceſſiſſent, Appius cenſuram retinuit: quod autem vnius Tribuniplebis interceſſionem cæterorum collegarum acta prohibere diximus, ita verum eſt, niſi plebs imperium illi ac magiſtra-
tum tributis ſuffragiis ademiſſet, vt rogatione Sempronia Tiberij Grac- C
chi factum eſt aduerſus Marcium Octauium Tribunum Agrariæ legi, quò minùs perferri poſſet, intercedentem. Hinc illa Tribuni ad nobilitatem oratio, Faxo[2], inquit, ne iuuet vox iſta VETO, qua collegas noſtros concinnentes tam læti auditis: idem paulò poſt, Contemni iam Tribunoſplebis, quippe quæ poteſtas iam ſuam ipſa vim frangit intercedendo: non poſſe æquo iure agi, vbi imperium penes illos, penes ſe auxilium tantùm ſit, niſi imperio communicato, nunquam plebem in parte pari Reipublicæ eſſe. Querebantur Tribuni, plebem nullos habere magiſtratus qui imperare poſſent, interceſſionem quidem & auxilium habere Tribunos, imperio tamen vacare: nec aliter plebeios patriciis æquari poſſe,
niſi magiſtratus & imperia vtriſque communicarentur: itaque rogatio- D
nem tulerunt, vt Conſules ex plebeis perinde fierent atque ex patriciis: quod cùm à patriciis obtineri non potuiſſet, placuit Tribunoſmilitum conſulari poteſtate ex vtroque ordine creari: idque annos quadraginta quinque continuatum eſt, quoad Conſul è plebe crearetur. Illud oratoriè à Tribuno dictum, imperio carere Tribunoſplebis: cùm tamen imperij partem, hoc eſt manus iniectionem ac interceſſionem haberent. Cùm enim Vlpianus[3] verborum proprietate vteretur, negauit ius eſſe vocandi Conſules, Prætores, Proconſules, & cæteros qui imperium habent, & iubere poſſunt in carcerem duci. Ex his perſpicuum fit eos eſſe magiſtratus quibus etiam ſi vocare in ius non liceat, ijdem tamen ciui manus iniicere poſſint: quales fuêre Tribuniplebis, quales item apud nos Triumuiri Procuratores Principis, item Triumuiri, Aduocatores apud Vene-

[1] Dionyſ. Halycarnaſſ. lib. 5.

[2] Liuius lib. 6.

[3] l. nec magiſtratib. de iniu. & in l. 1. de in ius vocando. l. ſed & ſi §. hęc clauſula. ex quibus cauſis maiores.

Venetos. Neque enim illud aſſentior Plutarcho[4], Tribunos plebis magiſtratus eſſe neganti, quòd lictoribus carerēt, ſella curuli carerent: Haſce quidem magiſtratuum notas eſſe ſcribit: viatores enim habuerunt: quod imperij argumentum definit M. Meſſala. Illud etiam minùs verè, quod Appius Conſul dixit in controuerſia, quam in concione habuit aduerſus Tribunumplebis, de qua Liuius[5], Tribunus, inquit, viatorem mittit ad Conſulem, Conſul lictorem ad Tribunum, priuatum eſſe clamitans, ſine imperio, ſine magiſtratu, id enim ad eleuandam Tribunorum poteſtatem: quæ tamen tanta fuit vt Licinius Stolo Dictatorem Manlium imperio abdicare coëgerit[6]: alius item duos Cōſules in carcerem adegit, B quod rogantibus Tribuniſplebis decem ciuibus vacationem à militia concedere noluiſſent. Sed illa tribunitia poteſtas mœnibus[7] Vrbis terminabatur. Itaq; M. Fabius, & L. Valerius Coſſ. qui propter interceſſionem Tribunorum delectum militum habere prohibebātur, ſellas extra Vrbem portari iuſſerunt, vt Tribunorum vim frangerent. Sæpe tamen Tribuni plura quàm per leges liceret audebant: ſæpius edicta proponebant, ſæpiſſimè in ius vocabant, ius dicebant, iudices dabāt. Hinc Liuius[8], Communiter, inquit, edicunt Tribuni, ne quis Conſulem faceret, ſi quis feciſſet ſe id ſuffragium non obſeruaturos: vniuerſis quidem imperare nemo poterat, ſingulis tamen imperabant, cùm nullo iure id poſſent. Ius etiam contra quam liceret, dicere conſueuerant[9] in baſilica Portia. Nam C Aſconius Pædianus Tribunos, Quæſtores, Triumuiros capitales, non in ſellis curulibus, ſed in ſubſelliis iura dixiſſe ſcribit. Quinetiam Appianus[1] Liuium Druſum Tribunumplebis in iure dicūdo diligentiſſimum fuiſſe teſtatur. Et certè Pomponius[2] inter eos magiſtratus, qui ciuibus ac peregrinis ius in vrbe redderent, Tribunoſplebis collocauit. Quare Cicero[3] Tribunoſplebis appellatos fuiſſe dixit, vt de Prætoris iniuria cognoſcerent: quænam cognitio futura eſſet ſi iuriſdictione caruiſſent? At non modò iudices dabant, ſed etiam Ædiles Æditųos ſuæ iuriſdictioni ſufficere conſueuerant[4]. Iuriſdictionem autem quam non habeas alteri mādare non poſſis: cùm tamen Tribuniplebis iuri dicūdo creati non eſſent, nec vocationem vllam haberent, perſpicuum fit eos in alienam iuriſdi- D ctionem inuaſiſſe, vt rectè Labeo docuit, ſeque vocātibus Tribunis imperium recuſauit. Quòd de Tribunis idem iudicandum relinquitur[6], de Ædilibus curulibus quib. ſi Varroni credimus nec vocandi ius fuit, nec manus iniiciendi: itaque nec lictores habuerunt vllos, nec viatores: Prætoriæ tamen iuriſdictionis partem magnam vſu cæperant, quòd Prætores vrbani, quia cauſarum multitudine vndique premerentur, facilè ferebant: principio quidem vt iudices à Prætoribus dati ad pecuniarum, & ſupellectilis diſtractionem, deinde ad prædiorum cognitionem: poſt etiam ad meretricias cauſas & fœminas proſtitutæ pudicitiæ, quibus corpore quæſtum facere non licebat, niſi apud Ædiles publicè profiterentur: vt quas libido non potuiſſet, verecundia publicæ profeſſionis contineret: quia verò poſtremis temporibus pudorē vnà cum pudicitia exuerant nobiles etiam ac illuſtres fœminæ, quæ apud Ædiles profiteri non

4 In problem. Rom.
5 lib. 6.
6 Florus epit. 55
7 Dionyſ. lib. 9.
8 lib. 3.
9 Plutarc. in Catone maiore.
1 lib. 1. emphylion.
2 l. 2. de origine iuris.
3 pro Quintio.
4 Dionyſ. lib. 6. Florus epit. 19. Gellius lib. 10.
5 l. more. l. tolet. de iuriſdict.
6 Gellius lib. 13.

7 Tacit.lib.2

erubuerant, Tiberius Auguſtus queſtionem publicam in illas decreuit[7]: quibus temporibus Ædilium Curulium repreſſa audacia eſt, & quatenus, quibúſve de cauſis iudicare ac prehēdere liceret, legibus definitum: tametſi ſuæ originis principio nec vocationem viritim haberēt, nec prehenſionē: etiam ſi plebis comitia[8] habere poſſent. De Queſtoribus ambigitur. M. Meſſala & vocationem illis, & prehenſionē omnino ademit: at non modò viatorem, ſed ne ſellam quidem Curulem, qua Ædiles curules geſtabantur habuiſſe docet Aſconius, quos tamen Quæſtores in ſubſelliis iura dixiſſe tradit. Igitur confitendum eſt eos Prætoriæ iuriſdictionis particulam arripuiſſe, quam ſine imperio exercere eo modo potuerunt quo Ædiles Curules, quo Pontifices, quo iudices dati, quorum B ſententias magiſtratus exequebantur[9]. Exacto tamen magiſtratu, Quæſtores interdum in prouincias cum imperio mittebantur, vt C. Gracchus proquæſtor in Sardiniā miſſus[1] eſt. At prouinciæ rector plus in prouincia imperij habuit, quàm omnes[2] in vrbe magiſtratus. Quantùm ad Cenſores attinet, Fr. Ottomanus & Carolus Sigonius antiquitatis vterque peritiſſimus, poteſtatem quidem habuiſſe confitentur, imperium negant: quod qua ratione fieri poſſit non video: nam poteſtatis verbo, inquit[3] Paulus iuriſconſultus, in magiſtratu imperium ſignificatur. Vlpianus verò vt ſignificaret prouinciæ præſidem gladij ius ac merum imperium, & quidem omnibus vrbanis magiſtratibus æquale habuiſſe, poteſtatem[4] appellauit: ac propterea Alexander[5] Auguſtus negauit ſe poteſtatum mercatores eſſe paſſurum. At ſæpe legimus edicta Cenſorum in antiquitatibus. Quinetiam M. Varro ac Meſſala[7] Cenſores non modò magiſtratus, ſed etiam maiores magiſtratus, cæteros minores appellant: Conſules, inquam, Cenſores, Prætores. Idem Varro[8], Prætori, inquit, exercitum vrbanum conuocare non licere, Conſuli, Cenſori, Interregi, Dictatori licere. Et cùm Annibal ad vrbem caſtra admouiſſet, Placuit, inquit Liuius, omnes qui antea Dictatores, Conſules, Cenſoréſve fuiſſent, cum imperio eſſe donec hoſtis à muris diſceſſiſſet, quo modo priuatis imperium daretur, ſi priùs in magiſtratu non habuiſſent? cùm ne Prætoribus quidem, qui non modò lictores, ſed etiam ordinarium imperium habuerant id permitteretur. Si, inquam Tribuniplebis, quos Meſſala minores magiſtratus vocat, imperium habuerunt, cur Cenſores imperio vacarent? Certè quidem Plutarchus[9] Cenſoribus plus imperij tribuit, quàm vllis magiſtratibus: eius tamen ſcriptis non ita aſſentior, quin ſæpiſſimè Græcum hominem in Romanorum antiquitatibus offendere videam. Illud igitur pleróſque fefellit, quod etſi Cenſores imperium haberent, à iuriſdictione tamen deſererentur, fallit enim Auguſtinus Onofrius, qui Cenſores de quibuſdam criminibus, quæ tamen nulla recenſet, iudicaſſe ſcribit: aut enim publica fuiſſent, aut priuata: de his Pretor vrbanus, ac poſtea Præfectus vrbi: de illis prætores publicorum iudiciorum, ac Triumuiri capitales iudicabant: mores quidem populi caſtigauerunt: ſed plurimum refert vtrum crimina vindices, an de moribus cenſuram feras. Cenſoris iudicium, ait Tullius[1], nihil ferè damnato affert,

8 Piſo annalium. lib. 4. Dionyſius lib. 10.

9 l. à diuo. de re iudica.

1 Plutar. in Gracchis.

2 l. obſeruare l. ſolent de offic. proconſ.

3 l. poteſtatis. de verbor. ſignific.

4 l. 3. de iuriſdictione.

5 Lampridius.

6 Liuius lib. 40. Zonaras tomo. 2.

7 Gellius lib. 13. c. 12.

8 lib. 1. de lingua Latin. ſi modò is autor eſt.

9 In Catone maiore.

1 lib. 4. de Republica apud Nonium.

affert, præter ruborem: itaque vt omnis ea iudicatio verſatur tantummodò in nomine, animaduerſio illa ignominia dicta eſt: non dixit infamiam, ſed ignominiam, qua plerique pro infamia temerè abutuntur. Carolus Sigonius[2] ignominiam definit infamiam eſſe: quinetiam capitalia quædam eſſe iudicia ſcribit[3], quibus infamia irrogatur, tametſi crimine vacāt: quod valde alienum eſt ab iuris diſciplina, qua qui publico iudicio damnatus eſt, infamis[4] fit: qui autem miles ab Imperatore ſua culpa miſſus eſſet, ignominioſus quidem erat, non tamen infamis, quoad Prætoris edicto[5] id comprehenſum fuiſſet. Iuris interpretes ignominiam appellant infamiam facti, de qua quidem Caſſius[6] ſcribens, ſenato-
B rem qui ſenatu motus eſt teſtificari, niſi reſtituatur non poſſe putat: dixit ſe putare, quo verbo etiam vtitur Vlpianus[7], cùm ait ſe putare ei quæ in adulterio deprehenſa eſt & abſoluta notam obeſſe: quoniam is quem ſentētia iudicis liberauit, ab omni infamia tutus eſt, non tamen ab ignominia. Calliſtratus[8] quoque ſe putare ſcribit dignitatem minui ac violari, quando quis ordine mouetur. Feſtus item Pompeius militarium pœnarum tria genera conſtituit, deprehēſam, caſtigationem, ignominiam, deprehenſa, inquit, caſtigatione maior, ignominia minor: lex infamiam addit. Alioqui ſi Cenſorum nota infamiam irrogaſſet, infames fuiſſent LXIIII. Senatores quos Lentulus & Gellius cenſores vna litura ordine mouerunt: item equites quadringenti, quibus Valerius & Sempronius
C Cenſores equos ademerunt. Quinetiam populum vniuerſum infamem fuiſſe oportet, ſi quidem Liuius Salinator in cenſura tribus omnes notauit, & inter ærarios retulit, quòd ſe publico iudicio damnauiſſent, deinde Conſulem & Cenſorem feciſſent. Metiam tribum[9] excepit, quæ nec pœna dignum, nec honore iudicaſſet. Poſtremò collegam ſuum CL. Neronem notauit, qui par pari retulit. Itaque Cicero vbi agit de cenſura, Illud, inquit[1], commune proponam, nunquam animaduerſionibus cenſoriis hanc ciuitatem ita contentam, vt rebus iudicatis fuiſſe: exemplum affert de C. Geta ſenatore, qui ſenatu motus eſt à cenſoribus, deinde cēſor ipſe factus: tum ſubiicit, Quòd ſi iudicium illud putaretur, vt cæteri turpi iudicio damnati, in perpetuum omni honore ac dignitate priuantur, ſic
D hominibus ignominia notatis, neque ad honorem, neque in curiam reditus eſſet: timoris enim cauſam, non vitæ pœnam in illa poteſtate eſſe voluerunt: quare qui vobis in mentem venit hæc appellare iudicia, quæ à populo Romano reſcindi, abiuratis iudicibus repudiari, à magiſtratibus negligi, ab ijs qui eādem poteſtatem adepti ſunt ſolent commutari? Ex quibus perſpicuum eſt, cenſores omni iuriſdictione caruiſſe. Nam Prætores publicanorum cauſas, & ea quæ de tributis, vectigalibus, ſcripturis, ſartis tectis, & publicis locationibus prædiorum à cenſoribus geſta fuerant diſceptabant[2]. quoniam cenſorum Imperium à iuriſdictione Prætoria diuiſas habuit rationes. Itaque rectoribus prouinciarum apud nos imperium datur ſine iuriſdictione tamen: niſi quid agentium arbitrio ac voluntate decernant. Habuerunt etiam Triumuiri[3] capitales iuriſdictionem ac Imperium, deque publicis ac priuatis criminibus iudi-

2 lib.2.c.3.de Iudic.
3 eodem loco.
4 l. infamem de publicis iudic.
5 l. 1. de iis qui notantur.
6 l.2.de ſenatoribus.ff.
7 l.palam.de ritu nuptiar. §. quæ ff.
8 l. cognitionū. de variis cog.
9 Valer. Max. lib. 2.
1 pro Cluentio.
2 Cicero in Prætura vrbana.
3 Cicero pro Cluētio. Valerius Max. lib. 8. cap. 4.

cationem, ſed inter peregrinos tantùm, & extremæ cõditionis homines, non inter ciues: niſi forſitã magiſtratuũ tãta eſſet indignitas, tantę ſordes, tantum flagitium, vt cæteri magiſtratus cognitionem Triumuirorum capitalium, & publicam animaduerſionem libenter diſſimularent[4]. Præterea Triumuiri capitalia iudicia populi ac magiſtratuum exequi curabant[5]. Ex quo intelligitur Romæ quoſdam magiſtratus fuiſſe, qui originis ſuæ principio imperium non haberent; aut imperium quidem ſine iuriſdictione, vtrunque tamẽ vſurpauiſſe. Ego verò magiſtratus appellatione venire nõ puto eos qui imperio vacãt: honore quidẽ aut munere publico frui, magiſtratu non item. Etenim muneris verbũ latiſſimè patet, ad eos etiam qui munera ſine dignitate gerũt: honor verò ad eos qui cum dignitate muneri publico præſunt. Honor, inquit Calliſtratus[6], eſt adminiſtratio Reipublicæ cum dignitate: ea autem eſt diuinarum aut humanarum rerum: quæ ad humana pertinent, ea tribuuntur cum imperio ordinario, vt magiſtratibus, vel extra ordinem, vt curatoribus Reipublicæ ac prouinciarum: aut ſine imperio, vt cæteris qui vel ærario pecuniiſque cogendis, vel annonæ, vel mœnibus & ſartis tectis, vel ad aquarum vim arcendam, aut deducendam, vel ad hoſtes repellendos. Qui rebus ſacris, aut ſanctis, aut religioſis ſine Imperio ſalua dignitate pręficiuntur: ſunt ſacerdotes, & qui religiones curant. Itaque patricij apud Liuium querebantur ſalios ac flamines ſine Imperiis ac poteſtatibus relinqui, cęteris pleraque munera ſeruilia, quædam etiam quibuſdam viliſſima, non tamen ſalua dignitate tribuũtur. Scribas autem & actuarios ſeruis communicari vetuit Valentinianus[7]. Qui autem muneribus prophanis cum honore ac dignitate curandis ſine imperio præficiuntur, ſunt legati, ſenatores ac cæteri qui ad Reipublicæ conſilia admittuntur. Quibus autem iudicatio cum honore datur, ij vel cognitionem ſine Imperio, vel Imperium ſine iuriſdictione, vel vtrunque coniunctum & connexum habent: cuiuſmodi exempla ſuperius attulimus. Dictatores verò, Interreges, Præfecti Vrbi Latinarum feriarum cauſa, ac rectores prouinciarum magiſtratus ſæpe à ſcriptoribus appellantur, non tamen ab iis qui verborum ac rerum ſignificationem propius contuentur. Fit etiam ſæpiſſimè vt qui maximos honores gerunt, omni imperio ac poteſtate careant: vt apud Venetos Cancellarius ex plebe creatur, qui quidẽ honor maximus eſt, ſine imperio tamen. Procuratores D. Marci magnis etiam honoribus cumulantur, ſed imperio vacãt, de legatis principum, de pontificibus, de ſenatoribus idem iudicium eſt: carent enim imperio ac iuriſdictione, cùm tamen vtrunque minimis quibuſdam magiſtratibus tribuatur. Quod verò diximus munera quædam publica eſſe, quæ ſalua dignitate geri non poſſunt, id pro legum ac morum varietate varium eſſe comperio. Exemplo ſit illud, quod Romani lege cẽſoria carnificẽ mœnibus vrbis arcendum eſſe voluerunt[8]: qua lege etiamnum Toloſates vtuntur, cenſoria lex ad eos carnifices tantùm pertinebat qui gulam damnatis laqueo frangerent: non ad lictores, qui vel fuſtibus ad necem vſque furca ſuſpenſos cæderent, aut ſecuri percuterent: hoc tamen noſtris moribus

[4] Valerius lib. 5. c. 9. & lib. 5. cap. 1.

[5] Saluſtius in Catilinari bello.

[6] l. honor. de muneribus.

[7] l. generaliter. de tabul. C.

[8] Cicero pro Rabirio perduelle.

ribus æquè indecorũ eſt, vt illud. Is etiam carnificis loco habebatur qui ſe vulneraſſet vt moreretur, inquit Feſtus. Viatorum & accenſorũ quondam ſeruilia fuêre, nunc honeſta munera putantur. Tantam igitur honorum ac munerum, tantam etiam curationum publicarum diuerſitatem, qui vna magiſtratum, ſine ἀρχόντων appellatione complectãtur, doctrinam vniuerſam de muneribus & honoribus, déque magiſtratibus & curatoribus conturbant. Ad creationem autem eorum qui publicis muneribus implicantur, tria ſpectari debent: primùm creatores ipſi, deinde ex quo ciuium ordine quiſque cuique muneri pręficiatur: poſtremò qua ratione quóque modo id fiat. Primum maieſtatis proprium eſſe docui-
B mus. Secundum etſi maieſtatis quoque proprium ſit, plurimum tamen legibus in eo genere tribui ſolet: eóque magis in optimatum ac popularibus imperiis. In vniuerſum tamẽ munera tribuuntur ex virtute ac prudentia cuiuſque, vel ex opibus, vel ex nobilitate, vel ex his inter ſe coniunctis: nulla eſt enim Reſpublica tam barbara, quæ nullam harum rerum in tribuẽdis muneribus rationem ſequatur. Quid autem ex his potiſſimum ſequi debeamus, nõ eſt huius loci. Tertium quod in creandorum officialium ratione verſari diximus, id ipſum à delectu pendet, aut à ſorte, aut ab vtróque ſimul: delectus autem fit, aut clara voce, aut manuum extenſione, id eſt χειροτονεία, qua Græci veteres, & his quoque temporibus Heluetiorum quædam ciuitates vtuntur: aut denique tabellis,
C aut ſpherulis, aut calculis, ídque bifariam occultis, inquam, aut apertis ſuffragiis. Sorte ciues ex vno, pluribúſve, aut ex omnibus ordinibus ducuntur, ætate legibus definita. Delectus verò ſortitioni rariùs à veteribus miſcebatur, quo genere tamen Genuenſes ac Veneti ſæpius vtuntur: vt Romani ſemper in iudicibus publicarum quęſtionum ducendis, qui ex ordine ſenatorio tãtùm ante legem Semproniam, vel ex equeſtri, ac Senatorio lege Sempronia: vel ex vtroque ac Tribunis ærariis lege Aurelia ſemota plebe ſorte ducebantur. At in populari ſtatu, oportet ciues vniuerſos de ſingulis, aut minore ciuium parte collectim iudicare extra ſortem ac delectum: neque enim in ciuiũ vniuerſitate vllus delectui poteſt aut ſorti locus eſſe: aut quoſdam ciues ſorte, vel delectu, vel vtroq; mo-
D do de ciuibus ſingulis: aut quoſdam de quibuſdam ſorte tantùm, vel delectu tantùm, vel vtroque coniunctim: aut ex omnibus ordinibus partem delectu, partem ſorte ductos de quibuſdam ciuibus: aut ex omnibus quoſdam ſorte ductos, cùm quibuſdam ex vno pluribúſve ciuium ordinibus acceptis: aut partem ex omnibus, partem ex ordine certo ciuium ſorte ac delectu. His generibus omnia quæ cogitari poſſunt in iudicum aut magiſtratuum creatione, aut eorum omnino qui publicis muneribus præſunt continentur. Æſchines orator Athenienſium τῶν ἀρχόντων genera breuius & obſcurius, quàm pro tanta ciuitate ſic diſtribuit[9]. πρῶτον γένος πᾶσι φανερώτατον οἱ κληρωτοὶ, καὶ οἱ χειροτονητοὶ, ἄρχοντες. δεύτερον δὲ ὅσοι τὶ διαχειρίζουσι τῶν τῆς πόλεως ὑπὲρ τριάκοντα ἡμέρας, καὶ οἱ δημοσίων ἔργων ἐπιστάται. τρίτον δὲ ἐν τῷ νόμῳ γέγραπται. καὶ εἴ τινες ἄλλοι αἱρετοὶ ἡγεμονίας, δικαστηρίων λαμβάνουσι, καὶ τούτους ἄρχειν δοκιμασθέντας. Hîc omnes qui publicis muneribus præficiuntur, (excipio res diuinas) ſiue ordinaria ratione, ſiue extra ordinem curatores adhibeantur, ſiue

9 contra Cteſiphontem.

pareant, ſiue imperent, ἀρχόντων id eſt magiſtratuum appellatione complexus eſt. Itaque [1] Demoſthenes Æſchinis de magiſtratibus diuiſione repudiata magiſtratus appellat, qui in templo Theſei ſorte ducebantur, quique imperandi poteſtatem à populo extra ſortem accipiebant. M. Varro duo genera magiſtratuum Romanorum facit, maiores & minores, quòd hi minoribus, illi maioribus auſpiciis crearentur. Commodiùs opinor munera publica verſari dicemus circa res diuinas, aut humanas: quæ circa res humanas verſantur ordinaria ſunt, quæ officia dicuntur, vel extra ordinem, vt curationes. Ordinaria munera ad honores aut miniſteria pertinent: honores aut cum imperio tantùm, aut cum iuriſdictione tantùm, aut cum vtroque coniunguntur: aut vtroque carent: huius generis ſunt ordinarij legati Reipublicæ ac ſenatores: ad illud pertinent iudices ac magiſtratus. Curatio eadem ratione diuiditur. Eorum verò munerum quæ ad miniſteria ſpectant, quæque honore vacua ſunt, quædam ignominioſa ſunt, quædam ſine vlla ignominia exercentur. Singula verò partitionis huius membra rurſus diuidi poſſunt: magiſtratus enim aut maiores dicuntur, qui maieſtatis tantùm imperio tenentur, aut minores: hi rurſus duorũ ſunt generum: alteri qui maiorum magiſtratuum imperiis obligantur, ac magiſtratibus inferioribus imperant: alteri qui in priuatos tantùm imperium habent. Perſequamur igitur hæc tria magiſtratuum genera, ac de officiis cuiuſque diſſeramus.

[1] pro Cteſiphonte.

B

C

*Quid quantúmque à magiſtratibus maieſtati debeatur.*

## CAPVT. IIII.

CVM magiſtratuum perſona poſt principem perpetua, præcipuéque in omni Republica neceſſaria ſit, & cùm magiſtratibus imperia ac munera quæque maxima tribuantur ab iis qui iura maieſtatis habent, quærendum imprimis eſt, quid quantúmque à magiſtratibus maieſtati debeatur: hæc enim magiſtratuũ prima, poſt Deum immortalem, officia diſquiruntur. Nam hoc maximè princeps à magiſtratu, & vterque differt à priuato, quòd princeps quem ſibi conferat aut anteferat in Republica videt neminem, quippe in altiſſimo & immortali Deo proximo gradu collocatus, ciues omnes longè interuallo infra ſe deſpicit, priuatus verò nemini ciuium imperare publico iure poteſt, etiam ſi priuatis ac domeſticis imperiis familiam moderetur: ſed magiſtratui perſonam ſæpius conuertere, ſæpius geſtum, motum, orationem, vultum mutare neceſſe eſt, vt officia ritè exequatur. Ea autem implere nemo poteſt, niſi planè intellexerit quæ obedientia maieſtati à ſe debeatur: quóque modo ſuperioribus parere, æquales obſeruare, inferioribus imperare debeat. Vt igitur prouerbio contrito appoſitè dictum eſt, Magiſtratus virum cùm varias velut in theatro perſonas agere cogatur: ita quoque Vir magiſtratum: nam ſi digna magiſtratu perſona fuerit, magiſtratui dignitatem adiicit: ſin minus, tantundem

*Quãtum princeps à magiſtratu, & vterque differat à priuatis.*

D

& magiſtratui detrahitur, & Reipublicæ maieſtati: vt Liuius de Quinto
Flaminio,nō qui ſibi honorem,inquit,adieciſſet,ſed indignitate ſua vim
ac ius magiſtratui quem gerebat dempſiſſet. Vt autem commodiùs de-
finiamus quænam principibus à magiſtratu obedientia debeatur, priùs
intelligendum eſt, quid cuique magiſtratui princeps imperare iure poſ-
ſit. Eſt autem magna eorum quæ à principibus imperantur varietas ac
diſſimilitudo. Quædam enim perpetuam vim legum habent in omnes
ciues,aut in maximam omnium partem,aut in pauciores quoſdam, idq;
ad breue tempus,quædam verò priuilegia continent, aut beneficia, aut
præmia erga merentes, aut pœnas aduerſus improbos, aut curationes ad
B ſarta tecta,ad vias publicas,ad aquas ducēdas, aut ordinaria munera, aut
legum interpretationem,aut edicta belli gerendi, aut exercitus conſcri-
bendi, aut tributorum imperandorum, aut pecuniarum extra ordinem
cogendarum, aut legationis mittendæ, qua vel principibus ob res proſ-
perè geſtas gratulandum,vel calamitatibus condolendum,vel connubia
tractanda, vel ſocietas coëunda,vel fœdera ferienda ſint:ſæpiſſimè quo-
que princeps quæſtiones extra ordinem haberi, iudicia reſcindi, lapſos
reſtitui, damnationes aboleri iubet: ſæpius etiam de priuilegiis ac bene-
ficiis agi ſolet, quibus largitiones, aut vacationes munerum, aut excuſa-
tiones,aut iura ciuitatis,aut ingenuitatis,aut nobilitatis,aut equeſtris or-
dinis,aut nundinarum,aut corporum & collegiorum dantur. Hæc om-
C nia duobus generibus complectimur, quæ reſcripta iuriſdictionis, aut
ſtatus appellamus: tametſi in vtriſque verbum IVBEMVS inſeri conſue-
uit: ſed ſingulorum ferè ſuæ ſunt clauſulæ,ſua ratio, ſuæ formulæ, ſui a-
ctuarij: quinetiam chartarum, ſigillorum, funiculorum, ceræ denique
varietas rerum diuerſitatem ſignificant. Latini quidem veteres MANDA-
TA[1] principum appellabant ea quæ inſtructiones nobis dicuntur,tum ad — [1] in conſtitut.1.. & in l. mandatis
legatos,tum ad præſides prouinciarum,tum etiam ad Imperatores exer- — de pœnis.
citus. Sic enim Iuſtinianum legimus de mandatis librum compoſuiſſe:
ſed omiſſa verborū ſubtilitate, rem teneamus, & ea, quæ reſcriptis prin-
cipum continentur,quam vim habeant diſſeramus. Principio hæc verba
VNIVERSIS PRAESENTIBVS ET FVTVRIS: ad leges, aut ad conſtitu-
D tiones, quæ vt perpetuæ ſint feruntur (quanquam nihil in rebus huma-
nis perpetuum) non autem ad curationes, edictáve tēporaria pertinent.
Sed clauſula quæ iuriſdictionū reſcriptis inſeri conſueuit,ſcilicet QVAN-
TVM SATIS EST &c. ad iudicis fidem, æquitatem, religionem,pruden-
tiam refertur, vt ea probare, aut repudiare ſuo iure poſſit: quæ verba in
cæteris reſcriptis, quæ ad Reipublicæ ſtatum pertinent, nunquam inſe-
runtur:tametſi interdum facti quæſtio ad magiſtratum dirigitur, his ver-
bis, SI PARET &c. Itaque illud in vniuerſum de toto genere diploma-
tum,ac reſcriptorum,quibus iuris,aut facti quæſtio magiſtratui permit-
titur,nihil quod magiſtratui vim afferat iuberi poteſt. Quin etiam [2] no- — [2] conſtitutionibus Caroli VII. art.66. & Philippi Belli art.11.
ſtris legibus ac moribus ſanctiſſimè cauetur, ne iudices vllam habeant
reſcriptorum huiuſmodi rationem, niſi quatenus æquitati ſunt ac veri-
tati conſentanea. Quanquam nihil omnino talibus reſcriptis opus eſt,

cùm hæc omnia Romani magiſtratus pro iure ſuæ poteſtatis exequerentur: ac tametſi mos ille inueterauit, non modò in hoc Imperio, verum etiam in Hiſpania, Germania, Britannia, & vbique ferè, pręter quàm in popularibus & optimatum Imperiis, nihil tamen ad principum maieſtatem aut ſplendoris, aut vtilitatis accedit: quinetiam detrahitur eorum dignitati & auhoritati plurimùm: priuati verò ſordibus & corruptelis eorum, qui vtilitatis ſpecie ineſcuntur, vexari conſueuerunt: quæ omnia æquiùs erat aboleri, ſi rogatio populi ad Aurelios conuentus perferri potuiſſet. Nam ea clauſula QVANTVM SATIS ERIT QVOD LIQVEAT, eadem eſt cum illius edicti clauſula[3] SI QVA MIHI IVSTA CAVSA VIDEBITVR. Cætera verò quæ Vrbano Prætori tributa fuerũt[4] B lege Prætoria, vt leges ſupplere, emendare, corrigere poſſet, non ad magiſtratuum iura, ſed ad maieſtatem pertinẽt: quæ quoniam vrbanæ præturæ honori conceſſa fuerant, honorarium ius à Latinis, nobile officium ab interpretibus noſtris appellatur[5]. Quemadmodum igitur officia conturbantur, cùm princeps ea quæ ſunt magiſtratuum in ſe conuertit, ita quoque iura maieſtatis eleuantur, cùm arripiũtur à magiſtratibus. Bene verò quòd reges noſtri, tametſi lapſos erigant, & contra legum acerbitatem in integrum reſtituant, ea tamen beneficia magiſtratibus diſcutienda relinquunt, & quidem hac conditione & clauſula, SI IVSTVM SIT, ſi æquitati, ſi veritati, ſi rationi conſentaneum: quæ verba, peregrino cuidam ſummos in hac Republica honores tractanti diſplicuerunt, quaſi regiam minuerent maieſtatem: quod minùs mirum videri debuit: C cùm in alienæ ciuitatis legibus & inſtitutis peregrinus eſſet. Quid ſi reges Ægypti legiſſet quondam in magiſtratibus creandis eos ſolenni iureiurando adegiſſe, ne ſuis mandatis obedirent, ſi quid iniquum iuberetur? ſic enim Plutarchus[6] ſcribit. Hæc igitur quæ diximus reſcripta iuris, cùm in arbitrio ac voluntate magiſtratuum poſita ſint, omittamus: pergamus ad ea, quæ quòd ad Reipublicæ ſtatum, & ad publicas, non ad priuatorũ rationes ſpectant reſcripta ſtatus appellantur: de quibus quæſtio duplex eſt, vna quidem an comperta rei veritate, quæ magiſtratus officio diſcutienda ſit, cætera magiſtratus exequi, ac potiſſimum iniuſta præcipienti principi parere debeat? altera an erepta magiſtratui non modò æquitatis, ſed etiam veritatis quæſtione, iuſſa principis iniqua repudiare oporteat: eóque dubitatio maior eſt, ſi grauiùs vrgeantur. Nam ferè princeps reſcripta publica priuatis precibus ac literis faciliora reddit: D interdum etiam publicis reſcriptis mandata precibus miſta ſunt, ne princeps omnia ab inuitis extorquere, ſed pleráque perſuadere videatur. Ego verò ſic ſtatuo, nulla re magis eleuari iura maieſtatis, quàm precibus principis erga ſubditos. Nam ſi honeſtum eſt quod iubetur, quid precibus opus? ſi turpe, cur iubetur? Nunquam enim magiſtratum de iure precari, nec de iniuria deprecari oportet: quid autem regis maieſtate ac dignitate magis alienum, quàm aduerſus ſubditos orationum illecebris iuſſa miſcere? quanquam hæc inter ſe ipſa pugnant, ac diſcrepant, vt iubere ſimul ac ſuadere te poſſe putes. Scitum eſt illud τῶν τυράννων δεήσεις παραγγελ-

[3] l. 1. ex quibus cauſis maiores.
[4] l. penult. de iuſtitia.
[5] Bart. Alexand. Alber. ad l. imperium.
[6] in apophthegmatis.

κολακεύματα εἶναι. Demus igitur illud, nihil acerbius imperari, quàm quod princeps orationum blanditiis ſuadet: ſi veritatis, & æquitatis quæſtio omnis magiſtratui eſt adempta reſcripto, nihil contra principis iuſſa poteſt, niſi vnicuique compertum ſit reſcriptum intuenti, aut falſum, ac vitioſum[7], aut abſurdũ[8] ac legi naturæ diſſentaneum eſſe: vt ſi princeps infantes ac impuberes mactari iubeat: quemadmodum de Pharaone & Agrippa legimus: aut bona ciuium, prædari & aliena diripere, vt noſtra ætate Albertus Marchio Brandeburgicus, qui quas vrbes expugnauerat, eas militibus diripiendas exponebat, pœna capitis indicta qui non ſtrenuè bona ciuium expilaret; tametſi iuſtam cauſam contra patriam arma capiendi nullã haberet. Quòd ſi magiſtratui extra fines prouinciæ, aut ſupra quam iure debeat imperanti, omnibus imperium recuſare fas[9] eſt: tametſi honeſtum ſit illud quod iubetur: quãtò minùs principi turpia & iniuſta præcipienti parebitur? terminos enim ac fines imperij à natura ipſa poſitos mouet, ac ſuæ iuriſdictionis leges ab immortali Deo ſacratas perrumpit. Quòd ſi quis dicat principem, qui contra naturæ leges quid iubeat futurum neminem: rectè ille quidẽ, is enim principis nomen ac dignitatem amittit[1], qui à ratione diſcedens diuina iura conuellit. Superius quid quantúmque principi pro iure maieſtatis liceat; ſatis opinor, copioſè diximus, vnde plurima; quæ huius diſputationis communia ſunt, deriuantur: neque enim intelligi poteſt quæ obedientia maieſtati debeatur à magiſtratibus, niſi priùs percepta ſint & planè cognita iura maieſtatis. Hic verò quæritur quæ principũ iuſſa magiſtratus, & quatenus exequi debeat: nam ſæpe iniqua, ſæpè turpia iubentur: quæ magiſtratus ipſi libentiùs ac turpiùs exequũtur, quàm iubeantur: vt non ita pridem bellis ciuilibus, quibus tota Gallia conflagrauit; præſes curiæ Normanorum, cuius nomen obliuione ſempiterna ſpeliendum eſt, iuſſus aureorum triginta millia iis qui nouam religionem profitebantur extra ordinem imperare: ipſe, qui hanc procurationem ſibi decerni petierat, trecenta millia extorſit: præmia popoſcit: tulit ille pro temporum calamitate maxima. At Tiberius inauditæ crudelitatis tyrannus, Ægypti Præfectum acerbè increpans, quòd grauiora tributa, quàm iuſſus erat exegiſſet, Tonderi, inquit, meas oues, non cutem detrahi volo. Ergo magiſtratus iuſſa principis exequetur, quæ à diuinis, quæ à naturæ legibus non erunt aliena: etiam ſi cum iure cæterarum gentium diſcrepare videantur: quæ quidem à principibus pro rei cuiuſque publicæ commodis aut incommodis, mutari non eſt alienum natura. Tametſi enim princeps imperij leges ac mores ſeruare iuratus, & iniuratus ex officio debet: ſi tamen contra iuſiurandum, contráque principis officia quid imperet, non ideo magiſtratus imperata recuſabit: quia non eſt in officio magiſtratus poſitum diiudicare id quod princeps in legibus humanis ſanciat iuſtum ſit necne? Si tamen legem antiquare iubetur, quæ vtilitate nouis legibus præponderet, iuſſa tantiſper ſuſtinebit, dum principem admoneat, idque non ſemel ei, ſed ſæpius faciendum eſt: ſin princeps admoneri nolit, aut admonitus vtilia reſpuat, certè magiſtratus iterum atque

7 Rotæ deciſi. de except. in nouis. Felin. in cap. de cætero. col 2. Panor. in eod. col. 7. Hoſtiẽſis & Imola. in cap cum cõtingat. de reſcrip.
8 Imola. in Clementina. 1. de re iudic. col. 9. Bart. in l. a diuo de re iudic. text. in cap. paſtoralis de reſcript.
9 l. vlt. de iuriſdict.
1 Bald. in l nuptæ de ſenat. & in l. imperium de iuriſdict. Innocẽtius. in cap quę in eccleſiarũ de conſtitut.

iterum imperanti principi obediet: ſatis enim fecit officio: quinetiam
prima iuſſa exequetur, ſi dilatio periculum eſſet allatura. Atque eò perti-
net id quod ab Innocentio[2] IIII. priuſquam Romanus Pontifex eſſet,
ſcriptum eſt, etiam iniqua principum iuſſa exequi oportere, non tamen
ſi legibus naturę[3] contraria ſint. Huc etiam Iuriſconſultorum[4] diſciplinę
ſpectant, principem iuri naturæ derogare poſſe, id eſt, vt ipſi interpretan-
tur, gentium legibus & inſtitutis, ne quis verborum obſcuritate, ac iuris
naturæ homonymia diuinas aut naturę leges violari patiatur. Ac tametſi
Anaſtaſia[5] lege reſcripta principum contra leges indulta priuatis à magi-
ſtratibus ſuſcipi prohibeatur, hoc tamen ita verum eſt, niſi legibus dero-
gatum fuerit ſingulari clauſula reſcripto comprehenſa: principem ta- B
men ſui officij, vtî diximus, accuratè iudex admonebit: quòd ſi rationi-
bus principem à propoſita ſuſceptáque ſententia diuellere non poteſt,
mandatis iterum à principe repetitis obedire oportet: etiam ſi publicis
vtilitatibus damnum allatura videantur. Expectabit igitur altera iuſſa, vt
legibus[6] cauetur. At etiam Theodoſia lege[7], quæ Ambroſij Mediola-
nenſis Pontificis optimi rogatione lata eſt, diſertè cauetur, vt totos dies
triginta iuſſa principis ſuſtineantur, ſi ſeuerius aliquos puniri mandaue-
rit. Legi ferendæ occaſionem dedit ſeptem millium hominum cædes in
Theſſalia Theodoſij iuſſu facta, quòd quæſtores ac magiſtratus aliquot
interemiſſent. Ambroſius Imperatorem execratus eſt, eique ſacris publi-
cis ob eam rem interdixit, nec prius reſecrari paſſus eſt, quàm ea lege la- C
ta. Inde opinor manant illa, quæ etiamnum à Romanis Pontificibus im-
petrantur reſcripta, monitoria, inquam, iuſſoria, executoria. Idem nobis
iudicandum relinquitur, ſi princeps antiquatas ſua vetuſtate vel magi-
ſtratuum in curia leges renouari, pœnáſque exigi mandauerit, non an-
tea magiſtratus pœnam irrogabit, quàm leges iterum promulgari iuſſe-
rit: quid enim iniquius, quàm tu pœnam à me repoſcas, qui tādiu legem
iacere, ac impunè violari paſſus es? Hoc enim ab arcanis veterum tyran-
norum à Nerone Imperatore repetitum legimus. Traianus verò opti-
mi principis laudibus clariſſimus, leges quæ vetuſtate extabuerant[9], ſan-
ctius renouari iuſſit, ne cui fraudi eſſet, quod publico omnium errore
in legem commiſiſſet: ius enim ſæpiſſimè in errore publico[1] poſitum eſt, D
niſi quid peccatur in naturæ legem, quam contrà probabilis error nul-
lus eſſe poteſt. An igitur magiſtratus ea iuſſa exequetur, quæ putat, quā-
quam falſò, naturæ contraria? quæ enim natura iuſta ſunt, prauis opinio-
nibus interdum ſic obſcurantur, vt quid ſequendum, quidve fugiēndum
ſit non facilè intelligatur: ita ſæpe Iuriſconſultorum ac philoſophorum
diſſidentes ſententiæ, ac tam variæ populorum, támque diſcrepantes in-
ter ſe leges ſunt, vt ex iiſdem cauſis interdum pręmia in vna ciuitate pro-
poſita ſint, ex quibus pœnæ in aliis ciuitatibus irrogantur: pleni ſunt li-
bri, plenæ hiſtoriæ, plena populorum, ac principum ſcita, quæ ſingula
qui perſequi volet, infinitus ſit, ſed optima eſt cautio ſapientum qui ve-
tant id facere quod dubites iuſtum ſit nécne, quoniam ipſa dubitatio in-
iuriæ opinionem affert: quantò magis id locū habet ſi perſuaſum habeas
id quod

2 in cap. cum inceperit de offic. deleg.
3 can. nō licet. 10. diſtinct. Bald. in cap. cum adeo. de reſcript.
4 Accurſ. & Cynus in l. ſi contra ius. DD. in l. 1. de cōſtit. princ. & in cap. quę in eccleſiarū. de conſtit.
5 l. vlt. ſi contrarius. C.
6 auth. de mādat princ. §. deinde. & auth. vt nulli iudicum. §. & hoc Bal. in l. puniri. ſi cōtra ius. C. l. vlt. ſentētiam reſcindi. C. Bart. in tracta. de repreſal. q. 6. & in auth. vt determinatus ſit iudicū. Bald. cōſi. 309. Anchara. conſi. 35. & 339.
7 l. ſi vindicari de pœnis. C.
8 cap. literis de reſcriptis.
9 Plin. lib. 10. epiſtol.
1 l. 2. de offi. prætor. l. 3. de ſuppellectili legata. ff.

id quod iubetur, natura ipſa turpe ac iniuſtum eſſe? Si verò de ciuili iuſtitia quæritur, iuſſa exequenda tibi ſunt, etiam ſi putes, id quod præcipiatur iniquitate ciuili non carere. Itaque in omni Republica, magiſtratus in leges iurare coguntur, ne in dubitationem ac diſceptationem reuocetur, id quod cuique magiſtratui fixum ac perſuaſum eſſe debet. Et quidem Romani magiſtratus, priuſquam imperium deponerent (id autem fieri ſolebat Calendis Ianuar.) nouos magiſtratus in leges iurare cogebant, ídque peractis in Capitolio ſacrificiis ſolennibus, alioqui magiſtratu, niſi iurati[2] eſſent intra quinque dies abdicabant. Ac ſæpe magiſtratus[3] ipſi lata lege ad iuſiurandum adigebant eos ciues, qui quò minùs lex perferri poſſet interceſſerant: quod facere cùm recuſaſſet L. Metellus Numidicus, quia non probaret leges Appuleias, rogatione tribunitia exilio pulſus eſt. Ita quoque promulgatis in Curia Pariſiorum Ludouici XII. Regis cõſtitutionibus, quòd eas pleríque improbarent, procurator[4] fiſci rogationem tulit, vt iurati iudices ſecundum eas leges iudicarent, indicta maieſtatis pœna iis qui eas in diſputationem reuocarent, vt in actis curiæ legimus: licet enim cuique ante promulgationem de legibus, déque earum æquitate diſſerere: cùm verò perlatæ ſunt, non licet. Antea quidem Ludouicus XI. Rex edicta quædam iniqua in Curia Pariſiorum publicari iuſſerat: curia recuſauit, propterea quod iniqua vnicuique videretur: rex ſua iuſſa ingeminans minas adiecit, capitis etiam indicta pœna niſi curia paruiſſet. Lanacrius Præſes re intellecta regem adiit corona iudicum purpuratorum ſtipatus, non vt culpam deprecaretur, ſed vt mortem precaretur: cùm diceret ſe ſuóſque collegas mortem male, quàm legis propoſitæ promulgationem pati. Rex incredibili magiſtratuum fortitudine & conſtantia perterritus legem abrogari, ac reſcriptum præſentibus iudicibus lacerari iuſſit, teſtatus ſe nulla deinceps edicta laturum, quæ curia improbaret: precatus etiam eſt à iudicibus, vt ea qua propoſuerant fide & æquitate ſemper iudicarent. Incredibile dictu eſt quanti fuerit ea res ponderis ac momenti ad regem in officio retinendum, qui ſemper antea ſuo arbitrio ac nimia imperandi licentia abuti conſueſſet. Priùs enim quàm regnum eſſet adeptus, curiæ Præſides acciri iuſſerat, vt quod in actis curiæ extabat, delerent: ſcilicet, DE EXPRESSO MĀDATO: quæ verba ſubſcribi curia iuſſerat beneficio Comiti Cenomanorum indulto: teſtatus ſe, ni priùs id fieret, Vrbe non exceſſurum, nec mandatum ſibi à Rege Imperium ſuſcepturum: curia quidem illa verba cancellari iuſſit: ſed, vt litura extaret, acta ſeruari mandauit: quę adhuc incorrupta ſeruantur. Hæc autem verba, de expreſſo mandato[5], quibus interdum hæc ſubiiciuntur, multis vicibus iterato: quæ principum reſcriptis curiæ conſcribi curant, eam vim habent, vt cæteri magiſtratus ac priuati nullam, aut non magnā earum legum rationem habituri, eadem diſſimulatione faciliùs antiquari patiantur. Hoc igitur curiarum arcano ſtetit hoc Imperium, quod alioqui ereptis legibus, ac priuilegiis extortis à principibus ruiturum fuiſſet: nam Reges optimi, qui largitionibus effuſis canes aulicos explere nullo modo poſſint, iſta ra-

[2] Liuius in fine lib. 31.
[3] Appian. lib. 1. ciuilium.
[4] anno 1498. 25. Iulij.
[5] anno 1442. 28. Iulij.

tione ſuorum beneuolentiam cum Imperio diutiſſimè retinuerunt. Sed quæri poteſt, an magiſtratu abdicare priùs liceat, quàm iurare in eas leges, quas vel cum naturæ legibus pugnare, vel certè cum iniquitate coniunctas eſſe putes: quæ tamen cæteris magiſtratibus ac multitudini probantur: nam iuſtitiæ vis ac rectæ rationis momenta non niſi à pauciſſimis, iíſque ſapientibus percipi ſolet: ſapiens autem, veluti iuſtitiæ norma quædam, multitudinis aduerſarius eſt omnium maximus: quòd ſi ita eſt, cur ſapiens inſanienti magiſtratuum multitudini aſſentiri cogatur? Sic tamen ſtatuo, pauciores magiſtratus, vt cæteris aſſentiantur cogi oportere, nec ferendos, ſi potius magiſtratu abdicare velint: alioqui ſi magiſtratui iuſtitiæ ſpecie, leges communi cõſenſu receptas quantumuis iniquæ ſibi videantur, eiurare liceret, hoc idem cęteri ſibi fas eſſe ducerent: tum Rempublicam gubernatoribus vacuam procellis ac tempeſtatibus obiicerent: tum etiam maieſtatis iuſſa identidem recuſarent. Itaque Ludouicus XII. inter laudatiſſimas leges, hanc quoque iuſſit, ſi tres, pluréſve fuerint in collegio, decuriáve iudicum dictæ ſententiæ: pauciores ſententiam mutare cogendos, vt plurium iudicia ſequantur. Curia Pariſiorum diu dubitauit an legem promulgaret, quia durum videbatur & abſurdum, vt quis non ex animi ſui ſententia, vt Romani in ſentētiis ferendis dicere ſolebant, ſed contra quam ſentiret iudicare cogeretur: ac potiſſimùm in iis quæ iudicum religioni ac prudentiæ concredita fuiſſent: cuiuſmodi ſunt omnia ferè tum publica, tum priuata iudicia. Cùm tamen curia prouideret ob ſententiarum multitudinem ac varietatem in eodem collegio, lites exitum reperire non poſſe: legem promulgauit, quæ temporis decurſu vtiliſſima viſa eſt. Quanquam huic quoque veterum Romanorum ratio accedit, vt iudices ſæpe ſententiam mutarent, ac pluribus ſeſe adiungerent. Sic enim Plinius [6] iunior, quoniam pars iudicum damnauerat, pars reum abſoluerat, cæteri exilio pellendum cenſuerant: vtrique tandem & qui damnauerant, & qui abſoluerāt, tertiam ſententiam ſecuti ſunt. At noſtra lex eò melior eſt, quò pauciores pluribus ſeſe adiūgere cogit. Quod enim in omnibus corporibus & collegiis pluribus placuit, id æquum eſt plus valere, ac ſuffragiorum numero vincere. Eſt autem in omnibus conſultationibus, ac rebus agendis optima veterum ratio, propoſitis pluribus honeſtis ac vtilibus, id quod iuſtius ac vtilius ſit amplecti, pluribus verò propoſitis periculis grauiora declinare: alioqui nullus actionum humanarum exitus reperiatur. Iuſtitia verò naturalis dici non poteſt, quæ in dubium reuocatur: cùm id quod natura iuſtum ſit nec obſcurum eſt, nec ab hominum erroribus & opinione incerta, ſed ab ipſius ſempiternæ mētis clariſſimo & immutabili ſplendore manat. Nec tamen priùs quemquam magiſtratu abdicaſſe video, quàm Ludouici legem illam probaret: ac ne tum quidem cùm virtute magiſtratus & Imperia, non ſordibus & gratia quærerentur: neque enim regia lege quiſquam Imperio abdicare prohibetur: id tamen æquius eſſet, quàm arbitrio ac voluntati magiſtratuum permittere, vt Rempublicam deſerere, quàm ſententiam malint. Quare Procuratores Regis ſæpe magi-

*Lex Ludouici xij.*

6 lib. 8. epiſt.

B C D

magiſtratus ac iudices, vt ex legibus ac moribus iudicarēt, compulerunt:
& cùm apud Tholoſates agerem, Bartholomæus Præſes inquiſitionum,
cùm ſuæ decuriæ iudices omnes contra legem regiam in curia promul-
gatam ſententiam ferrent, coactu curiæ totius concilio ſententiam mu-
tare, & ex legibus iudicare coëgit, & iuſtè quidem: quis enim vt magi-
ſtratum peteres, aut oblatū acciperes impulit? accepto Imperio, vel ere-
ptis ſuffragiis, vel pecuniis & ambitu quæſito, iuratus leges, quas antea le
gere potuiſſes, aut certè debuiſſes, eiurabis? tu falſa iuris ac iuſtitiæ opi-
nione fraudem magiſtratui quem geris, fraudem legibus, fraudem prin-
cipi, fraudem Reipublicæ facies? Fit tamen interdum, vt quę leges per ſe-
B ſe iuſtiſſimæ cuique videantur, cauſa tamen ex improuiſo oblata, iniuſtę
appareant. Tunc certè principem admoneri oportet, vt ſæpiſſimè in cu-
ria Pariſiorum factum memini, qui re ſenatui communicata, legibus la-
tis obrogare aut ſubrogare ſolet: noſtri declarationem appellant: quam
principis propriam [7] eſſe antea docuimus. Sed ne tum quidem magi-
ſtratui contra legem iudicare fas eſt, etiam ſi ſententiam ſuſtinere licet,
quoad principis voluntas eluceſcat: in cæteris ex legibus iudicandum,
non de legū æquitate magiſtratui diſputandum: alioqui ſi iudex contra
legem ſciens prudénſque iudicauerit, ab ipſis legibus infamia [8] notatur:
ſin errore id faciat, cùm ex legibus ſe iudicare putet; non quidem [9] infa-
mia dignus eſt, ſed perinde eſt, ac ſi nihil iudicaſſet, at ne appellare qui-
C dem à ſententia, quæ nulla eſt, Romano [1] iure neceſſe fuit. Refert autem
plurimùm, vtrum de legibus latis, an verò de ferendis agatur: illas e-
nim ſeruare quenque oportet, ac magiſtratus omnium maximè, quos
etiam ſi ſcienter aberrauerunt, infamia legum ac periurij [2] ſequitur: ſed
priuſquam ferantur, de ijs diſſerere oportet, ac iuſtis ponderibus eas exi-
gere maiores magiſtratus, ad quos præcipuè legum promulgatio perti-
net: principem ſui officij ſæpius admonere, etiam ſi priuata vnius ciuis
vtilitas agitur: ac multò magis ſi ex ea promulgatione grauiſſima Rem-
publicā incōmoda ſequantur: contra verò ſi quodāmodo lex iniqua fue-
rit maxima tamē ex ea lege ad Rēpublicam incōmoda peruētura ſint: le-
gis iniquitas vtilitatis ſpecie propoſita minùs apparet, vt veteribus etiam
D Rerūpublicarum moderatoribus viſum eſt: nec tamē eò vſq; progrediē-
dū, vt quātacunque vtilitas appareat, à ratione deſeramur, & iniuſtitię ve
lis abripi nos patiamur: vt Lacedęmonij quondā, qui iuſtitiā omnē vtili-
tate publica metiebātur [3]: hinc leges omnes, huc omnia iudicia, huc deni-
que cōſilia reuocabāt. Præſtat igitur magiſtratu abdicare, ſi lex ipſa diui-
nas, aut naturę leges oppugnet, aut vnicuiq; turpis & iniqua videatur: quē
admodū Cancellarius Philippi II. Burgundionū principis feciſſe dicitur,
in re multò leuiore: quanquā princeps inuictā Cācellarij conſtantiā cō-
ſpicatus iuſſa reuocare, quā forti ac ſapiēti viro carere pręſtabiliùs eſſe iu-
dicauit. Hæc igitur animi vis ac fortitudo, principes ab infamia, leges ab
interitu, Reſpublicas ab excidio ſæpe ſeruauit. Cū verò Reipublicæ mor-
bis, ac principū peccatis mederi cōſtantia nō poteſt, pręſtat aliquid indul-
gere, quā Reipublicæ vulnera à principibus illata exacerbare, eóſq; ab in-

7 l placuit de iudicib. C. ſ. 1. de legib. C.

8 l. 1. ad Turpil. l relegati. de pœnis.

9 l. cum prolatis. de re iudicata

1 l. ſi expreſſim. quando appellare non eſt neceſſe.

2 can. infames. 27. q. 5.

3 Plutar. in Alcibiade.

ſania ad furorem adigere: vtî Papinianum feciſſe legimus. Hunc enim ab
Imperatore Seuero filiorum & Imperij Romani tutorem datum Impe-
rator Antoninus Caracalla iuſſit parricidium fratris excuſare: Papinia-
nus recuſauit, cùm diceret parricidia difficiliùs excuſari quàm admitti.
Fortiter ille quidem magis quàm ſapienter. Nam Caracalla furẽs, ac fra-
tris cruore nondum ſatiatus Papinianum occidi mandauit[4]: ac poſt tan-

4 Spartian.

ti viri occaſum, qui ſolus hominis impetum regere, ac furentem auda-
ciã reprimere potuiſſet, à cædibus & crudelitate non priùs deſtitit, quàm
ſeipſum cum Imperio perditum iret. Quod ſic à nobis dictum velim,
non vt hominis diuiniſſimi laudes egregias vlla ſui parte minuerem, id
enim fieri nullo modo poteſt, ſed vt magiſtratus intelligant, quatenus B
peccata principum, quæ auferri non poſſunt, ferre debeant. Non debuit
igitur Papinianus tanto viro, ideſt ſeipſo Rempublicam orbare, ſed Prin-
cipi vel potius ſuo dolori indulgẽdo ſibi Rempublicam, ac ſeipſum Rei-
publicæ ſeruare. Fortiter quidem & ſapienter facturus, ſi nondum parri-
cidium fuiſſet admiſſum. Turpiter Seneca, eiúſque collega Burrha, eodẽ
honoris gradu quo Papinianus collocati, qui nullam ſcelerati conſilij
excuſationem habuerunt, cùm Neroni matrem, quam à naufragio caſus
eripuerat, necare perſuaderent[5]: conſilium igitur, & iuſſum, & factum o-

5 Tranquil. in Nerone. Tacit. lib. 14.

mnium crudeliſſimum ſempiterna infamia ac dedecore cum authori-
bus ſuis cumulabuntur. Quid ſi princeps aliquid iuſſerit: deinde conſi-
lium re non integra reuocarit, an edicto poſteriori magiſtratum obedi- C
re oportet? id quidem oportere primo cuique intuenti videatur: ſed res
diſtinctione illuſtranda eſt: ſiquidem cæpta res omitti ſine publico de-
trimento non poteſt, edicto locus non erit: ídque potiſſimum in bello:
rectè enim Marcellus Conſul, Multa[6], inquit, magnis ducibus ſicut non

6 Liuius lib. 24.

aggredienda, ita ſemel aggreſſis non dimittenda. Id quidem militiæ. Do-
mi verò, ſi princeps edictum, quo ciues iudicari, aut damnatos plecti iuſ-
ſit, re inchoata & affecta, nondum tamen confecta mãdatum reuocarit,
omnia ſunt omittenda, vel potiùs intermittenda: contra quàm Fuluius
Conſul, qui capta Capua cùm in autores defectionis animaduerteret, ac
iam Senatorum maximam partem ſuplicio affeciſſet, acceptis literis vt
rem integram remitteret ad Senatum[7], priuſquam eas reſeraret, non i- D

7 Liuius lib. 26.

gnarus quid in eis lateret, reliquos Senatores ſecuri percuſſit. Non qui-
dem tenebatur Conſul imperio Senatus, cui nihil omnino imperij fuiſſe
docuimus, ferè tamen magiſtratus prouinciarum & imperatores Sena-
tus conſultis, perinde vt legibus parere conſueuerunt. Certè quidẽ Gan-
danenſes XXXVI. viros capitali ſupplicio affecerunt, non aliam ob cau-
ſam, quàm quòd ciuem vnum capitis damnaſſent, mortuo Carolo Bur-
gundiæ duce, priuſquam Imperium illis eſſet prorogatũ: tametſi neceſſe
non fuerit, vt ſimilibus exemplis ſuperius diſſeruimus. Illud autem ferè
perpetuum[8] eſt, eos qui imperium habẽt, ſuo iure mãdata exequi poſſe

8 l. vlt. quod cum col. 1. de exact. militaris. C. cap. olim de offic. de leg.

etiam poſt imperij tempus, ſi is qui mandauit ſciens prudens factum diſ-
ſimularit, nec prohibeat cùm poſſit. Quæcunque diximus, de iis manda-
tis dicta ſint quæ nullam ad magiſtratus facti quæſtionem detulerunt.
Quid

Quid igitur ſi reſcripta iuſſáque pro compertis ac veris, narrant ea quæ nec publicè, nec magiſtratui cognita ſunt? hîc rurſus diſpiciendum an facti quæſtio magiſtratui ſingulari mandato adempta, an verò permiſſa: ſi hoc, minimè dubiū eſt quin magiſtratus ea quæ reſcripto narrātur quærere [8] debeat vera ſint necne? ſin magiſtratui quæſtio omnis eſt erepta, dubitari poteſt an inquirere poſſit, potiſſimùm ſi princeps declarauerit ſe vera compertáque narrare, vt magiſtratibus omnem eripiat dubitandi occaſionem. Veriùs eſt tamen vt vtroque caſu magiſtratus de rei veritate cognoſcat. Ac ne magiſtratus ea de re dubitarent, Conſtantinus id lege ſanxit[9], vt magiſtratus veráne ſint quæ reſcripto narrantur inquirat:
B ſiue id mādatum fuerit, ſiue omiſſum: ac tametſi nihil apertè caueat cùm magiſtratus de rei veritate cognoſcere prohibetur: inquiret[1] tamen, ſi dilatio quæſtionis nullum Reipublicæ aut priuatis detrimentum ſit allatura: quia non debet alterius vtilitatis cauſa alteri incommodum creari, multò minùs Reipublicæ. Et in vniuerſum ea quæ in legibus, priuilegiis, reſcriptis, teſtamentis, ſententiis narrātur nullum veritati præiudiciū inferre poſſunt[2]. Ac tametſi vrgente Mediolani Sfortiadarum[3] tyrannide, cautum eſſet vt reſcriptis ac legibus fides omnino haberetur: ea tamen lex recepta vrbe & agro Mediolanenſi à regibus Francorum abrogata eſt. Ac ſi fidem habere oportet reſcriptis & legibus, id ſolùm intelligendum de iis[4], quibus leges edictáve principis obſcura declarantur: quan-
C quam potius ſanctiones debent quàm narrationes appellari. Sed ſi Princeps de fide, integritate, prudentia, religione cuiuſquam ſuo reſcripto teſtificatus, in curationibus, magiſtratibus, aut muneribus, ac largitionibus tribuendis, tantùm abeſt vt ea teſtificatione magiſtratus contentus eſſe debeat, vt etiam maiore diligentia inquiri oporteat, quaſi princeps non fuerit ea beneficia imperito vel imprudenti conceſſurus[5]: contra verò ſi cuiquam magiſtratum imperiúmve princeps dederit, non erit ampliùs inquirendum[6], quia princeps honore dignum iudicauit: niſi aut permittat, aut regionis moribus ac inſtitutis id fieri conſueuerit: vt poſtremis[7] temporibus Romæ fiebat, & vbique ferè morem inualuiſſe videmus, ac potiſſimum in iudicibus renunciandis. Quin etiam Gotis Impe-
D rātibus iudicium de ſenatoribus fiebat, priuſquam in ſenatum admitterentur[8]: ſic enim Theodorichus Gothorum Rex apud Caſſiodorum, Admittendos in Senatum examinare cogit ſollicitus honor Senatus. Quòd ſi quis veritatis ſpecie principi quiſquam obrepſerit, commodis ac vtilitatibus reſcripto comprehenſis, ſummouendus erit: eóque magis ſi largitionibus effuſis ærarium exhauriatur: cui morbo vbique graſſanti mederi poteſt, ſi legi Valeſię locus ſit. Nam Philippus Valeſius rex Francorum largitiones ac dona repeti iuſſit ab iis, qui quod antea ex eadem cauſa adepti fuerāt donationum tabulis reticuiſſent: id quod etiamnum Mediolani[9] fieri ſolet. Cùm enim Reipublicæ interſit plurimùm quid quiſque pecuniarum ac beneficiorum, quæ quiſque præmia ac priuilegia cōſequatur, accuratiſſimè in eo genere magiſtratibus eſt incumbendum, ac potiſſimùm in popularibus imperiis, in quibus cùm publica

8 l. vniuerſa de reſcriptis. C. & ca. ex parte. de reſcriptis.

*Magiſtratus facti quæſtionẽ habet.*

9 l. 4. ſi cōtra ius. C.

1 Caſtrenſis conſil. 156. Alexand. conſil. 10. lib. 7. Panor. in cap. ad audientiam. col. 3. de præſcrip. Innocent. in cap. in quiſitionum. fine de ſenten. excommunicat.

2 l. epiſtola de pactis. C.

3 Boſſius Senator Mediolanenſis. tit. de Princip.

4 Caſtrenſis conſil. 158. ex mandato. col. vlt. Decius conſil. 168. col. vlt. Felin. in cap. cum veniſſent de re iudi. col. 2. nu. 7. Curtius ſenior conſil. 40. & ſeq.

5 l. vt gradatim de munerib. Bald. in l. præſcriptione. ſi contra ius. C. Innocent. in c. ſuper literis. de reſcript. Bar. in l. Aurelio. §. Sticho delibe. at. legata.

6 l. diſputare. de cri. ſacri. leg. C. l. quidā. de re iudica.

7 l. vt gradatim. de muneribus.

8 Caſſiodorus. in formulis.

9 in tit. de reſcriptis in conſtitut. Mediolanenſib.

omnia omnium direptioni patent, tum verò ſeditioſis hominibus ob eam cauſam perturbandæ Reipublicæ occaſio datur. Itaque duodecim tabulis ſanctiſſimè de toto genere priuilegiorum ita cauetur[1], PRIVILEGIA niſi comitiis centuriatis ne irroganto, qui ſecus faxit capital eſto. Conſtantinus[2] verò hunc in modum, Nec damnoſa, inquit, fiſco, ne legibus contraria impetrari oportet: ſunt autem omnia priuilegia legibus contraria: alioqui priuilegia non ſint. Quarè ſi alteri iuſſioni obtemperandum eſt, vtì oportere diximus, ſic tamē interpretari [3] oportet, vt Reipublicæ incommoda, quoad eius fieri poterit, ſarciantur: & vt iuriſconſulti volunt, ea quæ contra leges, contráque publicam vtilitatem à priuatis extorquētur, non oportet gratia, ſed odio digna iudicare[4], nec ver- B
borum interpretatione augere: vt ij qui beneficia militibus conceſſa, ad militiam forenſem ac cæleſtem, ſpecioſa verborum pompa traxerunt, vt ruſticos homines, quibuſcum eadem beneficia communicari æquius erat, tributorum multitudine premerent. Et quoniam de priuilegiis ac beneficiis diſputationem non inſtituimus, hoc potiſſimum magiſtratus admonendi nobis videntur, vt quàm accuratiſſimè fieri poſſit, beneficia conceſſu principum tributa diſpiciant: cùm ſatis vnicuique compertum ſit, indigniſſimum quemque ea, non tam impetrare, quàm à principibus inuitis extorquere: quanquam in eo genere, non modò principibus, ſed etiam diuinis & humanis legibus, fraudes innumerabiles fieri videmus, ídque tot verborum argutiis, ac tanta ſubtilitate, vt nulla ratione magi- C
ſtratus, niſi aperta vi occurrere poſſe videantur. Eiuſmodi eſt ea clauſula DE MOTV PROPRIO, quæ à Romanis pōtificibus ad omnes principes manauit: nullus enim ferè princeps eſt, qui in tribuendis honoribus ac beneficiis, aut priuilegiis perrumpendis ea clauſula non vtatur: tametſi erepta beneficia ſępe ignotis, ac indigniſſimis hominibus tribuantur. Eſt enim Romæ campus qui floridus appellatur, non tam florum quàm teſtium copia fertiliſſimus, vnde teſtimonia decerpere cuique licet, vt iis ſacerdotia dentur, qui in extremis Aſiæ aut Affricę oris verſari ſolent, ídque MOTV PROPRIO: quaquidem clauſula omnes omnium fraudes facilè excuſantur[5]: ſi modò fidem Pontificij iuris interpretibus[6] habeamus: ſed iampridem fraudes illas de noſtra Republiça valere iuſſimus. D
Et quoniam principes ac magiſtratus improborum hominum fallaciis circonuenti, vix ac ne vix quidem euadere potuiſſent, prudenter cautum eſt, vt reſcripta principum, niſi eodem ipſo anno quo impetrata ſunt, magiſtratui oblata fuerint, nullius momenti[7] futura ſunt: nec priùs vim habitura, quàm eorum executio magiſtratuum authoritatem ſequatur. At etiam Mediolanenſi lege reſcripta principis ad Senatum anno, ad magiſtratus menſe definiuntur: hoc item vberiùs cauetur, vt non modò dies & Conſul, ſed etiam hora qua quicque iuſſerit princeps ipſo reſcripto contineatur: idque noſtra [8] rogatione cùm ad comitia Bleſenſium legatione fungeremur cautum eſt: idque Iuriſconſultorum [9] auctoritate fecimus. Quid igitur ſi princeps ſuo reſcripto magiſtratui quæſtionem veritatis expreſſa clauſula ademerit? Refert enim plurimum, an princeps

falſa

1 Cicero pro domo ſua.

2 l. nec damnoſa. de precibus. C.

3 cap. vlt. de filiis presbyt. And. Panor. Bald. Butr. Imol. in cap. cauſá quæ. de reſcript. Felin. eod.

4 l. ſi quãdo. de Inoff. teſta. C. l. 2. §. merito. nequid in loco publico. l. quod verò. l. ius ſingulare. de leg.

5 c. ſi motu proprio. de præbendis. l. 6. Clementina. ſi Romanus. eod. deciſio. Rotæ. 282.

6 c. ad audiẽtiá. 1. de reſcr. And. Panor. Felin. eod. extr.

7 cap. plerunque de reſcript. Felin. cap. eã te. de reſcrip. col. 3. Panor. in cap. dilectus 2. de præbẽdis Maſuer. in practica tit. de literis not. §. itẽ literæ. c. vt debitus. de appel. cap. vt noſtrũ eo. cap. ſi capitul. de cõceſſ. præbẽdæ.

9 anno 1577.

9 Accurſ. in gloſ. vlt. l. ſi ex plurib. §. vlt. de ſol. Bal. laudat in l. imperator. 1. cõmentario primo. & in l. vlt. col. 4. de edic. diui. Adria. C. Io. Andr. Panor. Butr. in cap. paſtoralis. de reſcriptis. extra. teſt. in cap. ſi à ſede.

falſa pro veris, & planè incognita pro cōpertis ſuo reſcripto inſeri man-
dauerit, an verò facti quæſtionem magiſtratibus eripuerit, ſi enim in mi-
litem ſacerdotium cōtulerit, aut ſacerdotem exercitum conſcribere iuſ-
ſerit, cùm tamen hunc ducem exercitus eſſe arbitraretur, illum verò ſa-
cerdotem, vtriuſque reſcriptum ſuſtineri oportet, quia probabili errore
aut fraude princeps circonuentus[1] eſt. Sed cùm princeps ipſe diſertè ve-
tuit magiſtratus facti quæſtionem ſuſcipere, nullo probabili errore du-
ctus eſt. Quamobrem magiſtratus inquiſitione omiſſa, principem ad-
monebit ac bona fide vera narrabit, & propoſitis incommodis à ſuſcepta
ſententia, quantùm quidem poterit diuellet: ſi minùs id præſtare poteſt,
B imperanti parebit, alioqui Reipublicæ maieſtas à magiſtratuū arbitrio
penderet. Illud etiam multò magis metuendum, ne vnius aut alterius
exemplo cæteri magiſtratus, deinde priuati iuſſa principis populíve con-
temnere pergant: ex quo Rerumpublicarum interitus ſequuntur. Quòd
ſi putes nihil principem quod turpe ſit, aut iniquum imperare oportere,
rectè tu quidem putas: at nihil omnino contra decus vel dignitatem, vel
quod in reprehenſionem cadat à principe imperari debet: nec magiſtra-
tibus etiam ſi minùs rectè ſentiant, vlla vis inferri, quia nihil tam impe-
ritæ plebis animos à principis & legum obſequio detrahit, quàm in legi-
bus ferendis ſenatui aut magiſtratibus vim afferre. Sed hic de magiſtra-
tuum officio quæritur: ecquid agendum illis eſt, ſi princeps populúsve
C officium deſerant ſuum, & contra leges ciuiles, contráque publicam vti-
litatem quid iubeant: an propterea magiſtratum ab officio diſcedere
oportet? At leges ipſæ iubent magiſtratui etiam iniuſta præcipienti obe-
diendum eſſe: ne, inquit lex, Prætoris maieſtas contempta videatur: qua
in ſentētia video fuiſſe, quos viros[2]? Cicero ſæpe tribunitios furores exe-
cratus eſt: idem tamen tribunorum interceſſionibus etiam iniquis[3] ob-
temperandum ſcribit. Parere iubet lex inquit interceſſori, quo nihil præ-
ſtantius: impediri enim bonā rem meliùs eſt quàm concedi malè. Antea
dixerat nihil exitioſius ciuitatibus, nihil tam contrarium iuri, ac legibus,
nihil minùs ciuile & humanum, quàm compoſita & conſtituta Repu-
blica quicquam agi per vim. Videmus ſæpe ciues in principem armari,
D leges violari, iura omnia peſſum ire, cur ita? quia magiſtratus ipſi defe-
ctionis authores ſunt, falſa iuris ac iuſtitiæ opinione, At inquiunt, iniqua
lex eſt, nec poſſumus, nec parere debemus: honeſta quidē oratio, ſi non
potes, ſed illud quod non debeas vnde didiciſti? quibus ex fontibus hau-
ſiſti? tu tibi priuatos etiā iniuſta præcipienti verberibus, carcere, mulcta,
extremo denique ſuplicio parere cogas, nec tamen Imperanti principi
obedies? at negabis iniquum eſſe quod imperas: negat etiam princeps
iniquum eſſe quod iubet: túne arbiter eris? aut ſi te arbitrum feras, cur
non idem de tuis erga priuatos edictis ferendum putes? Quanquam ma-
giſtratum vt peteres nemo coëgit: abdicare nemo vetat, ſi tibi lex ini-
qua videtur, facit igitur imperandi libido, vt priuatis quidem imperare
velis, principi tamē populóve parere nolis. Hoc igitur fixum teneamus,
principi iniqua præcipienti obedire præſtabiliùs eſſe, quàm iuſſa recu-

1 Bart. in l. ſi pater. de hæred. inſtit. C. Bald. in l. cū quā. de fide c. C. text. in l. cum tale. de condit. & demonſtrat. §. quod autem.

2 Iuriſconſulti l. prætor ait. §. at prætor. de operis noui. l. penult. de inſtit. l. ſeruo. §. cum prætor. ad Trebel. Plato in Critone. Cicero pro Cluēt. 3. lib. 3.

ſantem cæteris magiſtratibus ac priuatis rebellandi materiam & exemplum præbere: ſin contra diuinas aut naturæ leges quid iubeatur, patria, bonis, vita denique ipſa priùs debes, quàm fide, iuſtitia, integritate, religione ſpoliari. Vno vel altero exemplo vtemur. Saul iuſſerat ſacerdotes omnes ſe præſente necari, nemo fuit qui iuſſa non recuſaret præter Doëgum: is ad vnum omnes interemit. Petronius Syriæ Præſes iuſſus eſt Imperatoris Caligulæ ſtatuam in templo Hieroſolymorum collocare, vt in cæteris omnibus Deorum templis factum erat. Iudæi ſtatuas Imperatoris de ſuis ſacellis deiecerant. Petronius principem admonuit ſe Imperata facere ſine graui ſeditione & cladibus non poſſe. Altera iuſſa afferuntur, & quidem crudeliſſimis Petronio propoſitis pœnis ni pareret. B Itaque Petronius veteranorũ legionibus, præſidiariíſque militibus coactis, exercitum conſcribit, ac Hieroſolymam pergit iuſſa facturus: nihil enim à ſua religione, nihil à diuinis, nihil etiam à naturæ legibus alienum ſe facturum arbitrabatur. At Iudæi cùm de Petronij aduentu allatum eſſet, vrbes, agros, domicilia deſerere, ac Præſidi obuiã inermes ire, ſi precibus illũ exorare poſſint, aut ſeipſos militibus mactãdos præbere. Ergo ſuplices hominem legationibus fatigãt: ſed cùm nihil proficerent innumerabili multitudine coëuntes, & quidem exarmati circõſtantibus vndique legionibus perſacra, pérque religiones obteſtantur, vt priùs mori liceat, quàm ſacratiſſima Dei ſempiterni templa hominum ſtatuis inaniri, ac fœdari conſpiciant. Præſes inauditam populi tùm religionem, C tum fortitudinem admiratus, precibus etiam ac lacrimis miſerrimæ plebis commotus, ab illa quam non metuebant ipſi crudelitate alienus, ſingulos domum redire iuſſit, ac promiſit ſe ad Cæſarem rurſus literas daturum: ac priùs mortem quàm crudelia iuſſa obiturum. Caligula tamen furore ac inſania demens Petronio literas ſcripſit acerbiſſimas, & ſupliciorum crudelitatem ſpirantes, ni iuſſa faceſſeret. Sed nauis cum vectoribus tempeſtate abrepta eſt, priúſque de tyranni cæde in Iudæam allatum eſt, quàm crudelitatum nuncius eò perueniret. Atque ita Petronius cùm ſummam erga Deum religionem, aduerſus tyrannum prudentiam, in ſubditos charitatem præ ſe tuliſſet, ſapientiſſimi Præſidis officia omnia impleuit. Hoc tamen præcipuè intuendum eſt, ne religionis, vel potiùs D ſuperſtitionis inanem ſpeciem principum iuſſis obtẽdamus. Cùm enim magiſtratus religionem ac leges diuinas humanis obtendit, de principis religione malè ſuſpicari neceſſe eſt. Oportet igitur veriſſima certiſſimáque ſempiterni Dei religione ac doctrina imbutum, & ab omni impietate ac ſuperſtitione penitus alienũ eſſe. Sed me pudet eorum, quos paganos appellamus, exemplis vti, cùm ad noſtra relabor. Iam enim pridem pietas erga Deum feruere deſiit, atque adeò tepefacta eſt, vt verendum ſit, ne tandem omnino refrigeſcat. Diſſeruimus qualem ſe magiſtratus erga principem ferre debeat, dicendum deinceps qualem erga priuatos eſſe cupiamus.

*Memorabile exemplum prudẽtis magiſtratus.*

*De ma-*

### *De magiſtratuum erga priuatos imperiis, officio, poteſtate.*

### CAPVT. V.

MAGISTRATVM diximus publicam imperandi prohibēdíque poteſtatem habere: publicè autem imperandi ius habet, qui iuſſis aut vetitis minus obtemperantes cogere poteſt: tametſi enim Modeſtinus[1] ſcripſerit legis virtutem eſſe in iubendo, vetando, permittendo, ac puniendo: magiſtratuum tamen ea vis eſt potiùs quàm legis, quæ per ſeipſa muta eſt: magiſtratus autem lex eſt viuens ac ſpirans, cuius hæc maximè propria ſunt: lex autem, quæ Imperia
B ac vetita præ ſe fert, inanis eſſet, niſi magiſtratus, qui potentius lege dominatur, pœnas intentaret. Ad ea verò quæ permittuntur, nihil opus eſt lege, quæ ipſa in iuſſis propriè verſatur: ac verbum legis aliud nihil eſt, quàm ſummæ poteſtatis iuſſum: & qui contrà quàm prohibetur quid facit, contra iuſſa facit: pœna verò nunquam à legibus irrogatur, niſi magiſtratus authoritate ac iudicio conſtituto ſententia feratur. Ex quo perſpicuum eſt vim legum in iis poſitam eſſe qui publicum imperium habent, ſeu fuerit princeps, ſeu populus, ſeu magiſtratus: quibus imperantibus niſi pareatur, cogendi poteſtas eſt: id autem fit pœnarum irrogatione, quam Demoſthenes neruos Reipublicæ appellauit, οὐδὲν inquit, ὄφελος τῆς πολιτείας νεῦρα οὐκ ἐχούσης κατὰ τῶν ἀδικούντων. diximus cogendi poteſtatem,
C vt magiſtratum ab eo ſeiungamus, qui iudicandi quidem, ſed imperandi poteſtatem non habet: ac multò minùs cogendi, vt Pontifices cæteríque iudices quibus Imperium nullum eſt. Nam qui olim à Pretoribus, cæteríſque magiſtratibus dari conſueuerant, non ſuas ipſi ſententias exequebantur, ſed ij qui eos[2] dediſſent, ſi modò eas probarent: in ius tamen iudices dati priuatos ad ſe vocabant, ſed nemo qui nollet obtemperabat, niſi magiſtratus ipſi pro iure ſuæ poteſtatis imperarēt. Itaque nec edicto tenebatur, qui vocatum ad iudices priuatos vi exemiſſet[3], quia Imperandi iure carerent: noſtris verò moribus iudices dati, & vocare ad ſe, & ſētētias, nō impetrata venia magiſtratuū, vt pōtificibus neceſſe eſt, per viatores exequuntur: & priuatos ſuis edictis, quæ ſua manu ac ſigillo conſi-
D gnāt, parere cogūt, ſed iis tantū iudicibus permittitur, qui aliunde per ſe ipſi, aut vnà cum collega Imperare poſſunt: non item priuatis ciuibus, ſi iudices à magiſtratibus dati fuerint. Diximus primam cogendi poteſtatem in prehenſione bonorum ac perſonarum poſitam eſſe, diximus item prehenſionem à vocatione ſæpe ſeiungi, & cui prehenſio ſit, non propterea vocandi, aut iuris dicendi, aut captos dimittendi ius eſſe: hæc enim propria ſunt eorum quibus publicè iudicium eſt, ſeu de fama ac dignitate, ſeu de capite, ſeu de fortunis omnibus decernatur: & partem quidem magiſtratuum priuata, partem publica iudicia tractare: partem mulcta, partem verberibus, partem exilio, partem ſuplicio capitali punire: idque cum libera prouocatione, vel extra prouocationem iudicare: eos verò qui damnati ſunt ſuplicio liberare, maieſtatis proprium eſt, ſupra leges omnes, ſupráque magiſtratuum omnium iura, imperia, pote-

*Summum ius maieſtatis.*

[1] legis virtus et legibus.
[2] l. a diuo de re iud.
[3] l. 3 ne quis eum qui in ius vocatus eſt.

ſtates. Ex quo perſpicuum fit duo imperij publici genera eſſe, alterum quidem ſummum legibus ac magiſtratuum imperio ſolutum, alterum legitimum quod legibus obligatur: hoc magiſtratuum propriū eſt, illud verò maieſtatis: maieſtas quidē in Republica nihil ſe ipſe poſt Deū immortalem maius, nihil etiam ſibi æquale habet: magiſtratus verò principis maieſtatem ſuſpicit, eiúſque legibus ac iuſſis obligatur: priuati deniq; poſt Deum immortalem maieſtatis legibus, ac magiſtratuum Imperiis tenentur. Quo fit vt nemo in Republica verbis Impero ac iubeo vti poſſit, præterquam ij qui iura maieſtatatia habent: quæ verba nō modò Imperium, ſed etiam voluntatem [4] Latinè loquentibus ſignificant: cùm omnia omnium Imperia ac voluntates, ab eius vnius qui iura maieſtatis habet arbitrio ac voluntate pendeant. Itaque ſolius principis, populíve, aut optimatum, pro varia ciuitatis forma, proprium eſt vti verbis, volumus, iubemus, quibus magiſtratus vti non poteſt, nec itē edictis, quę ſunt magiſtratuum iuſſa, capitalem pœnam ſubiicere. Inde quæſitum eſt ab iuriſconſultis, & adhuc ſub iudice lis eſt, an gladij poteſtas quā ipſi merum Imperium appellant, principis propria ſit, executio verò magiſtratuum: an verò magiſtratuum quoque ſit illa poteſtas communis. Quæ quidem quæſtio diſputata eſt ab Azone & Lothario iuris peritiſſimis, eiúſque arbitrium delatum eſt ad Imperatorem Henrichum v. qui tunc Bononiam venerat, equi ſponſione facta. Lotharius ſponſione vicit, arbitri recepti ſentētia: ſed Iuriſconſultorum penè omnium ſuffragiis Lotharius quidem equum, Azo verò æquum [5] tuliſſe dicitur: pleríque tamen Lotharij ſententiam ſecuti ſunt. Vberiùs igitur ac pleniùs explicanda quæſtio eſt, cùm ad Imperij vim ac naturam & ad iura maieſtatis penitus intelligēda pertinere videatur. Quæſtionis obſcuritas inde manat, quòd nec Lothario, nec Azoni antiquitatis magiſtratuúmq; Romanorum disciplina ſatis percepta cognitáque fuerit. Principio quidem exactis vrbe regibus, magiſtratus Romanorum [2] gladij ius in ciues nulli habuêre: at etiam verberum poteſtas illis eſt Portia lege adempta [6] anno CCCCLIIII. qua quidem rogatione populus Romanus non modò magiſtratus omnes, ſed etiam ſeipſum gladij poteſtate in ciues ſpoliaſſe videtur, cùm liberum exilium capite damnatis ex omnibus criminibus permiſiſſet. At etiam ſi de fama ac dignitate ciuium ageretur, iudicium erat plebis: ſi de fraude capitali, qua ciuitas amitti poſſet, ageretur, populus comitiis centuriatis iudicabat: vt legibus ſacratis [7] cauebatur: ac tametſi leges, interdum violarentur, non tamen impunè violauit Cicero, cui quòd de coniuratis Catilinæ ſuplicium Conſul ſumpſiſſet, aqua & igni interdictum eſt, ac ducenteſimo ab vrbe lapide bonis omnibus publicatis, exulare neceſſe fuit. Multò poſt leges Valerius, Semproniam, & Portiam, quæ ſe cures & verbera à tergo & à capite ciuium Romanorum amouerant, latæ ſunt Corneliæ leges, quibus à plebe ad Prætores quæſtionum ordinarios publica iudicia delata ſunt [8], ſiccariorum, inquam, peculatus, maieſtatis, repetundarum: quibus legibus Prætori quæſtionis cuiuſque definita ſunt iura, iudicia, pœnæ, formulæ, à quibus diſce-

4 notat Donat. in illud Terentij: animo iam nunc otioſo eſſe impero id eſt volo, & iubeo te ſaluere, id eſt volo, qui ſcis an quæ iubeā faciat, Donat. id eſt velim.

*An gladij poteſtas principis propria.*

5 Alciat. lib. 1. parado. cap. 1. & 6. Molin. §. 1. glo. 5. nu. 58. in conſuetu. Pariſ.

2 Liuius lib. 7. & 10.

6 Liuius lib. 10. Cicero pro Rabirio perduel. Saluſt. in Catilinā.

7 Cicero pro Rabirio perduel. & pro domo ſua.

8 lib. 2. de orig. iuris.

diſcedere nullo modo[9] licebat: iudices etiam ex ordinibus lege conſtitutis ſortiri ac ſubſortiri neceſſe fuit: deinde accuſationibus ac defenſionibus publicè admiſſis, iudicia tabellis ferebantur: tabellę enim tum notis literarum, tum etiam colorum varietate diſtinctæ ſententiam præ ſe ferebant, A.C.N.L. id eſt abſoluo, cõdẽno, non liquet: interdum etiam ampliare quæſtionem ſolebant, id eſt decernere vt amplius quæreretur: tabellæ verò in vrnam çoniiciebantur, deinde numerabãtur: ſi numerus tabellarum ex litera C. præponderaret cæteris, Prætor indutus purpuream togam, pro tribunali ex editiore loco (nam cæteri iudices ſorte ducti in ſubſelliis ſedebant) hæc tria verba pronunciabat, REVS PARVM
B CAVISSE VIDETVR: vel non iure feciſſe videtur: vel prouinciam ſpoliaſſe videtur. Hæc illa fuit Romanorũ in iudicando miſta modeſtiæ grauitas, ne mentiri, aut temerè quicquam, quod minùs compertum eſſet, affirmare viderentur. Conſimile eſt illud, SI QVID MEI IVDICII EST. Quod autem Feſtus ſcribit magiſtratum ea verba pronunciare, PARVM cauiſſe videri reum, quem de conſilij ſententia capitis condemnat: capitis pœnam intelligit qua ciuitas amittitur. Mox ſequebatur pœna legum, reus exilium optabat. Quæſtores damnati bona cogebãt in fiſcum, ſi ea fuiſſet ex legibus pœna conſtituta: quibus legibus niſi reus paruiſſet, Triumuiri capitales, comprehenſum in carcerem duci iubebant: habuit ergo (dicet aliquis) Triumuir capitalis imperium in ciues: nos tamen ſu-
C perius in peregrinos tantùm eius Imperium patere docuimus: rectè quidem, ſed exilio damnati peregrini ſunt, quia ciuitatis ius amiſerunt. Conſimile eſt illud Martiani iuriſconſulti ad S.C. Turpilianum[1]: Si iudex, inquit, pronunciauit hæc verba, Calumniatus es, condemnauit eum: & quamuis de pœna nihil ſubiecerit, attamen legis poteſtas aduerſus eum exercebitur: hîc omitto libellorum inſcriptiones, teſtium ac tabularum inquiſitiones. Hæc fuit publicorum iudiciorum antiquis Romanis vſitata ratio, qua quidem intelligi facilè poteſt, Prætores quæſtionum publicarum nudam habuiſſe legis actionem: gladij verò ius nõ modò non habuiſſe, ſed ne verberum quidem, aut leniſſimæ animaduerſionis in ciues. Quòd ſi mulctæ certatio eſſet ex publico crimine, quod legibus cõ-
D prehenſum non fuiſſet, tributa plebis comitia cogebantur: ſi de capite, fama, ac fortuniſ omnibus quæreretur, populus centuriatis comitiis iudicabat, vterque extra ordinem, vt ſolent qui in omni Republica ius maieſtatis habent: nec tabellis aut notis ſuffragia ferebantur, quia lex ipſa, non populus arbiter pœnæ fuiſſet. Erat autem ferè huiuſmodi aut conſimilis ſententia. Si M. Poſthumius ante Calendas Maias non produiſſet, neque excuſatus eſſet, videri eum in exilio eſſe: ipſi aqua & igni placere interdici. Hæc apud Liuium[2] Aſconium[3], Ciceronem[4] vberius ac fuſius. Mutato Reipublicæ ſtatu, ereptíſque populo iudiciis ac ſuffragiis, Prætores tamen publicarum quæſtionum, aliquandiu iudiciorum illum ordinem tenuerunt. Id enim ſatis apertè innuit[5] Papinianus, qui Azoni
» ac Lothario diſputandi præbuit occaſionem, his verbis, Quæcunque
» ſpecialiter lege, vel ſenatuſconſulto, vel principum conſtitutione tri-

9 Cicero in Verrem & eodem Aſconius.

1 l. prima. § ſi iudex.

2 lib. 26 & 27.
3 In Cornelianã & Verrinas.
4 pro Rabirio perduellion.
5 l. 1. de offi. eius cui mandata.

buuntur, mandata iuriſdictione non transferuntur: quæ verò iure magi-“ giſtratus competunt, mandari poſſunt: & ideò videntur errare magiſtra-“ tus, qui cùm publici iudicij exercitionem habeant lege vel Senatuſcon-“ ſulto delegatam, veluti legis Iulliæ de adulteriis, & ſi quæ ſunt aliæ ſimi-“ les, iuriſdictionem ſuam mandant. Huius rei fortiſſimum argumentum “ eſt, quod lege Iullia de vi nominatim cauetur, vt is cui obtigerit exerci-“ tio poſſit eam, ſi proficiſcatur mandare. Non aliter itaque mandare po-“ teſt, quàm ſi abeſſe cœperit, cùm alias iuriſdictio etiam à præſente man-“ detur. Hæc Papinianus, quem Lotharius ſic interpretatur, vt velit prin-“ cipes ac populos, qui iura maieſtatis habẽt, magiſtratibus pœnarum executionem dediſſe, arbitrium verò, ac potiſſimum gladij poteſtatem ſibi B reſeruaſſe. Azo verò ius ipſum gladij in magiſtratus tranſlatum fuiſſe iudicabat. Vera igitur Lotharij ſententia fuiſſet, ſi ſemper eum ordinem iudicandi quem diximus, Prætores publicorum iudiciorum tenuiſſent: ſed in eo ipſo fallitur, cùm Papiniani definitionem illã ad omnes omnium temporum, ac locorum magiſtratus pertinere putauit: qui tamen maxima ſui parte pœnarum arbitrium & gladij ius habent, & quidem iure magiſtratus, & Imperij legibus ſolutum. Cùm enim principes decurſu temporũ perſpexiſſent iudicia illa publica, quæ tabulis ac ſorte fiebant, cum iniquitate coniuncta fuiſſe, quòd in tanta cauſarum ac locorum varietate vnum & idem pœnæ genus ſtatuerent, tribus literis paulatim iudiciorum ordinem mutarunt. Principio quidem Auguſtus tribus tabel- C lis, quibus iudices abſoluere, condemnare, aut non liquere ſibi ſignificarent, quartam adiecit, qua iudicibus ignoſcere culpam liceret iis qui aliena fraude in legem commiſiſſent, vt Tranquillus[6] ſcribit. Deinde iudiciorum ordo ac circuitus penè inexplicabilis conuerſus eſt, manente, inquit, Martianus[7], pœna legum iudicio cuique conſtituta, quam nec augere, nec minuere licebat[8], quæcunque varietas cauſarum incidiſſet. Cum verò eiuſmodi crimen eſſet, quod extra ordinem iudicari oporteret, princeps, aut Senatus interdum extra ordinem magiſtratui, aut etiam priuato, cuius religionem ac integritatem exploratam[9] haberet, mandabat, vt legibus ſoluti pœnas irrogarent. At Papiniani ætate, Seuerus Præfecto vrbi omnium criminum quæ intra, quæ- D que extra mœnia centeſimo ab vrbe lapide admitteſentur, cognitionem extra[1] ordinem dedit. Vrbani verò Prætores, qui de priuatis criminibus ordinario iure iudicabant, iudicia quædam publica, non iure magiſtratus, ſed lege ad ſe delata tractabant: cuiuſmodi exemplum affert Papinianus[2]. Interdum etiam de crimine extraordinario Prætor à Præfecto vrbi, interdum Præfectus vrbi à Prætore præuentus cognitionem ſuſcipiebat. Præſides verò prouinciarum, quia omnem omnium vrbanorum magiſtratuum iuriſdictionem haberent, ac de omnibus criminibus extra ordinem cognoſcerent, arbitrióque ſuo pœnam ſtatuerent, & capitale ſuplicium, præter quam ciuibus Romanis, irrogarent, gladij ius habuiſſe nemini dubium eſſe poteſt: nam propterea Vlpianus poteſtatem[3] appellari ſcribit. Illud autem

6 In Auguſto.

7 l.ordo.de publicis.

8 l.1.ad Turpil.

9 Tacit.& Tranquil. in Tiberio. & Veſpaſiano.

1 l.1.de offi. præfecti Vrbi.

2 in d.l.1.§.1.fine.

3 l.3.de Iuriſdic.

autem iure ipſo conſtat, eos qui extra ordinem cognoſcunt, quamuis pœnam ſtatuere poſſe, dum tamen modum non excedãt: ſic enim ſcribit Vlpinianus [4], modum excederet qui ob leuiſſimam iniuriam capitale ſuplicium, vel ob crudele parricidium mulctam irrogaret. Ex quo planum eſt eos magiſtratus qui capitalium iudiciorum cognitionem habẽt extraordinariam, gladij ius habere, & quidem iure ſui magiſtratus: quibus verò lex præſcripſit quid quoque modo iudicẽt, nudam legis actionem habere, gladij iure carere. Atque hæc breuiſſimè de Lotharij & Azonis hypotheſi, quam ad theſim & quæſtionem infinitam trahere neceſſe eſt, vt pleniùs & vberiùs diſſeratur. Primùm igitur quæri debet an
B magiſtratuum munus Reipublicæ, an principis propriũ ſit: an verò eius qui magiſtratum gerit, an ſibi cum Republica commune: deinde ſi poteſtas magiſtratibus conceſſa magiſtratuum propria ſit, quatenus ſunt magiſtratus, an principis ipſius: executio verò magiſtratus an vtriuſque communis. Quod ad primam quæſtionẽ attinet, omnia magiſtratuum munera Reipublicæ dominio ſunt (præterquam in ea Republica, quam vnius dominatu teneri diximus) comprehenſa, creatio verò eorum qui ius maieſtatis habent, nec priuatis hæreditario iure à principe tribui poteſt, niſi popularibus comitiis, & ordinum diuturna tacitáque conſenſione id fiat: vt in hoc Imperio, Duces, Comites, Marchiones, & qui arces prouinciarum habent à principe, iuriſdictionem ac imperium olim
C habuêre precarium, deinde Capeti conceſſu perpetuum: tandem hæreditario iure in maſculos tranſmiſſum: poſtremò etiam fœminis conceſſum tanta principum ignauia, vt Imperia, iuriſdictiones, poteſtates perinde ac prædia ipſa iure commerciorum in omnibus ferè Occidentis regionibus ac Imperijs ſub haſta proſcribere liceat: vt eodem iure [5] quo cætera hæreditaria venaliáque[1] bona habentur. Hęc igitur iuriſdictio, quæ quòd prædiis cohærere videtur, nec tamen cohæret, prædiatoria dicitur, eorum propria eſt, & quidem iure dominij, qui prædia hæreditario, alióve iure poſſident, modò Reipublicæ maieſtati, à qua omnia omnium Imperia iuriſdictionéſve manarunt, accepta ferant, ſaluis Imperii legibus, & extremo prouocatione iure. Sunt etiam
D munera quædam publica, ſine Imperio tamen, vt pleráque viatorum munera prædiatoria, ac potiſſimum in Normania, & qui apud nos ceram ſigillo regio accommodare conſueuerunt, hæreditario iure beneficio D. Ludouici acceperunt. Plerique comitis ſtabuli tum in Campania, tum in Normania, & magni Culicularij munera iure hæreditario temporis diuturnitate præſcribere tentarunt: ſed rebus in curia Pariſiorum [6] ſæpiſſimè iudicatis ſummoti fuêre. Tametſi Coneſtabilis ſeu comitis ſtabuli verbo maiores noſtri pro cẽturione, & Coneſtabliam pro centuria militũ vſurparunt, ſic enim Froſſardus ſæpe: & in actis curię rationũ publicarũ memini me legiſſe ccc. coneſtabiles in exercitu fuiſſe. Cùm item Simo, Comes Montifortis ſe fidei Mareſcalũ appellaret, vtî nunc quoque Mirepoſius comes, curia Pariſiorum eam dignitatem eiurare coëgit[7]. Et eò quidem cupiditas Imperandi proruperat, vt Tribu-

4 l. hodie de pœnis.

*Duces, Comites, Marchiones, Caſtellani olim curatores precaria poteſtatẽ habentes.*

5 Faber. in Inſtit. de leg. tuta patr. & in auth ingreſſi. col. vlt. de ſacroſanct. eccleſ. C. Petr. Iacob. in ſumma. de cauſis, ex quibus fondũ amittat. col. 5. Guido Papus deciſ. Delphin. q. 59. 133 220. & conſil. 176. col. 3. verbo aliter. Iaſo in l. de quib. de leg. col. 16. nu. 65. Decius conſil. 208. col. 2. nu. 9. & cõſi. 269. col. 3. nu. 8. & cõſ. 690. col. 2. nu. 8. Benedict. ad cap. Raynutius verbo duas. nu. 67. 68. 69 Fabr. Ripa. lib. 1. de legib reſpõſo 1 nu. 70. Stephan. Bertrand. cõſi. 15. col. 3. nu. 16. lib. 1.

6 anno 1272.

7 anno 1274

ni militum quos Franciæ Mareſchalos appellamus, Imperium ſucceſſo-
rio iure ad poſteros tranſmittere conarentur, niſi curia Pariſiorum graui
Senatuſconſulto facti temeritatem [8] repreſſiſſet: quo quidem Senatuſ-
conſulto Tribunatum militiæ, ſeu Mareſcalli munus, in regis dominio
eſſe, exercitium verò penes Tribunos militum quandiu viuerent curia
declarauit. Ac tametſi Tribuni militum bello cõfecto Imperium domi
exercere non poſſint, nihilominus tamen iure ſui magiſtratus, ſi magi-
ſter militum abeſt ab exercitu, merum habent imperium, cui nihil eſt
cum vrbana iuriſdictione commune. Id autem ex antiquis Romano-
rum moribus ac inſtitutis ad nos tranſlatum videtur. Nulli magiſtratui
in vrbe, at ne vniuerſis quidem magiſtratibus ſimul fas erat ciuem Ro- B
manum verberibus cædere, poſt rogationem Portiam[9]: Conſuli tamen,
Prætori, cæteríſque exercituum ducibus gladij ius erat[1], ſine quo milita-
rem diſciplinam tueri nullo modo potuiſſent: ex quo Polybius regiam
poteſtatem Conſules habuiſſe putauit, cùm tamẽ cæteris ducibus idem
abſente conſule liceret. Nec verò magiſtro militum gladij poteſtas tri-
buta fuit, ſed habet iure ſui magiſtratus, vt eo abſente Tribuni quoque
militum belli gerendi ius habent: quod ſine mero Imperio geri nullo
modo poteſt. Sed cùm centuriones indicta cauſa milites ſæpiſſimè in
legionibus deducendis necarent, Henrichus II. Francorum rex id fieri
vetuit, Franciſci Colinæi peditum ducis rogatione. Cùm igitur duces
exercituum in omni Republica gladij ſummum ius habent legibus ſolu C
tum, & quidem extra prouocationem, nemo dixerit nudam penes eos
legis actionem, in principe ſolo poteſtatem ineſſe. Cõſequens eſt igi-
tur, vt eam quam habent iure ſui magiſtratus poteſtatem ac iuriſdictio-
nem, ſe præſentibus alteri [3] mãdare poſſint, ex Papiniani diſciplina: quod
non liceret ſi ex legibus cognoſcere, ac pœnas legibus definitas irroga-
re[4] neceſſe haberent. Ac propterea Papinianus Prætorem vrbanum iu-
riſdictionem mandare potuiſſe ſcribit, etiam præſentem, quia lege Præ-
toria poteſtas ei data eſt leges corrigendi, moderandi, ſuplendi: quæ po-
teſtas arbitrio ac voluntate iudicantis, non legis neceſſitate coërcetur:
quæ verò extra iuriſdictionẽ vrbanam Prætoribus lege, Senatúſve con-
ſulto tributa[5] fuerant, ea mandare non licebat. Ex quibus altera quæſtio D
ſuperius propoſita eluceſcit: ſcilicet Imperium ac iuriſdictionem, quæ
cuique magiſtratui iure magiſtratus congruit, magiſtratuum propriam
eſſe, tametſi honor ac dignitas perſonarum propria non ſit. Id enim Pa-
pinianus apertè declarat, cùm legatos, & eos quibus mandata iuriſdi-
ctio eſt, proprium nihil habere[6] ſcribit: ſequitur ergo vt ipſorum magi-
ſtratuum propria ſint. Ita quoque Præſidem ſcribit ſummam poteſta-
tem in prouincia poſt principem habere: non fuit igitur in ſolo principe
poteſtas. Quare quæſtionis præcipua ratio in eo vertitur, vt quædam
ſint magiſtratuum propria, tametſi honores perſonarum proprij non
ſint: ſed quaſi depoſitos habeant, hoc enim verbo lex[7] vtitur, & eodem
vtimur ipſi, cùm Prætorẽ vrbanum Pariſiorum Præturæ cuſtodem ap-
pellamus: Aliarum ciuitatum Bailliuos, id eſt cuſtodes: ſic etiam Flo-
rentini

8 anno 1361. 22. Ianuar.

9 Cicero pro Rabirio Perduel.

1 Polybij lib. 6.

2 Liuius lib. 2. Seneca lib. 2. de ira. Cic. Philip. 3.

3 l. ſolet l. more. de iuriſdict. omnium iudi.

4 d. l. 1. de offi. eius l. 1. §. vlt. ad Turpil. l. ordi. ad municipalẽ. l. ſi qua pœn. de verb. ſigni. c. iudices. 3. q. 7. l. ſi quis reũ de cuſtod. reorũ. Ant. Butr. Imol. Panor. Decius. in c. de cauſis. de of. deleg. Bal. in l. & ſi ſeuerior ex quibus cauſis Bald. conſi. 443.

5 l. nec mandãte. de tutorib. dat. l. cũ ij. §. ſed nec mãdante. de trãſact. l. etſi de. offi. eius cui.

6 l. 1. §. qui mãdatam. de offi. eius cui. l. etſi eod.

7 l. vnica. de offi. præfecti Auguſt.

rentini Octouiros Reipublicæ conſtituendæ, maieſtatis ac Imperij ſummi cuſtodes, Balliam vocabāt. Vt igitur Lotharij & Azonis quęſtionem definiamus, & ab hypotheſi ad quęſtionem infinitā deducamus: quoties magiſtratibus aut curatoribus præſcripta lex eſt, qua quid fieri oporteat, ſeu domi, ſeu militiæ (nam latiſſimè patet ea definitio) nihil habēt præter legis actionem: cætera quę religioni, fidei, æquitati, integritati, prudentię eorum tributa ſunt, vt pro arbitrio ac volūtate ſua ſtatuant, hæc inquam magiſtratuum propria ſunt. Etenim lege, æquitate, legis actione, & magiſtratus officio ciuitates omnes ac Imperia continentur: lex ipſa ad legis actionem, æquitas ad magiſtratus officium refertur. Item iudi-
B cium lege terminatur, decretum æquitate: nam quicquid ex æquitate arbitrióque ſuo iudex cauſa cognita ſtatuit, decretum[8] appellatur: cùm
[8] l. nec quicquā §. vbi. de offic. proconſul.
autem ex legis aut imperantis præſcripto iudicat, propriè iudicium eſt: ac propterea principis decreta[9] dicimus non iudicia, quia princeps legi-
[9] l. 1. de conſtitut princip.
bus non tenetur. Atque in eo fallunt qui decreta aliter definiunt, quàm quæ princeps, aut Senatus, aut magiſtratus arbitrio ac voluntate ſua ſtatuunt. Itaque videmus iuriſconſultos principis cognitiones ac decreta, non iuriſdictionem aut iudicia vocare: huc enim referuntur Pauli libri decretorum in cognitionibus prolatorum. Quoties item magiſtratus, aut iudex datus extra legem & quaſi vinculis ſolutus arbitratu ſuo cognoſcit ac decernit, non lege agit, nec legis actionem exequi dicitur: ac
C propriè arbiter à Feſto dicitur, qui totius rei poteſtatem habet. Itaque Cicero[1] aduerſario obiecit quòd iudicem & arbitrium confudiſſet,
[1] pro Roſcio Comœdo.
Eundem tu arbitrium & iudicem ſumebas? Eidem & infinitam largitionem remittebas, & eundem in anguſtiſſimam formulam concludebas? hic de arbitro iure dato, non de arbitro recepto agitur: quinetiā Ariſtoteles ipſe δικαστὰς ἀπὸ τῶν διαιτητῶν eadē ratione diſtinxit. Alterius quidem munus quodammodo ſeruile eſt, quia legibus inſeruire cogatur: alterius verò ingenuum, quod iuriſconſulti nobile vocant: alter in facti, alter in æquitatis cognitione verſatur: alter in poteſtate legis, alter legibus ſolutus eſt. Hæc verò planiùs intelligi non poſſunt, quàm ex eo quòd Iuriſconſultus negat appellari poſſe à pœna quam
D ex lege[2] magiſtratus irrogauit: ſed ex eo tantùm quod magiſtratus in
[2] l. cū prolatā de re iudic. Felin. in l. cū non ab homine. de iudicijs.
legem commiſiſſe reum iudicauit, à pœna tamen quam iudex arbitrio ſuo extra ordinem decreuit prouocari poteſt: qui enim à lege, idem à principe appellat: id autem capitale eſt. Ex quibus intelligitur nulla ratione Alciatum[3] ac Molinæum[4] Lotharij ſententiam
[3] lib. 2. paradoxor. cap. 6.
ſecutos, quòd illam, quam diximus, diſtinctionem non adhibuerunt. Nam Molinæus putat Prætoribus ciuitatum, quos Balliuos ac
[4] §. 1. gl. 5. nu. 58. de feudis.
Seneſchallos appellamus, ereptam noſtris legibus fuiſſe poteſtatem legatos conſtituendi, quia vſuariis, inquit, ſimiles eſſent, qui alijs vſum cedere non poſſunt: quod abſurdum eſſe ſuperius docuimus. Neq; enim ita pridem Carolus[5] VII. Rex Prętorum legatos ſuo beneficio creari
[5] articul. 105. in conſtitut. Caroli septimi & Caroli 8. art. 73.
voluit. Nā ſi Molinęi ſentētia ratione vlla niteretur, cur Papinianus ea quę quiſq; iure magiſtratus habet mādari poſſe ſcriberet? cur leges, edictáq; de

legatis proconſulum,ac de iis quibus mandata iuriſdictio eſt,ſi apud nos Prætores vſuariis ſimiles ſunt? nam Romæ magiſtratus annui fuerunt, nobis verò perpetui:multò verius igitur quàm illi mandare potuerunt. Cæteri iuris interpretes, quòd Romanis ciuitatis deſcriptionem,mores, inſtituta,magiſtratuum munera minus intelligerent, variis erroribus ſe ipſos implicauerunt[6]. Argumento ſit illud, quòd legatum proconſulis, cum eo cui mandata iuriſdictio eſt, & vtrunque cum iudice dato confuderunt[7] vna de legati appellatione: quod quàm abſurdum, & ab iuriſconſultorum ſcriptis alienum ſit,ex ijs quæ ſuperiùs explicata ſunt,quæque deinceps explicabuntur,facilè intelligi poteſt. Illud autem animaduerſione dignum eſt,quod in popularibus & optimatum imperiis,qua- B
lia fuerunt Græcorum ac Italorum, hoc vnum propoſitum eſt,vt magiſtratus omnes,quoad eiús fieri poterit,legum vinculis obſtrictos teneat, vt ab officio ne tantillum quidem ſi velint diſcedere poſſint, ac veteres multò magis quàm noſtræ ætatis homines: in regia verò poteſtate contra fieri ſolet, nam in iudiciis publicis omnia ferè pœnarum genera, & in priuatis idquod cuiuſque intereſt, magiſtratuum arbitrio decernẽdum relinquitur: ac tametſi Iuſtinianus id quod cuiuſque intereſſet lege ſibi definiendum[8] putauerit: lex ea tamen omnino inutilis fuit, quia quod cuiuſque intereſt,in facto non iure conſiſtit,quibus verbis Paulus[9] omnes omnium interpretum ſententias,nõ modò innumerabiles,ſed etiam pœnitus inexplicabiles, quaſi à ſtirpe reſecuiſſe videtur: vt intelligant id C
quod intereſt non modò in priuatis, ſed etiam in publicis iudiciis, fidei, æquitati,religioni,prudentiæ denique magiſtratuum relinqui oportere, quod regia conſtitutione apud nos cauetur, & iudiciorum vſu receptum eſt:propter cauſarum, locorum,temporum,ac perſonarum varietatem: quæ quòd infinita ſunt, nullis legibus, nullis ſcriptis,nullis tabulis comprehendi,multò minus in diſciplinam cadere poſſunt. Diximus antea lege Prætoria,vel,vt apud Cẽſorinum, lectoria,in creando Prætore Vrbano, ius ei datum fuiſſe, vt leges corrigeret, ſupleret[1], emendaret,quatenus in priuatis iudiciis id fieri oportere iudicaret:creatus Prętor primùm gratias agebat pro roſtris[o], ac populo ſuo edicta quoque modo ius dicturus eſſet explicabat: deinde in albo publicè ſcripta proponebat:quæ D
tamen nec leges fuerunt,nec vim habuerunt legum:ſed edicta,id eſt magiſtratus iuſſa,quibus nec populus,nec plebs,nec Senatus,nec cęteri magiſtratus, ac multò minus Prætor ipſe qui ea iuſſerat tenebatur: ſed ſinguli tantùm ciues, cùm de priuatis negotiis ageretur. Itaque Cicero[2] Verrem imperio ac poteſtate Prætoria abutentem increpans, Qui plùrimum,inquit,edicto tribuunt legem annuam appellant :tu plus edicto complecteris quàm lege : nam magiſtratus quantacunque poteſtate præditus ſit, legibus derogare non poteſt, multò minùs eas abrogare[3] hæc enim maieſtatis propria eſſe docuimus:ſed Papiniani[3] dictum ad legum interpretationem æquabilem ſpectat. Quare nec Prætori licuit[4] bonorum poſſeſſionem ei dare qui per leges hæreditatem adire, nec hæredem facere, qui per legem hæres ſcribi non potuiſſet:ſed eum ſua ſententia

6 Bartol.Fulgo. Alex. Caſtrẽ.in l. 1.de off.eius.Cynus in l. vnica.q. 4.qui pro ſua iuriſdict.C.Bal.in l. nec quicquã. §.vbi.de offi.procõſul.Io.And.in addit.ad ſpec.tit. de iudi.deleg.Ludo. Rom.in l. Imperiũ.de iuriſd.Anto.Imola.Panor. Felin.in cap.alias &in c.quod ſedes de offi. de legati. Bal.in l.geſt.col. 1.de re iudi.C.

7 Canoniſtæ in tit.de offi. & poteſtate deleg. & & DD.in l.imperium.de iuriſdic.

8 l.vnica.de ſentẽtiis quę pro eo quod.

9 l. quatenus de regulis.

1 l.penult.de iuſtitia.

o Cicer. in Rullum orat.1.

2 in Prætura Vrbana.

3 in d.l.penult.de Iuſtitia.

4 l.non eſt de bonorum poſſeſſ.

tentia

tentia hæredem declarare[5], quem lex[6] aut teſtator hæredem feciſſet. At tametſi pleráque Prætorum edicta legibus duodecim tabularum iuſtiora eſſent, nihilominus tamen primus quiſque Prætor ea commutare, & abrogare poterat, ac noua edicta proponere, aut leges quę ſua vetuſtate extabuerant, in vſum reuocare. At propterea populus Æbutia[7] rogatione leges duodecim, quæ temporis diuturnitate obſoleuerāt, pœnitus abrogauit: qua lege nihil opus eſſet, ſi Prætores vrbani legibus duodecim derogare potuiſſent. At ne Prætores quidem ipſi ex ſuis edictis ſemper ius dicebant, ſed ab ijs interdum diſcedebant, ſi cauſarum æquitas id poſtularet: nonnulli tamen odio, vel gratia priuatorum ea commutabant:
B quod oratoriè Cicero Verri probro dedit: Ille, inquit, nulla religione motus, cōtra quam edixerat decernebat. Nam rogatione Cornelia Tribunitia cautum erat, vt Prætores ex iis edictis, quæ ineunte magiſtratu propoſuerant, ius dicere cogerētur[8], nec ab ijs diſcedere liceret. Sed cùm ea lex aduerſus vim legum lata fuiſſet, quæ quemquam ſuis legibus obligari minimè patiuntur, paulo momento[1] euanuit: tametſi quod quiſque iuris in alium ſtatuiſſet, eodem in ſua ipſius cauſa vti cogeretur, cùm in eum ius dici oporteret: magiſtratibus tamen edicta ſua commutandi poteſtas ea lege non eſt erepta, ſiue edicta annua (quæ etiam perpetua dicebantur) ſiue ſemeſtria, ſiue menſtrua, ſiue diurna, ſiue horaria fuiſſent. Quod enim, inquit Vlpianus[2], iuſſit, vetuítve Prætor, contrario
C Imperio tollere poteſt, licèt de ſententiis contra: quia decreta cum cognitione cauſę facta mutari ac reſcindi ſine iniuria nō poſſunt: nec quicquam ſtabilius eſſe debet rebus[3] iudicatis, quibus ciuilis ſocietas maximè continentur. In quo plerique interpretes fallunt, qui iuſſa magiſtratuum præcepta vocant, non item edicta: at nihil aliud eſt edictum, vt ait Varro, quàm magiſtratus iuſſum: inde alius error manauit, ſcilicet præcepta magiſtratuum obligare neminem: ſic enim tradunt magiſtri[4] quę diſciplina ſi æquitati conſentanea ſit, cur lex obedire magiſtratui, etiam iniqua[5] præcipienti iubet? cur Mætianus[6] Reipublicæ intereſſe ſcribit, vt iniuſtis & ambitioſis decretis pareatur? At nihil ſanctius, non modò legibus, ſed etiam ſapientum ſcriptis ac decretis continetur[7]. Quan-
D quam multò æquiùs ac faciliùs eſt edicto diurno, vel horario, quàm annuo parere, ſi de iniquitate edicti queramur. Ipſæ verò leges, ſententiæ, decreta nullam omnino vim habitura ſunt, niſi iuſſa ſequantur. Itaque Prætores ac cæteri magiſtratus raròadmodum iudicabant, ſed in iudicibus dandis, in edicendo, in ſententiis iudicum quos dediſſent, exequendis occupari conſueuerant. Quòd ſi eorum iuſſa, quæ iſti nuda præcepta vocant nullam vim haberent, nulla decretorum, nulla iudiciorum vis futura fuiſſet. Nam propterea magiſtratibus omnibus[8] ſuum Imperium pœnali iudicio, niſi pareatur, tueri fas eſt. Grauiùs etiam peccatur ab iſtis, quòd magiſtratibus vim inferentibus (ſic enim loquuntur) ſiue in iure, ſiue extra ius reſiſti fas eſſe[9] putant. At plurimum refert vtrum in iure, an extra ius quid fiat: nam magiſtratus extra ius, id eſt cùm publico munere abſtinet, priuatus quodammodo videtur: ac ſi quemquam

5 l. ex diuerſo de rei vindic.
6 l. lege obuenire. de verborum ſig. §. ſed remota. de bonorū. poſſ.
7 Gellius lib. 16.
8 Aſconius in Cornelianā. Dio lib. 26.
9 l. a Titio. §. nulla. de verb. oblig.
1 Aſconius in Cornelianam.
2 l. quod iuſſit. de re iudicat. l. ſi opus. de operis noui. l. qui vetāte. de regul.
3 l. iudex. de iudiciis.
4 Bart. in l. pater filiū. § Iulius de legat. 2. Cyn. à præceptore ſecutu. Durādus [illegible] lo de ſentē [illegible] Ra. ſecutu [illegible] cobum Rauennatem.
5 l. prætor ait §. ait prætor de noui oper.
6 l. ſeruu. § cū prætor. ad Treb. [illegible] veniſſēt de reſtit. in integrum.
7 Plato in Critone. Cicer. lib. 3. de leg. & pro Cluētio.
8 l. ſi quis ius dicenti.
9 Bart. Bal. in l. vt vim. de iuſtitia. Zaſius. ad §. quadrupli. de actio. DD. in l. meminerint. vnde vi. C. & in 2 q. 1. Iaſo ad l. quod prætor. ne quis eū qui in ius.

verbo factóve violauerit, ei obſiſti iure poteſt: at ius in ſua prouincia dicenti, ſi nec imperij, nec iuriſdictionis fines egrediatur, obtemperandũ eſt, ſiue iuſtè, ſiue iniuſtè quid imperet: [1] ſin ſuis ſe finibus non contineat, & ſupra quam quod per leges licet quid iubeat, parere nemo tenetur: Sed interceſſionibus erit, & prouocationi locus: quòd ſi prouocare non liceat, aut licet quidem, ſed prouocantem magiſtratus non exaudiat, reſiſti tamen non debet, ſi damnum illatum ſarciri poteſt: alioqui ſi magiſtratus prouocantem verberibus, aut ſecuri cædere tentarit, vim illam repellere cuique, ac innocentium hominum vitam tueri licet: ſed eatenus vt ſine populari ſeditione, ac ſine fraude [2] id fiat, non magiſtratus violandi cauſa, ſed eius qui iniuria opprimitur eripiendi. Nam cùm B
Appius Claudius cupiditate ac libidine puellæ accenſus, legibus vim afferret, & contra libertatem vindicias abiudicaret, Virginius pater vt familiæ decus ſeruaret, filiæ vitam quàm pudicitiam perdere maluit: itaque filia publicè occiſa totam ciuitatem commouit. Hæc fuit hominis deſperati audacia non ferenda: neque talibus factis Reipublicæ quietem perturbare debemus, quæcunque vis à magiſtratibus inferatur. Quanquam priuatorum iudiciũ non eſt, vis à magiſtratu inferatur nécne? quòd ſi magiſtratuum aut principis iſta cognitio eſt, fruſtrà quæritur, an magiſtratibus vim inferẽtibus priuati vim vi repellere poſſint: ſed hoc tantùm, an magiſtratibus, qui contra prouocationem capitales ſententias exequi, & ſuplicia damnatis irrogare conãtur, obſiſti iure poſſit? C
licere non dubito, dum id ſine fraude ac tumultu fiat, quoties de capite agitur: ſin de bonis, aut mulcta, aut prehenſione iudicium feratur, non licere ſtatuo: quum hæc vel interceſſionibus, vel prouocationibus, vel actionibus iniuriarum, vel ſuplicationibus ſarciri poſſint.[3] In cæteris cauſis nulla lege ſeu diuina, ſeu humana magiſtratibus vim inferẽtibus obſiſtere fas eſt: vt malè à doctrina, peius etiam à ciuili diſciplina imbuti tradunt plerique[4]: quorum diſciplinæ ſi ſibi cõſentiant, ciuitatum omnium ac imperiorum ſtatus miſceri, ac perturbari neceſſe eſt. Nam ſi magiſtratibus vim afferre licet, idem aduerſus principem licebit, ac leges omnes, quę de vi priuata, ac publica latæ ſunt, impunè perrumpere ac violare. Atqui videmus legumlatores ac iuriſconſultos nihil prius habuiſ- D
ſe, quàm vt vim omnem non modò à magiſtratibus, ſed etiam à priuatis prohiberent. Itaque Prædones qui in alienas poſſeſſiones inuaſerunt, ſi vi deiecti fuerint reſtitui lex [5] iubet: eos verò qui deiecerunt ſuo iure ſpoliari[6]. Ac tametſi qui iuriſdictionem prædiatoriam habent, ſuo quodammodo iure manus prædio fiduciario iniicere per ſeſe plerique poſſe putent, cùm fiduciarius officium deſerit ſuum: veriùs tamen eſt in ſua cauſa id non [7] poſſe: quia iniurioſum & iniquum eſt, vt quiſquam in ſua cauſa iudicet[8], aut ius dicat ſibi ipſi. Iam verò lex [9] ea quæ vetat priuatos id facere quod per magiſtratum fieri debeat, hanc rationem habet, ne occaſio ſit maioris tumultus faciendi. Neque lex illa duodecim, VIS IN POPVLO ABESTO, de vi publica priuatáve tantùm agit, ſed vis etiam eſt, cùm ea quæ per iudicem debent, priuatorum autoritate geruntur.

At ne

1 prætor ait. §. prætor ait de operis noui

2 Bal. in l. ſi quis filio. §. 2. de iniuſto rupto Bart. in l. vt vim. de iuſtitia. Innocẽtius in c. ſi quãdo cap. paſtoralis de offi. de leg. l. 1. vnde vi. C.

3 l. nec magiſtratibus. de iniuriis.

4 Spec. in tit. de citat. §. ſed nunquid Feli. in c. ex literis. de reſtitu. ſpol. Decius cõſi. 459. Afflict. lib. 1. conſuet. Neapol. tit. 1. nu. 78. Bart. in l. prohibitum. de iure fiſci.

5 l. 3. Of. ſi de fundo de vi. & vi armat. l. ſi pignore. §. ſi præd. de pig. l. 1. §. ſi præd. & l. bona fides depoſiti. l. ita vt ſi fur vel præd. cõmodati.

6 l. ſi quis in tantã. ad l. Iul. de vi. C. l. extat quod met⁹. l. quẽadmodũ al. §. 1. ad l. aquil. l. ex ſtipulatione. de acquir. vel amittẽda poſſeſ. l. vnica. de ſufrag. C. l. dotis ſolutio. l. in rebus iure dot. C.

7 ex l. creditores ad l. Iul. de priuat. cõtra Molineum §. 1. glo. 4. nu. 7. in conſuetud. Pariſ.

8 l. 1. ne quis in ſua cauſa iudicet. C.

9 l. non eſt ſingulis. de regul.

At ne domino quidem rebus ſuis, quæ modò ſint in alterius poſſeſſione,
ſigillũ apponere licet per leges[1]: cur ergo licebit ei qui prædiatoriam iu-
riſdictionẽ habet alienis prędiis manũ per ſeſe iniicere? Ergo repudiãda
nobis eſt Platonis ſententia, qui ſtuprum per vim puellis aut pueris illa-
tum, propinquis non magiſtratibus vindicandum relinquit in libris de
legibus cap. CCCCLXXXIII. Sed quæritur, magiſtratui ſuam iniuriam iu-
dicio conſtituto vindicare liceat néc ne? de qua quid ſentire debeant Iu-
riſperiti[2] nondum conſtituerunt. Eo tamen iure vtimur, vt magiſtrati-
bus omnibus liceat mulcta, pignoribus captis, carceribus eos caſtigare &
coërcere pro modo ſuæ iuriſdictionis, qui ſe verborũ temeritate & con-
B tumelia violarint[3]. Sed ſi tanta ſit iniurię atrocitas, vt verberibus aut ca-
pite punienda videatur, magiſtratus qui iniuriam[4] accepit iudicio debet
abſtinere. Quòd ſi decuriæ iudicum, collegióve magiſtratuum iniuria
illata ſit, vniuerſis licebit, quod ſingulis non liceret: ratio ea videri po-
teſt, quòd publicas iniurias non priuatas vlciſcuntur: lex autem quæ in-
iuriarum actionem diſſimulatione aboleri iubet, ad priuatos refertur,
non ad magiſtratus, quos qui violauerit, lex ipſa maieſtatis crimine obli-
gauit[5]. Itaque iniuria quæ per ſe ipſa leuis eſt, illata magiſtratui[6] atrocior
fit, non tantùm vbi ius dicit, id eſt vbi ſalua Imperij maieſtate, ſaluóque
more maiorum [o] id licet, verumetiam locis omnibus inuiolabilis, & ſa-
croſanctus eſſe debet: nam eo verbo vtitur lex Horatia de ſacroſanctis
C magiſtratibus, quæ ſic concepta[7] eſt: QVI Tribuniplebis, Ædilibus, iudi-
cibus nocuerit, eius caput Ioui ſacrum eſto: familia ad ædem Cereris, Li-
beri, Liberæque venum ito: verbo Iudicum plerique Conſules intelligi
putant, quod falſum eſt, quia lata lex eſt anno ab v. Cõdita CCCIIII. qui-
bus tẽporibus nondũ Cõſules dicebantur iudices, inquit Liuius[8], ſed Prę-
tores. Principio prętores dicti ſunt, deinde iudices, & cũ iuriſdictionem
conſularem ad Prętorem vrbanũ transferri placuiſſet, Conſules ſunt ap-
pellati[9]: quod M. Tullius ſatis ſignificat ſua lege[1] his verbis concepta: RE-
GIO Imperio duo ſunto: iíque præeundo, iudicando, conſulendo, Præto-
res, Iudices, Conſules appellantor. Cùm autem lex Horatia iudices poſt-
poſuerit Tribunis plebis ac Ædilibus ædituis, (nondum enim Curules
D creati erant) magiſtratus omnes ac iudices in vniuerſum complexa vi-
detur: non enim de Tribuniſplebis tantùm lata fuit, nec rogatione
tribunitia, ſed Conſulari, ſcilicet ab Horatio Conſule. Hæc item
lex Horatia lata eſt anno quadrageſimo quarto poſt legem[2] Iuniam ſa-
cratam de Tribuniſplebis, vt lege ſingulari ſanctiùs illis cautum eſſet
quàm cæteris. Ex quo planum fit ad omnes magiſtratus, ac potiſſimum
pertinere ad iudices, quorum vita periculis omnibus obſtricta eſt, cùm
de capite, fama, ac fortunis omnibus ciuium iudicare cogantur. Illud e-
tiam optimè, quod lex Horatia Ioui ſacrum eſſe iubet caput illius qui
Iudicibus NOCVERIT, non dixit occiderit, ſed nocuerit: non in iure tan-
tùm, ſed vbi vbi iudices fuerint: cùm enim apud nos quidam reus gene-
ris nobilitate clarus vni è iudicibus curiæ Pariſiorum gladio vulnus in-
tuliſſet extra ius, curia dextram ei amputari, deinde corpus in membra

1 d.l.extat. quod met.&l.in rebus. de Iure dot.
2 Bar.Bal.Alber. Salic.in l.qui iuriſdic.de iuriſdic. Panor.Felin.But. Barbatius.Decius in cap. cũ veniſſent de Iudic.Oldrad.conſi.7.
3 ex l.1.ſi quis ius dicẽti.l.itẽ § adiicitur.de iniuriis.
4 Angel.in l.qui iuriſdict.de iuriſdict.
5 l.1.ad l.Iul.maieſtat.
6 l.aut facta. de pœnis.
o l.4.de interrogat.in iure fac.
7 Liuius lib. 3 Dionyſ. Halycarnaſſ.lib.5.
8 lib. 3.
9 Varro lib.2.de lingua Lat.Feſtus lib.14.
1 lib.3.de legib.
2 Dionyſ. Halycarnaſ. lib.6. Liuius lib.2.Cicero pro Seſtio.

ſecari, bonis publicatis, & grauiſſimam iudici mulctam pendere iuſſit. Malè Papus noſter, qui vulnus in actione interrogatoria illatum Iudici ſcribit: eſt enim inauditum reos gladiis accinctos à Iudicibus interrogari. Sin magiſtratus veſtitum diſſimularit, aut noctu vicos obambulauerit cuiquam iniuriam illaturus, ſi offenſionem à quoquam acceperit, non quaſi magiſtratui iniuriam illatam vindicare oportebit: vt Aulus Hoſtilius Ædilis, cùm noctu meretricis fores perrumpere tentaret, grauiter & quidem impunè[3] ictus eſt: quod mirum videri non debet, cùm etiam Tribunuſplebis, qui puero ſtuprum obtulerat, à Triumuiro capitali comprehenſus contra leges ſacratas, ac peregrinorum in modum ab eo damnatus[4] fuerit: nam cæteri Tribuniplebis collegam ſine auxilio de- B ſeruerant impotenti magiſtratus libidine permoti. Idem erit iudicium ſi perſonati fuerint magiſtratus, ac publicè vagari velint, vti Romæ fiebat feſtis diebus magnæ[5] matris Deorum, iniuriam non vt magiſtratui, ſed vt priuatis illatam coërceri oportet ſi errore perſonarum peccatum eſt. At non modò magiſtratus violare, ſed etiam non colere, non venerari nefas eſt, vt quibus Imperium Dei præpotentis munere & conceſſu tribuatur: quod certè Romanos, à quibus iuris ac iuſtitię fontes toto terrarum orbe dimanarunt, multò quàm cæteras gentes ſanctiùs obſeruaſſe videmus. Nam equiti Romano coram Cenſoribus altius oſcitanti quàm decorum[6] videretur, equus ademptus eſt. Vectius item ciuis Romanus cũ prętereunti Tribunoplebis non aſſurrexiſſet[7], occiſus C eſt à plebe: lex ipſa ſacrilegium vocat non reuereri magiſtratum[8]. Non eandem apud Græcos, magnam tamen fuiſſe magiſtratuum venerationem ex eo intelligimus, quòd in Areopagitarum[9] Senatu ridere nefas eſſet. At illis temporibus ac locis, Imperia virtute non ſordibus, aut ereptis pecunia ſuffragiis quærebantur: fuit certè tempus illud quo virtuti præmia proponebantur: ſed leges de ambitu, & antiquitatum hiſtoria ſatis ſignificant etiam Romæ magiſtratus & honores de lapide, vt ait Cicero, ſæpius emptos fuiſſe: nam vtcunque vel gratia, vel opibus, vel armis Imperia quærantur, non ſine diuino numine, conceſſu, autoritate tribuni confitendum eſt. Teſtis eſt illa Dei vox ad Samuelem Iſraëlitarum principem iam ſenio fractum, cuius Imperia cùm populus repu- D diaret. Non te, inquit, ſed meipſum contempſerunt. Quòd ſi quis eſt qui ſe numinis religione perſuaderi non patiatur, cogitare debet priuatorum erga magiſtratus obſequium ac venerationem ad Reipublicæ ſalutem ita neceſſariam eſſe, vt ſine ea vix vllus humanæ ſocietati locus eſſe poſſit. Quod veteres theologi fictis fabulis apertè ſignificãt, cùm πειθαρχίαν deam, id eſt ſubditorum erga magiſtratum obedientiam, Iouis vxorem fuiſſe tradunt, & ex eo connubio εὐτυχίαν, id eſt fœlicitatem procreari. Ergo magiſtratus ſuæ virtutis, integritatis, ac prudentiæ opinionem excitabit, nec patietur ſua indignitate magiſtratui quem gerit, ac Reipublicę dedecus vllum inuri: nam quæ à priuatis leuius peccantur, grauiſſima fiunt pondere & autoritate perſonarum. Quamobrem Solo legiſlator magiſtratum ebrium ſuis legibus[1] impunè occidi voluit: iniqua certè lex, quia

3 Gellius.

4 Valerius Max. lib.8.

5 Herodianus in Commodo.

6 Valerius Max. lib.2.

7 Plutar. in vita Graccor. Veturium vocat.

8 de quæſtor. & magiſt.offi.

9 Aeſchines contra Timarchum.

1 Laërtius

lex,quia verendum ſit,ne ebrietatis ſpecie magiſtratuum vita ſæpiſſimè periclitetur: ex eo tamen colligimus quãta integritate,ſeueritate ac prudentia magiſtratus cæteris præſtarent. Neque tamen eos imitari debemus,qui aut pœnarum acerbitate ſeueritatẽ, aut facilitate nimia gratiam & lenitatis opiniónem affectant: vtrumque ab officio magiſtratus alienum eſſe lex[2] ipſa docet. In quo fallunt plerique,qui æquitatem lenitate & commiſeratione definiunt:at nihil æquitas habet cum vtroque commune, ſed ab extremis,crudelitate,inquam, & miſericordia deflectens, clementiam, id eſt mediocritatem vtriuſque vindicem tuetur. Si flagitium pœna legitima grauius erit,magiſtratus qui extra ordinem cognoſ-
B cet,quaſi arbiter æquitatis pœnam augebit: ſi leuius eſt, pœnam legitimam eadem æquitate temperabit[3]. Et certè grauius peccat magiſtratus commiſerationem affectans,quàm ſi crudelis videatur:quoniam hæc ciues in officio metu legum ac pœnarum continet: illa mores ac leges ciuitatis ſoluit, peccandíque licentiã impunitate propoſita ſolet afferre. Itaque ſapienter lege diuina tenuium inopia & commiſeratione in iudicio permoueri[4] prohibemur. Sũt qui nec miſericordiam in iudicium, nec crudelitatem adferunt:ſed eam quæ magiſtratum decet grauitatem ac ſeueritatem tueri non poſſunt: vt quidem noſtra ætate curiæ maioris Præſidem ſæpe vidimus pro tribunali iudicia exercentem, ſententias capitales vrbanitatis ſalibus aſpergere, & audientibus riſum ciere. Aliter
C Auguſtus pater,qui tametſi ſumma integritate Imperij maieſtatem tueretur,vix vnquam tamen capitis ſuplicium irrogare poterat,quin ex imo pectore ſuſpiria duceret[5]. Plerique verò ſcelerum atrocitate ſic inflammantur, vt ab iniuriis & contumelia verborum ſibi temperare non poſſint:vt de Claudio Imperatore ſcribit Tranquillus[6], cùm Tribunali præeſſet,in reum tanta iracundia exarſiſſe,vt cultellum quem manu tenebat in os illius adegerit. Nec tamen omitti debet magiſtratuum cohortatio grauis & efficax aduerſus improbos, vt peccatorum magnitudinem intelligant & ſentiant, eóque magis cùm leniùs quàm per leges plectendi videantur: habet iſta verborum acerbitas cum pœnarum moderatione maximam vtilitatem. Sed iniurioſum eſt,miniméque magiſtratus Im-
D perio ac prudentia dignum, quem capite damnaueris,etiam verborum contumelia vrgere. Fuit Papirius Curſor omnium ſuæ ætatis, qua nulla virtutum feracior fuiſſe dicitur,domi ac militiæ clariſſimus, imperandíque maieſtate adeò terribilis, vt ferociſſimos quoſque orationis vi trepidarẽ cogeret:ſed illam verborum acerbitatem pœnarum lenitate temperabat: cùm enim Prætor Præneſtiuorum copias auxiliares ex fœdere promiſſas deduxiſſet, bello planè confecto & victoria parta, Papirius Conſul Prætorem orationis ac vultus ſeueritate incredibili exterruit, deinde lictorem faſces expedire, tum ſecurim tenentem truncum arbuſti excindere iuſſit. Prætor vitam Papirio acceptam tulit, cùm ſecurim ad ſe feriendum expediri arbitraretur. Si Prætorem ſuplicio affeciſſet, metuenda erat defectio Præneſtinorum. Idem Papirius de Romano ciue ſuplicium ſumpſiſſet,vt minima quęq; peccata ſeueriter punienda ve-

2 l.reſpiciend.de pœnis.

3 d.l. reſpiciendum de pœnis

4 Exod. capi.23.

5 Seneca in lib. de Clementia.

6 in Claudio.

niunt ad tuendam militarem diſciplinam: quia vix in bello bis peccatur, vt veteri prouerbio dictum eſt. Nec tamen ſeueritatis fines Imperatorem egredi oportet, nec eos ductores militum imitari, qui vt ſtrenui videantur, non hoſtes, ſed ciues indicta cauſa trucidãt: cuiuſmodi fuit Piſo Proconſul quem Seneca ſcribit à multis vitiis integrũ fuiſſe, ſed prauum, & cui placeret, inquit, pro conſtantia rigor. Is cùm iratus duci iuſſiſſet eum qui ex commeatu ſine commilitone redierat, quaſi interfeciſſet, quem nõ exhibebat, roganti tempus aliquod ad conquirendum non dedit: damnatus extra vallum deductus eſt, & iam ceruicem porrigebat, cùm ſubitò apparuit ille qui occiſus videbatur. Tunc centurio ſuplicio præpoſitus cõdere gladium ſpiculatorem iubet: damnatum ad Piſonem B reducit, redditurus Piſoni innocentiam: nam militem fortuna reddiderat. Ingenti concurſu deducuntur, complexi alter alterum cum magno gaudio caſtrorum commilitones. Conſcendit tribunal furens Piſo, ac iubet duci vtrumque, & eum militem qui non occidit, & eum qui non perierat. Quid ergo indignius? quia vnus innocens apparuerat duo peribant. Piſo adiecit & tertium, nam illum centurionem qui damnatum reduxit, duci iuſſit. Conſtituti ſunt in eodem loco perituri tres ob vnius innocẽtiam. Te, inquit, duci iubeo, quia damnatus es: te quia cauſa damnationis commilitoni fuiſti: te quia iuſſus occidere imperatori non paruiſti. Excogitauit quẽadmodum tria crimina faceret, quia nullum inuenerat. Iſtud quidem & imperatore, & Romano, & Piſonum gente in- C dignum: ſed eò indigniùs, quòd nec prouocare, nec principi ſuplicare, nec ſuplicium euadere licebat. Reſtat vt de magiſtratuum mutuis erga ſeipſos imperijs & officijs diſſeramus.

## *De mutuis magiſtratuum inter ipſos Imperiis & officiis.*

### CAPVT. VI.

*Tres magiſtratuum ordines.*

TRES ſunt in omni Republica magiſtratuum ordines, ſupremi qui maieſtatis tantùm Imperio tenentur: medij qui ſuperiorum quidem iuſſis obligantur: inferioribus tamen ordine imperant. Infimi verò qui ſuperiorum magiſtratuum legi- D bus coërcentur, nec vllum præterquam in priuatos Imperium habent. Eorum item qui in ordine ſupremo collocãtur duo ſunt genera: vnum eorum qui magiſtratibus omnibus imperare poſſunt, ac ſolius maieſtatis Imperium agnoſcunt: alterum eorum qui maieſtatis quidem ſolius Imperijs obligãtur, nec cæteris omnibus qui in mediis, & extremis ordinibus collocantur imperare poſſunt, ſed ijs tantùm qui ſuæ iuriſdictionis ac poteſtatis finibus continentur. Primi generis pauciſſimi ſunt, ac multò pauciores in ciuitatibus quàm olim fuiſſe comperiantur: quippe diuturno rerum gerendarum vſu compertum eſt, nihil perículoſius eſſe, quàm è magiſtratibus eminere vnum aliquem, qui cæteris omnibus tum priuatis, tum etiam magiſtratibus imperare iure poſſit, quique vno tantùm gradu abſit à maieſtate: eóque periculoſius, ſi ſummus ille magi-

magiſtratus, nec parē habeat, nec Imperij collegam, & Reipublicæ opibus ſuas confirmare poſſit: vt quondam Præfectus Prætorio, qui poſt Imperatorem omnibus magiſtratibus vrbanis ac prouincialibus imperabat: & qui ab omnibus Imperij Romani magiſtratibus[1] appellari poterat: ab ipſo verò ne Imperatorem quidem[2] prouocare licebat. Primus omnium Seius Strabo ſub Auguſto, deinde Seianus ſub Tyberio Præfecti fuerunt Prætorio Principis: ſed hi legionibus tantùm Prætorianis imperabant. Cæteri deinceps Imperatores eum honorem tribuendum putarunt iis, quorum integritatem, fidem, & amicitiam pœnitus exploratam haberent, & quos Imperatoria quodammodo legatione fungi voluerunt, eáque obire quæ ipſi Imperatori obeunda fuiſſent: cognitiones inquam, imperiales ſuſcipere, legatos admittere ac dimittere, prouocationes à magiſtratibus omnibus prouinciarum ſuſcipere: quo munere quia nemo, niſi qui iuris ac legum peritiſſimus eſſet, fungi poterat, Imperatores pro ducibus legionum iuriſcõſultos ad eum honorem prouexerunt: Otho quidem Imperator Martianum: Seuerus Papinianum: Alexander Vlpianũ, Tandē verò ſub Gręcis Imperatoribus duos Prætorio Pręfectos, ac poſtremò tres creari[3] placuit: vt tantæ poteſtatis opes diuiſæ minuerentur, ac pluribus honores communicarentur. Eiuſmodi fuit apud maiores noſtros magiſter palatij, & qui Francorum princeps dicebatur: nec ita pridem Henrichus dux Andium ſummus Caroli regis legatus, & qui in Turcarum Imperio Baſſa ordine primus eſt. Item veterum Sultanorum Edegnarus. Hoc tamen differunt, quòd in Imperio Turcarum principis liberi Baſſis omnibus imperare, & præire ſolent. Edegnarus verò cæteris omnibus imperabat, exceptis tantùm ijs quibus arces Imperij ac propugnacula credita fuiſſent: quod quidem inſtitutum, ſiue Orientis principes à noſtris, ſiue nos ab illis accepimus, cum Italis tamen, Germanis, Gallis, Hiſpanis, ac cæteris quoque populis amplectimur. Nõ debet igitur magiſtratui ſummum in cęteros omnes imperium tribui, niſi Reſpublica aliter ſeruari non poſſit: nec tamen autoritate ac ſpecie magiſtratus, ſed curationis in modum: vt Dictatori Romanorum, Archo Theſſalorum, Æzymnetæ Lacedæmoniorum: qualis etiam apud nos regni procurator ſeu rector creatur, ſi Rex ab Imperij finibus abeſſe cœpit, aut impubes eſt, aut furioſus. Nam præſente principe omnia magiſtratuum & curatorum Imperia conquieſcunt, & quemadmodum fluuiorum vis & impetus vnà cum nomine abſorbetur, cùm ab oſtiis in mare confuſi labuntur: & ſiderum omnium ſtellarúmque tum errantium, tum inerrantium lux nulla percipitur cùm primùm Sol exoriri cœpit, quaſi lumen acceptum Soli reſtituere videantur: ità quoque Senatus auctoritas, ac magiſtratuum omnium Imperia præſente principe conquieſcunt. Itaque principis iuſſa qui conſilium pro Republica, aut ſententias in cognitionibus exquirit: ſeu in Senatu, ſeu in curia iudicum, ſeu apud ordines, ſeu coram populo id fiat, his verbis vtitur, REX IVBET, vel DICIT, contra verò ſi rex abſit, is qui princeps eſt Senatus, ſeu Procancellarius, ſeu curiæ Præſes, ex Senatus, vel curiæ ſententia iubet ac

1 Flauius Vopiſcus in Floriano.
2 l.1. de offi. præfecti prætor.
3 lib.1. C. de offi. præf. prætorio.

decernit. At cùm Gulielmus Poyetus meus popularis Francorum Cancellarius & magni conſilij Præſes, (vt tempora ferebant) collectis omnibus iudicum ſuffragiis, ſi aliter iudicandum ſibi arbitraretur, ea formula vti conſueuiſſet, Rex dicit, maieſtatis accuſatus eſt. Quamobrem plerique fallunt, qui putant eas leges ac reſcripta, quæ præſente principe in Senatu vel curia promulgantur, à Senatu vel curia probari: cùm nulla ſit aut Senatus, aut curiæ poteſtas: promulgatio verò fit iubente principe: nam procuratoris eius rogatio, vel conſenſus præſente domino, nihil habet omnino momenti. In popularibus Imperiis, magiſtratus ſummi æquè ac infimi coram populo faſces ſummittunt, ac ſtantes concionem habent ad populum ſedentem: rogationes enim Romanorum magiſtratuum ſuplici formula fiebant, VELITIS, IVBEATIS. populus verò cùm ſuffragaretur, clara voce ante legem Caſſiam tabellariam, his verbis vti conſueuerat, OMNES qui hîc aſſident volumus, iubemúſque. Poſt leges tabellarias literę tabellis inſcriptę, A. & V. R. ſignificabāt ANTIQVO, & VTI ROGAS. Itidem populus Athenienſis ſedens[4] ſuffragium ferebat, magiſtratu ſtante, quandiu ad populum orationem haberet. Hîc dicet aliquis, ſi magiſtratus coram populo nihil imperarēt, ſed tātùm rogationibus vterentur, cur Tribunuſplebis viatorem miſit ad Appium Conſulem, vt illum concionari prohiberet? cur viciſſim Appius lictorem ad Tribunum? frequens erat huiuſmodi concertatio coram populo inter magiſtratus, ac potiſſimum Conſules inter ac Tribunos: nihil tamen præſente populo imperari iure potuit. Et quidem memini cùm adoleſcens controuerſia inter curiam Pariſiorum ac vectigalium de togis purpureis oborta eſſet, non procul ab Henricho II. Rege Francorum, Magiſter qui tunc curiæ maioris princeps erat, viatorem miſit ad iudices curiæ vectigalium, ac vlterius progredi vetuit: ille reſponſum tulit, nullam eſſe Magiſtro in curiam vectigalium imperandi poteſtatem: nec tamen ſi ius Imperandi haberet, id præſente principe rectè facturum. Rurſus obijci poteſt, ſi præſente principe nullum magiſtratibus imperandi ius eſt, magiſtratus non eſſe, nec tanta dignitatum & honorum ratio præſente principe haberetur. Ego magiſtratibus nihil decedere iudico, ſed imperandi ius præſente principe ſuſtineri: vt etiam creato Dictatore, magiſtratuum omnium Imperia ſuſtinebantur: deinde rebus à Dictatore geſtis, & Imperio abdicante, magiſtratus eodem quo antea iure Imperabant. Nam videri pleríſque potuit magiſtratibus creato Dictatore Imperium abrogatum fuiſſe, ex his verbis quæ ſæpius in Romanorum ſcriptis occurrunt: CREATO Dictatore magiſtratus abdicāt, quæ ad eum quem dixi modum interpretari oportet: alioqui abdicante Dictatore, nouum magiſtratibus Imperium à populo peterę oportuiſſet. Nam ſi minori poteſtati coram maiore imperare liceret, ſeruus domino, priuatus magiſtratui, ſubditus principi imperaret, aut certè intercederet, ac inferiores ſuo iure, quò minùs ſuperiorum iuſſa facerēt, prohiberet: quæ ſalua Imperij maieſtate fieri nullo modo poſſunt. Quamobrem Claudius Imperator ineptè, vt omnia, Prætoribus ius dicentibus aſſidebat, & quidem

4 Plutarch. in Phocione

quidem inferiore[3], non pro tribunali, aut principis loco. Fit tamen interdum vt Rex ipſe depoſita quodammodo maieſtate de ſua cauſa magiſtratus iudicare iubeat: quia iure ipſo[4] receptum eſt, vt par, maiórve poteſtas iudicium accipiat, ſi ſe alterius Imperio ac iuriſdictioni ſummiſit: quod non modò in priuatis ac magiſtratibus, ſed etiam in ipſis principibus locum habet: ſiue aliorum principum, ſiue ſuorum iudicia ſubire malint. Ac tametſi in ſua cauſa iudices eſſe poſſunt, quibus ab immortali Deo rerum omnium arbitrium legibus ſolutum conceditur, vt eſt apud Xenophontem[5], æquius eſt tamen, ac verius magiſtratuum iudicia, quàm ſua ſubire. Sed ne regium nomen, ac principis ſplendor oculos
B magiſtratuum præſtringeret, aut maieſtas vlla ſui parte minueretur, prudenter à maioribus noſtris inſtitutum eſt, vt in cauſis omnibus publicis, in quibus Reipublicæ aut principis priuato nomine intereſſet, regium nomen reticeretur, ac procuratorio nomine ageretur: quod cæteri principes, & qui prædiatoriam iuriſdictionem habent, imitantur. Id quidem Auguſtus Imperator ad Præſides prouinciarum reſcripſit, ne paterentur commiſſionibus, ſic enim Tranquillus ſcribit, nomen ſuum obſoleſcere. Illud tamen ſingulari quodam more à maioribus noſtris receptum eſt, vt ſi rex aduerſus priuatos in priuatis iudiciis reſtitui velit, procurator regius ſedem ac locum mutet, ne publicam, ſed priuati cauſam agere videatur. Quod autem diximus præſente principe magiſtratuum Impe-
C ria ſuſtineri, ad vniuerſam principis familiam pertinet, quandiu principem concomitantur: in eos enim nullum magiſtratibus Imperandi ius eſt, prӕterquam ijs magiſtratibus, quos princeps curiali iuriſdictioni prӕfecit. Quæri tamen poteſt, An magiſtratus priuatum ab aula principis prohibere poſſit, etiamſi prouinciæ fines non exceſſerit? Habet ea res dubitationem: ſic tamen ſtatuo diſputatione prætermiſſa, magiſtratum qui extra fines ſuæ iuriſdictionis damnatos excedere iubet, quibus finibus principis prætorium fuerit, ab aula principis tacitè prohibere: expreſſa verò principis aula prohibere non poteſt. Ita locus eſt Iuriſconſultorum cautionibus, Expreſſa[6] nocent, non expreſſa non nocent. Quamobrem Senatui ac potiſſimùm hoſpitali Cancellario valde nouum vi-
D ſum eſt, iudices à principe datos, Alemano rationalium præſidi, qui meis conſiliis familiariter vtebatur, cùm illum ſua ſententia damnarent, eidem aditu ac prætorio principis ad ſexageſimum lapidem interdixerũt: Senatus principis re intellecta id nemini, præterquam principi licere decreuit. Atque hæc potiſſima cauſa fuit cur Præſes ἀνάκλησιν à rege obtinuit, quia non modò acerbum, ac durum eſt àb aditu principis ſubditos arcere, quò minus rogationes ferre poſſint, verumetiam id ſalua maieſtate fieri nullo modo poteſt. Ac tametſi curiæ ſuperiores huius Imperij extra fines ſuæ iuriſdictionis exilio damnare conſueuerunt, inane tamen[7] eſſet iudicium earum, niſi regia mandata ſententiis ſubſcriberentur. Quemadmodum igitur principis præſentia omnem omnium magiſtratuum poteſtatem ſuſpenſam tenet: ita quoque de magiſtratibus ſuperioribus erga inferiores iudicãdum eſt. Nam curiarũ ſuperiorum iudices

3 Tranquil. in Claudio.

4 l. eſt receptum. de iuriſd. l. ſi quis in conſcribendo. de pactis. C.

5 lib. 3. ἀναβασ. l & hoc T ... de hæred. b inſtituend. l. ſerui de furtis.

6 l. expreſſa. de regul.

7 l. relegatorum. de pœnis.

ac magiſtri libellorum in hoc Imperio, cùm in prouincias ac prætorum
tribunalia veniunt, maius Imperium habent, Prætorúmque poteſtatem
coërcent ac retinent: quod in vniuerſum de ſuperioribus magiſtratibus
aduerſus inferiores dictum ſit, Iudicium[8], inquit Paulus ſoluitur vetan-
te eo qui iudicare iuſſerat, vel qui maius Imperium in ea iuriſdictione ha-
bet. Imperij autem verbo non ſolùm iubendi prohibendíve poteſtas,
ſed etiam magiſtratus ipſe ſignificatur: vt cũ Cicero [9] maius Imperium
à minore rogari ius non eſſe ſcribit. Hoc Maſſala Iuriſconſultus exem-
plis illuſtrat, A minore, inquit, Imperio maius, aut à maiore collega ro-
gari iure non poteſt: quare neque Conſules aut Prætores Cenſoribus,
neque Cenſores Conſulibus aut Prætoribus turbant aut retinent auſpi- B
cia: at Cenſores inter ſe, rurſus Prætores, Conſuléſque inter ſe, & vitiant,
& obtinent. Hæc Maſſala, quæ ex libro XIIII. Caij Tudituni ſe deſcri-
pſiſſe profitetur, ſed conſequentia non congruunt: aut deſcribentis er-
rore in eo peccatum eſt, quòd Prætorem Conſulis collegam appellat,
cùm dici debuerit Prætorem Prætoris eſſe collegam: niſi demus Con-
ſules, Cenſores, Prætores, collegas ob id fuiſſe, quòd ijſdem auſpiciis, ijſ-
dem comitiis, id eſt maioribus, cæteri magiſtratus minoribus auſpiciis &
comitiis crearētur: alioqui Collegarum verbo Latini nunquam eo ſen-
ſu abutuntur: nam quo iure Prætor Conſulis collega diceretur, cùm à
Prætore ad Cõſulem legitimè prouocaretur? Æmylius Lepidus Conſul
prouocantem ab Oreſte Prætore excepit[1], ac decretum Prętoris contra- C
rio decreto reſcidit. Item Luctatius Conſul triumphũ Valerio Prætori[2]
qui hoſtem fregerat ademit, quia Conſul exercitus Imperator erat non
Prætor, tametſi Conſul ipſo die pugna abfuiſſet. Illud etiam ad vim Im-
perij maius eſt, quòd Conſul faſces vbique XII. Prætor duas in vrbe, ſex
ad ſummum in prouincia haberet: ex quo dicebantur Proprætores
ἑξαπελέκεις. Sic enim cauetur Lectoria lege, quę lata eſt de Imperio Prætoris
vrbani, qui omnium Prætorum maximus erat, Prætor[3] vrbanus duos
lictores apud ſe habeto, íſque ad ſupremum ſolis occaſum ius inter ci-
ues dicito. Hoc igitur fixum ſit, nõ modò eiuſdem Imperij collegas, ſed
etiam magiſtratus pari poteſtate ſe inuicem iure[4] rogare non poſſe: mul-
tò minùs eos qui maius Imperium habent. Sed an collega, aut pari po- D
teſtate magiſtratus, minórve Imperio parem aut ſuperiorem prohibere
poſſit? incidunt enim ſæpe controuerſiæ graues inter magiſtratus, eóſ-
ve qui ſine magiſtratu precarium Imperium acceperunt: quibus publicæ
actiones ac iudicia turbantur, ac retinentur, Plurimum autem intereſt
prohibeátne quis ſua interceſſione, an verò imperet? De collega ſa-
tis perſpicuum eſt, etiam ſi nullum Imperium habeat in collegam, inter-
cedendo tamen ab actionibus publicis illum prohibere poſſe: nam Piſo
Prætor inter ciues ac peregrinos Verrem Prætorem vrbanum ciues in-
ter ac ciues ſæpe turbauit: ac ſuum iuxta Prætoris vrbani tribunal tranſ-
ferri iuſſit, vt iniqua Verris, & iniurioſa decreta[5] prohiberet, ac ciuibus
ab vrbano tribunali ad ſe confugientibus, vtî licebat per leges, ius dice-
ret. Itaque M. Tullius in libris de legibus, Magiſtratus, inquit, nec obe-
dientem,

8 l. Iudicium. de Iudic.

9 ad Atticum lib. 2.

1 Valer. lib. 7. & lib. 5. cap. 4. Plin. lib. 7. c. 36. Feſtus in verbo pietati.

2 Valer. lib. 2. cap. 3.

3 Cenſorinus.

4 l. 3. §. vlt. l. nam magiſtratibus. de arbitris. l. apud de manumiſſ. vindi. l. minor. de minoribus.

5 Aſconius & Cicero in Verrinis actionibus.

dicentem, & nociuum ciuem mulcta, verberibus, vinculis coërceto, niſi par maiórve poteſtas prohibeſſit. Nec ſatis eſt, illud Prohibeſſit, quia nihil magiſtratus præſente collega Imperare, aut decernere poteſt, niſi apertè aſſentiatur, aut ſe Imperio ſocij ſponte ſubiiciat. Sic enim Paulus[6] ſcribit. Apud eum cui par Imperium eſt, manumitti non poſſe: & Prætorem apud Prætorem manumittere non poſſe. Neque pugnat Vlpiani dictum[7] illud, Conſulem apud Cōſulem manumittere poſſe; quod quidem intelligi debet de Conſule, quo die faſces ac Imperandi ius habet: tametſi enim Prætores ſemper faſces & imperium haberent, quoniam diuiſis muneribus rem gerebant, Conſules tamen qui eiuſdem muneris **B** participes erant, nunquam ſimul eodem die faſces habuerunt, vt Verrius[8] Flaccus ſcribit: At propterea Liuius Salinator Conſul triumphum Claudio Neroni collegę eripuit, tametſi vtriuſque conſenſione ac præſentia aduerſus Aſdrubalis copias pugnatum fuiſſet: quia penes Liuium imperandi ius ac faſces eo die fuiſſent. Nam L. Cęſar, (vt eſt apud Feſtum Pompeium) maiorem Conſulem dici putauit eum, penes quem faſces eſſent: vel eum qui prior Conſul factus ſit: idque Paulus ipſe confirmat; Prudenter illud quidem, nam ſi Imperium eodem tempore fuiſſet, nihil pacatum, nihil ſtabile, nihil firmum in publicis actionibus eſſe potuiſſet. Quamobrem creatis Romæ decemuiris Reipublicæ conſtituendæ ac legum ferendarum, legi ſubrogatum[9] eſt illud, vt viciſ**C**ſim Imperandi ius ac faſces haberent. Si quis rationem exquirit, cur collega turbare collegam poteſt, ſi eodem momēto Imperium habeant, ea ipſa eſt; quod in re communi[1] prohibentis conditio potior eſt: erat autem Imperium Prætorum omnium commune, tametſi diuiſam haberēt iuriſdictionem: quæ ratio valet etiam cùm de vi ac poteſtate legum quęritur, vetantis maior vis eſt quàm Imperantis. Quod autem dixi magiſtratus pari poteſtate aut collegas Imperio collegarum non teneri: hoc ita verum eſt, ſi numero pares vtrique fuerint: nam in omnibus corporibus & collegiis, qui numero, iidem poteſtate ſuperiores[2] ſunt: non poterit igitur minor pars collegarum prohibere maiorem. Si concors & vna omnium ſententia fuiſſet, decretis edictíſve inſcribi conſueuerant hæc **D** verba, PRO COLLEGIO[3]: quæ ſuo loco explicabuntur. Cur igitur, dicet aliquis, Meſſala ſcribit, Conſulem ab omnibus magiſtratibus concionem auocare poſſe, ab eo neminem? deinde Prætorem ab aliis quàm à Conſulibus: minores magiſtratus nuſquam, nec concionem, nec comitiatum auocaſſe? nam ex eo perſpicuū fit minores magiſtratus maiorum actiones & Imperia prohibere non potuiſſe. Ego auocationem in Imperio verſari ſtatuo non interceſſionem: intereſt autem plurimum vtrum quid iubeas, an fieri prohibeas: vt deinceps planum faciemus. Sed illud prius animaduertendum, Meſſalæ diſciplinam, in cæteris quidem magiſtratibus valere, in tribuniſplebis non item: qui tametſi minores magiſtratus fuerint ac minoribus auſpiciis & comitiis creati, nec Imperandi ius habuerint, intercedere tamen ac maiorum magiſtratuum, ipſiúſque Senatus actiones prohibere potuerunt. Si quid etiam fieri iuberent, & maior

6 l. apud. de manumiſſis vindicta l. apud. de manumiſſionibus.

7 l. 1. de offi. conſulis.

8 Feſtus in verbo maiorem.

9 Liuius lib. 3.

1 l. in re cōmuni. de regul. l. Sabinus. cōmuni diuidudo. l. per fundū ruſticorū. DD. in cap. cū omnes. de cōſtit. l. fiſtulam vrbanorū præd.

2 l. vlt. quod cuiuſque vniuerſitatis.

3 in verbo pro ſignificat.

magiſtratus eorum iuſſa repudiaret in carcerem duci iubebãt. Sic enim Senator Seruilius. Vos, inquit, Tribuniplebis Senatus appellat, vt in tanto diſcrimine Reipub. dictatorem dicere Conſules pro veſtra poteſtate cogatis. Tribuni pro collegio pronunciant, placere Conſules Senatus di cto audientes eſſe, aut in vincula ſe duci iuſſuros. Ac tantùm abfuit vt Conſulibus liceret concionem à Tribuniſplebis auocare, vt ne loquentes quidem interpellare fas eſſet: id enim Icilia lege [4] cauebatur capitali ſubiecta pœna, niſi is magiſtratus qui tribunum in concione interturbaret mulctam eius arbitratu dependeret. At etiam Philippus Conſul Druſi Tribuniplebis iuſſu in carcerem obtorta gula coniectus eſt, quòd ſe concionantem interpellaſſet. Quod item diximus collegas qui numero vincunt, Imperio cæteris potiores eſſe, locum non habuit in Tribuniſplebis: cùm vnius Tribuni vox, non modò Senatus, verumetiam magiſtratuum omnium & collegarum actiones prohiberet: contra verò vnius Tribuniplebis acta valebant, niſi apertè collegarum aliquis interceſſiſſet. Nam Liuius [5] publicanorum locationes irritas fuiſſe ſcribit, ſub vnius Tribuni rogatione promulgata. Pauciorũ etiam collegarum interceſſione plures Tribunoſplebis prohiberi potuiſſe planum fit ex eo, quod cùm Appius Cenſor Imperium ac Cenſuram contra legem Æmiliam vi retineret, Sempronius Tribunuſpl. in populi concione, Ego te, inquit, Appi, in vincula duci iubebo, niſi Æmyliæ legi parueris: approbantibus ſex Tribunis actionem collegæ tres auxilio fuerunt, ſummâq; inuidia omnium ordinum ſolus Cenſuram geſſit. Conſimile eſt exemplum de M. Tullio Cicerone, qui fuſo Catilinæ exercitu C. Antonij collegæ auſpiciis, cùm in Vrbe ſolus dominaretur, ac plebis opes & gratiam in ſe vnum conuerteret, nouem Tribuniplebis decreuerant Pompeij [6] exercitum acciri oportere, ad Ciceronis potentiam coërcendam, niſi vnius Catonis Tribuniplebis interceſſio collegarũ actionem prohibuiſſet. Cùm item Scipio Aſiaticus repetundarum reus in carcerem duceretur, vnus Sempronius Tribunuſplebis Gracchorum pater interceſſit. Hæc tamen tanta Tribuni vnius poteſtas, quo minus auctoritatem Senatus, imperia magiſtratuum, & collegarum poteſtatem ſua interceſſione frangeret, rogatio ad plebem de collegarum conſenſu ferebatur, vt Imperium ei abrogaret. Nã Tiberij Gracchi rogatione tribunitia Marco Octauio Tribuno commoda plebis & leges agrarias oppugnanti [8] magiſtratum priùs abrogare neceſſe fuit, quàm lex Sempronia de agrorum diuiſione perferri potuiſſet. Atque eò pertinet illius Tribuni ad patricios oratio, Faxo inquit, ne iuuet vox iſta Veto, qua collegas noſtros tam læti concinentes auditis: contemni iam Tribunosplebis, quippe poteſtas Tribunitia ſuam ipſa vim frangat intercedendo. Sed illa Tribunorum interceſſio pro libertate plebis, & contra vim comparata fuit, non ad Tribunorum tuendas vtilitates. Cùm enim L. Cotta Tribunuſplebis creditorum actiones eludere conaretur, fiducia ſacroſanctæ poteſtatis, collegæ palam denunciarunt, niſi creditoribus ſatiſfaceret, ſe illis auxilio futuros. Ad extremum placuit collegium Tribunorum iiſdem legibus

[4] l. Dionyſ. lib. 7.

*Vnius Tribuni plebis interceſſio magiſtratuũ omniũ & collegarum actiones prohibere poterat.*

[5] lib. 43.

[6] Liuius lib. 48. Cicero in prouinciis conſularib. Plutarc. in Cicer.

[8] Plutarc. in vita Gracchorum.

bus,quibus cætera collegia teneri: vt ſcilicet plurium collegarum ſuffragiis decreta cęteros obligarent: vt ex Liuio intelligi facilè poteſt: ſic enim ſcribit. Ex auctoritate Senatus latum eſt ad populum, ne quis templum arcémve iniuſſu Senatus, aut Tribunorum plebis maioris partis dedicarit. Poſt etiam lege Attilia latum [9] eſt ad plebem, vt tutores fœminis ac pupillis à Prætore vrbano, & maiore parte Tribunorum plebis darentur. Qui mos ita inualuit, vt Senatus Quintum Pompeium Rufum Tribunumplebis in carcerem duci iuſſerit, quòd populi comitia vnus [1] prohiberet, alioqui furor vnius Tribuni vniuerſæ Reipublicæ ſtatum perturbaſſet. Itaque Conſul concionem populi habiturus, magiſtratus omnes ſe minores ne de cælo ſeruarent edicto vetabat: nam Ioue tonante, aut fulgente, aut ſi dexter auium volatus aſpiceretur, aut comitiali morbo quiſquam corriperetur, aut quid aliud mōſtri editum eſſet, comitia vitiabantur, ipſique magiſtratus re infecta concionem dimittebant, auguribus Deos iratos, aut minimè propitios denunciantibus. Ac tametſi augures nuntiationem haberent, magiſtratus verò ſpectionem, magiſtratuum tamen maiorum comitia minores turbare non poterant: licèt vitioſa comitia, & vitio creati magiſtratus dicerentur [2]: maiores verò magiſtratus aut pari poteſtate, & turbare & obtinere poterant. Qui autem vitio creati fuerant, magiſtratus auguribus denuntiantibus, Imperium ſæpe nemine querente retinebant: interdum tamen magiſtratu abdicare cogebantur: cùm enim C. Figulus Conſul vnà cum collega acceptum exercitum in Hiſpaniam tranſmiſiſſet, nihilominus tamen vterque Conſul domum reuocatus eſt ex Senatus decreto, & Imperio abdicare coactus: cùm Augures antea Tiberio Graccho Conſuli, conſularia comitia habenti [3], auſpitia contraria nuntiaſſent. Non poterant igitur minores magiſtratus maiorum comitia turbare, aut concionem auocare, ſed æquales tantùm ac pari poteſtate. Tribuni verò plebis, tametſi comitia maiorum magiſtratuum aut concionem auocare non poſſent, cæteras tamen actiones ſua interceſſione impediebant: aut niſi interceſſioni obtemperaretur, vim afferebant, ac ſępe vulneribus ac cędibus res gerebatur: nam Aſellium Prætorem vrbanum ſacrificantem deturbauit Tribunuſplebis opificum multitudine ſtipatus, eúmque necari paſſus eſt, quòd debitoribus contra fidem creditorum apertè faueret. Item Appius Saturninus Tribunuſplebis Munium Conſulem creatum in ipſis populi comitiis occidit. Et quemadmodum actiones publicæ turbantur ac impediuntur, æqualium aut maiorum magiſtratuum interceſſione, vel Imperio tantiſper geruntur: ita rebus geſtis prouocationi locus eſt, à minoribus ad maiores magiſtratus, ſalua cuiuſque iuriſdictione ac poteſtate. Quòd ſi minor magiſtratus maiorum Imperia vel actiones dum geruntur prohibere non poteſt, multò minùs acta geſta conuellere, aut aduerſus ſententias ac decreta reſtituere [4] poterit: cùm ne à maioribus quidē ad æquales magiſtratus liceat [5] prouocare. Quin etiam legatus, aut datus à magiſtratu iudex, ſi parem poteſtatem Imperiúmve adeptus ſit, legatus eſſe deſinit, ac [6] iudicium ab eo ſuſceptum

9 Liuius lib. 39. Iuſtinian. de Attiliano tut.

1 Dio lib. 40.

2 Varro Feſtus Pompeij Cicero Philippica 2.

3 Cicero lib. 2. de natura Deor. & 2. de legibus.

4 l. 3. ſi aduerſus rē iudic. C. l. minor. autē de minorib.

5 l. 1. §. ſi quis de appell.

6 l. iudicium. de iudic.

ſoluitur. Quamobrem ſi par, minórve poteſtas, prouocantem à maiore, paríve poteſtate exceperit, iniuriarū agi poteſt aduerſus magiſtratum, & eum qui minorem poteſtatem, imperijve collegam appellauit. Nam Cæſar adhuc Pretor apud Quæſtorē accuſatus, quòd coniurationis Catilinæ particeps & ſceleris conſcius fuiſſet, accuſatorem & Quæſtorem grauiter mulctatos in carcerem adegit, ac potiſſimū quæſtorem, quòd apud ſe, inquit Trāquillus, maiorem poteſtatem compellari paſſus eſſet. Curia Pariſiorum graui decreto iudicibus ac magiſtratibus eorum qui prædiatoriam iuriſdictionem habent interdixit, ne regios magiſtratus iudicéſve ſuis edictis aut interdictis obligarent: ſin aliter facerent, coërceri à maioribus magiſtratibus pro iure ſuæ poteſtatis permiſit. Sed quæri poteſt, an magiſtratus minor legato, eíve cui maior magiſtratus Imperium mandauit, obtemperare teneatur, teneri putant plerique, cùm legatus nihil ſuo [7], ſed eius qui mandauit Imperio vtatur: alioqui ſi minori magiſtratui Imperia legati, eiúſne cui maior magiſtratus iuriſdictionem mandauit repudiare liceat, priuatis idem licebit. Quanquam illud quoque addi poteſt, eos qui legati Prætorum noſtris appellātur, Imperium ac poteſtatem lege adeptos, ac ſuo iure nō alieno beneficio Imperare videri. Sic tamen ſtatuo, cùm legati ſint, nihil ſuo iure, ſed nomine prætorio imperare, vt quidem curia Pariſiorum iudicauit, Prætoris Turonenſium prouocatione ſuſcepta aduerſus legatum, qui ſuo nomine edicta ac decreta concipiebat. Procul omni dubio res erat ante Caroli VII. regis edictum, quo quidem legatorum poteſtas ac Imperium, non à Prætoribus, vt antea, ſed ab ipſo rege legibus promulgatis accipi oportuit: veriùs eſt tamen ea lege prætorum quidem honorem augeri, poteſtatem verò minui: vt Senatus primùm, deinde Imperatores ipſi legatos Proconſulibus dare conſueuerant, non propterea tamen Imperandi ius à Senatu vel à principe, ſed à Proconſulibus habuerunt. Itaque Vlpianus [8] negat apud legatum Proconſulis eſſe legis actionem, non quòd legatis omnium magiſtratuum non licuerit in ſua prouincia manumittere, vt Iacobus Cuiacius [9] putauit, qui hæc verba, Ex quo prouinciam ingreſſus eſt, deleri putat oportere: quæ caſtigatio ſi ferenda eſſet, legatis in prouincia nec edicere, nec decernere, nec iudicare, nec iudices dare liceret: hæc enim propriè ſunt, ac dicūtur legis actiones, quas legatos in ſua prouincia exercuiſſe legimus [1]: at etiam Duumuiri non modò manumittere in ſua prouincia, ſed etiam tutores dare [2] potuerunt. Non eſt igitur in legatis, aut in ijs quibus mandata eſt iuris dicendi poteſtas ipſa legis actio, ſed in eo qui mandauit: at ne magiſtratus quidē qui alterius Iuriſdictionem exercet, ſuo nomine quicquam imperare [3] poteſt. Ex quo manat illud, à legato eóve cui mandata iuriſdictio eſt, ad eum qui mandauit appellari [4] non poſſe: quia idem à ſe ipſe appellaretur: ac tametſi Proconſul de iniquitate ac iniuria à legato priuatis illata cognoſcat, hoc tamen ideò fit, quòd legatus non habet vniuerſam Proconſulis iuriſdictionem ac poteſtatem: non enim capitali ſuplicio damnare [5] potuit: hoc igitur ſi faceret, Proconſulis cognitio fuit. Ita quoque magiſter militum, & legati princi-

B (margin, at "ceri à maioribus magiſtratibus…"); C (margin, at "ne edicta ac decreta…"); D (margin, at "uincia nec edicere…")

7 l.1. quis & à quo appelletur.

8 l.2. de offi. proconſulis.

9 lib.1. cap.1. obſeruat.

1 toto titulo. de offi. proconſul.

2 Paulus lib.5. ſententiarum.

3 l. etſi prætor. de offi. eius cui mādat. 3. de offi. proconſulis.

4 l.1. quis & à quo.

5 l. ſi quid erit de offi. proconſul.

principis ſummum quidem imperandi ius habent, & omnem in milites animaduerſionem, non tamen in principis agnatos & proximos publicum iudicium conſtituere poſſunt. At ne epiſcopi quidem maiorum pontificum & archiepiſcoporum legatis ſeu officialibus parere tenẽtur: vt curia Pariſiorum in cauſa pontificis Tricaſſiorum[6], ac rurſus pro Niuernenſi[7] pontifice iudicauit. Quæ autem de magiſtratuum imperio ac poteſtate diximus, iuriſdictionis ac prouinciæ cuiuſq; finibus definiuntur, nam extra territorium, inquit Vlpianus[8], impunè ius dicenti non paretur. Sed qui poteſtate ac imperio pares ſunt, an etiam honore ac dignitate pares cenſeantur. Ego nihil habere dignitatem cum Imperio
B commune exiſtimo: ac ſæpiſſimè fit vt cui plus honoris, eò minus Imperij tribuatur: quo quidem arcano nullum ferè maius eſt, ad tuenda optimatum & popularia imperia vtilius. Qui prior deſignatus erat Conſul, idem in faſtis, in legibus conſularibus, in Senatuſconſultis, in publicis actis prior erat ordine: ſi vtérque ſimul deſignatus fuiſſet, qui ætate, idem honore collega ſuperior fuit, vſque ad legem Pappiam[9] Poppæam, quæ Conſulem honore ſuperiorem eſſe voluit, qui vxorem duxiſſet, aut ſi vterque vxorem haberet, eum qui numero liberorũ vinceret: Inter Prætores quorum idem erat collegium, eadem poteſtas, vrbanus dignitate cæteris anteibat, qui propterea maximus[1] Prætor dicebatur, quòd primus omnium creatus eſſet, & abſentibus Conſulibus Conſulare munus
C obiret. Inter archontas Athenienſium, tametſi poteſtate pares eſſent, vnus erat qui annalibus & actis publicis nomina dabat, ac propterea ἄρχων ἐπώνυμος dicebatur. Curiæ maiores in hoc Imperio eandem ferè poteſtatem habent: curia tamẽ Pariſiorum, tum antiquitate cæteris, tum etiam dignitate excellit: ac ſingulari quodam iure Curia Parium appellatur. Carolo quidem VII. rege Senatus, quem magnum conſilium vocabant, pro Republica conſilia capiebat: nihilominus tamen Ludouici XII. lege cautum eſt[2], vt quoties ageretur in legibus, aut reſcriptis de magno conſilio, & Curia Pariſiorum, quam parlamentũ vocant, curia ordine prior eſſet. Cùm item innumerabiles penè ſint regij procuratores, vnus curiæ Pariſiorum dignitate cæteris potior eſt: nam cæteri iuſiurandum curiæ
D cuiúſque iudicibus præſtare ſolent: Procurator verò curiæ Pariſiorum vnius principis iureiurando tenetur. Militaris diſciplinæ ac bellicarum rerum arbiter ac moderator is qui apud nos magiſter militum, ſeu Coneſtabilis dicitur, aut inter Mareſcalos ſeu Tribunos militum, qui primus eum honorem adeptus eſt: domeſticæ verò diſciplinæ ac iudiciorum princeps eſt Cancellarius ſeu primicerius: vterque vtriuſque diſciplinæ magiſter in ſumma poteſtate conſtitutus: nec alter alterius Imperio tenetur, ſed vterque vtrique æqualis eodem gradu ac ordine incedit: nihilominus magiſter militum dignitate ſuperior eſt: dextrúmque principis latus occupat, Cãcellarius ſiniſtrum: ac ne quis putet eum ordinem magiſtro militum tribui, quaſi gladium principis ad dextrã præ ſe ferre teneatur, quoties locorum anguſtiæ non ferunt vtrunque ſimul incedere, magiſter militum antecedit, deinde Cãcellarius, quem Prætorio Præ-

6 anno 1550.
7 1553.
8 l. vlt. de iuriſd. l. 3. de offi. præſid.
*Honorum ac imperij diuerſa ratio eſt.*
9 Nicephor. lib. 7. Sozomenes.
1 Feſtus in verbo maiorem.
2 anno 1499.

fectus ſequitur:quæ ſic à me dicta ſint,non vt de honoribus aliquid definirem,ſed vt quantùm honor ab Imperio diſtaret intelligeretur. Cùm verò neque in maiorem, neque in parem vllum imperium ſit, quæri poteſt inter principes eiuſdem feudi dominos,an alter alterius ſi quid peccauerit Imperio coërceri poſſit? Etenim iuriſdictio ſua vi ac poteſtate ſingulis ſolida[3] debetur, cùm in[4] partes diuidi non poſſit.Reges quidem ac magiſtratus ſuis quibuſdam finibus imperia terminare ſolent: in collegio verò magiſtratuum nullus per ſe ipſe imperare poteſt, niſi ab vniuerſo collegio Imperium acceperit. Sunt tamen qui putant inter plures dominos fiduciarij prædij, in quo iuriſdictio inſit, eum qui quid peccauerit aliorum poteſtate ac Imperio poſſe coërceri, propterea quod cul- B
pa contracta Imperium ac iuriſdictionem amiſit:ſic enim[5] curia Romana iudicauit:rectè quidem decretum eſt, ſed ratio nec vera,nec probabilis videri poteſt: alioqui confitendum ſit ante iudicium ſententiam ferri poſſe:aut priuſquam ſententia feratur exequendum eſſe: cur enim Imperio ac iuriſdictione ſpolietur, quem nondum[6] iudicatum, & inauditum eſſe apparet? Ac ſiquidem epiſtolæ,decreta,edicta,comminationes rei iudicatę vim haberent, quod per leges fieri nullo modo[7] poteſt,ſemper tamen iudicium conſtitui oporteret, factũ ſit néc ne, id quod in quęſtionem cadit: quinetiam legibus iudiciariis perſpicuum eſt etiam in ipſos confitentes ſentẽtiam ferri oportere[8] à iudice, qui in parem eiuſdem feudi dominum nullum Imperium habet: vt Iuriſperiti[9], qui quod æ- C
quius melius eſt iudicant, vno penè conſenſu confitentur, aliorum alia[1] mens eſt, propterea quod vnumquemque vbi peccauerit, ibi puniendum eſſe putant, quod ita verum eſt,ſi nihil iudicium conſtitui vetat eo loco vbi peccatur. In collegio quidem magiſtratuum ac iudicum,ſi collegarum maxima pars conſentiat, nemini dubium eſt quin iudicium in collegam,aut etiam in minorem collegarum partem conſtitui poſſit: vt in Senatu Romano fieri cœpit poſt eam legem, quam Adrianus de Senatoribus iudicandis tulit. Idque per omnes huius Imperij curias fieri videmus. Sed inter dominos eiuſdem feudi diuerſa ratio eſt, quoniam ſingulis ſolida iuriſdictio competit: nec niſi viciſſim[2] iudicare poſſunt, nec plura[3] tribunalia vnius & eiuſdem iuriſdictionis habere, niſi patro- D
ni nouo conceſſu. Atque hoc differt à iuriſdictione ſeruitus, quòd hæc ſingulis ſimul ac ſimul ſe fruendam patiatur:illa non item,contra quam plerique[4] putant: propter feuda Ducum, Comitum,Marchionum quæ legibus feudorum indiſcretam naturam habent. Sed nec neceſſe nobis eſt,nec locus poſtulat eorum diſciplinam argumentis refutare, qui iuriſdictiones prædijs ita cohærere putant, vt ſeruitutes. Illud tantùm,Principem qui feudum quantumcunque ſit, alteri dono dederit, aut vendiderit, non propterea cohærentem iuriſdictionem dono dediſſe,aut proſcripſiſſe videri, vt quidem ſæpiſſimè iudicauit curia Pariſiorum, ac tandem Philippi Belli lege ſanctius cautum eſt, quò minùs dubitaretur: vt plerique in legato religionis[5] pietatiſve cauſa facto legi locum eſſe non putant, ſed non rectè putant, cùm lex in vniuerſum lata ſit. Cùm igitur nec pa-

3 l.imperialẽ §. præterea.de prohibita feudi alienat.
4 Bart.in l.inter tutores de adminiſtrat.tut.
5 Rotæ deciſ.253. in nouis. Ang. in l. eſt receptũ. de arbitr.idẽ putat.
6 l.1.de exéptione rei iudic.C.
7 l.1.cõminationes epiſtolas.C.
8 l.1.de confeſſis. C.
9 Bar.in d.l.inter tutor. Andr.Barba. ad Bart.ita cõſuluiſſe tradit cõtra Bald. in d. §. pręterea.Bart.ſuã ſententiã confirmat ex l. ſi vt certo.§.ſi duo.quem Pan.Butrio Imola in cap.prudentiã.ſequũtur.Caſtrẽſis in l. eſt receptũ.de iuriſdic. & in l.cætera §.ſi duob.de legat. 1. Dominicus Geminian. in cap.2. de arbit.lib.6.Ancaran.in c.poſtulaſti de foro cõpet.
1 Felin.in d.c.prudentiã.& Pano.in c.inferior.de maioritate.
2 l ſi vnus.iudicatũ ſolui. d. l 2 §. ex iis.
3 Molinæus in conſuet.feudor.
4 Bar.in d.l.inter tut.But Imol.Panor. Domin.Geminian. Fel.in d. c.prudentiã. Bal. in c. de legatorũ. de offi.delegat.
5 ex Bald.ſentẽtia in c.quãto.de Iudi.Oldra.cõſ.252. Bart. in l.1.de iuriſdi.om. iudicũ. fine Oldrad cõſi. 176.factũ.Bald.in l. à procuratore. de re iudicata. & cõſi.338.conſiderandũ & cõſi 293. thema,& cõſ.322. lib.4.Aluaro. in c.vnico col.vl.§. fin l.quib.modis feudũ amit. Lud. Rom.cõſi.444.

nec pari poteſtate magiſtratus, multò minus eiuſdem prędij iuriſdictio-
niſq; domini mutuò ſibi imperare poſſint: maiorum magiſtratuum, aut
imperantis ſuo iure patroni cognitio erit. Noſtris quidē moribus curiæ
maiores regiorū magiſtratuū inter ipſos de Imperio ac iuriſdictione cō-
trouerſias ſibi reſeruarūt. Quòd ſi decreta réſve iudicatas in aliena prouin
cia exequi oporteat, id fiat oportet impetrata venia, quanquā noua lege
mos ille de hac Republica ſublatus eſt, ac viatoribus toto ferè imperio o-
mnia omniū magiſtratuū iuſſa exequi licet. Principibus verò, qui alienæ
maieſtatis Imperio non tenētur, mutuis rogationibus inter ipſos vti ne-
ceſſe eſt, quādo maioris poteſtatis Imperio cogi nō poſſunt: vt coguntur
B magiſtratus, qui ne petita quidē venia ſententias aliorum magiſtratuum
in ſua prouincia exequi patiuntur. Veniam autem petere à maiore, aut
ab æquali poteſtate in exequendis in aliena prouincia rebus iudicatis, an-
tiqui moris[6] eſt & exempli. At ſtante Imperio Romano, principum iuſſis
opus fuiſſe videtur: ſic enim Iuriſconſultus, Sententiam, inquit, Romæ
dictā, poſſunt Præſides in prouinciis, ſi hoc iuſſi fuerint exequi, Æquiùs
eſt tamen id cum bona magiſtratuum venia impetrare, quàm vi extor-
quere: vt in conſimili cauſa de Hibero[7] quodam legimus, ad quem Im-
perator, Alloquere, inquit, illum ne rem iniuſtam faciat, quia principum
iuſſa contentionis materiam magiſtratibus præbere ſolent, qui ſe inuitis
æqualium aut minorum magiſtratuum decreta in ſuo territorio exequi
C vident: quæ concertationes magiſtratuum in priuatos ſæpiſſimè redun-
dant: vt Marcellum Conſulem legimus, Nouocomēſes verberibus non
aliam ob cauſam cædi iuſſiſſe, quàm vt intelligerent ſe iura ciuitatis à C.
Cæſare accipere non potuiſſe. Grauius tamen priuatorum damno pec-
catur, cùm inter ſummos magiſtratus, curiáſve maiores de Imperio cer-
tatur: vt cōtigiſſe memini ob rem iudicatam in curia Pariſiorum, quam
Curia Burdegalenſis in ſua prouincia exequi permiſit, accepto principis
iuſſu, ea lege tamen, vt de interceſſione ac prouocatione cognoſceret, ſi
prouocaretur: cùm viator interceſſioni non paruiſſet prouocatum eſt
ad curiam Burdegalenſium, actor prouocantem præoccupauit in curia
Pariſiorum. Princeps controuerſiam ad magnum conſilium detulit,
D cuius decreto iudicatum eſt negotium ad curiam Pariſiorum pertinere:
cùm ſuæ quenque legis[7] ac ſententiæ interpretem eſſe[8] oporteat: agitur
autem de rei iudicatæ interpretatione, cùm reus exequenti viatori ma-
ioris curiæ decreta, à quibus per leges prouocari non poteſt, intercedit:
quòd ſi viator interceſſioni non obtemperauerit, prouocari ſolet: non
tam à ſententia curiæ maioris, quàm ab iniuria viatoris, qui interceſſo-
rem non exaudit: id autem neceſſe eſt, niſi curia, ſummota interceſſione,
iudicatum exequi mandauit. Quid ſi magiſtratus æqualium, aut infe-
riorum rogationes contempſerit, nec decreta exequi patiatur? certè ma-
iorum magiſtratuū edictis, aut ſi ſummi fuerint magiſtratus, inter quos
de Imperio controuerſia oboriatur, Principis reſcripto cogendi[9] ſunt:
id enim ſignificant hæc Vlpiani[1] verba, SI HOC IVSSI FVERINT, ſcili-
cet à principe, non autem à magiſtratibus, cùm Præſides prouinciarum

6 l. epiſcopale. de epiſcopali audiēt C & c. Romana. §. contrahētc. de foro cōpetenti. li. 6. l. Iudices de fide inſtrumēt. Oldr. cōſ. 167. lib. 2. q. 3. Fel. in cap. ſignificaſti de offi. deleg.

7 l. quidā Hiberus. ruſticorum.

7 l. 1. l. nō dubiū. de legib. C.

8 l. 1. §. vlt. de prętoris ſtipul.

9 Alex. Bart. Cuma. in l. à diuo. de re iudic. l. 1. de ſeruis fugit. Aufrer. q. 411. Toloſ. Fel in ca. vlt. de foro competenti.

1 in d. §. ſententiam.

ſummum, poſt principem, in ſua quiſque prouincia imperium haberẽt. Cùm autem legibus aut edictis quicquam fieri iubetur, hanc habet interpretationem, vt in ſua cuique prouincia pareatur: quia nullum eſt extra territorium magiſtratui ius imperandi. Maiorum quidem noſtrorum ætate viatores regios ab ijs qui prædiatoriam iuriſdictionem habẽt, veniam petere neceſſe fuit, quoad curiarum maiorum grauiſſimis decretis [2] prohiberentur: propterea quod maieſtas quodammodo imminui videbatur. Sed quæri poteſt, an magiſtratus ſuam ſententiam, à qua prouocatum eſt, exequi poſſit, poſt ſtata tempora, quæ noſtri fatalia vocant, ab inueterato eorum errore, qui libros Codicis Iuſtiniani, & Græcorum leges νεαρὰς Latinas fecerunt, in quibus pro κυρίας ἡμέρας legerunt κηρίας ἡμέρας, B
qui dies in legibus duodecim ſtati [3] appellantur, vt in hac lege SI STATVS DIES CVM HOSTE, id eſt cum peregrino: eodem ſenſu à M. Tullio κύρια δόγματα, decreta Philoſophorum certa ac rata vocantur. Nec verò Latinorum quiſquam aut Græcorum κυρίας ἡμέρας κηρίας aut fatales appellauit. Iuriſconſulti ſæpe dies ſeſſionum à continuis diebus ſeiunxerunt: quod ſi quid intra certum tempus à magiſtratu fieri iubeatur, ſtatutum tempus, & edictum peremptorium [4] Iuriſcõſulti vocant: cùm verò tempus, quo lis terminari debeat, lapſum fuerit, litem mori [5], nos inſtantiam perimi dicimus, antea verò litem viuere: ſed iuriſconſultorum nemo fatalem diem, aut fatalia tempora vſurpauit, omnis error ab vnius literæ υ, in η, deriuatur: nam cum verbo κὴρ ſeu קיר quo Græci æquè ac Hebræi fa- C
tum ſignificarent, neceſſe fuit κηρίαν ἡμέραν fatalem diem interpretari: Demoſthenes ſæpe κυρίαν vocat, quod Latini ſtatum diem, noſtra praxi præfixam appellamus: ſic enim Demoſthenes contra Mediam, ἐπειδὴ ἧκεν ἡ κυρία τοῦ νόμου, item contra Stephanum κυρίαν ἐγγράψαι. interdum etiam ἡμέραν διαμεμετρημένην ad Nicoſtratũ Iuniores Græci ἡμέραν ἐμπρόθεσμον, & ὡρισμένην nuſquam tamen κηρίαν appllarunt. Syneſius [6] quidem Pontifex vitæ poſtremũ diem κυρίαν metaphoricè appellauit, ne κηρίαν diceret, verbum à Chriſtianis hominibus & à vera religione alienum. Veriùs igitur ac meliùs pro fatalibus [7] appellationum diebus, ſtatuta tempora dicamus, ſic enim Iuriſconſultus [8] vocat. Leges autem Iuſtiniani Græco ſermone, priùs quàm Latino ſcriptas fuiſſe nemini dubium eſſe opinor. Codicem item Theodo- D
ſianum & Hermogenianum, ex quibus Iuſtiniani codex ferè totus conflatur, Græco æquè ac Latino ſermone ſcriptos fuiſſe planum eſt, & ab homine Græco potiùs quàm ab eo qui Latinè loqui didiciſſet, legẽ Properandum [6] interpretatam: cùm planè Græco more ſcribat, & reum interpretetur fugientem, id eſt φεύγοντα. Nec mirum debet videri, quòd Græci Romanorum leges ac ipſius Iuſtiniani inſtitutiones Græcas fecerunt, cùm etiam Thomæ Aquinatis pleráque ſcripta, & poſteriores Ariſtotelis libros τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ, quæ interciderant ex Arabicis Græca fecerint, quaſi poſtliminio ciuitate reſtituta. Sed vt vnde digreſſa eſt, eò redeat oratio, nihil neceſſe eſt appellatione deſerta magiſtratus ſuperioris, ad quem prouocatum erat Imperio, ad exequendas res iudicatas vti: quod antea maiorum noſtrorum ætate fieri conſueuerat Principis reſcripto, quod

2 Burdegalæ. anno 1517. Martij. 5. & 1519. Decẽbris 3. & 1525. Ianu. 123. & Gratianopoli. Guid. Pap. q. 346.

3 Cicero lib. 3. offic.

4 l. 3. de tẽporib. appel. & in l. ad perẽptorium de iudiciis.

5 l. 3. quæ in fraudem. l. 2. iudicatum ſolui.

6 ad Theophilũ.

7 vt in l. properãdum. de iudic. C.

8 In l. 3. de tẽporib. appellat.

6 de iudiciis. C.

quod noſtri pragmatici Iuſtitiæ literas appellabant, quæ Caroli VIII. lege pœnitus ſublatæ fuerunt, ſatis eſt apud iudicem qui ſententiam tulit, appellatione deſerta petere vt iudicatum exequi iubeat. niſi ſuperior magiſtratus, quem damnatus appellauit, iudicatum exequi priùs vetuerit, quàm de prouocatione cognitum ſit, niſi dilatio Reipublicæ valde pernicioſa foret: tunc enim magiſtratum ſententiam, etiam capitalem exequi, deinde reſcribere[9] oportet: alioqui in cauſis, in quibus de capite quæritur, poſt appellationem, tametſi deſerta fuerit, nec magiſtratus ſuperior exequi iudicatum prohibuerit, non licet exequi tamen. Quòd ſi magiſtratus prouocãtem ſupplicio affecerit, capite[1] puniendus eſt ipſe,
B eóque iure vtimur: at etiam lege Sempronia[2] qui verberibus ciuem contra prouocationem cęderet, maieſtatis legibus tenebatur. Quæ hactenus de mutuis magiſtratuum inter ipſos officijs dicta ſunt, ad eos pertinent qui eiuſdem Imperij finibus coërcentur. Quid igitur iudicandum eſt, ſi reus in hoc Imperio à magiſtratibus damnatus, in Græciam confugerit, an Turcarum princeps rogante Francorum Rege, aut etiam priuato cuius intereſt, iudicatũ ſine cauſæ cognitione exequetur? Quæſtionem non diſſimilem in priuato cuiuſdam iudicio, in curia Pariſiorum agitatam fuiſſe memini. Venetus mercator Francum hominem ad Venetiarum Prætorem in ius vocauit, Francus cùm iudicio ſiſti ſe promiſiſſet, vadimonium deſeruit, damnato à Prætore Franco, mercator in Galliam
C petita à principe venia per legatum, vt fieri ſolet, mutuis inter principes officiis, ac iure gentium ferè omnium communis reſcriptum exequẽdæ ſententiæ cauſa impetrauit. Francus intercedit, & cùm interceſſioni non obtemperaretur curiam appellat. Pleríſque videbatur ſentẽtiam exequi oportere: alioqui ſi curia de ſententia Prætoris Venetiarum cognouiſſet, Venetorum Reſpublica curiæ Pariſiorum decreta reſcindere, & eodem iure conuellere acta potuiſſet, non tam iniquitate ſententiæ, quàm maieſtatis vindicandæ cauſa. Placuit tamen illud quæri, an Francus ſe Venetorum iuriſdictioni ex pacto ſubieciſſet: deinde an ex moribus Venetorum Prętor, poſt edicta peremptoria, ac ſtatuta legibus Venetorum tempora ſententia lata fuiſſet, quibus cognitis ſententiam exequi oportere
D curia iudicauit. Atque hæc in priuatis iudicijs. Sed ſi de capite non tantùm noſtri ciuis, ſed etiam ad nos cõfugientis peregrini agitata quæſtio fuiſſet, non priùs exequi ſentẽtiam oportuiſſet, quàm re integra de cauſa cognitum eſſet. At etiam Adrianus[3] Auguſtus Præſides prouinciarum ſuſcipere ἀνακρίνειν; eo verbo lex vtitur, id eſt rurſus iudicare voluit de ijs, qui ab Irenarchis eiuſdem Imperij Romani damnati fuiſſent. Certè quidem Heluetij, Geneuates, Lucenſes, Genuenſes, ac cęteræ ciuitates, peregrinos alibi damnatos ad ſe confugientes, integro ſtatu priùs iudicari iubent, quàm exteris principibus ſubditos repoſcentibus reſtituant. Sic enim omnes vno ferè conſenſu [4] iuriſperiti tradunt, principem non teneri peregrinos ad ſe confugientes repoſcentibus dedere. Demus illud certè, ſi de iure ciuili quæratur, ſed illi ſine vlla diſtinctione iuris gentium ac naturæ, omninò negãt ſubditum repetenti principi reſtituendum. Vnus

9 argumẽto l. ſi quis filio. § 4. de inuiuſto rupto.

1 l. addictos. de epiſcopa. audient. C. Faber in l. à pro cõſulibus de appel. C.

2 Cicero pro Rabirio perduelle.

3 l. diuus Adrianus. de cuſtod. reor.

4 Bald. in l. 2. de ſeruis fugit. C. Odofred. in authẽt. qua in prouincia. vbi de crimine. C. Iacob. Bellouiſius in §. cõtrahentes de foro cõpetenti. nu. 115. Afflict. in cõſtit. Neapol. lib. 2. ti. 3. nu. 88. Chaſſan. in cõſuet. Burgũd. tit. 12. nu. 14. Fulgoſ. cõſil. 149. col. 2. Boer. deciſ. 29. Imol. in Clemẽ. paſtoralis de re iudic. Aufre. in addit. ad deciſ. capel. Toloſ. q. 319. Bart in l. qui ſepulchri. de ſepul. violato. Angelus in l. hæres abſens. de iudic. Felin. in c. vlt. de foro cõpet. nu 17.

Baldus[5] id ea conditione æquum eſſe ſcribit, modò ciuitas ea, quæ damnatum ad ſe fugientem recepit, ſceleris pœnam exquirat ac vindicet. At ſi confitentur principes iuris ac iuſtitiæ legibus obligatos teneri, illud etiam ſubditos ſuo principi reſtituendos eſſe confitendum ſit: non tãtùm ad probationum neceſſariam in capitis diſcrimine perſpicuitatem, quæ haberi nullo modo poteſt, niſi teſtes cum reis componantur, quam noſtri pragmatici confrontationem vocãt: verumetiam vt ijſdem in locis quibus peccatũ eſt vltio ſequatur: id enim omniũ maximè ad pœnarũ vtilitatẽ, & ad exemplũ publicę vltionis pertinere videtur. Quòd ſi magiſtratus in eadẽ Republica mutuas operas, & officia ſibi inuicẽ, ac Reipublicæ, cui poſt Deũ immortalẽ omnia debemus, pręſtare oportet, ne ſcelera multa maneãt, cur ab ea obligatione, quæ diuinis ac naturæ legibus cõſentanea eſt, principes liberãtur? Itaq; Muhamedis Imperatoris Conſtantinopoleos, eius inquã qui magnus eſt appellatus, egregiũ factũ laudatur, quòd parricidam, qui Iulianum Medicem ante aras crudeliſſimè trucidarat, ab vrbe Conſtantinopoli, quo ſeſe receperat, vinctum Laurentio Medici, ac ipſi Florentinorum ciuitati repoſcenti reſtituit: non enim Florentinorum copias, quæ tenues erant, ſed immortalis præpotentíſque Dei vim ac potentiam extimuit. Noſtri quidem Reges in hoc Imperio reos petentibus principibus reſtituere ſolent, niſi de maieſtatę, aut de Imperij finibus ac ſtatu rei quæratur. Quæ quidem cauſa triplici iudicio terminata videtur: curiæ ſcilicet Pariſiorum[6], Romanorum[7], ac Tholoſatum[8]. Romanæ curię iudices, Anglorum regi fugitiuum ciuem repoſcenti denegandum eſſe decreuerunt, ſuberat probabilis cauſa, quia regnum illud fide ac beneficio eccleſiæ Romanæ tenebatur, alioqui ciuem alienum repetentibus principibus reſtituere oportet, vt curia Burdegalenſis[9] ſolenni iudicio decreuit. Quanquam id quoque fœderibus excipi ſolet, & exceptum eſt eo fœdere, quod Heluetij cum Carolo v. Imperatore pro agro Mediolanenſi percuſſerunt. Quamobrem Henrichus II. Rex Francorum, cùm per legatos à Senatu populóque Geneuate petiiſſet, vt Baptiſtam Didatum, Italum hominem, reum peculatus ſibi redderent, rogati ſæpius denegarunt: tandem Rex quæſtus eſt apud Bernates ſe aduerſus ſenatum populúmque Geneuatem, qui tunc erat in patrocinio Bernatum, ſe iure clarigationis vſurum. Bernates ex templo fœcialem ad Geneuates miſerunt, vt fugitiuum regi redderent: ſic tandem publicæ pecuniæ depeculator à Geneuatibus deſertus eſt, ne vel potentiſſimi regis, vel etiam Heluetiorum inimicitias in ſe excitarent: vel furibus ac ſceleratis hominibus aſylum aperire viderentur. Hæc quidem ex literis legati Francorum ad Annam Mommorantium magiſtrum militum expreſſimus, vt reprehenſionem effugere non poſſint, qui aliter ſentiunt & ſcribunt. Sic enim ſtatuo, reum fugitiuum, ſceleris conſcium ſine ſumma alienæ maieſtatis iniuria, retineri nõ poſſe. Eam enim ob cauſam tribus omnes Iſraëlitarum[1] aduerſus vnam quę pauciſſimis quibuſdam exceptis deleta fuit, coniurauerunt, quòd ſceleris turpiſſimi conſcios, nec rogati redderent, & inultos apud ſe fouerent.

Nec

5 in l.1. vbi de crimine agi oport. C.

6 Boërius in conſuetu. Biturig. §. 21. de iuriſdict.

7 Oldrad. cõ. 124. Faber in §. eſt & inter de publicis Iudic.

8 Boër. deciſ. 27.

9 anno 1517. 24. Decembris.

1 Iudic. 20. cap.

B

C

D

Nec aliā ob rem Hippotæ populi internecione deleti ſunt, vrbe eorum funditus à Thebanis exciſa, quòd Phoxi Bœoti ſiccarios tueri, ac pro iis propugnare, quàm rogantibus Thebanis reddere maluiſſent. Si tamen ciuitas certò ſciat fugitiuum hominem, quem hoſpitio excepit, tyranni crudelitatem effugiſſe, nec ſceleris vllius conſcium eſſe, non modò prodere innocentem & peregrinum crudeli tyranno turpe ſit, ac iniurioſum, verumetiam pro miſerrimi hominis capite ac ſalute dimicandum erit: cùm ne lex quidem diuina [1] ſeruum fugitiuum irato domino reſtitui patiatur. Atque hæc de officijs & Imperio, déque toto magiſtratuum iure dicta ſint, quæ de vniuerſa diſciplina dici poſſe exiſtimaui. Veterum
B autem magiſtratus cum noſtris conferre, non eſt huius inſtituti: quos tamen, & ſi nominibus & appellatione diſſentiant, re tamen ipſa ferè eoſdem fuiſſe videmus. Nam in ſacris libris [2] Salomonem legimus ab Azaria Pontifice ad res diuinas inſtitui: Ioſapham verò conſilij principem ſeu cancellarium: Eliphoram & Aiam ab epiſtolis. Banaiam magiſtrum militum: Azariam ſororium ſuum proregem. In Imperio Turcarum maximus Baſſa magiſter militum, ſecundus ab illo maritimæ claſſi præfectus eſt. Bellerbei duodecim prouinciarum præſides: Sangiachi vrbium ſingularum præfecti: Cadileſchieri duo togatorum ac iudicum principes, alter in Aſia, alter in Europa: Mophtes ipſe Pōtifex maximus & legum dubiarum arbiter eſt ac iudex ſummus. Eoſdem ferè magiſtra-
C tus in Affrica & Æthiopia creari proditum eſt, tametſi appellatione differant: quinetiam ab illis magiſtratuūm quorundam nomina didicimus & expreſſimus: cuiuſmodi eſt magiſtratus, quem Græci θαλασσιάρχην, Latini claſſis Prætorem, noſtri æquè ac Arabes Almiral [3] appellāt: & magiſtrum regiæ domus noſtri eodem planè ſenſu, quo rex Æthiopum maximum Bethudetam Hebraico nomine appellat. Cùm autem in omni Republica magiſtratus in curias & collegia diſtribuantur, ac plura ſint corpora collegiáque priuatorum, quàm magiſtratuum, reſtat vt de corporibus & collegiis diſſeramus.

[1] Deut. 26. & 23.

[2] lib. 2. regum.

[3] Leo Affer.

D *De corporibus, collegiis, & vniuerſitate, quæq́ ex his commoda aut incommoda ſequantur.* CAP. VII.

COLLEGIVM eſt legitima trium pluriúmve perſonarum eiuſdem conditionis conſociatio: corpus verò plurium collegiorum coniunctio. Vniuerſitas eſt omnium familiarum, collegiorum, & corporum eiuſdem oppidi iuris communione ſociata multitudo. Hoc ampliùs habet Reſpublica pręter vniuerſitatem, quòd omnium ciuium ac oppidorū multitudinem Imperij maieſtate complexa tuetur. Has ego definitiones ab omnibus, qui de Republica, déque publico iure ſcripſerunt, prætermiſſas ad hanc diſciplinam adiungere neceſſarium duxi: quia ſine definitionibus certis, quod firmum ac ſtabile futurum ſit, conſtitui nihil poteſt. Licet autem contrahere totum genus humanum gradatim ad Reſpublicas Imperij finibus ac ma-

*Collegiorū, corporū, vniuerſitatis ac Reipublicæ differentia.*

ieſtate diuiſas, ab his ad vniuerſitates, deinde ad corpora, tum ad collegia, poſtremò ad familias, ab his ad ſingulos: vt hęc non multò magis inter ſe, quàm partes à toto differre videantur. Omnium verò ciuilium ſocietatum origines à familia deriuantur, quæ ipſa naturalis eſt ſocietas, & ab ipſo naturæ parente principio generis humani fundata. Cùm autem ratio diuinitus nobis inſita feciſſet hominem hominum appetentem, cúmque his ſermone & vſu congruentem, eadem fecit vt profectus à charitate domeſticorum ac ſuorum curreret longius, & propagatione familiarum gauderet. Cùm item familiæ à prima ſui origine ſenſim diſcederent, ciuili ſocietate naturalem placuit imitari. Eſt enim Reſpublica ciuilis ſocietas, quæ ſine collegiis & corporibus ſtare per ſe ipſa poteſt, ſi- B
ne familia non poteſt, quinetiam Reſpublicæ diſſolubiles ſunt, quia ducuntur ab hominum legibus ac inſtitutis, familiæ verò, niſi priùs intereat omne genus humanum, interire non poſſunt. Ex quo intelligitur ab vnius familiæ radice, quam Deus immortalis conſeuerat, quaſi ſtirpes primùm fuiſſe propagatas, quibus domicilia tectáque ſibi, vt ab iniuria cæli ac ferarum animantium tutiores eſſent, ædificare neceſſe fuit, & cùm in eam multitudinem excreuiſſent, vt eadem regione cõtineri non poſſent, quippe domiciliorum coniunctione, vicos, deinde vicorum continuatione pagos auxiſſent, aliò proficiſci, ac nouas ſedes quærere oportuit. Itaque locis ac regionibus generíſque proximitate diſiuncti, cùm nullis Imperiis ac legibus tenerentur, vtî quiſque vi ac robore cæteris C
præſtabat, ita finitimos de locis ac domiciliis depellere, aut fontis ac loci amœnitatem eripere, aut de paſcuis deijcere conabatur. Ea vis à valentioribus illata, fecit vt imbecilliores loca natura tecta ac munita conquirerent, aut arte ac prudentia munirent, vt ſe, liberos, vxores, familiáſque ſuas, ab aliorum iniuriis, foſſa, vallo, mœnibus denique tuerentur: inde oppida vrbéſque conſtitutæ. Sic enim de rege Seruio ſcribit Dionyſius, in locis montanis firmiſſimíſque collibus perfugia quædam diſpoſuiſſe, quæ Græci pagos appellant, quo ſe agreſtes ex agris per hoſtiles irruptiones reciperent. Sed ne mœnibus quidem hoſtium vis arceri poterat, quo minus ij qui ſeſe propugnaculis cinxerant, à potentioribus obſiderentur. Fuit enim primum genus hominum rapinis, cædibus, ac la- D
trociniis deditiſſimum, & cui nihil priùs eſſet, quàm graſſari & occidere, aut imbecilliores ſeruitute premere, vt veriſſimè[1] Plutarchus cum hiſtoria ſacra[2] congruenter ſcribit. Ac multis ante ſeculis Thucidides hiſtoricorum, qui in Græcia floruerunt, longè clariſſimus, Græciam vniuerſam paulò ante ſua tempora potentiorum latrociniis ac direptionibus infeſtam, nec propter latrocinia vllam infamiam contractam fuiſſe: ſed qui terra maríque obuios haberent, ab iis ſine contumelia quæri conſueuiſſe, an latrocinium, an piraticam exercerẽt? Nec tantùm Plato, eiúſque diſcipulus Ariſtoteles, latrocinium inter venationis genera poſuerunt: ſed etiam legibus[3] Solonis latrocinandi cauſa ſocietatem iure contrahi potuiſſe planũ fit, his verbis, ἐπὶ λείαν οἰχόμενοι, quod Latinus interpres cùm abſurdum ac falſum putaret aliò detorſit: nã quid aliud eſt ἐπὶ λείαν οἴχεσθαι quàm

1 In Theſeo.
2 Geneſ. 6.
3 l. vlt. de collegiis. ff.

quàm prædari? & λεῖα quid niſi ἐκ τῶν πολεμίων λάφυρα, Hebræis venatores
vocantur latrones. Nec minus Latinis veteribus, quàm Græcis aut He-
bræis permiſſa latrocinia fuerunt: vt quidem perſpicitur ex primo fœde-
re inter Romanos & Cartaginēſes contracto, quo quidem ita cauetur[4], [4] Polyb.lib 3.
Ne vltra promontorium Pulchri prædæ aut mercaturæ gratia Romani
nauiganto, à quibus latrocinijs cæteri populi ſerò abſtinuerunt: nam Cę-
ſar ſua ætate cùm de Germanis ſcriberet, Latrocinia, inquit, nullam ha-
bent infamiam, quæ extra fines cuiúſque ciuitatis fiunt: atque ea iuuen-
tutis exercendæ, ac deſidiæ minuendæ cauſa fieri prædicant. Hæc igitur
latrocinandi licentia, homines ad amicitias & ſocietates coëundas ade-
B git: nam principiò ſodalitia cōtracta fuerunt ab ijs, qui quòd ex eodem
puteo ſeu φράτρος aquam haurirent, φράτορες ſeu fratres ſunt appellati: in-
de quoque φρατρίαι dictæ, aut qui ex eodem fonte, quem Dores πάγαν ap-
pellant, vnde pagi dicti ſunt: vt Latini quoque comeſſari dixerunt eos,
qui in iiſdem vicis, quos Græci κώμας vocant, conuictu communi frue-
bantur, vt Feſtus[6] ſcribit. Ex quibus perſpicitur ſocietates hominum in- [6] in verbo co-
ter ipſos vitæ tutius commodiúſque degendę fuiſſe quæſitas: eáſque pri- meſſari.
mùm ab eo, qui virum inter & vxorem interceſſit, amore profectas. Inde
fluxiſſe mutuam parentum ac liberorum pietatem: tum fratrum ac ſo-
rorum inter ipſos charitatem, poſt etiam proximorum & agnatorum
amicitiam: ac poſtremò affinium beneuolentiam, quæ tandem refrixiſ-
C ſet, niſi mutua iuris communione ſocietates, ac ſodalitia ex corporibus
& collegiis conſtituerentur: quibus ſocietatibus homines ſine Republi-
ca cætus inuiolabiles diutiſſimè conſeruarunt. Nam populus Iſraëlita-
rum diu ſine regibus[7], ſine populari, ſine optimatum ſtatu ſumma cum [7] Iudicū cap. 16
tranquillitate floruit: cùm ſcilicet tribus ſingulæ neceſſitudine agnatio- & 21.
nis, vniuerſę verò iuris ac ſacrificiorum communione ſociarentur, ſi ho-
ſtis ingrueret Imperatorem creabant[8], eum ſcilicet quem Deus immor- [8] Iudic.cap.3.6.9.
talis numine afflarat: cùm igitur vnus, omnes imperandi prohibendíque 10.20.21.
maieſtate coërceret, ex ſocietatibus, corporibus, & collegiis Reſpublica
exiſtere cæpit. Itaque legum latores ac principes, qui Reſpublicas primi
fundauerunt, nullum ad eas continendas ſtabilius fundamentum eſſe iu-
D dicarunt, quàm ſocietates ac ſodalitia tueri. Nam Pompilius Numa[9] rex [9] Plutar. in Nu-
Romanorum, non modò collegia omnis generis opificum, ſed etiam ma. Dionyſ. Ha-
mercatorum inſtituit, eóſque ſacrificiis ſolennibus ac epulis, quæ ſtatis lycarnaſ. lib. 2.
anni diebus fierent obligauit: idque Solonis exemplo feciſſe videtur, qui
omnia[1] omnium ordinum, ac generum collegia, iiſque ſtatuta, quæ mo- [1] l. vlt. de colleg.
dò legibus contraria non eſſent, condere permiſit. At Lycurgus ciues Plutar. in Solo.
non tantùm ſodalitiis ac ſocietatibus, ſed etiam perpetuis conuiuijs de-
uinxit, quæ communia quòd amicitiæ cauſa colerentur, φιλίτια dicta ſunt:
non φειδίτια, vt Plutarchus à parſimonia deduxit. In cæteris ferè Græco-
rum ciuitatibus, ἑταιρίαι, & in Italia ſodalitia vbique coli conſueuerunt: in
quibus non modò lites & controuerſiæ maxima ſui parte ſine magi-
ſtratibus ac iudicibus dirimebantur, verumetiam amicitiæ radicibus al-
tiſſimis hærebant: quippe ſapientiſſimis quibúſq; hominibus perſuaſum

erat, amicitiam ad hominum cætus ac ſocietates ſtabiliendas ac retinendas ipſa iuſtitia potiorem eſſe: cùm lites quidem iudiciorum exitu, non tamen odia finiantur, amicitia verò, quæ ſocietatibus alitur, non modò lites, ſed etiam controuerſiæ à ſtirpe conuellantur, & ſumma cum tranquillitate ac beneuolentia ciues inter ſe ipſi, & cum Republica cõcilientur. At legum omnium diuinarum & humanarum hic ſcopus, his finis eſt, vt hominum ſocietatem & cõcordiam inter ipſos, & aduerſus Deum pietatem tueantur: id autem omnium maximè fieri poteſt, ſi vna fuerit omnium ciuium in amicitia, quæ ſine virtutibus eſſe nulla poteſt, conſpirantium fides ac voluntas. Quamobrem Cretenſes[2] olim omnis ætatis, ordinis, ac ſexus ſimul publicis in locis epulabantur, vt illam quam dixi charitatem ac mutuam inter ipſos beneuolentiam fouerent, ſed poſtea ſexus & ætates ſuis quibuſdam ordinibus ad perturbationẽ ciuium vitandam, placuit deſcribi. Nec aliam ob cauſam legibus diuinis[3] conuiuia ſacra ſtatis temporibus ſumma lætitia coli iubentur, quàm vt religione erga Deum, & amicitia inter ſe ciues conciliarentur. Quæ conuiuia principiò naſcentis eccleſiæ Chriſtianæ, quòd mutuis amplexibus & oſculis terminarentur ἀγαπὰς appellarunt. Ac tametſi multa vetuſtate pridem extabuerunt, imago tamen veterum conuiuiorum ſacris epulis etiamnum adumbratur. At Veneti non ficta, ſed vera conuiuia, ſæpius etiam Heluetij ordinibus ciuium & opificum in collegia deſcriptis, ſumma cura proſequuntur, ſi verò lis oborta fuerit in ſodalitio, communi conſenſu dirimitur, ſententia non chartis, ſed tabulis, non atramento, ſed creta deſcripta. Nec tantùm veteribus fuêre ſua opificum omnium & mercatorum collegia, verumetiam philoſophorum, maximè tamen Pythagoreorum[3], quibus non ſtudia modò, verumetiam conuictus fuit communis. Atque hæc de origine collegiorum, quæ temporum decurſu legibus certis ac inſtitutis ſanctiùs ac meliùs temperata fuêre. Vt igitur ordine ſingula explicentur quæ de collegiis diſſerere oporret, primùm quæ collegij cuiuſque poteſtas ſit, & quæ beneficia cuique tributa, deinde qua ratione moderari, quoque modo in officio retineri debeant, poſtremò an collegiis Reſpublica vacare poſſit néc ne, & quæ cuique Reipublicæ collegia maximè neceſſaria ſint ordinę diſſeramus. Omnia igitur collegia aut rerum diuinarum aut humanarum cauſa ſunt conſtituta, quæ ad res humanas pertinent, aut iuriſdictionem habent, aut iuriſdictione vacant: hæc iuuentutis educationem continent, aut medicorum, aut ſcholaſticorum hominum, aut mercatorum, aut opificum, aut agricolarum ſodalitia, illa verò magiſtratuum ac iudicũ deſcriptionem, de quibus ſuperiùs dictum eſt. Rerum diuinarum, ac publicæ pietatis cauſa collegia in infinitum penè numerum excreuerunt, quæ legibus, moribus, victu, cultu, inſtitutis, ratione, veſtitu differre videmus. Cùm autem duo pluráve collegia in vnum coëunt, vt fit ſæpiſſimè, quòd ex duobus pluribúſve coaleſcit, non collegium, ſed corpus appellari debet, tametſi verborum ambiguitate ſæpius vtráque confunduntur. Aliud eſt enim collegium tribunorũ, aliud Prætorum, aliud Queſtorum: at cùm

2 Ariſtot. in Polit.

3 Numeri. 9. Leuit. 23.

3 Iamblicus in vita Pythagoreorũ.

*Collegiorum genera.*

B C D

at cùm hæc tria collegia in vnum & idem corpus coëunt, ineptè collegium, nec tamen vniuerſitas appellatur, quæ ipſa ex omniũ ciuium collegiorum & corporum, addam etiam pagorum eiuſdem regionis cœtu & conuentu exiſtit. Corpus igitur appellabimus, quod ex pluribus collegiis aut perſonis conditione diſſimilibus coaleſcit. At beneficia quædam quibuſdam collegiis dantur, quæ cæteris eripiuntur. Item ſingulis collegiis ſępe coire licet, vniuerſis non licet. Id autem commune eſt, non modò collegiorum omnium & corporũ, ſed etiam vniuerſitatis, quod ſunt cætus in Republica iure ſociati, id eſt ſummi principis beneficio & conceſſu, ſine quibus corporum & collegiorum ius ac nomen amit-
B tunt: ac propterea in definiendo collegio, legitimam diximus conſociationem, quod non ſolùm ad coëũdi poteſtatem, verumetiam ad locum, vbi coïri debeat, ad tempus, quoque modo, & quæ in collegio tractare liceat. Verbum autem conſociationis eò pertinet, vt ſit aliquid collegarum omnium inter ipſos commune, aut ſi nihil commune fuerit, ne collegium quidem ſit: ſatis eſt conuentum eſſe communem, procuratorẽ, aut actorem communẽ, ac beneficia collegio tributa collegarum omnium communia: nec tamen ærarium commune, aut communem conuictum eſſe neceſſe eſt. Quare non ſatis aptè definiunt[2] qui collegium appellant trium hominum ſimul cohabitantium ſocietatem, qui bona, pecuniámve in commune quærant: quæ ipſa quidem omnium bo-
C norum, & conuictus ſocietas eſt, collegium tamen non eſt, contra verò collegium erit, vt nec bona, nec communem conuictum, nec ærarium habeat commune: dum tamen lege principíſve conceſſu tributum ſit, vt certis locis ac temporibus ſimul cogantur, quibúſve de rebus inter ſe agant: vti ſunt collegia opificum. Quædam tamen ea quæ diximus habẽt ferè inter ſe communia, vt ea quæ religionis[3] cauſa ſimul ſociata videmus. Collegarum autem numerum definire nihil neceſſe eſt, modò ne ſint pauciores tribus: alioqui collegium non[4] ſit. Quare nec Cenſorum, nec item Conſulum collegium dicebatur, vt Prætorum, Tribunorum, & Quæſtorum. Collegas autem, nec eodem imperio ac poteſtate, nec eadem conditione eſſe neceſſe eſt. At fieri poteſt vt collegarum vnus
D in ſingulos, non tamen in vniuerſos habeat coërtionem: vt noſtri pontifices, & qui ab Hebræis detorta voce abbates, Latinis principes collegij dicuntur. Quòd ſi vniuerſos coërcendi ius habet, non collegium, ſed dominatus in ſummo principe, in cæteris familia dicitur, aut gymnaſiũ, ſi modò conſiſtorium eiuſmodi fuerit, vt nullos habeat collegas. Nam cui præeſt Pontifex maximus Romanorum, collegium dici non poteſt, quia Pontificis ſumma eſt, non tãtùm in ſingulos, ſed etiam in vniuerſos vitæ necíſque poteſtas, aut ſi iure nõ habeat, re ipſa habere videtur. Quæri tamen video, & quæſitum eſt à doctis, an Põtifex in cætu ſacerdotum, Abbáſve, collegarum nomine ac iure cenſeantur: & adhuc ſub iudice lis eſt. Ego verò quæſtionem, ea quam dixi ratione terminari oportere exiſtimo, ſcilicet collegam eſſe Põtificem, collegiíve principem, etiamſi coërcendi ſingulos ius habet, dum tamen nullam in vniuerſos habeat

2 Bartol. in tit. de colleg. Accurſ. in l. 1. quod cuiuſq; vniuerſitat.

3 l. 1. §. ſed religionis. l. 1. de ſacroſanct. C. l. vlt. de iuriſd. C. l. collegiũ de hæred. inſtitut.

4 l. Neratius de verb. ſignif.

*An collegij princeps ſit collega.*

poteſtatem: ſed in ſententia ferenda ſuffragio collegarum vincatur. Quamobrem errore labuntur [5], qui collegas ipſos collegium à philoſophis appellari putant, qui enim tam ineptè philoſopharetur, vidi neminem: collegij autẽ verbo ius ſignificatur, & in vno [6] collega cæteris mortuis, ius ac bona ipſa collegij conſiſtere poſſunt: at ne omnibus quidem collegis morte extinctis bona [7] fiſco vindicantur, niſi lege lata ius habendi collegij ſublatum ſit: nullum autem collegio beneficiũ maius tribui poteſt, quàm vt ei legari teſtamento [8] poſſit. Cætus verò iure prohibiti collegia non ſunt, nec quicquam iis teſtamento relinqui poteſt, tametſi ſingulis collegis legari [9] poſſit. Ego verò neceſſarium duco ad illicitos cætus & collegia coërcenda, lege prohibendum non modò vniuerſis, ſed B etiam ſingulis quaſi collegis legata relinqui. Cùm autem collegium ſine ærario conſiſtere poſſe diximus, illud etiam intelligendum eſt collegium ea lege creari poſſe, ne ei donatione teſtamentóve quicquam relinquatur. Primus quidem [1] Antoninus collegijs omnibus legata donationéſve fieri permiſit, præterquam collegijs Iudæorum, quibus tamen religionis cauſa coire, & ſynagogas habere [2] licuit. Nam Octouianus Auguſtus [3] Præſides prouinciarum, & Norbanus proconſul Epheſiorum magiſtratus interdicto vetuit Iudæorum cætus & collegia perturbare, aut quo minus religionis cauſa publicè coirent prohibere. Quinetiam Auguſtus ſacrificium diurnum ac perpetuum Hieroſolymis Tauro, Hirco & Ariete pro ſua Reiquepublicæ ſalute fieri iuſſit: ac diurnis C largitionibus Iudæorum [4] tenuitati opem tulit. Ac tametſi Senatorum collegium maximum, maximéque Reipublicæ neceſſarium ſit, ſi quid tamen Senatui legaretur, peti non aliter poteſt quàm ſi Senatui legari permittatur. Nam cùm Senatui Romano legatum eſſet à Ruſſio Cæpione, ea lege vt iis tantùm capere liceret, qui in Senatum venirent: hæredes Cæpionis Senatu legatum petẽte deberi negarunt: ac pro hæredibus contra Senatum iudicauit Domitianus Imperator, vt Tranquillus [5] ſcribit. De collegiorum definitione ſatis, de poteſtate dicamus. Ea verò cuiuſque collegij legibus ac reſcriptis terminari conſueuit, quare nihil de ſingulis, ſed de vniuerſo iure diſputandum eſt. Præcipua Reipublicæ collegia ſunt magiſtratuum ac iudicum, quia non modò collegas ſin- D gulos, ac minorem totius collegij partem, ſed cætera quoque religioſorum, & opificum collegia, pro iure ſuæ poteſtatis moderantur & coërcent. Atque hoc maximè collegia magiſtratuum à cæteris differunt, quòd hæc communia tantùm negotia cuiuſque collegij procurant: illa verò tum ſua, tum aliena, ac potius aliorum quàm ſua cauſa ſunt cõſtituta. Sed quemadmodum ſapientem ſibi primùm, deinde cæteris ſapere, ac iudicem de ſeipſo, priùs quàm de cæteris iuſtè iudicare neceſſe eſt: ſic enim eleganter Hebræi charitatem à ſeipſo quemque prius auſpicari oportere putant, id eſt efficere vt rationi appetitus pareant, ratio imperet: ita futurum eſt vt ſuum cuique tribuatur, quæ potiſſima iuſtitiæ totius pars eſt. Non aliter collegia magiſtratuum ac iudicum rectè & ordine ius ſibi ipſis, tum ſingulis, tum vniuerſis prius dicere neceſſe eſt, quàm quid

5 Bart. in l. aut facta de pœnis.

6 Innocẽt. in cap. 2. de operis noui. Alex cõſi. 74. lib. 4. cõtra. & cap. dilect. de exceſſib. prælat.

7 l. 96. §. 1. l. 114. §. quæ ab inteſtato. de lega. 1. l. 50. de manumiſſis teſta. l. 6. §. eſt fiſco ad Trebell. l. 6. §. certè. ſi quis. omiſſa cauſa. l. 1. §. 1. l. vlt. de ſucceſſor. edict. l. 1. § diuus. l. 41. de iure fiſci. l. 18. de vſucap. l. 19. de vniuerſis. & tẽporal. l. 20. de inoffi. teſta. C. l. 22. de appel. & cap. cũ dilecti. de reſcript. l. vlt. de collegiis.

8 l. ſenatus de rebus dubiis. l. omnibus. ad Treb. ff.

9 l. cum ſenatus. de rebus dub.

1 l. 1. de Iud. C.

2 toto tit. de Iudæis. C.

3 Philo in legatione ad Caligulam.

4 Philo in orat. ad Calig.

5 in Domitiano.

quid de cæteris ſtatuant. Dubitari tamen poſſit, an collegia magiſtra-
tuum ac iudicum, ab aliis quàm à ſeipſis iudicari præſtabiliùs ſit: quæ
dubitandi argumenta ſint, in vtranque partem ſuo loco explicabuntur:
ſed vt breuitati ſtudeamus, ſi collegiũ ex ignaris aut vitioſis hominibus
conflatum ſit, aut ſuperiorum magiſtratuum imperio coërceri poſſit,
de hoc ſuperiores magiſtratus, de illo, quod alterius collegij poteſtate
coërceri non poteſt, principem ipſum iudicare oportet. Si collegarum
virtus ac prudẽtia ea ſit, vt minimè de vniuerſis dubitari, tametſi de ſin-
gulis poſſit, præſtat collegio iudicium collegarum ſingulorum, quàm a-
liis committi, quia habent ſua quæque collegia quædam arcana, cæteris
B nec percepta nec cognita, quæ tamen in vulgus manare aut cum aliis
communicari non patiuntur, deinde collegarum inter ipſos beneuo-
lentia ac dignitas mutuis iudicandi officiis alitur ac ſuſtentatur. Eam ob
cauſam potiſſimum Adrianus[6] Senatores à Senatu iudicari voluit. Item
mercatorum iudices de mercatorum negotiis iudicare commodiùs vi-
ſum eſt, eóque iure, quod ab Italis expreſſimus, magna bonorum om-
nium conſenſione vtimur. Cætera medicorum & opificum collegia,
quæque religionis cauſa ſunt cõſtituta, tametſi iuriſdictione ac Imperio
vacant, coërcendi tamen ac modicè, vel potiùs intra modum caſtigandi
ius habent, ſeu mulcta, ſeu verberibus, ſeu carcere, prout legibus ac inſti-
tutis cuiuſque collegij cauetur. Nam lege[7] Aquilia tenetur qui ſeruum
C cùm acerbius caſtigat, & Cornelia de ſiccariis qui fraude occidit, quan-
tò magis liberum hominem, & quem virtutibus ac diſciplinis informa-
re debuiſſet? Atque in eo quidem Lacedæmonij grauiter peccabant,
quòd in ara Dianæ pueros æquè ac puberes, tanta verberum atrocitate
cædebant, vt interdum animam[8] efflarent, quia ne gemitus quidem aut
ſuſpiria ducere licebat: ne cæſi molliùs ſe geſſiſſe viderentur. Ac tametſi
Fridericus[9] II. Imperator, Academiarum rectoribus iuriſdictionem in
homines de ſchola dederit, ac gymnaſiarchę in ſuos habeant, vti ſemper
more maiorum habuerunt, verberum coërtionem, id tamen pertinet ad
leuiora peccata: non ad eam, quam magiſtratus in priuatos habent, iu-
riſdictionem, vt plerique[1] opinantur. Nec verò Imperator Germano-
D rum, aut Pontifex Romanus eam poteſtatem, prę terquam in ſuos, prin-
cipibus collegiorum, aut collegiis ipſis tribuere poſſunt. Gregorius qui-
dem XI. Romanorum Pontifex, eo reſcripto, quo quidem Vrbani V. &
Innocentij VI. reſcripto Pariſiorum Academiæ renouauit, illud vno ca-
pite excepit, vt ſi ſcholaſticus homo ſcelus admiſerit, Pontificis Pariſio-
rum ſit cognitio, altero capite pro debito quenquam necti prohibuit.
Sed noſtri Reges ac magiſtratus Pontificiis legibus ſe non teneri ſæpe
declarauerunt. Attamen collegia quæ religionis cauſa conſtituta ſunt,
grauioribus legibus & pœnis aliquanto atrocioribus, quàm cætera obli-
gantur. Ac propterea[2] patria poteſtate ſoluti ſunt, qui ſeſe deuouerunt,
tametſi ab ea ſententia plerique[3] diſcrepant: ego verò ſi quid ſentiam
exquiratur, ſic ſtatuo patrię poteſtatis vim ac decus deuotionibus filio-
rum minui non poſſe, cùm natura legum humanarum norma ſit, lex

6 Dio in Adriano.

7 l.5.§.vlt. ad l. Aquil.l. itẽ quęritur.§.itẽ locati.l.1.de emenda.C.

8 Plutar. in Lycurgo.

9 auth.habita.ne filius pro patre.C.

1 Bald. Salic.Caſtrenſ.Bart.

2 Accur.in l.ſi ex cauſa §. Papin.de minor. ſequitur. Bart.Bal.& Alex. ad Bart.Ludouic. Bologuin. in authent.ingreſſi.de ſacroſanct.C. Albert.ibi.nu.12.ait opinionẽ eſſe doctorũ. & Archid. in can.nõ dicatis. 12.q.1.& glo:quã ſequũtur Panor. & Fel.Guid.Pap. ſingul.26.Bart.& Cune. in l. patre furioſo de iis qui ſunt ſui. Dinus in l.ergo.de acquir. rer.do. Boer. deciſ.121. Alex.in l. ſub cõditione.de liberis.& poſthu.

3 Bal.incõſtanter in l.vlt.§.1.de bo. quæ lib.c.And.in c.vlt de iudic.lib. 6.arg.l.vlt.§.ſi autẽ. de bonis quæ liberis.C.Spec.in titu. de ſtatu monarch.ver 12.Iac. Butrig.in authẽt. ſi qua mulier. & ibi Bal.de ſacroſ. C.Angel.in l.ſub condit. de lib. & poſthu.

autem naturæ liberos parentum obſequiis arctiſſimo vinculo conſtrinxit, qua ſeipſos eripere ac liberare non aliter poſſunt, quàm emancipatione legitima, aut ſi parentes reticentia quadam, votis liberorum conceptis, quibus obſiſtere poterant, acquieuiſſe videantur, quæ tamen aſſentio liberos à cultu parentum non excuſat, tametſi liberi deuoti collegiorum [4] filij, quibus [5] etiam collegia hæreditario iure ſuccedebant, ſeruili conditione cenſeantur. Ob eam rem interpretes iuris Pontificij religionibus collegiorum deuotos ab omni Pontificum coërtione liberos eſſe tradunt, idque rebus in curia Pariſiorum [7] ſæpe iudicatis confirmatum memini. Quare qui monaſterium vitæ genus profitentur, de iis quæ ante concepta vota geſſerunt [8] accuſari non poſſunt, quod quidem B
interpretandum eſt de peccatis leuioribus, ne religionis ſpecie ſcelerum ac flagitiorum impunitas ac latebræ quærantur, ſed ne ſequatur impunitas magiſtratuum eſt prouidere, & lege diuina iubente ſiccarios ab altaribus ſacris auellere ac trucidare, vt nõ ita pridem apud Toloſates è monaſterio ad extremum ſuplicium duo Deauratæ [9] monachi, contumelioſiſſimè tracti ſunt, quòd monaſterij principem, cuius coërtionem ferre non poterant, crudeliſſimè occidiſſent. Ita quoque nihil prohibet Abbatem in ius à monachis [1] vocari, non tantùm ſi de priuato, ſed etiam ſi de publico iudicio quæratur, quinetiam ab eius ſententia liberam prouocationem habere ſæpe iudicauit curia Pariſiorum, idque fieri poſſe non impetrata venia teſtis eſt Nicolaus Abbas Panormitanus, ac rebus C
iudicatis decreuit curia Burdegalenſis [2]. Quòd ſi collega decreto collegij mulcta grauiore puniatur, aut à collegio arceatur, iudicis ordinarij cognitio erit. Tametſi veteri iure collegam decreto collegarum à collegio prohiberi potuiſſe docet M. Tullius [3] his verbis, Mercuriales & Capitolini M. Furium hominẽ nequam equitem Romanũ de collegio eiecerunt, & Plutarchus [4] Lacedæmonios ſcribit collegã de cætu collegarum deturbari potuiſſe, quod quidem Nicolaus Panormitanus etiam in collegiis, quæ religionum cauſa conſtituta ſunt, licere [5] ſcribit: aut priuare fructibus & commodis collegarum, non tamen verberibus cædere, aut vinculis conſtringere, aut atrociore pœna coërcere, vt quidem Pariſiorum [6] curia ſæpe iudicauit. Sed quæri poteſt an collegij decreto caueri poſſit, ne quis collegarum alibi, quàm apud collegium, ſi lis eſt cum D
collega, iudicium conſtitui patiatur: & ſi quidem ita decretum ſit an qui legi non paruit, ſed collegam in ius vocauit pœna decreto comprehenſa teneatur: Sceuola [7] decretũ valere, ac pœnam cõmiſſam peti poſſe ſtatuit. Ego verò, ſi de crimine publicóve iudicio quæratur, decreto locum non [8] eſſe iudico: at ne in priuatis quidem iudiciis, niſi omnium collegarum aſſentione decretum illud factum ſit, perinde vt in receptis arbitriis, nemo qui noluit obligatur: nam in omnibus collegiis & corporibus, atque adeò in omni cætu ac ſocietate ſi quid ad omnes ſeorſum à communione pertinet, id ſingulorum [9] aſſenſione ac voluntate fiat oportet:

4 Alexã. in l. ſub cõdi. de liberis & poſthu.
5 Bart. in auth. ſi qua mulier. de ſacroſa. Bal. in l. cũ adoptiuus. de adopt. Angel. Bar. Paul. Alexan. in l. ſub cõditione & in l. apud hoſtes. de ſuis & legit. C. Caſtréſ. cõſil. 293. lib. 1. Aucaran. in c. de cætero. de teſtib. Stepha. Bertrãd. cõſ. 66. lib. 3. cõſi. 116. eod. lib. Iaſ. in l. qui ſe. vnde lib. C.
6 Bald. in l. 1. nu. 42. qui admitti. C. Innocent. in c. cũ olim nu. 4. de. priuil. Iaſo. in l. 1. nu. 42. de vulgari. & in l. cũ fundus §. 1. nu. 17. ſi certũ. Ludo. Roman. in l. qui heres. §. neque de acquir. hæred.
7 Felin. & Panor. in cap. paſtoralis. de offic. ordin.
7 an. 1427. Febr. 27. ex text. in c. ea quæ c. ſingulis de ſtatu regul. deciſ. capel. Tholoſan. 309. Guid. Pap. deciſ. Delphin. 59.
8 cap. admonere. 25. q. 2. can. ſcripturæ. de voto. Bart. in auth. ingreſſi. nu. 34. Panor. in cap. cũ in eccleſiarũ de offi. ordin.
9 anno. 1560. menſe Iunio.
1 Arg. l. 1. de precib. imperat. offert. C. Innocent. in cap. inſinuãte. qui clerici vel vouẽt. c. monachi. de ſtatu monach.
2 anno 1544. Decemb. 15.
3 ad Q. fratrẽ. lib. 2. epiſt. 7.
4 in Lycurgo.
5 in cap. cũ cõtingat. col. 9. de foro cõpetenti. & prag. de cõcub. §. quod ſi gloſ. in verbo pertinet. not. in c. quãto. de offi. ordinar.
6 anno 1514. Oct. 15. & 1391.
7 l. vlt. de decretis ab ordine. rum præd. & §.
8 l. non diſtinguemus §. Iulianus de receptis. arb.
9 cap. delecta. de exceſſibus prælatorum. l. per fundum ruſtico- religioſum, de rerum diuiſio.

ſin ea

ſin ea res vniuerſorum ſit, maximam omniũ partem cõſenſum præbuiſſe ſatis eſt, dum nihil fiat contra leges[1] eius qui collegij creator eſt, quaſque princeps Imperio ſuo valere iuſſit: licet igitur collegio ac vniuerſitati ſaluis legibus, ad eum quem dixi modum, decreta facere, quæ omnes collegas ſeorſum, ac minorem collegarum partem collectim teneant[2], dum tamen duæ collegij partes decreto conſentiant: maiorem verò omnium collegarum partem collectim obligare nõ poſſunt, multò minùs vniuerſos: vtì nec princeps[3] ſuis legibus, nec teſtator[4] teſtamẽto, nec priuati ſuis pactis, à quibus communi cõſenſu diſcedere[5] poſſunt, nec quicquam eſt tam rationi ac naturæ cõſentaneum, quàm quo quic- B que modo fiat, eodem diſſolui[6]. Sed dubitari poſſit, an quæ omnium conſenſione ac voluntate pro collegio decreta ſunt, maxima pars omnium, aut etiam collegij duæ partes antiquare poſſint? ego, ſi de iure vniuerſorũ quęratur, poſſe non dubito[7], ſin de iure ſingulorum ſeorſum agatur ſingulos aſſentiri oportere. Quamobrem ſi Reipublicæ conuentus ex omnibus ciuibus cogantur, & in tres ordines diſtribuantur, nihil à duobus ordinibus decerni poteſt, quo vni ex tribus incommodum inferatur, ſi res ad ſingulos ordines ſeorſũ pertinet. Qua quidem ratione duos Francornm ordines vt ſententiam mutarent perfeci. Nam cùm eſſem prouinciæ Veromanduorum legatus Blæſas miſſus, quo Henrichus III. Rex vniuerſæ Galliæ conuentus habebat[8], quæſtio grauis eſt C inter ordines oborta, an æquius melius eſſet rogationes populi coram principe diiudicari à triginta ſex viris, quos ordines ſinguli ſuffragio creaſſent, quàm ab ipſo principe ac Senatu. Iam ordo ſacer ac nobilitas non ſolùm ita decreuerant, ſed etiam magnam noſtrorum partem ereptis ſeorſum ſuffragiis & maxima præmiorũ propoſita ſpe in ſuam ſententiam pertraxerant. Ego ambitioſorum hominum conſilia ſubodoratus, amplius deliberandum eſſe reſpondi. Id enim agebatur, vt quæ ab vniuerſis non potuerant, à pauciſſimis populi nomine extorquerentur. Ergo re maturiùs agitata ſine mandato ſingulari, à nobis id fieri poſſe negaui: nec ſi mandatum à populo haberemus, ſine maxima totius Reipublicæ pernicie fieri poſſe docui: & in meam ſententiam collegas per- D traxi, qui hanc prouinciam mihi dederunt, vt cæteros quoque ordines à propoſita ſuſceptáque ſententia dimouerem: ſed cùm Archiepiſcopus Lugdunẽſis ſacri collegij princeps, acerrimè obſiſteret, ego more maiorum, & exemplis eorum quæ in comitijs Aureliorum geſta fuerant, legibúſque Imperij, ac moribus Hiſpanorum, & Anglorũ, æquè ac Francorum docui nihil à duobus ordinibus, quo vni ex tribus præiudicium crearetur, ſtatui poſſe: deinde rationibus & argumentis propoſitis cur id perniciosum videretur, perfeci vt cæteri ordines ſententiam mutarent, quam tamen ſi non mutaſſent nihil quod ſtabile ac firmum eſſet, noſtro collegio diſſentiente decernere potuiſſent. Princeps re intellecta me ordines arbitrio meo moderari dixit, ídque coram Ruzæo Andium Pontifice, dolorem quem ex eo cæperat diſſimulante. At ſi res ea quæ in deliberationem cadit, collegas ſingulos ſeorſum à communitate non

1 l. vlt. de collegiis.
2 l. 3. & quod cuiuſque vniuerſit.
3 l. princeps. de legib. l. à ait. §. nulla. de verbor. obligat.
4 l. ſi quis in princip. de legat 3.
5 l. ab emptione de pactis.
6 l. nihil tam naturale. de regul.
7 Innocẽt. in cap. humilius. de maioritate & obediẽt. Ludo. Rom. in tit. de arbitris. col. 15.
8 anno 1577. Nouembri.

afficit, ſed vniuerſos tantùm, dè ea decerni poteſt à maxima collegarum parte, id quod ab vniuerſis & ſingulis antea decretum fuerit cæteris diſſentientibus abrogari poſſit, etiam ſi exceptum eſſet, ne decretum aliter antiquaretur, quàm ſi omnes id probarent: quia ſemper maximam partem omnium in eo genere præponderare oportet, vt qui numero, iidem ſuffragio vincant, ſaluis, vt ſæpe dixi, ac dicendum ſæpius eſt, Reipublicæ legibus, & collegij cuiúſque inſtitutis. Quamobrem fallunt[9] qui putant id à potiſſima collegij parte antiquari non poſſe, quod omnium collegarum conſenſione decretum eſt, quod quidem ſi probabile ſit, illud quoque probandum erit, vnum ſcilicet collegarum omnium voluntates ac decreta prohibere poſſe, cuius ſeorſum à cæteris nihil interſit. Iam B
verò lege [1] quæ de collegiis & corporibus lata eſt, cauetur, vt quod maior pars decreuerit, ſingulos teneat, maiorem verò partem terminarunt, cùm duæ[2] partes ad ſummũ, cæteris ſiue præſentibus, ſiue etiam abſentibus, ſimul conſpirant: neque enim adeſſe omnes oportet, vt decreta rata ſint, dum tamen omnes vna cogantur. In iis verò quæ pondus habent ac momentum, non ſatis eſt omnes vocari, ſed etiam duas ad ſummum partes adeſſe, tametſi non omnes conſentiant, niſi lege caueatur duas partes in eadem ſuffragia conſentire oportere, quod iudiciariis legibus Ludouici XII. regis Francorum cauetur, vt iudicum duæ partes, non tamen pauciores, in maioribus curiis priuatum iudicium terminare poſſint, nam in publicis pares ſententiæ reum liberant, qui tamen damna- C
tur, ſi vel vnius ſuffragio maior pars vincat minorem, Sic etiam Gregorij X. Pontificis Romani decreto, duas collegij Cardinalium partes ferat oportet, qui Romanus Pontifex futurus ſit. Interdum etiam neceſſe eſt omnes collegas vnum & idem ſentire, vt lege Tribunitia decem Tribunoſplebis eadem ſentire oportuit, aut apertè diſſentire neminem, vt Tribunorum decretum ratum eſſet: tunc decreto hæc verba inſerebantur, PRO COLLEGIO, qua de re ſuperiùs dictum eſt. Si nulla lege id caueatur, maior pars ſuffragio potior erit, ſed eum quem diximus collegarum conſenſum in ipſo collegio fieri neceſſe eſt: alioqui[4] nihil proficit collegas omnes ſeorſum conſentire etiam apud acta, nec verò ſibi vllum incommodum eiuſmodi conſenſu creare poſſunt: neque enim pro colle- D
gio[5] fit, quod collegæ ſeorſum faciunt. Plus ergo poterũt duæ partes collegarum coactæ ſimul, quàm omnes collegæ ſeorſum conſentientes. Hic tamen quæritur, Ecquis collegas conuocabit? plerique[6] putant ſeniorem id ſuo iure facturum, ſed quoniam imperium recuſantibus, nec mulctam irrogare, nec eos coërcere poteſt, inanis vocatio futura eſt, niſi ſponte pareant collegæ. Quare nec Senatus toto Cæſaris Conſulatu haberi potuit, Cæſare maiore magiſtratu vetante, vt ſuperiùs dictum eſt. Aliorum[7] alia ſententia eſt, vt ſcilicet duæ collegarũ partes cæteros pro iure ſuæ poteſtatis cogant, ſed quis duas partes collegarum vocare poſſit, omittunt: quanquam ſatis eſt duas partes ad decernendum[8] adeſſe. More tamen à maioribus accepto, qui ætate ſuperiores ſunt, cæteros elicere ſolent miniſterio ſeruorum, aut campanæ ſonitu, vel tuba, more

Græcis

9 Panor. ita ſentit in cap. cõſtitutus. de appel. glo. in cap. ſi cui de elect. lib. 6.

1 l. quod maior ad municipalẽ l. 3. l. nominatim de decurio C. l. vbi de tutor. l. 3. de decretis.

2 l. 3. l. 4. l. item quod cuiuſq; vniuerſ. Bart. Angel. Caſtrẽſ. ibid. Anto. Panor. in cap. paſtoralis de reſcrip. §. & l. 2. de prædiis curialiũ.

3 c. ſi ad ea. de cõceſ. preb. c. 1. quod ſicut. de electio. Panor. in capit. bonæ. eod Felin. in cap. cum omnes. de conſtitut.

4 l 2. C. Panor. Felin. Anton. Butr. in cap. cùm omnes de conſtit.

5 Accurſ. in l. ſicut. quod cuiuſq; vniuerſit. Bart. in l. aut facta. de pœnis. Panor. in cap. gratũ. de poſtul. prælat.

6 Innocẽt. in cap. 1. de maiorit. Panor. Imol. Butrio in cap. cũ nobis olim de elect. Bar. in l. 1. de albo ſcribendo Panor. in cap. quæſiuit. de iis quæ fiũt à maiore parte. Bal. in l. 1. de fide inſtru. & in l. obſeruare. de decurio. C. Ludo. Roman. in l. ſi verò §. de viro. fallẽt 34. ſoluto matri. Cardinalis in cap. licet de elect. Imol. in cap. cũ omnes de cõſtit. & in l. 1. §. fuit quæſitum ad Trebel. Bald. in c. 1 col. 6. de iudic. Tiraquel. in tractatu. primigen. nu. 116. & 117.

7 Panor. ſui oblitus in cap. cũ omnes de conſtit.

8 l. 3. & 4. quod cuiuſque vniuerſitat.

Græcis quondam ac Romanis vſitato: quum magiſtratuum edicta Cornicularius σαλπιγγι, deinde clara voce promulgaret: edictum autem in ſingulos ciues conceptũ erat, quia vniuerſis imperari nõ poterat. Qui non paruiſſet edicto, hũc magiſtratus pignoribus captis, interdum etiam ruina domus cogebat: vt M. Antonius Conſul Ciceronem niſi in Senatum vocatus veniret domum eius euerſurum ſe minatus eſt. Res igitur difficultate caret, ſi is qui collegas vocat imperium habet. Sed ſi collegium à magiſtratu deſeritur, aut magiſtratu non vacat, ſed collegas vocari nolit, debet is, cuius intereſt magiſtratus[9] Imperio ac poteſtate id efficere, eóque iure vtimur. Poteſt tamen maior pars collegarum ſimul ſinguB los, niſi vocati adſint recepto vocandi more, fructuum & commodorum parte mulctare, dum tamen id moderatè fiat, ſi decretum fuerit. Tametſi enim collegiis omnibus & corporibus licet decreta, ſaluis rei cuiuſque publicæ legibus ac ſtatutis, & quantacunque pœna pecuniaria plectere, vt iuris vtriuſque[1] interpretes ſentiunt: id tamen vſu receptum eſt, vt in eo genere grauiter mulctare non liceat. Abſurdum eſt autem leges aut decreta facere nulla ſubiecta pœna, cuiuſmodi decreta fieri à collegio poſſe tradunt[2], niſi is qui legem iubet peccantes arbitratu ſuo punire poſſit. Quod autem diximus vniuerſitatem aut collegium legitimum decreta ſaluis legibus facere poſſe, etiam eò pertinet, ne in deliberationem collegij veniant ea, de quibus non modò decernendi, ſed eC tiam deliberandi poteſtas legibus eſt adempta, ne pœna committatur quæ aduerſus illicita[3] collegia decerni conſueuit: ſed de rebus tantùm ad collegium[4] pertinentibus deliberare fas eſt. Atque hæc de iure ac poteſtate collegiorum & corporum, nunc de ratione pœnarum ab iis exigendarum dicamus. Quanquam vbi nihil peccatur, ibi nulla pœna exiſtit, at neque collegium, neque vniuerſitas peccare poteſt, immo ne cõſentire[5] quidem, aut dolo malo[6] quid agere: ac propterea nulla doli mali actio eſſe poteſt aduerſus collegium, aut vniuerſitatem, etiam ſi collegæ omnes, aut ſinguli ciues eiuſdem ciuitatis, aut Reipublicæ totius ordines ſeorſum ac ſingulatim conſenſum præbuerint, quod tamen fieri non poteſt, quia nec impuberum, nec furioſorum vllus eſt conſenſus: ſed D quoniam ea quæ à maiore parte collegarum aut corporum, aut ciuitatis acta, geſta fuerunt, ab omnibus geri videntur, idcirco de collegiis & corporibus pœnæ ſumuntur, ius coëundi eripitur, beneficia adimuntur, mulctæ indicuntur, ſi modò peccatum eſt collegis omnibus, aut potiſſima collegarum, aut etiam ciuium parte, concionis aut cætus habendi cauſa ſimul collecta, vt quidem iudicauit curia Pariſiorũ[7]. Quòd ſi pœnę grauiores verberum, aut cruciatus, aut capitis exigendæ ſint, ab ijs tantùm exigi oportet, qui ſceleris participes & conſcij fuerunt[8]: cùm etiam in priuatis delictis, quæ à pluribus peccantur, ea tantùm actione in ſingulos & in ſolidum vindicantur, ita vt vnius ſolutione cæteri liberentur: ſi tamen vnus aliorum conſpiratione & conſenſu peccauit, omnes tenentur in ſolidum, nec vnius ſolutione[9] cæteri liberantur. Hic verò abſurdum videri poſſit, magnam collegarum aut ciuium eiuſdem vniuer-

ff

9 gloſ. in cap. ſi capitulo de conceſ. præbendæ.

1 l. vlt. de colleg. l. vlt. de decretis ab ordine. Panor. in cap. cũ omnes de conſtit. & in c. nuper de decimis. Bal. in d. cap. cum omnes.

2 Panor. in cap. quæ in eccleſiarũ de cõſt. Angel. cõſi. 267. Bar. in l. omnes populi in §. an hoc. & 24. q. 2. Innocẽt. in cap. cũ acceſſiſſent. de cõſtit Io. Andr. in cap. cũ omnes. de cõſtit. Acaran. in c. licet. cauſam, de probat.

3 l. ſub prætextu. de extraord. crimin. l. ſemper. §. quibuſdã de iure Immunitatis Bart ibid.

4 Accurſ. in l. 2. quæ. ſit lõga cõſuetudo.

5 l. 3 § 1. de acquirenda poſſ. l 1. de libert. vniuerſitatis

6 l. ſed ex dolo. § 1. de dolo. Innocẽt. in cap. graue de ſentent. excõmunic. Angel. & Caſtrenſ. in d. § 1.

*Quis modus in pœnis collegiorũ & corporum exigendis eſſe debeat.*

7 pro ciuitate Corbilionẽſi ex l. ſẽper. §. 2. quod vi. l. aliud. de regul.

8 l. aut facta. de pœni. & ibi Bar. & Panor. in cap. gratũ. de poſtul. prælat. l ſemper. § 2. quod vi.

9 d. l. ſemper. § 2. quod vi

ſitatis partem innoxiam cenſeri, ac nihilominus vniuerſos mulctari,
Quid facias? cùm etiam in decimandis legionibus fortiſſimus quiſque
ſortiatur [1], ac pro ignauiſſimo puniatur: eo quidem argumento vſus eſt
Caſſius Senator, cùm Senatuſconſultum Sillanianum perſuaderi Sena-
tui vellet, & ſeruos quadringentos innocentes, ob vnius qui latebat cul-
pam, capitis damnari. Omne, inquit, magnum exemplum habet aliquid
ex iniquo, quod publica vtilitate compenſatur. Non videtur tamen, di-
cet aliquis, ex abſurdis abſurdum iure concludi. Ego verò nihil iuſtius
aut meliùs fieri poſſe puto, quàm pluribus propoſitis incommodis gra-
uiſſima quæque declinare: eóque magis ſi de ſceleribus quæratur, quæ
inulta eſſe non oportet. Nam ſi à pluribus quiſquam cæſus, aut violatus B
ſit [2], omnes inſolidum tenentur, tametſi vnius ictu occiſus ſit: quod ſi ap-
paret quis occiderit, ac ſine coniuratione aliorum id factum ſit, ſolus ille
tenetur: ſi non apparet cuius ictu perierit, nec coniurati fuerint, omnes
quidem à pœna corporis liberantur [3], pecunia tamen mulctantur. Nihil
autem ad verum & iuſtum eliciendum efficaciùs eſt quàm quod admit-
titur, vt abſurdiora & iniuſtiora declinare poſſimus: nā ſi plures trabem
alienam extulerunt, nemo furti tenetur, ſi verborum ſubtilitati hærea-
mus. Hîc non agitur de oppidorum & vrbium direptione, de ciuium in-
ternecione, quæ ab hoſtibus inferuntur, in quibus quo quiſque ferè in-
nocentiùs ſe geſſit, eò patitur acerbiora, ſed quid princeps in ſuos à ſe de-
ficientes ſtatuere debeat quæritur. Romani quidem vt cæteras gentes æ- C
quitate ac iuſtitia ſuperarint, non tamen ſemper eam quam diximus iu-
ris & æquitatis diſciplinam ſecuti videntur: ſed interdum ciuitates ac ci-
ues non modò vniuerſos, verum etiam ſingulos plectere non dubitarūt,
acerbiùs tamen in autores, quàm in cæteros animaduertendum eſſe pu-
tarunt: argumento ſit illud, Valerius Leninus, inquit Liuius [4], Agrin-
gento capto, qui capita rerum erant virgis cæſos ſecuri percuſſit, cæteros
prædámque vendidit. Idem alibi, Quoniam, inquit, defectionis autores
meritas pœnas à diis immortalibus, & à vobis habent P.C. quid placet de
innoxia multitudine fieri? tandem ignotum eſt illis, & ciuitas data. Con-
ſul verò Fuluius, cùm Capuam quæ à Romanis defecerat, diuturna ob-
ſidione expugnauiſſet, octoginta ſenatores pręter xxvii. qui venenum D
hauſerant ſecuri percuſſit, trecentos præcipuæ nobilitatis carcerum vin-
culis ac diuturno ſqualiore necauit: cæteri ciues quaſi ſeruitia ſub haſta
venierunt. Atella Calatiaque in deditionem acceptæ, ibi quoque in eos
qui capita rerum erant animaduerſum. Alter Conſul Appius ipſo colle-
ga ſeuerior etiam de ſociis coniuratis quærendum cenſebat: ſed Fuluius
vetuit, ne Campanorum perfidia falſo delati ſocij ad defectionem pro-
uocarentur. Ex quibus perſpicuum fit, qua ſeueritate Romani coniura-
tos ac rebelles puniendos cenſuerint, quandiu ſtetit Imperium popula-
re. Imperatores verò Romani, partim venia & commiſeratione, par-
tim acerbitate ſupliciorum crudelitatem inauditam exercuerunt. Egre-
gium & immortali gloria dignum Aureliani Auguſti factum, qui cùm
Thianam vrbem obſideret, iuratus ne canem quidem militares gladios
euaſu-

1 ſic Tacitus ſcribit lib. 14.

2 l. vulgaris §. penul. de furtis. l. ſi plures de Iniuriis l. ita vulneratus. ad l. Aquil.

3 l. itē mela. §. ſi plures. eod. cap. ſacris. de ſepulturis.

4 lib. 25.

euaſurum, ſi vrbem expugnaret: Vrbe capta, cùm ad crudelitatem illum improbi exacuerent, canes ad vnum [5] mactari iuſſit. Eadem Clementia Henrichus v. Germanorum Imperator Brixiam ferro ac flamma delendam eſſe iudicio conſtituto decreuerat[6], expugnata vrbe ciuibus pepercit, ne plebs innoxia, improborum pœnam lueret: atque in eo Dei optimi maximi bonitatem ſecuti ſunt, qui non modò bonos cum improbis perire noluit, verumetiam ciuitatibus ac ſceleratorum hominum peccatis, propter aliquot egregiæ virtutis ciues parcendum eſſe iudicauit[6]. At verò Antoninus Caracalla vt contumeliam ſibi ab Alexandrinorum plebe illatam vlciſceretur, quòd in illum dicteria iacerent, præſidia mili-

B tum & cohortes Prætorianas plebi ludos ſpectanti commiſcuit, deinde data teſſera penè innumerabiles promiſcuæ multitudinis ciues Alexandrinos, vtì quiſque obuius fuiſſet, trucidari iuſſit: id quod antea Hieroſolymis quoque exequi mandarat. In vrbe verò Theſſalonica Theodoſius magnus ſeptem circiter ciuium millia occidi mandauit, vt quæſtorum ac magiſtratuum aliquot cæſorum mortem vlciſceretur. Non tanta crudelitate quidem, ſed grauiore contumelia Xerxes Rex Perſarum, qui vrbis, quæ poſtea ab euentu Rhinocura dici cæpit, ciuibus omnibus nares amputari iuſſit. Omnium tamen crudelitates Sylla ſuperauit, qui præter ſexaginta ciuium Romanorum à ſe occiſorum millia, etiam vrbis Præneſte ciues omnes ſuplicio affecit præter hoſpitem, qui

C cum cæteris mori maluit, quàm patriæ ſuæ certiſſimo parricidæ vitam acceptam ferre. Eadem crudelitate in Abydenos vſus Philippus II. Rex Macedonum Romanis ſeruire ac tributa pendere coactus eſt. Sunt tamen ac fuerunt ſeculis omnibus plerique qui fortiter mortem oppetere, quàm ſeruire maluerunt. Ac maiorum noſtrorum ætate Piſani cùm Florentinorum imperia, tametſi iuſta ferre non poſſent, ab iiſdem defecerunt, Carolo VIII. Rege Francorum fauente, deinde Borgiæ impuriſſimi Pontificis Romani ſpurio ſeipſos dediderunt, qui cùm eos deſeruiſſet, primo Genuenſium, poſt etiam Venetorum nec quicquam patrocinium appetiuerunt, poſtremò diuturna obſidione fracti in Florentinorum poteſtatem redierunt: à quibus tamen ſumma facilitate ac leni-

D tate veniam conſecuti ſunt. At Ludouicus Niuernenſium & Flandriæ comes, cùm Gandanos diutiſſimè obſeſſos fame ac inopia ad deditionem compuliſſet, acerbiſſimas ac libero populo minimè dignas conditiones propoſuit, vt ſcilicet omnes laqueo in collum inſerto ex vrbe ſuplices ad ſe venirent, poſtea decreturum ſe quid agendum foret. Quæ conditiones populum in tantam animi deſperationem adduxerant, vt quinque circiter ciuium millibus armatis ex vrbe prodeuntibus, comitis exercitus quadraginta millium hominum fuſus ſit ac poſtratus: parta victoria cæteras Flandriæ vrbes præter Audenardam ſui Imperij finibus adiecerunt. Comes ipſe fuga dilapſus Imperium vna cum dignitate turpiter amiſit. Tanta clade illata Gandani multò quàm antea arrogantiores principum ſuorum nunquam deinceps imperia ſponte pertulerunt. Tum enim, intellectum eſt, nullos deſperatis ciuibus in principem fero-

[5] Vopiſcus in Aurelia.

[6] Bart. in l. aut facta de pœnis

[6] vt de Sodoma.

tiores hoſtes reperiri, nec vllum bellum iuſtius videri quàm quod neceſſarium ſit. Neceſſarium fuiſſe planum eſt cùm deditioni turpiſſimæ mors immineret omnium crudeliſſima & morte ipſa contumelia grauior ferenda: vt illa ętate libido principibus inceſſerat crudelitatem contumelia cumulare: nã Fredericus II. Imperator Germanorum, vt acceptam ab vxore Mediolani cũ ſummo dedecore iniuriã vlciſceretur, vrbem obſedit, expugnauit, diripuit, cædes ſtupris, ſtupra cædibus miſcuit, principes ſupliciis omnibus ſubiecit, domos ac mœnia ſolo æquauit, cæteros qui furorem militum euaſerant, contumelia morte grauiori affecit. Dagobertus etiam Rex Francorum atrocius, qui poſteaquam Pictanum ferro flammáque deleuiſſet, quòd ſuis opibus hoſtem fouerent, ſolum execratione ſempiterna exarari iuſſit, ac ſale ſterilitatem cieri: ex quo ſalſi Pictones etiamnum appellantur. Grauiter igitur peccant vtrique & qui ſubditorum defectionem inultam eſſe patiuntur, & qui crudelitatem ac libidinem in fractos ciues & ſæpe innoxios explere pulchrum putant. Sed laudabile ſit in plectendis ciuibus ſupliciorum acerbitatem lenitate temperare: eóque temperamento Rempublicam ſeruare: imitãtem Carolum Ludouici IX. regis fratrem, qui poſtea regnum Neapolitanum adeptus eſt: is enim accepto imperio à rege vt in Monſpelianes, qui regios quæſtores ac magiſtratus occiderant, animaduerteret, arces quidem vrbis ac mœnia ſolo exæquauit, ciuitati iura collegiorum & corporum eripuit, campanas ſuſtulit, ciues centum ac viginti aureorum millibus mulctauit. Sunt qui putant ſexcentos ſorte ductos ad ſuplicia tractos fuiſſe, quorum tertia pars incendio, totidem ſuſpendio, cæteri aquis perierint. Ita quidem iudicatum ac decretum fuerat ad terrorem, ſed princeps optimus innoxios exemit, cùm cædes illa magiſtratuum nullo ſuſcepto conſilio, vel ciuium concione conuocata temeritate ac licentia plebis contigiſſet. Eadem lenitate Carolus VI. rex Francorum Pariſios rebellantes pœnitus exarmauit, ac autoribus ſuplicio affectis ciuium vniuerſitatem graui mulcta coërcuit. Demus tamen ciues omnes ſuſcepto conſilio, re deliberata, ac populi totius ſuffragiis & conſpirantibus ſingulorum animis defeciſſe, nouum ſibi principem creauiſſe, ac ſcelus contumelia cumulauiſſe: non eſt tamen Principis, non dicam optimi, ſed ne prudentis quidem de omnibus pœnas quas poſſit exigere, ne ſempiternam ſuæ exiſtimationi ac famæ, qua nihil principi charius eſſe debet, contumeliam inurat: etiam ſi hoc ſaluo Reipublicæ ſtatu, quod tamen difficilimum eſt, efficere poſſit. Sapienter ergo T. Quinctius, cùm legiones ſeditioſè tumultuantes plectere ſalua Republica non poſſet, nec milites in vrbem redire tutum arbitraretur, ipſe Romam profectus rogationem ad populum tulit, Ne cui militum fraudi eſſet ſeceſſio, id ſumma Senatus populíque Romani voluntate obtinuit. Conſimili prudentia Scipio Affricanus pater ſeditionem exercitus ad Sucronem XXXV. militum ſuplicio compeſcuit. Hîc Liuius, Certabatur, inquit, vtrum in autores tantùm ſeditionis XXX. animaduerteretur, an plurium ſuplicio vindicanda defectio magis eſſet quàm ſeditio: vicit ſenten-

ſententia lenior, vt vnde orta culpa eſſet, ibi pœna conſiſteret, ad multitudinis caſtigationem ſatis eſſe. Scipio verò in oratione ad milites, Se, inquit, non ſecus quam viſcera ſecantem ſua cum gemitu & lachrimis xxx. hominum capitibus expiaſſe octo millium noxam. Ac cùm Appius Conſul, temeritate dicam an arrogantia maiore, exercitum tumultuantem coërcere conaretur, Tribuni militum ac centuriones reſtiterunt, cùm nihil periculoſius eſſe dicerent, quàm eos vi coërcere velle, in quorum obſequio ac fide Imperij tota vis conſiſteret. Ac ſi quidem nihil eſſet in pœna totius exercitus aut ciuium exigenda metuendum, id tamen in popularibus pœnis præcipuè ſpectandum, vt pœna quidem
B ad paucos, metus ad omnes perueniat, vt non minùs diſertè quàm prudenter eſt à Marco Tullio dictum. At ne principem quidem, ſi fieri poteſt, pœnarum iudicem, ac multò minus ſpectatorem eſſe oportet, ne ſuorum animos vlla pœnarum aut vltionis acerbitate exaſperet, quinetiam legatorum ſuorum ac magiſtratuum, tametſi iuſtam ac iudicibus neceſſariam ſeueritatem lenitate quadam moderari æquius erit, imitantem Antiochum magnum Aſiæ regem, qui cùm Hermeam magiſtrum militum de Seleuciæ ciuibus, qui à ſe defecerant, pœnas ſumeret: Hermeas plurimos proſcripſit ac deportauit iura collegiorum ac vniuerſitatis, cæteráque beneficia vrbi conceſſa dempſit, ac mille talentis Atticis vrbem mulctauit. Rex Antiochus exules reuocauit, ciuitati be-
C neficia reſtituit, decima ferè parte mulctæ[6] contentus. Sed exemplis noſtrorum hominum libentius vtor. Henrichus II. rex Francorum Annam Mommorentium magiſtrum militum rebellantes Aquitanos propter ſalarium vectigal, ac præcipuè Burdegalenſes caſtigare iuſſerat, ille cum iudicabus re communicata publicas ædes in quibus ciues conuenerant ſolo æquari, beneficia ab antiquis retro principibus vrbi conceſſa lacerari, defectionis autores capite plecti, exercitum omnibus ſtipendiis & commeatu ſuſtentari, ac cẽtum circiter aureorum millia fiſco dependeri iuſſit: rex abolitionem ciuitati, ac beneficia paucis quibuſdã exceptis, reſtituit, mulctam etiam, & exercitus ſtipendia indulſit. At Carolus V. Imperator Gandanorum defectiones & iniurias ſuis maioribus illatas v-
D no vltus eſt & eodem iudicio, non tam crudeliter quàm prudẽter. Cùm enim ſua edicta publicè lacerare prætorem vrbanum ciues coëgiſſent, & legatos ad Franciſcum I. regem Francorum miſiſſent, vt patrocinium vrbis reciperet: eóque recuſante cæteros ad defectionem inuitarent, Senatus Hiſpanorum vrbem ſolo æquari oportere decreuerat, ciuium bona in fiſcum cogi: Imperator tamen patriæ ac vrbi, in qua natus & educatus fuerat, pepercit: triginta defectionis autores capite puniit, iura corporum & collegiorum omnia ſuſtulit, ciuitatem agri publici parte ac beneficiis omnibus priuauit: arcem denique munitiſſimã pecunia ciuium conſtrui ac præſidio militum firmari iuſſit, ſententiam ipſius Imperatoris à Gandanis accepimus cum Franciſco Andium ac Belgarum Duci à cõſiliis eſſemus. Non ita multò poſt Franciſcus ipſe, qui Gandanorum patrocinium repudiarat, Rupellanos ob ſalarium vectigal rebellantes,

[6] Polyb. lib. 5.

orationis maieſtate perterruit, ac pecunia mulĉtauit, ſuplicio tamen affecit neminem, quinetiam integra libertatis & collegiorum iura ciuitati reliquit: teſtatus illud, non minorem ſui vindicandi occaſionem habuiſſe, quàm Carolum v. ſuas tamen laudes ciuium ſalute quàm exitio, & clemētia, quàm crudelitate cumulare maluiſſe. His exemplis propoſitis intelligitur quid de vniuerſitatis & collegiorum pœna ſtatuendum ſit: nam qui lenitatem affectant, iiſdem ciuibus iterum atque iterum rebellandi materiam præbent, quod præcipuè in republica principi cauendum eſt. Nemo prudentius Carolo v. in eo genere ſe geſſiſſe videtur. Idem tamen qui ſeuerus in Gaudanos extitiſſe videtur, ſumma lenitate in omnes ordines Hiſpanorū vſus eſt, cùm non modò ab ſe defeciſſent, B verum etiam Calabriæ ducem regem creauiſſent, qui beneficium illud tam pernicioſum repudiauit. Carolus neminem ex tanta multitudine puniendum putauit: prudenter ille quidem, quippe vniuerſa Reipublicę membra ſecare oportuiſſet. Etſi enim ſalutare eſt putre membrum ad vniuerſi corporis ſalutem vrere ac ſecare: num propterea ſi omnia membra extabuerint, aut gangræna inficiantur, ſectionibus erit ac vſtionibus vtendum? vetat maximus Hippocrates deſperatis morbis inferre medicamenta: eóque minus ſi corporis potiſſima præcipuáque membra tabes inuaſit. Quamobrem vt hanc quæſtionem concludamus, ſi vniuerſitatis conſilio ac fraude peccatum eſt, res ea quæ ſit vniuerſitatis publicari debet: ſi nihil eſt quod publicari poſſit, pecuniæ mulĉta irroganda eſt, C ſed ab iis tantùm exigenda, qui conſilium opémve dederunt, cùm àb vniuerſitate id fieri non poſſit: prioris quidem ſpecies eſt in l. iubemus nullam. de ſacroſanctis. C. poſteriores in l. j. de magiſtratibus conueniēd. ff. ſi nocentes ab innoxiis diſcerni nequeāt, omnes pecunia puniendi ſunt: l. authent. de pace, iuramento, pœna verò corporea non eſt exigenda, niſi à ſingulis & vniuerſis grauiter peccatum ſit, vt in l. metum ſ. animaduertendum de eo quod metus. Nec verò vniuerſi peccare videntur ſi vexilla ſequantur, niſi vniuerſorum ac ſingulorum deliberatio antecedat: vt rectè Bart. definit in l. aut facta. de pœnis. ſed vniuerſitate mulĉtata ſceleris conſcios non eximit à pœna. His ita explicatis, quæ ad collegiorum pœnas ſpectant, reſtat vt videamus an collegiis, & corporibus D Reſpublica vacare poſſit. Illud initio poſuimus, homines hominum ſocietatis appetentes vbique eſſe ac ſemper fuiſſe, paulatímque ex familiari ac naturali ſocietate in collegium, in corpus, in vniuerſitatem, in ciuitatem denique coaluiſſe, & hæc quæ videmus Imperia conſtituiſſe: quæ amicitia imprimis, ac mutua hominum inter ipſos charitate ac iuſtitia niti videmus, quæ ipſa ſine ſocietatibus ſtare nullo modo potuiſſent. Quamobrem qui dubitat vtrum collegiis ac ſodalitiis Reſpublica vacare poſſit, is mihi dubitare videtur, vtrum ſine charitate & amicitia, ſine qua ne mundus quidem ipſe momento ſubſiſtat, Reſpublicæ ſtare poſſint, & cùm ſeditiones à corporibus & collegiis in Rempublicam manare vident, ea ipſa de Republica omnino tolli putant oportere. Quo errore ferè ſemper ij peccant, qui leges enumeratione ac ſelectione malorum

lorum bonis prætermiſſis accuſant iniquè. Demus enim, id quod verum eſt, è collegiis ac ſodalitiis perperam inſtitutis grauiſſimas in Rempublicam peſtes ſerpere, & côiuratos improborum hominum cœtus vrbium ac ciuitatum exitia moliri. Nam ſæpe ſodalitiorum ac religionum ſpecie, deteſtabiles ac impiæ ſuperſtitiones fouentur. Argumento ſint vetera Bacchantium ſodalitia, quæ ad religionis ſpeciem quęſita, execrabiles ac nefarias vtriuſque ſexus libidines, & crudeliſſima parricidia tandiu texerunt, quoad adytis patefactis vrbem terrarum dominam, ac Italiam totam odore teterrimo conſpurcarent. Quę certiſſimis fuerunt comperta & comprobata teſtimoniis, ac propterea perpetuo Senatuſconſulto B Bacchanalia ſublata fuêre: eodémque momento lata lex eſt, ne vſquam deinceps nocturna ſacra fieret[7]: Id quod antea Damonax Athenienſis in Græcia efficere tentarat, cùm diceret ſacrificia nocturna ſibi ſemper ſuſpecta fuiſſe. Præſtat igitur ſacra quæcunque tandem ſint in conſpicua ciuium luce fieri, quàm nocturnos cætus religionis ſpecie coïre. Qua de re Cato Cẽſor grauiſſimus teſtis, Ab nullo genere, inquit, non ſummum periculum eſt, ſi cætus & concilia, & ſecretas conſultationes eſſe ſinas. Sed eò minùs caueri poteſt, cùm falſa diuinitatis opinio flagitiis prætenditur. Quod rectiſſimè Flaminius Conſul in oratione quam habuit ad populum de tollendis Bacchanalibus, Nihil, inquit, in ſpeciem fallacius praua religione, vbi deorum numen prætenditur ſceleribus, ſubit ani- C mum timor. Hæc ille. Rara principio ſodalitia quibus latebræ quæruntur, nec priuſquam incrementum acceperint ſentiuntur, ſed ad extremum prauis humoribus vnum in locum aggeſtis, tumor erumpens vniuerſum Reipublicæ corpus labefactat. Argumento ſit quod ætate noſtra, cum multa ſeditioſorum hominum concilia ſemper extiterunt religionis ſpecie quæſita, tum verò nulla magis pernicioſa colluuies citius erupit, quàm Anabaptiſtarum, qui duce Sleidano ſartore vrbem Weſtualliæ maximam, pulſis principibus ſub Imperium ac ditionem ſuam ſubiecerunt, nec niſi valido Imperij Germanici exercitu expugnari ac profligari potuerunt. Pythagoræi moderatiùs, qui ſapientiæ ſtudia profeſſi, maximos quoſque Græciæ ac Italiæ principes, in ſui admirationem D & imitationem conuerterant, quorum opibus ac potentia freti, populares ſtatus ac tyrannides euertere vbique ſunt conati, vt optimatum ac ſapientum imperia ſtabilirent. Sed eorum conatus irritos fecerunt populares & ambitioſi homines, qui ſeditione plebeiorum excitata, conuentus Pythagoræorum ferro flammáque deleuerunt. Ex quo maximi motus in Italia & Græcia extiterunt[8]. Quamobrem prudenter Romani pontifices ac Reipublicæ Chriſtianæ principes, quum Iudæis cætus & ſynagogas, quas olim Tiberius primùm, deinde Claudius ac Domitianus vetuerãt, habere ad cultus diuinos permiſerunt[9], ſed ea lege vt ſacra publicè facerent. Id etiam Pharao rex Ægyptiorum vltione diuina perterritus Moſi permiſerat: ſed conditionem reſpuit[1] Moſes, cùm metuendum eſſe diceret, ne Iudæos peregrina & legibus improbata religione vtentes Ægyptij lapidibus obruerent. Et quidem res omnium difficillima

7 Liuius lib. 39

8 Polyb. lib. 3.

9 toto tit. de Iudęis. Caſſiodorus lib. 5. can. qui ſyncera. 45. diſtinct. cap. quinto. cap. poſt miſerabilẽ de vſuris. lib. 6. & 28. q. 1. can. ſæpe. vide cõſ. Ioan. de Lignar. nu. 19.

1 cap. 12. Exod

ſemper viſa mihi eſt, religiones peregrinas corporibus & collegiis tribuere, ſeu publicè, ſeu clam ſacra fiant: quia plebs vbique religionibus deditiſſima, ritus à publica religione diſcrepantes ferre non niſi grauatè poteſt, nec magiſtratuum imperiis, nec militari præſidio contineri, quò minùs in furorem ſæpius erumpat, non modò in tenues, verumetiam in potentiſſimos quoſque. Thomam enim Imperatorem diuorum aras ac ſtatuas euertentem, plebs irritata in ipſo Sophiæ templo mactauit. Nec ita pridem cùm Francofurdi ad Mænum quatuor religiones ciuitas admiſiſſet, Romanam inquam, Iudaicam, Lutheranam, & Helueticam, cæteras quidem longioribus interuallis & opinionum varietate magis diſſidentes pertulerunt. Heluetieam verò quæ propius aberat B à Lutherana, oborta ſeditione penitus vetuerũt[2]. Minus id metuendum in antiquiſſima religione, quæ ſuo quodãmodo iure poſſeſſionem tuetur ſuam, qualis eſt Iudæorum religio, à qua cæteræ præter διαβολολατρείαν, origines duxiſſe videntur: quam propterea Chryſoſtomus gentium matrem appellat[o]: hanc enim principes tum pagani, tum Chriſtiani, tum Iſmaëlitæ innumerabilibus ſeculis pertulerunt: eoque nòmine aurum[3] coronarium exegerunt, Imperatores Romani, vtî nunc quoque Germani, qui Imperatrici vectigal illud cõcedere ſolent[4], vt religionis ſuæ cultu ac beneficiis quibuſdam fruantur, quæ maxima ſunt in Polonia à Cazimiro[5] magno rege Poloniæ conceſſa Heſteris cuiuſdam Iſraëlitidis fœminæ, qualia fuerunt olim à Rege Perſarum huic genti[6] in gratiam C alterius Heſteris tributa. Facit igitur religionis illius antiquiſſima vetuſtas ac ſumma Iudæorum inopia, quibus nuſquam terrarum prædia poſſidere licet, quo minus pro ſua religione, próque libertate propugnare poſſint. Sed ſi tantus fuerit principum ac populorum in noua religione conſenſus, vt ſine Reipublicæ exitio prohiberi non poſſit, ſapientiſſimi quique Rerum publicarum moderatores in eo genere gubernatorem imitantur, qui cùm eò quò cupiat pergere non poſſit, eò quò poteſt curſum dirigit, ac ſæpe velificatione mutata, procellis ac tempeſtatibus obtemperat, ne ſi portum tenere velit, naufragium patiatur, ferenda igitur ea religio eſt quam ſine Reipublicæ interitu auferre non poſſis. SALVS enim Reipublicæ extrema lex eſſe debet. Quamobrem Con- D ſtans Imperator Arrianorũ religiones & collegia pertulit, non quia tam illis quàm Reipublicæ ſaluti faueret: ac Theodoſius ipſe pater καθολικώτατος, Arrianorum religionem quam nulla vi excindere potuiſſet, ferebat: poſt etiam Leno vt omnes omnium religionum cætus inter ſe & cum Republica coniungeret, edictum ἑνοτικὸν, id eſt vnionis ac trãquillitatis promulgari iuſſit, eius etiam exemplo Anaſtaſius legem ἀμνηστίας iuſſit, concionatores moderatos amplexatus. Neque tamen dubium eſt, quin princeps ſi velit ſectam excindere poſſit, niſi Dei præpotentis ope ſuſtineatur: neque ad id efficiendum armis opus eſt, modò princeps honoribus & imperiis arcere velit, & factis potius quàm verbis ab ea religione quam extingui cupit abhorrere. Etenim humana conditio eiuſmodi eſt, vt amet ea quæ principes amplectuntur, earum verò rerum quæ mente perci-

2 anno 1562. Maiomenſe.

o tomo. 2. pag. 907.

3 l. 1. de auro coronario C.

4 Martin. de Cazar. ſect. 4. de princip.

5 In conſtit. Polonor.

6 Heſter. cap. vlt. ac penult.

percipiuntur, quò maiorem vim ad ea vetanda adhibuêre, eò minus pro-
ficias. Quid autem pernicioſius, quàm principem in ſubditos armari, &
eos quos Imperio debuerat, armis oppugnare, ac periculum ſui facere,
vinci poſſit à ſuis nécne? Quòd ſi principes qui plus ſapere videntur, dif-
ficilimè in religionum varietate ciuium concordiam tuentur, quid ſpe-
randum de iis principibus, qui rerum gerendarum vſum nullum habent?
qui ab aſſentatoribus obſidentur? qui à calumniatoribus vrgentur? qui à
furioſis impelluntur? quibus hoc vnum propoſitum eſt, vt ſeſe alio-
rum opibus & cruore expleant? Nam principio naſcentis eccleſiæ, tam
multa impudenter in Chriſtianos ſcripta ſunt, ad eorum cœtus & conci-
B lia tollenda, vt niſi extarent, incredibilia videri poſſint. Teſtis eſt Athe-
nagoras[7] orator, teſtis Tertullianus[8], teſtis Origines cōtra Celſum: quo-
rum ſcripta quædam extant, quibus intelligitur Chriſtianis obijci con-
ſueuiſſe, quòd Athei eſſent, quòd omnia tollerent numina Deorū, quòd
in ſodalitiis ac ſecretis conciliis infantes ex mutuis inceſtibus conceptos
mactarent, iíſque veſcerentur. Id quod etiamnum Epiphanius de Gno-
ſticis tradit, ſcilicet in mortario partus ex inceſtu natos, vitellis farina,
melle, & aromatis admiſtis contundere ac pinſere, placentáſque facere
conſueuiſſe, vt ex iis veſcerentur, idque ſacramentum fuiſſe corporis &
ſanguinis. Quæ calumniæ incredibiles viderentur, niſi maiorum no-
ſtrorum ætate aduerſus templarios, & non ita pridem in eos qui religio-
C nū ſectas renouarunt, conſimiles accuſationes proditæ fuiſſent: ob quas
tamen collegia Templariis in Gallia conceſſa[a], tandem Bonifacij VIII.
decreto ſublata fuerunt, ac magiſter ipſe ordinis cum magna collegarum
multitudine crudeliſſimis flammarum ſupliciis abſumptus eſſet, vt a-
grorum lati fundia accuſatoribus darentur: Sed Germani ſcriptis prodi-
derunt ſumma calumniatorum iniuria damnatos fuiſſe. Iiſdem artibus
Iudæos Gallia[9] & Hiſpania pulſos legimus, quòd pueros cruci confige-
re dicerentur, ac fontes ſanguine leproſorum labefactare: vt eorum bo-
na fiſco vindicarentur. Vt igitur quæſtionem propoſitam definiamus,
collegia Rebuſpublicis vtilia ſint nécne? nihil certè ad Imperia popularia
tuenda ac retinenda potentius ac melius cogitari potuit vnquam: ſed ad
D euertēdas tyrānides nihil collegiis accommodatius: nam quę Reſpublicę
maximè inter ſe diſſident, contrarijs legibus ac moribus nituntur: popu-
lus igitur collegiorum & conciliorum multitudine gaudet, quæ tyranni
funditus euertere conantur, quòd intelligant à ciuium amicitia & con-
ſpiratione, tyrannidi exitium impendere: at regia poteſtas & optima-
tum ſtatus nec omnia probant, nec pœnitus tollenda putāt, ſed quę Rei-
publicæ neceſſaria videntur, ea optimis legibus ac inſtitutis in officio
continent. Numa rex opt. opificum ſodalitia & φρατρίας primus conſtituit:
Tarquinius ſuperbus[1] ſuſtulit, ac populi conciones prohibuit, quinet-
tiam Senatum abolere cōſtituit, nec morte ſenatorū quemquam ſubſti-
tuendū putauit. Tarquinijs Vrbe pulſis, Senatū trecentorū patrū cōſcri-
bi placuit, & omnia collegia, conciliáque opificum ac ciuium reſtitui.
Cùm verò plebs impotētius Tribunorum ope dominaretur, ac Senatus

7 In apologia ad ad Antoninum.
8 In apologia pro Chriſtianis.

a Bar. in l. aut facta. de pœnis.

9 ſub Dagoberto, Philippo, Auguſto. Philippo Longo regibus, & ab Hiſpania ſub Ferdinando vltimo & Emanuele rege Portogalliæ.

1 Dionyſ. Halycarnaſ. lib. 6.

ſexcentos ferè optimates ac principes ciuitatis caperet, collegia magna ex parte Senatuſconſulto[2] ſublata, nec multò poſt, inquit Cicero, non modò vetera rogatione Tribunitia[3] reſtituta, ſed etiam innumerabilia alia noua conſcripta fuêre: quod factum eſt à Claudio Tribunoplebis, qui vt gratiorem ſe populo exhiberet, eiurata nobilitate, ac patriciorum ordine, homini plebeio ſe adoptandum dedit. Cùm autem Cæſar dictaturam oppreſſa Republica arripuiſſet, collegia vetuit[4], quæ poſtea Auguſtus pacata Republica reſtituit[5]. At Nero Imperator eadem[6] ſuſtulit: ex quo perſpicitur eos qui tyrannidem affectant, cætus ciuium ac ſocietates excindere velle: nam Dionyſius Siciliæ tyrannus, ne proximos quidem ſimul epulari patiebatur, ſed quum à cœna redirent ſpoliari iubebat[7]. Ita quoque Nero vicos Vrbis noctu obſidebat, & obuios à cœna redeuntes ab amicis ſpoliare ac cædere conſueuerat. Regia tamen poteſtas optimis legibus ac inſtitutis moderata, nihil corporibus & collegiis firmius aut ſtabilius habere poteſt. Nam ſi opibus, ſi pecunijs, ſi exercitu regi opus eſt: id omnium optimè à collegiis & corporibus fieri ſolet. Quinetiam illi ipſi qui conuentus, quos Hiſpani curias, Angli parlamenta vocant, aboleri cupiunt, vrgentibus periculis ad conuentus, velut ad ſacram anchoram confugiunt, vt ſeipſos Remq; publicam ab hoſtibus tueantur. Vbi enim melius de curandis Reipublicæ morbis, de ſanandis populis, de iubendis legibus, de ſtatu cōformādo, quàm apud principem, in ſenatu, coram populo agi poteſt? Illic querelæ tenuium, illic potentiorū iniuriæ, illic furta, peculatus, ſordes quæ ſæpius ignaro principe fiunt explicantur: Illic ordinis cuiuſque rogationes exaudiuntur. At incredibile dictu eſt, quanta gratulatione principem comitia habentem plebs intuetur! quàm libenter concionantem audit! quàm ab eo videri quiſque geſtit! quanti eſſe putat ſuas rogationes accipi, qui etiam ſi repulſam multarum rerum patiatur, æquius tamen ac meliùs ferre ſolet, quàm ſi eo ipſo quod cupit à principe contempta fruatur. Quamobrem ſapienter ab Anglis & Hiſpanis inſtitutum eſt, ſi quidem illud teneremus, populi conuentus tertio quoque anno haberi, & vt princeps libentius id faceret, nullum imperari tributum poterat, niſi populi conuentus haberentur: id quod etiamnum factum memini, quam ab Andium Duce Franciſco in Angliam iuſſus legationis cauſa traieci nostri reges non ita ſæpe vt Angli comitia cogunt, ſed cùm ſexdecim prouinciæ, in hoc Imperio numerentur ſex habent ſua quædam ſingularia comitia, quæ vt omnino tollerentur modis omnibus tentatum eſt ab iis qui ſua ſcelera ac peculatus peruulgari metuunt, vt etiam Carolo VIII. Rege Imperium ineunte, cùm vniuerſæ prouinciæ conuentus haberi oportere vna voce conclamaretur, non defuerunt qui maieſtatis crimen ingererent ijs, qui in ſenatu cum populo idem ſentirent, quibus acerrimè reſtitit Philippus Comminius, rerum gerendarum vſu clariſſimus ſenator, ſed quàm ſint neceſſaria totius populi concilia, ex eo perſpicitur, quòd quibus populis ſua concilia cogere licet, cum ijs optimè agitur: cæteri populi tributis ac ſeruitute vrgentur, nam ſingulorum voces minus exaudiuntur

2 Aſconius in Corneliana. Saluſt. in orat. Porcij Latronis.
3 Cicero in Piſonē & pro Seſtio.
4 Tranquil. in Iullio.
5 Tranquil. in Auguſto.
6 Tacit. lib. 14.
7 Plutarc.

B C D

diũtur: totius verò prouinciæ clariſſima vox eſt,& rogatio efficax,quam ne princeps quidem ipſe,ſi velit, repudiare poſsit. Quanquam innumerabiles ſunt conciliorum vtilitates.Nam ſi conſcribendi exercitus,imperanda tributa,cogenda pecunia ſit,tum ad hoſtes repellendos,tum ad latrocinia perditorum hominum coërcenda,tum ad portus,arces,mœnia, ſartatecta, vias, & cætera id genus ſarcienda, quæ nulla ratione poſſent à ſingulis, omnium optimè ab vniuerſis conficiuntur: vt enim omittam cætera. Septimania prouincia,quam noſtri Lingoccitanam vocãt,ſcholam annis ſuperioribus erudiendæ iuuentuti Nemanſi propoſitis præmijs aperuit:Buzacum nobiliſſimum latronem,quem nulli iudices,nul-
B læ curiæ, nulla vis magiſtratuum coërcere potuerat comprehenſum iudicari, & extremo ſuplicio affici curauit: cuius ego rei ſpectator fui, ac populum incredibili lætitia exultantem aſpexi, cùm homine graſſatorum omnium maximo ſe liberatos intellexerũt: tametſi decem amplius aureorum millia ad id rationibus expenſa fuiſſe memini. Et vt prouincia à latronibus tutiſſima eſſet, multò ampliora præmia, quàm vllæ prouinciæ latrunculatori propoſuerunt. Sed quæ de conciliis prouinciarũ diximus quàm ſint Rebuſpublicis vtilia, quàm prouinciis ſalutaria, quàm ciuitatibus ſingulis neceſſaria, omnium optimè Heluetij ac Germani ſentiunt, eóque melius, quo fructus percipiunt longè quàm nos vberiores. De Heluetiis notum eſt, & libris accuratè perſcriptum:
C de Germanis obſcurius, habent tamen non modo ſingulæ ciuitates ſua collegia, corpora, iura vniuerſitatis: verumetiam decem Imperij prouinciæ,circulos ipſi appellant,ſua ſingulis annis comitia cogũt, quorum rogationes ac decreta ad vniuerſos totius Imperij conuentus referũtur: quibus Imperiũ illud ſtare videmus, & quibus ſublatis ruere neceſſe eſt. Diximus modum ac mediocritatem quæ in rebus omnibus debet,in collegiorum & conciliorum numero optimatibus ac regibus tenendum eſſe:nam qui omnia ſuſtulerit tyrannidẽ ſtabilire velle videatur: ſin promiſcuè omnia permittantur, nec regum poteſtate, nec optimatum imperiis facilè coërceri poterunt. Interdum etiam tot ac tantas fraudes contra publica commoda ab opificum ſodalitijs ſtrui animaduertimus,
D vt in hoc Imperio prohiberi, aut magna ex parte circuncidi neceſſe fuerit:opifices verò in varias vrbis regiones diſtribuere,nec eodem loco,nec eadem via omnes omnium ſedes conſtituere, vt in pleríſque ciuitatibus fieri video, niſi locus ipſe propter aquarum copiam, aut alterius rei vtilitatem neceſſarius omnibus videretur: quia prӕterquàm quod ſinguli opifices,ſingulis vrbium regionibus vtilius collocantur:etiam hac rogatione monopoliis faciliùs occurri poteſt. Nec tamẽ ſtudijs & otio deditos homines cum ſalſamẽtariis, vel ὁπλοτεχνίτας, aut coriarios cum ſcholaſticis miſcere oportebit. Vt autem ingentes vtilitates ab hominum ſocietatibus & conciliis Reipublicæ comparantur,ita nihil eſt quod Rempublicam æquè frangere ac debilitare poſſit,quàm ſi collegia & corpora omnino tollantur, quod prudenter Romanos deuicta Macedonia feciſſe videmus, ac cætus omnes & concilia prohibuiſſe, tum etiam victis

Achçis, Memmius[7] Conſul inquit Liuius concilia omnia ſingularum Achaiæ nationum, & Phorenſium, & Bæotorum aut in alia parte Græciæ deleuit. Poſtea verò quam Romanorum imperio inquit Strabo, acquieuiſſent, antiqua genti cuique concilia ſunt reſtituta.

7 Liuius lib. 35.

## *De ordinibus ciuium.* CAP. VIII.

QVONIAM de collegiis & corporibus diximus, reſtat etiam vt de ciuium ordinibus diſſeramus. Nam ſi in rebus omnibus ordinem conuenientem inquirimus & conſectamur, confuſione verò ac perturbatione nihil aſpectu fœdius ac deformius eſſe iudicamus, quanto magis in Republica enitendum eſt ciues apta ac decenti collocatione ſic conſtituere, vt primi poſtremis, medij vtriſque, omnes omnibus nexu quodam ac vinculo inter ſe & cum Republica coniungantur? Eſt enim ſapientum opinio vetus & contrita, ſupremum huius vniuerſitatis opificem ac parentem Deum in orbe condendo nihil maius ac melius præſtitiſſe, quàm quod permiſtas & confuſas rudis materiæ partes diſcreuit, certóque ordine ſuis quanque in ſedibus collocauit. Nec verò quicquam ordine aut ad intuēdum pulchrius, aut ad animi oblectationem iucundius, aut ad vſum commodius eſſe poteſt. Atque ciues omnes omnibus dignitate, ordine, loco ita exæquare conantur, vt nihil primum in ciuitate, nihil poſtremum, nihil medium, ſed omnes omnibus ſine vllo ſexus, ætatis, conditionis diſcrimine confuſos eſſe velint: perinde faciunt vt ij qui hordeum, frumentum, orizam, millium, legumina in vnum aceruum accumulant: qua ex re, & ſingulorum ſeminum, & vniuerſi acerui vſum amittunt. Quamobrem nullus vnquam legiſlator tam imperitus extitit, qui non aliquam ciuium deſcriptionem, cenſum & ordinem fieri oportere arbitraretur. Ordinem hîc appello ciuium partem à cæteris conditione, aut ſtatu aut ſexu diſcretam, conditione quidem nobiles à patriciis, equites à plebeijs, ſexu verò fœminæ à viris, ſtatu denique ingenuj à libertinis, ſtatu liberi ab vtriſque diuiduntur. Seruos antea ex albo ciuium eximi omnium penè populorum[1] conſenſu diximus, quinetiam inſtrumentorum loco ſeruos Ariſtoteles vſurpauit, cæteri aut pro pecudibus, aut infra pecudes habuerunt: & adhuc ſub iudice lis eſt[2], num ſerui ſint in fructu. Ego verò ſi mihi tabellæ ac iura ſuffragiorum in hac diſputatione tribuantur, ſeruos æquè ac liberos homines ciuitate donari cupiam. Quæ enim tam arrogans eſt iſta hominũ temeritas, dicam an impietas, vt humanæ conditionis obliti, diuinum hoc animal, non ſeruire modò ſuæ libidini turpiter erepta libertate cogant: verumetiam pecudum inſtar, aut deteriore conditione eſſe velint? Sed vt ſerui ſint abiectiſſimæ conditionis homines, num propterea ciuium nomen non merentur? Sunt in humano corpore membra non turpia illa quidem (quia nihil quod ſit à natura turpe eſſe poteſt) ſed tamen ita pudenda, vt nemo niſi valde impudens ea reuelare ſine pudore debeat: num propterea tamen corporis membra eſſe deſinunt? pedes ipſi perpetuo labore corporis totius molem ſuſtinent ac cir-

*Vniuerſitatis deſcriptio.*
1 l. quod attinet de regul.
2 l. vetus quęſtio. de vſufr. ff. l. antiqui. ſi pars hæredi. l. iuſtiſſimè. de ædilitio. ff.

B C D

ac circunferũt, ſæpiúſque luto, ſordibus, puluere ſquallent: quis tamen vſque adeò demens, à corpore reſecandos putet? Quòd ſi mēbra iſta partes corporis & ſunt & vocantur, cur non eadem ratione ſeruos, qui aſſiduis ciuium oneribus & imperiis grauiſſimis vrgentur, ciuitatis mēbra dici non patiemur? ſi hoc abſurdum putamus, ciuitatis finibus exterminandi ſunt, ac veluti putria membra reſecandi: ſin eos in ciuitate, in familia, in obſequio retinere volumus, ciuitatis quoque participes eſſe oportet. Certè quidem cùm ſubditi ſint, non peregrini, partem ciuium facere, & in ordine ciuium cenſeri neceſſe eſt. Quæ ſic à me dicta velim, non quòd ſeruitia de Republica noſtra iampridem ſublata reſtitui cupiam, B ſed quoniam eò vis hominum & audacia prorupit, vt ſeruitia ſenſim irrepere ac redire videamus, proſpiciendum eſt ne duriùs quàm humana conditio ferat, in poſterum accipiantur, & vt ſuum quendam in ciuitate locum atque ordinem retineant. Sit igitur in ciuitate ſeruorum infimus ordo, placet enim ab his auſpicari. Quod enim Tullius obiecit Antonio quod affinitatem ita contraxiſſet, vt ſe ordini infimo commendaret: de libertinis dictum voluit, non de ſeruis, quia nullum in Romana ciuitate ordinem ſerui habuerunt, nec Metelli oratio de maritandis ordinibus ad ſeruos pertinebat, cùm his omnino interdiceretur iure connubiorum, ſed contubernia tantùm mutua habere licebat, vt Paulus ſcribit libro[2] 11. ſententiarum, quanquam illud ineptè cum iura ſanguinis perinde vt C ciues tuerentur, & ab inceſtis[3] nuptijs æquè vt alij prohiberentur, tametſi cætera connubiorum iura non haberent. Et quoniam ſæpius incerto patre ſerui naſcebantur, etiam incerta proles erat, nec propterea gentem habere ſerui libertiníque generis homines dicebantur: patricij verò ſoli ſe gentem habere iactabant: hinc illa Decij aduerſus patricios oratio[4]: Semper iſta audita ſunt vos ſolos gentem habere, an hoc ſi Claudiæ familiæ non ſim, nec ex patricio ſanguine ortus, ſed vnus Quiritium quilibet qui modò me duobus ingenuis ortum ſciam reticere poſſim? ex quo ſatis innuit nec ſeruos, nec libertinos gentem habuiſſe, & gentiles fuiſſe qui ex ingenuis naſcerentur: hinc illa vox à noſtris vſurpata, vt qui nobiles ſunt gentiles[4] dicantur. Sed patricij longiùs progrediebanD tur, vt eos tantùm gentem habere iactarent, quorum maiores nulli ſeruierant ſeruitutem, quia plebeiorum multitudo ferè à libertinis originem habuiſſe credebatur. Proximi ſunt ſeruis ſtatuliberi: deinde ordo libertinorum, qui diuerſa conditione vbique, vt ſeruorum quoque varia genera fuerunt. Vt enim alias ciuitates omittam, Romæ quatuor genera libertinorũ fuiſſe videmus, Romanos, inquã, Latinos, Iunianos, Dediticios, quæ quòd contrita ſunt ac peruulgata prætermitto, ſatis eſt digitum ad fontes intendiſſe, ne in ciuitate libertinorum ordines confundantur. Statuliberorum ordo medius erat inter ſeruos ac libertinos, quia cùm libertas eorum ſuſpenſa[5] teneretur, meliore quidem conditione fuerunt quàm ſerui, deteriore quàm liberti. Atque hi quidem ordines ex ſtatu ſuo quiſque gradu collocantur. Cæteri ciues ex conditionibus variis pro morum varietate deſcribuntur. Illud tamẽ omnium

2 l. 14. §. ſeruiſes. de ritu. nupt. l. 49. de manumiſ. teſt. l. 35. edilitio. l. 3. de inceſtis. C. l. 9. de ſucceſſionib

3 l. adoptiuus. de ritu nupt. ff.

4 Liuius lib. 4.

4 gentilhomme

5 Vlpian. lib. 2 Inſtit. c. 2.

ferè populorum commune eſt, vt nobiles à plebeijs ordine ac dignitate
diuiderentur, ex quo primum Nimerodus latro nobiliſſimè conſcelera-
torum ſuique ſimilium ingenti manu ſtipatus crudeli ſeruitute tenues
oppreſſit, ac in dominatum Aſſyriorum primus inuaſit, vt ſuperius dixi-
mus. Is igitur nobilitatem ſcelere partam poſteris ad imitandum reli-
quit, eaque opinio peruagata tam altè radices egit, vt quo quiſque vi ac
cædibus potentior, eò nobilior eſſe crederetur, quouſque optimis legi-
bus & humanitate populi meliùs informati nobilitatem virtute non ſce-
lere quæri oportere iudicarent. Et quoniam alius alia virtute præſtat, &
quarum virtutum in vna ciuitate maxima laus eſt, earundem alibi con-
tempta iacet, idcirco nunquam potuit vna populis omnibus conueniẽs B
definitio nobilitatis afferri, ſed ex more cuiuſque regionis dignitas &
infamia iudicantur. Nam Peruſinorum[6] ac Florentinorum moribus, non
ita pridem qui militare cœpiſſet ex ignobili nobilis efficiebatur, nobis
verò non quidem ſtatim, ſed ſi militiam poſteri ſequãtur, nobilitatem
quaſi temporis diuturnitate adepti putantur: non item Venetiis, qui ab
illuſtri vetuſtate earum gentium quæ publicis conſilijs ac negotiis in-
tentæ ſemper fuerunt, nobilitatem patriciorum metiuntur. Ac tametſi
Decuriones Romano[7] iure nobilium appellatione cenſeantur, quæ lex
apud Pictanos trium ordinum conſenſu recepta eſt, nuſquam tamen a-
libi. Militiam verò per ſeſe nobilitare, non modò Florentinis ac Peruſi-
nis, ſed etiam legum interpretibus[8] pleriſque video placuiſſe: atque im- C
primis Alciato[9], qui eius ſententiæ Triuultium Tribunum militum au-
torem ciere non dubitauit. Certè quidem apud Ægyptios non niſi Ca-
laſyris, ac multis poſtea ſæculis, Sultanorum dominatu non niſi Mem-
melucis militare, armáve geſtare licebat, qui propterea immunitates
maximas conſequebantur. Cæteri tamen populi dignitatem à militia
ſeiunxerunt, nec propterea qui miles eſſet, nobilem cenſuerunt, quam
in ſententiam maximi[1] quique Iuriſcõſulti cum Platone vno penè con-
ſenſu ierunt. Ac tametſi Romani bellicis laudibus populos omnes lon-
gè ſuperarunt, ac maxima beneficia in milites contulerunt, non propter-
ea tamen dignitatem militari gloria terminarunt, cùm & libertinis mili-
tare liceret[2], nec turpitudine vitæ ac rebus iudicatis infames[3], qui ab ho- D
noribus arcebantur, à militia vacationem[4] haberent. At cùm ciuibus o-
mnibus ſumpta virili toga militare neceſſe[5] fuerit, ciues omnes nobili-
tatem adepti fuiſſent, quod abſurdum ſit, quia ſi omnes ciues nobiles,
nemo nobilis cenſeatur. Quamobrem L. Siccius Dentatus à Dionyſio
Halycarnaſſæo plebeius vocatur, eiuſq; oratio extat aduerſus patricios,
qua quidem gloriatur ſe annos quadraginta pro patria ſtipendia feciſſe,
centum ac viginti prælijs dimicaſſe, vulnera quinque & quadraginta v-
no die duodecim omnia aduerſa corpore excepiſſe, quatuordecim coro-
nas cinicas, tres obſidionales, torques aureos tres & octoginta, bachia-
lia aurea centum & ſexaginta, haſtas decem inſignes, phaleras xxv. tu-
liſſe. Is igitur tanta virtute ac fortitudine clariſſimi viri laudibus cumu-
latus erat ac[7] nobilitatus, tametſi Romanorum legibus ignobilis eſſet.

Illi enim

6 Part. & Plat. in l. 1. de dignitat. C.

7 l. vlt. de decurionib. C.

8 Salic. in l. 1. de iuris & facti. C. ex l. 2 §. in filij. de decurio. Guid. Pap. deciſ. 388. l. inter alia.. verbo militari. de pala. ſac. larg. C.

9 Alciat. in lib. de ſingulari cer. ex ſententia Triuultij.

1 Bar. in l. 1. de dignit. C. Io. Plat. ibid. Lucas Penna. in l. mulieres. de dignit. C. Faber. in l. milites de quæſtion. Bald. & Ang. in l filiusfa. §. veterani. de ꝓcurat. Salic. in l. nõ prohibentur qui accuſare. Albericus. in l. milites. locati. C. Roman. ſing. 507.

2 Florus epitome 74. l. ſi duob. de militari teſta. l. operis. de operis libert. & l. vlt. de libertis. C.

3 l. infamia. de decurion. l. 1. de infami.

4 l. ſi quis filio exhæred. §. irritum. de iniuſto.

5 Plut. in Graccis.

7 Saluſt. in bello Iugur. de Mario.

Illi enim nobilem[2] primùm definiebant, qui noui hominis filius eſſet, nouum autem qui primus in ſua gente magiſtratum[3] currulem adipiſceretur, ac ſtatuæ ſibi erigendæ ius haberet, vt Caius Marius & M. Tullius Arpinas vterque, nouus vterque. Alter igitur Quæſtor primùm, deinde Ædilis, poſtea prætor, tandem Conſul factus in concione ad populum de ſua nouitate exultans: ego, inquit[8], nouus homo primus omnium clauſtra nobilitatis refregi &c. Alter ſepties conſulatum adeptus, in oratione quam habuit aduerſus nobilitatem, Contemnunt, inquit[9], nouitatem meam, ego illorum ignauiam: mihi fortuna, illis probra obiectantur. Quòd ſi me iure deſpiciunt, faciant idem maioribus ſuis, quibus vti mihi nobilitas ex virtute cœpit, nunc videte quàm iniqui ſunt, B quod ex aliena virtute ſibi arrogant, id mihi ex mea non concedunt, ſcilicet quia imagines non habeo, & noua nobilitas eſt, quã peperiſſe meliùs eſt, quàm acceptam corrupiſſe. Nam Cicero ſex habuit in conſulatu competitores[1], duos patricios, quatuor plebeios, ex quibus duos nobiles, duos qui primi ex ſuis familiis magiſtratum adepti eſſent, ſolus Cicero equeſtri loco natus erat. Igitur pater huius Ciceronis, Marij, Catonis Cenſorij, Quinti Pompeij, Curij, Philonis, Genutij, ignobiles ex plebe fuerunt; ipſi verò noui, eorum filij nobiles. Sed qui à Senatoribus Romulo Imperium ineunte ſcriptis, quique à conſcriptis à Publio Valerio Conſule originem duxiſſent, patricij dicti ſunt, cæteri plebei fuerunt aut equeſtri loco nati: quanquam ordo equeſtris medius erat inter C ſenatores ac plebem, quòd ex patriciis ac plebeis conſtaret: ſed qui in Senatum lectus erat eques eſſe deſinebat: vt videre eſt de Liuio & Nerone Cenſoribus, qui cũ publicos adhuc haberẽt equos, alter ab altero vendere iuſſi ſunt: nam poſt cladẽ à Veijs acceptã equo publico ſtipendia fieri cœperũt. Patricias autẽ gẽtes circiter XL. video Romæ fuiſſe[1], earũ verò quæ nobilitatem ſua virtute poſteris pepererunt Ciceronis ætate circiter triginta[2], quarum gentium ſeptem fuerunt eiuſdem nominis cum patriciis, ſcilicet Pompilia, Martia, Tullia, Iunia, Mutia, Claudia, Sempronia. Et quoniam plebeis ad honores aditus ante legem Camileiam interclusus, & à patriciis obuallatus tenebatur, nec tamen ex patriciis quiſ- D quam nobilis cenſebatur, niſi maiores haberet qui magiſtratum currulem adepti eſſent, plerique patriciorum qui à Senatoribus quidem originem duxerant, nec tamen maiores ciere poſſent, qui magiſtratum curulem geſſiſſent (id autem ex ipſis ſtatuis intelligebatur) ignobiles habebantur. Ita fiebat vt quidam poſt legem Camileiam ex plebe nobiles, quidam verò ex patriciis ignobiles eſſent, id eſt obſcuri & ignoti, vt M. Æmylius Scaurus patriciæ gentis maiores habuit ignobiles, ipſe nouus homo Præturam, Conſulatum, Cenſuram adeptus, ac Senatus princeps factus, poſteritati peperit nobilitatem[3]. Erat igitur nobilitas Romanorum in populi ſuffragijs & arbitrio poſita. Illud autem abſurdum & iniquum, vt ſceleratiſſimus quiſque patricida, quamtumuis obſcuro genere natus eſſet, beneficio magiſtratus curulis nobilitatẽ ad poſteros propagaret, qui verò ſummis virtutibus, pietate, iuſtitia, temperantia, forti-

2 Alconius in orat. in toga candida.

3 id eſt qui ædilis currulis. Præto. Cetor ſ e fuiſſet.

8 In Rullum orat. I.

9 apud Saluſtiũ

1 Aſconius in orat. Cic. in toga candida.

*Patriciæ gentes.*

1 Syluiam, Pompiliã, Poutiam, Martiã, Hoſtiliã, Tulliã, Tarquiniam, Fabiã, Antoniam, Iuniam, Sergiã, Iulliam, Geganiam, Nuntiam, AEmyliã, Clęliam, Valeriã, Horatiam, Poſthumiã, Meneniã, Virginiã. Sulpiciã, Furiã, Lucretia, Quinctiã, Papyriã, Claudiam, Seruiliã, Corneliã, Maniliã, Caſſiã, AEbutiã, Pinariam, Veturiã, Sẽproniã, Mutiam, Aquiliã, Quintiliã, Hortenſiam.

*Nobiles gentes.*

2 Liciniam, Aureliam, Deciam, Cæciliã, AEliam, Domitiã, Claudiã, Mutiã, Portiam, Curiã, Fabriciã, Coruncaniã, Aciliã, Martiã, Põpeiam, Liuiam, Iuniã, Tulliã, Fuluiã, Semproniã, Atiliam, Calpurniã, Mamiliã, Pompilium, Luctatiam, Plautiam.

3 Cicero

tudine, eruditione claruiſſet, & patricio ſanguine ortus eſſet, niſi maio-
rum ſtatuas demonſtraret ignobilis haberetur. Ea vis eſt huius verbi a-
pud Latinos, qui eodem planè ſenſu γνωριμὸς à Grçcis appellatur, & ἐπιφανὴς,
id eſt qui in hominum notitiam ex aliquo, ſeu turpi, ſeu illuſtri facinore
venerunt: ſæpius tamen accipitur in meliorem partem, nam qui εὐγενεῖς
dicuntur, ad generis ſplendorem referunt, quæ apud Romanos in patri-
ciis potiſſimùm elucebat, qui quod penè intermortui eſſent. C. Cæſar le-
ge Caſſia, deinde Auguſtus lege Seruia pleraſque nobiliorum gentium
in patriciorum ordinem ſublegerunt. Nam ante legem Camileiam ſolis
patriciis pontifices ac ſacerdotes eſſe, ſolis ſacra facere & auſpicia habe-
re fas erat: poſtea verò quam Genutius primus ex plebe Conſul factus, B
ſuis auſpiciis prælio commiſſo cum ingenti clade exercitus cæſus eſſet,
Patres, inquit Liuius, nõ tam publica calamitate mœſti, quàm feroces in-
fœlicis Conſulis plebei ductu fremunt omnibus locis, irẽt, crearent Cõ-
ſulẽ, ex plebe trãsferrent auſpicia quo nefas eſſet. Antea Appius Claudius
Conſul in concione interroganti Tribuno cur è plebe Conſulem fieri
non oporteret? reſpondit, quòd plebeius nemo auſpicia haberet, ideó-
que decemuiros connubium decreuiſſe, ne incerta prole auſpicia tur-
barentur. Plebs ad id maximè indignatione exarſerat, quòd auſpicari
plebei tanquam inuiſi diis mortalibus negarentur poſſe. Ac tametſi ple-
bi omnia cum patribus tandem communia fuerint, honores, inquam,
imperia, iudicia, auſpicia, curationes, ſacerdotia, conſilia, poteſtates, ſta- C
tuæ, triumphi, cæteráque in Republica maxima, nunquam tamen obti-
neri potuit, vt plebeius homo interregem diceret, aut flaminem dialem,
aut Martialem, aut Quirinalem proderet, aut in Saliorum collegiũ coo-
ptaretur. Vt autem ſtatua apud Romanos inſigne fuit adeptæ nobilita-
tis, ita noſtris olim Stemmata inſignibus ſuperpoſita nobilitatis decus
indicabant. Inſignia quidem vnicuique ſibi fingere ſemper licuit[6] ac li-
cebit, non tamen ſtemmata[7] imponere illuſtriúmve familiarum inſi-
gnia[8] vſurpare. At Græci veteres nobilitatem non adeptione magiſtra-
tuum, quos apud Athenienſes poſt Ariſtidis legem & Ephialtis ſeditio-
ſas conciones ſorte quiſque, pauca ſuffragiis obtinere poterat, ſed nobi-
litas aut à ſtirpe regum, aut heroum, puta Heraclidarum, Æacidarum, D
Cecropidarum & aliorum id genus ducebatur, aut qui ob res tum à ſe,
tum à maioribus præclarè geſtas publico decreto coronam auream, im-
munitates, ſtatuas, primos conſeſſus, victum in Prytanæo aliíſve publi-
cis in locis optimatum populíve decreto addita laudatione conſeque-
bantur, cuiuſmodi Athenienſium eſt illud decretum apud Plutar-
chum de Lycurgo Lycophronis filio, Placuit, inquit, populo Athenienſi
vt bene meritis gratia referatur, laudare Lycurgum Lycophronis filium
Butadem virtutis & iuſtitiæ ergo, & populum ſtatuam ei æneam in foro
collocare, præterquam vbi lex erigi vetat, victum verò præbere in Pry-
tanæo in perpetuum poſterorum Lycurgi natu maximo. Item Iſæus o-
rator ſcribit Harmodij tyrannicidæ poſteris victum publicum, proë-
drias & immunitates fuiſſe conceſſas. Quod[1] Ariſtoteles omnibus ferè
Græco-

6 l. ad cognoſcẽdum de ingenuis. C.
7 lege Henrici III. regis vetitũ præterquam nobilibus.
8 Panor. in cap. dilecta ex l. I. de iis qui potẽtiorum not. C. Bal. in l. I. quæ res vendi nõ poſſunt. C. & in l. vlt. pro ſocio.
1 in polit.

Græcorum ciuitatibus commune fuiſſe tradit: vt liberis eorum qui pro patria fortiter occubuiſſent victus de publico daretur. Sed nimia facilitate, dicam, an lenitate Græci ſtatuas merentibus erigebant, quas leuiſſima offenſione accepta, maiore contumelia deiiciebant: cùm enim Demetrio Phalereo ſtatuas vrbe tota CCCLXV. Athenienſes decreuiſſent, omnes tamen vno diſturbarunt & eodem momento, neque id ſolùm, verũetiam tanto furore cõminuerunt, vt nullius fragmentum reſtaret, præter eam quæ in arce Palladis concluſa fuerat. Hebræis autem illuſtrium ac nobilium virorum duo genera fuerunt, alterum ab Aaronis ſtirpe, qui ſoli ſacerdotes erant, alterum à ſtirpe[9] regum: cùm enim gens [9 Ioſephus.]
B illa ſummam bonorũ omnium in religionibus ac diuini numinis cultu collocaret, ita ſacerdotes, qui proximè ad immortalis Dei numen accederent, nobiliſſimos omnium iudicabat. Singularem autem delectum Deus adhibuerat in Aarone deſignando, eoque poſt grauiſſimas populi ſeceſſiones & clades confirmando. Itaque quoties extremum populo exitium Deus pronunciari[1] iubet, illud identidem in geminat. כעם ככהן: id [1 Ieſa. 24. Oſeæ. 4.] eſt ſacerdotis ac plebei eandem fore conditionem. Itaque cùm Antiochi nobilis ſeruitutẽ excuſſiſſet, gẽs Aſmonæorũ de ſtirpe Aaronis põtificatũ maximũ vnà cũ regno tenuit, annos circiter CC. id eſt vſq; ad Herodis magni dominationẽ. Rectè quidẽ Hebræi, nã ſi adepto pecuniis ac ſordibus magiſtratu curruli nobilitas poſteritati cõmendatur, quid cauſæ eſt
C quamobrem Dei ęterni ſacerdotiũ nobilitare non debeat? ſi quidẽ muneribus non perſonis dignitatẽ metimur. Certè ſacerdotij dignitatẽ[1] o- [1 conſi. 190. & Iaſ. in l. generaliter. colu. 2. de in ius vocan.] mnibus honoribus ac muneribus anteferri putant oportere Iuriſconſultorum doctiſſimi quique, nec inter plebeios[2] cenſeri rerum diuinarum [2 ex l. 2. vt nemo priuat. Salic. col. 4. q. 7. de iuris & facti. C.] adminiſtros & ſacrorum moderatores: neque hæc noua eſt, ſed ab vltima antiquitate ducta ſententia. Nam vetuſtiſſimi reges, vt auguſtiorem ac ſanctiorem regiam poteſtatem efficerent, pontificiam[3] dignitatem [3 Ariſto. in polit.] exercuerunt: nec modò Græci, verumetiam Romanorum reges, atque adeò Imperatores ipſi pontifices ſeſe maximos appellarunt, quæ inſtituta Arabum ſummi principes ijdem & pontifices ſecuti videntur. Chriſtiani quidem reges, cùm religione prohiberentur profana ſacris, arma
D religionibus miſcere quod proximum erat effecerunt: id eſt ſacrum ordinem non modò plebeis, ſed etiam patricijs, neque his tantùm, verumetiam ducibus, comitibus, cæteriſque magiſtratibus omnibus prætulerunt, vt primos conceſſus & à rege proximos prima loca in cœtibus, in concilijs, in legum rogatione, in beneficiorum ac immunitatum largitione conſequerẽtur. Quid ni? cùm Celtarum antiquiſſimi populi Druidas, qui ſacrorum ac iudiciorum principes erant, non modò plebeis, ſed etiam equitibus ac regulis ſuperiores haberent. Itaque Cæſar[4] in ordi- [4 lib. 6.] num deſcriptione primo loco Druidas, deinde equites, poſtea plebem collocauit. Nam equeſtris ordo apud maiores noſtros, validiſſimo equitatu populos omnes Cæſaris[5] ipſius ac Marci Antonij teſtimonio[6] [5 de bello ciuili. in Affrica geſto.] ſuperabat, vt propterea κελτοὺς dictos fuiſſe putem, eſt enim κέλης ἵππος ὁ ἄζυξ, [6 Plutar. in vitâ Antonij.] quem Latini ſellarium vocant. Diximus antea Turcarum & Arabum

principes in ſingulis imperijs etiamnum Mophtas pontifices maximos præcipuis honoribus colere & obſeruare, & eorum quæ in iure maxima ſunt, maximéque ambigua ſummam ad illos deferre. Veneti tamen ſacerdotes à concilijs, ab imperijs, à magiſtratibus ſummouere conſueuerunt: ne fortaſſe Pontifici maximo, cuius obſequijs ac iureiurando obligantur, ciuitatis arcana proderent. Eſt igitur apud Venetos patricius omnium primus, cùm in eo inſint iura maieſtatis. Patricios ſequuntur nobiles, qui extra patriciorum album cenſentur, poſtremò plebeij, vtrique tamen citadinorum veniunt appellatione. At Florentini, priuſquam vnius dominatu omnia tenerentur, non tantùm nobilitatem ab ordine ſacro, ſed etiã nobiles à plebeijs, ac plebeios triplici rurſus ordine diſcre- B uerant[2], quorum qui opibus præſtabant grandes appellabantur, ſecundo cenſu populares, tertio fex ipſa plebis. Meliùs Ægyptij veteres, qui vniuerſitatem ciuium in ſacerdotes, milites, & operarios diuiſerant[3], ſacerdotibus ac militibus, quos ipſi Calaſyros vocabant, immunitate[4] ab omnibus vectigalibus tributa. Paulò aliter Hippodamus Mileſiorum legiſlator, populum in milites, opifices & agricolas partitus eſt, cuius ſcripta Ariſtoteles aut non percepiſſe, aut non ſatis prudenter coarguiſſe videtur[5], vt perſpicuum ſit ex ijs quę apud Stobæum reſtant fragmentis. Illud etiam neſcio quo modo Platoni[6] venit in mentem, vt facta ciuium diſtributione in cuſtodes, milites, & agricolas, militum ordinem, ſub cuius clypeis ac tutela ciues eſſe oportet, à cuſtodibus diſcreuerit. C Porro cuſtodes rerum gerendarum vſu ac prudẽtia cæteris omnibus excellere, iiſque imperare[7] voluit, nulla claræ ſtirpis aut diuitiarum habita ratione. Prudenter iſtud quidem à ſapientiſſimo viro decretum eſt, qui tametſi ab antiquiſſima patriciorum ſtirpe, & ab ipſo Solone Athenarum legiſlatore maternum[8] genus duceret, veræ tamen nobilitatis ac Imperij decus in virtute poſitũ eſſe iudicauit, idq; antea ſcitè Euripides[9],

ὁ μὲν γὰρ ἐσθλὸς εὐγενὴς, ἐμοίγ' ἀνὴρ. ὁ δ' οὐ δίκαιος, κἂν ἀμείνονος πατρὸς ζηνὸς πέφυκε δυσγενὴς εἶναι δοκεῖ.

Veram igitur nobilitatem virtutę metiamur, cùm ea ſit non modò philoſophorum ac theologorum[1], verumetiam poëtarum[2], hiſtoricorum[3], ac iuriſconſultorum penè[4] omnium conſentiens opinio, qui negant vllum ſine honeſtate nobilitati locum relinqui: ac duobus propoſitis, ge- D neris inquam ſplendore ac virtute, ſuperiorem ac dignitate priorem virtuti locum[5] eſſe oportere decreuerunt, ſeu de imperiis & honoribus, ſeu de teſtium grauitate ac pondere quæratur. Proximam à virtutę nobilitatis cauſam plerique in ſcientiarum abditarum ac præſtantiſſimarum cognitione poſuerunt, quas qui aſſecuti fuerint nobiliſſimos lex ipſa[6] diſertè appellat, quos, inquit, ſciẽtia nobiliſſimos facit, vel vt Caſſiodorus[7], ex obſcuro nobilem efficit doctrina. Quantò nobilior vtroque, quem virtus moralis cum virtute mentis cúmque ſcientia concurrens nobilitauit? Si tamen à ſcientiarum præſtantia ſeiungatur integritas, huic priorem ordine locum tribui æquum eſt, præterquam in illis muneribus in quibus diſciplinarum cognitio neceſſaria ſit. Imperatorem enim rei militaris peritum, tametſi improbis moribus, exercitui præeſſe æquius eſt, quàm

2 Machiauel.
3 Diodorus.
4 Geneſ.cap.47. Diodorus.
5 in Polit.
6 in lib. de legibus.
7 lib.3.& 9.de legibus.
8 Laërtius Proclus in Timæum.
9 id eſt bonus vir mihi quidẽ nobilis: improbus verò etiãſi Ioue ipſo meliore patre edit[9] ſit, ignobilis tamen videtur.
1 Hieronymus in epiſtola ad Demetriadem.
2 Ouidius in Triſtibus.
3 Plutarc. in lib. cõtra nobilitatẽ.
4 Cardinal. Alex. & Cardinal. Florent. in c. penult. de præbend. Hoſtieſ. Io. And. Anton. Butr. Albericus Angel. in l. ſi quis ſtipulatus ſit ſtichũ. §. ſi quis ita. de verb. oblig. Bal. in l. ſi qua de ſecũdis nupt. C. & in l. nobiliores. de cõmerciis. C. & in l. prouidendũ de poſtul. C. & ibi Salicet. Lucas Penna. in l. mulieres. colu. 1. de dignit. C. Angel. & Platea in l. 1. de cõditis in publicis horr. C.
5 Bal. in c. penult. de probat. ex l. pronunciatio. §. matrem de verb. ſign.
6 d. l. prouidendũ. de poſtul. & in l. nobiliſſimos & ibi Cynus, Faber, Bal. Angel. Salic.
7 lib. 9. epiſt. 7.

quàm virum bonum ſcientiæ militaris ignarum, ſed de his ſuo loco. Illud tamen quod Plato ſtatuit, eos qui obſcuro loco nati, virtutibus præſtant, ordine ſuperiores eſſe oportere, quam qui clara ſtirpe creati, iiſdem virtutibus excellãt, abſurdum mihi videtur. Et quidem duobus his propoſitis, æquum [8] eſt vt auorum virtuti ac nobilitati detur aliquid, atque in ea ſententia fuerunt iuriſconſulti, ſiue de honoribus adipiſcendis, ſiue de ordine & cõſeſſu agatur, primas eſſe tribuẽdas ijs qui virtute ſimul & auorum claritate commendantur. Quem verò princeps nobilitauit, tametſi nec ſua, nec maiorum virtute, nec vlla ſcientiarum cognitione clarus ſit, omnium tamen iuriſconſultorum [9] conſenſu nobilium ordine ac B loco cenſeri placuit. Ac propterea Plinius de Traiano ſcribens, Cæſaris eſſe dicebat, vt nobiles efficeret ac tueretur. Sed hanc nobilitatem Bartolus [1] non ineptè ciuilem appellauit: ex quo ſatis innuit hominum quidem opinione fictã in nobilitatem fuiſſe adeptos, veræ tamen nobilitatis ſine virtute decus nullum habere. Demus igitur eos nobilitatis ciuilis decerpere fructus, quibus principum munere & cõceſſu tribuuntur, ſeu nobilitas illa pecunijs & ſordibus, ſeu ætatis flore ac fœdiſſimis obſequijs parta fuerit. Sed illud qui tribuere poſſint in eos tantùm conuenit qui iura maieſtatis habent, non etiam in eos quos Bartolus, principatum [2] habere ſcribit, ſi aut ſuperiorum iuſſis teneantur, aut habeant Imperij ſocios & collegas, qui ne natalibus quidem reſtituere [o] poſſunt. Multò minus C verum eſt quod [3] quidam ſcripſêre, principum comites ac domeſticos nobiles eſſe: vt enim vacationibus munerũ ac immunitatibus fruantur, non propterea tamen nobiles iudicandi ſunt, niſi magiſtratus & imperia maiora geſſerint. Sed quæritur & antea ſæpe video quæſitum, an ſit nobilitatus qui militiam ex caſu, ſiue feudum adeptus eſt, id quidem pleriſque video placuiſſe [4], modò Imperium maius feudo innexum & adiunctum fuerit, vtì ſunt duces, comites, marchiones, aut ſi fiduciæ [5] tabulis ac legibus ab ipſo principe nobilitas diſertè rebus ipſis expreſſa, & poſſeſſoribus tributa ſit. Hinc illa feudorum nobilium ac ignobilium origo manauit. Sed noſtris moribus, quibus feuda eodem, quo cætera prædia iure cenſentur, quod ad perſonarum ius attinet, nihilo nobilior D eſt opifex qui ducatum hęreditario iure, aut pro emptore, quàm ſi prædium vectigale poſſideret: certè maioribus noſtris abſurdum viſum eſt, quam à ſe non haberent à iure prædiatorio dignitatem expiſcari, ac perſonas ipſas rebus, quaſi picturã tabulæ cedere: indignius etiã iura nobilitatis in hominum cõmercia venire. Duarũ autẽ rerum omniũ maximarũ, virtutis, inquã ac nobilitatis nullũ eſſe cõmercium clara voce teſtatur Euripides, μόνον δ' ἂν, inquit, αὐτὰ χρημάτων οὐκ ἂν λάβοις γενναιότητα καὶ ἀρετήν. Cũ igitur noſtris æquè ac Germanorũ, Hiſpanorum, Britannorum, Italorum moribus omnia iſthæc ſeu feuda, ſeu beneficia, ſeu militias ex caſu appellare placet in commercium veniant, quis quenquam ex eorum adeptione clariorem ſe fore putet? At ignobiliſſimis quibuſque cerdonibus feudum adeptis licet vaſſallos creare [5]: ac nobiliſſimo cuique neceſſé eſt vaſſallum ignobilem excipere: Quibus ex rebus efficitur, opes & copias

8 Cyn. in l. prouidendu de poſtul. C. Panor. in ca. 1. in 1. no de donat. Aluaro. in c. 1 col. 3. quis dicatur dux Bal. in l. nobiliores de cõmerciis. Corn. in vlt. not cõmunia legat. C. Hoſtiẽſ. Pano. Io. Andr. in c. clerici de iudic.

9 Bald. in l. ſacrilegij de diuerſis reſcrip. C. Bart. in l. 1. de dignit. C. & Platea. ibi. Imola in c. multa de prębendis C. Ioan. Rayn. in tract. nobilitat. q. 1. Alber. in l. Imperatores. ded: cu io. l. quęris de natalib. reſtit Caſtrẽſis in l. quoties vbi ſenatores. C.

1 in l. 1. de dignit. C.

2 Bart. & Plat. in l. 1 de dignit.

o Guid. Pap. ſing. 486.

3 Angel. Peru. Aretin. Corn. Iaſ. in l. omniũ. qui teſtamẽ. fa. C. Plat. in l. 1. de domeſticis & protect.

4 Io. Andr. Hern. c. 1. ſi vero. de pace iuramento.

5 Iacob. Bello. in proemio feudor.

5 Bald. in cap. 1. §. Marchio. titu. de ijs qui feudũ dare. Aluarot. Cardinal. Alexád. ibi Guido Pap. deciſ. Delphi. 4. & 5

quantæcunque ſint, nec veram parere ac ne parturire quidem nobilitatem, tametſi Euripides ex opinione vulgi perſonā ſic loquētem inducit, πλῶ δ' εὐγένειαν ἐν χρήμασι. & in Aulide εὐδαίμονες ἐν πᾶσι κλεινοὶ καὶ περίβλεπτοι βροτοῖς. Quanquam non tantùm vulgares ac plebeios, ſed etiam ipſum Ariſtotelem[6] legimus primum dignitatis ordinem in opibus, deinde in claris natalibus, poſtremò in virtute poſuiſſe, quod ordine primò decuerat, id poſtremò collocauit. Solo quidem ciues Athenienſes ex opibus ac fortunis ad honores[7] & imperia ſelegit, cuius rei cauſam deinceps ſuo loco explicabimus. Quæ opinio tam altè radices egit, vt non modò copias, opes, fortunas, nobilitatem ingenerare plerique[8] putent, verumetiam ab inopia decus omne nobilitatis aboleri ac obliterari, ſed obſcuræ ſunt autoritatis. B Auguſtus[9] quidem cenſum Senatorium tenuibus ſuppleuit, ne ab inopia clariſſimus ordo premeretur. Sed Bartolus[1] apertè ſcripſit nec ab opibus dari, nec ab inopia adimi nobilitatem. Neque enim M. Æmylius Scaurus ab inopia generis claritatem ſibi putauit ereptam, quinetiam gentis Æmyliæ ſplendor illum ab accuſatorum gratioſiſſimorum potentia vindicauit[2]: num igitur ſi carnifex ignominioſiſſimus ſit, ac locuples ordine tenuibus ſuperior erit? negabunt opinor: quantò minus parricidæ, ac flagitiis omnibus inquinati homines, quibus opes affluunt claros ac nobiles iudicare debemus? Semper enim Romani opes à nobilitate ſeiunxerunt. Sic enim Tacitus de Caſſio & Syllano: Alter, inquit, opibus vetuſtis, alter generis claritudine excellebat, & M. C Tullius Roſcium nobilitate ac pecunia municipij facilè primum fuiſſe dixit. Itaque cùm reges noſtri bellis vrgentibus, ac præmente ærarij inopia nobilitatis iura promercalia feciſſent, ac plerique turpitudine vitæ infames pecuniarum vi nobilitarentur, princeps lata lege declarauit neminem eorum nobilem propterea iudicandum, quo minus ordine, ac muneribus ignobilium cenſeretur ac fungeretur. Quid enim abſurdius aut pernicioſius quàm dignitatem quæſtu, ordinem pecunijs, nobilitatem opibus metiri? cùm ſępius aut furtis, ac rapinis, aut tyrannorum effuſa in deterrimum quenque largitione, aut caſu quodam, (tametſi nihil caſu fit) ac fortunæ temeritate, vnde fortunas dici putant, dentur & eripiantur? At honeſtas nihil habet cum fortuna commune, nec veræ D virtutis ac nobilitatis poſſeſſio furtis eripi, nec incendio abſumi, nec aquarum voragine abſorberi, nec vlla vi perire poteſt. Sed quoniam inani opinione ac popularibus hominum erroribus, quibus iura tum publica, tum priuata conſtant, plerique ducimur, illud etiam obtinuit vt qui principum conceſſu, vel ſua virtute, vel opibus, vel eruditione, vel militari laude nobilitatem adeptus ſit, eam non modò ad poſteros[4], verumetiam ad adoptiuos[5] transferre poſſit. Id quidem contra theologorum ac philoſophorum decreta, quibus ſatis intelligitur putre lutum ſuæ originis omnes habuiſſe: id eſt τὸ πηλὸν πάντων προπάτορα γένος ἔχειν. ſed aliud eſt in ſapientium hominum conſeſſu, aliud in fece plebis de ordinibus ac dignitate diſputare, legibus autem ſuę quenque ciuitatis aſſentiri, non modò eſt ac ſemper fuit honeſtum, verum etiam neceſſarium. Auorum tamen

6 lib 4. politic.

7 Plutar. in Solo. Ariſtot. lib 2. Politic.

8 Platea. in l. 1. fine. colu. 1. de dignit. Soc. cōſi. 18. Benedictus in c. Raynutius. in verbo & vxorē. nu. 966.

9 Tranquillus. in Auguſto.

1 in d. l. 1. col. 3. de dig. C. & cap. ſignificantibus extra de offi. deleg. Felin. in cap. aures. de reſcriptis.

2 Plin. iunior. Valer. lib. 2.

4 l. 1. de dignit. & l. ſenator. & l. ſi ſenator eod. C. Bal. in l. cū in antiquiorib. de iure deliberādi. C. Lucas. Penna. Bart. Plat. in d. l. 1. de dignit.

5 l. liberos. l. ſenatoris. de ſenatorib.

tamen virtutes, merita, claritatem non vltra pronepotes[6] propagari voluerunt, & quidem ad legitimos tantùm, non etiam ad nothos[7] & ſpurios. Certè quidem Turcarum moribus dignitatis ordo ex virtute cuiuſque ponderatur: nec vltra nepotes auorum virtus aut nobilitas propagari conſueuit, prudenter illi quidem, vt ſui quiſque generis claritudinem intermortuam renouare ſtudeat, aut ignobilium ac plebeiorum ordine cenſeatur. Noſtris verò moribus deprauatis & corruptis, quò quiſque à virtute maiorum, à quibus originis claritatem accepit, remotior eſt, eò nobilior iudicatur, nec ſi flagitiis omnibus ac turpitudine vitæ probrum contraxerit, ordinem aut nobilitatem amittit, niſi rebus iu-
B dicatis infamia[8] notatus ſit, nec tamen ſi à flagitioſa vita & conſceleratorum cœtibus diſceſſerit, vt bonorum cõſortio ſeſe adiungat, nobilitatem ſemel amiſſam, niſi principis reſtitutione ac reſcripto ſingulari recuperaturus[9] eſt. Et quemadmodum à maioribus nobilitatem accepit, ſic etiam ad poſteros infamiæ contumeliam traducit[1], ſeu iure, ſeu iniuria damnatus ſit, quia iudicata res pro rei veritate habetur[2]. Quid mirum? cùm ſine iudicio qui ſordidas artes, miniméque illuſtri viro dignas exercet in plebeiorum ordinem redigatur[3]? Sed quæ ſint ſordidæ artes, ardua quæſtio eſt, propter varias gentium leges in eo genere ſui quamdiſſimilimas. Herodotus[4] quidem ſcribit ſua ætate ſordidos omnium populorum moribus haberi conſueuiſſe, qui opificia tractarent: in qua
C ſententia Xenophontem[5] fuiſſe legimus, rationem tamen ſubiecit philoſopho minimè dignam, quòd ſcilicet talium artium opifices aſſiduo labore vrgeantur, & vmbratilem ac ſedentariam vitam ſequantur, quid enim arte imperatoria laborioſius? quid iudiciaria magis vmbratile ac ſedentarium? quid tamen vtraque in omni ciuitate clarius ac nobilius eſſe poteſt. Meliùs Ariſtoteles[2], qui opifices omnes in Græcorum ciuitatibus à conſilio, ab Imperiis, ab honoribus ſummoueri ſcripſit, quòd animi excelſi vim ac robur mercede conducti penitus amittant. Certè quidem ſapientiæ magiſter[6], agricolas, fabros, figulos, ſtatuarios, cæteróſque opifices ab Imperiis, ab honoribus, à cõſeſſu iudicum arcet. Lycurgus[7] item ac Romulus[8] ſuos ciues ab opificiis omnibus procul ſeduxerunt: hic ta-
D men agriculturam ac militarem, ille verò militarem tantùm permiſit, & quò minùs dubitaretur, idipſum Dionyſius Halycarnaſſæus repetẽs, hoc luſtro, inquit, qui puberes eſſent ſupra centum millia cenſa: mulierum autem ſeruorum, mercatorum, artéſque ſordidas exercẽtium (ſiquidem Romanorum nemini cauponariam artem aut vlla opificia tractare licet) triplo plus quàm turbæ ciuilis. Sunt tamen qui Numam Pompilium legi Romiliæ derogaſſe putant, cùm opificum collegia inſtituiſſet: quaſi nec ex peregrinis potuerint, nec item ex ſeruis conflari. Id etiam confirmari videtur ex eo quod Cicero in Catilinari bello nonnullos extitiſſe diceret, qui circum tabernas concurſarent pretio ſperãtes ſollicitari poſſe animos egentium: quod item Tribuniplebis opificum turba ſeſe aduerſus conſularem libidinem munire conſueſſent. Sed ijs obſtat ac repugnat quod Dionyſius Halycarnaſſęus ſcribit, ſcilicet ſeptimo luſtro cen-

6 glo. in l. 1. de dignitat. C. ex l. diuo. de quæſt. glo. in l. liberos. de ſenator. Bart. in d. l. 1. Iſern. & Afflict. in cõſtit. Neapolitanas ex l. 1. de priuileg.
7 Bar. qui nothus & quidẽ ſacerdotis erat filius id cõfitetur in l. 1. de dignit. C. Bald. in l. cũ legitimæ. de Inceſtis. C.
8 l. infamem. de public. iudic. l. ſi qua. de ſecũ. nupt. C. Bal. ibid. l. 1. vbi ſenatores. C. Bar. & Plat. in l. 1. de dignit. col. 4. Bal. in l. cũ antiquiorib. de iure deliberand. C.
9 l. imperialis. de nupt. C. l. 1. de ſententiam paſſis. C.
1 Faber. in l. diuo. Marco. de decurio. C.
2 l. ingenuum de ſtatu hom.
3 l. nobiliores de cõmerciis. C. l. ne quis. de dignit. C. Bart. & Plat. eod. Curtius ſenior cõſil. 18 Fel. in c. ſuper eo. de teſtib.
4 In Euterpe.
5 in OEconomicis.
2 lib. 3. & 8.
6 Eccleſ. cap. 38.
7 Plutar. in Lycurgo.
8 Dionyſ. Halycarnaſſ. lib. 2.

ſa fuiſſe centum millia ciuium præter opifices: quibus verbis planum fit Numam legi Romiliæ non derogaſſe, cùm Seruius rex à Numa tertius primum cenſum egerit[9]. Nec arguit ciues fuiſſe quos Tribuni, quos ſeditioſi ciues ad defectionem ſolicitabant: cùm etiam ſeruitia ſæpe ad pileum vocarentur, vt C. Cinnam feciſſe legimus. Quinetiam Cicero de opificibus, quos Catilinæ coniurati ad ſeditionem inflammabant, ita loquitur, Etenim omne eorum inſtrumentum, omnis opera, ac quæſtus frequentia ciuium ſuſtinetur, alitur otio. Abſurdum videretur opifices ciuium frequentia ſuſtineri, ſi ciues fuiſſent. At lege militari[1] Romanorũ ciues ſumpta virili toga ſtipendia facere cogebantur ad annum vſque quinquageſimum quintum: nec Romano ciui ad honores aditus pate- B bat, niſi decennium militaſſet. Quamobrem duo millia ciuium ſub haſta veniiſſe proditum eſt à Liuio, quòd annos quatuor ſtipendia nulla feciſſent. Quæ in opifices cadere nullo modo poſſunt: quos etiam Liuius vno loco ſcribit ad bellum gerendum minimè idoneos eſſe. Grauius eſt etiam Ciceronis illud teſtimonium, Illiberales ſunt (inquit) & ſordidi quæſtus mercenariorum omnium quorum operæ, non quorum artes emuntur, eſt enim in illis ipſa merces autoramentum ſeruitutis. At vbi de ciuibus Romanis agit, nihil abiectũ, nihil vile, nihil denique niſi cum dignitate aut ſentit aut ſcribit[8]. Ex quo intelligitur aut ſeruos, aut certè inquilinos & infimæ conditionis homines, opificia Romæ tractaſſe: aut ſi Romani ciues manumiſſione fierent libertinos tamen fuiſſe: & quo- C dammodo ciuium Romanorum ius amiſiſſe: non aliter atque nobiles apud nos qui ſeſe ſordidis, & quæſtuariis artibus dediderunt, nobilitate ſic etiam, ordine, illos gradu dignitate decidiſſe[9]: niſi veniam[1] à principe noſtri impetrauerint, quod vrgẽte neceſſitate, aut premente metu, quæſtuariis artibus ſeſe implicarint. Quanquam de mercatura non ſatis conuenit Iuriſcõſultis & antiquitatum ſcriptoribus inter ipſos, dignitati repugnare videatur nécne. Senatoribus quidem lege Claudia Tribunitia vetitum legimus ne quis maritimam: nam in qua pluſquam ccc. amphorarũ eſſet, haberet ad fructus vectandos: Quæſtus omnis, inquit Liuius, patribus indecorus viſus: quam legem Hortenſius ſua ætate mortuam eſſe dicebat, vt eſt apud Ciceronem: ex quo intelligitur non mo- D do cæteris ciuibus id ſalua dignitate cuiuſque licuiſſe, verumetiam ne ſenatores quidem à mercatura pœnitus abſtinuiſſe: aut certè inſtitores habuiſſe, vt patriciis quoque Venetis, Hiſpanis, Anglis in more poſitum videmus. Equitibus verò Romanis mercaturam conceſſam aut certè vetitam non fuiſſe argumento eſt illud Ciceronis in Verrem, L. Prætius ſplendidiſſimus Eques Romanus qui Panormi negotiatur: & Q. Mutius Eques Romanus qui Syracuſis. Multò minùs igitur plebeiis interdicta mercatura fuiſſet. Tametſi vetere Romanorum inſtituto mercari ciuibus non turpe videretur: non tamen id licere videbatur, vt quidem ex Dionyſio Halycarnaſſæo planum fit, qui ciues cenſos fuiſſe ſcribit ſupra centum millia: mulierum autem & mercatorum, & ſordidas artes exercentium triplo plus quàm turbæ ciuilis: nam hic videtur mercatores ex albo

9 Dionyſ. lib. 4.

1 Plutarch. in vita Gracchorum.

8 pro Cæcinna, pro Rabirio perduel.

9 l. nobiliores de cõmerciis. C. l. ne quis. de dignitat. C. auth. de teſtib. §. 1. Bartol. & Plat. in d. l. 1. de dignit. Curtius ſenior cõſi. 18. Fel. cap. ſuper eo. 2. de teſtib. And. Iſern. in cõſtit. Sicil. & Afflic. tit. vt dignitat. ordo ſeruetur.

1 Maſuerius tit. de talliis. §. itẽ qui nobilitate. ex l. ingenuũ. de ingenuis. C. Guid. Papa deciſ. 196.

ex albo ciuium Romanorum eximere voluiſſe. Neque id tantùm Romanis, ſed etiam Spartiatibus ac Thebanis in more poſitum fuiſſe videmus. Quanquam Spartiatibus auri & argenti vſu ſublato nullus mercaturæ locus erat relictus: id tamen placuit Lycurgo[2] ſingulari lege ſanctiùs caueri. Thebanis[3] verò ciuibus non aliter magiſtratus petere aut oblatos capere licuit, quàm ſi totos decẽ annos mercatura abſtinuiſſent. Tandem aliquando legibus[4] imperialibus ordini mercatorum omnes aditus ad honores & imperia præcluſi fuerunt: neque id tantùm, verumetiam nobilium ordini æquè eſt interdicta negotiatio[5], vt mercatoribus[6] militia. Quibus legibus aut ſordida, aut non ſatis honeſta mercatura pleriſque videtur[7].
B Certè quidem Plato[8], Ariſtoteles[9], Apollonius[1], Thyanæus mercaturam virtutibus inimicam eſſe ſtatuunt. Quinetiam populum ſanctum diuina lex à mercatura videtur arcuiſſe his verbis, Non erit mercator in populo tuo, id eſt רכיל, quæ vox impropriè quidem impoſtorem ſignificat, propriè verò mercatorem, eſt enim רכל mercari: eóque ſenſu ferè ſemper vſurpatur[2]: videtur enim diuina lex quæ ciuibus fœnerari[3] vetuit non peregrinis eadem vetuiſſe, ne quid emere liceret quod carius Iſraëlitæ ciui diuenderetur, cui conſentaneum eſt illud quod Sapientiæ[4] princeps ille ſcribit, Mercatorem manus à ſcelere puras vix habiturum. Quamobrem ſæpiſſimè prophetæ[1], ſæpius etiam ſacrarum literarum interpretes[2] mercatorum genus ita execrantur, vt Chryſo-
C ſtomus non obſcurè aut ambiguè, ſed perſpicuè mercatorem Deo placere poſſe negauerit: propter negociatorum mendacia, periuria, fraudes: quódque ad lucra turpia, vt Vlpianus ſcribit[3], proniores ſunt. Illud tamen admonendi ſumus, quòd Deus immortalis populum, quem ſingulari quodam iure ac delectu ſibi ſacrauerat, abſtinere mercatura prohibuit, ad cæteros populos non æquè pertineret, vt multa[4] ſunt id genus interdicta, quæ ad ſanctiſſimum populum, non etiam ad cæteros ſpectant: quoniam hunc puritate ac integritate cæteris excellere voluit. Eſt enim mercatura non tantùm ciuitatibus vtilis, ſed etiam honeſta: nec ſolùm honeſta verumetiam neceſſaria. Quid enim ſi ſolo tam ſterili condita ſit ciuitas aut eo loco poſita vt in ea non modò commodè viui,
D ſed ne viui quidem poſſit? cuiuſmodi Athenas fuiſſe accepimus, qualis eſt etiam noſtra Limogea, Nuremberga Germanorum, ipſiuſque maris mediterranei decus Venetia: quę quatuor ciuitates, ſine mercatura nunquam tales tantæque extitiſſent. Quamobrem M. Tullius[5] ex albo mercatorum, aut certè ſordidorum hominum exemit eos qui vberè & quæſtuoſam, non qui ſordidam ac tenuem exerceant mercaturam. Mercatura, inquit, ſi tenuis eſt, ſordida putanda eſt: ſi magna & copioſa, multa vndique apportans, multiſque ſine vanitate impartiens, non eſt admodum vituperanda. Ego illud Platonis[6] ſubiungerem, ſi modò ciuibus neceſſaria, aut certè vtilia aduexerit, & inutilia euexerit. Ac propterea iuriſconſulti plerique negotiationem rerum omnium affluentia copioſam nihil natalium ſplendori, nihil ordini, nihil nobilitati derogare tradunt[7]. Id quidem fortaſſe in Italia, Britannia, Luſitania locum habeat: non item

2 Plutar. in Lycurgo.
3 Ariſtotel. lib 3 polit.
4 l. ne quis. de dignit. C l. ſi cohortalis. de cohortalib. C. l. humilem de inceſtis C.
5 l. nobiliores de commerc C.
6 l. 1. negotiatores ne militent.
7 Bart. Plate. Lucas Penna. Bald. in d. l ne quis. Faber. in l. falſo de dignit.
8 in legibus.
9 lib. 7 polit. c. 9.
1 apud Philoſtratum.
2 Ezechiel. c. 27. ver. 5. & 28. ver. 16. & cantici. 3. ver. 6.
3 Deut. 23.
4 Eccleſ. 24.
1 Ezech. cap. 82. Zacharias cap. 4. pſal. 70.
2 Homelia 21. in Matheū. Apollonius apud Philoſtratū. Auguſti. in pſal. 70.
3 l. Iuſtiſſime. §. proponitur. de ędilit. edicto. ff.
4 vt quę de ſacrificiis ac ciborum delectu tradũtur.
5 libro 1. offic.
5 in libris de legibus.
7 gloſ. in ver. publicè in clem. de vita & honeſtate cleri. Ancharan⁹ Card. Florentin ibid. Alciat. regu. 1. præſumptionũ. Tiraquel. in lib. de nobilit. Rebuffus in auth. habita ne filius pro patre. C. & ex l. honoribus. §. 1. de vacat. munerum.

in Gallia, nec rurſus in Germania. Illud tamen vbique verum eſt quod Cicero ſcribit, ſordidos iudicari qui mercantur à mercatoribus, quod eodem loco ac momento vendant: quia nihil proficiant niſi admodum mentiantur: nihil autem turpius eſt vanitate. Quamobrem prudenter illi quidem qui non modò nobilitatem, verumetiam magiſtratus ac milites negotiari vetant[8], ne mercaturæ ſpecie ſordibus ac rapinis aditus aperiantur: nec ferendum eſt vt qui per ſeſe non poteſt, ſeruorum ope ac miniſterio[9] fraudem legi faciat. His tamen ſordidiores ſunt rerum turpium quantumuis pretioſarum mercatores, opificibus ac operarijs ordine inferiores collocãdi, vel potius è ciuitatibus, quantùm quidem fieri poterit exigendi: neque enim omnino id effici poteſt, cum turpium & B
honeſtorũ, vtiliũ ac inutilium nõ ſit vbique lex eadem. Picturam & ſtatuariam Græcorum ac Latinorum opinione nobilitatam accepimus, quid enim Protogene clarius? quid illuſtrius Appelle? cuius vna tabula, quæ, quòd artificioſiſſimè accurata eſſet, Rhodum obſidente Demetrio ab interitu ſeruarat, trecentis ampliùs talentis æſtimata fuiſſe dicitur. Et Fabio nobiliſſimo viro laudi datum eſt, inquit Tullius, quod pingeret: omnium tamen artium Hebræi ſordidiſſimam arbitrantur. Turcarum verò ac totius Orientis & Affricæ legibus ac inſtitutis non modò ſordidum ſed etiam capitale eſt acu, vel penicillo, vel fuſione quicquam ſeu ſtirpium ſeu animãtium, ſeu rerum earum quas natura procreauit, vllis picturis aut lineamentis adumbrare. Item Romanis medicorum ſeruile & abiectum munus fuiſſe legimus[4]: ac medicinam à liberalibus diſciplinis diſiunctam[5]: quam tamen in ſummo pretio Hebræi & Græci ſemper habuerunt: eadem à noſtris coli cœpit, cùm Arabes primùm chirurgos ac pharmacotribas, quibus quaſi inſtrumentis ac miniſtris vtendum eſſet, à medicis ſeiunxiſſent. Ac tametſi colendi ſunt[6] in ciuitatibus medici, non tamen ferendum eſt oratoribus ac iuriſconſultis exæquari, ſcientiam enim ciuilem ac legitimam, nõ modo artium, ſed etiam ſcientiarum omnium moderatricem & architectonicem clariſſimi philoſophi definierunt[7]. Romam quidem ſine medicis annos ampliùs ſexcentos floruiſſe, teſtis eſt M. Cato[8]: ſine legibus legitimáque diſciplina ne momentum quidem vlla ciuitas ſtare poteſt. Agricolarum item & paſtorum ordo laudabilis, quippe duabus antiquiſſimis artibus ciuitates, pagos, villas, familias rebus maximè omnium neceſſariis ſuſtentare docuerunt[7]. Certè quidẽ nulla re Cyrus maior tantoperè gloriatur quàm de agris ſuo labore ac induſtria conſitis: Serranus item, Curius, Cincinatus, Torquatus, Cato non minùs vrbana quàm domeſtica laude illuſtres ob id maximè laudantur, quod attritis opere ruſtico manibus ſalutem publicam ſtabilirent: quæque modò arantium boum iuga rexerant, triumphalis currus habenas retinerẽt. Sed illa potiſſimùm ætate fiebant, cùm ab aratro Conſulares ad Dictaturam vocarentur. Omnium[9] certè rerum quibus aliquid acquiritur, nihil agricultura ac penaria melius, nihil vberius, nihil dulcius, dicerem etiam nihil homine libero dignius, id eſt, vt Theophraſtus ſcripſit, οὐδὲν μᾶλλον ἀνδρὸς τοῦ ἐλευθέρου ἄξιον, niſi ſeruilem in mo-

8 l.1. negotiatores ne milit.

9 l.2 §.1 de admi. rerum ad ciuitat. Bar. in l.3. §. ſi procurat. quod quiſque iuris ff. Alciat. in l. mercis. de verb. ſignif.

4 in l. Thais. §. Lucius. de fideicom. libert. l. alimẽta. de alimẽtis & cibar. l. Seio. de annuis legat. l. 1. §. ne autẽ. de ſeruo communi. ff.

5 l.1. §. medicorũ. de variis. cognit. l.1. de decretis de curio. C. l. ambitioſa. de decretis ab ordine. Ariſtophanes ſcatophagos appellat.

6 Eccleſ. cap. 38.

7 Plat. in Gorgia Ariſtot. lib 1. politic. cap. vlt. Pano. cap. cęterũ. col. 2. de iuramẽto cal. & in c. clerici de Iudi. vbi Fr. Aretin. & Dec. l. aduocatos diuerſorũ iudicũ. l. laudabili tit. ſequẽti. C.

8 Plin. Dioſcorid.

9 Plin. lib. 2. c. 3. collumell. Guid. Pap. deciſ. 41. de l. & 296. & 392. Benedict. ad c. Raynutius. verbo dotem. nu. 52. Ariſt. & Xenophon in œconomicis.

in modum mercede conductis hominibus nobiliſſimæ artes contumelioſè manciparentur. Diximus ſordidas artes cenſeri quarum merces autoramẽtum ſit ſeruitutis: vt mirum videri non debeat ſi Romani ſub Imperij occaſum agricolæ à militia[1] ſummouerẽtur. Ex quo conſequẽs erat vtrunque ordinem, agricolarum, inquam, & Paſtorum inter operarios collocare. Nam ordinum dignitatem, pro moribus ac legibus cuiuſque ciuitatis temperandum eſſe neceſſitas ipſa, ratione ſæpius repugnante, cogit. Carnificis munus vbique ferè gentium ſordidiſſimum iudicatur: neque enim per leges cenſorias carnifici domicilium in Vrbe habere[2] licuit: vti ne hac quidem ætate apud Toloſates licet. At Hebræo-
B rum legibus, nobiliſſimos quoſque, ſi teſtes capitalium ſcelerum fuiſſent, eoſdem carnifices habere non modò fuit honeſtum, ſed etiam neceſſarium[3]. Quinetiam in Anglia proximus quiſque parẽtum, fratrum, propinquorum, qui modo in crucem aguntur, extremum pietatis officium eſt agere carnificem, iiſque de trabe humili pendentibus gulam frangere: noſtris verò moribus huic muneri, tametſi ſordido, quæſtuoſa præmia propoſita videmus, ne tã neceſſario ciuitatibus munere deſeramur: vt quondam Gandani contigiſſe accepimus: vbi iudex patrem ac filium eiuſdem ſceleris conuictos ac damnatos ſortem ducere iuſſit, vter vtrius carnifex eſſet: patri ſors obtigit: ſed cùm ætas ingraueſceret iam ſua, precibus eblandita gratia obtinuit vt filius ætate robuſtior eo munere fun-
C geretur. Ergo filius intrepidè parentis iugulum hauſit: cuius impietatis ac ſceleris ſempiterna veſtigia, quæ inuiti ſpectauimus, Gandanenſes æreis ſtatuis in Vrbe media, & quidem publico ac patenti loco etiamnum extare patiuntur. Eſt etiam in ciuitatibus otioſorum hominum ingens numerus qui nec bello, nec pace vllis artibus aut diſciplinis implicantur: quos è ciuitatibus exterminare aut publicis operibus vrgere neceſſe eſt, cùm nullo in ordine collocari poſſint: eóque magis ſi nihil habeant vnde otioſam vitam tueri poſſint. Hos enim Ægypti rex Amaſis nõ aliter atque graſſatores ſupplicio capitali afficiebat. Commodiùs Pariſienſes qui robuſtos ac valentes operibus publicis vrgent: ſenes aut ægrotos humaniter alunt & curant: parentibus ac bonis orbatos pueros ac puellas
D partim literis, partim mechanicis artibus quatuor diſtinctis collegiis præter noſocomium maximum maximíſque opibus auctum ſtudioſiſſimè erudiunt. Si partis aut vetuſtis opibus ciues otium colant, tametſi turpi ac ignaui otio fruũtur: ferendi ſunt tamen, vt nihil aliud quàm Rebuſpublicis inopia laborantibus opitulari poſſint. Quòd ſi rerum cæleſtium ac ſublimium contemplatione mentem paſcant: ciuium omnium beatiſſimos & in primis ordinibus cenſeo collocandos. Sin vitæ genus actuoſum malint quàm quietum: ad honores & magiſtratns ſubeundos, ſi nulla obſtat vitæ turpitudo, arceſcere multò vtilius[7] eſt quàm egentes: quia puriores à ſordibus & corruptelis futuri ſunt quàm qui premũtur egeſtate. Quamobrem locupletes ſæpe nobilioribus ordine[8] conferri, interdum lex anteferri[9] iubet in magiſtratibus & honoribus adipiſcendis: ſi nulla vitæ anteactæ infamia obeſt, idq; conſentaneum eſt moribus

1 l. colones de agricol. C. l. vlt. de mũcip. & col. l. 2. de præpoſitis ſacri cubic. C. l. milites locati. C. l. originarius de agricolis. C.

2 Cicero pro Rabirio perd.

3 Deut. cap. 1. & 19.

7 in authent. de defenſor. ciuitat. §. 1. & l. reſcripto de munerib. l. ad ſubeunda de decurio. C. Iſerni in titu. de pace iuramentõ. cap. 1. Platea in l. nequis de dignit. C. Afflict. in cõſtit. Siciliæ col. 2. not. 2.

8 l. 1. de cuſtod. reo. ca. 2 de teſtibus. Alexan. cõſi. 209.

9 l. reſcripto. de ponderatis muneribus.

ac legibus Indorum, quos Plinius ad honores & imperia optimum ac locupletiſſimum quemque prouehere ſcribit. Quo igitur ordine ciues collocãdi ſint, ad ceremoniarum cuiuſque ciuitatis magiſtros arbitrium deferendum eſt, propter morum ac legum diſſimilitudines propè infinitas. Hoc tamen ordine ciues in monarchia non incommodè collocari poſſe putem: vt Regem ipſum qui extra ciuium ordinem longè antecedat, ſequatur ordo ſacer: ſecrum ordinem Senatus: Senatum ordo militaris, atque in primis Imperator ipſe exercitus ſeu magiſter militũ: deinde duces, comites, Marchiones, prouinciarum præſides, Landegrauij, Burgrauij, Barones, Caſtellani, Vaſſalli cæteríque milites, quibúſue ea cura more maiorum incumbit. Poſtea ordo togatorum qui collegia magiſtratuum & curias iudicum ſuis decurijs aptè diſtinctas complectatur: ipſóſque oratores, iuriſconſultos, cauſidicos, aduocatos, pragmaticos, procuratores, ſcribas, actuarios, notarios, viatores, apparitores, accenſos, pręcones, cornicularios, carcerum cuſtodes, totámque turbam forenſem: quam proximè ſequatur ordo medicorum, Chirurgorum, Pharmacopœorum: quibus ſubiungantur ſcholaſtici homines quíque iuuentutem erudiunt ac erudiuntur: diuinarũ, inquam, & humanarum legum, medendíque profeſſores, phyſici, mathematici, dialectici, rhetores, hiſtorici, poëtæ, grammatici. Poſt togatorum ordinem mercatores, negotiatores publicanos, argentarios, nummularios, proxenetas, collocandos opinor: eóſque potiſſimùm qui ciuitatis annonã, quæque ciuibus alendis quàm maximè neceſſaria ſunt, inuehere curant: cuiuſmodi ſunt frumentarij, macellarij, cetarij, piſcatores, piſtores, fartores, coqui: quibus ſubiungemus agricolas ac paſtores: his denique opifices, qui quod innumerabiles prope videntur, vtiliſſimos quoſque priorem locum obtinere oportet: architectos inquam, hoplotechnitas, fabros lignarios, lapidarios ſeu latomos, metallarios, monetales, bractearios, aurifices, fuſores, vitrifices, pyrothecnitas, fornacatores, figulos, cornuarios, eborarios, cerearios: item textores quíque lanificia tractant: id eſt ſericam, vellera, pilóſque animantium, linum, canabim, xillum, cæteráque id genus: ex quibus telam, funes, vimina, veſtes, aulæa, vela, papyros, carthas parari videmus: quos proximè ſequuntur coriarij, pelliparij, fullones, tinctores, ſartores, ſutores: quibus opificiis typographica etſi vetuſtate non ſit conferenda, noblitate tamen cæteris omnibus anteferenda videtur. Nam pictores, ſtatuarij, ſculptores, pigmentarij, tibicines, hiſtriones, ſaltatores, arenarij, agitatores, ludiones, pantomimi, ſcenici, mangones, aut ciuitatibus exigendi, aut poſtremo loco ſtatuendi mihi videntur: vt ijs etiam priores ſint balnearij, tonſores, nautæ, caupones, ſtabularij, lecticarij, aurigæ, veſpilones, libitinarij, lictores, carnifices: propterea quòd alteri quidem ſordibus egerendis, ac luſtrandis ciuibus ac ciuitatibus neceſſarij ſunt: alteri ſordidiſſimis artibus turpiúmque aut inauiũ voluptatum efficientibus non modò ciuium mores corrumpunt, ſed etiam ciuitates ipſas funditus euertunt. Ordines autem ciuium ita deſcripſimus non tam vt dignitas, quàm vt conditio cuiuſque intelli-

intelligatur. Neque verò niſi rariſſimè & quidem vrgente neceſſitate ciues à ciuibus ordine diuidendi ſunt: quòd ea res ſeditionum ciuilium materiam afferre poſſit: cùm alij ab alijs non tantùm ſeiuncti ſint ſed etiam ordinis diſcrimine ſe notari ſentiunt. At ne ciues quidem vnius conditionis vna ciuitatis regione conſtituendos eſſe diximus, niſi ad id aut locorum anguſtiis, aut aquarum opportunitate ciues cogantur, vt lanios, coriarios, pelliparios, balnearios, quandoquidem aquarum vſu ac lotionibus perpetuis vtuntur, ſecus aquarum riuulos, domicilia conſtituere: & oplothecnitas ſeorſum à togatis & ſcholaſticis hominibus collocare oportet: cæteros opifices, mercatores, ac mercenarios homi-
B nes vtile eſt à ſe inuicem diſiungi, ac ſingulis regionibus diſtribui, vt ciues omnes omnium opera faciliùs vti poſſint: ne ab extremis ad extrema vrbis loca ſæpius vrgente periculo recurrere cogantur. Ad hæc illud etiam accedit, quòd eiuſdem conditionis ciues diuerſis regionibus ſeiuncti, non ita facilè contra Rempublicam conſpirare, aut legibus fraudem facere poſſunt. Ac ſi conuentus omnium ordinum fieri neceſſe ſit, quoniam ordines ab ordinibus quodammodo diſtingui oportet, vt ordinum [a] dignitas quædam ſeruari poſſit: cauendum in primis ne ciuium partitio fiat bifariam: nec tamen ordines plures tribus in comitijs conſtituantur: nam inter duos oborta contentione ad vim facilè prorumpitur, aut æquatis ordinum ſuffragiis infecta re diſceditur: cùm vnum vni tan-
C tum contrarium ſit: plura vni contraria per naturam eſſe non poſſint: ſed tertius alterutri ſeſe adiũgat oportet, ad vtrunque conciliandum: ſi plures tribus fuerint pari numero, eadem incommoda ſequuntur: cùm par numerus bifariã ſcindatur, ſi numero impares ſint, opinionũ multitudo diſcrepantiam difficillimè conciliari poterit. Quinetiam vtilius fuerit vnum omnium ordinum oratorẽ eſſe quàm plures pluribus, modò conueniat omnibus ordinibus quid agendum, quid ſentiendum, quid petendum: vt antea quidem apud Turones & Aurelios, vbi conuentus haberi placuit: ſin ordines inter ſe diſſideant: ſuum cuiuſque ordinis oratorem eſſe neceſſe eſt, vt non ita pridem apud Bleſenſes conuentus, cùm Pontifices de nobilitate, noblitas viciſſim de pontificibus, plebs de vtriſ-
D que grauiter cõquereretur, tres oratores creari neceſſe fuit: at ne iſto quidem modo ſatis plebi caueri potuit, quin oratores præuaricationis inſimularentur: ex quo graues plebis querelę manarunt in vulgus. Hæc præcipuè cauenda ſunt in monarchia, in qua vnus eſt omnium arbiter controuerſiarum: in cæteris ciuitatum generibus vt plures ſint oratores, in ſuffragium tamen itur. Sed omni ciuitatum generi valde vtilis, in optimatum verò ſtatu neceſſaria eſt illa quam dixi ciuium in tres ordines diſtributio, vt duobus diſſidentibus tertius diſſidia componat, aut alterutri adiunctus nolentem à ſuſcepta ſententia deducat: ſi duæ factiones exoriantur, qui ſapiunt, quíque ſaluam Rempublicam eſſe volunt, tertiæ factionis principem excitare, ſéque illi adiungere oportet: tres enim duces partium facillimè, duo difficillimè conciliantur: inde ſeditiones ac bella ciuilia: ídque præcipuè in optimatum ſtatu: quoniam inter optimates

[a] l.1. vt ordinum dignit. C.

ac plebem tertium nihil eſſe poteſt: cùm in optimatum cœtu omnia inſint iura maieſtatis, nihil in plebe: in populari verò ciuitate patribus ac plebi communia ſunt iura maieſtatis: tertium igitur ordinem creare facilè eſt, vt Romæ ordo Equeſtris quodammodo ſequeſter fuit inter patricios ac plebem, & ex vtroque ordine cõflatus: ſed quoniam patricij & Equites vix vniuerſi populi quinquageſimam partem conſtituebant, plebs impotentiùs dominabatur, idque præcipuè intellectum eſt, cùm lege theatrali locus ſenatui primũ: deinde Equitibus in ſpectaculis ſeorſum à plebe datus eſt: qua de re ſic Liuius. C. Atilij Serrani, L. Scribonij " Libonis Ædilium curulium ludis Romanis primùm Senatus à populo " ſecretus ſpectauit, præbuítque ſermones (ſicut omnis nouitas ſolet) aliis B tandem quod multò antè debuerit tributum cenſentibus ampliſſimo " ordini, aliis demptum ex dignitate populi quicquid maieſtati patrum " adiectum eſſet interpretantibus, & omnia diſcrimina talia quibus ordines diſcernerentur, & concordiæ, & libertatis æquè minuendæ eſſe, ad " quingenteſimum quinquageſimum ſextum annum in promiſcuo ſpectatum eſſe: quid repente factum, cur non immiſceri ſibi in cauea patres " plebem vellent? cur diues pauperem conſeſſorem faſtidierit? nouam & " ſuperbam libidinem ab nullius antè gentis ſenatu neque deſideratam, " neque inſtitutam: poſtremò Affricanum quoque ipſum quod Conſul " auctor eius rei fuiſſet, pœnituiſſe ferunt. Hæc ille. Ex quibus intelligitur " ad popularem libertatem & cõcordiam tuendam ordines ordinibus ita C collocari oportere, vt omnes omnibus ſocietatis & communionis iure faciliùs conciliari poſſint. Hoc igitur Affricani factum non modò à plebeis ſed etiam ab ipſis patribus quorum gratiam, ſibi peperiſſe putabatur, reprehenſum eſt: ſic enim Tullius, non ſolùm à ſapientiſſimis hominibus, ſed etiam à ſeipſo accuſatum fuiſſe ſcribit: propterea quòd à plebe per vim illud extortum erat quod ſponte patribus ad illam vſque ætatem conceſſum fuerat: quia tametſi promiſcua ſubſellia fuiſſent, nunquam tamen ante patres ex plebe quiſquam ſpectare ſuſtinuerat[3]. Centeſimo circiter anno pòſt, lata lex eſt à L. Roſcio Othone Tribuno plebis, vt Equitibus locus eſſet in XIIII. gradibus proximis à ſcena: cùm enim magiſtratus cæteríque ſenatores in primis ac ſcenæ propioribus locis D ex lege cenſoria commodiùs ſpectarent & audirent, altiores ac remotiores gradus minùs honeſti iudicabãtur, & tametſi capaciſſima eſſent theatri loca, & quæ ſæpius ſexaginta millia ciuium caperent, non tamen ciues omnes continere poterant: itaque lege Roſcia theatrali neceſſe fuit Equitibus in gradibus XIIII. locum ſeruari[4]: & quoniam erepta latenter plebi ſuffragia videbantur à Roſcio Tribuno, quem popularis libertatis ac dignitatis cuſtodem eſſe oportebat, cùm ipſe ſpectatum veniſſet ab Equitibus, quorum gratiam ſibi conciliarat, ingenti plauſu, à plebe verò maximo ſtrepitu acceptus eſt, cúmque certatim plebs & Equites clamoribus & conuitiis mutuis exarſiſſent, theatrum vniuerſum ac ludos ita conturbarunt, vt neceſſe fuerit Ciceronem conſulem populum vniuerſum à theatro ſeuocare. Ergo Conſul prudens ac diſertus plebis impo-

3 Valer. maxim.

4 Trãquil. in auguſto.

impotentis animos graui oratione repreſſit, & obiurgatione conſulari tumultum ita ſedauit, vt populus in theatrum placatus rediret. Hinc illa Plinij[6], vox in laudes Ciceronis, Te ſuadēte tribus Roſcio theatralis legis auctori ignouerunt, notatáſque ſe diſcrimine ſedis æquo animo tulerūt. Erat autem pœna lege theatrali dicta ne quis, niſi cenſum Equeſtrem haberet, in XIIII. ſpectaret. Sed cum plerique attrito bellis ciuilibus patrimonio ſpectare ludos è XIIII. non auderent metu pœnæ theatralis, Auguſtus[7] pronunciauit non teneri ea quibus ipſis parentibúſve Equeſter cenſus vnquam fuiſſet. Fœminarum ordinem non attingo: illud tantùm: ab omnibus magiſtratibus imperiis iudiciis, cœtibúſque publicis & conſiliis procul arcendas eſſe ſtatuo, vt muliebribus domeſticíſque negotiis intentæ ſint. Atque hæc de ciuium ordinibus dicta ſint. Quibus autem rationibus ſeceſſioni ciuium ac ciuilibus procellis occurratur, ſuo loco fuſiùs diſſeremus.

6 lib. 7.

9 Tranquil. in Auguſto.

FINIS LIBRI TERTII.

# DE REPVBLICA

## LIBER QVARTVS.

*De ortu, incremento, ſtatu, conuerſione, inclinatione, occaſu Rerumpublicarum.*

### CAPVT. I.

*Origines ciuitatum.*

RES omnes publicæ originem ducunt vel à familia, quæ ſenſim propagatur: vel momento exiſtunt, cùm populi multitudo è ciuitate colonia deducta, quaſi apum examen ex aluearibus, aliò euolat, ſurculúſve aut ramus de arbore decerptus in ſolo peregrino conſitus, qui ſi radices egerit, fructum profert multò ſuauiorē quā quę arbores exiguis ſeminibus aut ſponte naſcuntur. Vtriuſque tamen generis ciuitas vel potentiorum vi conſtituitur, vel eorum qui ſe libertatémque ſuam ſub alterius Imperium ac arbitrium ſponte ſubiecerunt. His ergo iactis radicibus ſi bene conſita Reſpublica fuerit, principio contra ventorum conſpirantium vim, contráque hoſtiles impetus: deinde contra morbos qui in intimis viſceribus latent ſe ipſa confirmat, ac temporis diuturnitate robur acquirit, quouſque ad ſummum

peruenerit, quem ſtatum florentem appellare licet, qui propter incertos caſus, dubiámque rerum humanarum varietatem diuturnus eſſe non poteſt. Intereunt enim aliquando Reſpublicæ non tantùm confectæ & abſolutæ, ſed etiam quæ in eo ſunt vt abſoluantur, & quæ inchoantur adhuc & informãtur, primíſque lineis ac rudimentis deſignantur. Ac ſæpe fit vt maxima quæque imperia ſuapte grauitate ac pondere: alia verò armis ciuilibus: nonnulla popularibus morbis: pleraque hoſtium impetu: quædam vi diuina momento ſubuertantur: pauca vetuſtate caduca fatiſcant, ſuáque ſenectute tabeſcant. Nulla tamen imperia maiores motus, aut caſus grauiores ſentiunt, quàm quæ ſunt florentiſſima: nec propterea ſunt vituperanda. Et quemadmodum Demetrius, is qui vrbium B obſeſſor eſt appellatus, neminem putabat infœliciorem quàm qui diutiſſime in ſumma rerum omnium affluentia pacatè vixiſſet, nec caſus aduerſos vnquam eſſet expertus: quaſi hunc ipſum fortuna abiectum & indignum iudicaret qui cùm luctaretur: ita ciuitates quædam aut voluptatibus ac turpi otio ignauiter diffluunt: aut ita deprauatę ſunt vt ad miſericordiam potiùs quàm ad inuidiam quemquam commouere poſſint. Ergo diligenter nobis intuendi ſunt Rerumpublicarum ortus & obitus, & quæ cõuerſionis cuiúſque cauſæ fuerint, priuſquam iudicium feramus, aut eas ad imitandum proponamus. Conuerſionem ciuitatis appello, cùm ſtatus ipſius conuertitur ac omnino mutatur, id autem fit cùm Imperium populare ad vnum, aut paucorum poteſtas ad omnes ci- C ues defertur, contráue. Non enim legum, aut religionis aut loci mutatio appellanda conuerſio eſt, ſed ἀλλοίωσις, id eſt, vt ſic loquar, alteratio quædam, permanente Reipublicæ ſtatu: qui conuerti poteſt ſine vlla re religionis ac morum, regúmve, præter eas quæ ad maieſtatem pertinent, conuerſione: vt cum noſtra ætate ſtatus Florentinorum ab Imperio populari ad vnum peruenit: neq; enim ætas Reipublicæ vrbis ac mœnium diuturnitate terminari debet, vt velle videtur Paulus Manutius, qui Rẽpublicam Venetorum quæ nunc eſt, mille ac ducẽtos annos ſtetiſſe ſcribit, quæ tamen tres pertulit conuerſiones, vt mox dicemus. Fit etiam interdum vt nec vrbis, nec ciuium, nec item morum ac religionum vlla conuerſio aut vis vlla ſequatur, nec detrimentum quiſquam accipiat, D Reſpublica tamen intereat: vt cùm Rex aliquis ſe regnúmque ſuum, ac populum vniuerſum ſub alterius Imperium ſubiungit: aut hæredem regni teſtamento relinquit: vt proditum eſt de Attalo Aſiæ, Coctio Alpium, Ptolemęo Cyrenenſium, Eumene Pergami, Nicomede Bythinię, Polemone Ponti regibus, qui populum Romanum hæredem tot imperiorum reliquerunt: tunc enim regna ſublata ſunt, ac Reſpublicæ in prouinciarum formam redactæ: non autem conuerſio Rerumpublicarum ab regia poteſtate deflexit ad popularem, contrà verò ſi ex vna pluribúſve ciuitatibus ac prouinciis totidem monarchiæ populareſve ſtatus Imperij ſummi poteſtate diuidantur, non eſt illa conuerſio, ſed origo Rerumpublicarum: vt cum Heluetiorum ac Rhætorum prouinciæ, ab Imperio Germanorum defeciſſent, octodecim Reſpublicæ exiterunt impe-

Imperij ſummi poteſtate à ſe inuicem diuiſæ. Interdum ex duabus vna fit & eadem Reſpublica, vt Romanorum ac Sabinorum coniuncti; eodem Imperio ac fœdere duobus regibus ac populis, nec alter alterius iugum aut leges pertulit, ſed æquatis Imperiis in eandem ciuitatem vtrique coaluerũt: ac ne Salbini Romanis adiũcti alterius imperio accreuiſſe viderentur, placuit vtriuſque populi nomine ſublato Quirites appellari, quo nomine deinceps magiſtratus in concionibus ſemper vſi ſunt: tametſi Romulus, qui ne ſocium ferre videretur fratri non pepercerat, Tatium non multò pòſt occidi iuſſiſſet. Non igitur Reſpublica Sabinorum interiit, aut Romanis acceſſit, vt quibuſdam viſum eſt tametſi cæteri populi nec Sabinos, nec Quirites, ſed Romanos appellarent: quia nomen Vrbi ac populo ſemel inditum mutari nunquam potuit: vel quia Romanorum plenior eſt quàm Quiritium appellatio: vel quod vtrique in Romanorum mœnia coaluiſſent. Id enim ad quæſtionem Cunei Iuriſconſulti definiendam pertinet, qui dubitat an vnius Reipublicæ ciues ſi cum alterius Reipublicæ ciuibus in vnum & idem corpus coniungantur, ſubditi ſint eorum quibuſdam copulãtur: negat Bartolus[1], exemplóque vtitur Raymundi Toloſatum Comitis: definitione certè nõ peccat, ſed exemplo, nam eo fœdere quod inter Ludouicum IX. Regem Francorum & Raymundum Toloſatem ictum eſt, filia Comitis Alphonſo Ludouici regis fratri ſponſa fuit iis legibus vt ſi liberis iuſto matrimonio quæſitis deſtituerentur, Comitis vniuerſa ditio huic Imperio coniungeretur, ſaluis tamen moribus ac legibus populi cui niſi aſſentienti tributa imperare non liceret. Alphonſo ſine liberis mortuo prouincia Narbonenſis, ac Septimania, quæ antea ab ipſis regibus fiduciario iure ac legibus maieſtatis tenebantur, ſoluta fiducia ad principem redierunt: ita quidem vtile dominium fuit cum directo coniunctum. Erat igitur Septimania huius regni prouincia non Reſpublicæ. Si tamen prouincia ab hoc Imperio auulſa fuiſſet, legibus fœdere comprehenſis ſubdita fuiſſet, quia non æquis legibus in fœdus venerat. Sed vt pleniùs vberiùs hęc diſſerantur, omnes Rerumpublicarum conuerſiones, aut ſponte fiunt aut neceſſitate, aut voluntate quidem, ſed coacta, quæ tamen ipſa voluntas appellatur[2]: neceſſitas item violenta quædam eſt, quædam verò naturalis conuerſio cùm neceſſitate coniuncta. Tametſi enim ortus rerum occaſu laudabilior eſt, & naſci quàm mori iucundius, hic tamen fluentis naturæ torrens alterum alterius conſequens eſſe declarat, vt quæcũque[3] oriantur, etiam ſi ſeculis innumerabilibus ſteterint, aliquando tandem aboriri: ſed quemadmodum mors ea tolerabilior iudicatur, quæ poſt diuturnam ac placidam ſenectutem ſenſim irrepſit: ita quoque Reipublicæ conuerſionem, vel occaſum iudicamus naturæ congruentẽ, quem poſt infinita penè ſecula paulatim fieri neceſſe eſt: neque enim violentum dici poteſt, quod naturæ conſentaneum ſit: cum curſus ætatis cuiuſque rei certus ſit, & ætati cuique tempeſtiuitas data: adeò vt extingui ſuo tempore optabile videatur. Mutãtur autem Reſpublicæ tum in melius, tum etiam in deterius, ſeu naturæ congruenter, ſeu violenter id fiat: quæ

1 in l ſi conuenerit. de pignoratit.

2 metum. §. mulier quod metus.

3 Plato in Phædone & Timæo. Ariſtot. lib. 1. de cælo.

tamen violentos habent motus, celeriter ferri neceſſe eſt. naturales verò conuerſiones minùs ſentiuntur. Omnium autem conuerſionum nulla facilior eſt, quàm quæ imperantis & ſubditorum conſenſu ac voluntate fit: ſiquidem is qui ſummũ Imperium habet, optimatibus aut populo cedere quàm imperare malit: vt Syllam accepimus incredibili violentia Dictaturã, nec ſine crudeliſſima ciuium ſtrage arripuiſſe, ac Reipublicę ſummam poteſtatem à populari ſtatu in monarchiam conuertiſſe: eundem tamen quadriennio poſt ſumma ciuium voluntate Imperium populo reddidiſſe. Sic etiam optimates Senenſis Reipublicę ſummum Imperium populo communi conſenſu dederunt: quod poſtea Paudulphus tyrannns violenter inuaſit. Et quemadmodum humanis corporibus variæ accidunt mutationes tum ab elementis, tum à corporis animíque habitu, tum ab humorum temperatione, tum ab educatione alimentorúmque varietate: ita quoque ciuitatum conuerſiones, ſiue in hanc, ſiue in illam partem, aut ab amicis, aut ab hoſtibus, aut ab vtriſque ſimul contingere poſſunt: ídque ſæpius inuitis ciuibus ac populis, quos vt infantes ac furioſos ſæpe ſanare neceſſe eſt: nam Lycurgus non modo leges ac mores, ſed etiã ciuitatis ſtatum inuitis ciuibus cõmutauit, ac ſummũ Imperium, quo ſeipſum ac proximos regiæ ſtirpis Heraclidarum ſpoliarat, populo dedit, accepto graui vulnere, & altero (præmium virtutis) orbatus oculo. Et quoniam tria omnino Rerumpublicarum genera nec plura eſſe docuimus, ſequitur ſex omnino conuerſiones perfectas haberi: ſcilicet à monarchia ad popularem ſtatum: à populari ad monarchiam: ab optimatibus ad populum: à populo ad optimates: item à monarchia ad optimates: ab optimatibus ad monarchiam: & cuiuſque generis ſex imperfectæ ἀλλοιώσεις, quas minùs Latinè alterationes dicemus: ſcilicet à regia poteſtate ad dominationem: à dominatione ad regnum: à regno ad tyrannidem contrá ve: à tyrannide ad dominatum contrá ve. Idem iudicandum de optimatum ac plebis Imperio legitimo, vel ſine lege, vel factioſo. Ἀλλόιωσιν diximus, cùm rex in tyrannum euadit, aut populare Imperium inturbulentæ plebis impotenriã, quam Græci vocant ὀχλοκράτειαν, quia ſtatus non mutatur. Hic monarchiæ cõuerſionem in δυάρχιαν omitto, quia duarchiam oligarchiæ genere comprehendi ſuperiùs docuimus: alioqui à monarchia ad τριάρχιαν, τετράρχιαν, & id genus alias conuerſiones innumerabiles, quæ non modò in diſciplinam non cadunt, ſed etiam abſurdiſſimæ ſunt, partitionem fieri oporteret: nam vbi ab vnius Imperio diſceſſeris pluralitas ſequitur, quæ vt Iuriſconſulti tradunt, duorum[4] numero continetur: vt ſuperiùs dictum eſt. Præter eas quas attulimus conuerſiones, interdum ſtatus quidem non interit, ſed tandiu ſuſtineri videtur quoad de Imperij maieſtate decernatur: atque interea curatores Reipublicæ dantur: aut magiſtratus per ſeſe ſine curatore Rempublicam moderantur: nam mortuo Vrbis creatore Romulo, interregnum dicebatur tempus illud vnius anni, quo Senatores viciſſim interreges fuerant, non tamen iure maieſtatis imperabant, ſed procuratorio nomine: quia maieſtas Imperij ad Senatum populúmque Romanorũ reciderat, quoúſ-

4 l. vbi numerus. de teſtib.

quouſque regem ſuffragiorum communi conſenſu creaſſet. Eſt etiam
cùm ſublata monarchia, vel ariſtocratia, vel democratia,ſequitur Anar-
chia quædam, cùm nec Imperij maieſtas vlla, nec magiſtratuum, nec cu-
ratorum Imperium eſt: vt mortuo Iephte Iſraelitarum[5] principe,res ad 5. Iudicum cap. 12.& vlt.
anarchiam redierat, ac ſolius Dei regis optimi maximi procuratione ac
nutu Imperij maieſtas ſuſtinebatur: ſic enim ſacris literis proditum eſt.
At cæſo Dione Syracuſarum principe,pura fuit anarchia: item Abuſahi-
te Foſſarum rege mortuo populus annos octo[6] ſine regibus miſerrima 6 Leo affert.
conditione vixit, id quod etiam accidiſſe memoratur,cæſis pluribus Æ-
gypti Sultanis: nam Prætoriani milites, qui Memmeluchi dicebantur,
B ſine principe tandiu fuerunt,quoad Campſonem Caramaniæ regem ar-
ceſſerent. Conſimiliter Ruteni bellis ciuilibus exhauſti, ac fatigati tres
Germanos principes ſibi crearunt[7].Cùm igitur res ad puram anarchiam 7 anno 851. Cromerus.
redit,ideſt cum nec imperat, nec paret quiſquam,interitus eſt Reipubli-
cæ non conuerſio: etiam ſi familiæ & collegia mutuam amicitiam co-
lant. Quod ſi ius eſt optimatibus aut populo creandi principis, eóque
mortuo magiſtratus Imperij vim ſuſtineant: maieſtas ipſa vel ad opti-
mates, vel ad populum recaſura videtur: nec debet anarchia cenſeri. Ita-
que poteſt, Republica interempta,populus iura familiaria ſocietatéſque
& commercia tueri: ſed vniuerſo populo deleto, Ré quoque publicam
interire neceſſe eſt: vt Thebanis accidit, quos Alexander magnus inter-
C necione, ac vrbem ipſam ferro flammáque deleuit, præter Pindari poë-
tæ domum in cuius limine ſcriptum erat, μὴ καίετε στεγὰν τοῦ πινδάρου. Sic etiam
Madianitæ, Amorrhæi, Iebuzæi, Phærezæi ab Iſraëlitarum populo à ſtir-
pe deleti ſunt: ac Bizantiorum Reſpublica tum interiit, cùm Seuerus
Imperator Vrbem ſolo exæquauiſſet, ac populum vniuerſum intere-
miſſet agro Bizantino Perinthiis cõceſſo. Id verò monarchiæ proprium
eſt,quod cæſo ac pulſo rege,ſi rex alius ſuccedat,etiam legibus,moribus,
ac religionibus mutatis,non tamen Reſpublica mutatur,quia ſtatus Im-
perij ac maieſtas idem permanet qui antea fuit: vt noſtra ætate Anche-
mo rege Teleſiorum à populo exacto ſeptra tulit Abyamenus: quem
ſtatim Ariadenus Ænobarbus de Imperio diſturbauit:ipſe quoque non
D multò pòſt ſpoliatus eſt ope Caroli v. Imperatoris, Abuchemone reſti-
tuto: qui quòd crudeliſſimam de aduerſariis vltionem cepiſſet, rurſus
eſt ab Ariadeno eiectus. ἀλλόιωσις igitur fuit, Imperij conuerſio nulla fuit:
vt Imperium Romanum eodem anno quatuor Imperatores tenuerunt
viciſſim,cùm alius alium ſpoliaret,ac potentiori dominatus cederet. In-
terdum etiam inuitis ac nolentibus imperium defertur. Nam Claudius
primùm, deinde Cordianus maior ad Imperij ſceptra nolentes ac inuiti
pertracti ſunt, noſtráque ætate Tripolitani Affricæ, cùm ab Iachia rege
Tunetano defeciſſent Mucamenem regem fecerunt, cui, cùm veneno
ſublatus eſſet,ſuffexerunt Heremitam,quem ad imperium pertraxerunt
inuitum ac nolentem. Is igitur imperauit, quoad Petrus Nauarrenſis *Heremita rex*
Tripolim vi cepiſſet, ac regem in Siciliam deportaſſet, quem Carolus *inuitus à Tri-*
v. Imperator in ſolitudinem priſtinam redire iuſſit. Et quemadmodum *politanis creatus.*

plerique in ipſo ætatis flore, nōnulli in pueritia, quidam in infantia multi antequam naſci licuerit aboriuntur: ita quoque imperia videmus ac ciuitates priùs excindi quàm armis aut legibus florere potuerint: quaſdam abortiuo ſimiles priùs extingui quàm oriantur: vt noſtra ætate Anabaptiſtarum Imperium in Munſtera Weſtualliæ metropoli priùs ſublatum eſt quàm ortum fuiſſe putaretur: cùm Leidanus ſellularius opifex regem ſe ferens triennium Imperij maieſtatem ac ſceptra inuaſiſſet: qui tamen ab imperiali exercitu obſeſſus, & Vrbe expugnata ſupplicio affectus eſt. Statum verò ſeu florem Reipublicæ non perfectum quidem illum aut numeris omnibus abſolutum intelligimus, cùm nihil in rebus humanis ſtabile ac perfectum ſit: ſed cùm ad ſummum ſuæ virtutis ac B laudis culmen peruenit: vel quo longiùs abeſt ab omni genere vitiorum: id autem intelligi nequit niſi poſt occaſum Imperij cuiuſq;. Cùm enim Romanorum Reſpublica regiam poteſtatem, tyrānidem, oligarchiam, democratiam denique & ὀχλοκρατείαν pertulerit, nunquam tamen clarior fuit quàm in populari poteſtate: populare verò Imperiū illuſtrius quàm ætate Papirij Curſoris. Illa, inquit Liuius[7], ætate, qua nulla virtutum feracior fuit, nemo erat quo magis innixa res Romana quàm in Papirio Curſore ſtaret. Hoc iudicium fuit Romanorum de Reipublicæ ætate omnium florentiſſima: quia nunquam, militaris ac domeſtica diſciplina magis culta fuiſſe dicitur, nunquam leges, mores, inſtituta, fides, religio maiore in pretio, nec vitia acerbiùs caſtigata fuerunt: vt mirum videri C non debeat, ſi tanta extiterit illuſtrium virorum ſeges. At nondum, dicet aliquis, ex Italia exceſſerāt, nondum in Græciam, in Aſiam, in Affricam arma protulerant, ſed ne Italiam quidem totam ſub Imperium ſubiunxerant, nec aureis laquearibus capitolium ſplendebat: ſed fragmine contectum erat. ego verò Imperij laudem non latifundiis, aut regionum amplitudine, ſed virtutis finibus terminari puto: vt incultos horrētéſque lucos plus habere iudicemus maieſtatis ac venerationis quàm viridicatas & digeſtis in quincūcem arboribus conſitas ſyluas: ita Romam ſqualentem & impexam quam bene comptam & vnguentis delibutam auguſtiorem ac maieſtatis pleniorem fuiſſe duco. Nunquam enim Romanorum potentia maior fuit quàm Traiano principe, qui non modò Arabiam fœlicem, ſed etiam vltra Euphratem prouincias ampliſſimas Imperio adiecit, & ſupra Danubium extructis pontibus incredibili ſubſtructionum mole, cuius veſtigia etiamnum reſtant, regem Decelabum ac Daciam ſubegit, ferociſſimáſque gentes ac immanitate barbariſſimas Romanorum legionibus fregit: ciuitas verò ipſa ac Imperij totius caput libidine, auaritia, luxu, mollitie ita diffluebat vt nullum antiquæ virtutis veſtigium extare videretur. Nec Lacedæmoniorum Reſpub. cùm Græciam totam, & Aſiæ partem ſuis armis domuiſſet, florentiſſima fuit, iam enim auri & argenti viam in ciuitatem contra leges admiſerant: iam Lycurgi diſciplina pene extabuiſſe videbatur: nec multò pòſt Imperium illud præcipiti caſu collapſum eſt. Conuerſionum autem, quæ Rebuſpublicis accidunt, cauſas enumerare ſingulas difficile eſt, ſed ad diſciplinam vniuer-

[7] libro. 9.

*Papirij curſoris ætate Roma virtutibus florentiſſima.*

vniuerſæ complecti eáque exemplis illuſtrare ſatis erit. Frequens eſt illa quæ intermortua regis ſtirpe facit vt principes Reipublicæ de Imperio armis decernant: aut maximæ paucorum opes, cum extrema multitudinis inopia: aut magiſtratuum & honorum inæqualis diſtributio: aut immoderata cupiditas imperandi: aut iniuriarum appetitæ vltiones: aut tyrannorum crudelitates: aut metus pœnarum: aut religionis ac morum mutatio: aut voluptatum fruendarum, aut libidinis vindicandæ appetitus. Hæc igitur ſingula explicanda ſunt. Docuimus antea Rerumpublicarum origines à tyrannide initium habuiſſe, inde ad dominatum, poſt ad reges eorúmve liberos quaſi ſucceſſorio iure imperia perueniſſe.
B Pleni ſunt libri, plena antiquitatis memoria primum imperatorem in Aſſyria quòd acerbiùs dominaretur, Nimerodum, id eſt amarum dominatorem appellatum: cæteri deinceps ab eo dominatum acceperunnt, non modò agrorum ac poſſeſſionum, ſed etiam perſonarum, quouſque Arbaces Præfectus Medorum de regia poteſtate Sardanapalum inter medios fœminarum greges libidinosè laſciuientem deiecit. Huius imperium duo præfecti inter ſe diuiſerunt: alter Aſſyriorum, qui & Caldæi dicti ſunt: alter Perſarum Imperium adeptus eſt, ac tandem vtrunque ad Cyrum regem delatum, cuius filius Cambyſes ſine regia ſtirpe mortuus occaſionem principibus præbuit aduerſus magos, qui regiam inuaſerāt, coniurandi: quibus cæſis decem principes comparauerunt inter ſe, vt cu-
C ius equus ante Solem ortum hinniret, regno potiretur: ſic Darius regnū adeptus eſt, ac deinceps eius poſteri maximum illud Imperium tenuerunt vſque ad Alexandrum magnum qui reges Indorum ac Scytharum ſubegit, eorúmque imperia cum auitis & ijs quæ ſua virtute pepererat, coniunxit. Si cæteras gentes conquiramus, reges vbique ijſdem temporibus imperaſſe comperiemus: Ægyptios, inquam, Æthiopes, Græcos, Macedonas, Corinthios, Sicyonios, Celtas, Athenieſes, Lacedæmonios, Lydios, Cretenſes, Latinos: qui vi & armis imperia conſecuti, poſteris ea iure ſucceſſorio reliquerunt: niſi alius alium regno ſpoliaret, aut extincta regum poſteritate optimates imperia retinerent: ac ſi quis è plebe Imperij particeps eſſe vellet, hic fabulam audiebat leporum, qui ſe
D leonibus exæquabant: aut ſi populus vniuerſus iura maieſtatis tueretur, honoribus tamen ac magiſtratibus ſoli[4] principes fruebātur: nam mortua ſtirpe regum apud Athenienſes princeps vnus decimo quoque anno creatus eſt: quouſque populare imperium conſtituiſſet Solo, qui tamen honores ac magiſtratus non niſi cum optimatibus communicauit: at tametſi regibus Romanorum exactis, populare Imperium Brutus ac Valerius Publicola conſtituiſſent, omnes tamen honores, imperia, ſacerdotia, magiſtratus ad patricios deferebantur: primus quidem Ariſtides ac Pericles Athenis, Canuleius Romæ aditum ad honores & magiſtratus plebi aperuerunt. Sed cùm diuturno rerum gerendarum vſu perceptum eſſet monarchiam omnium tutiſſimam eſſe, populares verò ac optimatum ſtatus difficillimè conſtitui difficiliùs etiam retineri, toto ferè terrarum orbe optimatum ac popularia imperia exegerūt, vt ea regibus

*Prima imperia vi occupata ſunt.*

*Origines Ariſtocratiæ.*

4 Ariſtot. lib. 3. cap. 13. polit.

ac proximo cuique ſucceſſoria lege tribuerent: aut ſi reges à ſtirpe deficerent, ipſis vel adhuc ſpirantibus, vel teſtamento adoptare liceret: vt in Affrica [5] fieri conſueuit: aut mortuis regibus optimates creandorum regum poteſtatem ſibi reſeruarunt, vt Carinthij, Hungari, Bohemi, Poloni, Dani, Noruegi, Suedi: qui ſæpe reges de Imperio deiecerũt, ſi vel crudelitate, vel libidine, vel ignauia decus Imperij conſpurcarent: aut regi philoſopho ſtrenuum Imperatorem ſubſtituebant: vt Romani pro Numa Pompilio rege ſapientiſſimo & religioſiſſimo, Tullum Hoſtilium ducem fortiſſimum regem fecerunt: ſic Iſraelitæ tametſi Samuelem diuiniſſimum principem haberent, ducem tamen exercitus ſibi petierunt. Ac ferè ſemper crudeliſſimos tyrannos excipiunt iuſtiſſimi ac moderatiſſimi reges, quorum enim exitus perhorreſcunt, eorum facta imitari pudet, vel quòd certis legibus & conditionibus imperiũ accipiunt. Nam Marco Antonio libidine ac luxu diffuenti, ſucceſſit Auguſtus ſapientiſſimus ac temperantiſſimus princeps: Neronem flagitioſiſſimum, Galba Imperator optimus excepit: Vitellium ebrioſum ac libidinoſum Veſpaſianus continentiſſimus: Heliogabalum naturæ portentũ Alexander Seuerus virtute nemini ſecundus: quod mirum videri poſſit, cùm Heliogabali ſororius eſſet, & cum eo ſimul educatus: ipſa verò imperandi natura ſæpiſſime ex hominibus probis improbos: è ſapientibus inſanos: à ſtrenuis ignauos: ex humilibus ſuperbos efficit: quid enim Neronis quinquennio, quid adoleſcentia præclarius? quid Tiberij principio moderatius? paulò minùs, inquit Tranquillus, quàm priuatum egit. dominus appellatus à quodam denuntiauit ne ſe ampliùs contumeliæ cauſa nominaret: aduerſus conuitia & famoſa de ſe carmina, ſubinde iactabat in libera Republica liberas eſſe linguas oportere, bonum & ſalutarem principem, & Senatui ſeruire debere, & vniuerſis ciuibus ſæpe, & plerunque etiam ſingulis. Hæc Tranquillus [6]: ſed confirmatis imperij opibus ac ac potentia, nemo crudelior vſquam, aut libidinum inaudita fœditate turpior extitit. Sic Herodem iuniorem ſcribit Philo ſex annos iuſtè imperaſſe, triginta duos crudeliſſimam in omnes tyrannidem exercuiſſe [7]: nam ſeptuaginta ſenatores regiæ ſtirpis, excepto Semnea, interemit: nobiliſſimam coniugem occidit: tres filios trucidauit: ac iamiam moriturus optimos quoſque viros ac principes necari iuſſit, vt ſe mortuo luctus ingens ſequeretur. Ex quibus perſpicuum fit tot ac tantas virtutes initio principatus diuturnas eſſe non poſſe: cuius ratio ea videri poteſt, quòd qui principio tam clarus ac illuſtris apparet, ſimulationem vultu tegat neceſſe eſt: in quo genere Tiberius omnes ſuperaſſe dicitur. Ab iis autem qui artes ſimulandi ac diſſimulandi tam curioſè didicerunt, nihil verum, nihil ſanctum, nihil rectum ſperare debemus, ſed omnia, ficta, vana, veteratoria, verſuta. Qui autem inſita ſibi vitia primo cuique detegit, tametſi non admodum ſapit, ſupra modum tamen improbus eſſe non poteſt, ac ſperandum eſt & iuſtum & integrum aliquando fore: qualis extitiſſe dicitur Ioannes Francorum rex, qui quem oderat ne intueri quidem potuiſſet. Itaque nihil turpiter aut ſcelerate ab eo factum memo-

[5] Leo Affer.

[6] In Tiberio. cap. 27. 28. 29. 30.

[7] Ioſeph.

memoratur. Nec verò debet cuiquam mirum videri,ſi pauci principes ſumma virtute clari extiterint: nam ſi bonorum ac fortium tanta vbique raritas eſt, nec tamen ex eo numero reges creantur: quibus autem imperia ſucceſſione obueniũt, eorum educatio tot vitiis inquinari conſueuit, vt quæ maxima ſint non facilè dici poſſit: certè miraculo proximum eſt,ex vitiorum gurgitibus vnum aliquem emergere poſſe. Si quis tamen virtutibus clarus extiterit, quaſi fax in altiſſimo loco poſita ſuo lumine ac ſplendore omnia complet: nec tantùm viuus ac ſpirans laudibus cumulatur: verumetiam mortuus ſuauiſſimos ſuæ virtutis odores liberis ac poſteritati relinquit, cui, etiamſi ſceleratè vixerit, patriæ virtutis gratia indulgetur: Cambyſes enim multa crudeliter ac turpiter geſſit, hunc tamen ab odio & inuidia populorum ac principum vindicauit ſumma virtus Cyri patris, cuius imago & oris dignitas in hominum animis ac mentibus tam altè hæſerat, vt etiam grati eſſent qui naſum aquilinum, qualis in Cyro fuiſſe dicitur, haberent. Commodum Imperatorem Aurelij patris virtus amabilem fecit, tametſi patri omnino diſſimilis, gladiatorem moribus ac vultu referret: quinetiam populum Romanum ludos in circo ſpectantem, vno iuſſerat & eodem occidi momento, quod riſum tenere non potuiſſet intuentem in ărena pro Imperatore tam ſtrenuum támque ingenioſum gladiatorem. Itaque imperia quæ à ſtirpe quærũtur, rariſſimè conuerti videmus, ſi patrem optimum filius etiam ſceleratus exceperit, quia eius Imperium conſimile eſt arbori ampliſſimæ, quæ tam altè radices agit, quàm rami ſurſum latè repandi explicantur: qui autem nouus ad Imperium accedit, nulla maiorum virtute ac potentia commendatus, arbori excelſæ quidem ſimilis eſt, ſed quia non ſatis firmis radicibus hæret, rapido ventorum turbine conuellitur. Ergo tyrannum tyranni filium in ſummo diſcrimine verſari neceſſe eſt: niſi maximis opibus ac finitimorum principum potentia, aut maiorum diuturna ſucceſſione regnum adeptus ſit: neque enim noui principis virtutes, filium flagitioſum à ſuorum coniuratione vindicare poſſunt: vt quidem Hieronymo Siciliæ tyranno contigit, qui Hieronis aui Imperium excepit: auus autem nullo iure Imperium Siciliæ arripuerat: ſed tot ac tantis virtutibus claruit, vt cùm priuatus eſſet, Imperio dignus videretur: itaque Imperiũ annos ferè LX. ſine armis ac ſine præſidiis ſumma omnium voluntate moderatus eſt: nec modò ſuis charus, ſed etiam finitimis omnibus, ac in primis populo Romano chariſſimus. huius nepos, vt auum magnificentia ſuperare videretur, præſidiis Imperium firmare ſe poſſe putauit, tum omni luxu diffluens arroganter in omnes ſe geſſit: ac omnium in ſe odia excitauit: Senatum, in quo imperij auiti firmiſſimum fundamentum extiterat, omnino ſpreuit: illud etiam ſuæ calamitatis extremum fuit, quod à ſocietate Romanorum, nulla offenſione accepta, diſceſſit. Quamobrem cùm & ornamenta dignitatis, & præſidia ſtabilitatis ſuę amiſiſſet, coniuratione ciuium crudeliſſimè cum amicis ac proximis omnibus, imperio ad plebem redeunte, cæſus eſt. Conſimilem ferè exitum habuit Dionyſius iunior, cuius pater in Rem-

*Patris virtus liberos commendat.*

B C D

publicam fraude inuaſerat, firmiſſimíſq; præſidijs ac propugnaculis potentiam confirmatam diu tenuerat: eo mortuo filius rerum gerendarum imperitus ac luxu perditus, Dionem auunculum in exilium egit, deinde bona illius proſcripſit. Itaque rebus deſperatis, ab exilio in patriam cum exercitu rediens, Dionyſium imperio ſpoliauit, ac tyrannidis arces funditus euertit, nec multò pòſt, Dione occiſo, populus ſummam Reipublicæ poteſtatem accepit. Ex quo intelligitur nouos principes, ſine ſumma virtute, Imperium difficillimè tueri: quod etſi planum eſt, planius tamen fit Herodis exemplo, ad quem Cæſar, propter Antipatri parentis militarem virtutem, Imperium Iudæorum ex Senatuſcõſulto detulerat: ac tametſi apud Marcum Antonium & Auguſtum Octauianum gratia B plurimum valeret, nihilominus tamen vt Imperium confirmaret, arces validiſſimas extruxerat, ac magnam vim pecuniarum in tenues effuderat, tributorum etiam tertia parte populum ſubleuarat: cùm tamen populi gratiam talibus illecebris ſibi comparare nullo modo potuiſſet, iureiurando potentiſſimos quoſque ac optimates ſibi obligauit, pleróſque etiam maximis beneficiis cumulauit: cùm tamen aduerſa valetudine affectus eſſet, intellexit populum lætitia exultare: quæ res illum penè ad inſaniam adegit. Eo mortuo populus Iudæorum quinquaginta legatos Romam miſit, vt regia poteſtate ſoluti, Romanorum Imperiis parerent: quod certè obtinuiſſent, niſi apud Auguſtum cui Herodes auri talenta M.D. teſtamento reliquerat, ſumma gratia filius valuiſſet: omnes ta- C men Herodis poſteri, qui permulti fuerunt, annis LX. ſublati ſunt: quia nouus homo Imperium nulla ſua virtute partum inuitis ciuibus acceperat. Imperij autem conuerſiones eò citiùs accidunt, ſi tyrannus auaritia, aut impotenti libidine, aut vtroque vitio fractus lãgueſcat: plures tamen voluptas perdidit, quàm crudelitas: quia crudelitate homines perterrentur: at libido tyranni non modò ſubditos ad odium, verũetiam ad contemptum excitat: cùm intelligunt hominem voluptatibus deditum impotentis animi eſſe: nec Imperio dignum videri qui imperare ſibi non poſſit. Itaque innumerabiles penè tyrannos perdidit voluptas: Sardanapalum, inquã, Canadem, Dionyſium iuniorem, Hieronymum, Heliogabalum, Amyntam, Periandrum, Piſiſtratum, Tarquinium, Ariſtocra- D tem, Timocratem, Childericum, Andronicum, Rhodericum, Appium Claudium, Galeacium Sfortiam, Alexandrum Medicem, Petrucium Senenſem, Lugtacum & Megalum, Scotiæ reges, qui omnes ab Imperio exciderunt, cùm impuræ libidini quàm virtuti ſeruire maluiſſent. Ac maiorum ætate duæ Affricę vrbes potentiſſimæ à rege Feſſarum defecerunt, propterea quòd Præfectus ſponſam alienam regis exemplo rapuiſſet: quo ſtatim occiſo, rex ipſe Feſſarum Abuſahita cum ſex liberis cæſus[8] eſt à domeſtico ſeruo quod eius vxori ſtuprũ intuliſſet. Nec aliam ob cauſſam populus Conſtantinus Affricæ maritimæ, Delcaiedi, qui à religione Chriſtiana transfugerat, Imperium, quàm regis Tunetani filium perpeti honeſtius putauit. Cur ætate noſtra Muleaſſes de regno deiectus niſi ab intemperantia? qui tametſi exul in Italia & Germania vagare-

8 Leo Affer.

vagaretur, ac de opibus Caroli V. Imperatoris, in quo ſpes omnes collocarat, omnino deſperaret, nihilominus ad pauonis vnius quo veſcebatur, condimenta vix aurei nummi centum ſufficiebant, vt quidem Ionius ſcribit: & vt ſuauitatem ac dulcedinem, quæ ab harmonia proficiſcitur, iucundiùs molliúſque hauriret, oculos velabat: quòd duobus ſenſibus duplicem voluptatem ſimul percipi non poſſe didiciſſet: ſed non ſine vltione diuina ferro candenti oculorum humores ſenſim exſiccante, iuſſu filiorum obcæcatus eſt, ac Imperio ſpoliatus. Crudelitas verò per ſeſe Imperij conuerſionem non affert, niſi tanta fuerit tyranni feritas, vt hominem ex homine penitus exuiſſe videatur: qualem fuiſſe accepimus
B Phalarim, Neronem, Vitellium, Commodum, Caracallam, Ecelinum Patauinum: quorum tamen ſæuitia in plebem non tanta fuit, vt propterea cæſi fuerint, ſed in principes & gratioſos homines, qui tyranno ſemper metuendi ſunt: quibus etiam contumelia quàm crudelitas ipſa ſæpe grauior eſt. Exemplum domeſticum habemus Bodili illius, qui quod verberibus Childerici regis Francorum iuſſu cæſus eſſet, non modò regem, ſed etiam reginam vterum geſtantem occidit. Iuſtinus verò III. Imperatotor trucidatus eſt ab Atelia magiſtro militum, cuius filium interemerat, & vxorem ſeruis contumelioſè proſtituerat. Archelaus item rex Macedonum ab eo necatus eſt, quem Euripidi poëtæ verberandum prodiderat: eiúſque nepos rex Macedonum ab eo eſt interfectus, cuius
C pudicitiam ab Antipatro impunè violari paſſus erat, ac vltionem petentem irriſerat. Optimatum item ſtatus apud Mytilenæos, populo ceſſit, propter contumeliam nobilium plebeijs illatam, quum ſcilicet prætereuntes fuſtibus otioſè verberarent; Megacles[9], arrepta occaſione, plebem in patricios inflammauit, vt eos necarent: ac ne longiùs exempla petantur, Henrichus non ita pridem rex Suecorum, nunc verò captiuus, regno exutus eſt, quòd ciuis rogationem, non modò contumelioſè repudiarat, verumetiam crudeliſſimè, & quidem ſua manu occiderat: populus regem vt Imperio abdicaret, compulit, ac fratrem iuniorem ſceptra capeſſere iuſſit. Id autem omnium ferè tyrannicidarum commune eſt, vt vel Imperio, vel bonis tyranni cæſi, vel ſummis honoribus ac ma-
D giſtratibus præmiorum iure fruantur: vt Brutus vterque: alter quidem quòd Tarquinium regno exegiſſet, alter verò quòd Cæſarem necaſſet. Arbaces quoque Præfectus Medorum, qui Sardanapalum in tãtam deſperationem adduxerat, vt ſeipſum viuum cum regia ſupellectile & concubinis concremaret, regnum adeptus eſt. Ludouicus Gonzaga, à quo gens Gonzagarum claram originem duxit, cæſo Bonacolſio Mantuæ tyranno, princeps ſuffragio populi creatus eſt, cuius poſteri ad hæc vſque tempora Mantuæ principatum præmij iure tenuerunt: non aliter ac Veneti, qui cæſo Ecelino tyranno Patauium receperunt. Nec tamen deſunt plerique, qui nulla præmiorum vel Imperij ſpe, nullo amore patriæ ducti, hoc vnum propoſitum habẽt, vt illatas ſibi ſuíſque iniurias vlciſcantur: vt is qui legiones Arabum ac Mahumetanorum ab oris Affricæ in Hiſpaniam accerſiuit, vt contumeliam ſibi à Roderico Hiſpaniæ rege,

9 Ariſtot. polit. 5. cap 10.

qui vxori ſuæ ſtuprum intulerat, illatam vindicaret. Ex quo Arabes Hiſpaniarum Imperio ſeptingentos annos potiti ſunt. Poſtremum genus eſt eorum, qui nec Imperij, nec magiſtratuum, nec bonorum ſpe, nec vltione iniuriarum, nec priuatis inimicitiis ad cædem tyranni ducti, nec mortem crudeliſſimam euaſuros ſe confidentes, id vnum propoſitum habẽt, vt tyrannide patriam liberare poſſint: quales Harmodius & Ariſtogito Athenis: quales item ij qui Domitianum & Caligulam occiderũt: quod potiſſimùm euenit, cùm erepta libertas eſt populo eius dominatu qui fraudibus, aut aperta vi Imperium inuaſit. Nam Alexãder Medices Pontificis maximi propinquus, & Caroli v. Cæſaris gener, Florentiæ dominatum armis ſoceri adeptus, ferociſſimos quoſque ac potentiſſimos exegit, præſidio militari vrbem firmauit, cuſtodibus cinctus & armatus ſemper inceſſit: Laurentij tamen Medices, non tãtùm proximi, ſed etiam familiaris ac domeſtici coniuratione interfectus eſt, cùm ſuam ipſius ſororem ei ſubornaſſet Laurentius, vt hominem exarmatum inter amplexus & oſcula ſororis, cui ſtuprum inferre cogitabat, ſiccario necandum exhiberet: at ne milites quidem quos ad corporis cuſtodiam perugiles conquiſierat, cùm in cęnaculo ſeſe oblectarent cædem principis ſenſerunt. Nec tamen Laurentius tyrannide partiam, nec ſeipſum periculo liberauit, ſed tandem à ſiccario Venetiis cæſus eſt. Coſmas verò Medices, qui poſt Alexandri cædem præſidio militari, & amicorum opibus, ipſiúſque Romani Pontificis gratia dominatum adeptus erat, tametſi iuſtiſſimè ac prudentiſſimè imperaret, & arces munitiſſimas in ipſa vrbe haberet, vix tamen coniuratorum, qui ſępe caput illius ac vitam petierunt, manus euaſit: & qui nunc dominatur, propè fuit vt Puccini coniuratione nõ ita pridem interficeretur: nec tutus erit ſine præſidio, quandiu ciues præmia virtutis ac libertatis & meminerint & ſperabũt. Quod cùm intelligeret Dionyſius [a] maior, qui ſuæ ciuitatis Imperium fraude conſecutus erat, quadraginta millia hominnm, præter milites prætorianos locis omnibus diſpoſuerat, vt Siciliæ partem teneret, ac Syracuſanis imperaret: quem tamen Plutarchus multa laudabiliter geſſiſſe ac reges quamplurimos virtute ſuperaſſe confitetur: certè ab alienis vxoribus non modò abſtinuit, ſed etiam filium, quod alienam rapuiſſet, acerbiſſimè increpuit: nec diuturnum eius Imperium futurum veriſſimè eſt auguratus. Quòd ſi quis putet imperia, quæ vi ac metu retinentur, non fore diuturna, veriſſimè putat: ſed tyrãnum qui ſemel verecundiæ fines tranſiliit, bene & gnauiter impudentem eſſe oportere, tradunt cõiuratorum manibus turpiter ei pereundum. Hoc tamen vitæ genus cõtrarium eſt omnino regiæ poteſtati: quæ eò firmior ac ſtabilior eſt, quò minùs princeps ſibi metuit. Itaque prudenter Numa, qui trecentos curules, quos Romulus ad ſui corporis cuſtodiam adhibuerat, à ſe repulit, teſtatus ſe nec populo, qui ſuæ fidei ſeipſum commiſerat, diffidere poſſe: nec inuitis ac repugnantibus imperare velle. At Seruius infimæ conditionis homo cùm ad regnum, ſic enim Liuius, præter vim nullum ius haberet, præſidio militum vſus eſt, & gratiam popularem ſibi adiunxit ſummáq; integri-

a Plutarchus.

integritate ac fide ſe geſſit: prudēter ille quidē cùm à patriciis, qui ſeruile
Imperiū indigniſſimè ferebant, deſertus eſſet: neque enim humanitas il-
lū aut integritas ab inimicorū manibus eripuiſſent. Quid enim Iullio Cę-
ſare humanius? quid vrbanius? quid magnificētius? quid illuſtrius? quid
generoſius? attamen tot ac tantæ virtutes illum ſeruare non potuerunt,
quominùs à Bruto filio, [1] cæteriſque incredibili conſpirationis fide &
conſenſu coniuratis in medio ſenatu crudeliter mactaretur. Admonitus
antea vt corporis cuſtodias ſibi adiungeret, ingenuè reſpondit mori ſe-
mel præſtabilius eſſe, quàm metu tandiu languere. Illud quidem non ſa-
tis prudenter, quòd præſidia reſpueret, cùm tamen ſui nominis ac digni-
B tatis hoſtes infenſiſſimos viuere pateretur. Longè aliter Auguſtus, qui o-
mnes Cæſaris auunculi coniuratos interfecit, non tam pietatis officio,
quàm ſuæ ipſius ſecuritati conſulens: deinde præſidio & corona militari
cinctus vim facilè repulit: at tametſi fractis Sexti Pompeij ac lepidi opi-
bus, victo etiam ad Actium Marco Antonio, qui ſibi ipſi poſtea manus
attulit, fero ciſſimis quibuſque ciuibus cæſis ac ſublatis tutiſſimè impera-
re poſſe videretur, nihilominus quadraginta legiones in prouincias diſ-
perſit: tres in Italia, nec procul ab Vrbe, diſpoſuit, ac prætorianos milites
ad ſui corporis cuſtodiam habuit: ſenatores iniuſſos ex Italia exire ve-
tuit: legionibus prætores Equeſtris ordinis, aut infimæ nobilitatis præfe-
cit: magiſtratuum vrbanorum creationem inter ſe ac populum partitus
C eſt, ſic tamen vt prehenſos candidatos ad populum manu duceret, ere-
ptíſque ſuffragiis, & populi gratiam, & magiſtratus ſibi obligatos habe-
ret. Ius verò tam aſſiduè dicebat, ac tanta integritate, fide ac diligentia Iu-
riſdictionem, ærarium, legiones, prouincias curabat, vt vnus omnium
magiſtratuum munera obire videretur. Ex quo quidem perſpicitur Au-
guſtum verbo quidem Tribunumplebis, & principem appellatum, re
ipſa regem fuiſſe. Illud etiam valde populariter ab eo factum memora-
tur, quòd Reipublicæ debita, quæ bellis ciuilibus contracta fuerant, ac
debitorum tabulas lacerari & cremari iuſſit. Vix tamen tantus ac tantæ
virtutis & prudentiæ princeps ſceleratas coniuratorum manus euaſit.
Sed cùm ciues omnes æquè ac peregrini eius virtutem, bonitatem, iuſti-
D tiam planè perſpectam & exploratam habuiſſent, eiúſque beneficio in
ſumma tranquillitate ac pace viuerent, bellorum ciuilium memoriam,
& crudeliſſimas ciuium ſtrages ac proſcriptiones execrari, Auguſtum ve-
rò non quaſi dominum, inquit Seneca, ſed quaſi parētem optimum co-
lere & adamare cœperunt: ita paulatim Auguſtus cuſtodias à ſe dimitte-
re, & cum priuatis ciuibus habitu & cultu priuato verſari cœpit: ac po-
pulare Imperium ferociſſimæ nationi ereptū ad vnius poteſtatem con-
uertit. Omnes autem conuerſiones, quæ ab optimatum aut populi po-
teſtate in monarchias abeunt, initium habuiſſe conſtat ab eo magiſtratu,
qui plus in Republica poteſtatis aut Imperij haberet: aut cùm à finitimis
regibus ac populis victi ciues fuiſſent: aut cùm vnius quàm plurium do-
minatum maluiſſent. Primi generis exēpla libris omnibus prodita ſunt.
Sic enim Piſiſtratus, cùm ſummum in Republica magiſtratum adeptus

1 Plutar. in Bruto filiu Cęſaris fuiſſe ſcribit.

*Auguſtus verbo princeps, re tamē ipſi rerū omniū arbiter ac moderator.*

eſſet, in populi libertatem inuaſit, vt Cypſelus Corinthum: Thraſibulus, Gelo, Dionyſius, Hiero, Agathocles Syracuſas: Panætius & Icetes Leontium: Phalaris Agringentum: Phido Argos: Periander Ambraciam: Archelaus Cretam: Euagoras Cyprum: Polycrates Samum: Anaxilaus Rhegium: Nicocles Sycionem: Alexander Pheram: Mammercus Catanam: Decemuiri Reipub. conſtituendæ, deinde L. Sylla, poſt etiam C. Cæſar: Romanum Imperium: Scaliger Veronam: Bentiuolus Bononiam: Maufredus Fauentiam: Malateſtæ Ariminum: Baleo Peruſium: Vitellus Tifernam: Sfortia Mediolanum: & innumerabiles id genus, qui cùm Prętores eſſent ciuitatum, aut exercituum ſummam poteſtatem arripuerunt. Id enim omnibus conſtare oportet, eum, qui Reipublicæ arces & exer- B citus habeat, Reipublicæ dominatum habere. Quamobrem in popularibus & optimatum Imperijs prudenter conſtitutis, & maximi honores ſine Imperio, & maxima imperia non ſine collega tribuuntur: aut ſi periculoſum ſit in rebus gerendis Imperij conſortem habere, vti eſt in re militari, ad breue tempus Imperium dari oportet. Nam propterea Romani ſummo Imperio præfecerant duos Conſules. Cartaginenſes duos Suffetas qui viciſſim alternis diebus Imperium haberent. Ac tametſi ſocietas Imperij ſæpe rebus gerendis inimica ſit: minùs tamen conuerſionibus eſt oportuna popularis aut optimatũ Reſpub. quæ ſummum imperium duobus tribúſve ſocijs ex æquo diſtribuit: quàm ſi vni detur: vt apud Athenienſes Archonti Eponymo: apud Rhodios Pritanni: apud A- C chæos & Ætolos annuo Imperatori: apud Genuenſes Duci. Nec aliam ob cauſam Dictaturæ tam breue Imperium fuit, quam tamen curationem fuiſſe diximus: ac ſi quidem re geſta Dictator abdicare nollet, maieſtatis accuſari poterat. Quinetiam apud Thebanos quandiu floruerunt in populari ſtatu, lege cautũ erat vt eius caput ſacrum eſſet, qui exercitui præfectus, vel diem vnum magiſtratus, tempore legibus definitio, Imperium non depoſuiſſet. qua lege Pelopidas & Epaminõdas capitis damnati ſunt, quod exercitum cui præerant, ſtato tempore non dimiſiſſent: tametſi non ſine graui Reipublicæ periculo id fieri potuiſſet. Inde quoque annui magiſtratus, annua imperia, annuæ curationes in popularibus & optimatum Imperijs. At etiam Sexuiris, qui cõſilij capiendi cauſa Ve- D netorum Principi adeſſe iubentur, Imperium bimeſtri curriculo definitum eſt. Nec verò Athenis plus vno die Archonti claues arcis habere licuit: & qui arci Rhaguſiorum etiamnum præficitur, diurnum munus habet, & capite obuoluto in arcem deducitur. Hoc igitur ſumnóperę cauendum eſt in popularibus & optimatum Imperijs, ne magiſtratuum imperia legitimum tempus excedãt: niſi Reſpublica, adempto Imperio, in ſummum diſcrimen caſura videatur: vt Furio Camillo Dictatura in ſex menſes iterum prorogata fuit, quod antea nemini conceſſum fuerat. Itaque lege Sempronia cautum eſt, ne prouinciale Imperium cuiquam vltra quinquennium prorogaretur. Cui legi ſi locus fuiſſet, Cæſar Imperij Romani ſtatum non mutaſſet: ſed Pompeio & Craſſo annuentibus, Imperium Galliarum, quod in quinquennium ei datum erat, poſt exa-

*Reipublicæ dominus eſt qui plus poteſt.*

ctum

ctum tempus in alios quinque annos prorogatum eſt: quo nihil pernicioſius fieri potuit, cùm Cæſar incredibili cupiditate imperandi laboraret, & cui ex Imperio Galliarum tantum auri & argenti acceſſerat, vt Paulo Conſuli, ne ſibi aduerſarius eſſet, octingenties H S, Curioni verò Tribuno plebis, vt ſuas partes tueretur, millies dederit. Adiecerat populus Rom. ſtipendia decē legionū, quandiu Imperiū Galliarum haberet. Quæ tāta poteſtas Imperiū Romanū peperit Imperatori omniū, qui vnquā extitiſſe dicūtur, fortiſſimo ac audaciſſimo, addam etiā nobiliſſimo: vt qui pro concione populi Rom. dicere non dubitaret, ſe materno genere à regibus, Paterno à dijs originem duxiſſe: denique cum aduerſarios B omnium maximos haberet Catonem ac Ciceronem, alter Cæſarem diligentię incredibilis τέρας appellarit[2]: alter cum de Cæſare loqueretur, à ſobrio tyranno metuendum eſſe dixit. Cùm autem ſuæ liberalitatis ac benignitatis fontes omnibus aperiret, tum verò id vnum ſtudebat vt populi gratiam, inaudita magnificentia, ludis, venationibus, gladiatoriis muneribus, congiariis, conuiuijs, & omnibus illecebris aucuparetur, quinetiam Reipublicæ agros & pecunias plebi diuidere non dubitauit, vt plebis opibus magnificentiæ laudem promereretur. His artibus cùm populo libertatem eripuiſſet, nihil prius habuit quàm populi opes ac potentiam modis omnibus circuncidere & amputare: nam octoginta millia ciuium, qui frumentum ex publico accipiebāt, in colonias remotiſſimas C relegauit: reliquis collegia ſodalitiáque dempſit. Ex quibus perſpicitur, id omnibus ferè popularibus & optimatum Imperijs commune fuiſſe, vt ab ijs, quibus potentiam & Imperium, infinitum dederant penitus euerterentur: quod Iulianus Auguſtus, is qui transfuga eſt appellatus, eo emblemate ſignificauit, quo aquila ijs ipſis cōfigitur ſagittis, quibus ſuæ pennæ aptarentur. Atque hæc de popularis & optimatum imperij in vnius dominatum conuerſione. Popularis verò poteſtas ad optimates tum relabitur, cùm vel Reipublicæ opes ab hoſtibus attritæ fuerunt, vel ingenti ciuium exercitu cæſo ac proſtrato: contra verò popularis potentia tum maximè incremētum accipit, cùm parta de hoſtibus victoria domum reuertitur. Cuius conuerſionis cùm multa ſint exempla, tum verò D nullum eſt accommodatius quàm de Atheniēſibus ac Syracuſanis: nam Athenienſes à Syracuſanis, duce Nicia, ingenti clade fracti ac proſtrati, repente ſtatum popularem in ariſtocratiam mutarunt, & ex ciuibus vniuerſis CCCC. ciues Imperium arripuerunt, qui tamen ſeipſos pro quinque ciuium millibus ferebant: quod Piſandri fraude factum eſt. Cùm verò plebs Imperio ſpoliatam ſe quereretur, & in concilium ſuffragij ferendi cauſa veniret, vi & armis eſt ab optimatibus repulſa, pluribus ſuorum interemptis[3]. Plebs autem Syracuſana eodem quo Atheniēſes momento ſtatum optimatum in popularem conuertit. Nec multò pòſt Athenienſes, cùm de Alcibiadis aduerſus Lacedæmonios victoria allatum eſſet, arreptis armis optimates quadringentos de Imperio non tantùm depulerunt, ſed etiam maximam partem, Thraſylo duce, interfecerunt. Conſimiliter Thebani ab Oenophitis victi popularem ſtatum ad opti-

*Id eſt* DCCCC. *millia nūmūm aureorum.*

2 in epiſtol. ad Atticum.

*Conuerſio à populari ad optimatum ſtatum.*

3 Xenophō. Plutar. in Nicia.

mates detulerunt. Romani verò poſt vtranque Pirrhi regis Epirotarum victoriam, etſi ſtatum non mutarent, re ipſa tamen Imperij maieſtas penes erat trecentos Senatores: plebs autem Senatus ac magiſtratuum imperia nunquam libentius ac faciliùs pertulit. Sed cùm ager Tarentinus ac ciuitas ipſa in poteſtatem Romanorum veniſſet, plebs agrorum publicorum, quos optimates temporis diuturnitate quodammodo præſcripſerant, ſeditioſis ac turbulentis concionibus poſcere, nobilitatẽ aſpernari, omnia miſcere cœpit. At poſt ingentes illas quas à Pœnis acceperũt offenſiones, ſecundo bello Punico, nihil plebe contẽptius, quouſque Cartago domita, Pœni fracti, Perſeus captus, Antiochus proſtratus, Macedoniæ & Aſiæ regna ſublata fuiſſent: tũc ſecutæ ſunt agrariæ actiones, ac ſeditiones Graicanæ, quibus plebem ferociùs exultantem Tribuni in optimates armauerunt. Non aliter Florentini oligarchiam à Clemente Pontifice Romano conſtitutam euerterunt, libertate plebi reddita, cùm primùm intellectum eſt Romam direptam, ac pontificem maximum cum cæteris põtificibus obſeſſum teneri. incredibile eſt quo furore plebs indomita in Medicæos bacchari cœpit, qua rabie ſtatuas eorum deiecit, ſtemmata deleuit, acta omnia reſcidit. Populares autem Heluetiorũ ſtatus ab arrogantia quidem & libidine Præfectorum origem habuerunt, ſed incrementa maxima ſecuta ſunt victoriam Sempachiam, circiter annum M.CCCLXXVII. quibus tẽporibus optimates ac nobiles fuſi ac proſtrati popularibus ceſſerũt. Harum igitur conuerſionum præcipua cauſa eſt in plebis temeritate poſita, quæ, vt frangitur offenſione accepta, ita quoque arrogãtiùs ob victoriam inſoleſcit: nec hoſtem habet capitaliorem quàm nimis proſperos rerum geſtarum euentus: nec magiſtros prudentiæ meliores quàm caſus aduerſos: quibus fracta & abiecta ſapiẽtum conſilijs inſiſtit, eíſque gubernacula moderanda relinquit. Ex quo quidem perſpicitur nihil ad plebem in officio cõtinendam vtilius eſſe, quàm externis bellis implicari. Quæ potiſſima ratio fuit cur Scipio Affricanus iunior Cartaginem deleri nollet, ne ſi bellum aduerſus hoſtes nullum eſſet, cum ciuibus eſſe inciperet. quam etiam ob cauſam Onomadeſmus Chiorum imperator paccata Republica ac ſeditioſiſſimis quibuſque cęſis aut exilio pulſis, reliquis parcendum eſſe decreuit, ne, ſi domi hoſtem nullum haberent, amicis bellum inferrent. Sed hic hoſtes domi habere vtile eſſe: ille cum peregrinis ſemper dimicandum putabat, ne cum ciuibus dimicaretur. Vterque rectè. Hic enim in ciuibus retinendis non tantùm obſides habuit quibus cæteros exules in officio retineret, verùmetiam debiliores vtroſque reddidit. Alioqui verendum ſit, vt exules deſperati, coniunctis copijs & opibus, Reipublicæ ſepoſito metu bellum inferant, ac popularem ſtatum mutẽt: vt quidem accidit Heraclæis, Cumanis, & Megarenſibus, cùm plebeij nobilitatem vniuerſam in exilium egiſſent, quippe nobiles coniunctis amicorum copiis trium ciuitatum populares ſtatus euerterunt, ac optimatum deinceps Imperium ſtabilierunt. Sæpius tamen popularis poteſtas in monarchiam conuertitur: ídque potiſſimùm ex ciuili ſeditione: vel ſi ſummo magiſtratui infinita poteſtas

*Bella hoſtium neceſſaria ad tuendos populares ſtatus.*

B C D

poteſtas detur. Ex victoria, inquit Tullius, cùm multa, tum certè tyrannis exiſtit: illic agit de bellis ciuilibus inter Pompeium & Cæſarem. quia ferè ſemper in ciuili bello ſcinditur populus, ac duces partium armati ſi concurrant, cui victoria obtigerit, nemini dubium eſt quin armis ac potentia fretus, Imperium vel cupiditate laudis incenſus, vel vt ſuæ ſecuritati conſulat, retinere velit. Contrà verò tyrannides (vt plurimùm) abeunt in populares ſtatus: quia populus qui nec modũ tenere, nec mediocritatem colere poteſt, tyrannide ſemel ſublata cum omnibus ſummum illud imperium communicare cupiens, tyranni proximos omnes & amicos tanto odio perſequitur, vt neminem reliquum eſſe velit. hinc

*Quamobrem à populari ad monarchiã mutatio fit ſæpius.*

B optimatũ cædes, exilia, proſcriptiones: quibus caſibus ferociſſimus quiſque intemperantiſſimæ plebis, quaſi belluæ indomitæ rabiem effugere quàm imperare præſtabilius ducit. Id quidem Athenis poſt occiſos Piſiſtratidas accidiſſe conſtat: Romæ exactis regibus: Syracuſis occiſo Hieronymo: ac rurſus eiecto Dionyſio: Florentiæ poſt Athenarum ducem, qui magiſter militum occubuit in clade Pictauienſi, ex vrbe pulſum: Mediolani Galuagno eiecto: plebs enim Mediolanenſis annos quinquaginta populare Imperium tenuit: quod poſtea recidit in tyrãnidem Toreſanorum. Heluetij non aliter Imperium illud populare ſtabilierunt, quàm tyrannis ac tyrannorum amicis omnibus fuſis ac proſtratis. Sic etiam Theſſali, poſt Alexandri Pheræorum tyranni cædem: & Senenſes

C Alexandro Diche tyranno Hieronymi Seuerini coniuratione occiſo, ac factione optimatum, qui à Mõte nouo dicebantur, ex vrbe eiecta, plebs Imperium inuaſit. Nec dubium eſt quin poſt Alexandri Medicis tyranni cædem, Florentinorum plebs Imperium ac dominatum Medicibus ereptura fuerit, ſi tyrannum cæſum fuiſſe certò ſciſſet: cùm enim Laurentius Medices ſolus penè cum ſiccario Caracoculo cædis conſcius eſſet: ac tyranni non modò familiaris & domeſticus, verumetiam amiciſſimus eſſe crederetur, nemini perſuadere poterat ſe tyrannum occidiſſe: momento tamen fuga dilapſus, Coſmæ propinquo poteſtatis arripiendæ præbuit occaſionem. Hæc autem conuerſio tyrannidis in democratiam, aut democratiæ in tyrannidem frequens eſt, cùm bello ciuili de-

D cernitur: ſin ab hoſtibus ac peregrinis ſubacta ſit Reſpublica, Imperio victoris adiungitur: nec conuerſio ſed interitus appellatur: niſi victor, quod rariſſimè fit, victis Imperium ac rerũ dominatum reſtituat: quemadmodum Lacedæmonij ſocias ciuitates Athenienſium bello Peloponeſiaco à ſe deuictas, atque adeò vrbem ipſam Athenarum ſua libertate frui, quàm Lacedæmoniorum Imperio adiungi maluerunt: vbique tamen pro popularibus optimatum imperia fundauerunt: contrà quàm [4] Athenienſes qui optimatum imperia vbique euertere conabantur. Refert igitur plurimum ab hoſtibúſne an à ciuibus Reipublicæ conuerſiones oriantur. Eſt etiam interdum plebis, quę imperandi ſummum ius habet, temeritas & inconſtantia tanta, vt rerum nouandarum perpetua cupiditate feratur: eóque ſępius accidit nationibus illis quæ cæteris ingenio præſtant: vt de Athenienſibus, Megarenſibus, Syracuſanis, Florentinis,

4 Thucidides Xenophon Plutar. in Lyſandro.

Genuenſibus proditum eſt: tunc enim ſe quiſque Imperio dignum iudicat, ac ſibi ſapere plus ſatis quiſq; videtur: nec, niſi difficillimè, recta præcipientibus cedit. ſi verò genus hominum ingenij acumine minus præſtat, morem gerit, & in conſiliis capiendis faciliùs acquieſcit, quàm quos argumẽtorum multitudine ac diſſerendi ſubtilitate ſuperare neceſſe eſt: ex quo peruicacia ſapientibus conſilijs inimica, rerúmque publicarum variæ conuerſiones ſequuntur. Et quidem Athenienſes[5] centum paulò minùs annis, quinquies, Florentini ſepties ſtatum Reipublicæ commutarunt: quod nec Venetis accidit nec Heluetijs, quos ingenio minus valere conſtat. Quis enim neſcit Florentinos ingenij acutiſſimi, Heluetios verò obtuſiores ſemper fuiſſe? At cùm iiſdem ferè temporibus monarchiam execrati, ac ſtatum popularem amplexi fuiſſent, Heluetij annos ferè quadringentos in eodem ſtatu permanſerunt: Florentini verò non multò pòſt ad Ariſtocratiam conuerſi ſunt: cùm qui opibus ac nobilitate cæteris præſtarẽt, plebeijs æquari nollent. Optimates igitur Imperium adepti, cùm de principatu inter ſe contendere cœperunt, tum verò mutuis odijs ac proſcriptionibus tantopere ſeipſos attriuerunt, vt à popularibus hominibus, qui aduerſus nobilitatem arma cœperant, facilè vincerẽtur ac fugarẽtur: nobilitate fuſa, populares de Imperio decertarũt inter ſeſe, atq; hi potiſſimũ qui grãdes dicebãtur: nã plebeiorum tres ordines fuere, hi tamen crudeliùs quã illi, quòd nõ iudiciis aut legibus, ſed armis decernebant: & cùm mutuis cædibus exhauſti fuiſſent: medius ordo plebeiorum gubernacula cœpit: hi rurſus, cùm inter ſe de honoribus & Imperijs ferro dimicarent, plebs infima potentior euaſit, quæ cædibus ac ſanguine ciuium omnia compleuit: nec cædibus tantùm, ſed etiam rapinis & incendiis ciuitatem adeò fœdauit, vt Lucenſes, quia grauiſſimis Florentinorum caſibus & commiſeratione permoti fuerant, ex vrbe effuſi Florẽtiam venirent, ac vicinos arma ponere, pacémque ſuadere conarentur: quorum orationibus perſuaſi, à cædibus tandem conquieuerunt. Itaque legatos ad Põtificem Romanum mitti placuit, vt regiæ ſtirpis vnum aliquem mitteret, qui Florentinorũ Imperium ſuſcipere vellet. Et quidem caſus obtulerat Carolum Neapoleos ac Siciliæ regem, D. Ludouici fratrem. Is igitur & Pontificis maximi, & Florentinorum oratione perſuaſus Florẽtiam venit, Imperium ſuſcepit, diſſidia compoſuit, ciues inter ſe & cum Republica coniunxit, conciliatis ciuium animis, & conſtituta Republica, cùm ad regnum Neapoleos euocaretur, legatum vrbi præpoſuit. Sed nõ priùs ex vrbe exceſſerat, quàm Florẽtini Imperiũ legatorũ pertæſi, ad popularem ſtatum redierunt, ac bella ciuilia renouarunt: quæ vt componerentur, ad monarchiam redire neceſſe fuit. Itaque Ducem Athenarum acciri placuit. Dux igitur Imperium adeptus, ciues arma ponere iuſſit, & cohortes ad corporis cuſtodiam adhibuit, vt ſeditioſos ac rebellantes coërceret. Sed cùm libertate ciues ſpoliatos, & cuſtodiarum terrore in ſeruitutem redactos ſe arbitrarentur, odia mutua in principem conuerterunt, ac latenter primùm; pòſt etiam aperta vi, tres in ciuitate coniurationes eruperunt: ac tandem ciues vniuerſi tantis in prin-

[5] Thucidi. Xenophon. Plutar.

in principem odijs exarſerunt, vt prætorium ac prætorianos milites obſidione cingerent, quæ obſidio nõ aliter ſolui potuit, quàm ex vrbe cum domeſticis omnibus excederet, tametſi vix annum integrum Reipublicæ gubernacula tenuiſſet. Ciuitas magiſtri metu liberata ariſtocratiæ formam conſtituit, populari non diſſimilem: deinde mutatis ſubinde magiſtratuum nominibus ac muneribus, & curatoribus Reipublicæ, quam ipſi Balium appellabant, non aliter ac furioſis & infantibus ſæpe datis, vix annos viginti ſtatum eundem continuaſſe memorantur. Et quemadmodum ij qui à febrium ardore inflammantur, mox huc, mox illuc circunferri ſe iubent, quaſi in locorum ſitu, non in ipſis viſceribus morbi B hærerent: ita Florentini tandiu conuerſiones ac motus ciuitatis pertulerunt, quoad in Coſmam medicorum peritiſſimum inciderint, qui popularibus morbis ciuitatem ſanauit, & arce triplici cõſtructa validiſſimiſq; præſidiis vbique diſpoſitis, dominatum annos ferè quadraginta confirmatum liberis reliquit: quo nihil magis ſalutare ſeditioſiſſimæ ciuitati ab immortali Deo optari potuiſſet. Hæc breuiter de ſtatu Florẽtinorum, quæ incredibilia viderentur, niſi ab ipſis Florentinis[6] memoriæ prodita fuiſſent. Conſimiles tragœdias habemus ab Affricæ populis, qui ingenij acumine Italos ſuperare dicuntur, quot populares ſtatus experti fuerunt? Argumẽto ſit Segelmeſſa[7] ciuitas in Bugiæ maritimæ finibus, quæ cùm à regis Imperio deſciuiſſet, ſtatum popularem adamauit: ſed poſteà C tot ac tantis ſeditionibus agitata eſt, vt cùm ciues nec regem nec ſeipſos imperantes ferre potuiſſent, cõmuni conſenſu domos omnes ac mœnia ſolo æquarunt, vt in ſua quique familia ruri principes eſſent. Plebs item Togodæ ciuitatis optimatum poteſtatem pertæſa regionem deſeruit[8]. Quamobrem Affricæ populi, cùm populares & optimatum ſtatus ferre non poſſent, monarchiam vbique ferè conſtituerunt. Ac tametſi optimatum ſtatus populari melior pleríſque videatur, duplici tamen incommodo afficiuntur optimates, niſi concordiam & amicitiam colant: alterum enim ab hoſtibus, alterum à plebeijs impendet. nam ſi optimatibus inter ipſos graues controuerſię fuerint, plebs in optimates armari cõſueuit, vt Florẽtiæ contigiſſe docuimus. Iiſdẽ tempeſtatibus iactati ſunt Ge- D nuenſes, Senẽſes, Agripinẽſes, Lyndauij, Argentinẽſes, quibus Florentini quę diſcordiæ nobiliũ ac plebeiorũ nõ ſingulos modò ciues, ſed integras funditus afflixerunt & euerterunt Græcorum ciuitates. Grauius autem periculum imminet, cùm peregrinis omnibus patet aditus in vrbem: in quã ſenſim opes & incrementa accipiunt, & cùm opibus ac potentia ciuibus pares eſſe cœperint, ab honoribus & Imperiis prohiberi ſe grauiter fuerunt. quo fit vt ſi ab optimatibus iniuriam acceperint, aut tributorum pondere grauati fuerint, ad vim & ad arma concurrant, ac diſſidentes inter ipſos optimates de Imperio deiiciant. Certè quidem Lindauij, Argentinenſes, ac Tigurini, optimatibus cæſis aut exilio pulſis, populare Imperium, ex quo dixi modo, ſtabilierũt: ac ne deinceps optimates popularem ſtatum euerterẽt, legibus eorum ſanctiſſimè cautum eſt, ne quis ſummos in vrbe magiſtratus conſequatur, niſi priùs ex infima

6 Antonin. pogius. Machiauel.

7 Leo Affer.

8 Leo Affer.

plebe compertum ſit originem traxiſſe. At Corcyræorum plebs, quæ ex peregrinis coaluerat, patricios ac optimates, initio belli Peloponeſiaci, comprehenſos in vincula coniecit, quos poſtea[9] crudeliſſimè trucidauit: quam cladem optimatum Imperij ſecuta conuerſio eſt. Idem contigit Rebuſpublicis Samiorũ, Sybaritarũ, Trezeniorũ, Amphipolitarum, Calcidenſium, Thuriorum, Cnidiorum & Chiorum, quorum optimates, cùm peregrinorum multitudinem in ciuitatem ſine Imperiis & honoribus admiſiſſent, ipſi de Imperio ac ciuitate deiecti boníſq; omnibus ſpoliati, & magnam partem cæſi fuerunt. Quo nihil eſt in Venetorum Republica magis metuẽdum: in qua ſoli patricij, honoribus & Imperijs fruũtur, cæteris tum nobilibus, tum plebeiis, qui ab ipſis Citadini vocantur, excluſis. Id autem intellectum eſt, cùm anno M.D.LV. cenſa fuerint ciuium quinquaginta nouẽ millia CCCXLIX. ſupra annum vigeſimum: fœminarũ verò LXVII. millia DLVII. monachorũ duo millia CLXXXV. veſtalium II. millia LXXXII. Iudæorum M. CLVIII. quæ ſumma conficit CXXXII. millia CCCXXX. ciuium quibus ſi adieceris tertiam partem totius ſummæ eorum qui iuniores ſunt annos XX. quoniam hominis vita ſexaginta[1] ferè annis terminatur: numerus ciuiũ fuit circiter CLXXVI. millia CCCCXL. extra peregrinos. Patriciorũ verò ſiue optimatum numerus eo cenſu non fuit comprehẽſus: id enim ex actis compertum erat: vix tamen ac ne vix quidem tria millia fuiſſe, tum præſentium, tum abſentium perſpicuum eſt ex hiſtoria Sadoleti ac P. Bembi Cardinalis, qui teſtatum reliquerunt, maximum concilium patriciorum mille & quingentorum fuiſſe ſua ætate, qua maximè Reſpublica ciuibus abundauit. Ac certè mirum mihi viſum eſt quamobrem Veneti cẽſum peruulgari, ac typis quoque mandari voluerunt. Eodem errore peccatum eſt olim ab Athenienſibus, quorum ciuitas, cùm populoſiſſima eſſet, habuit X. millia peregrinorũ, XX. millia ciuium CCCC. millia ſeruorũ. Romani verò nõ modò ſeruorum cenſum latere voluerunt, ſed ne vultu quidẽ, aut corporis cultu cognoſci, tametſi decretum eſſet à quibuſdam ſeruos veſtitu deſignari oportere: ſed vicit eorum ſententia, qui pernicioſum eſſe dicerẽt ac metuendum, ne ſerui cùm numerare ſeipſos cœpiſſent, ipſi dominos ſeruitute premerent: ſic enim Seneca ſcribit. At patricij Veneti certiſſimis argumentis ac toto corporis cultu ſuam teſtificãtur paucitatem. Stat ergo ciuitas illa non tam legibus, quàm incredibili concordiâ patriciorum, & libertate ſumma qua frui cuique licet. Plebem quoque magiſtratus infimos, & aliquot dignitates adipiſci patiuntur, à quibus ſummouẽtur patricij. Et cùm ab armorum ac militari exercitatione abhorrent, tum verò voluptatibus ac luxu diffluentes, ſumma pace ac tranquillitate libentiſſimè fruuntur. Optimatum autem ſtatus, in populares commutari ſine vi externa, aut domeſtica non poſſunt: tametſi popularis poteſtas ſępius, nullo penè ſentiente, conuertitur ad optimates: ídque bifariam: cùm vel tenues agricolæ, opifices, etiam mercatores rebus priuatis ac domeſticis intenti, publicas ſponte deſerunt: vel cùm ciues numero minuuntur popularibus morbis, offenſionibúſve acceptis, tum à ſeipſis

[9] Thucidi.

*Cenſus Venetorum anno* 1555.

[1] l. hæreditatum ad l. falcidiam.

ſeipſis tum ab hoſtibus:peregrinorum verò numerus & incolarum qui-
bus patet in ciuitatem aditus ſine iure ſuffragiorum ac Imperij, ſenſim
augetur: ita fit vt minima pars ciuium ſummam habeat Imperij poteſta-
tem: quam ariſtocratiam eſſe docuimus. Eiuſmodi fuit eorum, quas di- *Conuerſiones*
xi,ciuitatum conuerſio à populo ad optimates: qualis etiam cõtigit Ve- *popularis ſtatus in ariſtocratiã.*
netis, Lucenſibus, Rhaguſianis, quorum imperia, cùm olim popularia
fuiſſent, temporis diuturnitate Ariſtocratica,nullo penè id ſentiente, e-
uaſerunt. Hæc autẽ vtraque conuerſio & facilis eſt,& minimè omnium
ſeditionibus oportuna,nec aliter impediri poteſt quàm ſi peregrini ab a-
ditu ciuitatis prohibeantur:vel colonię deducãtur,vel ad honores & im-
B peria admittantur: eóque magis, ſi rei militaris ac bellicæ laudis ſtudia
ciues ſequantur: alioqui verendum eſt,vt optimatibus ac nobilitate bel-
lis exhauſta, plebs Imperij gubernacula per ſeſe arripiat: vt Tarenti con-
tigit,cùm Iapiges vno prælio Tarentinorum nobilitatem à ſtirpe excin- *Cauſa popula-*
derent:nã ex eo popularis ſecuta poteſtas eſt Themiſtoclis ętate.Quam- *ris imperij ad optimates.*
obrem Argiui,optimatibus à Cleomene cæſis,plebeios in partem Impe-
rij ſibi conſociarunt:vt ſponte ac ſumma voluntate tribuere viderentur,
quod inuitis ac nolentibus plebs ereptura fuiſſet. Nec verò plebis Ro-
manæ licentia patribus tam metuenda fuerat, niſi Veientes vno prælio
trecentos Fabios patricios omnes eiuſdem gentis occidiſſent, nec multò
pòſt duodecim familiæ Potitiorum, qui ortus ſui primordia ad Deos re-
C ferebant, vno & eodem anno extinctæ ſunt, vt Liuius ſcribit. Itaque Ve-
neti meliùs ab vrbana quàm à militari diſciplina inſtructi, ſi bellũ, quod
non niſi ſumma neceſſitate coacti ſuſcipiunt, aduerſus hoſtes gerẽdum
ſit,Imperatorem quidem patricium,belli verò duces ac milites mercede
locare conſueuerunt: quàm prudenter,ſuo loco diſſeremus. Monarchia
verò non facilè mutatur amiſſa nobilitate, niſi principis genus omnino
interiret: ac ne tunc quidem monarchia deſinet, ſi dux aut imperator a-
liquis ſtrenuus principem ſe ferat. Turcę quidem vbicunque armis & o-
pibus ſuperiores fuerunt,regium genus ac nobilitatem internecione de-
leuerunt, vt plebem omnino exarmatam quaſi pecudes agerent:ex quo
Rerumpublicarum in Oriente interitus, & maxima Imperij Turcarum
D ſecuta ſunt incrementa. Cùm item Francorum nobilitas prælio Fonte-
naio penè tota mutuis armis conciſa ac proſtrata fuiſſet: partium duces
tanta clade attoniti Lotharius, in quam, Ludouicus & Carolus fraterno
fœdere coniuncti,tres eodem tempore monarchias tenuerunt. Sed nihil
in ariſtocratia tam metuendum,quàm ex optimatibus aut plebe dux ali-
quis imperandi cupidus exiſtat, qui plebem in optimates armare, ac ſe
ducem ferre velit. hinc enim ariſtocratiæ ac optimatum certiſſimus oc-
caſus. Ad hunc modum Thraſylus primùm, deinde Thraſibulus Athe-
nis: Marius & Cæſar Romæ: Fr. Valorius ac P. Soderinus Florentiæ ple-
bem in optimates armauerunt. quod eò magis metuendum eſt,ſi homi-
nibus fœdiſſimis ac turpiſſimis maximi honores tribuantur: ac bene de
virtutibus & Republica meriti ſummoueantur: quæ res non ſolùm o-
ptimo cuique grauis eſt ac minimè ferenda, verumetiam ſeditioſis ac

popularibus Tribunis inflammandæ plebis aduerſus optimates occaſionem affert. Neque enim aliam ob cauſam Oritarum Imperium plebs optimatibus vi extorſit, quàm quòd Heracleotem, turpitudine vitæ infamem, ad ſummos honores prouexiſſent. quæ res etiam Neroni & Heliogabalo exitium attulit, quòd turpiſſimis quibuſque hominibus ſummos honores tribuerent. Id autem omnium maximè metuendum eſt in optimatum Imperio, quod ariſtocratica ratione gubernatur: id eſt, cùm ab omnibus honoribus ac Imperijs plebs ſummouetur: quod, etſi æquo animo ferre difficile eſt, ferendum tamen: ſi optimo cuique gubernacula concedantur: ſed cùm ſceleratis ac indigniſſimis hominibus tribuuntur, audaciſſimus quiſque oblata occaſione plebem ab optimatibus ſeducet, eóque faciliùs, quo minùs optimates inter ſe concordes erunt: B quæ peſtis cùm omnibus Imperijs ac ciuitatibus tum verò optimatum generi maximè omnium fugienda eſt. Diſcordiæ verò ex rebus leuiſſimis ſæpe naſcuntur, quæ veluti ſcintillæ flammas excitant, ac poſtremò bellorum ciuilium incendia maxima totam ciuitatem peruadunt. Nam Florentiæ bellorum inter optimates initia cœperunt ab eo qui ex Budelmontorum gente nobiliſſima nouas nuptias ſibi quæſierat, diuortio facto cum priore ſponſa. hinc nobilium familiarum inter ipſas odia, diſſidia, cædes quæ ciuitatis ſtatū funditus euerterunt. Eadem ex cauſa graue bellum Ardeates inter ſe excitauerunt, quòd mater filiam nobili, tútores plebeio collocare vellent: ſed cùm nobilitas à plebeijs fuſa ac fugata eſſet, Romanos[2] acciuit, plebs Ardeatum ad Volſcorum opes aſpexit. C Nec aliam ob cauſam Delphorum ciuitas[3] ab optimatibus ad plebem conuerſa eſt. Status item Mileſiorum ab ariſtocratia in popularem abijt, dum certaretur nobiles inter ac plebeios, vtri[4] duarum pupillarum tutelam conſequerentur. Item Heſtienſibus ſtatum mutandi occaſionem dedit lis inter priuatos ſuſcepta de petitione hæreditatis. Bellum autem ſacrum, quod Phocenſium Reipublicæ non conuerſionē attulit, ſed interitū, dicitur originē habuiſſe ab vnius virginis collocādæ cōtrouerſia. Quinetiam Ætoli & Arcades mutuis bellis ſeipſos diutiſſimè attriuerūt, ob vnius apri caput: vt Carthaginenſes & Bizachij propter leuiſſimum myoparonem. Picti verò & Scoti crudeliſſima bella diutiſſimè inter ſe D geſſerunt, quæ nullis fœderibus placari potuerunt, tametſi pacem annos ferè ſexcentos antea coluiſſent. bellorum cauſa fuere canes erepti. Rurſus Heluetij bellum grauiſſimum ſuſceperunt aduerſus Carolum Burgundionum Ducem, quod non aliter quàm ipſius Ducis occaſu finem accepit: cùm Heluetiis currus pelliū ablatus eſſet. Sæpe quoque Reſpublicæ mutātur, cùm agitur de repetundis aduerſus potentiores, ac rerum geſtarum rationes exquiruntur. in quo genere optimis quibuſque metuendum eſt, potiſſimùm in populari ſtatu, vbi agitur de capite, de fama, de fortunis omnibus. vt enim omittamus externa, domeſticis abundamus, & quidem recentibus exemplis eorum qui huic Imperio faces ſubiecerunt, ac bellorum ciuilium incēdia excitarunt, quibus vniuerſa Gallia penè deflagrauit, cùm decies millies HS ab illis repeteretur. Nec mirum ſi

2 Liuius lib. 4.

3 Pauſan. lib. 4.

4 Ariſtot. lib. 5. polit.

rum ſi peculatus accuſationem metuerent, cùm Pericles ſummæ vir integritatis,[5] & qui ſuas opes pro Republica[6] Atheníenſium magnificè ſemper effudiſſet, ne rationes redderet bellum Peloponeſiacum excitarit[7], quod non priùs finem accepit, quàm omnes Græcarum ciuitatum ſtatus conuerterentur. At vir frugi cùm ſemper fuiſſet, & Reipublicæ ærarium annos ferè quinquaginta curauiſſet, nihilo tamē locupletiorem fuiſſe tradit Thucidides viriſſimus ſcriptor, & quidem ipſius Periclis aduerſarius omniū maximus: à quo etiam in exilium oſtraciſmo pulſus eſt. Eandem ob cauſam Coij, ac Rhodij ſtatum optimatum in popularem mutauerunt. Ac tametſi Cæſar imperandi cupidiſſimus eſſet, non tamen

5 Plato. Thucidides.

6 Plutar. in Pericle.

7 Pluta. ex Theopompo Ephoro Thucidide.

B Imperij tanta in eo cupiditas extitit, quātus erat metus ne rerum à ſe geſtarum rationem[8] priuatus reddere cogeretur, vt palam aduerſarij iactabant. Meminerat Scipiones, Rutilium, Ciceronem, tametſi ſumma integritate ac religione Rempublicam geſſiſſent, populi iudicio fuiſſe damnatos. Quòd ſi bonis metuendum, quid fiet improbis? qui præter quàm quòd perturbata Republica iudicium euaſuros ſe confidunt, illud etiam propoſitum habent, nunquam faciliùs publica depeculari aut bonos occidi poſſe quàm bello ciuili: ac ſi quidem improbi quoque perituri ſint; (vt ſępiſſimè cōtingit eos qui bello ciuili cauſam dederunt, miſerrimè perire): illud tamen in ore habent quod Catilina, incendium ſcilicet domi ſuæ cōceptum, quod aqua nō potuerat, ruina reſtinctum iri. Et quidem

8 Cicer. ad Atticum.

C proximè abfuit quin Rempublicam Romanorum funditus euerteret, aut Imperium occuparet, ni Cicero Conſul peruigil eiúſque collega C. Antonius audaciſſimum ciuem difficilimè tamē cum ſuis interemiſſent. Neque enim debuerat Cicero, (quod cum bona illius venia dictum ſit) Catilinam de ciuitate deijcere, ſed cōiuratione detecta illum in ipſa Vrbe opprimere. Nam qui ſe domo ac ciuitate pulſum videt, nemini dubiū eſt, quin ſi poſſit Rempublicam euertat: quod certè Catilina facturus videbātur, ſi Caij Antonij copias fregiſſet: cùm Cęſarē ac patricios quāplurimos ſuæ gentis & coniurationis conſcios haberet in Vrbe, qui ciuitatis conuerſionem moliebātur. Catilina quidem ex Vrbe excedente magna & pernicioſa ſentina Reipublicæ exhauriebatur: ſed opprimi quàm in

*Periculoſum eſt potētiores in exilium agere.*

D patriam armari præſtitiſſet. Tutius eſt igitur, eiuſmodi hoſtes, ſi amicos habere non poſſis, penitus obruere, quàm ciuitate exigere: niſi oſtraciſmo locus eſſet, vt quondam Athenis, Argis, Epheſi fieri conſueuiſſe legimus. nam quò quiſque plus opibus, gratia, virtute cæteris præſtitiſſet, eò citiùs relegari ſaluis opibus ac dignitate conſueuerat: ſed tamen ad breue tempus, quòd ſemper decennio ad ſummum terminabatur. Nec propterea quiſquam ciuis patriæ bellum huius relegationis cauſa[2] intuliſſe memoratur. Sed periculi plena res eſt è ciuitate potentiſſimū quemque bonis omnibus ereptis, contumelioſè exigere: quia ſæpe fit vt exul rerum dominationem vi & armis ſociorum adipiſcatur: vt Dio Syracuſanus, qui tametſi exularet, non tamen priùs bellum intulit Dionyſio, quàm ab eo proſcriptus eſſet. Item Martius Coriolanus, qui exilio pulſus Romanos in tantam deſperationē adduxit, vt niſi matris ac fœminarum

2 Plutar. in Ariſtide.

(quas ad eum Romani miſerant) precibus & lacrymis exorari ſe pateretur, de Republica actum fuiſſet. Conſimiliter exules Medicææ gentis, ac Tigurini optimates de ciuitatibus deiecti, amicorum ac ſociorum copiis & opibus patriam obſederunt, ac periculoſo difficilíque bello ciues diutiſſimè fatigarunt. Hic dicet aliquis, tutiùs videri ciuem improbum mœnibus arcere, quàm in intimis Reipublicæ viſceribus peſte laborare: concedam illud: ſed quanto ſtultius eſt eum, quem opprimere debeas, extra ciuitatem emittere, qui emiſſus bellum ciere ac renouare & velit & ſe poſſe confidat? Cyrum iuniorem maieſtatis reum, Artoxerxes Perſarum rex in carcerem coniecerat, & catenis aureis regalem in modum vinciri iuſſerat: deinde maternis precibus exoratus nexu liberauit. at non B priùs libertatem adeptus eſt, quàm regi grauiſſimum bellum intulit, adepturus Imperium fraterna cæde, aut patriam perditurus niſi ab exercitu regis circũuentus & interfectus eſſet. Diximus eiuſmodi hoſtes aut necandos eſſe, aut ingentibus beneficijs & gratia obligandos: imitantes Auguſtum qui coniuratos in patrem ac ſeipſum interfecit, exceptis pauciſſimis, quibus non ſolùm veniam dedit, verumetiam beneficiorũ multitudine in perpetuum ſibi obligauit. Extremus fuit [9] Cinna, quem Auguſtus perduellionis reum peregit, non leuibus cõiecturis, ſed argumentis neceſſariis ad aſſentiendum, literis inquam ab eo ſcriptis quibus caput Auguſti petebat: ei tamen pepercit Auguſtus: ſed non eo contentus fuit, niſi cum hoſte acerrimo ſempiternum fœdus feriret, eúmque maximis C beneficiis cumularet. Et cum Cinna capitalem ſententiam ac ſupplicium expectaret, hac oratione aduerſus eum vſus eſt Auguſtus, Vitam tibi Cinna, inquit, iterum do, priùs hoſti, nunc inſidiatori ac parricidę. Ex hodierno die amicitia inter nos incipiat: contendamus vtrum ego meliore fide vitam tibi dederim, an tu debeas: hæc ille. Neminem deinceps Auguſtus habuit chariorem: ab eo etiam ſcriptus eſt hæres omnium bonorum Auguſtus: nec poſtea quiſquam iuuẽtus eſt qui optimo principi inſidiaretur. Sic quoque Veneti capto Gonzaga Mantuanorum principe, quo nullus generi nominíque Veneto capitalior hoſtis erat: quique ſuas opes & copias cum rege Ludouico ad Venetorum euerſionem coniunxerat, eum tamẽ captum Senatus populúſque Venetus nõ libertate mo- D dò, verumetiam Imperatoria poteſtate ſubornauit: quibus beneficijs auctus deinceps in ſumma fide & amicitia permanſit. Illud eſt quod Pontinus Samnitum Imperator conſultus dixiſſe fertur. Romanum exercitum inter anguſtias Apennini montis interceptum delendum eſſe aut fœdus ſempiternum cum Romanis feriendum. ſic enim futurum, vt vel ingenti clade Romanorum vis frangeretur: aut libertate vitáque à Samnitibus accepta Romani fidem amicitiámque colerent ſempiternam. Conuerſiones autem Rerumpublicarum ſæpius accidunt in anguſta ciuitate quam in maximis Imperijs: quia ciuium paucitas facilè diuiditur ac ſcinditur in partes: in gens verò ciuium multitudo non item: quia potentiſſimos inter ac infimos, multi ciuium ordines interiecti ſunt, & potentium & mediocrium: bonorum item ac improborum: ſenum ac iuniorum,

[9] Seneca lib. de clementia. Dio lib. 55.

niorum,qui extrema ſimul coniungunt, aut in plures factiones abeunt. quòd ſi plures duabus fuerint, tertia factio duas amicitia copulabit, aut cum altera conſociata alteram franget ac ſuperabit. Itaque plures vno ſeculo in Græcorum & Italorum ciuitatibus conuerſiones, quàm multis ætatibus in hoc vel Hiſpanorum Imperio commemorantur. Neque enim dubitandum eſt, quin extrema ſecum ipſa diſſideant, niſi mediorum concordia coniungantur: quippe ſceleratis aduerſus bonos ſempiternum bellum futurum ſit, tenuibus aduerſus locupletes, niſi mediocrium hominum coniugatione ſecum ipſi & cum Republica copulētur. Quinetiam vnius fluminis aut vacuum ædificijs interuallum ciues ab a-
B micitia ſæpe diuellit. Itaque Ioſephus Mauritaniæ ac Feſſarum princeps ex duobus oppidis interuallo à ſe inuicem diſiunctis vnam eámque maximam Feſſarum vrbem continuatis ædificiis perfecit: in quo ſanè prudentiſſimi principis laudem eſt aſſecutus: quia non ſolùm ædes ædibus, ac mœnibus mœnia, verumetiam animos ciuium incredibili odio flagrātes, ac perpetuis bellis diuiſos, amicitia ſempiterna deuinxit. Id ipſum quoque Clazomenijs accidit, vt cùm altera pars vrbis in continente, altera pars eſſet in inſula, ſemper inſulanis cum cæteris ciuibus diſcordię ac bella intercedebant: vt Athenienſibus qui in Piræo, cùm ijs qui incolebant editiorem vrbis locum, quem ipſi Aſtu vocabant, tandiu diſſidia ac diſceſſiones interceſſerunt, quoad Pericles muris longiſſimis portum
C vrbi coniunxiſſet. Eandem ob cauſam grauiſſimę ſeditiones vrbanis ciuibus Venetorum cum nautis interceſſerant, & quæ ciuitatem in extremum diſcrimen deduxerant, niſi Petri Lauredani ſumma virtus & grauitas motus compoſuiſſet. Fit autem ſæpiſſimè, vt propter ciuiles diſcordias Reipublicæ conuerſio ſequatur: ſi princeps aliquis finitimus ciuitatem cædibus ciuium exhauſtam, vel ciues ipſos luctantes repente oppreſſerit: vt quidem Angli ſępe Gallos ſecum diſſidentes fregerunt. Item Feſſarum princeps Teſſam vrbem ciuili ſanguine exhauſtam facilè ſubegit. Item maiorum noſtrorum memoria Philippus II. Burgundionum princeps Bouinas ac Dinam ciuitates vnius tantùm fluminis interuallo ſeiunctas, cùm ſe mutuis bellis diu attriuiſſent, Imperij ſui finibus adiun-
D xit, quas tamen antea ſuperare nulla vi potuerat. Conſimili caſu præſes Thunarum ac Teleuſinæ prouinciæ regē ſe tulit, cùm Mauritanię reges inter ſe de ſumma rerum contenderent. Et Lachares Athenienſium dominatum occupauit, cùm ciuili diſcordia Rempublicam conflictari perſpexiſſet. Quinetiam Romanis in media Vrbe pugnantibus ſeruorum & exulum manus in capitolium inuaſit, nec niſi ſumma vi deiici, nec vlla re faciliùs Romani ad concordiam cogi, quàm ab hoſte arcem occupante, potuerunt. Sunt igitur periculoſiſſimæ ciuitatibus diſcordiæ ciuiles, ſi nulla cum finitimis principibus ſocietas intercedit: quia priùs hoſtis ciues inter ſe diſſidentes opprimit, quàm ſuccurri poſſit. Cùm igitur nec montium præruptorum immanis altitudo, nec maris immenſa profunditas, nec locorum deſertiſſimæ ſolitudines, nec ſubſtructionum moles ingentes, nec hoſtium innumerabilis multitudo regnandi cupiditatem

coercere poſſit: quomodo à finitimis hoſtibus, ſi mutuis armis cadat, abſtineretur? Atque ideo magis metuendum quo fuerint anguſtiores Imperij fines, vt Lucenſium, Geneuatum, Rhaguſiorum, quorum imperia vnius vrbis ambitu, & anguſtiſſimis regionibus continentur: vt qui vrbe potiatur, ſtatum ciuitatis euertere poſſit: at vbi longè latéque imperia patēt, vbi plurimæ arces, vrbes, prouinciæ, regiones, mutuis auxiliis conſociantur, vnius vrbis euerſionem aut prouinciæ direptionē non ſequitur Reipub. occaſus. Hoc tamē habet ſingulare monarchia, quòd rege capto ſtat Imperium tamen: at in popularibus & optimatum Imperiis, ſi ſedes imperij, in qua optimates aut populus iura maieſtatis tuetur, capta fuerit ab hoſtibus, actum eſt de Republica. Cùm enim Romani Capuam cœpiſſent, ſecūdo bello Punico, cætera Campanorum oppida deditionem fecerunt. Ita quoque Senarum Vrbe expugnata, Coſma Florentinorum duce, ſecuta eſt Imperij euerſio: neque enim multò pòſt arces omnes & oppida in hoſtium poteſtatem venerunt. Rex autē captus, aut precibus, aut pretio liberatur, aut proximus quiſq; ad Imperiū vocatur. ac fit interdum vt princeps Imperio cedere, ac priuatus viuere malit, quàm ſubditos tributis vrgere. Et quidem nulla res æquè terruit Carolum v. Imperatorem, quàm quod Franciſcus I. rex Francorum declarauit ſe, ſi oblatas pacis conditiones repudiaret, Imperium Galliarum Franciſco filio daturum. Tametſi enim Itali, Angli, Hiſpani, Belgæ, Veneti, ac Pontifex ipſe maximus vna cum Carolo Burbonio magiſtro militum in Frācorum & huius Imperij exitium ſocietatem coiſſent, ac noſtras legiones ad Pappiam fugaſſent, Regem denique ac nobilitatis decus in Hiſpaniam abduxiſſent, Imperium tamen Francorum ſaluum & incolume ſtetit, nec auſus eſt hoſtium exercitus in Galliam penetrare: nec ciuium proborum cum Carolo Burbonio victore coniurata manus vllam attulit Reipublicæ conuerſionem, at ne motus quidem vllos excitauit: quippe intelligebant hoc Imperium firmiſſimis legibus ac moribus antiquis quaſi ædificium, artificioſiſſimè ac penè inuiolabili materia coagmentatum ſtare, nec niſi difficilimè vi externa concuti poſſe. at ciuitates nonnullas videmus, tam malè ſibi cohærere, vt leuiſſimo impulſu ruituræ videantur. Neque tamen vllum eſt Imperium quod temporis diuturnitate non conuertatur, ac tandem aliquando euertatur. ſed beatior eſt eorum cōditio, qui conuerſiones in vtramuis partem & obitum minùs ſentiunt: vt de Republica Venetorum diximus, quæ ab vnius dominatione ad omnes, ab his ad paucos ita peruenit, vt conuerſiones illas nemo percepiſſe videatur. Aliud item exemplum habemus de Imperio Germanorum, quod à Carolo magno conſtitutum, & ad poſteros eius delatum vnius dominatu tandiu ſtetit, quoad exciſa Caroli ſtirpe Imperatores principum ſuffragio creari cœperūt: & cùm poteſtate abuterentur, placuit imperandi leges & conditiones principibus definire: ex quo ſenſim monarchia dilabi, ac optimatum poteſtas confirmari cœpit. Ac niſi Auſtriacæ gentis illuſtriſſimæ principes vndecim rerum geſtarum gloria clariſſimi, quaſi iure ſucceſſorio, dum alius alium, ſe viuo, Imperatorem

*Singulare monarchiæ.*

*Franciſci regis captiui propoſitum.*

*Conuerſio Imperij Germanorū ad optimates.*

B

C

D

torem deſignari curat, Imperij Germanici maieſtatem quodammodo tuerentur, iampridem Imperatores ducibus Venetorũ pares, atque haud ſcio an inferiores fuiſſent. Eadem cõuerſio contigit Polonis, poſt Iagellonis gentem à ſtirpe extinctam: & Danis cùm Chriſtiernum regem ſubditi ſpoliaſſent, ac Imperium certis legibus & conditionibus fruendum iurato fratri dediſſent. hunc Federichus filius excepit, qui ijſdem legibus quibus pater iura maieſtatis cũ optimatibus diuiſit. nec dubium eſt quin ſummum Imperium adepturi ſint optimates, ſi Federichus ſine liberis moriatur. Tametſi enim Hungari, Bohemi, Poloni æquè ac Dani creandorum regum ius habeant, ferè tamen parentes ad fututum Imperium
B deſignant liberos, qui iura maieſtatis multò meliùs tueri ſolent, quàm peregrini. ac ſi quidem Imperium à proauis ad pronepotes ſucceſſorio iure peruenerit, paulatim ab optimatibus ad reges iura maieſtatis redeũt: quæ conuerſio & facilis eſt, & Reipublicæ ſalutaris. Sic enim Caſimir magnus rex Polonorũ à proauis Imperium adeptus, iura maieſtatis fortiter tuebatur: ſed eo ſine prole mortuo, Poloni Ludouicum Hungariæ regem Caſimiri propinquum ad ſceptra quidem Poloniæ capeſſenda accerſiuerunt, ſed maieſtate plurimum deminuta: ac multò magis poſt Ludouici ſine maſcula prole occaſum, cuius filium Iagello Lituaniæ dux cum regno Poloniæ ſuſcepit. Huius poſteri principes ducentos ampliùs annos Imperium quaſi ſucceſſorio iure ad ſe delatum ſuſceperũt, ac mo-
C narchiæ iura diligenter coluerunt, quouſque Sigiſmundus Auguſtus regnum liberis ac propinquis maſculis orbatum reliquiſſet. Tunc populus ad Henrichum Caroli IX. Francorum regis fratrem Imperium detulit. ſed ijs legibus vt potiùs princeps, quàm rex eſſe videretur. Et quidẽ cùm Metim vna cum Duce ac Pontifice Lingonum, ad legatos Ponolorum excipiendos miſſus eſſem: ac Lutetiam vna cum legatis reuerſus, de imperandi legibus multa dediciſſem, ſumma fuit Senatum Poloniæ regi futuro conditiones imperandi duriores daturum fuiſſe, ſi Francorum principum ſalua dignitate id fieri potuiſſet. Ad hunc igitur modum iura maieſtatis ab vnius dominatu ad optimates, ab his ad populũ redeunt, niſi monarchiæ leges immutabiles ferãtur: vt in Pontificis maximi crea-
D tione, cuius maieſtas nõ eſt à collegio pontificum accita: nec item ſacræ militiæ Magiſtri poteſtas ab equitum collegio imminuta, quia ſuis legibus nituntur. Ac tametſi collegium pontificum, mortuo Pontifice max. Iullio II. poteſtatem futuri pontificis imminuere decreuiſſet, nihilominus tamen Leo pontifex à Iullio quodammodo deſignatus cæteris omnibus auguſtior viſus eſt. Nihil autem periculo propius, quàm rege ſine liberis mortuo vnum aliquem exiſtere qui opibus ac potentia cæteris præſtet, eóque magis ſi regnandi cupidus fuerit. neque enim dubium eſt quin dominatum cæteris principibus, ſi poſſit, eripiat: vt quidem Hugo Capetus, intermortua Caroli magni ſtirpe, cùm præfectus Prætorio, opibus & gratia plurimum valeret, Carolum Lotharingiæ Ducem, qui vnus cum Ottone filio ex omnibus Caroli magni nepotibus reſtabat, de Imperio deiecit: id quod Ottomanis principibus metuendum eſt, qui

qui tametſi habēt Turacanos, Ebranes, Michaelitas ſuæ gentis ac nominis principes, nihilominus tamen ſi Ottomanorum familia penitus intereat, verēdum eſt, vt qui plus opibus & gratia poſſit inter Prætorianos milites, de Imperio dimicaturus ſit, ac principibus, qui minùs potētia valent, dominatum erepturus: quod maximos bellorum ciuilium motus in Oriente excitaret, propter eam, quam de Ottomanorum virtute & imperandi maieſtate opinionem populi conceperunt. Memorabile exemplum habemus de conuerſione imperij Lacedæmoniorum. nam fuſo ac fugato Cleomene rege ab Antigono, Spartiatarum populus ſummo Imperio tres annos præfuit; ſed cùm allatum eſſet Cleomenem regem in Ægypto cæſum fuiſſe, ex Ephoris quinque à populo creatis, B duo, arreptis armis, tres collegas ſacrificantes occiderunt: deinde populus Ageſipolim regiæ ſtirpis Heraclidarū ſuffragio regem creauit. ſed cùm ante Cleomenem duo reges creari conſueuiſſent, Lycurgus nouus homo ereptis pecunia ſuffragijs rex etiam à populo creatus eſt, Chilone regiæ ſtirpis propter inopiam à petitione diadematis ſummoto: qui tātam ſuo generi ac dignitati contumeliam illatam ferre cùm non poſſet, magiſtratus omnes interfecit. Ita Lycurgus qui cædem euaſerat, ſolus dominatum tenuit, cùm Heraclidarum gentem penè deleuiſſet. Atque hæc de Rerumpublicarum interitu & conuerſionibus dicta ſint, quæ præuideri poſſint nec ne, diſſerendum nobis videtur.

C

## *An Rerumpublicarum conuerſiones proſpici poſſint?*

### CAPVT. II.

QVONIAM Theologorum ac philoſophorum omnium decretis conſtat, res humanas nec præcipiti caſu, nec fortunæ temeritate ferri, conſequens eſt Rerumpublicarum interitus & conuerſiones à Deo, vel à natura, vel ab hominum arbitrio ac voluntate pendere: id eſt à diuina poteſtate, nullis interiectis cauſis, aut ab ipſa naturalium cauſarum & effectionum ſerie ac conſecutione ſic apta & ab immortali Deo colligata, vt prima extremis, media vtriſque, omnia omnibus inuiolabili nexu cohæreant: quam Plato[9] ex Homeri D ſententia cathenam auream, id eſt σειρὰν χρυσῆν, Zeno fatū, cæteri Stoici pronœam, Auguſtinus, Panętium (opinor) & Senecam ſecutus, Deum appellauit. Grauiter autem ab ijs peccatur, qui naturā Deo mutant: quaſi Deus naturæ legibus obligaretur, vt Iouem fabulæ ferunt Adraſtiæ decretis teneri. rectè tamen Auguſtinus qui fatum aut nullū eſſe, aut Deum ipſum fatum eſſe ſcripſit: quia nihil conſtans, nihil firmum, nihil immutabile præter Deum. Ea verò quæ Dei munere, & conceſſu tributa eſt hominum generi volūtas, Hebræorum ac Theologorum doctiorum conſenſione libera eſt, & omni neceſſitate[1] ſoluta: nam ſi noſtrarū voluntatum cæleſtes quædam ſint & appetitionum cauſæ neceſſariæ, non ſolùm humana voluntas libera non ſit, ſed ne voluntas quidem ſit: & ineptè velle dicatur, quem vlla vis cogat. Ab hac igitur Stoicorum, ac fatalium hominum

9 in Thæteto.

1 ſic Moſes Maymo in epiſtola aduerſus aſtrologos.

minum inerti atque ignaua diſciplina Poſſidemus[a] ipſe Stoicorum ſuæ ætatis princeps iampridem & optimi quique tum philoſophi tum etiam peritiores theologi procul diſceſſerunt. quinetiam Philippus Melanchthon, qui pro ſeruili voluntate acerrimè propugnauit, liberas hominum voluntates in actionibus humanis ac ciuilibus eſſe confitetur. Cùm autem humana voluntas tam varia ſit, támque ſui diſſimilis, vt nihil ex ea conſtituere poſſis quod ad rerumpublicarum euerſiones aut conuerſiones accommodari queat, nihil eo de genere definiemus. Quæ autem diuinis conſiliis geruntur, maximam partem abdita ſunt humanis cogitationibus, & hominum ſenſibus omnino retruſa: niſi Deus opt. max. vates quoſdã eximiæ integritatis ac ſanctitatis ſingulari munere afflauerit:
B vt veteres quondam Hebræos, qui certiſſimis oraculis multarum ciuitatum & Imperiorum conuerſiones ac interitus prodiderunt, experientia ipſa poſteritati comprobatos. Rariùs autem diuina potentia ſeſe exerit ſine cauſarum interiectione: ídque non ſine impetu maximo ac inopinata vi facit: vt cùm ciuitates quinque Sodomorum incendio mirabili ac flammis vltricibus in vrbes delapſis vno perdidit & eodem momẽto, locum etiam aquarum dulcium ac piſcium affluentia pleniſſimum teterrimo ſapore ſic mutauit, vt omni piſciũ generi peſtifer ſit ac lethalis: ipſa verò tellus vberrimę fertilitatis, cineribus ac putido ſulphure ita cõſperſit, vt nec ſalutaribus plãtis vllum, nec frugibus locum in ea regione
C reliquiſſe videatur. Ita quoque Burrham & Helicẽ ciuitates Græcorum tanta voragine aquarũ ac tam repente obruit, vt etiam ij qui ex vrbibus in naues conſcenderent mirabili aquarum inſurgentium vi à portu prohibiti omnes inundarẽtur. Conſimili vltione diuinitus illata tres ac viginti vrbes Italiæ immanis terrarũ hiatus vno hauſit momento, vbi poſtea Pontinæ paludes exundarunt. Item duodecim vrbes Aſiæ terris diſcedentibus vna labes derepente dicitur abſorbuiſſe. Cùm igitur humana voluntas libera ſit ac varia ſempérque ſui diſſimilis: diuina verò occulta & abdita: reſtat naturæ vis, quæ nec penitus obſcura eſt, & cõſtanti quodam cauſarum ac effectionum tenore moderata curſum tenet. Cauſas autem cohibentes in ſe efficiẽtiam naturalem, quæ multæ ac variæ ſunt,
D non ciuiles dicimus quas proximè ſequitur conuerſio vel occaſus ciuitatum: vt cùm nulla benefactis præmia proponũtur, nulla ſupplicia peccatis, quis huiuſmodi Rempublicam breui neſciat interituram? omnium enim cauſarum, nulla certior, nulla grauior, nulla denique ab obitu ciuitatis propiùs abeſt quàm iſta: ſed cauſas cæleſtes naturæ vi quadam manantes inquirimus: tametſi iuuat omnes intueri ac proſpicere. Et quemadmodum hominẽ aliter pictor, aliter medicus: & animum aliter phyſicus, aliter theologus contemplatur: ſic quoque Rerũpublicarum conuerſiones aliter politicus, aliter aſtrologus, aliter theologus diiudicat. politicus in ciuitatis euerſione principis iniurias, magiſtratuum ſordes, legum iniquitatẽ accuſat: aſtrologus cæleſtum ſiderum vim & efficientiam contemplatur, vnde varios animorum motus hominibus ad res nouandas ingenerari putat: theologus verò peſtes omnes, bella, frugum

[a] Galen. in libris de placitis Hippocrat. & Platon.

1 Pſal.107.Leuit cap. poſtremo. Iob.c.12.

ſterilitatem, ciuitatum denique ac populorum interitus[1] à diuini numinis & religionum cõtemptu manare conſtanter affirmat: ob idq; Deum iraſci, ſapientiſſimos quoſque magiſtratus in ſtuporem agere, ac ſua ſidera in principes armare. habet ſuas quiſque cauſas, quarum ope & concurſu ciuitatis interitum fore ſapiens auguratur. Nam in eo quamplurimos magno errore labi videmus, qui ſiderum ſcientia & perueſtigatione Dei præpotentis maieſtati quicquam detrahi putant, quæ tamen ex ijs clariùs eluceſcit, cùm adiumento cauſarum cæleſtium ea fiunt, quàm ſi ab ipſius Dei manu ac poteſtate, nulla interiecta cauſa, gereretur. Quis autem cæleſtium corporum vim & affectionem in vniuerſa natura admirabilem non ſentit? non propterea tamen vlla naturæ neceſſitas facit, B quominùs ab immortali Deo coërceri ac retineri poſſit: quippe qui naturæ legibus, quas ipſe iuſſit, ſolutus eſt: nõ quidem à Senatu aut à populo, ſed à ſeipſo, quia maximus eſt: nec quicquam niſi quod rectum ac iuſtum ſit efficere poteſt, quia optimus, & perẽnem populorum omnium curam[2], ſed tamen ſecuram gerit, quia maximus eſt. At cùm omnia quæ ortus ſui principium habuerunt, fluxam quoque habeant ac diſſolubilem naturam, vt certiſſima miniméque dubia demonſtratione perſpicuum[3] ſit: cõſequens eſt etiam non ciuitates modò, verumetiam omnia quæ poſt originis ſuæ primordia ſeculis innumerabilibus floruerunt tandem aliquando caſura. Ac tametſi Plato philoſophorum princeps, nec ratos orbium curſus, nec cæleſtium corporum vim ac naturam, quæ tũc C denſiſſima caligine ac obſcuriſſimis nubibus obtegebatur percepiſſet[4]: cùm Reipublicę formam præclara mentis agitatione talẽ ſibi finxiſſet, vt ſempiterna fore videretur, ſi à legibus & inſtitutis nõ aberraret, nihilominus tamen interituram affirmauit: quippe qui in clariſſima luce proſpiceret ludibria rerum omnium, quæ vt oriuntur, ſic etiam aboriri neceſſe eſt, nec quicquam firmum aut ſtabile eſſe præter rerum omniũ parẽtem, tametſi Sophocles de toto genere Deorũ ſcripſerit[5] μόνοις οὐ γίνεται θεοῖσι γῆρας, οὐδὲ μὴ θανεῖν ποτε. Quæ cùm ita ſint, nulla tam præclara inſtituta, nullæ tam ſanctæ leges, quæ ab obitu certiſſimo reſpublicas vindicare poſſint. Quibus argumentis Secundus philoſophus Stoicæ familiæ Pompeium poſt cladem Pharſalicam fractum ac deſperatum erexit. Nec propterea, qui D cauſarum in natura ſeriem ad ciuitatum conuerſiones & occaſus pertinere putant, hi mentem hominis voluntate libera ſpoliatam, ac multò minùs præpotentem Deum fati neceſſitate deuinciunt. Non enim ſi antecedentibus cauſis omnia conſertè contextéque naturali colligatione fierent, idcirco fati neceſſitate fieri iudicaremus: cùm diuina poteſtate natura ipſa cohibeatur. Quamobrem ſæpe videmus ſtirpes & animantia quæ certos vitæ fines habent, vi extrinſecus illata terminos, quos natura pegit anteuertere, ac citiùs quàm per naturam licuiſſet interire. De hominũ genere in ſacris literis illud ſæpiſſimè[6] teſtatũ habemus, eos qui integritate ac virtutibus cæteris præluxerint, vitæ ſuæ terminos diutiſſimè prorogaturos: cõſceleratos verò vitæ ſuæ curſum breuiorẽ habituros, ac celerrimũ exitiũ ſibi ipſis illaturos. Quibus conſtat certos eſſe terminos

2 Eſayæ.c.19. Benedictus populus meus Aegypti & opus manuum mearum Aſſyrius hæreditas autem mea Iſrael.

3 Plato in timæo. in Phædone. Ariſtot. lib.1 de cælo Eſaya c.43. & 45. Pſal.90. primus fui & nouiſſimus ero.

4 Plato ſciẽtiam ſiderum ϑεῶν εἰς ϑέαν appellauit. nam Soli Lunã proximè ſubiunxit.

5 Soli dij ſenectã non ſentiunt nec mortem.

6 Exodi c.19. Leuit c. poſtremo. Deuter. 6. in fine capitis. Iob.c.12. Samuel.c.2.lib.1. Ezech.cap.33.

vitæ cuiuſq; ab immortali Deo fixos, qui ſcelere breuiùs cõtrahi, virtute longiùs proferri poſſint. Ita quoque imperia ſuos habẽt ortus, ſua incrementa, ſtatus, conuerſiones, occaſus: quando tamen conuerſionis cuiuſque momenta futura ſint, quando moriendi dies finitus, nulla diſciplina perceptum aut cognitum videmus. Quòd enim Plato imperia tunc ruitura ſcripſit, cùm modulationis ſuauitas & concentus periret, leuius eſt quàm vt refelli debeat: hæc tamen ſuo loco. Plerique ciuitatum conuerſiones aberrantium & inerrantium ſiderum vi ac poteſtate petendas eſſe putarũt: ſed res ipſa difficultatem habet infinitam, quę fortaſſis explicari poſſet, ſi Rerumpublicarum eadem eſſet quæ rerum omnium origo
B à natura petita. Iam verò ſi ſtatus aut obitus ciuitatum ab illis ſempiternis ignibus eorúmque mutuo cõcurſu ac traiectionibus penderẽt, nulla tamen certa diſciplina tradi aut percipi poſſent: cùm tanta ſit eorum qui ſiderum vim orbiúmque cæleſtium curſus notarunt varietas & inconſtantia, vt eandem ſtellam alius recto, alius auerſo curſu ferri eodem momento ſcripſerit, quæ tamen in cęlo ſtabilis ac immobilis conſpiceretur: *Errores aſtrologorum.* vt ſua ipſi temeritate refellantur, qui ſtellarum vim in ciuitates, quíque ad quamlibet multos annos effecturæ ſint, ſine errore prædicere ſe poſſe iactant. At ne in ipſo quidem Lunæ curſu qui minus habet obſcuritatis, dogmatum ſuorum conſtantiã ac conuenientiam tueri potuerunt. Certè Leouicius qui Alphonſi decreta ſecutus eſt, ſuperiorum planetarum
C concurſus altero pòſt menſe prodidit, quàm in cælo apparuiſſent. Ac tametſi I. Mercator ex retroactis ætatibus Solis ac Lunæ deliquia quædam à maioribus prodita notauerit, vt rationem vniuerſi temporis à mundi conditu certiùs meliúſque iudicaret: nihilominus tamen eius obſeruationes ruinam minantur. poſuit enim Solem in ipſius mundi originibus Leonem tenuiſſe, Iullium Maternum nulla probabili ratione ſecutus. Arabes verò ac cæteri Aſtrologi Solem in Ariete fuiſſe putant. Vtrique tamen aberrãt à ſcopo, alteri quidem quarta circuli parte, alteri dimidia: ſi quidem in iugo Solem poſitum initio fuiſſe, non modò antiquiſſimis populorum omnium moribus ac inſtitutis: verumetiam diuiniſſimis teſtimonijs teſtatum habemus: quibus feſta dies collectionis frugum ex-
D tremis [7] anni diebus coli iubetur: ſcilicet die ſecunda & vigeſima menſis ſeptimi, quem ante migrationem ex Ægypto primum fuiſſe Moſes diſertè ſcripſit[7]. Id autem ſæpius ab eo quo minùs ambigeretur, repetitum legimus. cùm enim diem feſtum Abib id eſt culmorum quem Græci [illegible] vocãt coli iuſſiſſet, ſubiecit [9] hęc verba, וחג האסיף תקופת השנה id eſt, Et feſtum collectionis frugum vertente anno. At extremum ſuperioris anni momentum, ſequentis initium eſt, vt Orus Apollo veteres Ægyptios annum ſignificaſſe ſcribit, dracone in orbem circumacto. Ioſephus [1] autem optimus antiquitatis interpres menſem Abib qui Caldæis Niſan, nobis verò antea Martius nunc Aprilis, ordine primum fuiſſe tradit propter adeptam libertatem excuſſa Ægyptiorum ſeruitute. menſem autem qui Caldæis Ethanim Hebræis Tiſri dicebatur, is erat October, natura primus, qui poſtea incidit in Septembrem. Hæc non modò Ioſephus,

7 Exodi.cap.23. verſ.16.

8 Exod.c.12.verſ. 2.

9 Exod. cap. 34. ver. 22.

1 cap.3.lib.1.antiqu.t.

verumetiam omnes ferè Hebræorum magiſtri, Eleazar [2], inquam, Abraham [3] Ezræ, F. Ionatas, Caldæus interpres[4], ac cæteri ferè omnes id confirmant. quod quia magnum pondus habet ad Rerumpublicarum euerſiones diiudicandas, planiùs explicandum nobis eſt. Schola vetus Iſraëlitarum libros Moſis de Originibus ab Autumno auſpicatur: ac Samuel antiquiſſimus Hebręorum magiſter primam Tecupham ſeu conuerſionem annuam in autumni ęquinoctio ſtatuit. quibus planum fit antiquiſſimæ gentis dogmata & inſtituta cum lege diuina congruere ac conuenire. Eadem fuit de anni principatu diſciplina veterum Ægyptiorum & Caldæorum, à quibus artes quæ Mathematicæ dicuntur non modò originem acceperũt, ſed etiam ab ijſdem ad omnes populos dimanarunt. B ſic Iullius Firmicus tradit Ægyptios à maioribus acceptum poſteritati tradidiſſe, Solem in extrema parte libræ initio poſitum fuiſſe. Eadẽ fuit Indorum ſentẽtia, qui adhuc Solis & Lunæ cultores ſunt, vt Hiſpani prodiderunt. Ac tametſi Græcorum annus à ſolſtitio æſtiuo initium haberet, nihilominus tamen Aſiatici Olympiadas & anni caput ab autumno incipiebant. Quinetiam Romani ab vltima antiquitatis memoria ab idibus Septembris menſem auſpicabantur: lex, inquit Liuius[5], vetuſta eſt, & priſcis ſcripta literis, vt qui Prætor maximus ſit, idibus Septembris clauum pangat. clauum hunc Feſtus annalem appellat[4], qui quotannis, inquit, figebatur in dextra parte capitolij, vt per eos clauos numerus colligeretur annorum. Auguſtus etiam ludos Olympicos ſeptembri menſe C inſtituit. Ac tametſi aſtrologi nouam anni rationem à Moſe traditam (vt cæteri ferè populi) ſequantur, & à ſectione verna incipiãt, nihilominus cæleſtium conuerſionum tabulas ab Ægyptijs & Caldæis acceptas ordiuntur ab autumni[5] ſectione. Quæ antiquitates, tótque ac talium virorum auctoritas, tametſi rem ſatis perſpicuam ac minimè dubiam efficiunt, nihilominus ipſa natura nos eò deducit, vt ab autumno mundi origines cœpiſſe confiteamur. Nam ſi demus, id quod neceſſe eſt, hominem ab immortali Deo, ac cætera quoque animantia eo ſtatu condita fuiſſe, vt nutricibus non egerent: neceſſe eſt omni animantium generi, atque in primis homini fruges maturas, & arbores fructibus ad veſcendum graues, & ad intuendum iucũdas, vt eſt in libris[6] ſacris Originum, D inque hortis amœniſſimis conſitas fuiſſe: quod fieri nullo modo poteſt, niſi mundus autumno ineunte conditus ſit, quoniam circa Iordanem creatus[7] eſt Adamus, vbi fruges vere ſpicam nondum exeruerunt: eſt enim menſis Abib dictus, quia fruges vere nouo illis in locis in culmos exurgunt: arbores verò vix effloruerunt. neque enim naturæ lex eſt ab orbe condito, nec temperies veris & autumni mutata. Quamobrem & Plutarchus in Sympoſiacis, cùm quæreret oua ſint auibus priora néc ne: definit aues priùs eſſe procreatas, & quęcunque maximo ſinu mũdi continẽtur, omnibus ſuis partibus abſoluta fuiſſe: alioqui ſi Deus hominem vagientem, ſi vitulos pro bobus, ſi oua pro auibus procreaſſet, nutrices quoque ad lactendum, & aues ad oua incubanda creare oportuiſſet. quæ ſi abſurda ſunt & ridicula, & illa ex quibus hæc ſequuntur abſurda videri neceſ-

2 in geneſim.
3 in cap.7.Danielis.
4 lib.1. reg.cap. 8.verſu 2.
5 lib.7.
4 in verbo clauus annalis.
5 Ptolemę.in lib. magnæ cõſtruct. Alphon.tabulæ.
6 Geneſ.c.2.
7 Geneſ.c.2.

neceſſe eſt: ſcilicet veris initio mundum conditum, & virgulta pro arboribus fructiferis, & cætera denique inchoata nec perfectionem aſſecuta fuiſſe. Ex quibus planum fit, eos terrare grauiter qui vltima mundi principia à verna ſectione, ac diem ipſum à meridie repetentes, tum ſacras literas, tum etiam antiquiſſimam Indorum, Caldæorum, Ægyptiorum & Latinorum memoriam inanibus coniecturis abolere conantur: quia ſcilicet frigora ſequãtur autumnum: veriti opinor, ne Adami infantis nuditas algeret. Cùm igitur aſtrologi falſa, vt ſi quoque, cęleſtiũ conuerſionũ principia poſuerint: ac ſummopere inter ſe de ſiderum ac ſtellarum curſu diſſideant, nihil de rebus humanis & ciuitatũ interitu conſtanter tradere poſſunt.

B Quanquam perridiculũ eſt vrbium conditione Rerumpublicarum origines & conuerſiones metiri, quod illi faciunt: quinetiam iactis ſubſtructionum fundamẽtis, de caſibus futuris ædium, de incendio, de ruina temere affirmant: quod certè ab inſania & furore proximè abeſt: quaſi naturæ conſtantiſſimns ordo ab humana leuitate, & orbium cæleſtium vis ab opificis & latomi arbitrio penderet. legibus [8] quidem cauetur ædium exuſtarum æſtimationem ab ætatibus fieri oportere: ſic enim in exemplari Hetruſcorum legitur: tametſi Cuiacius antiquarum lectionum diligentiſſimus interpres eorum ſectam ſequitur, qui QVANTITATIBVS, legendum putant. ſed hac ratione marmoreas ædes auguſtiſſimas viliùs æſtimari oporteret, capacibus horreis

C luto ac materia putri cõſtructis. At Vitruuius & architecti omnes ex ædium exuſtarum ætatibus, (niſi parietes lateritij fuerint, hos enim Plinius æternos, ſi ad perpendiculum erigantur, appellauit) accepti damni æſtimationem inire ſolent Sed ad Vitruuium[9] & architectos, taliũ quæſtionũ arbitria referamus. Quod autem ab ædificiorum & vrbium fundamentis de Imperij ſtatu, qualis futurus ſit, iudicari putant oportere, refutatione minùs egeret, niſi M. Varro, quem Tullius Græcos ac Latinos omnes eruditione ſuperaſſe ſcribit, Taruntium Firmianum iuſſiſſet horoſcopum Vrbis Romæ explicare: ſic enim Plutarchus & Antimachus Lyrius tradunt. Is igitur cauſas ex progreſſu Reipublicæ, & anteceſſiones ex conſequentibus comparans, leuiſſimis & inanibus cõiecturis tra-

D dit iacta fuiſſe vrbis fundamenta anno tertio ſextæ Olympiadis A.D.X. Cal. Maias ſub horã à Meridie tertiam, Saturno, Marte, ac Venere Scorpionem, Ioue Piſces, Sole Taurum, Luna iugum, Geminis cæli medium occupantibus, oriente Virgine. At cùm huius thematis cardines pręcipui ad Mercurium pertineant, & hominum ſtudioſorum mercaturæ philoſophiæ, literarum denique omnium theſis illa cæleſtis notã pr ę ſe ferat, quî fieri poteſt vt in Romanos mortalium omnium bellicoſiſſimos homines iſta conueniant? Quanquam Taruntius pudendo errore lapſus eſt, qui ſitum orbium cæleſtium cum natura ipſa diſcrepantem, poſuit: id eſt Solem Veneri ἀντικείμενον & planè oppoſitum, cùm tamen Venus à Sole quàm lõgiſſimè diſcedit, ad ſummum octo & quadraginta partibus abeſt. quod quidem excuſandum & μνημονικὸν ἁμάρτημα venia dignum videretur, ſi aliud agenti excidiſſet, vt Augerio Ferrerio excidit, qui in libro

8 l. domos. de legat. 1.

9 Vitruuius lib. 2. c. 8. Nõ enim quę ſunt molli cæmẽto ſubtili facie venuſtatis nõ eæ eſſe poſſunt in vetuſtaté nõ ruinoſæ. Itaq. cũ arbitria cõmunium parietũ ſumutur, non æſtimãt eos quanti facti fuerint, ſed cũ ex tabulis inueniũt eorũ locationes pretio prętteritorum annorũ ſingulorũ deducũt octogeſimas & ita ex reliqua ſumma partẽ reddi iubẽt pro his; ac ſententiamq; pronuntiant, eos non poſſe pluſquam annos octoginta durare. De lateritijs verò, dũmodo ad perpẽdiculũ ſint ſtantes, nihil deducitur, ſed quanti fuerint olim facti tãti ſemper ęſtimãtur. Ex his apparet legẽdũ eſſe examinatis ætatibus in l. ſi domos. de legat 1.

de iudicijs planetarum Mercurium Veneri, & vtrunque Soli oppoſuit: quod per naturam fieri non poteſt: cùm Mercurius à Sole partibus triginta nunquam diſcedat. Tametſi Io. Picus Mirandulæ princeps ex hac motuum cæleſtium demonſtratione Iullium Maternum falſo coarguit, quod Solem in Ortu, Mercuriū verò in decima domo collocaret, quod, inquit, fieri non poteſt, niſi Sol à Mercurio abſit circuli quadrante: nec animaduertit globum ad Aquilones ita conſtitui poſſe, vt Sole oriente, Mercurius meridianum imò duabus ante meridiem horis decimum domicilium attingat: nec tamē à Sole Mercurius triginta pertibus abſit. At Plutarchus ſcribit Antimachum Lyrium teſtatum reliquiſſe, Solem lumine defectum, quem tamen circuli diametro à Luna abfuiſſe tradit. Illud etiam falſum, quod Solis ingreſſum in Tauri ſignum XXI. die Aprilis contigiſſe tradit Taruntius: cùm diem tertium ante Calēdas Mayi Taurus illa ætate occuparet. Quanquam Lucas Gauricus qui clariſſimarum vrbiū themata cæleſtia collegit, totō cælo diſcrepat à Taruntij propoſito themate. Is enim iugum (vt Manilius) in Oriente ponit. Sed de rebus omnibus abſurdiſſimis nulla eſt abſurdior, quàm vrbium euerſione ciuitatis interitum metiri, cùm ſuperiùs demonſtratum ſit ſalua ciuitate vrbem ſæpius euerti ac ſolo æquari: vt de Cartagine docuimus: & ſaluis mœnibus ac ædificijs Rempublicam ſæpius interire. Nihilo ſanior eſt Hieronymus Cardanus, qui vt abdita & retruſa ſubtiliùs quàm cæteri tractaret, & admirabilitatem ſui apud imperitos, earum rerum excitaret, maximarū ciuitatū ac Imperiorū origines & incrementa ducit ab ea ſtella quæ extremam caudam Helices occupat: quam Vrbi Romæ naſcenti verticalem fuiſſe tradit: inde Romanū Imperium Conſtantinopolim, pòſt in Galliam, hinc in Germaniam eiuſdem ſtellæ beneficio deducit. Quæ tametſi ab homine leuiſſimo prodita fuerint, rerum tamen cæleſtium ignari homines mirantur. Hæc igitur refellenda nobis ſunt. Nam cùm intelligeret extremam ſtellam Helices populis omnibus fieri quotidie verticalem, perpendicularem verò iis tantùm qui ſubiecti ſunt circulo quem ea ſtella deſcribit: Cardanus ſubiecit verticalem eſſe oportere cùm Sol meridianum circulum attingit, quo in ſtatu fuiſſe putat cum Romulus creator Vrbis, fundamenta iaceret. Id autem per naturam fieri non potuit: vt ſcilicet extrema Vrſæ maioris eadem hora, id eſt meridiana cum Sole verticalem circulum attingeret. cùm enim ea ſtella nunc poſita ſit in XXI. parte Virginis, ex ratione motus octaui orbis neceſſe eſt in XIX. parte Leonis extitiſſe, cùm Vrbis fundamēta ſubſtruerentur: Solem verò in XIX. parte Arietis, vt Solis anteceſſiones declarant. Aberat igitur ſtella triente circuli, ac viginti partibus à verticali, cùm in eodem ſigno, & eadem parte ſigni qua Sol eſſe debuiſſet: ſi vera ſit Cardani doctrina: qui tamen cùm ſciret eandem ſtellam multis oppidis naſcentibus iam ab orbe condito verticalem fuiſſe, & quidem Sole meridiano, præoccupatione vſus adiecit vni tantùm monarchiam deberi: ſed cur potiùs Romanis, à quorum vertice duodecim gradibus abeſt, quàm Scotorū piſcatoribus qui Orcadas accolunt, aut Noruegis,

& cæ-

& cæteris ad Aquilonem populis, quibus eadem ſtella non modò verticalis eſt Sole meridiano ac menſe Septembri, ſed etiam perpendicularis? Illud etiam abſurdius, quòd ab extrema Helices Imperium Conſtantinopolim delatum fuerit, cùm mille circiter annos ante condita fuiſſet, quàm Imperij ſedes illic collocaretur. Iam verò vrbis illius horoſcopum ex bibliotheca Vaticana Lucas Gauricus deſcripſit, vt quidã olim à Porphyrio literis proditum affirmant ſatis inconſtanter ac temere, cum Porphyrius[2] mundum æternum eſſe acerrimè tueretur: horoſcopus autem vrbis præ ſe fert annum mundi.5838. Mayo menſe, die Lunæ, hora 2. M. o. poſt ortũ Solis. vt quidem Gauricus ex Vaticano deſcripſit: cui ſubiicit

B hæc verba: Subtrahe 5200. anni mundi, Bizantij 3838. poſt Chriſtum 638. Sole Taurum, Luna & Saturno Leonem, Ioue ac Venere Cancrũ, Marte & Mercurio Geminos in Ortu, Aquario cæli verticem occupantibus, feria ſecunda poſt ortum Solis. Aliud eiuſdem vrbis thema cæleſte Valẽs Antiochenus obſeruaſſe dicitur, ſuperiore tardius quadraginta momentis. Illud verò perabſurdum, quod Gauricus Conſtantinopolim conditam tradit anno Chriſti DCXXXVIII. trecẽtos annos poſt mortem Porphyrij, quam tamen conſtat ante Chriſtum quingentos amplius annos floruiſſe: deinde captam à Turcarum exercitu putat anno Chriſti M. CCCCXXX. cùm tamen expugnata ac direpta fuerit anno Chriſti M. CCCCLII. A. D. III. Cal. Iunij: quę ante mille & octingentos annos à Gal-

C lis capta fuerat, & in qua regnatum erat ab illis vſque ad Clyarum Thraciæ regem, quemadmodum Polybius ſcribit: quo tempore Bizantium dicebatur: ac rurſus à Pauſania rege Lacedęmoniorum[1] bello Medico: itémque ab Alcidiade[2] Athenienſium duce: pòſt etiam à Seuero Imperatore triennium obſeſſa, expugnata, direpta, ac ſolo penitus exęquata, reliquis ciuibus in ſeruitutem abductis, & agro Perinthiis attributo circiter annum Chriſti ducenteſimum: nec multò pòſt inſtaurata eſt, & à Conſtantino magno valde locupletata, cùm illuc Imperij ſedem tranſtuliſſet: ac rurſus ab exercitu Imperatoris[3] Galieni crudeliſſimè ferro ac flamma vaſtata ciuibus omnibus cęſis, aut in ſeruitutem redactis: nec tamen domicilium Imperij Græcorum eſſe deſiit, quoad iterum Galli du-

D ce Balduino dominatum vrbis ac Imperij Græcorum inuaſerint, à quibus anno pòſt quinquageſimo expulſi fuere, ducibus Palæologis, qui recuperata vrbe regnauerunt vſque ad Turcarum expugnationem. Quas Imperij conuerſiones, & vrbis ruinas ne attigit quidem Gauricus, nec Cardanus ipſe ſuſpicatus eſt: alioqui res tam abſurdas ac ſecum diſſidentes nunquam, opinor, ſcripſiſſet. Sed cur huic ſtellæ, quam inepti quidam aſtrologi Saturniam eſſe putant, plus quàm cæteris tum magnitudine, tum natura clarioribus tribuit? cur Regulum maximam inerrãtium, cur Meduſam, Spicam, Canem, Vulturem clariſſimas: cur denique ſtellas mille ſexaginta (tot enim præter vagas numerantur) quibus Hebręorum mathematici triginta ſex addiderunt, ab orbis Imperio ſummouet? Infinitus ſim, ſi omnes omnium errores in eo genere complecti velim: ſed eos modò refellere placet qui plus ſapere ſibi videntur: cuiuſmodi eſt

Ll 2

---

2 Ita Proclus diſcipulus tradit in Rempub. Platonis.

1 Thucidides.

2 Plutar. in Alcibiade.

3 Dio. Xiphillinus.

Petrus Alliacus Cardinalis. Is enim Rerumpublicarum ac religionum ortus, cōuerſiones, obitus, à ſuperiorum planetarum concurſu pendere ſcribit. Ac mirum mihi viſum eſt quamobrem I. Picus Mirandulæ princeps iſtius hominis errores ſanè pudendos in cæleſtium orbium doctrina pro certis & compertis demonſtrationibus habuerit: cùm enim poſt orbem conditum anno centeſimo decimo quinto, vſque ad annū Chriſti M. CCCLXXXV. triginta ſex Iouis & Saturni concurſus tradiderit, vix tamen vllus eo, quo decuit loco ac tempore, deſcribitur. Leupoldus, Alcabitius, Ptolemæus in eadem quoque ſententia fuerunt: ſcilicet populorum migrationes, bella, peſtes, eluuiones, incendia, ſterilitates. frugum inopiam & copiam à concurſu planetarum, ac potiſſimùm ſuperiorum, B
Iouis, inquam, ac Saturni, pendere, eóque magis ſi Mars cum vtroque ſimul coniungatur. Et quidem quoties concurrunt, ſequuntur ea quæ etiam prudentiſſimos rapiunt in admirationem: tametſi nulla vis neceſſitatis hominum generi à cælo impendet. Sed quicquid illud eſt, Petrum Alliacum grauiſſimè errare conſtat, qui congreſſus illos ab vltimo principio repetens, annorum ſeptem millia ab orbe condito fluxiſſe putauit, Alphōſi, Euſebij ac Bedæ ſecutus errores, quos non modò Hebræorum, ſed etiam Chriſtianorum omnium ſumma conſenſio nō ita pridem repudiauit, cùm intellectū eſt ex antiqua Bibliorum interpretatione[4], mille & quingentos ampliùs annos peccatum fuiſſe. Itaque Philonis Hebræi rationem certiorem ſequuntur: is enim inter Ioſephum & Hebræos re- C
centiores mediam ferè rationem amplexus eſt: nam Ioſephus annos CCCXLII. Philo CLX. à cæteris Hebræis diſſentit. ex hoc igitur colligunt hunc annū, qui à Chriſto nato milleſimus eſt, & quingenteſimus octogeſimus tertius, quo Bodinus hæc Latino ſermone ſcripſit, fuiſſe ab orbe condito quinquies milleſimum quingenteſimum trigeſimum primum: vel ad ſummum 5550. Quare fallit Alliacus qui ante ſeptem millia annorum ſuperiorum planetarum concurſum poſuit anno poſt orbem conditum trecenteſimo ac vigeſimo: id autem mille ac ducentos annos ante conditam vniuerſitatem contigiſſet. Idem etiam putat mūdo naſcenti, cuius ipſe horoſcopum deſcribit, Cancrum in Ortu fuiſſe, Solem in Ariete (id quod antea falſum eſſe argumentis ad aſſentiendum neceſſariis D
demonſtrauimus, Lunam ac Venerem in Tauro, Saturnum in Aquario, Iouem in Piſcibus, Martem in Scorpione, Mercurium in Geminis: quæ cùm orbium cæleſtium motu ac natura ipſa pugnant: quod cuique propiùs intuenti, & ad hæc vſque tempora ſubductis rationibus dirigenti planum eſt: vt omittam illud quod cùm Solem in parte XIX. ♈. Mercurium in XV. ♊. collocauit, alterum ab altero ſex & quinquaginta partibus ſeduxit repugnāte natura, vt ſuperius docuimus: ſcilicet Mercurium, cùm longiſſimè à Sole diſcedit, triginta tantùm circuli[5] partibus abeſſe. Sed hoc ſibi propoſuerat, contra decus ac maieſtatem planetarum fore, ſi naſcente mundo alibi quàm in ſuo quenque ſolio & carpento collocaret: quæ imperitorum commenta leuiora ſunt & ab antiquitate Caldæorum remotiora, quàm vt refelli mereantur. Quāto certiùs ac meliùs qui ab

[4] In geneſim de ætatibus lapſi ſūt interpretes in numerorum notis.

[5] Ptolemæ. lib. 12. magnæ conſtruct.

qui ab his quas intuemur, planetarum traiectionibus & cõiunctionibus ad initia recurrens, antiquitatibus Hebræorum & Copernici animaduerſionibus perſpectis, de temporis retroacti & Rerũpublicarum conuerſionibus ac ſtatu iudicant: (ſi tamen hac ratione iudicium vllum ab omni impietate ac temeritate remotum fieri poſſit.) Neq; verò ſperandum eſt, niſi forſitan innumerabilibus ſeculis, vt tres planetæ ſuperiores in prima parte Arietis concurrant: ex quo quidem & Rerũpublicarum, & vniuerſitatis interitum à flammis cæleſtibus futurum arioli noſtri temere augurantur: tametſi trium ſuperiorum congreſſus futurus eſt in parte IX. Arietis: quæ tamē cõiunctio vera nõ eſt, id eſt, quæ nõ per centra ſed per orbes planetarum fiat: vt neque anno ſequenti, à Chriſto 1584. tametſi Mars vnà cum Saturno in ſecunda parte Arietis copulabitur, & in eodem ſigno Iupiter, ſed ab illis duodecim ferè gradibus diſtabit. quæ coniugatio vix anno pòſt octingenteſimo recurret. Ad hunc modum licet annales intuentē, conuerſiones ciuitatum literis ac poſteritati mandare, & ex anteceſſionibus conſequentia iudicare: ſalua tamen Dei præpotētis maieſtate, qui nullis naturæ legibus obligatur, ac ne ſuos quidem obligauit. In quo plerique grauiter peccant, qui cœleſtium orbium leges nullas eſſe putant: cùm tamen earum vis ac poteſtas ſumma ſemper fuerit; non tantùm in hæc quæ videmus elementa & in omne animantium genus, ſed etiam in eos qui belluarum vitam viuunt, vt eſt in ſacris [6] literis: bonis tamen nihil omnino ab his metuendum. Nam plerique anno 1524. quo trium planetarum ſuperiorum centra coniugata ſunt in decima parte Piſcium, cęteris planetis cum capite Draconis Aquarium, aut Piſces aquatica ſigna occupantibus. Certè quidem eo anno ac menſe Februario coniugationes planetarum inter ipſos, præter inerrantia ſidera, viginti fuerunt: quæ res omnium admiratione digniſſima viſa eſt. Itaque aſtrologi, toto terrarum orbe conſpirantes ad mundi huius interitum, leuiſſimorum hominum mentes ingenti metu perterruerunt, cùm aquarum eluuionibus terram inundatum iri tam cõſtanter affirmarent, vt non defuerint qui ſibi naues ad aquarum perfugia fabricarent: atque in primis Auriolus Toloſas, humani quidem iuris conſultiſſimus, ſed qui leges diuinas aut ignoraret, aut irrideret, immemor ſempiterni fœderis, quod cum Noha ab aquis erepto Deus percuſſit [7]: iuratus mundũ hunc nunquam deinceps aquis interiturum. Annus quidem ille aquarum & imbrium intemperantia laborauit: nullæ tamen vrbes, nullæ regiones aquis immerſæ memorantur. Igitur ad præcepta de conuerſionibus & obitu Rerumpublicarum tradenda, non ſatis eſt maximos illos trium planetarum ſuperiorum, ſed etiam medios concurſus, qui ducenteſimo & quadrageſimo quoque anno, & qui vigeſimo fiũt, intueri, tum defectiones Solis ac Lunæ, atque inferiorum planetarum inter ſe & cũ ſuperioribus conſpirationē & cõſenſum, ac deniq; traiectiones mutuas, & inerrantium ſiderum vim ac poteſtatem, & cum errãtibus habitudinem accuratè obſeruare. Veterum quidem nõnulli animaduerterunt eiuſmodi ſuperiorum planetarum congreſſus, aut frugũ inopiam, aut populares

6 Iob 39. & 40. vbi agit de legib. cæli ſuper terrã.

7 Geneſ. 7.

morbos, aut interitus animãtium, aut populorum motus, aut eluuiones aquarum, aut vrbium incẽdia, aut conuerſiones Imperiorum conſequi, non quidam vbique, ſed certis quibuſdam regionibus ac locis. Ex quo quidam coniectura quadam iudicauerunt hoc vel illud ſignum, huic vel illi regioni à Deo tributum. Indẹ cæleſtia ſigna duodecim quadrifariam diuiſerũt, ex elementorũ vi ac poteſtate: & præcepta quædam poſteritati reliquerunt, quæ quòd experientia diuturna non ſatis probata fuiſſent, artem efficere non potuerunt: vt mentiti ſunt Caldæi, qui ſe CCCCLXX. millia annorum in experiundis natiuitatibus poſuiſſe iactabant[8], quo ſuam illam ſcientiam certiorem eſſe perſuaderent, & vendibiliorem redderent. Atque hæ Caldæorum nugæ longè latè ad omnes populos dimanarũt, nulli tamen ineptiùs quàm Indi Sinarum qui ab orbe cõdito DCCLXXXIII. millia annorum & ſeptingẽtos ſexaginta duos, anno ſuperiore fluxiſſe tradunt: cæteri non tam impudenter mentiuntur ſed impudenter tamẽ. Linus enim ſcriptorum apud Græcos antiquiſſimus, Orpheus, Heraclitus, anni maximi periodũ CCCLX. millibus annorum complectebantur, vnde CLXXXIIII. millia fluxiſſe arbitrabãtur. Sacerdos verò Ægyptius hiſtoriam annorum XX. millium literis hieroglyphicis comprehenſam eſſe iactabat coram[9] Solone. paulò pòſt Herodotus hiſtoriæ parẽs appellatus, ab ijſdem Ægyptijs accepit tredecim annorũ millia in ſacris literis extare. Dodorus cæteris iunior cùm in Ægyptũ veritatis inquirendæ cauſa profectus eſſet, audiit ſacerdotes quoſdam qui dicerent trium ac triginta millium annorum antiquitates apud Ægyptios haberi: ſed cùm rei veritatem iuſtis põderibus exigeret, comperit omnem eorum antiquitatem tribus annorum millibus ac ſeptingentis conſtare: cuius temporis ratio ab orbe condito cum Philone planè congruit, ducentis paulò minùs annis. Et certè Caliſthenes Ariſtotelis magiſtri oratione perſuaſus, cùm cæteri Perſarum opibus intenti Babylonem diriperent, libros & antiquitates Caldæorum conquiſiit, ac omnẽ Caldæorũ hiſtoriam annis M. DCCCCIII. comprehẽſam animaduertit: quod quidem tempus congruit cum hiſtoria ſacra, ſi ab ætate Nimẹrodi, qui primus dominatũ Caldæorũ adeptus eſt, tẽpora ducãtur: & eo quidem hiſtoria verior eſt quo à Simplicio[1] Chriſtianorum hoſte prodita eſt, vt alibi docuimus[2]. Itaque Ptolemæus, qui quàm longiſſimè Caldæorum antiquitates ab vltima memoria repetens, eorũ inquam, qui ratos orbium curſus notauerant, motuum cæleſtium principia non longiùs ducit quàm à Nabonaſſare, & ab ijs Lunæ deliquiis quæ illius dominatu contigerunt, ideſt, anno mundi ter milleſimo DCCL. Floruit autem Ptolemẹus Adriano imperante quadringentis circiter annis poſt Nabonaſſarem. Quamobrem mirum videri debet nemini, ſi nec trepidationis motum eſſe ſuſpicatus eſt, nec orbis octaui conuerſionem tenuit: at ne æquinoctia quidẽ rectè animaduertit: quippe XXVI. Septembris poſt ortum Solis æquinoctium fuiſſe tradit, quod Hipparchus CCLXXXV. annis eodem menſe ac die contigiſſe decuerat, ſub mediam noctem: quorum errores vix ætate maiorum noſtrorum deprehendi potue-

[8] Cicer. in diuinat.

[9] Plato in Timæo.

[1] in lib. 1. de cælo Ariſt.
[2] Bodini methodus hiſtoriar. c. 9.

potuerunt: nec ita pridem Io. Regiomontanus trepidationis motũ priùs ignotum demonſtrauit. quo igitur modo caſus humanos ac ciuitatum conuerſiones & occaſus arte concluſiſſent, qui ne cæleſtes quidem motus tenuerunt: multò minùs populorum hiſtorias, quum vix decimam orbis terrarum partem cognitam haberẽt. Quamobrem ineptè illi quidem, qui librum Quadripartitum Ptolemæo tribuunt, vbi triplicitas ignea datur Europæ, & iis regionibus quę Occaſum inter & Aquilonem interiacent: Aſiæ aëram, & iis locis quæ poſita ſunt inter Aquilonem & Ortum: Aqueam Affricæ: cæteris locis Terreſtrẽ. Neque verò planetarum ſuperiorum concurſus ſecuta ſunt ea quæ ſequerentur, ſi certa præ-
B cepta fuiſſent. Quòd ſi quis putet, vt plerique ineptè, mutatis ſignorum ſedibus, vim & naturam cæleſtium orbium mutari, profectò priùs vniuerſam de ſiderum vi ac poteſtate ſcientiam ab illis traditam ſubuertat oportetet: cùm ſtellæ inerrantes à conditu mundi quartam ferè orbis octaui partem decurriſſe comperiantur: ſed ex quo primùm à Caldæis cęleſtium orbium curſus, ſub rege Nabonaſſare notari cœperunt, ad hanc vſque ætatem integrum ferè ſignum εἰς τὰ ἑπόμενα, vel, quod idem eſt, æquinoctia ſtellarum inerrantium cardines eodem ſpatio εἰς τὰ προηγούμενα anteuertiſſe. Nihilominus eadem eſt quæ fuiſſe dicitur domiciliorum vis ac poteſtas in hominum natiuitatibus comprobata, id quod etiamnum Cardanus ipſe confitetur: quẽ tamen ſcribere non puduit, Britan-
C nos, Hiſpanos ac Normanos, olim mites ac moderatos, nunc mutatis regionibus ſiderum, vafros, aſtutos, latrones factos: quia Sagitarij legibus olim gubernarentur, nunc verò Scorpionis. huic igitur idem reponi debet, quod Caſſius Caldæo cuidam aſtrologo, qui vetabat bello Parthos antè laceſſere, quàm Luna Sorpij ſidus euaſiſſet: ad quem Caſſius, Non Scorpiones, inquit, metuo ſed Sagittarios: propterea quòd Romanorũ legiones[3] in Caldæa fuſæ ac proſtratæ fuerãt Parthorum ſagittis. Et quidem ſi Cardani opinio vera ſit, rerũ natura omnino ſubuertatur neceſſe eſt, quę tamẽ eadẽ eſt quę ſemper fuit. Qui enim ad Aquilonẽ poſiti ſunt populi cæteris ſtatura longiores, robuſtiores, bellicoſiores ſunt. Tales etiam Vitruuius, Plinius, Cæſar, Strabo, Plutarchus fuiſſe ante mille &
D ſexcentos annos ſcripſerunt: ac propterea iocoſos eſſe, bibaces, ingenio rudi, aſſa voce, oculis cærulęis, flauo capillo. Auſtrales verò triſtes, minutos, macilentos, debiles, glabros, nigris oculis, criſpo capillo, voce clara. ſtellarum tamen ſuperiorum concurſus in eodem cæli domicilio, puta, Scorpione ſuam vim (ſi qua vis eſt) in Aſia & Europa exeruiſſe conſtat, non in Affrica, quam Scorpionis ſidere gubernari tradunt. Priùs enim quàm Imperij Romani conuerſio fieret, & à populari ſtatu ad vnius Cęſaris dominatum transferretur, ſuperiores plenetæ magno cõcurſu coïerunt in Scorpione: ac ſeptingẽteſimo pòſt anno rurſus eadem coitio recurrit: quo tempore Arabum legiones innumerabiles noua Mahumedis religione ſuſcepta, aduerſus Græcorum Imperatores rebellarunt: Aſiæ Orientalis magnam partem ſuis armis domuerunt: inſtituta, ritus, mores, ceremonias leges Chriſtianorum abrogarunt: cùm tamen Aſia

*Caſſij iocus in Caldæum.*

[3] Plutarchus in Craſſo.

ſitu contraria ſit Europæ. Eadem coniunctio incidit in annum Chriſti M. CCCCLXIIII. quam ſecuti ſunt populorum varij toto ferè terrarum orbe motus. Zadamachus enim rex Tartarorum à ſuis de Imperio deiectus eſt: Henrichus V. Rex Anglorũ à ſubditis captus & occiſus: Eduardus IIII. ex priuato rex factus: Friderichus III. Hungaria pulſus à Matthæo Coruino, qui ex priuato rex electus eſt: Ludouicus XI. rex Francorum à ſuis obſeſſus: Alexander Albanorum regis filius in aula Turcarum educatus contra Turcarum principem arma cepit. Illud tamẽ animaduerſione dignum, quod planetarum ſuperiorum magni concurſus, vim in Scorpione maiorem exerunt, quàm in cæteris ſignis: eóque magis ſi Mars accedat. Eodem concurſu coierunt iidem planetæ, ſed in Sagittario, anno LXXIIII. cui Europã ſubiici putãt. Nihilominus tamen grauiſſima bella tũ in Italia, in qua Imperatores quatuor eodẽ anno occiſi ſunt, tũ etiam in Palæſtina, in qua decies céntena hominũ millia cæſa memorantur, ac Hieroſolyma expugnata. Ducenteſimo & quadrageſimo pòſt anno, alia coniugatio planetarum in Capricorno facta eſt, quam mirabiles non modò Rerumpublicarum, ſed etiam regionum conuerſiones ſecutæ ſunt Conſtantino magno duce, qui quatuor Imperatoribus profligatis ac cæſis, & Imperij ſede ab Occaſu in Orientem tranſlata, Deorum fictos & inanes cultus perpetua lege ſuſtulit. Iidẽ planetæ cùm in Aquario centeſimo pòſt anno coïſſent, Gothi, Franci, Gepidæ, Heruli, Hungari ab Aquilonis regionibus quaſi apum examina effuſi prouincias Imperij Romani occuparũt, Vrbémque ipſam, Imperij domicilium, expugnatam crudeliſſimè diripuerunt. Rurſus anno M D.XXIIII. cùm in Piſcibus ſuperiorum planetarum concurſus, immo viginti coniugationes contigiſſent, maximi populorum motus in Europa ſecuti ſunt. plebs aduerſus patricios armata Germaniam totam conturbauit, quo bello centum millia hominum cæſa memorantur[1]: Rhodus Chriſtianis eſt erepta: Friderichus Chriſtierno fratre pulſo Daniæ regnum occupauit: Goſtanus ex priuato Suecorum regem ſe tulit: Rex Francorum ad Papiam fuſo exercitu ab Hiſpanis captus eſt. Maximam quoque planetarum ſuperiorum in Leone copulam anno M.DCCLXIX. & quatuor eodem anno eclipſes, ſecuta eſt euerſio Imperij Lomgobardorum, ac regis ipſorum cædes: Italia Gallorum Imperio Caroli magni auſpiciis adiecta: deinde Germania, & Hungaria ſubactæ: & cùm Saxones Deorum inanium cultus deſerere cogerentur, Arabes vi & armis ſuam quoque religionem in Europa propagarunt. Nihil tamen in eo genere temere affirmandum eſt, vt Cyprianus Leouicius, qui de futuro planetarum penè omnium concurſu cum eclypſi Solis anno M.D.LXXXIIII. mundum interiturum quaſi ex oraculo pronuncians, Procul dubio, inquit, alterum aduentum filij Dei ac hominis in maieſtate gloriæ ſuæ prẽnunciatur. Si tam certus erat de mundi occaſu, cur Ephemerides annorum triginta conſcripſit in illud tempus, quo cæleſtia ſidera collapſura & Res omnes publicæ interituræ ſunt? Eadem temeritate Albumazar religionis Chriſtianæ finem futurũ ſcripſit anno Chriſti M. CCCCLX. Item Abrahamus is, qui

[1] Sleidanus vt minimũ 50000.

is, qui princeps dictus eſt, auguratus eſt anno Chriſti M. CCCLXIIII. Iudæorum Meſſiam aliquem futurum (ſic enim Imperatores ſtrenuos Hebræi vocant) qui ſuos gentiles à Chriſtiana ſeruitute erepturus eſſet. Nihilo ſanior fuit Arnoldus Hiſpanus, qui Antichriſtum anno Chriſti M. CCCXL. venturum prædicauit. At Leouicius ſcire potuit ab orbe condito ad hæc vſque tempora, ducentas ac ſeptuaginta ſuperiorum planetarum coniugationes extitiſſe: in quo numero magnæ ſunt XXIIII. id eſt, quæ poſt annos ducentos & quadraginta recurrunt, Ioue & Saturno in eadem, vt loquuntur, triplicitate coëuntibus, minores anno quoque vigeſimo: mediocres Saturni ac Martis, trigeſimo quoque anno in Cancri
B ſidere. maximã Iouis ac Saturni in Ariete, quę poſt annos circiter DCCC. recurrit. tametſi Meſſahala maximam omnium appellat, cùm tres planetæ in Ariete coëunt: quod tamen non video futurum anno M. D. LXXXIIII. vt Leouicius putat cũ Iupiter à Saturni & Martis copula duodecim gradus ſecedat, quæ coïtio ne per orbem quidem dici poteſt. Sed cum idem concurſus & certè maior, vnà cum obſcuriſſimis Solis ac Lunæ deliquiis Carolo magno Imperatore contigiſſet, non propterea tamen mundum hunc interiiſſe videmus. Hebræorum quidem philoſophi tradunt poſt ſeptimum quenque milleſimum annum, humani generis ac Rerum omnium publicarum interitum ſequi propter aquarum eluuiones ac deflagrationes: ac poſt ſepties ſeptem annorum millia, cæ-
C leſtium orbium ac mundi totius occaſum fore: tum rurſus ſempiterni Dei poteſtate mũdum renouandum, ídque lege diuina, quanquam obſcurè, ſignificari aiunt, cùm ſeptimo quoque anno, agrorum cultus deſeri iubetur: ac poſt ſepties ſeptimum non modò agricultura deſeri, ſed etiam ſerui ac debitores liberari, & ad ſua quiſque prædia redire iubetur. Certè quidem diuturna obſeruatione tandem cognitum eſt ac perceptum, trepidationis motum ſeptem annorum millibus abſolui: ac ſepties ſeptem millibus nouum orbem circumagi: quæ veteribus Caldæis ac Ægyptiis incognita fuerunt. At tametſi veteres Hebræorum philoſophi non modò rerum diuinarum ac cæleſtium ſcientiam, ſed etiam abditas naturæ cauſas diuino munere & conceſſu habuerint, & ab iis ad o-
D mnes mortales rerum pulcherrimarũ cognitio profecta ſit, vt Porphyrius omnium ſuæ ætatis philoſophorum maximus confitetur[a]: cúmque hæc Hebræorum diſciplina eorum impietatem conuellat, qui mũdum æternum, aut Deum otioſum innumerabilibus ſeculis fuiſſe ſtatuunt: nihil tamen Hebræi fato tribuunt, nec ſiderum cæleſtium decreta vlla metuunt: ſed omnia diuinæ voluntatis arbitrio regi ac mutari affirmant, vt qui rerum naturam, ac mũdi fundamenta quoties volet, quatere poſſit: vt quidem intellectum eſt in aquarum eluuionibus, quæ orbem terrarum abſorbuerunt anno ab orbe condito M. DCLVI. Non tamen dubito quin præcepta quædam de Rerumpublicarum conuerſionibus & obitu certiora tradi poſſint, ſi quis modò retroacti temporis inde vſque ab orbe condito certam rationem ineat: & alia cum aliis comparans, alia ex aliis nectens prouehatur altius, ac hiſtoricorum inter ſe diſſidentium

a In epiſt. ad Boethum. Theodorit. in lib. de affectionũ Græcarum curat.

varietatem componat: tum etiam ex omnibus Solis ac Lunæ deliquiis ad vltima conditi orbis initia recurrens, demonſtrationibus certiſſimis vniuerſi temporis rationem complectatur, veriſſimorúmque ſcriptorum narrationes inter ſe, & cum cæleſtium corporum ſiderúmque traiectionibus & coniugationibus comparet: eáque cum numeris, quorum in vniuerſa natura maxima vis eſt, annectat & coniungat, quæ infinitis obſcuritatibus inuoluta, & in intimis naturæ receſſibus abdita ac retruſa, non inanibus coniecturis ſed perſpicuis argumentis veniunt demonſtranda. Id autem minimè ſperandum eſt ab iis qui verborum quàm rerum ac ſcientiarum auidiores ſunt: qui de ſchola profecti ſyllabas aucupantur: qui animi peruicacia quadam mundi origines conturbant, & annum, quem ab autumno debuerant, à veris initio, & diem quem ab occaſu opportuit, à meridie auſpicantur, immemores tenebras luce, cōfuſionē ordine, chaos vniuerſitate priùs extitiſſe, ac toties illud in ſacris originibus repetitum, veſpere & mane dies vnus. multa quidem in Geraldo Mercatore temporum emandatiſſimo ſcriptore probo: ſed quod aliunde initia ducit quàm à Libra probare nō poſſum. annum autem certiſſima ratione docuimus, non modò ex antiquiſſimis omnium penè populorum inſtitutis, verūetiam ex puriſſimis ſacræ ſcripturæ fontibus, ab autumno initium habuiſſe. Id ipſum rurſus ab humanis caſibus & cōuerſionibus Rerumpublicarum confirmare placet: ex quibus cōſequentia certiùs ac meliùs cernūtur, & rerum maximarum conuerſiones circa autumnum, id eſt, paulò antè, aut paulò pòſt æquinoctium autūni, cùm Sol iugum ſubiit initium habuiſſe. Ac primùm illud conſtat, aquarum diluuia ab autumno cœpiſſe, & in autumno deſiiſſe[3]. Terrarū verò motus ingentes, qui ciuitatibus ſæpe ac regionibus exitium attulerunt, autumno contigiſſe legimus: cuiuſmodi fuit illa Conſtantinopoli terræ labes, quę tredecim hominum millia hauſit[4] anno M.D.IX. Septēbri menſe: ac rurſus eodem menſe in eadem ciuitate terra diſceſſit anno[5] M. CCCCLXXIX. Item anno Chriſti DXLV. terrarum concuſſio tanta extitit Septembri[6] menſe, vt vniuerſa penè Europa cōtremuerit. Eodem menſe Septembri quo ad Actium pugnatum, eſt terræ motu in Palęſtina decem hominum millia perierunt. Ac ſuperiori ætate, id eſt, anno M. D. XXVII. XXVI. menſis Septembris terræ motus Puteolis ingens factus eſt. Tertia die eiuſdem menſis anno Chriſti M. D. LVI. tanta vis tempeſtatis, imbrium ac fluminum Lucarnæ contigit, vt nuſquam maiorem fuiſſe proditum ſit[7]. Eodem menſe ac die Prætorium Magdeburgenſe cum ciuibus, qui choreas agebant, ignibus cælo delapſis penitus deflagrauit. Eodē mēſe[8] ac die Auguſtus & Antonius de Imperio Romano tātis opibus ad Actium certarunt vt nuſquam antea maiores fuiſſe videantur: ex quo Imperiū Orientis & Occidētis in vnius Auguſti dominationem cōceſſit, Macedonū Imperiū, quod tanta cum gloria ac tandiu floruerat, eodē mēſe ac die, Perſeo rege victo & capto, Romanis ceſſit[9]. Sulimanus Turcarum rex Hungariæ regnum eodem die ac menſe ſubegit; & regem captiuum abduxit. Eodem die ac menſe recurrente, Arabes ac Mauri

3 Geneſ. 6. & 7.

4 Cuſpin.

5 Iordanes. in annalib.

6 Cedrenus in Iuſtiniano.

7 Lycoſthenes.

8 Sueton. Dio Caſſius.

9 Liuius lib. 45. Plutar. in AEmylio

Mauri Rhodericum Hiſpaniarum regem Imperio ſpoliauerunt. Eodem die ac menſe redeunte Ludouicus XII. rex Francorum Mediolanum vnà cum Ludouico Sfortia duce cepit ac omni ditione ſpoliàuit. Conſimili die Imperator in Affricam traiecit, ac regnum Algerium[1] inuaſit. Die ſequenti, id eſt, quarta Septembris Sulimanus Segetum arcem Europæ munitiſſimam obſedit, die ſeptima Septembris expugnauit anno Chriſti M.D.LXIIII. Die IX. Septembris Iacobus rex Scotorum ab Anglis occiſus eſt exercitu fuſo ac proſtrato[2]. Eodem die in orbem redeunte, Concilium poſſiacum in Gallia Carolo IX. rege coactum eſt anno M.DLXI. ac de noua religione ſuſcipienda decretũ: quod maximos in Gallia B motus excitauit. Eodem die ac menſe Alexander magnus Darium regem Perſarum cum exercitu CCCC. millium hominum fugauit ad Arbelam, ac regnum Perſarum ſuo Imperio adiecit. Die decima menſis Septembris Ioannes Burgundionum Dux Caroli VII. regis iuſſu trucidatus eſt, ex quo grauiſſimis bellis tota Gallia exarſit. Cõſimili die ac menſe cæſus eſt à coniuratis Petrus Aloyſius Placentinorum tyrannus. Die XI. Septembris Palęologi Imperium Græcorum, fuſis Belgarũ principibus, à quibus annos quinquaginta regnatũ erat, recuperauerũt. Die XIII. copiæ Heluetiorũ ad Marinianum proſtratæ ſunt, ingenti clade à Francis accepta anno Chriſti M.DXXI. Eodem die recurrẽte Turcarum exercitus Viennam Auſtriæ metropolim obſidere cœpit. Die XVII. Franco- C rum legiones Pictani fugatæ ſunt ab Anglis capto Ioanne rege. Eodem die vel potiùs conſimili labente pacem inierunt Franciſcus maior rex Francorum, & Carolus V. Imperator, cùm vtriuſque exercitus ingens de Imperio Galliarum dimicaturus videretur in agris Sueſſionum anno M.D.XLIIII. quo quidem anno die ac menſe planetæ ſuperiores vnà coïerunt. Eodem die eiuſdem menſis anno M.D.LXXI. claſſis Chriſtianorum ad Naupactum Turcarum claſſem cum ingenti cæde fugauit. Die ſequenti, hoc eſt XXIIII. Septembris, Conſtantinus magnus Imperatorem Maxentium prelio vicit, anno, Chriſti CCCXXIII. vnde annorum Epocham deinceps ordiri iuſſit Conſtantinus magnus, & in Faſtis Græcorum eo die temporis nota hæc adiicitur [1] ΝΟΚΤΙΟΝ ΩΝ ΚΟΝΣΤΑΝΤΙΑ- D ΝΩΝ ΕΝΤΕΥΘΕΝ ΑΡΧΗ. Eodem ipſo die annalibus noſtris[3] proditum eſt anno M.C.LXXXVI. aſtrologos Orientis ex ſuperiorum planetarum concurſu proſpexiſſe graues orbi terrarum calamitates & acerbiſſimos caſus Rebuſpublicis impendere. In eo tamen peccauit ſcriptor hiſtoriæ, quòd menſe Aprili duas ecclipſes, alteram quidem Lunæ die quinta, alteram Soli XI. contigiſſe tradit: quod per naturam fieri non poteſt. Illud etiam memorabile eſt, quòd die XXVII. Septemb. anno Chriſti M.D.LXVII. Carolus IX. rex Francorum à ſuis obſeſſus eſt decimo ab vrbe lapide, nec niſi Heluetiorum præſidio ac celeri fuga coniuratorum manus euaſit. Henrichus verò Goſtani F. rex Suecorum eodem momento à ſuis Imperio ſpoliatus & in carcerem coniectus eſt. Die XXVIII. Septembris Ammathes Turcarum princeps Chriſtianorum confertiſſimas legiones ad Nicopolim memorabili clade fudit ac proſtrauit. Boniſacius item

1 Bentu

2 L. Sur

3 Hiſtoria Dionyſiaca.

*Caſus humani memorabiles.*

octauus pontificia dignitate ab exercitu Gallorum ſpoliatus eſt Septembri menſe anno M.CCCIII. Sub finem eiuſdem mēſis anni M.DLIX. Franci ciuilibus armis prælio Moncontureńſi acerrimè dimicauerunt. Eodem menſe maximos orbis principes interiiſſe legimus: Auguſtum, inquam, Tiberium, Veſpaſianum, Titum, Domitianum, Aurelianum, Theodoſium magnum, Valentinianum, Gratianum, Baſilium, Cōſtantinum V. Leonem IIII. Radulphum. Fridericū III. Carolum V. Imperatores Romanorum & Græcorum. E regibus verò Francorum Pipinum, Ludouicum iuniorem, Philippum III. Carolum V. qui ſapiens eſt appellatus: & Ludouicum eius gentilem Hungariæ ac Poloniæ regem. Illud etiam memorabile eſt quod Lotharius & Carolus Caluus hic Francorum, ille Germanorum rex vterque Ludouici Pij Imperatoris filius die XXIX. Septembris occubuerunt: prior anno DCCCLV. alter DCCCLXXVII. Carolus verò V. & Sulimanus maximus vterque Imperator, eundem natiuitatis annum, & eundem occaſus menſem habuerunt, ſcilicet Septembrē. Antoninus Pius & Franciſcus maior rex Francorum eodem Septembri menſe nati, Martio Septembri oppoſito mortui ſunt. Auguſtus verò pater eodem menſe Septembri vitæ initium [4] ac finem A.D. XIIII. Cal. Septembris habuiſſe memoratur. Quibus rebus intelligitur, autumnum & eum menſem, à quo mundus originem cepit, illuſtrium principum & conuerſionum, quæ tum orbi vniuerſorum ciuitatibus accidunt, notam quodammodo præ ſe ferre. promximas conuerſiones ciuitatum ac motus in Arietis ſignum, quæ altera Solis eſt periodus, incurrere videmus: tertia & quarta circa ſolſtitia non quia mundi initia ab Ariete ducantur, ſed propter Solis periodos inſignes. Quamobrem non debuit Leouicius imperitorum hominum ſomnia ſecutus, mundi origines ac interitum in menſem Martium conferre: ac multò minùs mundo proximū exitium intentare. Antea quoque Leouicius Maximiliano Imperatori totius Europæ dominatum ſcriptis pollicebatur, vt aliorum principum (ſic enim ſcribit) crudelitatem ac tyrannidem caſtigaret: de quibus tamen moderatiùs ſcribere decuerat: ſed ab eo dominatu quem inani ſpe conceperat, tantùm abfuit Maximilianus, vt ſibi viuenti ac ſpiranti, & quidem Germanorum exercitu ſpectante, Sulimanus Imperator longè latéque populatis Imperij finibus Segeti arcem Europæ munitiſſimam, de manibus extorſerit. Iam verò Leouicius qui de mundi exitio tam conſtanter affirmat, regum finitimorum pericula imminentia & quidem proximè futura non vidit. Quanquam valde ridiculum eſt, quòd mundum anno M. DLXXXIIII. interiturum denūciat, vnà cum Chriſti religione: quoniam Chriſtus ſub aquea, (ſic enim ſcribit) triplicitate natus ſit: in qua planetas ſuperiores coire neceſſe eſt, ſcilicet in Piſcibus: quæ ſanè ſentētia nō modò impietatis, ſed etiam inſcitiæ plena ſeipſam refellit: ſeu aſtrologorum decretis vtamur, qui planetas ſua domicilia euertere poſſe negant: quod tamen Ioui in Piſcibus accideret: ſeu Platonis [2] ac Philoſophorum omnium doctrinam teneamus, qui eluuiones aquarum & incēdia viciſſim fieri tradunt: ſeu diuina promiſſa Nohemo facta, pro certis ac veris habeamus.

Margin letters: B, C, D.

[4] Gellius lib 15. Tranquil. in Auguſto.

[2] In Timæo Ariſtot. lib. de mundo.

beamus. Neque tamen ſtellarum congreſſus ac ſiderum cæleſtium vim inanem eſſe arbitramur: quæ eo magis ſeſe oſtentat quò propiùs Solis aut Lunæ deliquia coniunctiones maximas comitantur: vt pridie quàm Alexander magnus Darium cum legionibus fudit ad Arbelam, & Romani Perſeum regem:ex quo Imperij vtriuſque ſecuta conuerſio eſt,obſcuriſſima [3] Lunæ deliquia apparuerunt. vt etiam initio belli Peloponeſiaci,quo Græcia tota deflagrauit, Sol die ſerena vehementer obſcuratus eſt, cùm Pericles Imperator vela facere auſpicaretur. Qui verò cæleſtium ſiderum vim aut contemnunt,aut penitus ignorant,quaſi attoniti hærent, quòd eodem momento Rerumpublicarum conuerſiones, ac B motus populorum ſimul ac ſemel cieri vident: vt quidem Polybius ἄθεος ad ſtuporem vſque miratur iiſdem temporibus nouos principes orbi terrarum cõtigiſſe:Philippum,inquam,iuniorem,Macedonię: Achæum Aſiæ: Ptolemæum Philopatora Ægypto: Lycurcum iuniorem Spartæ: Antiochum Syriæ: Annibalem Cartagini:& iiſdem penè temporibus omnes arma cepiſſe:Cartaginenſes aduerſus Romanos: Ptolemæum aduerſus Antiochum:Achæos & Macedonas,aduerſus Ætolos ac Lacedæmonios: pòſt etiam eodem anno tres Imperatores totius orbis clariſſimos,Scipionem ſcilicet Affricanum,Annibalem,& Philopœmenem interiiſſe:vt Liuius ſcribit. Eodem quoque tempore Carolum IX. Francorum & Henrichum Suecorum reges à ſuis obſeſſos: Mariam Scotorum C reginam clariſſimam à ſuis Imperio ſpoliatam,& ab iis à quibus eripi decuerat carceribus addictam: regem Tunetanum ab Algeriæ rege regno exutum. Anglorum reginæ bellum à ſuis, æquè vt Philippo regi à Belgis & Granatenſibus illatum: Galliámque vniuerſam bellis ciuilibus exarſiſſe,nec principes alios hoſtes quàm ſubditos habuiſſe.quæ aſtrologi ad planetarum ſuperiorum congreſſus in Leone anno M.D.LXIIII. referri iudicabant. At Copernicus aſtrologorum ſuæ ætatis facilè princeps, vt veterem Eudoxi diſciplinam de terræ motu renouauit: ita quoque Rerumpublicarum conuerſiones & occaſus ab Eccentrici motu quem terræ attribuit,pendere putat,quæ quidem opinio tam abſurda eſt,vt minimè omnium refelli mereatur. Poſuit enim eam vim, quam ſideribus D omnes philoſophi tribuunt, terræ deberi: hoc eſt,terreſtria cæleſtibus, caduca ſempiternis imperare. nec minùs abſurdum eſt, quòd terræ varios ſiderum motus attribuit:ſtellas verò inerrantes partim mobiles partim immobiles,& Solem immobilem in centro mundi conſtituit:denique terrarum globum à centro longiſſimè ſeduxit:& in cælo collocauit: poſtremò ſtellarum errantium partem mobilem partem immobilem ſtatuens, omnium philoſophorum ac theologorum decreta humanóſque ſenſus,ſcientiarum omnium fundamenta, labefactare ſe poſſe putauit. Ptolemæus quidem coniecturis & argumentis non tam neceſſariis ad aſſentiendum quàm probabilibus vſus Eudoxum refutauit: quibus ſatis à Copernico fieri videtur:quem tamen Philippus Melanchthon diuinis oraculis & literarum ſacratiorum auctoritate refellit: eo potiſſimùm loco [5] vbi Sol ab ortu ad occaſum curſum obire dicitur vnius diei

[3] Plutar. in AEmylio & Alexan. magno.

[5] Pſal. 19

interuallo.Potuit etiam illud afferri quod Ioſua Solem ac Lunam conſiſtere iuſſit: niſi quis putet multa id genus ſacris literis mandari, quibus imperitorum animi erudiantur: vt cùm Luna ſtellarum omnium poſt Mercurium minima, cæteris omnibus excepto Sole[6] maior eſſe dicitur, At Copernici diſciplina perſpicua demonſtratione, qua nemo hactenus vſus eſt, refelli potuit: ſcilicet vnius[7] corporis ſimplicis vnum eſſe naturalem motum: cęteros motus aut contra naturam, aut aliunde cieri. cùm igitur terra corpus ſimplex ſit, & quidem homogeneum, vt cætera elementa, conſequens eſt vno eóque proprio motu agitari. At Copernicus triplici motu terrã moueri confitetur, vt neceſſe ſit duos motus violentos eſſe: nihil autẽ quod violentũ ſit diuturnum eſſe poteſt: aut certè aliunde quàm à ſe moueri oportet eo motu qui fit præter naturam. Nam B
iſto quidem modo quo voluit Copernicus terram rapido motu totam circumagi, neceſſe eſt horis quatuor ac viginti, deinde circa Solẽ annuo ſpatio, tum motu trepidationis, ac pręter eas motiones naturali quodam impetu ſingulas terræ particulas recta deorſum labi, vt omnia quæ ſui ponderis grauitate ſtant. motus eſt etiam cum terra violenter quatitur ac diſcedit, vnde labes & hiatus exiſtunt. Ex quo quidẽ apparet ex ipſius Copernici diſciplina, terrã brutam ac ſtupidam ſuíque ponderis grauitate ſolidam, quinque motus omnino diſſimiles ac diſcrepantes habere. Quæ cùm abſurda ſunt, & ea quæ poſuit Copernicus falſa videri neceſſe eſt: ſcilicet ab Eccentrico terræ conueſiones Rerumpublicarum pendere. C
Sed ad Platonis ſententiam veniamus. Is enim Reſpublicas conturbari & occidere putauit, cùm ſuauitatis illius, quæ ab harmonia exiſtit, concentus interrumpitur ac violatur: id autem fit, cùm in numero nuptiali ab illis rationibus, quas muſici διὰ τεσσάρων ac διὰ πέντε vocant, longiùs diſceſſeris. numerũ verò nuptialẽ definit, qui ab vnitate incipiés dupla ac tripla ratione ſcinditur, vt dextra quidẽ mares, id eſt, impares, ſiniſtra fœminæ, id eſt, pares numeri, continua ſerie hunc in modum conſtituantur: media verò loca numeris perfectis, imperfectis, quadratis, ſphæricis, cubicis, vt nulla numerorum ratio deſit, compleantur. hæc autem numerorum ſeries infinita eſſe poteſt, quia toni vis ac poteſtas æquè eſt infinita partitione, vt dimẽſio quęlibet. Ita Reipublicę bene conſtitutæ forma ſtabilis erit, quãdiu rationes rectas, & aurium ſuauitati congruentes ſeruabit: dupla quidem, ſeu diapaſon ab vnitate ad binariũ: ſeſquialtera, à binario ad ternarium, quæ fit διὰ πέντε: ſeſquitertia, trium ad quatuor quæ fit διὰ τεσσάρων: tripla quæ fit διὰ πέντε καὶ διὰ πασῶν, quæ quòd omnes concentus complectitur, σύστημα vocatur. Si vlteriùs progrediare ad eam rationem quæ eſt quatuor ad nouem, inſuauis ratio & auribus ſupra modum ingrata futura eſt. Illud eſt quod voluit Plato, vt quidem opinor: quoniam qui facem in locis tam obſcuris prætulerit, habemus neminem: vt non immeritò quæſta ſit antiquitas nihil Platonicis numeris obſcurius eſſe. Nã Foreſterius lõgiſſimè à Platonis ſententia diſcedit, cùm rationes triplas & quadruplas conſectatur: quo-




D

6 Geneſ. cap. 1.

*Demonſtratio aduerſ. Coper.*

7 Ariſtot. lib. 1. de cælo.

*Platonis de Rerũpublicarum cõuerſione ſententia.*

quoniam numeri nuptialis fundamenta, ac trianguli latera, quæ ex dupla tripláque ratione exiſtunt, labefactat. illud etiam abſurdū, quòd eandem rationē inter XXVII. & LXIIII. eſſe putat, quæ eſt trium ad quatuor: cùm ſit trium ad 7 $\frac{1}{27}$. At Plato iubet aream trianguli numeris compleri: & iis quidem numeris qui ex mutuò marium ac fœminarum complexu exiſtunt: vt ſi duo ducantur in tria, gignitur ſenarius, qui medius complet aream vacuam, quæ eſt inter quatuor & nouem: qui duo numeri nulla quidem ratione concentum efficiunt: ſed vtriuſque ad ſenarium ratio eadem eſt, quæ trium ad quatuor, id eſt, ſeſquialtera ſeu διὰ πέντε. Item ſi ducantur duo in ſex, ac rurſum tria in ſex, duo numeri
B prodeunt 12. & 18. qui complebunt aream trianguli vacuam, quæ inter 8. ac 27. interiacet. Item ſi ducantur 2. in 12. & 3. in 18. procreantur 24. & 54. ac rurſus 3. in 12. vel quod idem eſt 2. in 18. exurgunt 36. qui tres numeri 24. 36. & 54. aream trianguli complebunt quæ vacua erat inter 16. & 81. quorum numerorum interiectorum rationes mutuæ, & cum proximis quibuſque numeris accommodatæ, perpetuum continent ſuauitatis tenorē, etiāſi in infinitū trianguli latera porrigantur, cuius hæc ſit forma.




Si igitur rationum quæ ſuauem concentum efficiunt, delectus habeatur, in perpetua ſerie numerorum ſempiterna Reſpublica futura ſit: ſi quidem ab harmonia Rerumpublicarum ſtatus pēdet. Sed ab ea, inquit Pla-
C to, diſceditur, vt neceſſariò pereant concentus, & Reſpublicæ tandem intereant. Num potiùs metuendum eſt, vt ciues ab optimo & naturæ congruenti legum ac morum concentu diſcedentes, leges iniquas amplectantur? Neque tamen dubium eſt, quin maxima ſemper fuerit harmoniæ in Republica vis ac poteſtas, vt non modò Platoni verum etiam Ariſtoteli[5] quoque placet: tametſi non putat Cicero cantibus Reipublicæ, mutatis, Reſpublicas mutari: ſed vita victúque ciuium mutato. Cuius rei memorabile exemplum habemus de Republica Cynethēſium Arcadiæ populorum, qui neglectis canendi legibus, vrbanitatem ac humanitatem cum feritate commutarunt, & grauiſſimis bellorum ciuilium fluctibus tandiu ia-
D ctati ſunt, quoad Reipublicæ ac ciuium interitus ſequeretur[6]. Id quidem mirum omnibus viſum eſt, quamobrem ex omnibus Arcadibus ſoli Cynethenſes tam feroces ac barbari eſſent: quouſque Polybius omniū primus animaduertit propter deſertū muſicæ ſtudiū id illis accidiſſe: cùm ſanctiſſimis maiorum legibus accuratè caueretur, vt omnes ciues ad annum vſque trigeſimum in ea ſtudia diligenter incumberent. qua quidem ratione primi legum latores ſapienter Arcadiæ populos feroces ac barbaros vt qui montes accolunt, ad humaniorem & mitiorem vitæ cultum pertraxerunt. Idem propè iudicandū relinquitur de Gallis quos Iulianus[7] Imperator, is qui transfuga appellatur, barbaros ac feroces, & libertatis ſtudioſiſſimos appellat: qui nunc tamen nullis Europæ populis humanitate cedunt: nulli magiſtratibus tractabiliores, nulli principibus magis obſequentes. optimè certè ſunt à natura, meliùs etiam à diſciplina

5 Lib.7.& 8. politic.

*Maxima muſicæ vis eſt in Repub.*

6 Polib. lib.4.

7 In epiſt. ad Antiochum Myſopogona.

*Gallia muſices ſtudio addicta.* inſtituti: & maximas ſuauiſſimè canēdi laudes omnium finitimorum iudicio aſſecuti dicuntur. Illud etiam animaduerſione dignum, quòd omnes ferè Gallorum cantus ac moduli, quibus etiamnum ruſtici ſummopere delectantur, Ionici ſunt aut Lydij, quem muſici quintum & ſeptimum appellant: à quibus tamen Ariſtoteles ac Plato pueros & fœminas abſtinere, ac Doriis modis exerceri voluerunt, quem noſtri primum tonum vocant: vt miſta modeſtiæ grauitate, quę huius moduli propria eſt, imbuerentur. Ionicos autem ac Lydios incredibilem vim ad molliendos animos habere putant. Rectiùs in Aſia minore Ionici ac Lydij prohibeantur: cùm cęlo Aſiatico nihil mollius ſit: vtiles temē eſſe iudico populis montanis, & qui ad Aquilonem poſiti ſunt, quorum natura propter B locorum ac cæli intemperiem, ferocior & agreſtior eſt. Eam ob rem eccleſiæ Chriſtianæ duces olim ac Pontifices in ſacris laudibus cantus Ionicos ac Lydios vetuerūt, Doriósque ſolùm probauerunt, quibus etiamnum in ſacris precibus ſæpius quàm reliquis vti ſolemus. Et quemadmodum fera animātia ſolent à manſuetariis vnguibus ac dentibus detractis exarmari: ſic etiam Ionici ac Lydij cantus, hominum ferocium & crudelium animos feritate detracta, multò mitiores & tractabiliores efficiunt: quod quidem Gallis contigiſſe puto, qui huius Imperij leges non tandiu pertuliſſent, niſi mores illorum, quos Iulianus Imperator, feroces ac ſeruitutis impatientiſſimos fuiſſe tradit, flexibiles muſica reddidiſſet. Nulla tamen ex omnibus quæ attulimus, de conuerſionibus futuris in- C teritúque Rerumpublicarum iudicādo, præcepta certa videmus: tametſi probabiles cōiecturas habemus: quarum nulla certior aut facilior mihi videtur quàm quæ ex numeris elici poteſt. Sic enim opinor Deū opt. max. qui rerum omnium naturam mirabili ſapientia coagmentauit, ac ſingula ſuis quibuſdam numeris, modo, ratione, concentu, futura colligauit, Res etiam publicas ſuis quibuſdam numeris circūſcripſiſſe, vt ſtato quodam annorum decurſu, etiāſi optimis moribus ac legibus vtantur, intereant tamen vt Platoni[2] cum Ariſtotele[3] conuenit. Quando verò id futurum eſſet, neuter definit: niſi Platonem numeris obſcuris id ſignificare quiſquam putet libro octauo de Republica: quē ad ſcopulum non modò Academici omnes, ſed etiam omnium penè philoſophorum D familiæ nauim afflixerunt. primus quidem Ariſtoteles[4] locū hunc quaſi vallum tranſiliit, neque vt ſolet, magiſtrum momordit, cùm propter obſcuritatem non haberet qua parte illum carperet. Proculus ſeptem quidem Platonis de Republica libros ſatis accuratè interpretatus octauum attingere noluit rei difficultate, vt opinor, reuocatus. Theoni quoque Smyrnæo nō modò Platonicæ philoſophiæ, ſed artium quoque mathematicarū peritiſſimo (alius eſt Theon Alexādrinus qui ad Ptolemæum cōmentarios Græcè ſcripſit) cùm Platonis Rempublicā interpretaretur aqua hęſit: nec ſibi locū hūc interpretandū putauit. M. Tullius numerorū Platonis obſcuritatē vno verbo excuſauit. Marſilius Academicorum omnium, quantumquidem opinor, acutiſſimus, ſe quid Plato vellet eò loci, neſcire planè confitetur. veritus ne idem illi vſu veniret quod Iam-

2. lib 8. de Repu.
3. lib. 5. de Repu.
4. lib. 5. cap. 12. polit.

Iamblicho, qui tribus verbis rem per ſe obſcuriſſimam non illuſtraſſe, ſed obſcuriùs inuoluere voluiſſe videtur. Philo Hebræus Platonis vbiq; imitator numerum illum quinquaginta eſſe [5] putauit: ídque ſignificari ſcribit orthogono ſcaleno qualem Pythagoras tribus numeris 3.4.5. complexus eſt, eóque referri putat verba illa Platonis, ſeſquitertia radix quinario coniuncta: eſt enim 3. ad 4. ratio ſeſquitertia. ſed in eo fallit quòd numerum planum inuexit, cum appareat Platonem ſolidum numerum quæri voluiſſe: qui omnia numerorum genera præter perfectis complectatur. Philo tamē ex his radicibus 3.4.5. ſingulatim in ſe ductis tres quadratos efficit, vnde cōflantur quinquaginta numeri omnes plani: at Platonis verba cēteſimū cubū cōplectūtur. Præterea nulli ſunt dimetientes lateribus incōmēſurabiles, vt in numero Platonis: cuius verba deſcribere eáq; interpretari placet: tū quòd interpretes inter ſe plurimùm diſcrepāt: tū etiā quòd eius numeri ignorationē ciuitatū moderatoribus propè capitalē eſſe prędicat. Sic igitur Plato: ἔστι δὲ θείῳ μὲν γεννητῷ περίοδος ἣν ἀριθμὸς περιλαμβάνει τέλειος. ἀνθρωπείῳ δὲ ἐν ᾧ πρώτῳ αὐξήσεις δυνάμεναι καὶ δυνασόμεναι τρεῖς ἀποκαταστάσεις τέτταρας δὲ ὅρους λαβοῦσαι ὁμοιούντων καὶ ἀνομοιούντων καὶ αὐξόντων καὶ φθινόντων πάντα προσήγορα καὶ ῥητὰ πρὸς ἄλληλα ἀπέφηναν. ὧν ἐπίτριτος πυθμὴν πεμπάδι συζυγεὶς δύο ἁρμονίας παρέχεται τρὶς αὐξηθείς, τὴν μὲν ἴσην ἰσάκις ἑκατὸν τοσαυτάκις, τὴν δὲ ἰσομήκη τῇ προμήκει ἑκατὸν μὲν ἀριθμὸν ἀπὸ διαμέτρων ῥητῶν πεμπάδων δεομένων ἑνὸς ἑκάστων ἀρρήτων δὲ δυοῖν ἑκατὸν δὲ κύβων τριάδος. ξύμπας δὲ οὗτος ἀριθμὸς γεωμετρικὸς τοιούτου κύριος ἀμεινόνων τε καὶ χειρόνων γενέσεων. Id eſt (vt ego interpretor.) Rerū quidē earū quæ diuinitus oriantur, ambitum numerus complectitur perfectus. humanarum verò is numerus in quo reperiantur numeri ſuperantes ac ſuperati ex incremento ac decremento tribus interuallis quatuor terminis comprehenſis, ex quibus efficiuntur cum ſimiles, tum diſſimiles inter ſe numeri aucti atque imminuti: qui propriis nominibus efferantur, & inter ſeſe comparentur. quorū ſeſquitertia radix quinario cōiuncta duos concentus efficiat. ter aucta vnum, æqualem æqualiter. centies centum. alterum æqualem vna parte ſui longiorem centum ex dimetiētibus quæ inter ſe comparari poſſint, detractis quinariis vnitate minoribus: duabus verò ineffabilium rationum. centum verò ſolidorum ipſius ternarij. Atque hic numerus geometrica ratione cōflatus in rebus humanis potentiſſimus eſt ad eos qui meliorem quíque deteriorem originem ſortiuntur. Hîc Plato non aliter quàm Polypus ne irretiatur atramento vndiquaque ſuffuſo elapſus eſt. In quo quidem Heraclitum, ad cuius ſcripta interpretanda Delio natatore opus eſſe dicebat, imitari viſus eſt, ídque iam inde ab Heraclito commentum, cùm ſæpiſſimè diſcipulis illud ingereret σκότισον [1], non tantùm à Platone, ſed etiam ab Ariſtotele ſæpius vſurpatum eſt; vt rerum difficillimarum & in abditis naturæ arcanis retruſarum, caligine peritis æquè ac imperitis obducta, admirabilitatē ſui excitarent. Id potiſſimùm animaduertimus in libris de natura, quos Ariſtoteles ſe dedita opera ita ſcripſiſſe gloriatur, vt intelligi nollet [2], Platonis Timæum obſcuriſſimum imitatus: quod de ſe ipſe Lucilius ſcripſit ſe non intelligi quàm reprehendi maluiſſe. Sed Platonis fucum detegere placet ex iis quod apertè ſcribit, vt de iis quæ verborum obſcuritate inuoluit, certiùs iudicari poſſit. Voluit enim res eas quę diuinitus oriātur,

5 in libris de vita Moiſis.




B · C · D

1 id eſt loquere obſcurius.

2 Gellius.

perfecto numero definiri. Sed quæ tandem res eſt quæ ortus ſui principium immortali Deo non alia cauſa interiecta, aut intercedentibus cauſis non debeat? cæleſtia quidem & angelos per ſeſe nulla interiecta cauſa Deum procreaſſe non tantum Plato, ſed ipſi quoque Manichæi confitentur, qui impiè terreſtria à malorum principe ortum habuiſſe putabãt. Terra quidem procreauit ſtirpes & animantia bruta: aquæ verò piſcium & auium genera: vtrunque tamen Dei præpotentis iuſſu. ad hominis verò procreationem [3] angelos adeſſe voluit. quanquam Ariſtoteles [4] formas rerum omnium diuinitus quodammodo infuſas eſſe putauit cùm ſcriberet in omnibus ineſſe τὸ θεῖόν τι. mentem verò hominis non obſcurè aut ambiguè ſed apertè [5] dixit θύραθεν ἐπεισιέναι, id eſt (vt ego interpretor) ὕψοθεν [6], θεόθεν, οὐράνοθεν, non traduce ſemine, vt de reliquis animantibus: de quibus tamen in vniuerſum Maro, Igneus, inquit, eſt ollis vigor & cæleſtis origo. igitur omnia perfectis numeris includi, ſi Platoni credimus, confitendum ſit. Demus tamen Academicis (quod impium eſt) hæc terreſtria quæ tractamus aliunde quàm ab omnipotente Deo ortum habuiſſe. an propterea perfecti numeri vti prçſtantiores rebus diuinis tribuantur? at potiùs terreſtribus perfecti numeri conuenirent. quia perfecti numeri quotquot ſunt, pares ſunt, fœminç ſunt, alioqui perfecti non eſſent. nec plures ſunt [o] quatuor intra cẽtum millia. ſuprà perfecti quoque ſunt numeri, ſed qui nec ad res diuinas, nec ad humanas aut terreſtres accommodari poſſint [o]. Cùm igitur ſenarius ſit primus perfectorum, rebus diuinitus procreatis congruere debuiſſet, ex Platonis ſentẽtia: videmus tamen viliſſimis animantibus cõuenire. lepores enim, legibus diuinis immundũ animal & ſancto populo vetitum, ſex annos ad ſummũ viuere ſcribit Ariſtoteles. totidem annos muribus immundiſſimis tribuit. Inſectis quoque muſcarum generibus quibuſdam, puta veſpis & apibus ſex anni à Marone [4] tribuuntur, & aluearia ipſa ſexangulari figura ſemper conſtructa. quç tamen animantia, excepto lepore, putredine cõcreſcunt. At numero Deus impare gaudet, vt ait Poëta: & impares numeri maribus tribuuntur. Nam quòd Seneca ſcribit, Septimus quiſque annus ætati notam imprimit, de maribus tantùm dictum eſt: nam fœminis annus quiſque ſextus ætati notam aliquam indidit: vt cùm mares anno decimo quarto, fœminæ duodecimo pubeſcant. Feriæ quoq; diuinæ omnes ſeptenariis aut imparibus numeris concluduntur. naſcuntur etiam quamplurimis in locis adamantes ſexangulo lçuore ab ipſa natura diſtincti, vt Plin. lib. 33. prodidit: ídque contritum eſt in Pyrenæis: Eſt igitur abſurdũ quod Plato rerum diuinarum origines & occaſus perfectis numeris tribuit. At Porphyrius Philoſophorum ſuæ ætatis clariſſimus cum illud Platonis ex Timæo interpretaretur τοῖς μὲν ἀθηναίοις ἐνακισχίλια ſcribit rerum omnium publicarũ ſtatus, ac dçmonum vitam anno ad ſummũ milleſimo definiri. Plutarchus in libro περὶ τῆς ἐν τῷ τιμαίῳ ψυχογονίας longiùs progredi putat dæmonũ vitam: ſed neuter perfectos numeros conquiſit. Quod ſi Plato in tanta perfectorum numerorum paucitate qui rebus diuinitus ortis conueniret explicare non potuit: quibus tandem numeris rerum huma-

3 Faciamus hominem: ad angelos oratio habetur.
4 In libris de ortu & interitu.
5 In libris de partibus animant.
6 Superne, diuinitus, cælitus.

o Numeri perfecti intra centum millia. 623. 496. 8128.
o Numeri perfecti ſupra centum millia. 130816. 2096128. 33550336 536854528.

4 Lib. 4. Georg. Plinius ſeptennes eſſe ad ſummũ verior eſt ſententia Maronis.

humanarum tantam varietatem expediret? aut ſi numerum illum ſciſſet cur à muſis precaretur ac vota faceret vt numerum illum indicarent? Quamquam neceſſe eſt ex verbis Platonis nõ vnum aliquem numerum, ſed corpus geometricum exprimere voluiſſe in cuius lateribus ac dimetientibus annis illa numerorum varietas quam hac tabella complexi ſumus, contineatur:---

*Tabula ad numerorum vim ex Platonis loco ſuperiore explicandam, quæ vltra denarium extendi poteſt.*

B

| Numeri ſuperantes. | Superati. | Abundantes. | Diminuti. | Similes in ratione ſeſquialtera plani oblongi. | Longitudines. | Latitudines. | Diſſimiles oblongi plani. | Longitudo. | Latitudo. | AEquilateri trigoni plani. | Quadrati. | Solidi cubi. 10. | Numeri ſphærales. Sphæræ decem. | Diametrales. | Mares impares. | Fœminæ pares. | Centeſimus cubus. |
|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|---|
| 10 | 1 | 12 | 2 | 6 | 3 | 2 | 6 | 3 | 2 | 3 | 1 | 1 | 125 | 1 | 3 | 2 | 1000000. |
| 9 | 2 | 18 | 4 | 24 | 6 | 4 | 8 | 4 | 2 | 6 | 4 | 8 | 216 | 3 | 5 | 4 | |
| 8 | 3 | 20 | 8 | 54 | 9 | 6 | 12 | 4 | 3 | 10 | 6 | 27 | 625 | 17 | 7 | 6 | |
| 7 | 4 | 24 | 10 | 56 | 12 | 8 | 15 | 5 | 3 | 15 | 16 | 64 | 1296 | 41 | 9 | 8 | |
| 6 | 5 | 30 | 16 | 150 | 15 | 10 | 20 | 5 | 4 | 21 | 25 | 125 | 3125 | 99 | 11 | 10 | |
| 5 | 6 | 36 | 22 | 216 | 18 | 12 | 24 | 6 | 4 | 28 | 36 | 216 | 7776 | 239 | 13 | 12 | |
| 4 | 7 | 40 | 26 | 384 | 24 | 16 | 30 | 6 | 5 | 36 | 49 | 343 | 15625 | 577 | 15 | 24 | |
| 3 | 8 | 42 | 32 | 600 | 30 | 20 | 35 | 7 | 5 | 45 | 64 | 502 | 46655 | 1393 | 17 | 16 | |
| 2 | 9 | 48 | 34 | 864 | 35 | 24 | 42 | 7 | 6 | 55 | 81 | 729 | 78125 | 3363 | 19 | 18 | |
| 1 | 10 | 54 | 38 | 1536 | 42 | 32 | 48 | 8 | 6 | 66 | 100 | 1000 | 279939 | | 21 | 20 | |
| | | | | | 48 | | | | | | | | | | | | |

C

quia geometrica ratione numerum conflari ſcribit, nec rationes ſurdæ ſiue ineffabiles vllæ in numeris comperiuntur: corpus tamen illud perfectum eſſe non poteſt cùm ſex omnino perfecta ſint nec plura excogitari poſſint corpora in tota rerum natura, ſcilicet globus, pyramis, cubus, octaedrum, dodecaedrum, Iſocaedrum: at cùm Plato altera longiorem quæri iubet, ſatis indicat numerum illum perfectis corporibus quæ vſquequaque çquabilia ſuíque quàm ſimillima ſunt, congruere non poſſe. non eſt etiam parallelepipedum cuius definitio repugnat cubo: centeſimus autem cubus à Platone proponitur in eo corpore ſolido: nec cilindrus cuius extrema ſunt circularia: nec item priſma cũ extrema priſmatis latera ſint æqualia, tréſque pyramides[1] ſemper cõplectatur: at in corpore geometrico Platonis partim inæqualia ſunt inter ſe latera, partim æqualia. Quod ſi quis putet corpus ſolidum eſſe in cuius extremis ſint orthogoni ſcaleni ſeſquitertia ratione quinario coniuncta hunc in modum:

D

1 Euclides lib. 11. de finit. c. 11. & 12. propoſit. lib. 12.




nuſquam tamen dimetientium incommenſurabilium nec eorũ numerorũ qui hic à Platone proponũtur vlla mẽtio extabit: nec ſi corp⁹ illud duplicaueris hoc modo:

figura ſolidi corporis trigoni cuius extrema ſcalenis deſcribuntur. 3.4.5




figura ſolidi quadrãguli ex trigonis duobus præcedentis figuræ duplicata cũ diametris.



ídque protendas in denarium aut ampliùs nulla ratio incommenſurabilis alteri exiſtet nec quadratum, nec cubus: nec dimetientes illi ineffabiles & ἄῤῥητοι quos Plato propoſuit exurgunt: ſed omnia geometriæ legibus inter ſe comparata menſuram admittunt. nec tantùm in magnitudine ſed etiam in numeris. nam quadratorum parium diameter duplo & vnitate plus poteſt quàm latus: quadratorum verò imparium vnitate minùs poteſt quàm duplum in numeris: cùm tamen in geometricis rationibus ſemper hypothenuſa duplum vtriuſque lateris orthogoni poteſtate contineat[3]. Id autem perpetua ſerie numerorum perſpicuũ eſt, ſi latus quadrati primi diametro coniunxeris, ſequẽtis quadrati latus exurget: verbi gratia vnitas primi quadrati latus eſt, eadémque ſuiipſius diameter: ſi vnitati coniũxeris vnitatem exurget binarius, radix quadrati ſequentis. diameter verò ſecundi quadrati conficitur ſi præcedentis quadrati diametro duplicatum latus adiunxeris: cùm enim primi quadrati latus ſit vnitas, dimetiens quoque vnitas, ſi vnitati bis vnitas addatur exurget ternarius ſecundi quadrati dimetiens. aut ſi radicem quadratorum inquiris duplicatum ſecundi quadrati latus & præcedentis latus coniunctum efficit radicẽ quadrati ſequentis vt binarius duplicatus cum radice primi quadrati quæ eſt vnitas efficit quinarium radicem quadrati ſequentis. Sic quoque duplicato diametro & antecedentis quadrati diametro coniuncto efficies diametrum ſequentis quadrati: vt ternario ſecũdi quadrati diametro adieceris vnitatem, primi quadrati diametrum, exurget ſeptenarius dimetiens tertij quadrati: Quo fit vt omnium quadratorum dimetientes ſint impares & latere ſui quadrati maiores differentia lateris præcedentis. cæterorum verò quadratorum ſeu parium, ſeu imparium, qui diametros habent ineffabiles, id eſt ἀῤῥήτους, quas noſtri ineptè ſurdas appellant, quod nullo numero deſignari poſſint, geometricis demonſtrationibus rationes perſpicuæ ſunt. hæc autem dimetientium cum lateribus incommenſurabilis ratio nuſquã reperiatur in ſolido corpore ſuperiùs propoſito, quantumuis cõtrahatur. Hîc dicet aliquis centeſimum cubicum procreare 1000000. & in ſolidi corporis figura exprimi poſſe cuius denarius ſit linea, centenarius ſuperficies, mille verò corpus denarij: rurſus denarij linea ſit centum quæ in ſe ducta cẽties centum efficiat hoc eſt decem millia ſuperficiem, procreabit corpus centenarij: eúmque cubum eſſe τελάδος Platonicæ: demus illud certè: nuſquam tamen in eius cubi lateribus illa varietas numerorum pariũ, imparium, oblongorum, lateralium, ſolidorũ & dimetientium incõmenſurabilium reperiatur. Quòd ſi quis ex orthogono ſcaleni 3. 4. 5. effici putet. 12. numerum in ſeſe concentus omnes complectentem: & radicem eſſe magni numeri, quem fatalem nonnulli putarunt, ſcilicet 1728. cui ſi detrahatur prior numerus. 1. eique addatur vnitas relinquetur nouenarij cubus 729. eſt illud quidem partim verum partim in coniectura poſitum: non tamen efficit eam quam ex Platonis verbis inquirimus dimenſionum rationem. Multò minùs cætera corpora non rectangula conueniunt. Quæ à nobis accuratiùs exquiſita ſunt, vt planũ ſit ex partium ſingulari enumera-

Marginal letters: B (beside "eadémque ſuiipſius"), C (beside "primi quadrati diametrum,"), D (beside "cẽties centum").

Margin notes:

3 Ex 49. lib. 1. Euclid.

*Latera quadratorum.* 0. 1. 2. 5. 12. 29. 70. 169. 408. 985. 1636.

*Diametri quadratorum.* 1. 3. 7. 17. 41. 99. 139. 577. 1393. 3363.

*Quadrati ineffabiles.* 33. 73. 129. 201. 393. 513.

*Quadrati pares dimetiẽtiũ ineffabilium.* 16. 36. 64. 100. 196. 256.

*Quadrati impares dimetientiũ ineffabiliũ.* 9. 49. 81. 121. 169. 225.

*Nã tetragonicum latus quadrati* 33. *inter* 5. *&* 6. *latus quadrati* 17. *inter* 4. *&* 5.

*Numeri fatales* 1728. 729. *radix.* 12. 9.

meratione nullum corpus geometrica ratione coagmentatum ad eas quas Plato poſuit numerorum rationes accommodari poſſe: vt rerum humanarum periodos ac fines ex his eliciamus. Denique vt planum ſit Platonem eo loco ſui ipſius oblitum eſſe, ſatis indicant rationes geometricæ ineffabiles quas eo corpore cõplecti voluit, quod ab arithmeticis rationibus ac numeris planè eſt alienum. Altiùs igitur intuentem oportet eos numeros inueſtigare, qui rerum humanarum cõuerſiones ſignificare poſſint, & qui diuturnâ experientiâ probati ſint, nõ leuibus & inanibus coniecturis: cuiuſmodi ſeptenarium eſſe ſtatuo, & nouenarium, eorúmq; quadratos & cubicos. 49. 81. 343. 729. Vt enim ſenariũs qui pri-
B mus eſt omnium perfectorum mores fœminarum aut habitum ac naturam immutat, ita ſeptenariũ mares quodammodo immutare antiquiſſima vetuſtas comprobauit[1]. & vt ſeptenarius ac nouenarius hominibus initium naſcendi tribuere ſolent, ita quoque numerus ex vtriuſque propagatione coaleſcens exitum afferre cõſueuit. Idem ego ad Reſpublicas trãsferro, vt numeri ſeptenarij ac nouenarij quíque ex eorum quadratis & cubicis exiſtunt, Rebuſpublicis ſæpius occaſum & interitum afferant. Quod enim attulimus ex Seneca & Cẽſorino[2], ſeptimum quenque annum ætati notam imprimere, ac pericula vitæ fortunarúmque omnium in ſeptenarios incurrere, ad mares pertinere interpretor: & quidem eius ſentẽtiæ autorem vſum habeo, quo magiſtro nec melior quiſquam nec
C certior eſſe poteſt. nam ſextus quiſque annus certiſſimam ſui notam fœminis omnibus relinquit: ac primùm anno ſexto corporis & animi robur in illis augetur, aut vita definitur. duodecimo puberes ſunt, decimo decimo octauo nubiles: & in ſenarios ſi morbi incurrant periclitantur quæ maribus ſeptimo, decimoquarto item vno & vigeſimo accidunt. vt non immerito Plato pares numeros fœminis, impares maribus tribuat. Plutarchus verò ſcribit[3] veteres Romanos conſueuiſſe maribus nono die nomen imponere, fœminis octauo ac propterea veteres opinor octauo quoque die Neptuno ſacra facere cõſueuiſſe: quod aqua fœminarum generi conueniat: vt maribus ignis. ſeptenarium verò metuendum eſſe arbitrabantur. At lex diuina circũcidi iubet mares octauo
D die, quod ſacri Hebræorum interpretes factum iudicant, vt Sabbathum inter natiuitatem & circuncisionem intercederet, ac infanti robur adderet: etenim diẽ ſeptimum qui naſcenti mundo natalis extitit, bonis omnibus & gratia cœleſti Deum abundè[4] cumulare Moſes ſacris literis teſtatum reliquit: quæ bonorũ affluentia, & copia cæteris diebus nuſquam tributa perſpicitur, mirabili quadam & abdita philoſophis omnibus naturæ cauſa. Nihil tamen in humana natura videtur admirabilius, quàm annum ſexageſimum tertium ſenibus ferè omnibus vltimum eſſe. Obſeruatum eſt, inquit Agellius[5], in multa hominum memoria, expertúmque in ſenioribus pleriſque omnibus ſexageſimum tertium vitæ annum cum periculo & clade aliqua venire, aut corporis morbíque grauioris, aut vitæ interitus, aut animi ægritudinis. Extat etiam Auguſti ad C. nepotem epiſtola A.D. IX. Cal. Octobres huiuſmodi. Aue mi Cai, meus

1 Hippocrates de partu ſeptimeſtri Cẽſorinus de die natali.

2 lib de die natali cap. 5.

3 In quæſtio. Roman

4 Geneſ. 2. Exo. 20 Deuter. 5.

5 lib. 15. cap. 7

ocellus iucundiſſimus, quem ſemper mediusfidius deſidero quum à me abes. ſed præcipuè diebus talibus qualis eſt hodiernus oculi mei requirũt meum Caïum, quem vbicunque & hoc die fuiſti ſpero lętum & bene valentem celebraſſe quartum & ſexageſimum natalem meum: nam vt vides κλιμακτῆρα communem ſeniorum omnium tertium & ſexageſimum euaſimus &c. Attigit Auguſtus ſeptuageſimum ſeptimum, quo etiam anno Atticus extremum diem obiit. Innumerabiles quidem, non modò tenuium & infimorum, verumetiam illuſtrium virorum enumerare poſſumus, qui annum tertium & ſexageſimũ vitæ diem extremum habuerunt: ſed literarum ſtudiis clariores tantùm ciere placet: Ariſtotelem, inquam, Ciceronem, Bernardum, Bocacium, Eraſmum, Lutherum, Melancthonem, Syluium, Alexandrum Imolenſem, Cardinalem Cuſanum, Linacrum, Sturmium. Ac propterea veteres Gręcorum theologi ſeptenarium Apollini, nouenarium muſis ſacrauiſſe videntur, vt Plutarchus ſcribit. Quod ſi quis curioſiùs iſta conſectari volet, comperiet hominum vitam ferè ſeptenariis, aut nouenariis, fœminarum verò ſenariis definiri. nouies nouenarium Plato dicitur impleuiſſe: Petrarca decẽ ſeptenarios: & eo die quo in lucem venerat in orbem redeũte mortuus eſſe: Galenus decem: Staſeas Peripateticus duodecim: Heli XIIII. Hippocrates XV. D. Hieronimus, Hiero rex Syracuſarum, & Iſocrates tredecim: Plinius, Bartolus, Cæſar Octo. Lamechus annos ſeptingentos ſeptuaginta ſeptem expleuit: Methuſala (qui mortalium omnium vitam diuturnitate ſuperauit) nongenteſimum ac ſeptuageſimum attigit. Abrahamus ſeptenarios XXV. Iacobus XXI. Iſacus nouenarios XX. Dauid decem ſeptenarios. Infinitum ſit omnes enumerare. Is tamen quem maiorum noſtrorum memoria ac hiſtoriæ Ioannem de temporibus[4] appellant, annos vixit CCCLXI. id eſt tres & quinquaginta ſeptenarios. Homines item conſtat nono menſe ſemper naſci, vel ſeptimo, quos Græci ἑβδομαγενεῖς appellant: qui tardiùs aut citiùs, non viuunt. Quamobrem Hippocrates puerum die ſeptimo membris omnibus conſummari ac perfici ſcribit: deinde incrementa capere: ſeptimo menſe natum viuere, octauo neminem vixiſſe: ſeptimo anno dentes expleri, ſeptem diebus inediam paſſos, etiam ſi diutius vixerint, interituros tamen, vt Plinius ipſe ab extrema memoria obſeruatum ſcribit. Lex item diuina diem mundi totius ac rerum omnium quaſi natalem ſanctiſſimè & conſecrauit & coli iuſſit: cui vni ex omnibus Deus opt. max. benedixit: quem omnis antiquitas experientiâ diuturnâ cæteris hebdomadæ diebus ita diſſimilem prodidit: vt vetere prouerbio contritum ſit, diem ſeptimum nullum præterire, quo Sol ſe non præbeat hominibus conſpiciendum: quo die veteres Hebræi dęmonum impetus coerceri, mentibus etiam ſapientiam, corporibus robur, agris fertilitatem infundi conſtanter affirmant. annus item ſeptimus lege diuina ſacer eſt, & ſepties ſeptimus. nec dubium eſt quin occulta quædam vis inſit in vtroque ad Rerumpublicarum conuerſionem vel occaſum: vt mirum videri non debeat, ſi numerus hic ab Hebræis ſacer dicatur: quem Caluinus Galenum opinor ſecutus perfectum appellat, vbi agit de

*Septenarij poteſtas.*

B C D

agit de requiete Sabbathi, quòd ad ſtuporem miratur toties ac tam ſanctè colendum omnibus proponi, vt & capitis pœna violatoribus addita ſit, & in eo legum omnium diuinarum ſumma contineri videatur. non tamen perfectus eſt, quia impar, & quidem maſculus: omnes autē perfecti pares ſunt & fœminæ. perfectum enim mathematici definiunt qui in eaſdem partes integras diuiditur, ex quibus conflatur, vt nihil deſit aut ſuperſit. vt ſenarium partiri licet his tribus numeris 1.2.3. in partes integras, ac ex iiſdem conflatur. Eodem errore peccauit Lactantius[2], qui ternariū & denariū perfectos & plenos appellat: tū etiā Cicero[3], qui pleroſq; in errorem impulit, quòd ſeptenarium & octonarium plenos vocat nu- 2 In lib. de opificio Dei. 3 In ſomnio Scipionis.
B meros, quos Macrobius ſolidos, alij perfectos interpretantur: neutrum de ſeptenario dici poteſt: octonarius verò ſolidus quidem eſt non tamen perfectus. Cōſimili errore labitur Plutarchus[4], qui ternarium perfectum eſſe ſcribit: tametſi Ariſtoteles maximam eius numeri[5] vim in vniuerſa natura in eſſe putet. Lapſus quoque eſt Philo, qui decem[6] millia perfectiſſimum putat. Perfecti numeri quatuor ſunt, vt antea diximus, nec plures intra centū millia: ſcilicet. 6.28.496. & 8128. è quibus vnus potiſſimū ad conuerſiones ciuitatū accommodari poteſt, ſcilicet 496. cæteri non item. conflatur autem ex ſeptuaginta ſeptenariis annorū & numero perfecto. atque illud eſt ab antiquiſſima memoria proditum, ciuitates omnes anno quingenteſimo conuerti aut euerti. Numeri autem bifariam & 4 In ſympoſiacis. 5 lib. 1. de cælo. 6 In lib. de plantatione Noa.
C ad principes & ad imperia referuntur: vt ſi quis diceret imperium hoc Francorum occaſurum poſtea quàm tres & ſexaginta reges ſceptra tenuerint, quia numerus hic ex ſeptenario & nouenario in ſeſe ductis exiſtit: vt Ieſaias Romuli æqualis, qui nouem adhuc reges in Iudæa regnaturos ex oraculo diuino prodidit: deinde imperij Iudaici euerſionem fore. nouem item reges Perſarum futuros: aut ſeptimum regem Romanorum de regno deiectum iri. conuenit autem numerus principū, cùm annis quibus regnatū eſt in Iudæa, ſcilicet CXLXXII. qui numerus ex ſeptenariis ſex & viginti conſtat: Romæ verò CCXLIIII. nam ſeptuageſimo quinto ſeptenario, id eſt 245. eiectus eſt Tarquinius ſuperbus. Hieremias vates tunc vixit cum oraculum Ieſaiæ expleretur: ac pronunciauit
D populum liberatum iri anno ſeptuageſimo captiuitatis: vt certè liberatus eſt, ac ciuitas vnà cum templo reſtituta. Idem [2]Ieſaias Tyrum vrbem clariſſimam anno ſeptuageſimo poſt oraculum deſertam fore: deinde ab eiuſdem vrbis euerſione anno pòſt ſeptuageſimo inſtauratū iri. Idem numerus congruit Athenienſium Reipublicæ, in qua ſeptem principes, quos illi δικαστὰς appellabāt, annos ſeptuaginta imperarunt[3]. Vrbis verò expugnationem, & victoriam Athenienſium ad Salaminam conſimili die contigiſſe poditum eſt[4]. Qui verò ab Academicis fatalis numerus appellatur, id eſt 1728. quadratus videtur expleri à Nini dominatu ad Alexdāri magni victoriam ad Arbelam & imperij Perſarum euerſionē, Nam Herodotus, Theodorus Trogus Pompeius, Iuſtinus & Cteſias à Nino imperium illud auſpicantur. Cùm verò acerbiſſimis calamitatibus oppreſſa eſt Hieroſolyma, expugnata, ac ſolo æquata, templum 2 Ca. 24. 3 Appianus. 4 Plutarc.

dirutum, rex Sedechias occiſus, populus abductus, iiſdem temporibus Ægyptij à regibus Aſſyriorum defecerunt: Athenićſes Piſiſtratidas, Romani Tarquinios eiecerunt. Templũ autẽ ſteterat annos CCCCXXVII. ex integris ſeptenariis. Et quoniam maxima eſt hiſtoricorum inter ipſos diſcrepantia, Faſtis Romanorum vtamur. Igitur ab Vrbe cõdita ad illud tempus, quo poſt Actiacam victoriam, qua fuſus eſt ab Auguſto M. Antonius, & Imperij Romani ſumma poteſtas ad eum delata Ianúſq. quart. Cluſus, numerãtur anni DCCXXIX. qui nouenarij ſolidus eſt ac plenus. Idem annorum numerus recurrit ab euerſione Imperij Lõgobardorum, ad illud tempus quo Ludouicus XII. rex Francorum eaſdem regiones, fuſis ac fractis Venetorum & Sfortiadum copiis, ſuæ poteſtati ſubiunxit. B Idem numerus eſt annorum ab euerſione Imperij Pictonum & Scotorum victoria vſque ad Mariæ Stuardæ captiuitatem: & ab Egberto Saxone qui Anglorum imperium ſolus tenuit, vſque ad Mariam Anglorm reginam quæ prima Gynæcocratiam eius inſulæ occupauit. Ab Augusti dominatu poſt Actiacam victoriam & Ianum quart. Cluſum vſque ad Auguſtulum Imperatorum Romani nominis extremum quem Oduacer Herulorum rex eiecit, & occupatum à Gothis Imperium, numerantur anni CCCCXCVI. quem numerum perfectum eſſe diximus & ex ſeptuaginta ſeptenariis conſtantem eſſe cum ſenario perfecto: nam in Faſtis anno ſequenti. qui eſt ſeptuageſimus primus ſeptenarius, Oduacer imperare cœpit. Illud etiam animaduerſione dignum, quòd primus C Imperatorum Auguſtus ſumma fœlicitate ac prudentia magnum illud Imperiũ auxit & annos ampliùs quadraginta obtinuit. Auguſtulus verò, & nomine, & imperio deminutus vix annum integrum imperauit: id autem contigit A.D.X.Cal. Septembres. Ita Conſtantinus primus Imperij domicilium Conſtantinopolim quidem tranſtulit: extremus verò Imperator Græcorum qui vrbe capta cæſus eſt à Muhamede Conſtantinus dicebatur. Iam verò ab Vrbe condita vſque ad Auguſtulum, numerantur anni 1225. qui numerus ex ſeptenariis integris exiſtit. Id autẽ Vectius Augur maximus futurum prædixerat, vt Cẽſorinus ex Marco Varrone ſcribit. Idem numerus eſt annorũ à Nino ad Sardanapalum, quem Arbaces Medus imperio ſpoliauit, & regnum ad Medos tranſtulit. Iam D verò à Saule primo rege populi ſelecti, vſque ad Sedechiam occiſum & imperij euerſionem, recurrit numerus ille perfectus annorũ 496. Quod autem Ioſephus [5] vtriuſque templi incendium & vrbis expugnationem eodem die, ſcilicet nona menſis quinti accidiſſe tradit, ſed ei cum libro Regum & cum Hieremia non conuenit. Totidem anni ſcilicet 496. numerantur à Carano primo rege Macedonum vſque ad Alexandrum magnum poſtremum Heraclidarum qui in Macedonia imperium habuerunt. Sunt qui aliquot annos addunt, alij detrahunt. Quamobrem nulla niſi certiſſimis hiſtoriarum ſcriptoribus prodita monimenta proferre velim, at quæ ex ipſis Romanorum Faſtis haurire cuique licet. cuiuſmodi eſt illud quod ab V.C. vſque ad eius direptionem à Gallis Senonibus, anni CCCLXIIII. numerantur. qui numerus ex ſeptenariis integris conſtat. Item

[5] Lib. 10. antiq. c. 11. & lib. 7. c. 9. & 10. belli Iudaici. nam Hieremias cap. 39. & 52. ait menſe 4. die 9. captam fuiſſe vrbẽ quod ipſum confirmat Ioſeph. li. 10. ca. 11. antiq. ſed idem Ioſeph. lib. 7. c. 9. belli Iudaici ait menſe 5. die 10. id factũ. liber autem Reg. 4. c. 25. ait mẽſe 5. die 7. captam vrbem fuiſſe.

Item ab V.C.ad cladem Cannẽſem Terẽtio Varrone Conſule quo Reſ-
publica eſt in extremum delapſa diſcrimen,anni ſunt DXXXIX. id eſt ſe-
ptuaginta ſeptem annorum ſeptenarij. Inde vſque ad cladem à Germa-
nis ſub Quinctilio Varrone acceptam labuntur anni 224.numerus ex in-
tegris ſeptenariis conſtans:& vtraque clades contigit die ſecunda Augu-
ſti,vt ab antiquis Romanis proditum eſt. Nec minùs memorabile eſt il-
lud quod Tarapha annalium apud Hiſpanos certiſſimus ſcriptor, Mau-
ros & Arabes in Hiſpaniam inuaſiſſe tradit anno Chriſti ſeptingenteſi-
mo ſeptimo, & quidem anno ſeptimo Rhoderici regis, & imperium te-
nuiſſe annos ſeptingentos ſeptuaginta: nec penitus ante Ferdinandum
B Aragoniæ & Caſtiliæ regem expelli potuiſſe. Illud etiam animaduerſio-
ne dignum quod ab Amani ſupplicio & liberatione Iudæorum, vſquè
ad Macabæi victoriam aduerſus Antiochum nobilem Syriæ regem eiúſ-
que legatos, anni fluxerunt 343. qui ſeptenarij ſolidus eſt numerus:& v-
traque victoria obtigit die XIII. menſis Adar. Idem numerus eſt anno-
rum ab Auguſto,cùm id nomen eſt à Senatu conſecutus,vſque ad Con-
ſtantinum magnum,quo principe magna Rerumpublicarum ac religio-
num ſecuta conuerſio eſt. Quod autem ferè ſenarij fœminis vitæ diem
extremum afferant,nihil exemplis ad id confirmãdum opus eſſe putaui,
ne in rebus leuiſſimis hærere viderer: illud tantùm, quòd anno M. D.
LXXXII.cùm princeps Auraſius lethale vulnus accepiſſet A.D. XII. Cal.
C Apriles,qui erat illi XLIX.& cùm de illius vita deſperaretur,valetudinem
recuperauit, cùm annum quinquageſimum attigiſſet.at Carola Burbo-
nia eius vxor altero pòſt menſe diem extremum obiit: cùm attigiſſet an-
num XXXVI. qui ſenarij quadratus eſt:vt maritus XLIX. ſeptenarij qua-
drato percuſſus fuerat:quòd ſcribendum non putarem,niſi ab ipſo prin-
cipe Auraſio id accepiſſem cùm Antuerpiæ Franciſco duci à conſiliis eſ-
ſem.Nec omittendum videtur quod Tacitus[6] ſcribit fuiſſe qui annotarẽt
A.D.XIIII.Cal.Sextiles principium incendij Vrbis Romę Nerone prin-
cipe ortum,quo & Senones captam Vrbem inflammarunt.alij eò vſque
progreſſi ſunt,vt totidem annos menſes & dies inter vtraque incendia
numerent. Poſtremum eſt, quoniam eò nos oratio deduxit, vt aliquid
D reſpondeam iis qui mea ſcripta carpere quàm probare maluerunt: quòd
oracula Danielis de Imperiorum ortu & obitu mihi non liquere [7] dixe-
rim. Non enim dubito, ſi homo ſapientiſſimus, quæ afflatu diuino
hauſerat & expreſſerat,ſuis quæque temporibus apertè definiret, omnia
in quibus hæremus,perſpicua fuiſſẽt ac ſine dubitatione futura. Suę qui-
dem ciuitatis ſtatum,Cyro regnum ineunte,quo ſoluta captiuitas eſt ex
oraculo Hieremiæ [8], quod quidem ipſe ab excidio vrbis ac templi auſ-
picatur, non à Ioachimo vt quidam putant: & populus ſanctus poſtli-
minio reuerſus, definiit hebdomadibus annorum ſeptuaginta,id eſt an-
nis 490.& quidem dilucidè: cùm oraculum redditum ſit anno poſtre-
mo captiuitatis qui erat ſeptuageſimus ab vrbis ac templi excidio,vt o-
raculis oracula,temporáque ipſa temporibus apta ſerie continuarentur.
qui longiùs tempora protrahunt, centum ac viginti annos vno hiatu

6 Lib.15. in quo tamen quid velit diuinari non poteſt.

7 In lib. de methodo hiſtoriar.

8 Hiere.c.25. & Daniel.c.9.

relinquunt. At Prophetes temporis initium ab oraculo acceptum diſertè numerari docuit oportere: quo quidem poſtliminio rediit populus, ac principem ſibi magiſtratúſque conſtituit: vnde ciuitatis inſtauratio non in murorũ ac inſularum ſubſtructionibus. Rectè enim Pompeius, Vrbe deſerta, in parietibus Rempublicam non conſiſtere dixit. At hiſtorici quamplurimi [8] à Cyri dominatu vſque ad Herodis magni principatum, qui captis Hieroſolymis, cæſiſque omnibus Senatoribus ac rege ipſo, Iudæos imperio ſpoliauit, numerant annos CCCCXC. alij aliter, ac tanta inter eos varietas ac diſcrepantia, vt non modò à ſingulis, ſed etiam ab vniuerſis omnes omnium opiniones refellantur. Quæ verò de imperiis Daniel ſcripſit, apertè ille quidem Medos, Perſas, & Græcos ad B Babylonis imperium vocauit, præter eos certè neminem. Quartum imperium ad Romanos non pertinere docuimus, cùm illic de Babylone quæratur, quam Romani nunquam ſubegerunt: quod cùm tentauiſſent Euphrate tranſmiſſo, ſæpe illi & quidem ingentes ab inuictiſſimis Parthis clades acceperunt. Ineptiùs tamen, qui quartum illud imperium tribuũt Germanis, qui ne per ſomnium quidem vllam imperij Babylonici particulam viderunt. Quæ quòd à nobis alibi diſputata [9] ſunt, omitto: ea temen Frankebergerus Saxo Lipſiorum Pontifex Lutheri autoritate: Dreſſerus verò homo de ſchola nulla ſubiecta ratione, maledictis refellit: hunc ego diſertum putabo ſi quàm malè didicit tam bene dicere condiſcat. Sed quoniam homo iracundus, commune ingenioſorum hominum malum, mihi ſubiraſcitur quòd de oraculis diuinis temere affirmare non auſim, ne quid in rebus tam arduis & ab omnium ſenſu retruſis offendam: docere debuerat, cur quinquaginta imperia, quæ denotaui [1], decies Germanico maiora, quæque imperij Babylonici magnã partem complexa ſunt Danielem omiſiſſe putet? cur itẽ Daniel de ſe ipſe primo capite ſcripſerit ſe ad primum vſque Cyri Perſarum regis annum vixiſſe? cur tamen anno tertio Cyri diuinum oraculum ſe diuinitus [2] hauſiſſe? & quamobrem capite ſequenti Darij Perſarum regis meminit, qui trigeſimo ac ſeptimo pòſt anno inauguratus eſt quàm Cyrus imperare cœpiſſet. Neque enim Beroſus veriſſimus Caldaicarum antiquitatum interpres, quem Cteſias ac veteres ſecuti ſunt: nec Megaſthenes Perſicarum, D nec Herodotus hiſtoriæ parens appellatus, nec Græcorum quiſquam aut Hebræorum Darium ante Hiſtaſpim quẽquam fuiſſe tradunt, (excipio Ioſephũ qui à Beroſo eo loco defecit.) Sed ne acerbiùs agere, ac nimis vrgere videamur, quid eſt quamobrem Daniel capite XI. Darium tres ſucceſſores Perſas habiturum ſcribit: quartum è Græcia venturum, qui potentibus copiis imperium adepturus ſit? Hunc enim Alexandrum magnum fuiſſe ambigit nemo, qui Darium Codomanum de imperio Perſarum diſturbauit, cuius fuit pater Darius Achos, auus Darius Mnemon, abauus Darius Nothus, ad quem Daniel orationem conuertit. quod ſi ita eſt, certè Danielem oportuit annos ducentos ac viginti ſuperaſſe: ſi modò pubes in Caldæam captiuus abductus erat: id quod neceſſe eſt cùm diſſertiſſimè ac prudentiſſimè loqueretur. hæc autem tum ex ſacris li-

[8] Ioſephus, Fúcius, Mercator, Philo.

[9] In methodo hiſtoriarum.

[1] In methodo.

[2] Cap. 10.

cris literis apertiſſimè, tum etiã ex Herodoti ac Ioſephi antiqua hiſtoria colligere quiſque poteſt. Cyrus enim imperij anno trigeſimo mortuus eſt: Cambyſes ſexto: Darius Hiſtaſpis trigeſimoſeptimo: Xerxes XXI. Artaxerxes XLIIII. Darius Nothus XIX. Mnemon XXXVI. Darius Achos XXVI. Codamanus X. ſumma annorum CCXXVIII. Daniel enim captus fuerat cum Ioacimo rege. Et omnia liquere ſibi putent interpretes oraculorum: & hebdomadas ſuo quiſque iudicio ſumma aſſeueratione definiant: qua ratione tueri poſſunt qui ſubtiliſſima omnia tãdem diſcuſſerunt illud Zachariæ [2] & Aggæi [3], qui anno ſeptuageſimo captiuitatis deſinente ſcripſerunt, Dario Notho, vt ipſi volunt, imperãte: An- 2 cap 7. & 5. 3 cap. 2. 3.
B nus hic, inquiunt, ſeptuageſimus agitur, &, ſi non ab excidio templi ſed ab edicto Xerxis ſeptuaginta annos numerari velint, profectò neceſſe eſt Zerubabelem & Nehemiam populi duces annos ducentos quinquaginta impleuiſſe, cùm id ætatis eſſent Cyro imperium ineunte, vt populum à Caldæa in Paleſtinam deducerent: quos vſque ad Darium vltimum vixiſſe Nehemiæ ipſius teſtimonio confirmare non dubitant [4]. Hîc igitur omnes hiſtorici acerrimè confligantur. alius enim quinque modò reges Perſarum: alius ſex: plerique ſeptem: nonnulli octo: quidam nouem: ſunt etiam qui decimum commenti ſunt. Certè Genebrardus quinque tantùm fuiſſe aſſeuerat in Chronologia: Funccius verò decem. In tanta igitur ſententiarum varietate de duobus alterum fieri poteſt, vt earum

4 Ioſeph. Scalig. lib. 6. cap. de hebdomad. Daniel.

C nulla, alterum non poteſt, vt plus vna vera ſit: quę qualíſque ſit affirmare non poſſim: nec ſi poſſim velim: ac modeſtiùs opinor, quàm illi, mihi nõ liquere ſcripſi: quibus tamẽ aſſentiar ſi modò ſuorum decretorum conſtantiam tueri poſſint. Quanquam multa quæ in Danielis ſcriptis reperiuntur D. Hieronimus repudiauit: cætera quæ non Caldaicè ſed Græcè ſcripta ſunt à Theodotione, Hebræi non probant. His igitur propoſitis exemplis, licet Rerumpublicarum ortus & occaſus coniecturâ quadam conſequi, ac rerum antecedentium cauſas, ſiderúmque varios concurſus ac traiectiones intuentem eò vſque progredi quò rerum earum diſciplina ferre poteſt: nihil de rebus ab immortali Deo procul ab hominum ſenſu remotis aut temere affirmantem aut leuiter aſſentientem.

D

*Reipublicæ faciem, leges, inſtituta, vno mutare & eodem momento pernicioſum eſſe.*

CAPVT III.

QVEMADMODVM ciuitates oriantur, quibus etiam augeantur incrementis, quàm variæ cuiuſque conuerſiones, & quibus coniecturis eorum interitus aſſequamur, ſatis opinor, aperuiſſe videmur. Sed quoniam ea quę de ciuitatũ interitu futuro diſputata ſunt, nulla certa demonſtratione nitũtur, & ab hominum popularium ſenſibus & cogitatione remotiſſima ſunt, nec tamen ſi demonſtratione ac certioribus præceptis traderentur, neceſſitatem inferrent, reſtat vt ea, qua Deus immortalis homines beauit prudentia, ciuitates regere, earúmque conuerſiones & occaſus proſpicere ac declinare

modis omnibus ſtudeamus. Eſt enim vna omnium philoſophorum, etiam eorum qui otioſè quid in cælo fiat diſputant, diſciplina, ſiderum affectione ac poteſtate non teneri ſapientem: ſed eos tantùm qui belluarum impetu & cupiditate feruntur, nec ſe rationis ac legum optimarum imperio duci volunt quibus Sapientiæ magiſter Salomo rotarum tormenta acerbè intentauit: quibus verbis ſignificat orbium ac ſiderum cęleſtium vim nullam erga bonos, maximam aduerſus improbos futuram. Cùm igitur ſiderum affectio ac poteſtas, ope diuina, id eſt prudentia, Dei optimi munere & conceſſu homini tributa, declinari poſſit: ipſóſque medicos artis præcepta tradere perſpiciamus quibus morbi contra naturam curari, aut certè minui queant, cur ſapiens Reipublicæ moderator conuerſiones & occaſus futuros non proſpiciet? cur legibus optimis laboráti ciuitati non medebitur? cur ſaluté non procurabit? aut certè ſi tanta mali vis eſt, tam certum exitium vt nulla hominum ſapientia prohiberi poſſit, nihilominus tamen id aſſequetur quod periti medici, qui ex diebus decretoriis & ex ipſius morbi cauſa, de interitu qualis futurus ſit certiùs meliúſque augurantur: ac opportunè ciues ſuos admonebit, ne Reipublicæ cadentis ruinâ penitus opprimantur. Et quemadmodum medici ægrotum in ipſo morbi ſtatu ac dolore acerbiſſimo, ſi ſalutaria fuerint ſymptomata meliùs ſperare iubent, quàm ſi dolor ac febris remiſſior eſſet: contrà verò hominem explorata ſpe ſalutis valentiſſimum & ea temperatione conſtitutum vt nulla præſtantior eſſe videatur, in ſummo ſalutis periculo verſari magnus Hippocrates iudicabat: ita quoque ſapiens Reipublicæ moderator, qui ciuitatem hoſtibus vndique circunſeſſam intuetur, ſi quidem in tanto diſcrimine ſapientiſſimis gubernacula tributa videt, ac ciues magiſtratuum imperiis, magiſtratúſque ipſos legibus inſeruire diligenter & accuratè, bene de Repub. ſperare iubebit. cùm tamen ignaui ac rerum humanarum imperiti deſperatione frangantur. In eo ſtatu fuit Reſpublica Romanorum poſt tertiam cladem ad Cãnas acceptam. ſociarum ciuitatum quamplurimæ, quę antea in officio ac fide permanſerant, à Romanis defecerunt Annibalis victorias ac fortunam ſecutæ: quia ferè ab omnibus de Romano imperio deſperabatur. ex omnibus tamen nemo Rẽpublicam grauiùs afflixit quàm Terentius Varro Conſul, qui tantæ cladi, qua ſexaginta millia ciuium cæſa fuerant, cùm pauciſſimis ſuperſtes literas ad S P.Q. Campanum, ſcripſit actum eſſe de Republica, ciuium ac ſociorum robur interiiſſe: quæ res Campanos, tametſi opibus ac potentia cæteris præſtarent, tanto metu perterrefecit, vt non modò Romanos deſertos eſſe paterentur, verumetiam quamplurimos ſociorum ad Annibalem ipſum pertraherent: cùm offenſionem & cladem acceptam minuere Conſul debuiſſet. At Scipio, qui poſtea Affricanus dictus eſt, pleróſque ciues de Republica deſperantes bono ac forti animo eſſe iuſſit: eóſq; qui ciuitaté deſerere cogitabant, in officio permanere, ac pro Republica propugnare accepto iureiurando, coegit. Nec verò Senatus tot periculorum circonſtantium metu territus eſt, ſed prudentia maiore Rempublicam tueri viſus. Ac tametſi plebs vbique pro inſita

*Sapiẽtem ſiderũ imperio non teneri.*

*Quale iudicium fuerit de Romana ciuitate poſt cladẽ Cãnenſem.*

B C D

inſita leuitate ac rerum imperitia in omnibus ferè ciuitatibus Annibalis laudes poſt tot ac tantas de Romanis victorias prædicaret, Senatus tamē cuiuſque ciuitatis Romanis fauebat. Sic enim Liuius[2], Vnus veluti morbus omnes Italiæ populos inuaſerat, vt plebs ab optimatibus diſſentiret: Senatus Romanis faueret, plebs ad Pœnas rem traheret. Quinetiam Hiero Rex Syracuſarum, qui cæteros id ætatis regis ſapientia ſuperabat, multò quàm antea diligētiùs Romanorum amicitiam coluit ac ſocietatem: ſuíſque illos opibus iuuare ac tueri non dubitauit: quinetiam auream victoriæ ſtatuam in ea rerum deſperatione Romanis dono dedit, quippe Senatus prudentiam incredibilem in rebus agendis ſæpiſſime expertus

2 lib. 24.

B eſſet. Hæc igitur ſapientium iudicia fuere, qui quòd Romanos intelligerent rebus extremis ſumma prudentia conſtantiáque Rempublicam moderari, nec vnquam antea leges in maiore pretio fuiſſe, nunquam domeſtica aut militari diſciplina ciuitatem magis floruiſſe, (vt Polybius earū rerum ſpectator & ſcriptor tradit,) bene de Republica ſperādum iudicabant. Carthago verò tot ac tantis victoriis elata, tot regionum ac populorum domina & in ſummo fœlicitatis gradu collocata, nunquam propiùs abfuerat ab interitu: cuius rei certiſſima indicia fuerunt, quòd nec legibus eſſet in Republica nec virtuti locus: omniáque impetu populari ac plebis impotentia gererentur: vt neceſſe fuerit paulò pòſt ab altiſſimo honorum gradu præcipitem deturbari, ac Romanis inſeruire, vt cōtigit

C Scipione Imperatore. Prima igitur Rerumpublicarum bene ac prudenter gerendarum lex eſt, earum ſtatum, & cuiuſque vim ac naturam, tum morborū cauſas intueri. Qua de re fuſiùs à nobis ſuperiore libro diſputatū eſt. Neq; verò cuiuſmodi ſit optimū ciuitatis genus intelligi ſatis eſt, niſi vniuſcuiuſq; ſtatū, quē mutare nō liceat, tueri poſsis: aut ſi periculū erit ne pro conuerſione Reipublicæ euerſio ſequatur, peſsimam Rempublicam habere quàm nullam præſtabilius eſt: & languentem ægrotū moderata victus ratione quoquomodo ſuſtētare, quàm incurabili morbo medicinam, quæ vitam auferat, conquirere velle. at ne medici quidē, niſi extremis ac deſperatis morbis, extrema remedia quæri iubent. Hoc igitur locum habet non modò in Republica, ſed etiam in legibus ac mo

D ribus immutandis: in quo certè grauiter peccatur ab iis qui ab alienis ciuitatibus leges acceptas ad eam quæ planè contraria ratione dirigatur Rempublicam adhiberi putant oportere. Docuimus antea quibus legibus monarchia conſiſtit iiſdem popularem ſtatum, & ea inſtituta quibus alitur populi libertas occaſum inferre tyrannis. ac tametſi plurimæ leges omni ciuitatum generi ſalutares ſunt: nondum tamen ſapientibus inter ipſos conuenit, an lex iniqua, quæ ſua vetuſtate nititur, antiquari debeat, vt noua vtilior feratur? quia lex optima fit pernicioſa, ſi ſua nouitate cæterarum legum afferat cōtemptum: ipſa verò vetuſtatis ſpecies tam chara cuique eſt, vt lex antiqua ſine magiſtratibus ſeipſam tueri facilè poſſit: legum verò nouitas vix vlla præmiorum ſpe, aut metu pœnarum, aut magiſtratuum officiis conſiſtere poteſt. quò fit vt ea quæ putatur nouæ legis vtilitas non tanta ſit, quanta ſunt incommoda, quæ ex v-

*Legum præcept abrogatio periculoſa.*

nius aut omnium legum contemptu profectura ſunt. In ſumma nihil ferè exitu pernicioſius eſt legum nouitate[3], ſi de ſtatu Reipublicæ quæratur. Atque hæc ratio magni ponderis ſemper viſa mihi eſt: eóque magis periculum imminet, ſi leges quibus ſtat Reſpublica, mutari aut moueri contigerit: nam leges quæ ſeruitutũ ac teſtamentorum iura continent, quæque de rebus rationibúſque contrahendis feruntur, interdum mutari conuenit, vt melioribus locus ſit: ſed qui leges quæ ad ſtatum Reipublicæ pertinent, mutare ſalua Republica conatur, perinde facit vt ij qui ædium altiſſimarum ſubſtructiones & fundamenta renouare ſe poſſe putant ſaluis ædibus, quæ niſi ruant plus tamen ipſa concuſsio domus incommodi, quàm noua materia vtilitatis eſt allatura: eóque magis cùm ciuitas quaſi vetus & caduca domus, diutiſſimè ſtetit in eodem ſtatu. Eſt enim ab antiquis accepta, & poſteritati diu probata ciuitatum conſeruandarum diſciplina, ſcilicet in ea Republica quæ diutiſſimè floruit eodem ſtatu, quantacunque vtilitatis ſpecies appareat, in ſperata cõuerſione, nihil eſſe mutandum. Quamobrem veteri Athenienſium lege, quam etiam Publius Philo Dictator tulit ad populum, cauebatur ne vlla rogatio ad populum inconſulto ſenatu ferri poſſet, maieſtatis ſubiecta pœna iis qui in legem commiſiſſent: quam legem amplexa Venetorum Reſpublica inuiolabiliter tuetur, cùm ne ad Senatum quidem de Republica inconſulto Sapientum collegio ferre liceat. Sed in Locrenſium ciuitate ſeueriùs agebatur quippe rogationem laturus laqueum collo inſertum geſtabat, quo ei gula frangeretur, niſi legem perſuaſiſſet Reip. vtilem. Stetit ergo ciuitas illa diutiſſimè antiquiſſimis inſtitutis ac legibus florens, cùm qui leges rogaret, nullus reperiretur, quouſque luſcus homo rogationem ad populum tuliſſet, vt qui ſciens prudens oculum luſco eripuiſſet, vtroque oculo ipſe orbaretur: ſuæ rogationi ferendæ occaſionem aduerſarius dederat, quòd minas ſæpius intentaret oculum ſe illi erepturum, etiamſi pœnam legis laturus & oculo altero cariturus eſſet. populus æquitate vel potiùs neceſſitate rationis perſuaſus, legem iuſſit: qua tamen nihil legi talionis, quæ populorum omnium quodammodo communis erat, derogabatur: qui enim malitioſè alterum excæcauiſſet, æquum erat vt ipſe excæcaretur. Quòd ſi quis pleráſque leges ſæpius mutari doceat oportere, vt qui de annona, de mercibus euehendis aut inuehendis, de pœnarum acerbitate aut lenitate, quæ paruo momento mutabiles ſunt, aſſentior ego quidem: cùm vis ipſius neceſſitatis nulla legum obligatione teneatur: leges enim nouæ ſi ſpem afferũt, vt tanquã in herbis non fallacibus fructus appareat, nõ ſunt illæ quidem repudiandæ: ſed agitur de legibus quæ ſtatum ciuitatis continent: quas ſi fieri poſſit, immutabiles eſſe & velim & optem: non quia Reſpublica legibus inſeruire debeat: cùm Reipublicæ ac ſocietatis tuendæ cauſa leges omnes ferantur. nec leges quiſquam legum ſed Reipublicæ cauſa ſaluas eſſe velit. Eſt enim hæc Rerum omnium publicarum prima ac præcipua lex, SALVS POPVLI SVPREMA LEX ESTO. Nam quæ ratio Themiſtoclem mouit, vt vrbẽ Athenienſium mœnibus ac propugnaculis muniret, ea-

3 Plato legũ mutationes tradit eſſe pernicioſas lib. 7. de legibus.

ret,eadem ratio Theramenem adduxit vt mœnia diruenda ſuaderet: id eſt, ſalus populi: alioqui ciuitatem vnà cum ciuibus Lacedæmonij perdidiſſent. Nulla igitur tam ſancta lex eſt,quam non oporteat vrgẽte neceſſitate mutari. Quamobrem ſapienter Solo [4], qui promulgatis legibus Athenienſes iureiurando adegit, vt eas centum annos ſtabiles eſſe paterẽtur: vel quia neminem eorum qui iurarent,diutius victurum arbitraretur: vel vt intelligeretur leges omnino immutabiles eſſe non poſſe. Lycurgus item Spartiatas in leges quas tulerat, iurare compulit, ac tandiu legibus illis viuere, quoad ex Apollinis oraculo rediret: nec poſtea reuerti voluit, vt perpetua iuriſiurandi religione ciues obli-

4 Plutarc. in Solone.

B garet. Et quidem præſtat legis conditionem vtcunque iniquam ferre, ac paulatim non vtendo antiquare, quàm momento abrogare. Ita Romani pleraſque leges XII. tabularum ſenſim exoleſcere quàm abrogatione tolli maluerunt: ne id cæteris legibus XII. demeret auctoritatem. cùm verò diuturna obliuione ſepultæ fuiſſent, id eſt, anno pòſt ſeptingenteſimo quàm latæ fuerant, placuit Æbutia rogatione leges duodecim inuſitatas,quę ſua vetuſtate iampridem extabuerãt, abrogari,ne cuiquã in poſterũ fraudi eſſet,ſi in eas leges cõmitteret. Sed ea eſt hominũ natura, ea mẽs, vt paulatim à recto curſu deflectat,ac pręcipiti lapſu ſæpiſſimè cadat,niſi alterius ope fulciatur: & quemadmodum praui humores vel ab alimentorum impuritate,vel copia collecti, tandẽ

C morbos contrahunt,& corpori exitium inferunt: ita quoque in hominũ animis vitia ſæpe vel ab educatione turpi,vel etiam ab ea quæ ineſt in ho nũ ingeniis prauitate collecta,foras erũpunt,vt neceſſe ſit noua ſupplicia nouis peccatis,& acerbiores pœnas grauioribus flagitiis irrogari. Id autem ſenſim fiat oportet. Nam cùm [5] Agis rex Lacedæmoniorum veterẽ Lycurgi diſciplinam,& leges diuturna magiſtratuum negligentia collapſas reſtituere vellet, momento ciuium omnium tabulas & cautiones palam proferri iuſſit, vnóque incendio comburi. deinde agrorum omnium diuiſionem æquabilem facere ac bonorum omnium æquationem multis antea ſeculis ſublatam,exemplo Lycurgi reſtituere tentauit,quod etſi à plèriſque non modò tenuibus, ſed etiam à locupletibus peteretur,

5 Plutar. in Agi.

D quia tamen modum tenere neſciit, non tantùm ſpe rerum gerendarum decidit, verumetiam incendium in Republica maximum excitauit, quo poſtea ipſe cum amicis ac proximis omnibus deflagrauit. nam improbi ciues illum ex aditu templi detractum in carcere ſuffocari iuſſerunt. Decuerat enim rem omnium difficillimam, id eſt,Lycurgi inſtituta, longo interuallo repetentem & bonorum æquationem meditantem,opes amicorum ac præſidia ſibi comparare: deinde potentiorum voluntates exquirere, ac illecebris in ſuam ſententiam pertrahere, vt antea Lycurgus fecerat: tum auri argentíque vſum prohibere,vt iſta ratione pro ferro vileſceret,tandem etiam pretioſam ſupellectilem. ſed violare populi libertatem, tentare manſuetudinem, commutare diſciplinam, ac paulo momento maximam ſanguinis copiam educere, nondum purgato prauis humoribus corpore, tum vſtiones ac ſectiones ad ægroti debile corpus

adhibere velle, non eſt illud curare, ſed necare. Non igitur medicos tantùm in ſanandis Reipublicæ morbis, verumetiam naturã ipſam, vel potiùs ipſum naturę parentem imitari oportet, quẽ nihil violenter aut momento, ſed omnia ſenſim ac paulatim efficere videmus. Veneti ſapiẽter, qui nihil auſi ſunt adhuc viuo ac ſpirante Auguſtino Barbarino Duce, cuius potentia ciuibus non ferenda videbatur: ne principi iam ſeni contumeliam facerẽt, vel Reipublicæ tranquillitatem conturbarent: ſed eo mortuo futuris principibus leges tulerũt, vt moderatis imperiis vterentur. Diximus antea Germanis Imperatoribus, ac regibus Daniæ & Poloniæ imperia iſta ratione paulatim acciſa, quibus tamen ornamenta regia in ſpeciem permiſſa fuere. Quemadmodum igitur viuenti adhuc princi- B pi imperium minuere, aut omnino eripere velle ciuitatibus perniciosum, ita principi ipſi periculoſum, multis magiſtratibus, aut iis qui Reipublicæ opibus ac potentia armati ſunt, imperium vno abrogare & eodem momento: vel etiam ſuperiorum principum domeſticos honoribus ſimul ac dignitate ſpoliare. Et quidem huius Imperij fundamentum firmiſſimum in eo eſſe arbitror, quòd mortuo principe magiſtratus omnes imperium retinent, qui ciues in officio Rémque publicam tueantur. ac tametſi mortui principis domeſticos & familiares nouo principi mutare omnino liceat, id tamen periculoſum ſapientibus viſum eſt, nec niſi cum bona venia, & ſine contumelia faciendum: aut certè priùs exarmandos qui opibus & gratia ſtatum Reipublicæ conturbare poſſe vide- C buntur. Quod cùm Imperator Galba minimè prouidiſſet, ac Piſonem in ſpem Imperij adoptaſſet, Otho Prætorianorum militum opibus & gratia potens ac florens, cùm ſe neglectum videret, Galbam vnà cum Piſone, vt ſolus imperaret, trucidauit. Quæ incommoda in optimatum ac populari ſtatu minùs metuenda ſunt, quantumquidem attinet ad iura maieſtatis, quam optimates aut populus immortalis tuetur: ſed in ſummi magiſtratus, aut Imperatoris creatione, vt ſuperiùs dictum eſt, aut in ferendis legibus, quæ plebis iura minuant, aut quæ optimatibus vtilitatem, plebi damnum allaturæ videantur, metuendum eſt à ſeceſſione plebis, & à Reipublicæ perturbatione. In ſumma, quoties de imperio magiſtratibus abdicando, vel de collegiis & corporibus tollendis, vel de iure D immunitatum minuendo, vel de pœnis augendis, vel de populi moribus ſanandis: vel de rationibus rerum à potentioribus geſtarum exigendis, vel de religionibus à ſuperſtitione purgandis, hæc omnia paulatim fieri commodius eſt, quàm vim adhibere, aut momento omnia conuertere velle. Cùm enim Carolus v. is qui ſapiens eſt appellatus, regni Francorum procurationem, adhuc iuuenis captiuo patre gereret, imperitorum conſilia ſecutus magiſtratibus omnibus vna lege imperium abrogauit, creatis curatoribus quinquaginta, qui quæſtiones peculatus ac repetundarum exercerent: quæ lex ingentes motus in tota Gallia excitauit: quibus vt remedium quæreretur, Carolus non multò pòſt in Curia Pariſiorum proceribus coactis ex Senatuſconſulto legem abrogauit: extat adhuc in actis Curiæ Senatuſconſultum in hanc ferè ſententiam. Cùm

regiæ

regiæ poteſtati ac Procurationi quam gerimus, non modò quæ ab aliis, ſed etiam quæ à nobis ipſis & in Rempublicam,& in ſingulos peccantur, emendare conſentaneum ſit, rebus planè perſpectis & cognitis, quæ de imperio magiſtratibus adempto noua lege iuſſimus, placet abrogari, vt quidem abrogamus, & apertè declaramus, legis illius, quæ importunis quorundam rogationibus erepta eſt,nullam vim fore,& quæ acta geſta ſunt,cum magno noſtro dolore acta geſta fuiſſe, nec illam magiſtratuum ac honorum abrogationem quàm non iure factam eſſe confitemur, cuiquam fraudi eſſe, aut cuiuſquam ius ac dignitatem violare nos vlla ex parte voluiſſe,ac proinde legem illam iure à nobis reſcindi &

*Senatuſcōſultū quod Carolo v. Procuratorū ſ[...]ctum eſt anno 1559. May 28.*

B abrogari teſtamur,vt omnibus magiſtratibus ſalua omnia & integra reſtituantur.Hæc ille. At Carolus IX.cùm magiſtratuum multitudo penè innumerabilis, temporum licentia graui Reipublicæ incommodo excreuiſſet,magiſtratibus & Quæſtoribus quos honoribus ac ſtipēdiis ſpoliari neceſſe videbatur,imperia muneráve adempta non ſunt:quia id ſine ſumma[6] iniuria fieri non poterat,cùm pretium reſtitui per inopiam ærarij non poſſet: nec tamen ſi reſtitui potuiſſet contumelia vacaret cui imperium ſine cauſa abdicaretur, cùm pleriſque dignitas vtilitate prior & charior ſit:multò magis ſi pretio & honore ſpoliarentur,metuendum erat ne violata dignitas, & quæſtus præſens, ac ſoluti pretij ſpes erepta pleriſque rerum nouandarum occaſionem præberet.Profuerunt igitur

6 §.Nos autem in feudis. de prohibita feudi aliena.

C nobis aliud agentibus ærarij anguſtiæ & caſus imprudentiæ ſuccurrit: vt pictori quondam equum pingenti,cùm ex tędio ſpōngia in opus impacta eſſet,quod ars imitari nō potuerat,caſus expreſſit, ita magiſtratuum multitudinem morte extingui placuit, cùm pretium reſtitui non poſſet: Neque tamen ſi principis tantæ fuiſſent opes ac potentia, vt vel nutu quæ vellet,momento efficere poſſet,prudenter facturus videretur imperia magiſtratibus vendita eripere: quia non modò is qui iniuriam accepit,ſed etiam cæteri ciues alienis iniuriis & caſibus commouētur. at quo quiſque potentior eſt, eo iuſtiùs ac moderatiùs cum in omnes, tum maximè in ſubditos ſe gerat oportet. Prudenter ergo Senatus populúſque Baſilienſis qui deſerta PontificisRomani religione, (quam execrabatur)

D monachos ac veſtales de veteri poſſeſſione eiicere noluit, ſed in poſterū nouos admitti vetuit, vt collegia illa morte collegarum paulatim extinguerentur. quo factum eſt vt è Cartuſianis omnibus ſponte collegium deſerentibus vnus iura collegij tueretur, ac ſine moleſtia otioſiſſimè viueret, nec tamen ritus veteres ac religionem ſemel ſuſceptam mutare cogeretur.Eadem lata lex eſt in comitiis Corienſibus[3], vt ſcilicet nouę religionis Pontifices prædiorum eccleſiaſticorum fructibus alerentur,nec tamen monachi antiqua collegia deſerere cogerētur,modò ne deinceps vllos admitterent.Ita quidem fuit vtriſque ſalua ratio: & qui nouam,& qui veterem colerent religionem:iniquum enim fuiſſet eos qui nō modò otioſè viuere,ſed etiam qui nihil agere,vt iocabatur Lucilius,qui nullum opificium,nullam artem exercere didicerant,de veteri quantumuis iniuſta prædiorum poſſeſſione deiicere: qui tamen in ſumma deſpera-

3 Anno 1558. Nouembr.

tione conſtituti Rempublicam perturbare potuiſſent. Iiſdem fluctibus ac procellis religionum iactata Gallia, cùm plerique Fratrum Sodalium vitam eiuraſſent, ac iudicia familiæ erciſcundæ proximis intentarent, edicto ſanctiſſimè cautum eſt, vt in monaſteria reuerti cogerentur: quo tamen edicto lex ea oppugnari videbatur qua cuique data fuerat nouæ religionis profitendæ licentia. Sed hoc agebatur, vt non modò magiſtratibus ac iudicibus familiæ cum monachis erciſcundæ iudicia conſtituere, ſed ne alimenta quidem apud iudices petere liceret: alioqui iura familiarum, & nobiliſſimæ quæque domus inſperatis iudiciis, ac prædiorum diuiſionibus conturbarentur: quia non modò Pontificiis decretis, ac legibus ciuilibus, ſed etiam moribus noſtris, qui monaſticam vitam pro- B
feſſi ſunt, ab omni ſpe adeundarum hæreditatum[8] prohibentur. Quæ autem de magiſtratibus & collegiis morte tollendis dicta ſunt, locum habent in omnibus ſeu decretis ſeu legibus[9], quę non niſi ad futura pertinent. Ac tametſi tyrannide nihil fœdius minúſque ferendum ſit, ferenda tamen potiùs eſt, quàm exitio Reipublicæ tollenda. & quidem nihil in eo genere commodiùs, quàm ſi tyrannus liberis orbatus ſit vna cum tyranni morte tyrannidem abolere. Sin tyranni tanta vis eſt, vt bonos omnes de medio tollere, magiſtratus etiam omnes ac Senatum morte abolere conetur, (vt Tarquinius ſuperbus, quíque peſtem illã imitantur facere ſibi propoſuerunt:) eſſet forſitan vis adhibenda, ea qua ſuperiùs dixi ratione, ne temere ſubditos in principes armare velle videamur, C
Deum igitur præpotentem naturæ parentem imitemur, qui omnia paulatim. nam ſemina per quam exigua in arbores excelſas excreſcere iubet, ídque tam occultè vt nemo ſentiat. rerum etiam omnium extrema inter ſe diſcrepantia maximéque contraria, mediis interiectis ordinibus inter ſe aptis tanta prudentia coniungit, vt nulla vis adhibeatur. Et quoniam eò nos deduxit huius quæſtionis concluſio, vt leges ſæpius mutare ciuitatibus ſit perniciosum, diſſeramus etiam illud conſequenter, an magiſtratus in ciuitate bene conſtituta mutabiles an verò perpetuos habere præſtabilius ſit.

8 Authen. ingreſſi de ſacroſanctis. C.

9 l. leges de legibus. C.

*Præſtátne magiſtratus mutabiles an perpetuos habere?* D

## CAPVT IIII.

QVONIAM nulla re ciues ac ciuitates ſæpius conturbari ſolent quàm pro magiſtratuum & honorum adeptione, hanc etiam quæſtionem ad diſciplinam ciuitatis pertinere opinor. Magiſtratus annuos, an perpetuos habere præſtabilius ſit nécne? qua quidem quæſtione haud ſcio an omnium quæ de Republica diſputãtur, aut ad diiudicandum difficilior aut iucundior ad intelligendum. Quæ ſic à nobis propoſita eſt, vt inquiramus tãtùm, cæteri verò qui plus ingenio poſſunt ac rerum gerendarum vſu, decernant. Summa ratio igitur quæ magiſtratus annuos eſſe iubet, ea videtur eſſe, quòd Rerum omnium publicarum præcipuus idémque optimus finis eſt virtus: nec legiſla-

*Quæ ratio facit vt magiſtratus annui eſſe debeant.*

legiſlatori ac ciuium gubernatori optimo præſtantior finis ad intuen-
dum propoſitus eſt, quàm vt virtutibus omnibus, quantumquidem fieri
poterit, præſtantes, & quamoptimos ciues efficiat. Quod nulla re meliùs
conſequetur, quàm ſi maxima virtutis præmia omnibus ad intuendum
veluti certiſſimum ſcopum, & ad conſequendum proponat. Virtutis
autem præmium maius nullum eſſe poteſt honore ipſo, quem vtilitate
ac quæſtu metiri velle contra decus eſt, cùm virtus hoſtem nullum ha-
beat vtilitate quæſtuoſa capitaliorem, ſiquidem vtilitas à virtute, cui na-
tura ipſa cohæret, ſeiungatur. Quòd ſi curationes, imperia, magiſtratus,
quos Latini rectiſſimè honores appellant, à theatro virtutum auferantur,
B vt priuatorum, & quidem indigniſſimorum ciuium ædibus ac latebris
perpetuò includantur, quis erit, honore ſublato, virtuti locus? cùm ea ſit
hominum natura, vt non niſi difficillimè ac propoſitis præmiorum mul-
torum illecebris ad virtutem impelli poſſint. Ergo ciuitatis moderator
optimus ciues omnes honoribus ac magiſtratibus pro ſuis quenque
meritis frui patietur: quod fieri non poſſe videtur, ſi magiſtratus in per-
petuum tribuantur. Hoc item principi optimo propoſitum eſſe debet, *Seditionũ cauſas præcidere oportet.*
vt ſeditionum ac ciuilium diſcordiarum ſtirpes ac fibras omnes quoad e-
ius fieri poterit, ab ipſis radicibus euellantur. Atque in eo quidem omni-
bus ciuitatum creatoribus conuenit inter ipſos, nihil Rebuſpublicis tam
neceſſarium videri, quàm vt ciues mutuam inter ſe concordiam ac tran-
C quillitatem tueantur: quia tametſi virtutem è ciuitatibus plerique exe-
gerint, ne illius ſplendore tenuium oculi præſtringerentur, ac optimo
cuique dominatus tribueretur, nihilominus tamen vt in ſumma licentia
viuerent, quam ongiſſimè à ciuitate profligari putarũt oportere ciuilia
bella, quæ improborum æquè ac bonorum ruinam & exitium comple-
ctuntur. Seditionum autem ac diſcordiarum ciuilium cauſa eſt præmio-
rum inæqualitas: pacis verò & concordiæ comes, eſt æqualitas illa quę in
tribuendis honoribus, & rerum inter ciues communium æqua diuiſio-
ne ſeruatur. Qui igitur honores ac magiſtratus pauciſſimis quibuſdam
ciuibus tribuit, (id quod neceſſe eſt ſi perpetuos eſſe velit:) idem ſeditio-
num ac bellorum ciuilium incendia inter ciues excitabit. Atque his qui-
D dem rationibus, virtutis inquàm fruendæ, ac diſcordiarum fugiendarũ
cauſſa, efficitur magiſtratus annuos eſſe oportere. At non modò virtutis
præmia tolluntur, & ciuilium bellorum ſemina propagantur, verume-
tiam perpetuandis honoribus & imperiis ſupplicia peccatis propoſita e-
ripiuntur: cùm tamen pœnarum ſceleratis irrogãdarum, quàm pręmio-
rum virtuti tribuendorum optimo legiſlatori cura maior eſſe debeat:
quoniam is qui pefecta vitæ officia conſecutus ſit, maximum omnium
præmium in ipſa virtute fruenda poſitum arbitratur: ſceleratos autem
ab iniurioſa facinoroſáque vita quis prohibeat, niſi ſuppliciorum metu
terreantur? Quis autem ſupplicia perpetuis magiſtratibus, aut pœnas ir-
rogabit iis quos attingere nemo poſſit? quis illos accuſare audebit? quis
in carcerem duci iubebit? quis conuictos damnabit? num collegæ eiuſ-
dem imperij? nũquam profectò ſuas ſibi manus, nunquam ſua ſecabunt

viſcera. quid ſi ſcelerum ac peculatus ſocios habeant? pudore potiùs afficiantur & commiſeratione ſui ſimiliũ quàm flagitiorũ immanitate ad irroganda ſupplicia duci patiantur. Ac ſi quis forti animo accuſatorẽ ſe aut delatorem ferat, capitalem fraudem admiſerit, niſi teſtimoniis Sole ipſo clarioribus reum conuictum teneat: & quidem eorum ſcelerum quibus latebræ obſcuriſſimæ quæruntur. Demus iudicem accuſatum, conuictum, confitentem, iudices tamen Procollegę carmen illud contritum ac populare vſurpabunt, FRATER NOSTBR EST: Quod repetundarum ac peccatorũ omnium emplaſtrum appellant. Ita ne milleſimus quidem vno ſeculo merita ſupplicia laturus eſt. Si verò imperia annua ſint, metu accuſationis futuræ terrebuntur, ac toties trepidabunt, quoties illam Tri- B
1 Liuius lib. 41.
bunorum ad Manlium orationem [1] meminerint, Priuatum rationem rerum ab ſe geſtarum redditurum, quoniam Cõſul noluiſſet. Quid autem præclarius quàm eos qui iuriſdictiones, imperia, curam ærarij ac munera publica geſſerunt, priuatos aliquando rerum geſtarum rationem reddere? Quæ certè maxima laus eſt à Plutarcho [2] Romanis tributa. quòd adoleſcentes ad accuſandum eos qui ſordium & corruptelæ rei tenerentur, quaſi harpocraticos ac ſagaciſſimos canes in feras impellerent ac incitarent. qua quidem re non ſupplicia peccãtibus irrogabantur, verumetiam ciues omnes acriùs ad virtutis ſtudia incitabantur, ac potiſſimùm iis qui alios accuſauerant, quibus ſatis compertum erat vitæ ſuæ & omnium actionum exploratores nunquam defuturos, ſi quid ab iis peccaretur. C Quibus vtilitatibus vacare neceſſe eſt eas ciuitates quæ perpetua magiſtratuum imperia eſſe patiuntur. Quamobrem Claudius [3] Imperator legem veterem quæ exoleuerat renouari prudenter iuſſit, vt quibus ſorte prouincię obtigerant, in eas omni excuſatione ſepoſita proficiſcerentur, ne quis exacto magiſtratu aliam ex alia legationem aut curationem obiret: qua ratione ſcelerum impunitas continuis imperiis & honoribus ſequebatur. Neque vllis legibus effici poteſt, quin improbi magiſtratus collegarum ac ſociorum præſidia quærant. Quamobrem Annibal Imperator rogationẽ ad populum Carthaginenſem tulit, vt in ſingulos annos iudices legerentur, ne quis biennium cõtinuum iudex eſſet. Placet verba Liuij [4] deſcribere: Iudicum ordo, inquit, & tempeſtate do- D
„ minabatur Carthagine, eò maximè quòd iidem perpetui iudices erant:
„ res, fama, vitáque omnium in illorum poteſtate erat: qui vnum eius or-
„ dinis, & omnes aduerſos habebat: horum in tam impotenti regno Præ-
„ tor factus Annibal vocare ad ſe Quęſtorem: idem pro nihilo habuit, nam
„ aduerſæ factionis erat: & quia ex quæſtura in iudices potẽtiſſimũ ordinẽ
„ referuntur, iam pro futuris mox opibus animos gerebant: id indignum
„ ratus Annibal viatorem ad prehendendum Quæſtorem miſit, ſubdu-
„ ctúmque in concionem non ipſum magis quàm ordinem iudicum (præ
„ quorum ſuperbia atque opibus nec leges quicquam eſſent, nec magiſtra
„ tus) accuſauit: & vt ſecundis auribus accipi orationem animaduertit, le-
„ gem extemplo promulgauit pertulítque. Hæc ille. Ac tametſi eorum qui perpetuum imperium habent nonnulli ſumma integritatis ac virtutis

2 In Lucullo.
3 Dio lib. 60.
4 Lib. 33.

virtutis laude cumulantur, cæteris tamen aut propinquitate, aut affinitate ferè coniunguntur. quo fit vt qui vnum reiicere velit, cæteros etiam reiiciat oportet. certè non ita pridem in Curia Pariſiorum, quę hoc quidem tempore centum & quinquaginta iudicibus cõſtat: cùm lis eſſet inter principem Curiæ Chr. Thuanum & Io. Tilium Curiæ Scribam, qui abſentis filiæ cauſam ſuſceperat, ſexaginta iudices, propinquitatis ſubiecta cauſa, reiecti ſunt. Ac prudenter in Septimaniæ prouincię conuentu, communi omnium ordinum decreto, mandatum eſt Io. Durando vniuerſitatis Actori[5], vt rogationem illam, quæ cum cæteris cõiuncta erat, potiſſimùm vrgeret, ne deinceps in eadem Curia iudicum proximi crea- [5] Anno 1557.

B rentur. ac rurſum triennio pòſt eadem rogatio Aureliis, quo princeps Galliæ conuentus accerſiri iuſſerat, lata eſt: nihil tamen obtineri potuit, nec poterit quandiu perpetui honores in Republica tribuentur. Et quidem Carolus v. rex Francorum, ac Philippus is qui Bellus vſurpatur, decreuerant, iudicem deinceps in ea vrbe, in qua quis natus eſſet, futurum neminem: vt conſimili edicto M. Aurelius[6]. imp. vetuit quemquam ſuæ ciuitatis rectorem eſſe: cuius legis tanta vtilitas viſa eſt, vt etiam ad Aſſeſſores pertinere voluerit: & ad hæc vſque tempora tum in Hiſpania, tum etiam in plurimis Italiæ ciuitatibus tam ſalutaris iudicatur: vt Prætor vrbanus vbique ferè peregrinus ſit. quod etiamnum legati Moſchouitarũ ab ordinibus Polonorum petierunt. Vtriuſque tamen & Philippi & Ca- [6] Xiphi. in Anto. Philoſoph.

C roli lex apud nos tũc exoleuit cùm perpetui magiſtratus eſſe cœperũt: tametſi lex illa à vetuſtiſſimis Gallorum moribus repetita fuiſſet, vt quidẽ Cæſar[7] ſcribit de Heduis: quorum legibus ſanctiſſimè cauebatur vt omnes poteſtates annuæ eſſent: nec fas erat duos eiuſdẽ gentis ſimul magiſtratum gerere: aut quandiu viueret is qui magiſtratum depoſuiſſet: at ne duos quidem eiuſdem gentis Senatores eſſe. nec vtriſque ſimul, nec alteri fas erat quandiu alter qui Senator iam fuerat, vixiſſet. Iam verò publica vtilitas, quæ ſubditis omnibus curæ eſſe debet, ab iis omnibus deſeretur, quibus nec honores nec imperia, nec magiſtratus vllos gerere licebit. Quis enim ciuem priuatum de publica vtilitate dicentem audiet? quis orationi fauebit? Ita fiet vt omnes priuatis commodis intenti, publica de- [7] Lib. 7.

D ſerta eſſe patiantur: quia magiſtratus, quod antea ſperauerant, ſemel adepti, minùs de publica vtilitate ſoliciti videbuntur. At illud quanti eſt ad vitam bene beatéque degendam, vt qui Rempublicam geſſerint, ac prudẽtiam humanæ vitæ ducem rerum gerendarum vſu didicerint, beatum illud otium cum dignitate colere, rerúmque naturalium ac cæleſtium vim tranquilla mente publicis vacua negotiis contemplari ac percipere poſſint? eſt enim veriſſimæ ſapientiæ ac beatæ vitæ parens & magiſtra mentis agitatio: quam homines publicis negotiis intẽti, ne per ſomnium quidem guſtare poſſunt. Quanquam in perpetuis imperiis, vix eſt vt rectè omnia gerantur ab iis qui non modò negotiorum, ſed etiam magiſtratuum & curationum multitudine obruũtur: vt Carthagine[8] quondam licebat: quod Platoni[9] & Ariſtoteli pernicioſum videtur: quia ſingulos ſingula munera rectè curare difficile eſt, plura nemo poſſit. hono- [8] Ariſtot. in Polit. [9] Plato in legib.

rum tamen & imperij cupiditates ambitioſiſſimos quoſque abripiunt: vt imbecillis ac veternò languens ſtomachus eo plus appetit quo difficiliùs coquere poteſt. Nec enim ſuæ dignitati conuenire putant in mediis conſiſtere, niſi ad ſumma quæque euolare conentur. Quamobrem legibus Venetorum licet iis qui maiores magiſtratus geſſerunt, minores ad ſe delatos repudiare: quod pernicioſum mihi videtur: quaſi magiſtratus & imperia, non publica vtilitate, ſed inanis gloriæ auiditate metiri oporteat. Quantò igitur pernicioſius eſt perpetuos eſſe magiſtratus, vt paucorum cupiditati Reſpublica ſeruire cogatur? verendum eſt enim vt ij qui magiſtratuum & curationum multitudine cupiditatem explere non poſſunt, tandem coacti deſiſtant, aut cum Reipublicæ interitu intereant ipſi. Cùm enim in Campo Martio magiſtratuum creandorum comitia haberentur, pontes anguſti pluribus locis diſpoſiti erant, vt ſuffragiorum tabellæ à prætereuntibus exciperentur: & qui ſexageſimum annum attigiſſent, admonebātur vt loco cederent, ne à multitudine opprimerentur: non quia ſenes de pontibus in flumen præcipites darēt, vt quidam opinantur: quātò igitur præſtabilius eſt eos qui in magiſtratibus & imperiis conſenuerunt, priùs abſtinere quàm de altioribus locis præcipiti caſu deturbari! Eſt autem honorum ac imperij locus adeò leuis ac præceps, vt in eo diu conſiſtere ac perſtare nemo poſſit. caſus autem, non modò eius qui labitur, ſed etiam circonſtantium ruinam ſæpiſſimè trahit. Cùm enim C. Marius per omnes honorum gradus ad ſextum Conſulatum perueniſſet, tametſi ætas ingraueſceret iam ſua, nihilominus Mithridatici belli prouinciam de manibus L. Syllæ, cui ſorte obtigerat, extorquere conatus eſt, vt ſeptimum Conſulatum ac perpetua imperia domi ſuæ concluderet: At cùm Sylla populari tumultu contra leges & prę ter morem maiorum ſibi abſenti & iam exercitum habenti prouinciam eripi videret, Vrbem cum legionibus occupauit, ac bellum ciuile tam crudeliter geſſit, vt tota penè Italia ciuium ſanguine redundaret, nec tantùm duces partium Marianarum, ſed etiam ſocios, amicos, proximos, affines, proſcriptionibus, exilio, morte mulctaret. At etiam cùm decemuiri Reipublicæ conſtituendæ ac legum ferendarum à populo Romano imperium annuum accepiſſent, ídque in alterum annū prorogatum eſſet, perpetuam poteſtatem, ac populi libertatem inuaſerant, niſi vi & armis (non ſine grauiſſimo ciuitatis periculo) depulſi fuiſſent. Superiùs dictum eſt non aliam ob cauſam populares & optimatum ſtatus tyrannos pertuliſſe, quibus imperia diuturna dediſſent, aut contra leges prorogaſſent: vt Piſiſtrato Athenis: Philoni argis: Cypſelo Corinthi: Dionyſio Syracuſis: Panætio Leontij: Cæſari Romæ. Quod proſpiciens Æmylius Mamercus, rogationem tulit ad populum Romanum, vt deinceps Cenſoria poteſtas ſeſquiannua [1] eſſet, cùm priùs in annos quinque tribueretur: ac poſtridie quàm Dictator creatus fuiſſet abdicauit, teſtatus illud apud populū, Vt ſciatis, inquit, quàm mihi diuturna imperia non placeāt. Eò pertinet etiam lex Cornelia Tribunitia, ne magiſtratum eundem intra decem annos petere liceret. nec multum abfuit quin Gabinius Tribunuſ-

[1] Liuius lib. 3.

bunuſplebis à Senatoribus in ipſo Senatu interficeretur[2], quòd belli Piratici prouinciam in annos quinque Pompeio ſua rogatione tribuere nō dubitaſſet: cuius rei rationē optimam Dio ſubiecit, quòd qui diutiſſimè imperarunt, non modò cæteros contemnunt, ſed etiam imperantibus magiſtratibus parere dediſcunt: quod eodem ferè ſenſu ſcribit Caſſiodorus, Antiquitas, inquit, prouinciarum dignitatem voluit annua ſucceſſione reparari, vt nec diutina poteſtate vnus inſoleſceret, & multorum prouectus gaudia reperirent. Nec verò vlla re tandiu Aſſyriorum ac Perſarum imperia ſteterunt, quàm quòd exercituum ducibus ac legatis in ſingulos annos poteſtates & imperia darentur. At maiorum no-

[2] Dio.

B ſtrorum ætate liberi, vt parentum imperia ac poteſtates retinerent, interdictis agere non dubitauerunt: vt quidem ij qui Conneſtabiles Campaniæ, Normaniæ, Britanniæ dicebantur: tum etiam ij qui Fidei Mareſchallos ſe appellāt: Cubicularius item maximus: atque adeò Viatores beneficiarij plerique. Andibus etiam, Turonibus ac Cænomanis Rupæorum domus Præturas hæreditarias fecerat:: niſi D. Ludouicus præſcriptionem illam nouæ legis interruptione ſuſtuliſſet. prudenter ille quidem: cùm intelligeret Duces, Marchiones, & Comites qui precarium olim imperium habuerant primò quidem annuum, deinde perpetuum, tandem etiam hæreditarium feciſſe indulgentia regum noſtrorum. Quanquam cæteri penè populi eodem errore peccarunt. Ex quo into-

C lerabiles vbique non modò Gynæcocratiæ, verumetiam βρεφοκρατεῖαι: ac poteſtatum mercatura omnium fœdiſſima ſecuta eſt. Neque tamen magiſtratuum emptorem imperio ſpoliare æquum eſt [3], niſi reddito pretio. Quæ peſtis Rerumpublicarum ab iis originē traxit, qui poteſtates & imperia perpetua fecerunt: quo nihil legiſlatores ac philoſophi pernicioſius ciuitatibus accidere poſſe ſumma conſenſione tradiderunt. Et quidem Celtarum, Græcorum, ac Romanorum antiquiſſima imperia, quæque apud Heluetios, Germanos, Italos ciuitates diutiſſimè floruerunt, annuos magiſtratus habent: quales etiam Thomas Morus in ea Republica quam omnium optimam iudicabat, futuros optauit. His ferè argumentis vtuntur qui magiſtratus & imperia perpetua fieri negant o-

[3] § his autem de prohibit. feudi. alie.

D portere. Qui verò perpetua malunt, nihil tam breui ſpatio, id eſt annuo rectè geri putant: quia priùs imperium deponere neceſſe eſt, quàm quid gerendum ſit, intelligatur: aut rebus perceptis & planè cognitis cùm operi manus admouere cœperis, repēte nouus magiſtratus aderit, qui manum de tabula: tum huic alius atque alius identidem ſubſtituetur: noui omnes. Ita Reſpublica magiſtratibus rerum gerendarum vſu peritis ſemper caritura eſt. Sed demus populum aut principem, ipſóſque magiſtratuum creatores, publica munera non niſi experientia diuturna probatis hominibus daturos: cùm tamen tot feſti dies, ne faſti, interciſi, comitiales, præliares maximam anni partem hauriant, publicas æquè ac priuatas actiones conturbari, bella inchoata ſuſtineri, iudicia cœpta interrumpi, accuſationes improborū aboleri, ſupplicia differri, Rem denique publicam maximis in periculis deſeri neceſſe eſt. Quam quidem ad rē exem-

*Magiſtratus perpetuos eſſe commodius videtur.*

plis abundamus eorum,qui annuas habuere poteſtates. Et enim vſu veniebat vt qui belli gerendi prouinciam ſuſcepiſſet, antequam eò peruenire potuiſſet, vel cùm eò peruenerat rebus affectis & inchoatis reuocaretur:vt cùm Scipioni Affricano ſucceſſorem dare placuit,Multis,inquit Liuius, & in Senatu & ad populum acta res eſt: poſtremò eò deducta vt Senatui permitterent: patres igitur iurati (ſic enim conuenerat,) cenſuerunt vt Conſules prouincias inter ſe compararent. At Scipio cùm intellexit ſucceſſorem ſibi datum,pacem cum hoſtibus fecit,maiore hoſtium commodo quàm facturus fuiſſet, niſi vereretur victoriarũ ſpem ac fructum ſibi à ſucceſſore ereptum iri,vt ſæpe dixiſſe fertur. Bellum verò Mithridaticum annos viginti protractum eſt,propter eam quam dixi impe B ratorum ſucceſſionem:dum interim occaſione rerum fœliciter gerendarum oblata ac deſerta hoſtis imperium longè latè propagaret. Quinetiam in ipſo prælij cum hoſtibus conſerendi momẽto, imperatorem exercitum deſerere ſæpius oportebat, etiamſi ſucceſſor nullus daretur: vt quidem Epamynondas ac Pelopidas,quorum poteſtas eo momento deſierat,quo prælium cum hoſtibus committendum erat: qui tamen cùm ſine maximo Reipublicæ detrimento imperium à ſe deſeri nõ poſſe perſpicerent, prælium commiſerunt ac victoriam clariſſimam reportarũt, quæ Thebanos, & ſocios ab interitu ſeruauit, & Lacedæmonios ingenti clade affecit. Domum reuerſi cùm triumphare debuiſſent, maieſtatis accuſantur, & capitis damnantur, quòd exercitus ac imperia poſt tem- C pus lege definitum retinuiſſent [4]. Quis autem neſcit quàm multæ arces, vrbes,oppida,mutatis Prætoribus in hoſtium poteſtatem venerunt? plures etiam ab ipſis ducibus proditæ ſunt, cùm honore ſpoliatos ſe intelligerent,vt acceptas iniurias vlciſcerentur. Quanquam Tiberius imperator aliam quoque probabilem cauſam habuiſſe videtur:cùm amici quererentur illum poteſtates ac imperia perpetua feciſſe,repoſuit illud,hirudines quæ multo ſanguine hauſto rumpuntur quieſcere,recentium morſus eſſe acerrimos: ſic nouos magiſtratus quicquid ſanguinis eſt ac medullarum auiditate ſumma haurire:vt veteri prouerbio dicitur, Nõ parcit populis regnũ breue. At Tiberij principatu poteſtates & imperia donari, non vendi:impetrari, non peti:bene de virtute meritis tribui, non D turpi mercatura licitantibus adiudicari conſueuerant: quid igitur Tiberius ſi hac ætate viueret? Nam quod Alexander Seuerus imperator mercatores poteſtatum minimè ferendos eſſe dicebat, eãdem cauſam quam Ludouicus XII. rex Francorum adieciſſe fertur,quòd quæ auerſione emi ſolent, ſigillatim diuenderentur. Quanquam nec imperij decus tueri, nec cum maieſtate imperare poteſt qui ſe breui priuatum fore metuit: quòd ſi dignitas & imperandi maieſtas magiſtratui detracta fuerit, quis parebit? quis metu contineri poterit? quis imperata exequetur? Sin perpetua poteſtas erit,& cum dignitate imperabitur,& cum obſequio parebitur:nec magiſtratui metuendum erit ne aliquando priuatorum contumelias, aut improborum calumnias ferre cogatur. Sed principum impotenti libidini, ac potentiorum opibus ſeſe opponet, próque tenuibus fortiter

4 Xenoph. in lib. 7 Rerum Græcorum. Cic. lib. 1. de diuinat. Plutar. in Epamynõda. Appianus in Syriaco.

fortiter propugnabit. vt plerique principes magiſtratuum virtute & conſtantia territi, ab iniurioſa facinoroſáque vita abſtinere, leges optimas iubere, iniquas abrogare ſæpe coacti ſint, cùm intelligerēt imperia perpetua fortiſſimis viris eripi non poſſe, ac populi rumores extimeſcerent, apud quem virtutis ſplendor maximus eſt, ac fortium virorum integritas vehementer probata. In ſumma, ſi magiſtratus prudentes, fortes, ac rerum magnarum vſu peritos eſſe volumus (omnes autem velle debemus) perpetuos optare neceſſe eſt: quia fieri non poteſt vt tam arduum munus quàm eſt imperij natura, ſiue vrbanis, ſiue bellicis in rebus, ſiue in ciuium cauſis diiudicandis, ſiue in ærarij publici cura, tam breui ſpatio à
B nouis magiſtratibus aut planè cōdiſcatur, aut rectè exerceatur. Et quemadmodum earum familiarum pernicioſa ratio eſt, quæ ſeruorum mutatione delectatur: ita quoque Rerumpublicarum exitioſa diſciplina, quæ magiſtratuum nouitate ac varietate paſcitur. ab iis enim noua conſilia, nouæ leges, noui mores, noua inſtituta, noua edicta, noua iudicia, noui ritus, nouæ legis actiones, noua denique rerum omnium facies ad Rempub. permanare conſueuit: vnde veterum legum ac morum priſcorum ſequitur contemptus. Id quidem perſpicere cuique licet in veteribus inſtitutis Græcorum ac Romanorum, apud quos noui magiſtratibus ſimul ac renuntiati fuiſſent, nouas rogationes ad populū ferebant: quippe hoc vnum illis propoſitū eſſet, vt ſui memoria apud poſteros extaret: at
C qui inanis gloriç morbo laborāt, magnç quā bonç famç cupidiores ſunt. Sed quid opus argumētis? nū quicquā meliùs ab hominum inuētis conſtitui quàm lege diuina potuit vnquā? At Deus ipſe ciuitatum moderator optimus, perpetua poteſtate magiſtratus ac iudices ſubornauit, & cùm omnia quæ ad virtutem homines & ad beatam perfectámque vitam impellerent amplexus fuerit, an ea quæ dicuntur virtutis præmia omiſſurus fuiſſet? Quinetiam Plato in ea, quam Diuinam appellabant, Republica magiſtratus ferè omnes perpetuos eſſe decreuit. Ex quibus perſpicitur ea quæ attulimus argumenta tū authoritate diuina, tū etiā diuturno clariſſimarum Rerumpublicarum vſu confirmari: Perſarum, inquam, Ægyptiorum, Parthorum, Æthiopum, Turcarum, Moſcho-
D uitarū, Polonorum, Germanorum, Frācorum, Danorū, Suecorum, Anglorum, Scotorum, Hiſpanorū, Italorum, pauciſſimis quibuſdam exceptis, qui perpetua magiſtratuū volubilitate, ac ſeditionum perpetuis fluctibus agitantur. Tot igitur gentes, tot nationes, ac populi, qui & bellicis laudibus, & domeſtica diſciplina tandiu floruerunt, perpetuandis honoribus tot ac tanta quæ videmus imperia moderantur: quæ tandiu ſtare non potuiſſent in magiſtratuum paulo momento mutabilium creatione. Atque hæc in vtramque partem argumenta non modò probabilia, ſed etiam ad aſſentiendum neceſſaria videri poſſint, aliis quidem vt ad breue tempus, aliis vt in perpetuum honores ac magiſtratus tribuantur. quibus interdum adhibentur orationis lumina, quæ non modò imperitorum, ſed etiam acutiſſimorum virorum oculos præſtringant, quæ partim à nobis in medium allata ſunt vt aſſenſionem quiſque cohibeat,

quoad iuſtis ponderibus ſingula exigantur. Nam cùm ſæpè in tuendis hominum ſocietatibus ac ciuitatibus moderandis, tum verò duabus in rebus grauiter peccatur: altera quidem quòd legum incommoda plerique omiſſis vtilitatibus auidè conſectantur: altera quòd ab extremis ad extrema vitioſa decurrunt, cùm in mediis conſiſtere debuiſſent. Plato perpetuos in ſua Republica magiſtratus omnes eſſe voluit. iſtud quidẽ extremum Ariſtoteli vitioſum viſum eſt: itaque ad aliud extremum delatus, Platonis ſententia repudiata, omnibus ciuibus ad honorum petitionem aditum aperuit: neuter tamen opinor ad quæſtionem definiendam adhibuit eam quam decuit Rerumpublicarum diſtinctionem: cùm in eo potiſſimùm quæſtionis huius cardo vertatur. Eodem errore lapſus B videtur Michael Hoſpitalis Francorum Cancellarius, vir doctus in primis, ac domeſtica diſciplina clariſſimus: is enim omnia imperia precario tribui putabat oportere, atque id modis omnibus efficere tentauit. Antea ſæpe diximus, ac dicẽdum ſæpius eſt, quarum ciuitatum cõtrarij ſunt fines, earum contrarios mores eſſe oportere. leges enim quibus populi libertas alitur, vnius dominatum ac potentiam euertunt. eius generis ſunt leges annales de magiſtratibus, quæ vt omnibus ciuibus aditum ad honorum petitionem aperirent, anni decurſu poteſtates ac imperia terminauerunt. quoniam æquum erat ciues omnes, qui imperij ſummi participes eſſent, ad honorum petitionem admitti: quod fieri non potuiſſet, ſi in perpetuum imperia tribuerentur. Item æqualitas illa, quæ ſtatum po C pularem alit ac tuetur, mutua obediendi ac viciſſim imperandi ratione conſeruatur: ne diuturna imperandi conſuetudo dominatum arripiendi ciuibus ambitioſis vllam præbeat occaſionem. At in monarchia, in qua vnius eſt imperij maieſtas, non neceſſe eſt, at ne vtile quidem, ſubditos imperandi cupiditate excitari, ſed potiùs obediendi conſuetudine: quod potiſſimùm locum habet, cùm omnia vnius vel dominatione vel tyrannide tenentur: quoniam in hac quidem tyranni vis, in illa ſubditos natura ſeruos fecit: quibus ſi detur imperium, monarchiam vtramque interire neceſſe eſt. Quamobrem tyranni qui non minùs ſubditos oderunt, quàm ſubditis odioſi ſunt, peregrinos ſibi aſciſcunt, aut eos ciues, quorũ fidem & amicitiam compertam habent, vt iis tantùm & corporis ſui cu- D ſtodiam, & imperia perpetua committant: ne cæteri ciues imperandi conſuetudine ac dulcedine tyranni potentiam ad ſe trahant, aut tyrannidem funditus ſubuertant. Is autem qui iure dominatum adeptus eſt, & qui natura ſubditos obſequentes fecit, nec annua, nec perpetua imperia facit, ſed ea precario tribuit, vt omnia ab eius arbitrio ac voluntate pendeant. Qui rex eſt, quoniam ſubditos eo loco habet quo pater optimus liberos, non ſeruilem in modum ſed liberali conditione tuebitur: leges de magiſtratuùm imperio ac iure laturus, nec omnia omnibus imperia communicabit, nec item omnes magiſtratus in perpetuum tribuet: ſed pro cuiuſque virtute ac meritis, rerúmque gerendarum vſu delectum ſingularem habebit: vt alios quidem annuos, alios perpetuos eſſe patiatur: aliis item precario curationes & imperia cõcedet ſi res ita poſtulabit: vt in

*Duabus rebus grauiter in Republica peccari ſolet.*

vt in omnibus mediocritatem auream, & quid quæque maximè deceat intueatur: non committet igitur vt prouinciarum Præſides ac rectores, aut Curiarum & ærarij Principes imperio perpetuo fruantur: vt ſit accuſandi locus, rerúmque geſtarum rationes repoſcantur à priuatis, quod minimè ſperandum eſt ab iis qui perpetuum & quaſi ſummum in Republica imperium habent. erit etiam patriciorum ac nobiliũ in tribuendis honoribus habenda ratio, vt plebeio nobilis anteferatur, ſi virtute aut experientia vtrique pares ſint: qui verò minus habent virtutis aut eruditionis non omnino ab honoribus & imperiis arceantur, vt ſeditionibus occurri poſſit, ſed cùm iis coniungantur qui diuturno rerum vſu ac
B virtute præſtant. Nec tamen legibus à ſe latis princeps ita inſeruiet, quin illos ipſos, quibus perpetuum imperium poteſtatémve dederit, priuatos eſſe iubeat, ſi aut corporis, aut ingenij vires publicis muneribus impares ſint: modò id cum bona gratia & ſine contumelia fiat, Auguſti prudentiſſimi principis exemplo, qui Senatores eo munere indignos ſponte Senatui ſe ipſos ſubducere permiſit. aut ſi quidem imperij abrogatio contumeliam habitura videatur, honoribus ac immunitatibus frui permittet, rebus tamen gerendis curatores dabit. Cùm autẽ iuris dicendi æquabilitate ciuitates & imperia maximè omnium egere videantur, collegia iudicum perpetua creabuntur, ea potiſſimùm quibus de capite, fama ac fortunis omnibus ciuium iudicandi ſit poteſtas, prouocatione ſummota: non ſolùm vt diuturno vſu iudicandi prudentiam ac peritiam ſibi
C comparent: verumetiam vt plures eadem poteſtate coniugati perinde vt magna vis aquarum, difficiliùs corrumpantur. Nemo, inquit Plinius [5], omnes, neminem vnquam omnes fefellerunt: meliùs omnibus « quàm ſingulis creditur. Nam ſæpe fit vt vnius prudentia ac virtute om- « nes eiuſdem Curiæ iudices ſordibus corrupti, vel etiam errore lapſi eri- « gantur. Et quidem memini Potierum ſummæ virtutis ac integritatis iudicem, (qui duos ſuæ virtutis hæredes patriæ reliquit) capitalium cauſarum iudices in Curia Pariſiorum à propoſita ſuſceptáque ſententia reuocauiſſe, & innocentiſſimam mulierculam impietatis ream, vt tempora ferebant, capitali ſupplicio non ſine ſumma pietate liberauiſſe. Id au-
D tem maiorum noſtrorum inſtitutis ac diuturna experientia perceptum eſt & cognitum, plures conſilio communicato meliùs ac certiùs quàm ſingulos iudicare: tametſi Ariſtoteles ſingulorum ſententias ſeorſum exquiri putat oportere, ídque in plurimis Græcorum ciuitatibus fieri conſueuiſſe tradit. Vtramque rationem Romanos tenuiſſe autor [6] eſt Aſconius, vbi aliam eſſe rationẽ tradit, cùm vniuerſi iudices cõſtituunt, aliam cùm ſinguli ſententiam ferunt. Quam ob rem ęquiùs ac meliùs in Europa ab vniuerſis iudicatur quàm à ſingulis in Affrica, vbi vnius prouinciæ iudex ſingularis de prouocationibus arbitrio iudicióque ſuo decernit. Eſt enim Caira vrbium ferè omnium maxima: in qua iudices quatuor ſeorſum de aliis atque aliis rebus iudicant: vnus itẽ qui de omnibus prouocationibus ſine collega & quidem ſua voluntate ſtatuit: qui ſordibus vel gratia facilè vinci poteſt: tametſi Cadileſchierus vterque iudicum

[5] In Panegyrico
[6] In diuinat.

omnium principes arbitrio ſuo iudicibus imperia ſolet abrogare. Nam omnia imperia ac poteſtates precario dantur & accipiuntur. Diximus nec omnia munera perpetua, nec annua eſſe oportere, potiſſimùm in regia poteſtate. ſunt enim pleraque ſine imperio, viatores, inquam ſcribæ, actuarij, cornicularij, & id genus alij, qui facilè accuſari, damnari, & coerceri poſſunt: & minores quique magiſtratus: qui ſæpius mutari ſine magno Reipublicæ incommodo ac priuatorum detrimento non poſſunt. Senatores item quibus rerum agendarum prudētia non niſi vſu diuturno comparatur, perpetuos & Romæ, & Lacedæmone & Ariopagi fuiſſe, & vbique eſſe oportere iudico, vt in perpetua magiſtratuū mobilium varietate, Senatus ſit conſtans & immutabilis, in eóque velut in cardine B cætera imperia mutabilia conquieſcant. Id quod à Platone minùs prouiſum eſt, cùm Senatum in annos ſingulos ſorte duci voluit in libris de legibus cap. CLXXIIII. Summis verò magiſtratibus, quibus nihil niſi à principe poteſt imperari, annuū debet aut precarium imperium tribui: non modò in optimatum ac populari ſtatu, verumetiam in monarchia, tum ne in iura maieſtatis inuolare poſſint, tum etiam vt rationum reddendatum metu in officio cōtineantur. Quæ item collegia perpetuam poteſtatem habent, ea ſi mutanda veniant, (vt ferè in optimatum ac populari ſtatu neceſſe eſt) collegas non ſimul, ſed viciſſim mutari commodiùs erit. vt Senatus Rhaguſiorum, cui conſilia Reipublicæ ac iudicia rerum capitalium ex prouocatione tribuuntur: & cùm aliquandiu depoſito magi- C ſtratu domeſticis rationibus ac ſtudiis intenti fuerunt, rurſus ad munera publica velut in orbem alacres redeunt. Illud tamen in omni Republica proſpiciendum erit, vt quibus ſumma poteſtas datur, ne ſit perpetua, aut ſi perpetuam eſſe velint, ne ſingulis ſed collegio tribuatur. Hac igitur poteſtatum & imperij temperatione, illa quæ ſuperiùs à nobis allata ſunt incommoda iam nulla erunt: quia nec magiſtratus vno mutabuntur & eodem momento: nec Rempub. gubernatore vacuam ac deſertam: nec publicarum actionum pernicioſas interruptiones vllas eſſe patiemur: nec verendum erit vt magiſtratus ſordidi rerum geſtarum rationem nunquam reddere cogantur. Nam qui annuos magiſtratus, annuos Senatores, annuas poteſtates, annua denique imperia & cupiunt & optant, præ- D ter eas quas attulimus difficultates, non proſpiciunt iſta ratione vel homines imperitos & ignaros ad ea quæ obire nequeant, munera publica vocari: vel Rempublicam hominum prudentiſſimorum & omni rerum gerēdarum vſu ac diſciplinis inſtructiſſimorum plenam eſſe oportere. quāquam id per naturam fieri non poteſt, vt omnes omnia poſſint, cùm vix ſingula munera ſinguli rectè obire videantur: quibuſdam ſumma conſilij capiendi prudentia eſt, qui nullam imperandi dignitatem habent. Quòd ſi ad eum quem dixi modum honores concedantur, metuendum minùs erit ne non ſatis magna præmia virtuti propoſita ſint: quia tanta magiſtratuum multitudo dignitatem ac decus præmio detrahit: & quò pauciores erunt, & omnium virtuti patebunt, eò ab omnibus auidiùs appeti neceſſe erit: vt ſcopum quidem vnum omnes intuentur,

ſed quia

ſed quia pauci feriunt,eò præmia maiora ſunt ac magis expetita: nec ta-
men aditus cuiquam præcludetur præterquam ignauis ac vitioſis homi-
nibus qui ſibi vias honorum turpiter præcludũt ipſi. Ita quidem ſeditio-
num cauſis ſublatis,ciues ſumma pace ac tranquillitate fruentur. Ratio-
num etiam à magiſtratibus repoſcendarum laudanda lex eſt à maioribus
noſtris, & ab Italis ſæpe vſurpata,creatis curatoribus, quos Græco verbo
ſyndicos appellant, quales à D.Ludouico,& Philippo Bello Francorum
regibus olim creatos accepimus. Forſitan incommoda plerique ſcruta-
buntur: ſed iniquum eſt incommodis legum propoſitis vtilitatum nul-
lam haberi rationem:cùm nulla lex omnibus cõmoda eſſe poſſit, vt Cato
B Cenſorius dicere ſolebat. Ego, ſi decernendum ſit, legem ſemper vtilem
eſſe ſtatuo, cuius incommoda vtilitatibus leuiora ſint. in quo ſæpiſſime
peccatur ab iis qui omnia incommoda de legibus ſalua Republica, de-
trahi poſſe putant: & cùm in ea pericula inciderũt quæ non proſpexerãt,
leges accuſant, eáſque ſępius mutant, cùm ſeipſos accuſare ac mutare de-
buiſſent. Argumento ſit illud quod Ludouicus XI. rex more maiorũ ini-
tiatus ſtatim ineũte imperio, Caroli patris domeſticos ac familiares om-
nes aula exegit, ac principes generis propinquitate ſibi cõiunctos quàm
lõgiſſimè à Republica gerẽda ſummouit, qui ſumma conſpirationis fide
& cõſenſu cum hoſtibus coniurati aduerſus principẽ rebellarũt,& in eas
anguſtias illum adegerũt, vt penè coronam de capite decuterent, ac ſce-
C ptra regalia de manibus extorquerent. Rebus tamen compoſitis & pace
imperio parta, magiſtratus omnes, & miniſtros magiſtratuum ſua lege
perpetuos eſſe iuſſit: ac filium domeſticos & familiares, quos per om-
nes honorum gradus prouexerat, à ſe abalienare, & quò minùs ſibi ſape-
re videretur, literis operam dare vetuit: cùm intelligeret eos principes qui
literas multas didicerunt aliena conſilia repudiare. ſed illa de toto gene-
re officialium lata lex, ne cuiquam imperium niſi volenti, aut morte,
aut ſcelere admiſſo eriperetur, inuiolabilis hactenus extitit: cui etiam ſu-
brogatum eſt vno capite [7], quo cauetur magiſtratu abdicare cogendum [7] XX. Septemb 1482.
neminem cuiuſcunque criminis cauſa, niſi iudicatus ac damnatus ſit: cui
legi locum eſſe iuſſit, non ſolùm ſe viuo ac ſpirante, verumetiam Caroli
D filij principatu: quod etſi iure non poterat, ſucceſſores tamen legi parue-
runt: tametſi maiorum formula magiſtratuum tabulis inſeritur, vt impe-
rio vel munere publico fruantur quoad regi libuerit: quæ verba nõ per-
petuum imperium, ſed precarium tribui ſignificant [8]: niſi legibus vel [8] Alex.in l.principalib. de rebus credit.
moribus aliter caueatur: clauſula tamen reſtat inanis illa quidem, vt in-
telligatur omnia imperia à regibus noſtris olim precario data fuiſſe, ac
rurſus dandi ius eſſe Philippi Belli principatu de perpetuis imperiis ac po-
teſtatibus tribuendis deliberatum quidem, non tamen decretum fuerat.
At Philippus Valeſius curationes abrogauit, vt magiſtratuum poteſtas,
quæ ſemper antea precaria fuerat, perpetua deinceps eſſet. Argumento
ſit, quod inter eas laudes quæ Roberto Regi Francorum tribuuntur, il-
lud etiam celebratur, quòd imperium ac poteſtatem non niſi turpitudi-
ne & infamia vitæ notatis abrogauiſſet. Ex quo intelligitur Roberti

maiores aliis legibus ac moribus vti conſueuiſſe. Putant plerique magiſtratus meliores futuros ac imperia ſanctiora, ſi more maiorum precario darentur: id tamē falſum eſſe docuimus:& vt verum ſit, perinicioſum tamen eſſet: quia ſatis vnicuiq; perſpicuum eſt principes ab adulatoribus & canibus aulicis ferè ſemper obſeſſos, turpiſſimum quæſtum ac mercaturam magiſtratuum facturos:aut imperia optimis quibuſque, qui ferè ſemper aulicorum hominū vitam vitiis omnibus inquinatam oderūt, identidem erepturos. Hæc autem precaria tribuēdorum magiſtratuum ratio tyrannidem, aut dominationem, non regalem monarchiam ſapit. regnum enim legibus oportet,(quantum quidem fieri poterit) non principis arbitrio ac voluntate gubernari: vt quidem domino licet, quem B ſubditi velut aliquem Deum cælo delapſum adorant ac metuunt, eiúſq; arbitria pro naturæ legibus habēt:De rege aliter ſtatuendum eſt, quem à ſubditis amari potiùs quàm metui oportet:eius autē amandi ratio compendiaria futura eſt, ſi præmia quidem omnia, omnes item honores, ac magiſtratus, paucis quæ denotauimus exceptis, ab eo tribuantur, nec niſi iudicio conſtituto eripiantur. quibus enim iure ac legibus erepta poteſtas eſt, de principe queri non poſſunt. Budæus quidem qui precario imperia dari optabat, non ſatis perſpecta Philippi Valeſij ac Ludouici xi. lege, Curię Pariſiorum iudices annuos eſſe putauit ac pleroſque in ſuam ſententiam pertraxit. argumento eſſe poterit iuſiurandum illud ſolenne Idibus Nouembris in ſingulos annos repetitum, & reſcripta quæ à principe quotannis ad Curiam antea mittebantur:quibus precariam tantùm curationem aut certè annuam non perpetuam poteſtatē ſignificari putabant. At illi acta Curiæ rationalium minimè perſpexerant, in quibus intueri cuique licet Curiam Pariſiorum lege Philippi longi conſtitutam fuiſſe, eíque perpetuum & ordinarium imperium tributum: cui Prætores duo, vnuſúe Prætor max. præeſſet:ac primum quidem omuium fuiſſe Burgundiæ comitem regis proximum:vt Imperialis Curiæ Germanorum Prætor max. vnus eſt ex ordine principum. Itaque quoque diutiſſimè Prætor Curiæ Pariſiorū vir militaris fuit ac ſagatus, non, vti nunc eſt, togatus. argumento ſit quod in albo Curiæ Pariſiorum qui Prætor maximus eſt, quem nos primum Præſidem appellamus, is Miles appellatur: D cæteri iudices non item, qui tunc ſexaginta fuere, nunc verò centū quinquaginta. Ex quo perſpicuum fit Curiam Pariſiorum ordinariam ac perpetuam poteſtatem habere, nec principum reſcriptis annuis ad lites iudicandas opus habere. Tametſi Henrichus II. rex Francorum cùm ab adulatoribus circunuentus in Curiam ad edicta legéſque promulgandas veniſſet, quas Curia publicari nollet, palam dixit, Curiæ poteſtatem nullam fore niſi ſuo reſcripto eam quotannis renouaret:qua re attoniti plerique hęſerunt:nihil temen reſcriptis opus, nec item annuo iureiurando, quæ tum neceſſaria videbantur, cùm Curia extra ordinem à principibus cogebatur: ordinaria verò ac perpetua poteſtate Curiæ tributa, ac iureiurando ſemel à iudicibus ſingulis ineunte magiſtratu concepto, fruſtra iuſiurādum repetitur. Nam magiſtratus annui Romanorum mutabiles, quot-

quotannis iuratos eſſe oportuit, ineunte nouo magiſtratu: Senatores verò quia perpetui erant ſemel iureiurando adigebantur. Idem iudicium eſt de ſigillo regio, quo Curiæ maiores apud nos, & autoritate ac nomine principali imperando prohibendóque vtuntur: quinetiam literæ Curiarum ad principem regia ſtemmata præ ſe ferunt: tametſi cæteri Prætores ac minores iudices priuato ſigillo vtuntur, & imperant non regia ſed Prætoria poteſtate. quæ quidem argumenta certiſſima ſunt, Curias maiores extra ordinem lites olim diſceptaſſe, ac veluti Senatores imperanti principi adeſſe conſueuiſſe. quem quidem morem ſemel à Curia Pariſiorum probatum, cæteræ Curiæ imitari quàm proprio ſigillo vti B maluerunt: quarum tamen Curiarum ordinaria perpetuáque poteſtas eſt, ac rege mortuo imperium adhuc retinẽt: quod quidem ſi precarium eſſet abrogaretur, vt curatorum omnium imperia, munera, poteſtates principis arbitrio, vel morte definiuntur. at Curiæ magiſtratúſque ordinarij rege mortuo nec cultum mutant, nec lugubri veſte vtuntur. noui tamen principis nouo reſcripto imperium, vt cæteris quoque magiſtratibus confirmatur. Neque tamen improbanda eorum principum ratio, qui precariam poteſtatem magiſtratibus tribuunt, ac voluntate arbitrióque ſuo imperium illis abrogant, ſi iuſta cauſa ſubeſt, vt quidem Anglorum reges conſueuerunt: cùm etiam in optimatum ac populi ſtatu, qui legibus arctiùs quàm principes obligãtur interdũ populis magiſtratibus C imperium abrogare, aut curatores rebus gerendis creare neceſſe habeat: hinc apud Romanos Dictatorum creatio. Quinetiam Octacilio Conſuli abdicatum eſt imperium Fabij Maximi rogatione, cùm bello grauiſſimo Reſpublica premeretur [1], cui gerendo minimè idoneus eſſet. quòd ſi adepta poteſtate morbus ſonticus, puta, furor aut cæcitas, cui mederi non poterat, magiſtratuum actiones prohiberent, magiſtratibus imperium abrogari neceſſe erat. Tametſi L. Torquatus, ad quem populus tertium Conſulatum detulerat, valetudinem oculorum excuſauit: quod indignum duceret ei fortunas ciuiũ ac Rempublicam cõmitti, qui alienis oculis vti cogeretur, nihil tamẽ prohibebat acie ingenij omnia proſpicere optiméq; ciuitati cõſulere. At quãta multitudo cæcorũ, ſurdorũ, mu- D torũ quibus nullũ ingenij conſiliíque lumen eſt, nulla rerum gerendarũ vſu parta prudentia, nullæ animi vires quibus ſeipſos tueri poſſint, qui tamen ipſa Reipublicæ gubernacula capeſſere non dubitant? Quod autem diximus in monarchia omnes poteſtates ordinarias paucis exceptis perpetuas eſſe oportere: in popularibus verò & optimatum Imperiis annuas, ſic temperandum erit, vt ſemper excipiantur aliqui magiſtratus qui perpetua quadam ſtabilitate mobilium magiſtratuum vices ſuſtineant. nulla ſunt imperia Venetiis, nullæ poteſtates, nulla collegia iudicum, ac ne Senatores quidem ipſi perpetui, præter principem (cuius perpetua quidem eſt, ſed valde acciſa ac truncata poteſtas) procuratores D. Marci, Primicerium ſeu Cancellarium, conſilij publici, quatuor Senatus Scribas. Itaque Florentini beneficio Ludouici XII. regis crudeliſſima Valentini Borgiæ tyrannide liberati, ducem perpetuum eſſe voluerunt, vt

1 Liuius lib. 24.

in tanta magiſtratuum omnium cõuerſione ac volubilitate, aliquid eſſet ſtabile, in quo ciuitas acquieſceret: ſed quoniam eum ſtatum Florentini turbulentiſſimi diu ferre non potuerant, in grauiores ſeditiones ac difficultates quàm antea delapſi ſunt. quòd ſi Senatum perpetuũ habuiſſent qui Reipublicæ curam gereret, non tot ac tantis ſeditionum fluctibus, ac bellorum ciuilium procellis iactata, & quaſſata Reſpub. fuiſſet. Quibus explicatis quærendum illud etiam, an magiſtratus oporteat in ciuitate bene ac prudenter moderata concordes eſſe.

*An magiſtratuum concors animus Reipublicæ ſalutaris ſit futurus?*

## CAPVT V. B

*Argumẽta quibus erudiantur magiſtratus ad concordiam mutuã inter ipſos.*

ISTVD quidem fruſtra nos quærere, ac de re minimè omnium obſcura dubitare videamur. Quis enim ambigit quin magiſtratus in ciuitate bene prudentérq. moderata concordes eſſe debeant, vt communem omnium vtilitatem & ciuium inter ipſos concordiam tueantur? Eſt illa profectò ſapientibus probata ſententia, beatam Rempublicam humani corporis imaginem referre. huius autem membra omnia inter ſe apta ac mirabili coagmentatione colligata, officium ac munus à natura ſibi tributum accuratiſſimè obeunt, mutuíſque præſidiis & auxiliis ad vniuerſi corporis formam & ſalutem procurandam incredibili conſenſu & concordia conſpirant: quæ ſi diſſiderent C inter ſe, nec mutuas operas ſibi viciſſim præſtarent, & dextra manus ſiniſtram truncaret, & pes alter alterum ſupplãtaret, ipſique digiti oculos configerent, cæteráque membra proximorum alimenta ad ſe attraherent, ac officia deſeri, & corporis vniuerſi partiúmque ſingularũ turpem deformationem & interitum conſequi oporteret: non aliter de Republica nobis eſt iudicandũ: cuius dignitas & ſalus ex mutua ciuium inter ſe & cum principibus beneuolentia exiſtit. id autem minimè ſperandum eſt, ſi magiſtratus ipſi Reipublicæ principes, quos ciuium concordiam & charitatẽ mutuã exẽplo ſuo alere decuit, inter ſe diſſideãt. quinetiã factiones in ciuitate exiſtere, ac partium duces occultas primùm, deinde apertas inimicitias in Reipublicæ perniciem fouere, ac poſtremò ciuilia bel- D la erumpere, aut ſi prohibeantur, nihilominus publicas actiones magiſtratuum diſcordia impediri, ac ciuitatem conturbari neceſſe eſt. idémque futurum de Republica quod de puella quam cùm riuales ac proci adamare & amplecti debuiſſent, in partes crudeliſſimè diſtraxerũt. Quæ autem de hoſtibus victoria ſperanda, ſi duces exercitus mutuis armis ſeipſos confodiant? quæ iudicia futura ſi iudies mutuis odiis contrarias ſententias tueri quàm æquitatem malint? Nam ſæpe magiſtratuum ac iudicum inter ſe diſcrepantiũ ſimultates in Reipublicæ ac priuatorum exitia redundarunt. Ac ſi quis ciuium vitam, caput, fortunáſque tueri ſibi propoſuerit, alius odio aduerſarij inflammatus acerrimè illum oppugnare ac perdere conabitur. quod quidem Ageſilaus rex Lacedæmoniorum feciſſe fertur, vt Lyſandri quem oderat, & gratiam minueret[1], & aucto-

ritatem

1. Plutar. in Lyſandro.

ritatē, eius omnia iudicia, omnes ſententias non tam cauſarum iniquitate quàm eius odio reſcindere ac iactare ſolebat. Cùm igitur ciuiles diſcordias, ciuilia bella, (peſtem Rerumpublicarum) à magiſtratuum inter ſe diſſidentium odiis oriri, & ab iis incrementa ſuſcipere cuique planum ſit, conſequens eſt magiſtratuum concordiam ciuitatibus non modò vtilem, ſed etiam neceſſariam eſſe. Hæc argumenta probabilia videri poſſunt. Qui tamen ſubtiliùs iſta diſquirunt, ex magiſtratuum diſcordia Reipublicæ ſalutem exiſtere iudicant. Eſt enim virtutis ea vis & natura, vt nec virtuti contraria ſit nec inter ſe viri boni quantumuis diſſideant, inimici eſſe poſſint: ſed improborum & aduerſariorum iniuriis laceſſiti luxurient atque effloreſcant: nec virorum fortium virtus tam conſpicua ſit, quàm cùm ſine acerbitate contendunt ſuíque ſimilium ardore ac velut incendio quodam inflammantur, competitorũq. æmulatione ad res præclaras incitantur. Cùm enim Taxilas rex Indorũ Alexandro magno bella maxima gerenti, & omnia omnium imperia ad extremos vſque fines populanti, regnum ſuum per legatos ſi opibus egeret, libenter obtuliſſet: ſin opibus abundaret, Alexandri opes ſe non recuſaturum diceret: hîc Alexander, qui nec victor poterat, nec victus acquieſcere, cùm armis non liceret, virtute dimicauit: Non mihi, inquit, Taxilas hanc laudis palmam præripiet vt magnificentia me & vrbanitate ſuperare videatur: ſed luctandum nobis eſt. itaque illum ego regni alterius amplitudine ac pecuniarum vi cumulatiſſimè augeo. Sic etiam Tullus Hoſtilius rex ad Metium Albanorum Dictatorem, Quas tu nobis, inquit, ciuiles diſcordias obiicis, vtiles ciuitati noſtræ iudicamus: contendimus enim inuicem vtri pro Republica meliùs & acriùs propugnabunt. Quòd ſi contentionum ac laudis ſtudia fortes inter ac bonos ciues vtilis eſt ac præclara ciuitatibus futura, quantò magis hominibus ignauiſſimis, vt ad virtutem impellantur aut à vitiis deterreãtur, neceſſaria debet videri? Omnium enim vtilitatum quæ maximæ ab aduerſariis decerpi ſolent, nulla maior eſt quàm id præſtare, ne aut vitiis illos vincere, aut ab illis virtute vinci videamur. Quòd ſi præclara eſt & vtilis contentio ciuitati, in qua principes ac magiſtratus de virtute certant, quantò vtilior futura contentio bonorum aduerſus improbos? ſi verò magiſtratus omnes improbi erunt, non modò vtilis eſt, ſed etiam neceſſaria luctatio: alioqui ſi concordes erunt, & publica, & priuata libere ac omni metu ſepoſito depeculari licebit. tunc Reipublicæ ſaluti meliùs ſuccurri non poteſt, quàm ſi mutuis odiis & accuſationibus ſuas ipſi ſordes, expilationes, peculatus, ac furta palam detegant: vt nunquam meliùs cum gregibus & armentis agitur, quàm ſi lupi ſe inuicem vorare conſueſcant: vt quidem Philippus Cominius Anglorum principes mutuis cædibus & capitalibus iudiciis ſaluti plebis publicæque ſecuritati conſulere ſcribit. Et cùm Appius Conſul acerrimè intercederet, ne Tribunorum plebis numerus duplicaretur, Cincinatus illum interpellans, Deſine, inquit, Appi: nam quo plures Tribuni fuerint eo difficiliùs concordiam tuebuntur: ac ſæpiſſime Tribunitiam vim ſuorũ interceſſione frangi ac debilitari neceſſe erit, cùm vnius interceſſione

*Magiſtratuum diſcordia vtilis.*

omnium actiones prohibeantur. Prudẽter ille quidem: ſtetit enim Reſpublica Tribunis ſæpe diſſentientibus, quæ concordibus momento ruitura fuiſſet: ac tandiu ſtetit quoad Pub. Claudius homo improbus, anno pòſt quadringenteſimo rogationem tulit ad plebem, ne vnius Tribuni interceſſio collegarum actiones impediret. Itaque Cato maior, Romanę ſapientiæ decus, nec ſeruorum in ſua familia, nec magiſtratuum in ſua ciuitate cōcordiam [1] ferre poterat: ſed latenter & occultè inimicitias & odia ſerebat: vt mutuis accuſationibus quaſi vulneribus, improbi caderẽt: boni verò laudem adipiſcerentur: nec fieri poſſe putabat vt in tam magna ſeruorum ac magiſtratuum concordia, alteri rem publicam, alteri priuatam, vel impunitate propoſita, vel certè accuſationis metu ſublato, non diriperent. Itaque non dubitauit quinquagies accuſare, ipſe verò quadragies accuſatus eſt: vitæ tamen anteactæ ac rerum laudabiliter à ſe geſtarum conſcientia fretus omnium aduerſariorum facilè calumnias eluſit. Quibus rebus ciuitatem ciuium optimorum ac fortiſſimorum abundantiſſimam reddidit. Quid? num Senatus Romanorum magnam pecuniæ vim Marco Bibulo decreuit, vt Conſulatum emeret ac Cæſaris opibus obſiſteret, qui Luceium amicum ad petitionem Conſulatus callidè ſubornarat, quò faciliùs [2] omnia nutu arbitrióque ſuo cōcordi & cōſentiente collega gereret? Quinetiam Cæſar [3] ipſe clariſſimus

» rerum Gallicarum teſtis de moribus maiorum noſtrorum ſcribens: In
» Gallia, inquit, nō ſolùm in omnibus ciuitatibus, atque in omnibus pagis
» partibúſque, ſed penè etiam in ſingulis domibus factiones ſunt: earúm-
» que factionum principes ſunt: qui ſummam auctoritatem eorum iudi-
» cio habere exiſtimantur, quorum ad arbitrium iudiciúmque ſumma o-
» mnium rerum conciliorúmque redeat. Idque eius rei cauſa antiquitus
» inſtitutum videtur, ne quis ex plebe contra potentiorem auxilij egeret.
» Suos enim quiſque opprimi & circunueniri non patitur: neque aliter ſi
» faciat, vllam inter ſuos habet autoritatem. Hæc eadem ratio eſt in ſum-
» ma totius Galliæ: nanque omnes ciuitates in partes diuiſæ ſunt duas. Hęc

ille. Quibus rebus intelligitur ciuitatibus ſalutaria ſemper extitiſſe magiſtratuum ac principũ inter ſe diſſidia quibus ſcilicet improbi bonorum virtute, aut mutuis accuſationibus frangantur. Neque id ſolùm Romanis æquè ac maioribus noſtris, verumetiam Lycurgo ſapientiſſimo legiſlatori vtile viſum eſt: cùm ipſe inter vtrunque regẽ Lacedæmoniorũ diſcordias ſereret: legatos etiã qui inimicitias exercerent, ſimul coniugauit, ne Rempublicam conſpirationis mutua conſentione proderent. Quòd verò corporis humani membra omnia contagione [o] quadam amica ſibi eſſe, eáque ſublata hominem interiturum putant, argutè magis illud quidem quàm verè dici videtur: cùm ex repugnantibus maximéque inter ſe contrariis humoribus ac partibus hominis natura tota coagmentata ſit: & in qua pugnent calida frigidis, humida ſiccis: ſcilicet flauæ bili ac felli amariſſimo dulciſſima pituita: cupiditati belluarum in modum exultanti, ratio diuina: qua partium diſcordia ac temperatione tum de homine, tum etiam de mundo ipſo ſublata, vterque momento ſit inte-

[1] Plutar. in Catone maiore.

[2] Sueton.

[3] Lib. 6. Comment.

[o] συμπάθειαν Græci Cicero contagionē appellat in lib. de fato.

B

C

D

ſit interiturus. Principes igitur in ciuitate inuicem repugnare ſibi nō repugnat moribus ciuitatis bene conſtitutæ, ſiue in Senatu, ſiue in iudiciis, ſiue in rebus rationibúſque contrahendis, ſiue omnino in inueſtigatione veri, cuius ſplendor maximus inter extrema potiſſimùm elucet. Ac mihi propiùs res hiſtoriáſque Romanorum intuēti prudenter ſuos magiſtratus quantum quidem licuit, ingeniis ac voluntatibus inter ſe diſcrepantes ſimul coniunxiſſe videntur. Cùm enim proſpiceret Senatus Claudium Neronem conſulatum adeptum iri, fortem quidem ac ſtrenuum imperatorem, ſed animi quodam impetu magis quàm prudentia in hoſtium exercitus irruere cōſuetum, Senatus, quod graue bellum ad-
B uerſus Hannibalem & Haſdrubalem in Italia gerēdum eſſet, Liuiū Salinatorem ad Conſulatus petitionem promouit; prudentiſſimum in primis, ac diuturna rerum bellicarum experientia doctum, atque id ætatis quæ & collegę feruorem temperare, & iam ingraueſcens à collega ad bellum acriùs inflammari poſſet. Ita quidem vterque vtrique eodem munere coniunctus memorabilem de Pænis victoriā fuſo ac cæſo Haſdrubale domum retulerunt, quæ Cartaginenſibus certiſſimum exitium, Romanis ſalutem, & imperatoribus gloriam peperit ſempiternam. Eoſdem Senatus ad Cenſuram deſignauit: ac tametſi clara in primis eſſet vtriuſque & vna omnium voce concelebrata virtus, ſic tamen inter ſe diſſidebant vt in ipſa Cenſura, in qua modeſtiæ miſta grauitas elucere, & o-
C dia concepta reſtingui aut certè conquieſcere debuiſſent, alter alterum ignominia notaret. Eadem prudentia Romani Fabium max. & M. Marcellum ad bellum Annibali inferendum coniugarunt: maximum vtrunque imperatorē & militaris diſciplinæ peritiſſimum: ſed hic prælij cum Annibale conſerendi cupidiſſimus, ille hoſtem patientia frāgere doctus: hic comminus hoſtem laceſſere, ille impetus modò ſuſtinere: hic acerrimus & audaciſſimus pugil, ille moderatiſſimus cūctator: hic gladius, ille Romanorū clypeus eſt appellatus: & vtriuſq; virtute imperiū non tātū [4] ab interitu impēdēti ſeruatū eſt, ſed etiā lōgè latè propagatū. Quòd ſi bonorū ac fortium ciuiū æmulatio tot ac tantas vtilitates ciuitatibus affert, quantò maiores futurę ſunt, ſi aduerſus improbos inimicitiæ exarſerint?
D Atq; hæc argumenta in vtrāq. partē probabilia videri poſſunt. Quid autem ſtatuendum ſit non ita facilè diiudicari poteſt. Neque enim magiſtratuum modò, verumetiam Rerumpublicarum ſtatum intueri oportet. Illud tamen de toto genere Rerumpublicarum ſtatui poſſe opinor, minores magiſtratus inter ſe contendere, ciuibus vniuerſis potiſſimùm in popularibus imperiis vtile eſſe: Et, quoniam populus non alios rerum communium procuratores habet quàm magiſtratus ipſos, publica magiſtratuum direptioni facilè patebunt, niſi mutuis accuſationibus coerceantur. In monarchia verò vtiles ſunt interdum maiorum magiſtratuum contentiones, cùm vnius poteſtate regantur, à quo facilè caſtigari poſſint: modò princeps nec amens ſit, nec inſanus, nec infans, qui alienæ poteſtatis imperio teneatur. At in optimatum & popularibus imperiis, ſummos in Republica magiſtratus inimicitias & odia exercere val-

4 Plutar. in Marcello.

de periculoſum iudico niſi publicæ fuerint quàm ſuæ vtilitatis cupidiores: qualis fuit controuerſia Scipionis Affricani maioris cũ Fabio max. & iunioris cum Catone maiore: Liuij Salinatoris cum Nerone: Lepidi cum Fuluio: Marci Scauri, cum Catulo: Themiſtoclis cũ Ariſtide: quorum egregia de virtute contentio Reipublicæ ſemper fuit ſalutaris. Si verò imperandi nimia cupiditas & honorum contentio inter improbos ciues & in ſumma poteſtate conſtitutos oboriatur: cuiuſmodi fuit Marium inter & Syllam: Cæſarem & Pompeium: Auguſtum & Antonium, Thucididem & Periclem, ſtatus conuerſionem aut euerſionem impendere ciuitati neceſſe eſt: eóque magis in optimatum quàm in popularibus imperiis, quod pauci optimates iura maieſtatis habent, & honoribus B ſoli ſemota plebe fruuntur: qua occaſione belli ciuilis inter principes ciuitatis oblata libertatem cum imperio inuadunt: aut partium duces opibus ſuperiores aduerſarios opprimunt: aut ad vnius dominatum Reſpublica delabitur: At in monarchia maiorum magiſtratuum inter ipſos cõtentiones minùs metuendæ ſunt, quia principis imperio ſedari, & improborum ſordes iſta ratione elui facilè poſſunt. Omni ciuitatum generi neceſſaria eſt ad cohibendas contentiones quæ ciuitatibus interitum allaturæ videantur, ſummorum magiſtratuum diſparitas, ſeu potentia, ſeu numero: ne qui numero pares ſunt, ſi ſententiis diſſident, actiones publicas impediant: aut qui plures erunt, ambitioſorum hominum vim frangere & conatus perrumpere poſſint: ídque potiſſimùm in popularibus C imperiis vtile eſſe iudico. Et quidem ea res opinor impulit Vranos, Tugienſes, Vnderualdos, Glarenſes, qui maximè omnium populares ſunt, vt tribus Amanis non duobus ſummum imperium tribuerẽt: nam duos inter ſe diſſidentes tertius facilè conciliare poteſt: ac minùs opportuna ſeditioni ciuitas eſt, quàm ſi duobus ſummum imperium tribuatur, vt apud Bernates, Lucernates, Solaturios, Friburgenſes, Baſilienſes, Schaffuſios, Tigurinos. vtilius eſſet quatuor coniungere, vt Geneuates ac Schuitenſes conſueuerunt: aut plures quatuor impari numero, vt olim Athenienſes nouem Prætores quos ipſi Archontas appellabant: vt pauciores cæteris aſſentirent, aut numero vincerentur. quod à duobus fieri non poteſt, niſi alternis diebus ac viciſſim imperent, vt Suffetes Carthaginen- D ſium, & Conſules Romanorum. Quamobrem noſtris legibus fiſcales vbique tres creari placuit, vt tertius diſſidentes collegas conciliare inter ſe aut alteri ſeſe adiungere poſſet. qui magiſtratuum impar numerus in populari & optimatum ſtatu magis eſt quàm in monarchia neceſſarius: & in hoc ſtatu maiorum magiſtratuũ cõtrouerſiæ minùs metuendæ. Et quemadmodum Deus opt. max. vniuerſitatis ac naturæ parens mũdum hunc ex orbium contrariis inter ſe conuerſionibus, tum ex ſiderum ac elementorum diſcrepantibus naturis, tum etiam ex animantium, ſtirpiúmque contraria vi ac poteſtate coagmentatum mirabili concordia moderatur: ſic etiam rex (imago ſpirans ipſius Dei rerum omnium principis,) ex diſſidentium inter ſe magiſtratuũ diſſimilitudine concordiam ac ſalutem ciuium tuetur. & vt in fidibus & cantu ipſo, quem abſurdum

& eun-

& eundem aures eruditæ ferre non poſſunt, concentus ex diſſimillimis vocibus, grauibus inquam & acutis, tum mediis inter vtraſque artificioſè confuſis ac temperatis diſcordia quædam concors efficitur & cõgruens: ita quoque ex potentibus ac tenuibus, ex ſummis & infimis tum etiam mediis ordinibus interiectis, atque adeo ex ipſa magiſtratuum inter ipſos diſcordia ſalus omnium concors exiſtit, arctiſſimum in omni Republica vinculum incolumitatis. Nam cùm Cæſari Bellouacis acerrimum bellum inferenti Tribunos legionum duos aduerſarios inter ſe omnium maximos haberet, iuſſit in hoſtes odium conuertere: atque hi ſpectante Cæſare ſũma laudis contentione de hoſtibus victoriam retulerunt: quã
B hoſtibus dediſſent niſi Cæſaris imperio ac poteſtate coercerentur: quod cùm ſæpiſſimè tum verò Ludouico XII. rege Francorum accidit, vt Ducis Vrbinatis, & Cardinalis Papiẽſis, qui Pontificis maximi exercitum ducebant, contentiones acerrimæ victoriam regi faciliorem pepererunt. quem in ſtatum Romani delapſi videbantur contentione inter Fabium max. & Minutium Romanorum duces oborta, quę Annibali victoriam, Romanis exitium attuliſſet, niſi Fabius pro ſalute publica inimicitias depoſuiſſet, ac collegam vnà cum exercitu Romano ab interitu ſua virtutẽ liberaſſet. Pernicioſæ ſunt igitur in imperio populari maiorum magiſtratuum contentiones, ſi prius ſuis cupiditatibus quàm Reipublicæ ſeruire malint. Itaque Marco Lepido & Q. Fuluio creatis Cenſoribus, acres illas
C inimicitias quas antea ſemper exercuerant, Senatus frequens vt ſalutis publicæ cauſa deponerẽt, perſuaſit. Id quod à Senatu ſæpe factum legimus, cùm Tribunorum plebis furor in Conſularem libidinem exarſiſſet, quæ ciuitati detrimentum allatura videretur. Sed quæ pericula Imperio populari à maiorum magiſtratuum grauiſſimis contentionibus, eadem, atque haud ſcio an interdum maiora, ab arctiſſima illorũ amicitia impendẽt, niſi publica commoda priuatis anteponant. Quamobrem cùm Cæſar, Craſſus, & Pompeius ſummam ſocietatis fidem & amicitiam, affinitatibus & conuiuiis confirmarent, totámque ciuitatem ad ſe pertraherẽt, Cato Vticenſis, qui velut è ſpecula futuros caſus ac tempeſtates proſpiciebat, palam dixit Rempublicam lenociniis principum proditam eſſe ac
D proſtitutam. Duobus tamen propoſitis periculis, grauiora ſunt quæ ab acerrimis contentionibus, quàm quæ ab amicitia arctiſſima principum impendent, ſi magnis opibus ac potentia præſtant: quia cõcors amicitia paucorum, qui plus cæteris poſſunt, etiam ſi priuatis cupiditatibus & cõmodis omnino inſeruiat, minùs eſt Reipublicæ nocitura quàm diſcordia: ac præſtabilius eſt paucos ſimul imperium ſeruare, quàm perdere: quod futurum eſt, ſi graues illæ inimicitiæ ad arma ciuilia prorumpant. Hoc quidem cum ſignificaret Liuius de Caluinio Cãpano, Hominem, inquit, improbum ſed non ad extremum perditum, qui malet incolumi, quàm euerſa patria dominari. At M. Tullius tametſi tricipitiũ illud Cæſaris, Craſſi, ac Pompeij valde metuendum eſſe diceret, nihilominus tamen Craſſo cum legionibus Romanorum in Caldæa occiſo, & Iullia Põpeij celeri morte præuenta exclamauit [5], Vtinam Cn. Põpei amicitiam [5 Philip. 2]

cum Cæſare nunquam coiſſes, aut nunquam diremiſſes. quoniã illorum amicitia creuerant Cæſaris opes liberis ciuibus, ac Reipublicæ populari metuẽdæ: amicitia verò, quã Iullia Pompeio collocata vtcunq. tueri potuiſſet, Craſſi cæde dirempta, ad Pompeium & Cæſarem ſumma rerum delapſa eſt, quorum alter cùm parem ferre, alter maiorem non poſſet, armis ciuilibus dimicandum neceſſe habuerunt vter vtri imperaret. Quòd verò maiores noſtri factiones principum ciuitatibus vtiles eſſe putabãt, vt quidem Cæſar ſcribit, vix eſt vt mihi perſuaderi poſſit, cùm ipſius Cæſaris iudicio factiones principum ac ciuitatum exitiũ illis attulerint, aliis quidem Germanorum aliis Romanorum opes aduocantibus: quoniam aut vtriſque aut certè victoribus ſeruiendum erat. Nec verum eſt princi- B
pum in Anglia cędes mutuas tenuibus ſalutares eſſe, vt Cominius ſcribit: quinetiam cùm in Angliam legationis cauſſa profectus eſſem, ab incolis didici nihil eos niſi principum factiones ac ciuiles diſcordias metuere: quas vt commodiùs dirimere & frangere poſſint, ſæpiſſimè conuentus omnium ordinum habere conſueuerunt. Atque hæc quidem de magiſtratuum erga principem obſeruantia, tum de officiis erga ſe mutuis, & aduerſus priuatos: nunc ordo poſtulat, qualem ſe princeps erga ſubditos gerere iudicémne agere, & colloquia cum illis habere debeat nécne, qua breuitate fieri poterit diſſeramus.

## *An maieſtati principis iudicem agere, & cum ſubditis colloquia ſerere conueniat?* CAPVT VI. C

NOVA ſanè queſtio nonnullis, miniméque dubia videri poſſit, cùm veteribus omnibus tum philoſophis tum hiſtoricis inter ſe conueniat, iuſtitiæ fruendæ cauſa reges eſſe creatos, vt quidem Heredotus de Medis, Tullius de Romanis ſcribit quinetiam veterum Græcorum reges non alio quàm iudicum nomine fuiſſe appellatos teſtis eſt Æacus, vnde genus Æacidarum, teſtis Minos, teſtis Rhadamantus Græcorum reges, qui quòd æquitate ſumma ius dicerent ab Ioue ſempiternum iudicandi ac imperandi munus apud inferos adepti dicuntur. Nec Homerus aliter ferè Græcorum reges appellat quàm ποιμένας λαῶν, quæ vox non iudicia modò verumetiam populi procuratio- D
nem eiúſque tuendi ſolicitudinem ſignificat. Qui verò poſt Æacidarum gentem apud Athenienſes quaſi præ reges fuerunt, δικασταὶ ſeu iudices appellabantur. Ac tametſi Hebræorum Imperatores belli gerendi cauſa ſępe Deus excitaret, nihilominus tamen שופטים, id eſt iudices dicebantur. Quinetiam cum Samuel conſenuiſſet, atque ingraueſceret ætas iam ſua, populus regem ſibi poſtulauit hac lege & conditione, vt aliorum regum moribus ac inſtitutis populo ius diceret. Id autẽ principis aduerſus ſubditos obligatio poſtulat, quæ quidem obligatio mutua eſt & vtrinque contracta, vt non magis principi parere ſubditi debeant, quàm princeps ſubditis ius dicere. Neque enim ſatis eſt à magiſtratu iubente principe id fieri, cùm ſubditi fidem principi & obſequium præſtare iuſſi, procuratorum miniſterio vti non poſſint. Ac multò magis neceſſariũ videtur principem

cipē per ſeipſum ius dicere, quàm ſubditos procuratorio nomine fidem principi dare: quia ſubditi obſequium ac fides in dubium minimè reuocatur: ſed is quem princeps iudicare iuſſit, vel ſordibus, vel gratia vel odio ad iniquè iudicandum adduci poteſt: quod in principē minimè conueniat, qui Deo rationem iudiciorum reddere teneatur: & qui opponere illud non poſſit, ſe ſuorum iudicum religionem ac fidem ſecutum. Quid autem maius aut efficacius ad mutuam principis ac ſuorum coniunctionem & cōcordiam quàm ſubditos à principe iudicari, & ſingulorum res rationéſque cum principis actionibus communicari & comparari, qua communitate ſublata, veluti quodam ſubditorum cum principe com-
B muni vinculo, hinc inde ſeceditur, & ea, quę vtriſque communis eſſe debet, charitas & amicitia paulatim refrigeſcit. putant enim ſubditi contumeliam ſibi à principe inferri, cùm ius dicere dedignatur, & quidem æquiore animo ſententiam principis iniquam plerique ferunt quàm repulſam: eóque libentiùs quo contumelia grauior eſt, quàm iniuria. ſin princeps ipſe rogationem acceperit, legerit, diſceptauerit, etiamſi minùs quàm oportuit, quā decuit conſequantur, ſibi tamen ſatisfieri putant. At quanti ſunt illa nō modò principē Protribunali ſedentē intueri, audire, ſed etiam ab eo videri, audiri, cauſam agere. hęc certè incredibilē lętitiam ſubditis omnibus allatura nemini dubium eſt. ac ſi princeps vlla virtute clarus ſit, mirabilem etiam ſui amorem in omniū animis excitabit. Iam
C verò magiſtratuum imperia, ac iudicia ipſe ſua auctoritate iudicando efficiet multò clariora. Et cùm magiſtratus iniquè ſæpe, vel gratia, vel odio, vel metu, vel etiam legibus iniquis coacti iudicent: aut principis interpretatione ac reſcripto ad iudicandum egeant, ſæpe fit vt cùm mortalis ſit hominum natura, lites tamen immortales ſint: quas ſi princeps ipſe iuriſconſultorum ope diſceptaret, cùm legibus ſolutus ſit, non argutias legum ac formularum momenta, ſed æquitatem conſectaretur: ac breui lites omnes à ſtirpe reſecaret. Item tot prouocationes, ſupplicationes, euocationes, ac iudicia iudiciorum varietate cumulata, & eadem de re tot ac tam multa reddi non oporteret: ſiquidem à principe prouocari nō poſſet. Illa verò magiſtratuum ac iudicum tanta ſtipendia, quæque ob
D rem litémve dicendam pecuniæ tam multæ à ſingulis & vniuerſis minimè extorquerentur, nec ſordibus vel gratia tot erepta dicam an empta iudicia videremus. quāquam venalia iudicia, venales ſententiæ ſub haſta ſæpe proponuntur, ſed ſoluto pretio, nec merces corruptas redhibitoria actione reddere, nec pretium repetere licet. Eſt etiam in pleriſque iudicibus tanta ſæpe vecordia, tanta inſcitia, vt plerique vi & armis, quàm apud eiuſmodi iudices iure agere malint, quos princeps ipſe, ſi ius diceret, nutu ſolo ab iniuria ad mutuam concordiam reuocaret. Sed vt nulla maior vtilitas ad Rempublicam peruentura ſit, quàm quòd princeps iudicandi conſuetudine iuris ac iuſtitiæ vim in animo penitus expreſſam habeat, quid ab immortali Deo maius ac melius tum principi tum ciuibus optandum, quàm vt accuratiſſimè & aſſiduè ius dicere conſueſcat? Aliarum quidem artium ac diſciplinarum ſcientia princeps carere facilè

poteſt, iudicandi ſcientia non poteſt, quæ ipſa regalis eſt, & regum maximè propria: cùm arte imperatoria, quæ rem militarem continet aduerſus hoſtes tantùm vti, legitima verò ſcientia nec domi nec militiæ vacare poſſit. Sed ne argumentis omnia differantur, exemplis ſapientiſſimorum & quammaximè illuſtrium principum vti libet. Quis autem Salomoni ſapientiâ in toto mortalium genere comparandus eſt? At non ante rex initiatus erat, quàm ab immortali Deo id vnum precatus eſt, vt quantum ſapientiæ ad populi iura iudiciáque diſceptanda ſatis eſſet, tantum ſibi tribueretur. quæ vota tametſi ſomnianti Salomoni exciderant quaſi à vigilante facta fuiſſent tam grata Deo fuerunt, vt in eum omnes ſapientiæ ac ſcientiæ theſauros abundantiſſimè & cum ingenti mortaliũ omnium admiratione effudiſſe videatur: vt omnes intelligerent Deum non modò ſapientiam illi afflauiſſe, ſed etiam iudicandi munus regibus ipſis à Deo tributum fuiſſe. Quis item Auguſto rerum maximarum vſu ac prudentia comparandus? aſſiduè tamen ius dixiſſe fertur: ac ne morbum quidem excuſare ſolitum, quominus in lectica ius diceret. Quanquam illa populi Romani ac temporum, non Auguſti propria laus eſt, cui, ſi aliter faceret, imperare non licuiſſet: vt quidem anus illa ad Adrianum Auguſtum rogationem in aliud tempus reiicientem quia ſibi non tantum otij eſſe diceret, Noli igitur,[6] inquit illa, imperare: qua oratione permotus imperator conſtitit, vt roganti ius diceret. Si tantus princeps, & cuius imperium iiſdem finibus quibus Solis curſus terminabatur, ſatis officio fecit, cur ij qui particulas eius imperij adepti ſunt ius rogantibus dicere recuſabunt? cur non potiùs omni ſtudio, labore induſtria in id vnum iucumbent, cùm nulla ſit laudabilior philoſophiæ pars, inquit Plinius,[7] quàm agere negotium publicum, cognoſcere, iudicare, promere, & exercere iuſtitiam, quæque philoſophi doceant, in vſu habere? Quòd ſi legitima ſciẽtia iuríſque dicendi munus principibus tot ac tantas vtilitates parit, quantò vberiores futuræ ſunt, ſi illa ipſa quæ maieſtatis propria ſunt per ſeipſam tractabit? cætera quidem princeps magiſtratibus committere iura maieſtatis eorúmque cognitionem exuere non niſi cũ imperio ipſo poteſt. Næ illi valde cæci, ſurdi, muti, qui quæ ſua ſunt, & quammaximè propria nunquam niſi alienis oculis intuẽtur, alienis auribus audiunt, nec niſi aliena ſæpiúſque peregrina lingua loquuntur! ſuperiùs quidem docuimus non modò peregrinarũ gentium, ſed maiorum etiam noſtrorũ exemplis ignauiam regum, qui omnia domeſticis crederent, ſibi poſteríſque ſuis exitium attuliſſe. Hæc argumenta ſpecioſa quidem videntur iis, qui arcana imperij & abditã tuendæ maieſtatis diſciplinam non ſatis perceptam & vſu cognitam habuerunt. Mihi verò propiùs intuenti, non modò neceſſarium non videtur, ſed ne vtile quidem ciuibus principem per ſeſe ius dicere. Concedam tamen id præclarum fore & regali maieſtate dignum, ſi demus tales fore principes, quales Scylax Indorum reges opinione ſibi finxerat, id eſt tanto ſubditis præſtantiores, quanto Dij mortalibus ſuperiores ſunt. Quid enim præclarius eſſet, & ad ſplendorem illuſtrius, quàm in clariſsima populi luce

Spartian.

7 Lib. 2. epiſt.

*Cur princeps ius dicere non debeat.*

luce poſitum principem per ſeipſum æquitate ſumma iudicare? bene de Republica meritis ſua præmia, ſceleratis & facinoroſis ſupplicia irrogare? neceſſe eſt enim virum bonum ac ſapientem eſſe, qui non niſi bonorum ac ſapientum cætu delectetur: & integritate ac iuſtitia præſtare, qui ſumma æquitate ius dicat. Sed quis vitioſum principem populo ad intuendum, & ad imitandum proponat, niſi qui & principem irrideri, & populum deprauari velit? quæ enim leuiſſima ſunt in cæteris peccata, in principe flagitia iudicantur: nec magis latere poſſunt, quàm in ore ipſo ac vultu fœdiſſimus cancer: nam regiæ fortunæ ſublimitas regum actiones obſcuras eſſe non patitur. Eſt autem ſubditis omnibus quaſi lex ab ipſa natura inſita, vt omnia principis dicta, facta, geſtus, mores accuratiſſimè imitentur: atque in id vnum intentos habeant oculos, ſtudia, mentes, vt eius ſingula vitia, virtutes, omnem denique corporis & animi habitum ipſis animis & mentibus expreſſum habeant: vt rectiſſimè Plinius vitam principis cenſuram appellauerit, eámque perpetuam, ad quam dirigimur & ad quam conuertimur. Hæc illa eſt ab antiquiſſima vetuſtate poſteritati tradita diſciplina, primùm ab ipſo Sapientiæ magiſtro, deinde à Platone, Cicerone, Liuio, Caſſiodoro repetita: qualis ſcilicet fuerit ciuitatis princeps, talem quoque populum futurum. Meliùs etiam Theodoricus rex Gothorum apud Caſſiodorum, cùm ad Senatum populúmque Romanum ſcriberet, Facilius eſt, inquit, errare naturam, quàm diſſimilē ſui princeps poſſit Rempublicam formare. Quid exemplis in re tam perſpicua opus eſt? domeſticum illud tamen de multis. Franciſcus maior rex Francorum, & Manſor Affricæ ac Hiſpaniarum Imperator, alio quidem vterque tempore ac loco bonas artes ac diſciplinas incredibiliter amplexatus eſt: repente principes, patricij, nobiles, ſacerdotes, milites, opifices, omnis denique ætas, omnes ſexus tantis ſtudijs omnium artium ac diſciplinarum ſcientiam proſecuti ſunt, vt nullis vnquam ſeculis, nullis vſquam regionibus tanta doctorum hominum ſeges quàm ſub illis principibus extitiſſe videatur. Cùm igitur tantùm valeat principis imago, ad conformādos, & in vtramque partē mutādos ſuorū mores, ſummopere cauendū eſt, ne principē niſi optimè à diſciplina, vberiùs etiā à natura informatū, populo ſpectādum exhibeamus: aut ſi vitioſus erit, ſuorū oculis quaſi peſtē popularē modis omnibus ſubducamus. Non propterea, dices tu quidem, principem vitioſum oportet à publicis actionibus, à foro, à Senatu, à iudiciis abſtinere: cùm nemo tam ſit deprauatus vt nullis virtutibus, nulla laude excellat, nulla vitia diſſimulare poſſit: quarum virtutum ac vitiorum delectum habituri ſunt ciues: vt hæc quidem declinare, illas amplecti facilè poſſint. Ego verò vitia potiùs imitaturos quàm virtutes exiſtimo: eóque faciliùs quò citiùs ad vitia quàm ad virtutes gliſcit hominum natura: & cùm vnus ſit ad virtutem rectiſſimus aditus, innumerabiles vltro citróque ſinuoſi anfractus, quis dubitet quin praua potiùs quàm recta ſequamur? Fuerunt in Alexandro magno rariſſimę virtutes, ſed rerum à ſe geſtarum gloriam ac decus turpiſſima ebrietatis conſuetudo fœdauit: quum etiam talenti

præmium propoſuiſſet ei qui pocula vini ampliora ſiccaret: in quo certamine quadraginta cum eo qui præmium tulerat effuſis viſceribus propemodum ſpectante rege crepuerunt ac perierunt. Hunc igitur morem non modò Græci, ſed turpiter cæteri quoque principes imitari ſtuduerant. Mithridates verò, etiam iis qui auidiùs vorarent ac biberent præmia propoſuit, & in vtroque genere victoriam, ſi vincere ab intemperãtia vinci, fœdiſſimam adeptus eſt. Virtutes verò ſimulare, aut vitia diſſimulare, cùm omnibus, tum verò principibus difficilimum ſemper viſum eſt: quia cupiditatibus imperare, domitas habere libidines, perturbationes cohibere minimè omnium didicerunt: quæ qui neſciat, malus eſt ſimulationis magiſter futurus. Dionyſius iunior Platonem Syracuſas acciri iuſſerat, hominis virtutibus ac fama illuſtri excitatus: vt primùm viri verba, voces, ſapientiam guſtauit, momento hiſtriones, ebrietates lenocinia, meretrices ſeſe à principis conſpectu ſubduxerũt: ſed quia vultum mutarat non mentem, & libidinum illecebras, non ipſas libidines exegerat, diu vitia diſſimulare non potuit, nec Platonẽ diu ferre, qui non priùs aula exceſſerat, quàm princeps ad conſueta flagitia non quidem omiſſa, ſed paululum intermiſſa rediit. tantùm valent principis ad immutandos ſubditorum animos illecebræ, multò faciliùs tamen ad vitia quàm ad virtutes. Sed domeſtica libentiùs quàm externa memini. Franciſcus maior rex accepto vulnere capillos, quò faciliùs curaretur, tonderi iuſſerat: repente domeſtici omnes, principes, nobilitas, magiſtratus, opifices, omnes denique ordines capillos omnino de capite decuti curauerunt: ac ſi quis maiorum veſtigiis inſiſteret, aut tonderi turpe duceret, cum omnium riſu excipiebatur: cùm tamen regum inſigne ab huius imperij primordiis ſemper antea fuiſſet, nec niſi patriciis ac nobilitati capillitium nutrire fas erat: cæteri ſeruili habitu tonderi tandiu coacti ſunt, quoad Petrus Lombardus Pariſiorum Pontifex obtinuit, pro ea, quæ tunc erat Pontificum in reges autoritate, vt plebi capillos alere liceret. At principis aſſentatores, non modò animi, ſed etiam corporis & naturæ vitia modis omnibus affingere conãtur: & vt procul ridentem aſpexerint, rident: ſi claudus eſt claudicant ipſi. Alexander magnus & Alphonſus rex Aragonum colla contorquebant, hic quidem à natura, ille verò à conſuetudine deprauatus [8]: aulici canes vtriuſque vitium modis omnibus ſtudebant imitari. Quid igitur ciuitati pernicioſius quàm principum vitiis ſubditos imbuere velle? Illud etiam exitioſius, quòd principum peccata, leuiſſima (quanquam leue nihil in eo genere videri poteſt) amplificare ſtudent aulici, vt quocunquè proficiſcantur, populi mores deprauari ſit neceſſe: vt locuſtarum & erucarum examina populatis frõdibus ac frugibus etiam in poſterum ſemina relinquunt, quæ agros & arbores quantumuis puras ac fertiles inficiant. Demus tamen vitioſum non eſſe principem, (rarum mortalibus ac Dei conceſſu tributum donum, quum vix ſingulis ætatibus ſinguli principes tolerabiles reperiantur) & ſummæ virtutis eſſe, vitiis item vacare: tametſi maximum interuallum ſit interiectum inter eos qui virtutibus imbuti ſunt, & qui à vitiis deſeruntur, vix tamen

8 Plutar. in Pyrrho.

tamen fieri poteſt vt non aliquid excidat principi, quod ſpectantibus riſum mouere poſſit. at multum de principis eius dignitate detrahitur, qui aut ineptus ſit, aut eſſe videatur. Demus igitur illud quoque, nec vitioſum, nec ineptum eſſe, at ne videri quidem, ſed præclaris virtutibus informatum, ipſa tamen ſubditorum cum principe conſuetudo, maieſtatem plurimum minuit, & eius contemptum parit: contemptum verò ſequitur contumacia, & à principe defectio. quòd ſi princeps ſe populo terribilem ac metuendum oſtentarit, vt maieſtatem ſuam tueatur, metum quidem fortaſſe ſuis incuſſerit, ſed tantundem de amore ſui detrahat oportet: amor autem ſuorum multò magis ad Reipublicæ ſalutem

B quàm metus neceſſarius eſt, eóque magis, quò qui amat, violare metuit quem amat: qui verò metuunt nec amant, hoc vnum ſtudent vt quē metuunt oderint, & oblata occaſione, ſi poſſint occidant. Ac mihi quidem altiùs cogitanti, videtur Deus opt. max. viam compendiariam principes humanos docuiſſe, quam ſi ſequantur, & amari poſſint, & metui: quia ſeſe mortalibus non niſi latenter & quidem dormientibus, nec niſi pauciſſimis quibuſdam ſummæ ſanctitatis ac integritatis viris inſinuat[9]. Cùm verò decalogum ſua voce promulgauit, & fulgura, tonitrua, flammas, ac tubarum mirabiles ſonitus & clangores tanta vi excitauit ac tantis terroribus populum perculit, vt omnes proni ac trepidi procumberent: cùm illam rerum faciem nec contueri poſſent, & à Deo precarentur ne dein-

C ceps vocem eius, quam ferre non poterant, audire cogerentur, ſed per Moſem, quæ vellet, iuberentur. Deum igitur qui non niſi mente conſpiciendum ſe præbet, ſuas leges reſonantem ſemel audiuit vna omnium ſelectiſſima gens: cùm tamen omnibus locis ac regionibus, omnibus horis ac momentis mortales omnes, imò verò omne animantium genus ſumma charitate ac bonitate ſempiterna foueat, & bonorum omnium cumulis abundantiſſimè augeat. Principem igitur in Reipublicæ adminiſtratione illam quam Deus in mundi procuratione adhibet ſapiētiam imitantem à ſubditorum & à populi conſpectu ſe quantum licebit ſubducere, nec ſe niſi cum maieſtate ſumma contuendum præbere: ſua conſilia & arcana cum pauciſſimis ſummæ ſapientiæ ac integritatis homini-

D bus, quorum delectum ſingularem in primis habebit, communicare: & eos ſuarum legum interpretes adhibere: ſubditos denique ſumma benignitate & charitate fouere, & ab omnibus hoſtibus ſumma prudentia ac potentia tueri oportet. Extat liber de mundo ad Alexandrum magnum, in quo quidem Deus vniuerſitatis moderator, cum rege Perſarum potentiſſimo comparatur, qui in arce ſuperba triplici muro ac fortiſſimis propugnaculis munitiſſima, omnibúſque deliciarum generibus abundantiſſima domicilium habet: ac tametſi mortalium nemini viſenda eſſet præterquam pauciſſimis quibuſdam amicis, nihilominus tamen ab extremis Indiæ & Helleſponti finibus quæcunque in Imperio gererētur, breui temporis interuallo diſpoſitis vndiq; flammarum per ſpeculas indicibus & exploratoribus intelligeret ac ſentiret. At nulli principes tam magnum Imperium tandiu tenuerunt: nulla vſquam ſubditorum erga

[9] Numeri. 12.

principem obediētia maior, nec iuſtiora vllius principis erga ſuos imperia extiterunt. Iam verò principes illi qui libidini ſeruire didicerunt, à luce & cōſpectu multitudinis ſe ipſos in latebras ſubducere conſueuerunt, vt liberiùs omnibus voluptatum generibus expleantur: vt quidem Tiberius optimus ſimulationis artifex inſulam deſertiſſimam ad fruendas voluptates conquiſierat, turpiter ille quidem: minùs tamen imprudenter quàm qui impuriſſimarum libidinum odore teterrimo loca publica æquè ac priuata conſpurcant: qui cùm plus exemplo quàm ſcelere ipſo peccant, tum etiam in vniuſcuiuſque mentibus & animis ſui contemptum ingenerāt. at princeps qui modò ſapit quoties ſeſe populo cōſpiciendum præbet, (quod quàm rariſſimè faciet,) ſeipſum ita comparabit vt ore toto ac vultu maieſtatem miſta modeſtiæ grauitate ſpirare videatur: ac potiſſimùm in ſermone in quo dignitatem & pondus ſententiarum ineſſe oportet: ac dicendi genere vtetur quod ſit vtcunque à populari remotum: quæ ſi paulò difficiliora principi videbuntur, præſtabilius erit vel parciſſimè loqui, vel omnino conticeſcere: cùm ſciamus homines in tantis rebus, aut vt contemnant, aut metuant, aut oderint, aut amēt, opinione non minùs quàm aliqua certa ratione commoueri: ac ſi verum eſt quod Sapientiæ magiſter ſcribit, ſtultos quandiu vocem continent ſapientiſſimos iudicari, quantum principi publicam orationem habituro enitēdum erit, vt ore, vultu, verbis, omni denique, actione cum dignitate maieſtatem tueatur? nam hæc ſingula pro legibus, pro exemplis, pro oraculis haberi conſueuerunt. In quo Tiberius nequid peccaret nouum morem inuexit, vt ſcriptis conueniretur ac reſponderet. Moris erat, inquit Tranquillus, eo tempore principem etiam præſentem ſcripto adire[1]. Ab iis verò qui ſæpius ſermonem habent in concione, apud Senatum, coram populo, multa peccare neceſſe eſt, quæ principis contēptum allatura ſint, aut exiſtimationem violatura, vt nō immeritò Græcus neſcio quis diceret, Principem non aliter publicè, quàm in tragœdia, ſi modò ſapit, verba facturum. Intelligo quæ quiſque dicturus ſit, nec meam ſententiā omnibus probabilē videri: ſcilicet principē ab oculis ciuiū ſubducere, ſermones non niſi cum amiciſſimis ſerere, multis multa iure rogantibus nihil reſpondere, ac ne loquentes quidē ſubditos audire velle: abſurda illa quidem ac principe minimè digna videri. Ego verò principē ſuorum ciuium conſpectum omnino refugere ac latebras quęrere nolo, vt reges Indiæ nonnulli: ſic enim de rege Borneo noſtra ætate proditum eſt, qui præter vxorem & liberos alloquitur neminem, videtur à nemine: ſed domeſticus aliquis ex abditis locis arundine ori admota ſolet adeuntes conuenire: ne frequēs ſit in populi corona, ne omnibus aditu facilis, ne multus ſit in ſuorum, niſi proximorum & familiarium colloquiis: ne iocis, dicteriis, luſu, exercitatione publica voluptatem quęrat: his enim rebus principis maieſtas, quā modis omnibus illæſam eſſe oportet, & exiſtimatio valde minuitur atque eleuatur, eóque magis quò maior erit & auguſtior princeps. Neque enim in eo genere Turcarum, aut Æthiopum, aut Tartarorum, aut his omnibus maiorem Hiſpaniarum

[1] Tranquil. in Tiberio.

B C D

rum Principem cum regulis æquare oportet: ne ridiculi videantur, ſi ne aſpici quidem à ſubditis ſe patiantur, vt illi, quos non niſi demiſſis in terram oculis alloqui fas eſt, & à quibus non niſi aduerſo vultu & corpore diſceditur. Quanquam ad interioris Affricæ reges nemo niſi adorans, & puluere antea conſperſus verba facit[1]. Quòd ſi quis putet Orientis & Auſtri reges his moribus ac inſtitutis vti oportere, quod ſeruilis & abiecta ſit ſubditorum natura: Aquilonis verò populos ingenuam quandam animi vim ac præſtantiam habere; quæ ſeruitutem huiuſmodi ferre non poſſit. Iſtud quidem ſuo loco, & quæ regionis cuiuſque natura ſit diſſeretur: video tamen reges Angliæ, Poloniæ, Moſchouiæ, qui ad A-
B quilonem poſiti ſunt, Gallorum & Italorum principibus auguſtiores, ac multò accuratiùs quàm noſtros maieſtatem tueri ſuam. Occurritur etiam à pleriſq;, principes qui ſuorum ope ac ſolicitudine publica omnia gerunt, ab illis interdum regno ſpoliari. eius rei exempla de Sardanapalo & Childerico promere non dubitant: quorum tamen alter inops à mente, alter omni voluptatum genere diffluens ad ſeruitutem, quam ad imperium aptior erat. ſed abſurdum eſt vnius aut alterius principis exemplo præcepta concludere velle. nunquam certè Gallorum populi magis obſequentes fuere, aut regum maieſtas auguſtior, quàm primis illis regibus, qui non niſi Calendis Maij ſeſe populo conſpiciendos proponebãt: omnia Præfecti Prætorij, quem Palatij Magiſtrum appellabant, im-
C perio gerebantur. Sed huic morbo ac periculo facilè occurri poteſt, ſi ad præfecturam Pretorianam duos tréſve collegas princeps adhibeat, vt Imperatores Orientis feciſſe videmus. ita fiet vt potentia ſingulorum deminuta, regia maieſtas auguſtior ſit ac tutior futura. Nam cùm Tiberius Seianum, Cõmodus Perennium, Theodoſius II. Eutropium, Iuſtinianus Belliſſarium, Xerxes Artabanum, Childericus Pipinus ſummam rerum & corporis ſui cuſtodiam ſolis tribuerent, in ea quæ dixi pericula inciderunt. Quòd autem ad iuriſdictionẽ attinet, multò meliùs magiſtratuum quàm Principis officio exerceri poſſe non dubito. Quis eſt enim qui neſcit tam multa in boni iudicis officio poſita eſſe, vt peritiſſimos etiam ac diligentiſſimos fugiant? plura certè principem antè præterlabi neceſſe eſt
D quam percepta ſint. at in eo ſæpe quod aures præteruectũ eſt, ſtatus cauſæ verſatur. Ac ſi quis principem dixerit iuris ac iuſtitiæ peritiſſimos viros habiturum, quales Auguſtus, Traianus, Adrianus, Aurelius, Alexander habuiſſe feruntur, id quidem non ita difficile Romanis principibus ſic educatis videbatur: ſed aliis moribus ac inſtitutis nũc viuitur. Quis autem non videt tam multas vbique litium dilationes tot ſubterfugia reorum, tot pragmaticorum fraudes, tot circumforaneorum rogationes & clamores non modò principem nõ laturum, ſed ne magiſtratus quidem ſine incredibili moleſtia, quę deuoranda illis eſt, ferre poſſe? at ne res quidem omnium in ciuitate maximas maximíque ponderis ac momenti princeps capere poteſt: quo igitur modo tot rebus litibúſque iudicandis ſufficeret? ſi munus illud ſuſcipiat, nec tamen rectè atque ordine exequatur, pro iure iniuriã illaturus eſt. In quo certè Demetrius, is qui obſeſſor

*[1] Leo Affer.*

*Periculum nę princeps qui omnia alteri cõmittit, imperio exuatur.*

eſt appellatus, Macedoniæ rex, cùm iudicandi munus obire velle videretur, ac rogationes quamplurimas à ſingulis accepiſſet, oblata occaſione omnes ex intimo ſinu in flumen contumelioſiſſimè effudit[3]: cuius facti inſolentia & indignitate Macedones ſic exarſerunt, vt non multò pòſt exercitus illum deſeruerit: deinde totius populi conſpirãtibus omnium animis ſecuta defectio eſt, regnandi poteſtate ad Pirrhum delata. Si principẽ iudices ac iudicia daturũ putes vt lite conſtituta, deinde planè percepta & cognita ſentẽtiã ferat: erit tamẽ in iudicũ arbitrio qualis ſentẽtia feratur, niſi princeps ipſe facti quęſtionẽ, teſtimonia, tabulas, leges, mores & cætera quæ ad lites inſtruẽdas pertinent, exquirere volet: ſed quis non potiùs litium ac iurgiorum requietem optet? quibus autem principibus B tantum ab re ſua otij eſt, vt etiamſi maximè velint, ea tractare poſſint? Demus tamen vniuerſi populi iudicia principem non modò velle, ſed etiam poſſe diſceptare: nego principis maieſtati conuenire lites ac iudicia ordinaria pertractare: qui præterquam quod pleraque reſcripta, decreta, iudicia in Prætorio, principum vel gratia vel pecuniis regio nomine erepta videmus, illud iniquum eſt, ſubditos à neceſſariis negotiis rebúſque domeſticis auelli, vt principem huc illuc vagantem conſequantur: ac multò commodius videretur liti cedere quàm cum tanto detrimẽto litigare. Cùm autem nulla ſit principe cognitio dignior quã quæ eſt de capite, de fama, de fortunis omnibus, quis accuſator reos apud principem agere? quis peragere velit? quis audeat? quis poſſit in C tanto fortunarum ac vitæ diſcrimine ſi reus euaſerit? Etenim cùm principes vix vnquam reos damnare conſueuerint, & damnatos ſæpiùs reſtituant, non modò nulla peccatorum vltio, ſed ſumma improborum impunitas iſta ratione in Republica ſequeretur: quo nullum certius eſt citò perituræ ciuitatis argumentum. Cui calamitati cùm variis legibus occurri ſoleat, tum verò nuſquam commodiùs quàm lege Conani Scotorum regis: indictum illud appellant Mediolanenſium moribus vſitatiſſimum: quo quidem ſanxit arcam perforatam in maximo cuiuſque vrbis templo conſtitui, in quam cuique latenter iniicere licet delatorios libellos, quibus ſcelus admiſſum, locus, tẽpus, teſtimonia, rei denique, & conſciorũ perpetrati criminis nomina perſcripta ſint. magiſtratus ſtato D die vrnas aperiunt, quæſtionem habent: reo damnato bonorum dimidia pars delatori cedit. Quæ ratio vindicandorum criminum perfacilis eſt apud ordinarios magiſtratus ac iudices, quæ nec à principe expediri poteſt, ac ne commodè quidem explicari. Quamobrem Tiberius ineunte imperio palã dixit in Senatu, & magiſtratibus ſæpe reſcripſit[4], magiſtratuum iuriſdictionem nec mutare, nec ad ſe pertrahere velle: maius eſſe quod à principe quàm quod à maieſtate petatur. Neque verò mirum cuiquam debet videri, cur iudicandi munus antiquorum regũ propriũ nunc verò magiſtratuum ſit: quia cùm nullis adhuc legibus populi vterentur, ſed regia manus ac volũtas prò lege haberetur[5], neceſſe erat cauſas ciuium à principibus iudicari: promulgatis verò iudiciorũ publicorũ ac priuatorum legibus, & quæ quibus peccatis ſupplicia, quæ merentibus

3 Plutar. in Demetrio.

4 Tacit

5 De orig. iuris.

bus præmia dari oporteret, neceſſitas illa ſublata eſt, & à principibus ad iudices delata. Sed hîc occurri poteſt, principem non modò rerum omnium magnarum ſcientia eruditum, ſed etiam omnibus præclaris virtutibus ſubornatum: eius autem imperium tam anguſtis finibus terminari poſſe, vt vel vnius oppidi regionibus ſine cuiuſquam inuidia concludatur: eum verò iucundiſſimos pacis ac ſuauiſſimæ tranquillitatis percipere fructus: quis regnum illud ac regem quoque ipſum in ſumma fœlicitate non putet conſtitutum, ſi princeps iudicandi munere per ſe ipſe fungatur? Ego verò ſi quid ſentiam exquiris, ne illi quidem principi tam beato nec ciuibus tam fortunatis vtile puto principem iudicare: non
B quia ſui principis maieſtatem ſubditi tanto cultu & amore proſequuntur, vt nec ſatis libere auſint lites interdum odioſas, aut non ſine aduerſariorum inuidia exponere: aut quia negotiorum multitudine princeps obruatur: ſed quia nihil tam principis proprium eſt quàm clementia: regis quàm miſericordia: maieſtatis quàm lenitas. Et cùm tanta eſſet in Tito Imperatore morum facilitas vt illum humani generis delicias appellarent, ad iudicandi munus difficillimè acceſſit, ac ne quemquam capitis damnare cogeretur[6], Pontificis max. munus libentiſſimè amplexus eſt: cùm tamen Imperatores cæteri qui etiam Pontifices erant, à iudiciis capitalibus minimè omnium abſtinerent. nihil eſt autem veræ iuſtitiæ tam contrarium quàm commiſeratio, nec iudicis officio quicquã magis
C repugnat quàm miſericordia: cùm diuinis æquè ac humanis legibus iudex cuiuſquam miſereri prohibeatur. id enim maieſtatis tam proprium eſſe docuimus, vt ab ea diuelli non poſſit. Igitur princeps vtramque perſonam pro tribunali agere cogetur, ſcilicet parentis clementiſsimi, & integerrimi iudicis. Ac ſi quidẽ principis animus ſuapte natura lenis eſt, nemo tam ſceleratus erit, qui ſupplicia legibus decreta non effugiat, ſi principem habiturus eſt qui lacrymis, qui precibus, qui caſibus humanis commoueatur. Etenim Auguſtus prudentia nemini ſecũdus parricidam cum interrogaret, ſic auſpicatus eſſe dicitur. Certè patrem non occidiſti. quibus verbis nõ modò reum erudiebat quid principi, eidémque iudici reſponſurus eſſet, verumetiam parricidij veniam humaniſſimè largiebatur.
D Quinetiam Neronem ferunt cum iudicio capitali ſubſcribere rogaretur, Vtinam, inquit, literas neſcirem. At M. Tullius cùm Ligarium, quẽ Cæſar damnare propoſuerat, defenderet, his verbis Cæſarem paululum ab iracũdia placatum, vrgere cœpit. Cauſas Cæſar, egi multas & quidem tecum, cùm te tenuit ratio honorum tuorum, certè nunquam hoc modo, Ignoſcite iudices: errauit, lapſus eſt, non putauit, ſi vnquam poſthac. ad parentem ſic agi ſolet: ad Iudices, non fecit, non cogitauit, falſi teſtes, fictum crimen: Dic te Cæſar de facto Ligarij iudicem eſſe, &c. Quibus illecebris, ac verborum luminibus Cicero Cæſarem ita commouiſſe dicitur, vt non priùs orationis breuiſſimæ partem dimidiam audiret, quin reus plura cõſequeretur quàm ſperarat. Si Cæſar Orator omnium ſuæ ætatis & quidem Ciceronis iudicio clariſſimus[7], quíque fortitudine ac prudentia parem haberet neminem, aduerſarij omnium maximi elo-

6 Tranquil. in Tito.

7 In Bruto

quentia fractus ignouit ei quē capitaliter oderat, quis princeps aliquanto leuior qui deſerti hominis fictam orationem, aut muliercularum gemitus ac ſuſpiria, aut voces & lacrymas puerorū ſuſtinere poſſit? Rex Ageſilaus rerum geſtarum gloria & gratia florens importunis amici precibus coactus ad iudices literas dedit, quibus petiit vt reus ſi falſò accuſaretur, cauſæ bonitate vinceret: ſin iure conuictus eſſet, vt tamen in Ageſilai gratiam abſolueretur: & quibuſcunque modis ſupplicio eriperetur. O quammulti pœnas legum effugerent, ſi iudices principū literis, non modò occultis, ſed etiam patentibus reſcriptis obſequerentur! quid principem facturum putas ſi iudicaret? Non igitur conueniunt iudicia maieſtati. Ac ſiquidem procliue eſt in eo genere principem labi ac decipi, B quanto procliuius populo iudice, qui ſceleratiſſimos quoſque pœnis eripere, optimum quēque damnare conſueuit: vt quidem Athenienſes ac Romanos ſæpius feciſſe videmus. Nam cùm Sergius Galba ſummus Orator maieſtatis accuſatus & conuictus teneretur, oratione & actione ad miſericordiam accōmodata filiolos amplexus populo commēdauit, ac lacrymis effuſis facilè pœnas euaſit. Itaque Cato maior, qui reum peregerat, dixiſſe fertur, Galbam niſi pueris & lacrymis abuteretur, vapulaturum fuiſſe[8]. At viri fortes & rerum præclarè geſtarum conſcientia freti, qui nec precibus, nec lacrymis abuti poterant, ſi vel inēdax Orator, vel calumniator improbus accuſaret, iniquiſſimè damnabantur. Principem verò non Oratores, ſed aſſentatores, non apertè, ſed latenter variis C fraudibus circunueniunt. Itaque nobilitas Poloniæ, vt magiſtratuum ac legum pœnas effugeret, beneficium à Ludouico Poloniæ & Hungariæ rege extorſerat, vt ſe iudice nobiles cauſam agerent, quoties de capite aut fama quęreretur[9]. ex quo flagitiorum omnium impunitas ſecuta eſt, ac ſi quando rex accuſatorum potentia & gratia coactus nobilem damnauerit, nunquam tamen vllius ſceleris cauſa quiſquam capitali ſupplicio, ſed annui tantùm carceris pœna tenetur. Demùs principem non facilè miſericordia commoueri, verendum tamen vt in iudiciis crudeliter ſe gerat. nam cùm mediocritatem tueri cuique difficile eſt, tum verò principibus difficilimum. Si princeps optimus ſit ac virtutes amplectatur, ſceleratos capitaliter oderit: cùm ſapientiſſimus quiſque aduerſus improbos indi- D gnatione vltra modum commoueatur. quid exemplis opus? pleni ſunt libri, plena antiquitatis memoria. Cùm Auguſtus incredibili prudentia Romanum Imperium moderaretur, frequenter iudicabat, ac damnatorum pœnas initio grauiter ac moleſtè atque interdum acerbiùs ferebat, vt Seneca ſcribit[1], quàm qui plectebantur: quia tamen in iudiciis adeò frequens erat vt ſæpiſſimè damnare neceſſe haberet, ſeuerior fiebat. Itaque cùm Mecænas familiaris ac domeſticus illum pro tribunali quamplurimos variis ſuppliciis addicere animaduerteret, & iracundia quadam flagitioſorum multitudine permoueri, nec tamē ob iudicij frequentiam illum conuenire poſſet, tabella in ſinum cōiecta carnificem appellauit[2]. hîc Auguſtus conſtitit & vt iracundiam liberius exultantem cohiberet, iudicium ſoluit. Quamobrem maiores noſtri prudēter, qui Curiam publico-

8 Valer. lib. 2.

9 anno 1373. in Conſtitu. Polon.

1 In lib. de ira.

2 Seneca in lib. de ira.

blicorum iudiciorum, quam noſtri homines Tornellam appellant, ita inſtituerunt, vt ſinguli Curiarum ſingularum iudices velut in orbem ſtatis temporibus in ea iudicarent, ne perpetua capitalium iudiciorum conſuetudo inſitam vnicuique à natura clementiam omnino eriperet, & animos efficeret quàm pro natura crudeliores, quia quantò quiſque melior eſt, tantò difficiliùs, inquit Theophraſtus[3], aduerſus improbos iracundiam cohibere poteſt, quin aliquando in furorem erumpat. Nam Claudius Imperator cùm accuſatorem tot ac tam multa ſcelera de reo narrantem audiret, continere ſeſe non potuit quin turpiter & contumelioſè pro tribunali gladium in os eius produceret[4]. Si princeps ad cru- 3 Seneca lib. 3. de ira.
B delitatem natus ſit, tribunal cruore ciuili fœdabit: vt Caligulam ferunt quinquaginta reos capitali pœna, & quidẽ ex diuerſis criminibus eadem ſententia damnaſſe: ac ſæpe ob id ipſum tantùm reos ſupplicio addixiſſe vt ceruicibus ſecandis voluptatem & gloriam quæreret, aut gladij aciem experiretur. Igitur ſi modus ac mediocritas illa quæ crudelitatem inter & miſericordiã interiacet, quæque tam neceſſaria[5] iudicibus eſt, in pauciſſimis reperiatur, quis in principibus fore putet, in quibus acerrimæ quædam cupiditates inſunt ac vehementes animorum perturbationes quibus ad extrema quæque præcipites aguntur? Ira priuatorum in principe indignatio: iracundia cęterorum, in principe furor appellatur. Sit tamen princeps ab omni perturbatione liber: qui nec ira, nec odio, nec gratia, nec miſericordia commoueatur: ſit omnium virtutum ac ſciẽtiarum orbem complexus: ſit etiam iudicandi peritiſſimus: ſit denique omnibus curis ac negotiis vacuus: nec metuẽda ſint ea quæ diximus incommoda: ſequuntur tamen grauiora quæ illum à iudicando prohibere debeant. Nam cùm principi multa ad Imperium retinendum vtiliſſima præcepta tradi poſſunt: tum verò nihil tam neceſſarium eſt, quàm vt omnes illum, (quantum quidem fieri poterit,) amore ac beneuolẽtia, nullus odio proſequatur. Illud autem omnium optimè conſequetur, ſi pœnæ ac præmia pro meritis cuiuſque decreta ſint. Et quoniã gratioſiſſima ſunt præmia, pœnæ verò odioſiſſimæ: principem oportet, vt ametur & colatur, omnia præmia tribuere, magiſtratus, inquam, imperia, ſacerdotia, curationes, munera, beneficia, reſtitutiones: pœnam verò irrogare nemini: ſed magiſtratibus integerrimis ac prudentiſſimis permittere pœnarum irrogationem. Ita fiet, vt principem pro ſuis erga ſingulos benefactis ſubditi omnes ſumma beneuolentia complectãtur: inimicitiarum omnium ſublata, & in magiſtratus ac iudices deriuata cauſa. Hoc ipſa natura nos docuit, quæ inter apum examina regibus aculeos detraxit, quò minùs cuiquam nocerent: ac tametſi ſacræ literæ nos erudiant peſtes omnes, morbos, calamitates, & caſus humanos ab vltione diuina pendere: omnium tamen theologorum, qui res diuinas accuratiùs tractant, ſumma conſenſio eſt nihil horum Deo opt. max. vt ab effectrice cauſa fieri ſed conceſſu quodam, & cauſa non prohibente deriuari: quam quidem cauſam Hebræorum loquendi mos verbo Hiphil vbique ſignificat: paulò aliter Græci, qui ad fabulas omnia traduxerunt, Iouem tria fulmina iacu-

4 Tranquil. in Claud.

*Caligulæ crudelitas.*

5 l. reſpiciẽdum de pœnis.

C

*Imperandi ars optima.*

D

lari,quas Latini manubias albas,rubras,atras appellant:albas quidem eſſe innoxias quia Iouis vnius conſilio[6], & amica traiectione ad Solẽ fieri ſoleant ſine cuiuſquam offenſione.Id ſolum fulmen,inquit Seneca, placabile eſt quod mittit Iuppiter. Rubras verò fieri traiectione ad Planeras minores,quæ conſilia Deorum minorum vocant, quo fulmine aut fruges, aut animantia bruta feriuntur,homines non item : tertium fulminis genus atrũ eſſe dicitur,quod traiectione ad ſuperiores planetas,quę conſilia Deorum maiorum appellantur,fieri conſueuit:ex quo cædes hominum ſequuntur.Nam Iouialis Theologia triplex illa quidem & ad philoſophos , & ad Pontifices non minùs pertinet quàm ad poëtas:prima quidem ad mundum,& ad cauſas in natura poſitas:ſecunda ad ciuitatẽ, quæ B
ſacris & ſacrificiis cõtinetur , tertia ad theatrum ſpectat:vt M. Varro,eleganter ſcribit lib. vno & viceſimo rerum humanarum.Omnium tamen conſtans opinio eſt,Deorum omnium principẽ,quem ipſi Iouẽ eſſe putabant, nec iraſci cuiquã,nec violare quẽquã,at ne dãnare quidẽ:ſed mediis interiectis cauſis,&Angelorũ Imperio ac poteſtate omnia procurari. Ac propterea veteres Ægyptij legẽ inde vſq; à Prometheo legiſlatore repetebãt,qua reges nõ modò prohiberẽtur occidere,ſed etiã ſupplicia ſpectare [7]: ne ex illis ſpectaculis vllum in ſpectatoribus crudelitatis veſtigium reſtaret. Mihi quidem arcanum hoc imperij noſtri permagnum viſum eſt , quod ad beneuolentiam ſubditorum erga reges plurimùm valet , à regibus omnia præmia largitiones,honores , magiſtratus curatio- C
nes, imperia proficiſci : à magiſtratibus verò pœnas ac ſupplicia decerni & irrogari. Nam cùm Gulielmus Poyetus meus popularis Francorum Cancellarius violatæ maieſtatis reus , & aduerſariorum gratioſiſſimorum inuidia circumuẽtus fuiſſet , nòluit princeps qui offenſionem accẽperat,ſe iudicem ferre,at ne iudicio quidem adeſſe:quin etiam cùm reus Pariſiorum iudices omnes reieciſſet,placuit ex omnibus Frãcorum Curijs iudices ſelectos , & ab omni ſordium ſuſpicione vacuos ad eum iudicandum acciri. Ex quo intelligi poteſt quanto iuris ac iuſtitiæ cultu ſtet hoc imperium, cum iiſdem ferè temporibus Thomas Morus Anglorum , & Hieronymus Moro Mediolanenſis Cancellarius vterque maieſtatis cauſam dicerent : quorum alter coniuratos & eiuſdem ſcele- D
ris in principem reos pro iudicibus haberet : alter aduerſarios omnium maximos. Sic igitur ſubornatis teſtibus , & cum reo compoſitis cum ſumma omnium ordinum inuidia, vir ſanctiſſimus ac integerrimus capitis damnatus eſt,nec priùs teſtes patrio more GILTHI[8],vna voce effuderant , quàm ſucceſſor in eodem magiſtratu iudex idem & accuſator rege aſſentiente ſenis laudatiſſimi ceruicem carnifici feriendam præberet , quæ crudelitas magnam Henricho regi apud bonos omnes inuidiam conflauit. Hîc forſitan diceres illuſtrium perſonarum dignitatem id poſtulare , vt quoties de capite, de fama,de fortunis omnibus agitur, princeps ipſe ſuſcipiat cognitionem.Cùm enim Dux Alenconius Caroli VII.Francorum regis propinquus perduellionis reus eſſet , Senatus regi conſulenti reſpondit[9] iudicium illud nec conſtitui, nec terminari poſſe niſi

6 Porphirius qui à Feſto paululum diſſentit in verbo Manubiæ.

7 Plutar. in Opuſcul.

8 Id eſt reus conuictus.

9 anno 1458. 26. April.

niſi à Paribus Franciæ rege ipſo præſente. Idem Ludouico xi. regi de cauſa Renati Siciliæ regis Senatum roganti reſponſum eſt[1]: etiam ſi in cauſa iudices interloqui oporteret, regi abeſſe non licere. Hæc quidem ex actis Curiæ didicimus & expreſſimus. nihilominus tamen regi ſententiam ferre non licebat: cùm ne iudicio quidem maieſtatis reges olim affuerint, tametſi principum ac Parium cauſa ageretur. Et quidem extat in actis Curiæ[2] teſtatio Ducis Burgundionum, qui tunc erat à rege ſecundus, qua publicè interceſſit, quominus Carolus vi. rex iudicio perduellionis, quod aduerſus regem Nauarræ conſtitutum erat, adeſſet. Conſimili interceſſione Pares Franciæ coram Carolo v. rege obteſtati
B ſunt, ne iudicio Ducis Britannorum intereſſet, aut ſi morem maiorum innouare vellet, vno conſenſu Senatui ac poſteritati teſtatum id voluerunt, ac ſuæ declarationis acta ſibi decerni petierunt. Curia teſtationis acta Paribus ac procuratori regio decreuit. Itaque cùm de fortunis omnibus Marchionis Saluſſiarũ Fráciſco i. Rege Francorũ ageretur, magna contentione certatum eſt, ac neceſſariis argumentis rationibúſque tũ diuinis tum humanis[3] demonſtratum regem à iudicio penitus abſtinere oportere: ac tametſi regio procuratore cauſam vrgẽte iudicio rex interfuerit nec ſententiam tulerit, qua Marchionis bona iuſtiſſimè publicata fuerunt, nihilominus pleriſque viſum eſt iudicium illud ereptum fuiſſe. Quamobrem cùm Caliſthenis ac Philotæ aliorúmque coniuratorum
C perduellium capita peterentur, Alexander magnus[4] nec ſe iudicem ferre, nec iudiciis intereſſe iuſtum putauit: ne iudicibus metum incuſſiſſe aut liberam iudicandi poteſtatem ademiſſe videretur. Nam ſi contra naturam eſt, vt eundem iudicem & accuſatorem feramus[5]: rex autem in omnibus publicis iudiciis accuſator ſit: quanto id verius eſt in crimine perduellionis, quo reus principis vitam aut famam violauiſſe dicitur? Quamobrem D. Ludouicus iudicia maieſtatis aduerſus Petrum Britanniæ Ducem, & Thomam Flandriæ comitem, tractare noluit: nec Philippus Longus rex Francorum Roberti Flandriæ comitis cauſam, ſed omnia iudicanda permiſit Paribus, quorum Imperio ac poteſtate iudicia cõſtituta ſunt & ſententia his verbis concepta, “Nos Pares Franciæ ad re-
D “queſtam & mandatum Regis venimus in ſuam curiam Pariſius, & tenui-
“mus curiam cum xii. aliis perſonis &c. Item ſententia aduerſus Petrum
“Maledoctũ qua Britanniæ fiducia ab eo adiudicatur, lata eſt ab Archie-
“piſcopo Rhemenſi, duobus Epiſcopis, octo Comitibus, Mathæo Mom-
“morantio, Vicecomite Bellimontis, & Ioanne Sueſſionenſi, & hac for-
“mula concepta, NOTVM facimus quod nos coram cariſſimo domino no-
“ſtro Ludouico rege Franciæ iudicauimus &c. quibus verbis perſpicuum fit rege quidem authore, ac ſæpius præſente, non tamen iudice maieſtatis iudicia diſceptari conſueuiſſe. Cùm verò Alphonſo Pictonum Comite mortuo rex Neapoleos hæreditatem iure legitimo ad ſe delatam creuiſſet, quam D. Ludouicus iure accreſcendi ad ſe pertinere diceret, iudicio abſtinuit. Nec Franciſcus maior in iudicio aduerſus Carolũ Burbonium perduellem conſtituto ſententiam ſibi ferendam putauit, tametſi præſens

1 anno 1475.

2 anno 1386. Martij 3.

1 Bald. Peruſ. & Innoc. in c. verũ de foro cõpetẽte Andr. in cap. 1. de cleric. cõiungat. Pan. in c. cæterũ de iudic.

4 Q. Curtius.

5 l. 1. ne quis in ſua cauſa. C. l. qui Iuriſdict.

adeſſet. Quinetiam cum de fide à comitibus Campaniæ præſtanda ageretur, iudicium ab aliis principibus rege præſente conſtitutum eſt ac terminatum, cuius ſententiæ formula[6] ſic concepta eſt, IVDICATVM eſt à Paribus regni videlicet Rhemenſi Archiepiſcopo, & Lingonẽſi, Gulielmo Catalaunenſi, Ph. Bellouacenſi, Stephano Nouiomenſi, epiſcopis, & Othone Duce Burgundiæ & aliis epiſcopis & Baronibus &c. nobis audientibus & iudicium approbantibus. Quòd ſi æquum ac verũ eſt, principem iudiciis abſtinere oportere cùm quid ſua intereſt, vt in omnium beneuolentia velut in arce munitiſſima acquieſcat: quantò magis in cauſis capitalibus maieſtatis ac perduellionis id fieri oportet? Succurrit in mentem quæſtio habita aduerſus Valerium Burboniæ coniurationis B reum Præſide Selua: & quæ à coniuratis Tarrariæ expreſſa ſunt Brinone Rhotomagenſi[7] Pręſide ac iudice quæſtionis: quibus quæſtionibus planè intellectum eſt non aliam coniurationis ac rebellandi cauſam Carolo Burbonio fuiſſe, quàm quod Franciſcus rex, & publicam, & matris cauſam nimis fouere videretur: cùm agri publici ex Imperij legibus ac more maiorum ſublata fiducia Reipublicæ vindicarentur: quæ Burbonius iure legitimo ad ſe delata contendebat. Si rex iudicio penitus abſtinuiſſet, quanquam abſtinuit quodammodo, ſi tamen iudicibus integerrimis ac procuratoribus fiſci tractanda omnia reliquiſſet, nec Reſpublica, nec rex ipſe tot ac tantas calamitates pertuliſſet. Nam quæcunque ſententia feratur, ſemper tamen is qui cauſa cadit iniuriam ſibi à iudici- C bus illatam opinatur. Illud verò alienum quod à quibuſdam obiicitur, Si princeps ipſe iudicet, iudicia breui explicaturus ſit, prouocationibus & rogationibus ad principem omnino ſublatis. Quis eſt enim qui neſcit quàm magnis expenſis litigandum: quàm multas ambages ac dilationes, quã multos anfractus, quot repulſas ac moleſtias deuorare oportet eos quibus aliquid in aula negotij eſt? Neque verò putandum eſt iudicia eo meliora fore quo breuiora. Tametſi enim Thucidides, Areopagitarum ſui temporis facilè princeps, in eadem qua cæteri ſententia fuiſſe videatur, ſcilicet ſcelerum vltionem repente fieri oportere: ego tamen Plutarchi imò verò Hebræorum ſententiam ſtatuo veriorem eſſe. Hi quidem moram[8] in iudiciis publicis trahi oportere neceſſarium eſſe ducunt ei D qui rectè iudicare volet. Ille verò in eo libello quem de ſera numinis vltione ſcripſit, perſpicuè docet homines ab immortali Deo admoneri, tardiſſimè ad capitales ſententias veniendũ eſſe: vel vt res ipſa magis cõſpicua ſit: vel vt ab improbis priùs fructum aliquem decerpere liceat, quã moriantur: vel vt ſcelerum aliquando pœniteant: vel vt grauiùs puniantur: (ſunt enim eo acerbiora ſuplicia quo diutius impendere videntur) vel vt æquiùs ac meliùs de alterius capite iudicetur. neque enim fieri poteſt vt ſi iudex vltionis appetitu, vel perturbatione, vel aliorum temeritate feratur, quantæcunque ſit integritatis ac prudendiæ, rectè iudicet: quid igitur de principe ſperandum qui vtroque vacat? Sententiæ magiſtratuum minorum à maioribus emẽdari ſolent: quis autem quæ à principe iudicata fuerint reſcindere poterit? Is enim qui priore iudicio non ſatis

[6] anno 1216. Iullio.

[7] anno 1523.

[8] in lib. pirke auoth. הוו מתונים בדין.

ſatis accuratè cauſam explicauit: aut qui quid errore prætermiſit: ſi prouocandi locus eſt omnia commode ſarcire poterit: ſed ſi princeps ipſe prima iudicia, tractauerit, nullus erit prouocandi locus aut erroris emendandi relictus. Quæ ſic à nobis diſputantur, vt principem omnino à iudiciis arceamus niſi ſumma ſapientia præſtet, aut prudentiũ hominũ conſiliis ſua iudicia conſtitui ac terminari velit: & eiuſmodi cauſæ fuerint, quæ principis cognitione ac iudicio dignæ videantur: imitantem præcepta Iethronis, qui Moſem Iſraelitarum principem difficillima cauſarum omnium iudicatione pene obrutum, ea ratione ſubleuandum putauit, vt de rebus tantum arduis, & ab ordinaria magiſtratuum iuriſdi- *Quæ res principis cognitione dignæ videantur.*
B ctione remotis cognoſceret: cætera magiſtratibus ac iudicibus permitteret. Id quod etiam ab Romulo factum legimus. is enim Senatui ac magiſtratibus mandata iuriſdictione ordinaria, grauiſſimas[9] tantum cauſas ſibi reſeruandas eſſe putauit: Ac temetſi Imperatores Romani latius aliquanto ſua iudicia manare vellent, nihilominus tamen certis quibuſdam regionibus finiebatur imperatoria cognitio: quas principum aſſentatores, aut etiam principes ipſi ſæpius egrediebantur: vt de Claudio Imperatore quo nullus in iudicando ineptior fuiſſe dicitur: de quo Tranquillus ita ſcribit, Alium negantem rem cognitionis, ſed ordinarij iuris eſſe, ſubito cauſam apud ſe agere coegit. ſed hoc tam inepte, vt quidam Græcis verbis, quæ ab omnibus ferè intelligebantur, ſtultum ſenem appellare
C pro tribunali nõ dubitaret: καὶ σὺ γέρων εἶ καὶ μωρός. Alius foro abeuntem ſupplantauit, ac humi proſtrauit, eóque tandem progreſſa eſt Imperatoris amentia, vt dormientis os ac vultum pueri domeſtici atramento deformarent ac fœdarent. Atque eo delabi neceſſe eſt principem qui prudentiæ expers difficilimas quaſque res ſpectante populo gerere, & ſui contemptum ac riſum omnibus excitare pulchrum putet: quo nihil in monarchia pernicioſius fieri poteſt. Principem igitur qui frequens in iudiciis, in Senatu, coram populo eſſe volet, hunc ego ſapiẽtia Salomonem, prudentia Auguſtum, moderatione Aurelium æquare, aut rariſſimè in publicum prodire; rarius etiam ius dicere volo: eóque minus ſi ad eum ſpectandum conueniant peregrini: qui quę minus laudanda videbũtur, non
D modo in animi, ſed etiã in ipſa corporis deprauatione, aut non ſatis ſplendido cultu, quæque à ſubditis excuſari ſolent, turpia iudicabunt: ac minima quæque apud exteros cum amplificatione vituperabunt. Rex Ageſilaus ſui fama ac rerum geſtarum gloria Orientem impleuerat: quem tamen rex Ægyptius cum humi fuſum, ac viliſſimo Græcorum pallio indutum, corporis etiam ſtatura puſillum & claudũ intueretur, vehementer deſpexit. quod etiam Ludouico XI. regi patrum memoria contigiſſe proditum eſt. Is enim ad fines regendos, & ad lites diſceptandas quæ regi Caſtiliæ cum rege Nauarræ intercedebant, arbiter receptus riſum & contemptum ſui apud Hiſpanos excitauit cum hi ſplendido cultu non modo pueros, ſed etiam equos aureis veſtibus ac phaleris inſtratos deduxiſſent: regem Francorum cultu viliſſimo ſordeſcere turpe ducebant. nulla in eo dignitas oris, nulla maieſtas: ſed hominem diuorum peragratio-

[9] Dionyſ. Halyca. lib. 2.

nibus deuotum diceres cuius imagunculis pileus vſquequaque cõſutus,
veſtis ſquallida, totúſq; comitatus viliſſima ſpecies: ac ni regis exercitus
in planitie apparuiſſet, noſtros homines Hiſpanorum ſeruos eſſe putares.
Tandem Ludouicus reputans hominum opinione laudabiles aut vitupe
ratione dignos principes iudicari, cum intellexit Venetiarum Legatos
magnifico apparatu ad ſe venire, regias veſtes indutus & ex ſublimi ſede
conſpicuus, regalem ſpeciem illis oſtentauit. Inde laudatur Tarquinius
Priſcus quod ex Hetruria faſces, trabeas, ſellas curules, annulos, phaleras,
paludamenta, prætextam, togas pictas, aureos currus ad triumphum cæ-
teráque regalia decora aduexiſſet, quibus maieſtas principis conſpicua e-
mineret. Cauebit ergo princeps, cum ad principis colloquium acceſſe- B
rit, quod quam [1] rariſſimè fieri debet, ne quid in cultu corporis ac multo
minus in oratiõe ac geſtu appareat quod vituperatione dignũ videatur.
quoniã præſentia ferè ſemper minuit eam quam quiſq; de ſeipſo excita-
uit opinionem ac famam. Quæ autẽ diximus maieſtati iudicia non con-
uenire, multo magis in ſtatu populari quam in monarchia locum habẽt:
cum difficilimè populus cogi, difficiliùs etiam ratione ac prudentia regi
poſſit, ac ſeditioſis ſæpe concionibus, aut factionibus iudicia perturbari
ſit neceſſe. Quam rationem publicorum iudiciorum quòd ſæpe bella
ciuilia Romæ excitauiſſet, Cornelius Sulla Dictator præter[2] perduellio-
nem, à populo tranſtulit ad Prætores quæſtionum. Certè quidem nulla
res vnquam ciuitatibus tam exitioſa fuit, quam auctoritatem Senatus & C
imperia magiſtratuum ad principem aut ad populum trãſferre: quia quò
minus principi ac populo tribuas, ſaluo iure maieſtatis, eo Reſpublica
firmior eſt ac ſtabilior futura: vt rectè Theopompus rex Lacedęmonio-
rum iudicauit cum Ephoris Imperium daret, & Senatus auctoritatem fo
ueret, vxori quęrenti cur ſuas opes à ſeipſo imminui pateretur, repoſuit
illud, iſta quidem ratione ſtabiliores futuras. Difficile eſt enim ædificia
excelſa, niſi ſuſtentaculis validiſſimis ac firmiſſimis fundamentis nitãtur,
diuturna fore. hæc autem in Senatu ac magiſtratuum officiis poſita ſunt.
In quo genere Veneti cum multa prudenter, tum illud prudentiſſimè,
quod qui iura maieſtatis habent, non modo iudicia nulla diſceptant, ſed
nihil omnino eorum attingunt, quæ vel à magiſtratibus, vel à Senatu D
commode explicari poſſint. Cõcilium optimatum, in quo quidem Rei-
publicæ tota maieſtas conſiſtit, cogitur fere nunquam, niſi magiſtra-
tuum creandorum aut legum ferendarum cauſa. cætera per Senatum,
aut per magiſtratus expediuntur. Quæ ſi laudanda res eſt in optimatum
poteſtate quanto laudabilior futura in populari ſtatu? cum in omni cætu
ac multitudine hominum, qui conſilij capiendi, aut Reipublicæ conſti-
tuendæ cauſa coguntur, quo plures fuerint, eo magis temere ac impru-
denter decernitur ac iudicatur. Neque vero mihi probari poteſt Xeno-
phontis clariſſimi viri ſententia, qui in eo libro quem de Athenienſium
Republica ſcribit, popularem ſtatum tum maximè cõtineri putauit, cùm
rerum omnium cognitio ad populum defertur: & cum omnia ſorti ac iu
go cedunt, id eſt πάντα κληροῖς καὶ ζυγοῖς: quæ ſanè res popularia imperia pe-
nitus

[1] Philippus Cominius.

[2] Cicero pro Rabirio perduelliõ. & pro domo ſua.

*Nõ eſt eripienda Senatui aut magiſtratibus ſua poteſtas.*

nitus euertit. Nã cùm à Senatu Areopagitarũ cõſilia ad populũ authore Pericle tranſlata fuiſſent; ciuitas inops à mente, inops à conſilio temere ferri, ac [3] paulò pôſt præcipiti caſu ruere cœpit. At Heluetiorum ſtatus du centos amplius annos domeſtica non minus quàm militari laude florẽs, legibus minimè omnium popularibus, vt ita dicam, conſeruatur. nihil enim populo ferè tribuitur, præter magiſtratuum creationem: cætera maieſtatis iura modicè, vel etiam intra modum cum plebe communicãtur. Nec vero ſtatus Romanorum vllis temporibus à ciuilibus armis lõgius abfuit, aut magis claruit, quàm cum à Senatu & à magiſtratibus, ſalua maieſtate populi, omnia gererentur. Cùm autem Gracchus vterque legibus maximè omnium popularibus de Senatus auctoritate, déque magiſtratuum imperiis quantum quidem potuit, detraxiſſet, vt populi opes ac libertatem augeret, ſecuta eſt Reipublicæ miſeranda conuerſio: nec deinceps ab armis ciuilibus aut à ſeditioſis concionibus ciuitas conquieuit quoad populi libertas vnius dominatione oppreſſa fuiſſet. Deterius etiam Megarenſes, quos Plato ſcribit ab intemperandi libertate ac licentia populari cùm ſcilicet omnibus omnia licerent, in extremam ſeruitutem fuiſſe delapſos. optimum verò Reipublicæ genus eſt in quo Senatus conſilio, ac magiſtratuum imperiis ſalua maieſtate, id enim ſemper excipiendum nobis eſt, omnia gubernãtur. alioqui ſi princeps, populúſve Senatus auctoritatem; magiſtratuum imperia, munera, iuriſdictiones ad ſe traduxerint, verendum eſt vt omnium ope deſerti tandem ſua ipſi maieſtate ſpolientur. Ac turpiter, meo iudicio, peccant qui principum opes ac potentiam augere ſe poſſe confidunt; cùm illis omnia licere, & illorum nutu, verbo, voce, omnia iura, imperia, leges conuerti oportere iactant: ne quid in Republica tam ſtabile ſit ac firmum quod eorum arbitratu non mutari poſſit: vt Caligulæ in mentem venerat, qui etiam in iuriſcõſultorum poſſeſſiones inuadere auſus eſt, cùm diceret, Faciam vt nihil rogantibus reſpondeant niſi. Eccum [4], id eſt ecce eum. Hæc autem opinio in principum animos ſenſim illapſa, incredibilem ingenerat tyrannidis affectandæ cupiditatem. His explicatis definiendum etiam illud videtur, an princeps ſe ducem partium ferre debeat in ſeditione ciuili.

[3] Plutar. in Pericle

[4] Alluſit ad æquum.

*An princeps in bellis ciuilibus partium dux eſſe, an etiam bonus ciuis in ſeceßione alterutri factioni ſeſe adiungere debeat: quæq; ſit ciuilium diſcordiarum congruens medicina.*

## CAPVT VII.

QVEMADMODVM principem erga ſuos ſe gerere oporteat, & quatenus ſubditis, quibúſque de rebus ius dicere, tum etiam in quo genere ciuitatis iudicia maieſtati minimè cõuenirent: ſatis, opinior, ſuperiùs explicatum eſt: ſequitur vt diſſeramus etiam illud, An princeps in ciuilibus ſeditionibus, partium ducem ſe ferre, item bonus ciuis ſectam quam ſequatur optare debeat néc ne? Primum illud ſtatuamus, ciuium ſeceſſiones, ac diſcordias omni ciuitatum

generi exitioſas, ac modis omnibus declinandas eſſe: aut ſiquidem nullis conſilijs prouideri, vel prouiſæ caueri non potuerint, medicinam quæri oportere, quæ ſalutem laboranti Reipublicæ pariant, vel certè morbum minuant. Ac tametſi ex ciuilibus ſeditionibus exiſtunt ſæpe ſalutares exitus, quibus mores ciuium ac leges conformantur, quæ ſine ſeditione non extitiſſent: non propterea tamen ciuium ſeceſſio per ſe ipſa ſalutaris eſt, neque enim ſi ęger vacuatis humoribus, aut ſectionibus vel vſtionibus curatur, propterea morbus corpori vtilis eſſe poteſt, vt Fauorinus ex quartana maxima commoda exiſtere putabat. ita ſæpe fit vt bellis ciuilibus imporbi ciues cadant, aut exilio pellantur, ac veluti putria membra vrantur, vt cæteri pacem ac tranquillitatem colant: ſæpe B quoque leges optimas iuberi, iniquas abrogari contingit, quod ſine ciuili tumultu fieri non potuiſſet. Quas vtilitates qui bellis ciuilibus acceptas ferunt, perinde faciunt vt qui adulteria, furta, cædes, ac Rerumpublicarum interitus ſalutares ex ſeipſis eſſe opinantur: cùm nulla ſit impietas tanta, nullum tam graue ſcelus, ex quo nihil vtilitatis ad vniuerſos vel ad ſingulos, vel ad vnum aliquem perueniat, quinetiam illa ipſa facinoroſorum hominum flagitia Deus opt. maxi. ad improborum vltionem & ad ſui gloriā trahere conſueuit. Vt igitur morbi ac vulnera, ipſæque animi ægritudines ac perturbationes, tum corporibus tum mentibus noxiæ ſunt, ita quoque bella ciuilia Rebuſpublicis ac ciuitatibus peſtifera ſunt ac pernicioſa. Quòd ſi quis putet tyrannis vtilia eſſe, næ ille C fallitur. etſi enim tyrannis alitur mutuis ciuium inter ipſos accuſationibus, ac maximè potentiorum caſibus & proſcriptionibus ſuſtentatur: concordia verò ciuium & conſpirantibus omnium animis labefactatur: non ex eo tamen efficitur armis ciuilibus tyrannidem confirmari: quoniam neceſſe eſt ciues aut tyrannum aut ſeipſos mutuis armis conficere: aut ſi tyrannus partem ciuium in reliquos armare velit, verendum ei eſt, vt vel armis ciuilibus cadat, vel ab iis ipſis quos armauerit tandem feriatur: ſin demus tyrannos ciuium quammaxima ſtrage delectari, & ex arce quaſi è ſpecula otioſè luctantes contemplari: illud tamen confitendum erit, nunquam eos quos armauerint obſequentes habituros: nec tyrannum quemquam adeò furioſum & amentem eſſe, qui non malit D incolumi quàm euerſa ciuitate dominari. Quamobrem tyranni cùm multa metuunt, tum illud maximè, ne ciues arma capiant, & modis omnibus, quaſi feras beſtias, quæ non niſi detractis vnguibus ac dentibus quieſcunt, exarmare conantur. Neque verò plures tyrannorum caſus accepimus quàm ex bellis ciuilibus extitiſſe. Ac tametſi exhauſta ciuibus vrbe tyranni potentia videatur augeri, minuitur tamen, quia victores armati primùm de ciuibus ouant vt tandem de tyrānide ipſa faciliùs triumphare poſſint. Ac meo iudicio nullam Florentini probabilem cauſam habuere, cur Piſtorienſium, quos ſub imperium ſubiunxerant, factiones occultè fouerent: quos enim mutuis armis atteri poſſe putabant, vt Florentinos rerum dominos faciliùs ferrent, non proſpiciebant ferociores euadere qui armorum vſu ac libertate fruuntur, quàm qui

pace

pace & otio delectantur, qui vim ac robur animi delicijs affluentibus amittunt. Cùm autem omni ciuitatum generi metuenda ſunt bella ciuilia, tum verò popularibus & optimatum imperiis ſemper exitioſa fuerunt. nam vnius dominatu & imperio diſcordiæ ciuiles ſedari poſſunt, cùm qui dominatur, imperandi ac prohibendi maieſtate ſubditos coercere poſſit, aut bonorum ac fortium ciuium, qui improbis obſiſtere valeant, partes tueri: at in Democratia, & Ariſtocratia, nemo futurus eſt qui vniuerſis imperare poſſit: niſi maxima pars ciuium à factione remota ſimúlque coacta ſeditioſos ac rebellantes parêre cogat. Factionem intelligo, non aliquot ciuium, ſed multorum, qui vniuerſitatem conturbare poſſint. Paucitas verò ne capiat incrementum, principio coerceri debet. quod futurum eſt ſi princeps arma ponere iubeat, & ab integerrimis ac prudentiſſimis iudicibus controuerſiam dirimi patiatur. Aut ſi tanta mali vis eſt, vt nec leges inter armorum ſtrepitus exaudiantur, & magiſtratuum imperia ſeditioſorum ciuium metu conticeſcant: principem in monarchia, aut in populari ſtatu Prætorem maximum cohortes Prætorias, aut etiam turmas equitum vbique diſponere, ac ſeditionis capita repente, ſi fieri poteſt, opprimere oportet: vt ſupplicium quidem ad paucos, metus ad omnes perueniat: ne dilatio duces partium ſupplicij metu in eam deſperationem adducat, vt Reipublicæ perniciem moliantur. Sunt enim ac ſemper fuerunt fortes ac boni ciues qui pro patriæ ſalute mori non dubitent: plures ſunt tamen qui patriam pro ſe perire velint. Tales igitur ciuitatum peſtes opprimere derepente neceſſe eſt, ne ſæpius in vno homine ſalus ſumma Reipublicæ periclitanda ſit: etiãſi ob priuatas inimicitias ciuiles diſcordiæ exoriantur. Quòd ſi factio principem aut Rempublicam opprimere tentabit, minimè dubitandum eſt, an princeps ſe aduerſarium ac hoſtem ferre debeat ſeditioſorum qui ſe principis ac Reipublicæ aduerſarios omnium maximos profitentur: alioqui ſi cum de ſtatu ac fortunis Reipub. aut etiam de principis capite agitur, ipſe otioſum ſpectatorem ſe præbeat, non modò audaciſſimos, ſed etiam ignauiſſimos quoſque ad ſe opprimendum inuitabit. Si parua manus eſt coniuratorum, patietur magiſtratus ipſos lege agere, ac ſuppliciorum acerbitatem ſua lenitate moderabitur, eóque citiùs quò pauciores comprehenſi fuerint, vt tum boni ciues in officio contineantur, tum improbi ab incœpto deterreantur, nec tamen nimis curioſè & anxiè de coniuratis omnibus inquirendum erit, ne tormentorum vis arcana extorqueat quæ ignorari quàm ſciri præſtabilius ſit. expreſſa tamen rei veritate, nec coniuratorũ in caput principis ſupplicia differre, nec facilè cuiquam in eo genere ignoſcere debemus. Cùm enim nobilis quidam Normanus apud nos fraterculo ſodali confiteretur ſe Franciſcum regem occidere voluiſſe, nihil tamen auſum eſſe, & flagitioſę voluntatis ſponte pœnitere: ſodalis reo confitenti ac ſcelus deprecanti, quantum quidem poterat, ignouit: eundem tamen paulò poſt ad regem detulit, qui reum comprehenſum ad Curiam Pariſiorum mitti iuſſit: Curia capitali ſupplicio, quaſi perduellionis conuictum, damnauit,

*Singulare in vnius dominatu.*

B C D

Prudentiùs tamẽ, opinor, rex ignouiſſet, quia cogitationis illius ac volũtatis, quã propter ſcelerũ atrocitatẽ leges coercẽt, hominẽ pœnituiſſet: ac ſui ipſius proditor & accuſator priùs extitiſſet quàm accuſaretur. At cùm Q. Gallius Auguſtũ occidere non modò propoſuiſſet, verũetiã cõfidenti audacia conſilium exequi conaretur, à Senatu Romano perduellionis damnatus eſt: eundem Auguſtus ſupplicij metu liberatum ad fratrem prouinciæ Præſidem miſit: ſed priùs occiſus eſt quàm eò perueniret: quod quidem Auguſti iuſſu factum interpretabantur: eadem conſilij calliditate qua C. Cæſar Marcum Marcellum aduerſarium omnium maximum, cui rogante Senatu pepercerat, necari iuſſiſſe dicebatur. Verius eſt tamen nec Cæſarem, qui ferè principes omnes naturæ clementia B quadam ſuperarat: nec Auguſtum in tam ſublimi honorum ac maieſtatis ſede collocatum, ſuam dignitatem occulta cæde eorum, quos iuſtiſſimis ſupplicijs afficere potuiſſent, fœdare voluiſſe: cæteri factum excuſabant, vt ſuæ ſaluti conſulerent, & clementiæ famam, quam de ſe ipſi excitarant iſta ratione tuerentur. At ſi coniuratorum in principem magna fuerit multitudo, cauendum erit ne ſupplicio addicti torqueantur in caput coniuratorum: etiam ſi tyrannus omnes ſolo nutu necare poſſit. quia multò plures coniuratorum amicos ac proximos in ſui odium excitabit, quibus forſitan nec opes, nec gratia, nec propinquitates, ac multò minùs voluntas deerit ad vltionem repoſcẽdam: quarum rerum ſi metus abeſt, nihilominus tamen principes crudelitatis opinionem o- C mni ratione declinare oportet. In quo genere eſt à Nerone grauiter peccatum[1], qui coniuratione in ſui exitium ac perniciem detecta, cùm quæſtionibus ac tormentis omnes coniurationis conſcios exquireret, effecit vt rei, quam de tyranno non potuerant, de tyranni ſectoribus vltionem acciperent, cùm Neronis amiciſſimos ac domeſticos quaſi coniurationis participes incuſarent: quos ille omnibus ſuppliciis affecit. Inde ſecuta eſt legionum ac prouinciarum aperta defectio. Quamobrem Alexander magnus, poſteaquam de Parmenione ac Philota déque cæteris coniuratis pœnas ſumpſiſſet, legi Macedonum[2], quæ proximos quinque coniuratorum in principem morti addicebat, noua lege derogauit. Nulla re tamen coniuratio meliùs caueri poteſt, quàm ſi præoccupata diſſimule- D tur: vt rectè Tacitus, Optimum, inquit, remedium inſidiarum eſt, ſi non „ intelligantur. Cùm enim Hanno Imperator Carthaginẽſis Senatores ac „ principes omnes ciuitatis nuptiarum ſpecie necare propoſuiſſet, Senatus re intellecta decreuit legem ſumptuariã promulgari oportere, qua numerus conuiuarum ac ſumptus ſeueriſſimè definiebatur. Hoc Senatuſconſulto[3] ſine tumultu ac cæde cuiuſquam oppreſſa cõiuratio eſt. Sic Eteocles Lacedæmoniorum Imperator[4], cùm inſulam Chiũ aduerſus Athenienſes præſidio militari tueretur, milites occulta coniuratione decreuerant in inſulæ dominatum cæſis incolis inuadere: coniurationis verò teſſera fuit arundo: Imperator re intellecta amicorum corona ſtipatus vrbem obire cœpit, ac militem ſibi obuium arundinem geſtãtem occidit: tum repente edixit eos omnes occiſurum qui arundinem geſtarent: ita coniu-

1 Tacit. lib 14. & Tranquil. in Nerone.

2 Q. Curtius Arrianus.

3 Iuſtin. lib. 21.

4 Xenophõ lib. 2. Rerum Græcarum.

coniurati qui eſſent, ſciri noluit: incolas tamen iuſſit militibus ſtipendia ſoluere, vt conſpirandi occaſione ſublata, conquieſcerent. Ergo diligenti cuique Imperatori ac magiſtratui danda eſt opera, vt non tam ſeditiones tollere quàm præoccupare ſtudeant. nam ſeditio ſemel accenſa quaſi ſcintilla impetu populari repẽte agitatur, ac totàm vrbem priùs inflãmare ſolet, quàm reſtingui poſſit. Nec iuſſa ſunt expectanda principum, qui quæ aduerſus eos occultis inſidiis parantur, minimè omnium intelligunt. Ac ferè fit vt exteri ac peregrini principes aliorum principum arcana, ſcripta, geſta, ſermones intelligant: & quæ domi gerantur penitus ignorent. Pelopidæ coniuratio de arce Cadmæa recuperanda, priùs
B Athenis peruulgata fuerat, quàm quid geſtum eſſet à coniuratis, vt euentus docuit. nam paulò antè quàm dux Archias vnà cum præſidio cæſus eſſet, admonitus fuerat per literas [5] Pontificis Athenienſium, vt ſibi caueret: quas literas ne inter cœnandum legeret, contritũ prouerbium vſurpauit, In craſtinum negotia. Quis neſcit Carolum v. Imperatorem omnium ferè quæ vſquam gererentur ab aliis principibus, aut coſortem aut conſcium fuiſſe? at eam coniurationem, quam Mauritius & Albertus Brandeburgicus familiares ac domeſtici Cæſaris ſuſceperant, quámque ad exitum perduxerunt [6], ne ſuſpicatus quidem eſt. Quid externa perſequor? Ambaſiana coniuratio, quà penè tota Gallia deflagrauit [7] priùs ab Italis, Germanis, ac finitimis populis intellecta eſt, quàm ab iis ipſis quos
C contra ſuſcepta fuerat, ſubodorata fuiſſet: quibus tandem Cardinalis Granuella per literas rem ipſam dicitur aperuiſſe. Coniuratorum tamen ſex millia fuiſſe plerique ſcripſerunt. Ex quo perſpicuum eſt coniurationes earum rerum, quas vi & armis multorum confici oportet, periculoſos ac difficiles exitus ſemper habuiſſe: quia nec à paucis expediri, nec à multis taceri poſſint: ac ſæpiſſime à mulierculis coniuratorũ arcana manant in vulgus. nam Philotas meretrici coniurationem aduerſus Alexandrum magnum detexit, à qua cum ſociis proditum ferũt [8]. ſic Fuluia detulit Catilinæ coniuratos ad Ciceronem. & noſtra ætate occulta conſilia Prioris Campani, qui Gallorum triremes agebat, quíque Venetiarum ciuitatem diripere propoſuerat, à meretrice prodita ſunt. Difficile eſt tamen
D men eum, qui magno ac forti animo tyrannum occidere, ac mori ſimul propoſuit, à ſuſcepta ſententia & ab inferenda vi prohibere, ſi propoſiti conſcium quem metuere poſſit, præter ſeipſum habeat neminem. qualis Scæuola fuiſſe dicitur, qui primus ab euentu genti ſuæ nomẽ indidit, quod dextram ardenti rogo ſponte ſuppoſuiſſet, quia regis Porſennæ legatum pro rege occiderat [9]. Non minore audacia dicam an fortitudine Lazari Seruiæ regis domeſticus Pazetem Turcarum regem inter medias legiones occidit, vt domini necem & ſtuprum reginæ illatum vindicaret. Ita quoque Philippum Alexandri magni parentem Pauſanias toto exercitu ſpectante trucidauit. Quinetiam Petrum Aloiſium Placentię tyrannum in ſua ipſius arce Prætorianorum militum præſidio ſtipatum coniurati necarunt. & is qui Domitianum Imperatorem occidit, in latebris abditum eadem fraude transfixit qua dux Iſraelitarum Aodus Moa-

5 [illegible]
6 anno 1552.
7 anno 1562.
8 Arrianus
9 Dionyſ. Halycar. non putat id verum eſſe.

bitarum regem. Ac niſi Coſmus Medices, is qui principatum Florentinorum adeptus eſt, vbique ferreo thorace armatus fuiſſet, nec cohortes Prætoriæ, nec arces illum ſeruare potuiſſent ab hominum deſperatorum manibus, qui in abdita quæque loca ſæpiſſimè penetrarunt, vt illum interficerent, quocunque tandem ſupplicio perituri fuiſſent. cùm enim Senatum haberet Prętoria cohorte circonſtante, non defuit qui principem ſicca tranſuerberare conaretur, ignarus illum interiore tunica fuiſſe armatum. eodem momento ſiccarium præcipitem dari iuſſit. Sed quibus artibus eas cõiurationes ac pericula principes declinare poſſint, ſuperiùs diximus. Nunc etiam illud differatur, quæ ratio principibus eſt ineunda, ſi ſeceſſiones ciuium in Republica extiterint, nec vlla in principem odia, B nullæ inimicitiæ contractæ fuerint, quid principi agendum ſit? nam ſæpe controuerſiæ exiſtunt inter ciues eiuſdem vrbis, ſæpius inter oppida diuerſa, nonnunquam etiam inter prouincias. princeps igitur omnia proſpicere debet: eóque accuratiùs cauere, ſi præſides prouinciarum, aut magiſtratus eiuſdem vrbis ſeceſſionum principes fuerint. nam quæ in eo genere leuiſſima ducas, paulò momento grauiſſima comperiuntur: & vt maximæ tempeſtates, quæ calamitatem agris inferunt, ab exhalationibus ac vaporibus leuiſſimis excitantur: ita quoque bella ciuilia, quæ ciuitatibus exitium afferunt, ſæpe ex rebus minimis exoriuntur. Argumento ſit illud, quod Iuſtiniano Imperatore non modò ciues ſinguli, ſed etiam vniuerſi, ac oppida ipſa factionibus diuiſa fuere, vt quem quiſque colo- C rem adamauerat, pro eo quaſi pro aris & focis propugnandum putaret, ídq; potiſſimùm ludis Circenſibus. hinc æmulationes, odia, contétiones, primo quidẽ verborũ poſt etiã verberũ: ac tãdẽ eò delapſa res eſt, vt cùm magiſtratus vrbis Conſtãtinopoleos aliquot ſeditionis authores duci iuberẽt, aduerſa factio lictoribus & magiſtratibus vi depulſis ſupplicio addictos eripuerit: ac cæteros carceribus effractis liberauerit. nec tamen plebs cõquieuit, ſed eodẽ furore Sophiæ templũ maximũ incendit: & vt impunitatem, quam poſitis armis ſperare nõ poterat, adipiſceretur, Hypatium factionis ducem trepidante & in latebris abdito Iuſtiniano, Imperatotem creauit[1]: eóque amentia proceſſit, vt triginta circiter hominũ millia vno die caderent: ac niſi dux ipſe partium idémque nouus Impe- D rator cæſus eſſet, plebs Iuſtinianum Imperio ſpoliarat: qui tamen ex eiuſmodi factionibus oblectationem initio ceperat. Ita quoque Syracuſis cùm duo corriuales de amaſio inter ſe certarent, cæteris initio riſum ciebant: qui tamen ciues vniuerſos armauerunt, ac tantis odiis & animis pugnatum eſt, vt ferociſſimis quibuſque cæſis plebs armata pulſis optimatibus imperium arripuerit. Priùs igitur quàm ex eiuſmodi ſcintilla incendium cõceptum ſerpere poſſit, aut frigida infuſa, aut ſuffocatione reſtingui oportet. Nam cùm Alexander magnus intelligeret Epheſtionem & Craterum ſibi amiciſſimos æmulatione mutua diſſidere, & ad ſui tutelã fortiſſimos quoſque duces pertrahere, vtroſque blandis ſermonibus ſimul, deinde ſeorſum ſeductos acerrimè increpuit, iuratus ſe hoſtem ei futurum qui primus alterum verbo violaret: qua obiurgatione ac metu iniecto

*Ex rebus leuiſſimis grauiſſima bella oriuntur.*

1 Procop. lib. 1. de bello Perſico. Zonaras in Iuſtiniano.

iniecto vtrunque vtrique conciliauit. Ac certè Ludouicus noſter, is qui pro ſua religione erga Deum, pietate in proximos, charitate in ſingulos, iuſtitia in omnes, in diuorum numerum relatus dicitur, cùm maxima ſui nominis gloria illud etiam perfecit, vt nulla inter principes controuerſia fuerit, quam non ipſe pro ſua æquitate ac prudentia terminaret [2]. Hoc autem ſummopere principi cauendum erit, ne in finiendis principum litibus gratia vel odio cuiuſquam commoueri videatur. Atque in eo prudenter ſibi cauit Archidamus rex Lacedæmoniorum, qui cùm duos ſibi amicitia coniũctiſſimos contendere inter ſe videret, eos in templum deduxit, & ab vtroque petiit ecquem arbitrum reciperent? cùm Archida-
B mũ optaſſent, iureiurando vtrunque adegit ſe quæ iuberet facturos: data fide, ſic orſus eſt: Vos, inquit, veto hinc diſcedere quoad in amicitiã bona fide redeatis. ita prudẽter vtriq; vtrumq; ſine ſui offenſione ac inuidia cõiunxit, & ab vtroq. gratiã retulit: quo nihil principi carius aut antiquius eſſe debet: cùm nulla ſint propugnacula principibus certiora, nullæ arces validiores quàm ſubditorũ erga principẽ fides ac beneuolẽtia. Hîc non agitur de tyrannis qui nulla re magis quàm inteſtinis potentium odiis, ac mutuis cædibus delectantur. ſæpe fit tamen vt rebus compoſitis tyrannum inimicitias ſerentem ipſi adoriantur: vt quidem Columnarum & Vrſinorum factiones ad concordiam & amicitiam redierunt, cùm intelligerent Alexandrum VI. Pontificem Maximum hoc agere, vt ex eorum
C caſibus & calamitate Spurij ſui Borgiæ opes ac potentiam augeret. Interdum etiam tyrannus quum potentiores in ciuitate propinquitatibus & gratia florere videt, nec pares aduerſarios quibus obſiſtere poſſint habere, tenuibus occultè fauet, eóſque in locupletiores armare ſolet ac nefario ſcelere ſibi obligare quò minùs in gratiam mutuam redire poſſint: vt quidem Ioannes Bentiuolius Bononiæ tyrãnus feciſſe dicitur, cùm Mariſchotorum gentis principem ab aduerſariis necari facilè permiſit, vt eo ſcelere conciliari prohiberet, & mutuæ amicitiæ ſpem omnem à ſtirpe conuelleret. Quanquam nihil fraudes illi profuerunt, nec regis Francorum gratia, quominus de tyrannidis arce tandem deturbaretur. Capitalium autem ſcelerum obligationes ciuitatibus in primis exitioſæ ſunt:
D quoniam amicitiarum & concordiæ ſpe ſublata deſperati homines in omne ſcelus prorumpunt, nec vllis promiſſis ab inſania deduci poſſunt: vt cum legio Carthaginenſium bello confecto domum reuocaretur, milites ſtipendia ſibi petierunt, quæ cùm denegarentur, oppida quæq. munitiſſima occupant ac diripiunt. & quoniam ducibus metuendum erat ne proderentur, militem quemque fortiſſimum inaudita ſcelerum crudelitate ac immanitate obligarunt: Haſdrubalem Imperatorem, ac legatos cum omnibus Carthaginenſibus, qui in eorum poteſtatẽ venerant, crucibus affixerunt: vt neceſſe fuerit Carthaginenſibus nouos exercitus cum veteranis conſcribere, ac difficili diuturnáque obſidione rebelles, qui vinci non poterant, fame conficere, ac modis omnibus enecare [3]. In quo genere belli principem oportet ſe perduellium hoſtem acerrimum oſtentare. Sed ſi principibus ſecum ipſis ſub eodem rege contentio eſt,

2 Hiſtoria Ioinuillæ.

*Scelerũ obligatio exitioſa.*

3 Polyb.

quos quidem pro iure maieſtatis, nec verbis,nec præmiorum ſpe placare poſſit, arbitros ſumma integritate ac prudentia præſtantes, & quales ipſi optauerint, dare oportet, vt rex ab omni inuidia & maleuolentia ſuorũ procul ſummoueatur. Nam ſi controuerſias quæ principibus inter ipſos intercedunt, aliorum principum arbitrio ac ſententia terminari æquum eſt:eóque iure populi omnes vtuntur:quantò id æquius eſt in eadem ciuitate,iudices eos dari qui ab omni odio,gratia,inuidia,ſordibus puri ſint? Princeps enim priuatos [4] cogere poteſt vt arbitrium recipiant:idque potiſſimùm inter propinquos ac potentes fieri oportet, ne ab æquitate ad vim, & ad arma præcipites ferantur. Sed hoc maximè omnium principi fugiẽdum erit ne alterum odio, alterum gratia proſequatur:ea res enim B multis principibus ac ciuitatibus exitioſa fuit. Nam Pauſanias Philippũ Macedoniæ regem occidit quod Antipatro, à quo fuerat cõtumelioſiſſimè conſtupratus,non modò apertè faueret,ſed etiam ius petenti [5] denegaret. Nec aliam ob cauſam Henrichus VI. Anglorum rex diuturnum illud ac funeſtiſſimũ bellũ excitauit,quo annis triginta vniuerſa Anglia deflagrauit, & octoginta circiter principes, ſi Cominio credimus,hauſit; quàm quod rex Lancaſtriæ factionis ducem ſe ferre non dubitaret aduerſus Hyorchos, qui fuſis ac proſtratis aduerſariis regem ipſum & quidem in carcere cum propinquis omnibus interemerunt. Quòd itẽ Marchio Peſquerenſis aduerſus Carolum V. Imperatorem coniurauit,in cauſa poſitum erat,quod Carolus Proregis Neapolitani partes tueri eíque nimis fauere videretur. Infinitum ſit Burgundionum & Aureliorũ noſtrorum factiones,bella ciuilia,principum cædes,ac totius Galliæ miſerandũ C ſtatum oratione perſequi: quæ omnia ob id cõtigerunt quòd ij qui propinquos æquo iure & eadem amicitia ac fide tueri debuiſſent, regiæ maieſtatis obliti quaſi Aduocatorum & Oratorum officia ſuſceperunt,vt viderentur partium duces:& cùm alteri alteram factionem prætuliſſent,aliorum quidem ſe ſocios, aliorum hoſtes quàm reges eſſe maluerunt. Quòd ſi quis obiiciat principes eò ſæpe trahi,& quidem inuitos,cùm plerique peruicaci animo nulla ſe ratione aut iuris æquitate duci velint, ac ne vllis quidem amicorum precibus exorari ſe patiantur. ego principi, quem eò neceſſitas adegit, facilè aſſentiar,vt cùm omnes iuris aditus ad D conciliandos ſuorum animos fruſtra tentauerit,illud tandem quod æquitate non potuit armis conſequatur. futurum non eſt enim vt qui nec amicis velit nec ratione obtemperare, paucos habeat ſuæ ſocios temeritatis. Principi tamen modis omnibus enitendum,ne ſubditos ſeipſo potentiores eſſe patiatur. Sed incidunt ſæpe cauſæ,in quibus tantæ ſunt difficultates,tãta latet obſcuritas,vt nullius arte aut prudentia explicari poſſint. vt ſi cui contumelia occultè illata fuerit,quam qui intulit inficiatur; nec vllis argumentis præterquàm iis quæ in cõiectura verſantur, quid veri ſit appareat:inter plebeios quidem expedita res erit iudici, quippe niſi perſpicuis teſtimoniis damnare debeat neminem: ſed ij qui arma tractant, qui de generis nobilitate gloriantur, putãt dignitatem violari ſuam, ni ſatisfiat ei qui iuratus iniuriam ſe accepiſſe affirmat.

vitam

[4] B l. in l. æquiſſimum de vſufructu. cap. placuit. 90. diſtinct.

[5] Plutar. in Alexandro.

vitam quidem ac fortunas ſubditorum in arbitrio ac poteſtate tyrannorum eſſe confitentur: dignitatem negant. His igitur in cauſis populi qui ad Aquilones poſiti ſunt, ſingularia certamina decreuerunt: plenæ ſunt leges Langobardorum, Saliorum, Ripuariorum, Anglorum, Burgundionum, Danorum, Allemanorum, Normanorum: quæ nec legibus diuinis, nec Pōtificio iure, nec aliorum inſtitutis probantur[6]: niſi aduerſus legitimos hoſtes bellum indictum fuerit, ídque ducis exercitus auctoritate & conſenſu. interdum etiam duces ipſi vt ſuorum ſanguini parcerent, ſingulari certamine de ſumma rerum decernebant: vt Romulus, Coſſus, Marcellus, hoſtium reges ſingulari pugna fregerunt: ita Hundigus rex ſaxonum Roem Danorum regem monomachia vicit: Carolus item rex Neapolis Petrum Aragonię regem ſingulari pugna, vt de regno decernerēt prouocauit neq. id nouū, cum Scipione Affricano Romanorum Imperatore Corbis & Orſua de principatu contendentes, negarunt ſe alium deorum hominúmve quam Martem iudicē habituros. Et quidem præſtat nobilium controuerſeas certamine legitimo, ac more maiorum, (qui monomachiam in perſpicua miniméque dubia cauſa non admiſerunt,) dirimere quàm ciuilibus armis concurrere: Si perſonæ illuſtres tot ac tantis odijs exarſerint, vt placari nullo modo poſſint: duobus enim propoſitis incommodis maius declinādum eſſe ſapientes rectiſſimè præcipiunt: mores ante inueteratos ac multis ſeculis probatos, non modò difficile, ſed etiam periculoſum eſt conuellere conari. Nam cùm Raotaris[7] rex Langobardorum monomachiam ſuſtuliſſet, eandem non multò pòſt importunis ſuorum rogationibus reſtituit, teſtatus belluarum hunc morem ſibi vehementer diſplicere. Nam ſublata monomachia ſecutę ſunt crudeliſſimę innocentium hominum, & occultæ cædes, quæ forſitan propoſitis periculis & infamia ſempiterna non contigiſſent, (certè quidem D. Ludouicus nulli pietate ſecundus, monomachiam primus omnium apud nos ſuſtuliſſe dicitur[8]. quam legem Philippus Bellus Ludouici nepos iterum promulgari iuſſit: idem tamen biennio poſt omnium ferè ordinum rogatione ſuam ipſius legem antiquare quodammodo coactus eſt: cùm occultis cædibus fortiſſimus quiſque caderet. Philippus II. Burgundionū dux non quidem duellū ſuſtulit, ſed nō niſi legitima cognitione magiſtratuū decerni voluit: cū temere apud Batanos id cuique liceret: pernicioſo Danorum exēplo, apud quos olim Fronto rex omnia cauſarum ac litium genera ſingulari certamine definiri permiſit[9]. Ruteni verò & Hungari nō aliter quàm ſi de cauſa iudicanda non liqueret. At Melphitanus princeps nullum ad ſeditiones militum coercendas, & ad cædes occultas remedium tam ſalutare eſſe ducebat, quàm monomachiam imperatoris autoritate & conceſſu decerni, ea lege tamen vt virtus à victore necaretur, & in profluentem ſine ſepultura mergeretur: conſtituto ad certamina ſubeunda loco publico quem flumem vndique cingebat. Hanc igitur legem militarem tulit cùm Inſubriæ à rege Francorū præfectus eſſet. Cùm enim ſublata ſpe fugæ & auxilij, vincendum aut cum infamia ſempiterna moriendum eſſet milites

*Monomachiæ origo.*

6 cap. Monomachia. 2. 5. q.

7 In legibus Langobard.

8 Nous defendōs batailles par tout en noſtre domaine en toutes querelles.

9 Saxo Grammaticus.

modeſtè deinceps ac temperãter ſocietatem & amicitiam inter ſe colue-
runt. Iam verò cùm nec Romanis mendacium putaretur[1] iniurioſum,
nec maiores noſtri ſingulare certamen ob illatum alteri mendacium de-
cernerent, tandem noſtra ætate contumelioſum[2] ac propè capitale eſſe
cœpit: atque id potiſſimùm contigit Fraciſco I. rege Francoru m, quum
in principum corona virum bonum eſſe negaret, qui mendacium
oblatum armis non reieciſſet: quod in Carolum v. Imperatorem, à quo
quidem verbo violatus contumeliam mendacio ritu ſolenni oblato re-
iecerat, dictum videbatur: id tamen poſtea deinceps apud nos in legem
abiit, vt iam inter nobiles, aut milites nemo, qui mendacium oblatum
patienter pertulerit, vir bonus aut fortis cenſeatur ſed ignauus. Inde gra- B
ues controuerſiæ, vulnera, cædes, ad omnes ordines ciuium permanarũt.
tandem Henrichus II. qui monomachiam decretam, magno illuſtrium
virorum concurſu terminari non ſine acerbiſſimo dolore viderat, lege[3]
perpetua in poſterum controuerſias armis dirimi vetuit. Ac ne labem vl-
lam infamiæ ſubiret is cui mendacium temere quiſquam oppoſuiſſet,
Carolus ix. legem ſanctiùs renouari iuſſit, cui etiam illud ſubrogauit, ſe
dignitatis & exiſtimationis periculum eorum nomine qui mendacium
oblatum vi & armis non vlciſcantur recipere ac ſubire velle: nunquam
tamen tanta ſiccariorum multitudo antea in Gallia fuiſſe videtur, quanta
extitit ſublato duello. Quis enim ſine riſu exciperetur qui ob mendaciũ
oblatum iudicem appellaret? Iudicio tamen nobilitatis ac centurionum C
grauem infamiæ labem patricius miléſue contraxiſſe videatur, qui vi &
armis illam ſeu petulantiam, ſeu contumeliam non refellat: nec facilè
profectò tam ſtultæ opinionis prauitas dicam, an leuitas, ex hominum
animis eximi poterit. Itaque quod antea diximus duellum ad grauiora
declinanda incommoda ferendum eſſe, non propterea id lege ſancien-
dum putamus, ſed principis reſcripto ac maiorum magiſtratuum cogni-
tione decernendum. Illud certè incommodum cauebitur cui ſine duel-
lo prouideri nequit, quod gentiles vicini, amici, ac propinqui ob vnius
acceptam iniuriam ad arma concurrere quodammodo cogãtur: etenim
ſæpiſſimè improborum hominum vis ac furor in bonorum ac fortium
ciuium capite redundant. Illud autem in cauſæ cognitione potiſſimùm D
verſatur, ne duello controuerſiam vllam, niſi quæ capitalis fuerit, & cu-
ius perſpicua probatio extorqueri non poſſit, dirimere liceat: iiſque le-
gibus & conditionibus, vt cui arma erepta fuerint eidem vita eripiatur,
ac infamiæ ſempiterna labes inuratur: quæ pœnarum acerbitas, & infa-
miæ metus, pleroſque tum à duello, tum etiam ab iniurioſa facinoroſá-
que vita prohiberet. Nam Philippus Bellus duella ſublata non aliter no-
bilitati reſtituenda putauit quàm cauſa à magiſtratibus cognita, vt ve-
tere Senatuſconſulto cauetur. Idem Senatus in cauſa Fuxæi comitis
aduerſus Arminiacum, negauit locum eſſe duello quoties contro-
uerſia iuris exiſtit, quod etiamnum Bearnenſium lege municipali
continetur. quinetiam legibus Neapolitanis[4] monomachia decer-
nere non licuit, niſi de perduellione aut cæde fortuita quæreretur: cùm
anteà

1 Cicero pro Murena.
2 Bart. in l. item. § ait prętor de iniuriis. DD. in l. ſi liber. de con. ſi ſt. ob cauſam. & in c. 1. de vaſſ. d. qui cõtum. ix. Barba. in c. 1. Raynoldus de reſta n. Dinus. Bart. Caſtrẽſ. Angelus. in l. ſi extraneus. prin. de acq. hęred. Cardin. Alexã. in c. neque. 9. diſtinc. & actionẽ iniuriarũ eſſe etiã ſi quis addiderit tu mentiris ſalua reuerentia.
3 anno 1548.
4 Tit. 32. de pugni ſublata cõſt. Neap. iſſdict.

anteà quocunque crimine oblato præter furti cauſam aduerſarium pro-
uocare certamine liceret, ſine cauſa maiorum [5] noſtrorum moribus non
video licuiſſe. Nulla tamen legibus Hiſpanorum [6] duelli iuſta cauſa
probatur. Quid igitur, ſi contentiones inter familias aut inter collegia
eiuſdem ciuitatis ex iiſdem cauſis oriantur, quibus inter priuatos, an
armis experiri fas eſt? monomachia certè locum non habet: nam ipſa
nominis μονομαχίας & duelli interpretatio repugnat. at tametſi trium Ho-
ratiorum ac totidem Curiatiorum certamen Tullo Hoſtilio rege decre
tum fuerit: id tamen belli Albanos inter ac Romanos finiendi cauſa fe-
rendum erat: nec intereſt quo numero aduerſus hoſtes decernatur: ſed a-
B liud ſtatuendum eſt ciuibus inter ipſos, quorum vitam, famam, ac for-
tunas tueri, aut ſi cui quis noceat, legitimo iure agere oportet. & quo-
niam iura quædam familiaria ſunt, & ſua collegiorum ſtatuta, iudicibus
hæc accuratè diſcutienda erunt: ac omni ſtudio proſpiciendum, vt ſi me
tus ſeditionis ciuitatem inuaſerit, magiſtratus cohortes armatas locis o-
mnibus diſponat. Id autem ſæpenumero accidit, cùm de capite potentiũ
vel gratioſorum ciuium agitur: aut cùm ſupplicia inuſitatis legibus ac
moribus irroganda ſunt: cùm enim Senatuſconſulto Syllaniano qua-
dringentos ſeruos ad extremum ſupplicium ob vnius culpã trahi opor-
teret, quia populus Romanus rei nouitate ac indignitate vehementer
commouebatur, Nero legionem omnibus Vrbis regionibus diſpoſuit,
C vt plebem coerceret. quòd cùm ab Imperatore Iuſtiniano in conſimili
ferè cauſa prętermiſſum fuiſſet, ingẽs illa ſeditio quam ſuperiùs diximus,
vrbem Conſtantinopolim vno velut incendio repente inflamauit. Nec
ita pridem duæ clariſſimæ vrbes, Lutetia, inquam, & Antuerpia, graui
ſeditione iactatæ fuerunt, cùm religionis cauſa damnatos populus ſup-
plicio liberaret. Inde Belgarum à rege defectionis primordia cœperunt.
Neque id nouum eſt, ſed in ipſius populi Romani luce contigiſſe legi-
mus, cùm Voleronem ſeditioſum ciuem fuſtibus cædi iuſſiſſet Conſul,
plebs illum ſupplicio exemit ac Tribunum creauit, vt popularem aduer-
ſus optimates libertatem tueretur: quibuſcum perpetuum erat inteſti-
númque bellum: quod aliter ſedari non poterat, quàm ſi hoſtis ciues vr-
D geret. Quamobrem hoc præcipuum magiſtratibus ac Senatui ſtudium
fuit, vt ciuibus hoſtes opponerent, aut ſi hoſtes defuiſſent, belli ſemina
vndique conquirerent, alioquin à bellis ciuilibus nunquam conquietu-
ri. Neque verò bella ciuilia magis exarſerant, quàm parta pace cum po-
pulis omnibus, bellóque aduerſus Pœnas primùm confecto. tunc enim
Ianum Conſules cluſerunt: quod contigerat antea nunquam. Ac mihi
propiùs in eam rem intuenti, nihil videtur bellicoſis nationibus tam per-
nicioſum quàm pax: nec militibus quicquam magis infeſtum quàm o-
tium. Itaque C. Marium Imperatorem quidem omnium optimum fuiſ-
ſe hiſtoriæ prodiderunt: ſed peſſimum domi ciuem, quia pacem ac tran-
quillitatem colere neſciret. An verò populum bello aſſueſcere præſta-
bilius ſit quàm paci, ſuo loco diſſeretur. Cùm autem ciuium ſeceſſiones
omni ciuitatum generi periculoſæ, tum verò popularibus Imperiis ma-

[5] Faber. in § per contrariũ de hæredit. quæ ab inteſt. deferun.
[6] Petrus Bellugà. in ſpeculo. tit. 26. § ieſu.

ximè omnium metuendæ ſunt, ac ſumma diligentia præoccupandæ: ſi tamen ſeditio priùs coorta fuerit quàm proſpiceretur, ſapientiſſimos ac ſumma virtute præſtantes viros, qui populi motus orationis lenitate ac prudentia regere poſſint, adhibere oportebit. Et quemadmodum ij qui à furore affecti ſaltant, nec aliter curantur quàm ſi lyricus aut cythariſtes inconditos ſaltantium motus imitari ſtudeat, vt paulatim grauioribus modis furioſorum hominũ ſaltationes cohibere poſſit: ita magiſtratuum neceſſe eſt initio ſeſe ad pupuli furentis animos accommodare ac tempeſtati obedire, vt tandem portum feriat: Nam qui vim adhibent, perinde faciunt vt ij qui torrentem præcipiti caſu de rupibus altiſſimis labentem ſiſtere ſe poſſe confidunt. Qui autem armis ſubditos coercere conantur, niſi opibus ac potentia valent, Rempublicam in ſummum B diſcrimen adducunt. neque enim plebs impotentia animi victoriam aſſecuta victis parcere conſueuit. Quòd ſi princeps eam quam de populo ſperarat, quémque armis frangere tẽtarat, victoriam non reportarit, magnum ſui ipſius contemptum in animis non modò ciuium, ſed etiam hoſtium ac peregrinorum ingenerabit. Et quidem cùm alibi ſæpenumero tum verò ſæpiſſime Senatus Romanorum deprehendit eos, qui vim ad ſanandum plebis furorem adhibuerunt, grauiter peccauiſſe: qui verò lenitate ſermonis populi voluntates flexerunt, ciuitatem penè cadentem erexiſſe. Appius Conſul populo petenti nouas tabulas, quibus debitores liberarentur, acerrimè reſtitit atque iterum plebem à patribus ſecedentem acerbè tractari cenſuit oportere, nec aliter ad officium reuocari poſſe: ſed priore actione Seruilius, altera Menenius Agrippa iudicarunt plebem, non acerbitate ſed potiùs lenitate ac facilitate ad officium eſſe reuocandam. quod Agrippa re ipſa docuit, ac pereleganti corporis humani fabula tenues cum potentioribus exemplo ſalutari conciliauit, & arma vtriſque de manibus extorſit. Quæ res illi ſummam omnium beneuolentiam, & cum Reipublicæ ſalute gloriam peperit immortalem. Quòd ſi feræ beſtiæ nunquam fuſtium ictibus manſueſcunt, ſed manſuetarij comitate ac facilitate: quis plebem ferarum omnium ferociſſimam orationis aſperitate tractabiliorem fore putet? Dãdum eſt igitur aliquid plebi: ac ſiquidem ſeditio ab inopia rei frumẽtariæ proficiſcatur, tenuibus frumentum de publico erogandum erit: nec oratione vtẽdum, quia venter aures non habet, vt Cato dicere ſolebat: licet etiam plura polliceri quàm præſtare poſſis. Nam in eo genere Platonis & Xenophontis ſententia probabilis eſt: Magiſtratibus ſcilicet non aliter quàm medicis aduerſus pueros & ægrotos mentiri licere. Sic enim Pericles populum Athenienſem comœdiarum ac ludorum illecebris, tum etiam frumenti ac pecuniarum in tenues diuiſione permulcere ſolebat: & cùm feram illam popularem oculis, auribus, ventre, modíſque omnibus cepiſſet, edicta ſalutaria, quæ per famem, aut furorem exaudire non licuiſſet, promulgabat. Quòd autem diximus populo dandum aliquid eſſe, & interdum ea quæ cum iniquitate coniuncta ſunt permittenda, maximè verò in popularibus & optimatum Imperiis hoc ita vrgẽte neceſſitate verum eſſe ſtatuo, ad ſe-

ad ſeceſſiones cohibendas: alioqui perniciosum eſt plebis impotẽtis libidini ſemper inſeruire: ſed eã ita moderari neceſſe eſt vt libertatis fræna nec conſtringi, nec omnino laxari videantur: ac tametſi præceps & lubrica ſit licentia popularis, pernicioſius tamen eſt apertè populum oppugnare, quàm illecebris flectere velle: vt Appius, Coriolanus, Metellus, Phocio, Hermodorus: qui cùm omnia populo denegarent, ſéque plebis aduerſarios omnium maximos profiterẽtur, ſeipſos Rémque publicam aut perdiderunt, aut in ſummum diſcrimen adduxerunt. Ac tametſi nulla res principibus ac magiſtratibus difficilior viſa eſt, quàm maieſtati miſcere facilitatem: nihil tamen popularibus Imperiis tam neceſſarium eſſe
B poteſt. Et quemadmodum Sol cum cæteris ſideribus oritur, & occidit rapidiſſima cælorum omnium conuerſione, idẽ tamen paulatim ab Occaſu curſum retroagit: & quò ſublimiùs à terra ſurſum euehitur, eò minor apparet: ita principem ciuitatis, populi voluntates ac ſtudia quodam modo ſequi oportet, vt faciliùs ea quæ volet, in poſterum conſequatur. Nec ſi poſſit princeps vniuerſum populum arbitrio ſuo cogere, vim adhibere debet, ſed moderatis Imperiis ac iuſſis vtendum. Quis enim medicus tam imperitus, qui ſectionibus & vſtionibus, ſi aliter morbos curare queat, vtendum putet? Quis item princeps aut magiſtratus in populari ſtatu plebem, quam nutu poteſt aut oratione ſalutari in officio retinere, armis cogere velit? Multa quidem earum rerum libris omnibus exempla
C proponuntur, nullum tamen illuſtrius eſt quàm Pacuuij Calauini Campani, qui cùm popularem ſtatum tueri & ab optimatibus diſſidere videretur, nihilominus tamen cùm intelligeret plebem Senatores vrbis Capuæ necare propoſuiſſe, ac parricidum vehementer execraretur, ſimulauit ore ac vultu ſe populi voluntates & conſilia probare. Is igitur Senatores eodem in loco concluſos admonuit, ſe populi cõcionem habiturum, próque eorum ſalute propugnaturum, ac bono animo eſſe iuſſit. In concionem progreſſus hilari vultu ſic populum alloquitur, Quod ſæpe, inquit, optaſtis Campani, vt ſupplicij ſumendi vobis ex improbo ac deteſtabili Senatu poteſtas eſſet, eam nunc non per tumultum expugnantes domos ſingulorũ, quas præſidiis clientiũ ſeruorúmque tuentur, cũ ſum-
D mo veſtro periculo, ſed tutam habebitis ac liberam. Clauſos omnes in curiam accipite. de ſingulorum capite vobis ius ſententiæ dicendæ faciam. Sed ante omnia ita vos irę indulgere oportet, vt potiorem ira ſalutem atque vtilitatem veſtram habeatis. nam Senatum omnino non habere non vultis. quippe aut rex, quod abominandum, aut, quod vnum liberę ciuitatis conſilium, Senatus habendus eſt. Itaque duæ res agendæ vobis ſunt, vt & veterem Senatum tollatis, & nouum cooptetis. Inde conſedit & nominibus in vrnam coniectis, citari quod primum nomẽ ex vrna excidit, ipſúmque è curia produci iuſſit. Vbi auditum eſt nomen malum & improbum, pro ſe quiſque clamare & ſupplicio dignum. Tum Pacuuius, Video quæ ſententia de hoc ſit data: eiicitur, pro malo & improbo bonum Senatorem & iuſtum eligite. Primò ſilentium erat inopia potioris ſubiiciendi. cùm tamen aliquis omiſſa verecundia quempiam nominaſſet,

multò maior extēplo clamor oriebatur, cùm alij negarent noſſe, alij probra, humilitatem ſordidámque inopiam & pudendæ artis aut quæſtus genus obiicerent. Hoc multò magis in ſecundo & tertiò Senatore eſt factum, vt ipſius pœnitere homines appareret. Ita dilapſi homines, notiſſimum quodque malum maximè tolerabile dicentes eſſe, iubētéſque Senatum ex cuſtodia dimitti. Ergo prudenti vnius hominis conſilio non tantùm ab interitu ſeruata ciuitas eſt, verumetiam releuata atque recreata: cùm Tribunus ille plebis indomitę furorē ſimulatione cōpeſcuiſſet, ac planum feciſſet, non modò cædem Senatorum in ſempiterna poſteritate crudelem viſum iri: verumetiam cęſis Senatoribus ciuitatem ſine cōſilio deſertam ciuilium diſcordiarum incendio propter honorum contentiones deflagraturam. Quòd ſi furor plebis ad arma proruperit, ac ciuili ſanguine ſeipſam reſperſerit, perarduum eſt pérque difficile ad ſanitatem reuocari. Atque in eo genere nonnulli domos ſuppoſitis facibus incenderūt, ne Reſpub. diſcordiarum incēdio periret: cùm ſcilicet ciues repente poſitis armis ad incendium reſtinguendum concurrerēt. Quòd ſi quis animi præſtantia quadam ac virtute cæteris excellat, qui orationis grauitati ciues ad pacem & concordiam adducere velit, hunc vnum populi motus placaturum, aut video neminem: quod eleganter Maro his verſibus expreſſit. B

*Ac veluti magno in populo cùm ſæpe coorta*
*Seditio eſt, ſæuítque animis ignobile vulgus,* C
*Iámque faces & ſaxa volant, furor arma miniſtrat.*
*Tum pietate grauem ac meritis ſi fortè virum quem*
*Conſpexere, ſilent, arrectis auribus aſtant:*
*Ille regit dictis animos & pectora mulcet.*

Tales fuiſſe diximus Periclem Athenienſem, Menenium Agrippam Romanum: Petrum Loredanum Venetum. Cùm enim ij qui nauticam in portu tractabant, cæteros ciues armis procul ſummouerent, nec magiſtratuum imperiis, nec auctoritate Senatus coercere poſſent, Petrus Loredanus ciuis priuatus clara voce ac manu elata ciues arma ponere iuſſit, ac ciuilem diſcordiam momento ſedauit. Ex quo intellectum eſt, virtutis ſingulare decus ac maieſtatē plus in Republica valere, quàm leges, quàm arma, quàm edicta, quàm magiſtratuum omnium iuſſa. nam qui nulla vi, manu, copiis, lapidibus, ferro, faſcibus coerceri potuerant, vnius ciuis autoritate, nutu, arbitrio, voluntate ad ſanitatem reuocati ſunt. Eſt etiam in religionis metu magna vis ad plebem coercendam. Còm enim Florentini tanto ciuilium armorum furore inter ſe exarſiſſent, vt ciuium ſtrage ac ſanguine vrbs ipſa redundaret, nec vlla vis humana alios ab aliorum cæde diuellere poſſet, Franciſcus Soderinus Pontifex ornamēta Pōtificia indutus, ac ſacerdotum corona comitatus crucem præeunte, inter medios ciuium cuneos proceſſit: repente ciues religionis metu arma poſuerunt. Ita quoque Iadus Pontifex Hebræorum Alexandro magno ad vrbem Hieroſolymorum vnà cum exercitu venienti, ſacris veſtibus ſubornatus occurrit: cuius ſpecie ac ſplendore exterritus D

territus Alexander Pontificem adorauit, ac tantùm abfuit vt regionem aut ſacram vrbem diriperet, vt etiam maximis beneficiis illam amplificaret.[5] Eadem arte Vrbanus Pōtifex max. Attilam ab vrbis Aquilææ obſidione dicitur auertiſſe. Sed interdum tanta ſunt ciuium inter ipſos odia vt ſociorum ac finitimorum ope ad eos conciliandos opus ſit. Etenim Lucenſes ex vrbe effuſi Florentinorum grauiſſimis caſibus & calamitate quam ex ciuili diſcordia contraxerant, permoti, Florentiā ad pacis actiones componendas peropportunè venerūt: quæ res non modò laudabilis, ſed etiam vtiliſſima ſemper viſa eſt, non tātùm ciuitati perituræ, verumetiam iis qui concordiam ciuium tueri volunt. Fit enim ſæpenumero vt B ciues à diſcordia abhorreant & pacem cupiant, ſed ſalua dignitate peti non poſſe putent: quo fit vt nullus ciuilium calamitatum exitus reperiatur, niſi quis medius intercedat: quod in popularibus & optimatum imperiis multò difficilius eſt quàm in monarchia, in qua vnius imperio ac poteſtate ciues ſecum ipſi & cum Republica faciliùs coniunguntur: niſi princeps ſe partium ducem malit quàm regem videri: quæ res exitium ei procul dubio eſt allatura, ſi de rebus aliis quàm de maieſtate quæratur: vt quæ ſuperioribus annis controuerſiæ de religionibus extiterunt, quibus adhuc vniuerſa penè Europa conflictatur. Imperia quidem Suecorū, Scotorum, Anglorum, Danorum, Heluetiorum, Germanorum religiones & ritus antiquos mutarunt, ſtante Rei cuiuſque publicæ forma: tameſi non ſine grauiſſimis calamitatibus acerbiſſimóque bonorum ac C fortium virorum occaſu. At cùm ſemel conſtituta & omnium conſenſu probata religio fuerit, ne poſtac in diſputationem deducatur cauendum eſt, vt omnes ſeditionum viæ, omnes aditus intercludantur, & præſidia pacis muniantur. Quarum enim rerum diſputationes in vtrāque partem feruntur, earum omnium probabilis eſt ac dubia ratio. Quid autem ab impietate propiùs abeſt, quàm leges diuinas, quarum ſempiterna ſit natura, & quæ omnium animis ac mentibus aſſenſione certiſſima hærere debeant, probabilibus argumentis in dubium reuocare? Nihil eſt enim tam firmum ac ſtabile (niſi demonſtratione clariſſima miniméque dubia nitetur) quod argumentorum vi ſubuerti non poſſit: at rerum diuinarum D diſciplina non in demonſtrationibus aut perſpicuis rationibus, ſed in aſſentione ſola verſatur. Et qui demonſtrationibus ac libris peruulgatis id conſequi ſe poſſe putant, non modò illi cum ratione inſaniunt, ſed omnium religionum fundamenta labefactant. Extat Lycurgi[6] lex antiquiſſima, quam Florentini, diſputatores omnium acutiſſimi, in populari ſtatu iuſſerunt, Ne ſcilicet de legibus ſemel receptis ac probatis diſſerere liceret. Intellexit vir ſapientiſſimus leges diſputatas in dubium reuocari: dubitationem verò iniuſtitiæ opinionem afferre: ex quo legum ac magiſtratuum cōtemptum & Reipublicæ interitum ſequi neceſſe eſt. Quòd ſi Philoſophi ac mathematici ſuarū diſciplinarū principia in diſputationē reuocari non patiuntur, quæ dementia eſt de religionibus non modò priuatim, ſed etiam publicè diſputare velle? Quanquā Anaxagoras niuē eſſe atram, & Fauorinus quartanam hominibus vtilem eſſe tuebantur.

[5] Ioſeph. in anti

[6] Plutar.

*De religionibus diſputare pernicioſum.*

ſſ

Carneades verò cùm iuſtitiam maximis laudibus extuliſſet, perendie iniuſtitiam præſtabiliorem eſſe pleriſque perſuaſit. Sed Ariſtoteles eos qui quærerent nix alba ſit nécve: egere ſenſu dicebat: qui verò dubitarent Deus ſit nécne: pœnis eſſe non argumentis refellendos. tametſi Deũ ſempiternũ & eſſe, nec plures vno exiſtere poſſe neceſſaria demõſtratione [7] cõfirmauit. Quare prudẽter Orientis & Affricę populi ipſiq; Hiſpaniarũ reges de religionibus diſſerere ſanctiſſimè prohibuerunt. Et cùm Moſchouiæ populi, qui Græcorum ritus probarunt, variè de religionibus ſentirent, ac ſeditioſis concionibus in ſectas diſtraherentur[8], rex Moſchouitarum ne quis de religione diſſereret capitali pœna ſanxit: ſed curionibus ac Pontificibus exhibuit librum, quo quid cuique de rebus diuinis perſuaſum eſſe vellet, continebatur, vt eum populo ad legendum & ad intuendum proponerent, capitis pœna ſubiecta, ſi quid vllius interpretatione additum detractúmve eſſet. Certè quidem Moſes cùm omnia quæ ab immortali Deo didicerat & expreſſerat, accuratiſſimè deſcripſiſſet, ac populo expoſuiſſet, vno capite legis, populo adhuc in deſerta ſolitudine vaganti, iuſſit ſacerdotes ac Leuitas legem diuinam clara voce ac diſertè legere ídque aſſiduè, vt omni ætati ac ſexui perſpicua & cognita eſſet: altero capite legibus diuinis quicquam addi detrahíve prohibuit. Itaque cùm in monte Sionis ſeptem eſſent collegia, nonnulli CCCC. fuiſſe putant, quibus lex diuina docebatur, ac plerique ſeorſum præcepta de religionibus traderent, nemini tamen diſputare fas erat, vt quidem Optatus Mileuitanus ſcribit[9]: quippe iudicabant nihil tam à rebus diuinis abhorrere quàm diſputationes, quæ ad res probabiles ac dubias pertinent, non ad eas quarum aſſenſio certiſſima cuique eſſe debet. Cùm igitur de rebus diuinis diſputationes non tantùm dubitationem ac religionum interitum, verumetiam Rerumpublicarum euerſionem afferãt, eas profectò ſanctiſſimis legibus prohiberi oportet. Quod ab Imperij Germanici ordinibus poſt diuturna bella ciuilia cautum eſt, vt Romanam & Saxonicam religionem mutua concordia principes tuerentur: illud etiã ſubrogatũ, ne de religionibus capitali pœna indicta, diſputaretur: quam pœnam Germanorum magiſtratus, ac potiſſimùm Auguſtæ cùm à nonnullis exegiſſent, vniuerſa Germania conquieuit. Iam verò cùm legiſlatores omnes ac philoſophi, atq; adeò Polybius ipſe [1] Atheos religionem Rerum omnium publicarum firmiſſimum fundamentum eſſe, ab eáque ſubditorum fidem in principes, obedientiam erga magiſtratus, pietatem in parentes, charitatem in ſingulos, iuſtitiam in omnes pendere confiteantur, ſeueriſſimis legibus cauendum eſt ne res omniũ ſacratiſſima puerilibus ac ſophiſticis concertationibus, ac potiſſimùm iis quæ publicè fiunt, vileſcat: probabilibúſque argumentis in dubium reuocata ex animis auditorum ac diſputantium tandem eripiatur. Nec audiendi ſunt qui ſubtilioribus rationibus omnia ſe perſuadere poſſe putant, quoniam ſumma ratio eſt, quæ pro religione facit, vt eleganter reſpondit Papinianus[2]. Quanquam rectiſſimè Ariſtoteles [3] vtroſque ineptire ſcribit, & Oratores qui demonſtrare, & Geometras qui perſuadere quæ volunt, conantur:

7 lib. 6. Phiſ. & 12. meta.

8 Sigiſmũdus Liber in hiſtoria Moſchouitarũ.

9 lib. 3.

1 lib. 6. de militari ac domeſtica Rom. diſciplina.

2 l. & ſiquis de religioſis. ff.

3 ad Theodectẽ.

nantur: quoniam nec probabilia demonſtrari poſſint, nec certa neceſſariáque argumentis perſuaderi debeāt. Hic non definio quænam in tanta populorum de religionibus inter ſe diſcrepantiū varietate, optima cenſeri debeat, (quanquam quod verum ſit, plus vna eſſe non poteſt, & ad religionem adipiſcendam quæ vera, quæque præpotentis Dei voce promulgata ſit, non diſputationibus, ſed aſſiduis ad Deum æternum deorū omnium parentem ac principem rogationibus vtendum:) ſi tamen princeps aliquis certiſſimas de lege diuina, déque vera religione aſſenſiones animo comprehenſas habeat, ſubditóſque opinionum varietate ac multitudine ſectarum diſtractos in ſuam pertrahere volet: vim amouere o-
B portet: nam quò grauiora ſupplicia irrogabis, eò minùs proficies: cùm ea ſit in hominibus inſita vis ac natura vt ad aliquid aſſentiendum ſponte duci velit, cogi nolit. Hæc mea fuit ad Elizabetham Anglorū reginam & ad optimates ac Senatores oratio, cùm de Campiano Ieſuita déq; catholicis quæſtiones capitales haberentur. Principem igitur oportet vera religione vtentē non inani ſpecie ac ſimulatione ficta, ſed ardentibus votis ac precibus ſempiternum Deum colere: qua quidem ratione ſubditorum mentes ac voluntates in ſui vnius admirationem & imitationem conuertet, ac ſectarum omnium radices ac fibras amputabit. Cuius rei cùm multa ſint argumenta, tum verò nullum ad hanc rem accommodatius quàm de Theodoſio maiore: qui ineunte Imperio pruouincias
C omnes Arrianorum plenas reperit, quorum opes ita creuerant ſub Imperatoribus Arrianis, vt non modò confirmata eſſet eorum diſciplina conciliis octo, quæ variis temporibus Tyri, Sardis, Syrmi, Mediolani, Seleuciæ, Nicææ, Tharſi, Arimini coacta fuerant: ac potiſſimùm ſynodo Ariminenſi, quæ ſexcentorum Pontificum concordibus animis ac ſententiis Arrianam ſectam comprobarat: verumetiam pœnarum ac proſcriptionum acerbitate ſectas aduerſariorum punirent: noluit Imperator Arrianos, quos tamen capitaliter oderat, vllis ſuppliciis coerceri: ſed vtriſque, Arrianis inquam & catholicis ſua templa conceſſit, & in ſingulis oppidis duos vtriuſque religionis Pontifices haberi permiſit. ac tametſi catholicorum Pontificum importunis rogationibus edicta quædā aduer-
D ſus Arrianos promulgari iuſſiſſet, facilè tamē irrita eſſe paſſus eſt, vt ipſius ad Ambroſium literæ demonſtrant his verbis. Trade, inquit, Arrianis Baſilicam: mei nanque ſunt omnia iuris; quod etiam Rotaris rex Langobardarum ſua lege permiſit. Nihilominus tamen cùm ſine ſimulatione decreta concilij Niceni tueretur, ac liberos & propinquos eadē religione imbuendos curaret, Arrianorum ſectam in Europa labefecit ac debilitauit plurimùm: tametſi Aſiæ & Affricæ populi etiamnum Arrianorū placita Muhamedis auctoritate tueantur. Turcarum quidē rex maximus ſumma veneratione religionē à maioribus acceptā colit, neq; tamen peregrinas aliorum religiones execratur, ſed ſuo quemque ritu viuere patitur, eos inquam, qui Romanam, qui Græcam, qui Iudaicam, qui Æthiopicam, qui Perſicam ſectam ſequūtur: & Calogerontas Chriſtianos ſumma charitate quotidianíſque largitionibus fouet, non mino-

ſſ 2

re pietate quàm olim Auguſtus Iudæos, quibus non modò ſuæ benignitatis fontes diurnis eleemoſynis aperuit, verumetiam ſacrificia perpetua Hieroſolymis pro ſua Reíq; publicę ſalute publicis expēſis quotidie fieri mandauit[4]. Idem enim veteres populi quod Turcæ ab Elhari doctrina perſuaſum habuerunt, omnes omniū religiones, quæ à pura mente proficiſcantur, diis immortalibus gratas eſſe: quàm ſapienter non diſputo: ſi quis tamen propria ſuperſtitione rogatus[5] iuraſſet, iuſiurandum legibus probauerunt. Ac tametſi peregrinas religiones in Rempublicam non facilè admitterent, vt bello Veienti datum Ædilibus negotium eſt ne qui niſi Romani dij, neu quo alio more quàm patrio colerentur: nihilominus tamen ſuo quemque ritu, ſua quemque religione priuatim intra vrbem frui facilè patiebantur: ac Romani ipſi ſacra Iſidis & Æſculapij in vrbem receperunt, ac Pantheon diis omnibus conſecrari permiſerunt. Soli ex omnibus populis Iudæi peregrinos ritus execrabantur, ex quo populorum omnium in ſeipſos odia excitauerunt. Nam cùm Anthiochus nobilis Hieroſolymam obſideret, Iudęi pacti ſunt octo dierum inducias, vt feſtum euaſionis immortali Deo ſacrum colerent. libenter aſſenſit Anthiochus, vt eſt apud Plutarchum: nec eo contentus tauros & arietes ad victimam ſumma cum lætitia vſque ad portas vrbis deduxit. Poſt inducias vrbem expugnauit, eámque vt Polybius, Strabo, Timagenes, Apollodorus ſcripſerunt, diripuit. Cùm verò ſacrificium ritu Græcorum pararet, Pontifes ac Leuitæ cum execratione templum deſeruerunt. Hic Anthiochus quaſi deorum contemptores ad Græcorū ritus & ſacrificia compulit: porcos etiam in templo mactari, iíſque Iudæos veſci iuſſit: recuſantes omni ſuppliciorum genere cruciauit. ea res ciuitati religionis ac Reipublicæ cōuerſionem peperit. At Ptolemæus Lagus, vt ſcribit Agatarchides, deinde Pompeius Hieroſolymam, vt eſt apud Vegetium, poſt obſidionē diuturnam cœperunt eodē die quo Iudæi ſub Antiocho pacti erant inducias, ſed à ſacrilegio manus habuere continentes: Craſſus non item: nec Flaccus, quem Cicero negat aurum tempo ſancitum expilaſſe: qua in oratione vt cauſæ inſeruiret, dixit Iudæorum deos à ſeruitute Romanorum ſuos cultores non eripuiſſe. Cùm igitur Iudæi cæterarum gentium numina execrarentur, maximum ſui odium & contemptum apud omnes excitaueruut. Cùm enim Quadrato Iudææ præſide gregarius miles ſacrificantibus Iudæis pudenda in ipſo templo reuelaſſet, tanta ſeditio ſecuta eſt, vt viginti millia Iudæorum cæſa ſint, quo tempore Iudæi ex Senatuſconſulto Roma exacti ſunt. qui ſolum vertere noluerunt, religionem mutare, aut ſeruire coegit Tiberius: ſed hoc Romæ tātùm: idem enim Tiberius Pilatum qui clypeos ſanciuerat, in templo Iudæorum collocare, aut quicquam de eorum religione detrahere prohibuit. Alexāder verò Seuerus Imperator in ſacris familiaribus Abrahamum, Orpheum Herculem & Chriſtum ſibi propoſuit ad colēdum. Cùm autem Chriſtiani æquè ac Iudæi triginta illa deorum millia quæ Pindarus ſua iam ætate venerabatur, execrari cœpiſſent, & in hominum mentibus deorum contemptum ingenerarent, principes ac magiſtratus illos

4 Philo in legatione ad Caium.

5 l. qui iuraſſe de iureiurando.

illos acerbiſſimis ſuppliciis inſectari cœperunt niſi Chriſtum eiurarent. ac Iudæi ipſi Chriſtianorum accuſatores ac delatores erant, ne eadem impietate obligari viderentur; ſuæ religionis antiquitate freti. Atque hinc religionum innumerabilis multitudo, aliis aliorum ritus execrantibus. hinc Rerumpublicarum variæ quoque conuerſiones extiterunt. Ac tametſi crudelitates incredibiles tyranni in ſuos antea exercuiſſent, nunquam tamen hominum mentibus ante regem Antiochum quem modò diximus, imperandum ſibi fas eſſe putauerunt. Quæ ratio facit vt Theodoricus Imperator religionis cauſa cruciari pateretur neminem, ne vel impietatis ſpecie aliena bona diripere, vel liberas hominum voluntates;
B quæ nullis Imperiis poſſunt, conſtringere velle videretur. ſic enim ad Senatum Romanum ſcribens, Religionem, inquit, imperare nõ poſſumus; quia nemo cogitur vt credat inuitus. quæ quidem ratio Caſſiodori omnium efficaciſſima mihi viſa eſt ad ſupplicia, quæ religionis ſpecie irrogantur, tollenda. Impios quidem ac peregrinos ritus quos maxima pars ciuium potentiorum execratur arceri à ciuitate vtile eſſe duco, ad tuendam ciuium inter ipſos amicitiam, quæ præcipuè rerum diuinarum cõſpiratione & conſenſu alitur ac ſuſtentatur: ſi tamen eadem religio populorum finitimorum ac multorum ciuium opinione probatur, non modò ſuppliciis vindicari non debet, ſed etiam prouidendum, quoad eius fieri poterit, vt ſi publicè citra ſeditionem non liceat, ſacra tamen priuata facere
C nemo prohibeatur: alioqui futurum eſt, vt qui alienis ſacrificiis intereſſe nefas eſſe ducunt, & ſuis carere cogũtur, omnem omninò religionis opinionem exuant: ac ſublato diuini numinis metu, nec legibus humanis vllum nec virtuti locum relinquant: ſed omnia in omnes ſibi licere putent. Quanquam quid vetat ſanctiſſimorum Prophetarum cõſiliis inſiſtere: quorum[6] alter quidem ſuis popularibus in ſeruitutem Caldæorum abductis perſuaſit, vt cùm antè idola procumbere cogerẽtur, Deum tamen ſempiternum mente colerent: alter Naami[7] Syriæ regis domeſtici pura religione initiati excuſationem accepit: ſiquidem regi ſacrificanti peregrino deo adeſſet: quippe mẽtem purã ab impietate ſeruaret. fallunt enim qui humanis Imperiis ac legibus Reſpublicas non vltionis diuinæ
D metu contineri arbitrantur. Et quemadmodum ex omni ciuitatum genere nullum deterius eſt anarchia, in quã nemo paret, nemo imperat, ſed in ſumma ſcelerum omnium impunitate ac licentia viuitur: ſic etiã nulla peſtis ciuitatibus grauior accidere poteſt numinis carẽtia, quam Græci ἀθεϊσμὸν vocant: & certè non parum peccant qui[8] πολυθεότητος, & ἀθεότητος eandem pœnam ſtatui putant oportere: aut θεῶν ἀπειρίαν τὸν αὐτοκράτορα θεὸν ἀναιρεῖν. Nam ſuperſtitio quantacunque fuerit, homines tamen in legum ac magiſtratuum metu, & in mutuis vitæ officiis continet: impietas autem aduerſus numina omnem ex animo peccãdi metum penitus euellit. Duobus igitur propoſitis incõmodis, ſuperſtitione, inquã, & atheiſmo, maius declinare oportet: quando verò religione, quæ in vnius ſempiterni Dei vero cultu verſatur publicè vti non licet, ac ne publicæ religionis cõtemptu ad impietatem ciues, aut ad ſeditionem incitare videamur, publicis

[6] Baruch.

[7] Heliſæus

[8] Id eſt infinitate deorum poſitã Deum opt. max. tolli.

ſacrificiis adeſſe præſtat, dum tamen in vnius ſempiterni Dei cultu mens acquieſcat. Quòd verò plerique mirantur quamobrem in ipſis eccleſiæ Chriſtianæ primordiis, tanta ſectarum ac numinum, tanta religionum multitudo quantam Tertullianus & Epiphanius fuiſſe memorant, id eſt centum circiter ac viginti, ſine bellis ciuilibus contineri potuerit: in cauſa fuit ipſa diſcrepantium inter ſe opinionum varietas. nihil enim periculoſius eſt quàm in duas ſententias ſcindi ciuitatem, ſiue de legibus, ſiue de religionibus, ſiue de rebus aliis ciues inter ſe diſſideant: quia vnum vni per rerum naturam contrarium quidem eſſe poteſt, plura vni contraria fingi non poſſunt: itaque cùm plures inter ſe diſcrepāt, medios quoſdam interiectos eſſe neceſſe eſt inter extrema contraria. Ac propterea Solo B lege cauit, vt in ciuium ſeceſſionibus, vnam quiſque factionem ſequi neceſſe haberet. quod periniquum pleriſque viſum eſt: cùm qui factionibus abſtinet vt placidus & quietus pacem colat, boni ac moderati ciuis laude cumulandus videatur, illud etiam iniquius quòd quam opinionem cum ſcelere coniunctam putes, eandem tueri cogare, ac pro iis quos contra ſentias propugnare: ſiquidem ex omnibus ciuium ſententiis nulla tibi probabilis videatur. Poſtremò ſi quam ex omnibus probaueris opinionem ſequi & armis defendere neceſſe habeas, etiam aduerſus parentes, vxores, liberos, propinquos arma capere, eóſque quos tueri debeas, ſi contrariam ſectam ſequantur, necare licebit. In ſumma, diuina [9] lex multitudinis opinionem ab eo quod verum & honeſtum ſit aberrantem ſequi vetat. C Nihilominus lex illa ciuitatibus vtilis videri poteſt, ac potiſſimùm popularibus & optimatum Imperiis, quæ ſummo principe, à quo ciuium concordia ſperanda ſit, deſtituuntur. Nam callidiſſimus quiſque ciuis in populari ſtatu ſe quàm lōgiſſimè poteſt, à ciuilibus armis ſubducit, niſi victoriam certiſſimam ſe adeptum iri confidat, nec ſe vitámque ſuam, aut fortunas periculis, niſi ſumma neceſſitate coactus opponet. ac ſæpenumero fit vt ſeditioſiſſimus quiſque diſcordiarum ſemina conquirat, nec vlla re magis quàm ciuili ſanguine delectetur, vt cæſorum bona diripiat, ac honoribus alienis fruatur, Salios Martis ſacerdotes imitatus, quos antiqui πυροφόρους appellabant: propterea quòd execrationibus rite factis inter aciem vtramque faces coniiciebāt, ac prælia miſcebant, eodem D momento ſeſe belli periculis ſubducentes. Quòd ſi legi Solonis locus erit, ſeditioſi ciuiles diſcordias ciere metuent, cùm eadem ſibi quæ aliis pericula imminere putabunt. Boni verò & quieti ciues, qui otium ac tranquillitatem rerum omnium pulcherrimam ducunt, ſi factioſos ſequi neceſſe habeant, modis omnibus diſſidia ciuium proſpicere eáque prohibere, aut ſi proſpici non potuerint, placare tamen modis omnibus conabuntur. Nam bonorum ciuium virtus ac ſumma auctoritas valet plurimùm ad inſanos & præcipites in officio cōtinendos, quibus inteſtinum ſempiternúmque bellum futurum eſt, niſi ſapientum conſiliis ad ſanam mentem deducantur. Quibus argumentis ac rationibus lex Solonia ciuitatibus vtilis eſſe videatur. Quanquam ſi in fœderibus ac ſocietatibus principum inter ipſos vtile eſt vnumquemque plus cæteris omnibus poſſe,

*Cur Plures ſectæ Rempublicā continent, duæ verò ſtatum euertunt.*

[9] Deut. 12.

*An lex Solonis de factionibus vtilis ſit.*

poſſe,aut certè cũ potentioribus coniungi,quantò id verius ac vtilius eſt in bellis ciuilibus, in quibus qui neuter eſt, æquè ab omnibus deſeritur & præda fit omnium communis? Nam cùm Theramenes diſcordiarum inter ciues otioſus ſpectator fuiſſet, miſerandum præbuit omnibus ſpectaculum ſuæ calamitatis. Quiſquis igitur in bellis tũ ciuilibus, tum externis neutram partium ſequi volet, hunc ſaltem oportet vtroſque inter ſe conciliare: aut ſi putat alienas diſcordias ſibi boníſque ciuibus vtiles fore, quoniam ſalus bonorum in exitio improborum conſiſtit, enitẽdum tamen erit ſapienti ciui, vt concordiam tueri videatur. Fit enim ſæpenumero vt qui apertè concordiam ſimulant, occulta diſſidia ſerant: quo ni-
B hil eſt immortali Deo deteſtabilius[1]: niſi hoc agatur vt ſceleratis ac flagitioſis inter ipſos bellum ſit ſempiternum. vt enim rariſſimas virtutes, quę mutuam inter ſe concordiam tuentur, plurima inter ſe diſſidentia circonſtant: ita quoque bonorum raritatem obſidet improborum maxima multitudo, qui bonos momento perderent, niſi mutuis bellis peſtem & exitium ſibiipſis inferrent. Quamobrem Deus ſæpiſſime gloriatur ſe hoſtium ſuorum ope ſuos hoſtes acerrimè vlturum. Ad ea quæ diximus ſedandarum inter ciues diſcordiarum præcepta pertinet illud etiam, vt commotis ciuibus Nolæ ac tintinabula prohibeâtur: quod factum legimus in Mônſpelienſi ac Burdegalenſi ſeditione: quas tamen reſtitui non ſine magna mercede placuit: quàm ſapienter non diſputo: Certè Turca-
C rum rex, ac cæteri principes Orientis inuentum illud Nolanorum Campaniæ cùm à ſuis ciuitatibus quamlongiſſimè repuliſſent, maximam bellorum ciuilium occaſionem à ſuis ceruicibus depulerunt. Clangor enim cùm mẽtes hominum à quiete deturbat; tum verò ſonitus Nolarum eo quo ad incendia concepta modo quatiuntur, etiam ſapientes à ſanitate in furorem præcipites agere conſueuit. Arma quoque ſeditioſis eripi ſi poſſunt, non modò tuendæ ciuium ſalutis amuletum ſingulare eſt, ſed etiam bellorum ciuilium curandorum neceſſaria medicina. Quanquam Italiæ ac multò magis etiam Orientis principes arma ferre, aut longioribus gladiis ſubditos, præterquam eos quos adhibent ad corporis cuſtodiam, accingi non patiuntur: neque nouum eſt illud inſtitutum, ſed ab vl-
D tima antiquitate repetitum. Nam Ariſtoteles Barbaros in ipſis ciuitatibus ferro accinctos fuiſſe miratur[2]. At noſtris, æquè ac Germanorum & Anglorum moribus, id non modò licet, verumetiam Heluetiorum legibus neceſſarium eſt: vnde cædes ac ſeditiones ſæpe deriuantur. nam qui armatũ ſe cõtuetur, arrogantior fit, & ad inferendã tenuibus iniuriã audacior: leuiſſimáq. iniuria affectus ad cędẽ ferocior. qui verò exarmatus erit nec quẽquam iniuria violabit, nec violatus occidet: nec ignominiam contrahet eorum qui ferro accincti iniuriam illatam armis repellere, ac vitæ diſcrimen ſubire recuſant. At Turcarum legibus etiam militiæ exarmatum eſſe oportet, ſi hoſtes longiùs abſunt: arma verò carris ac iumentis ferè circunferuntur: omnes tamen populos bellicis laudibus ac victoriarum gloria ſuperarunt. Si hoc militiæ fit ab iis quos barbariſſimos eſſe putamus, quantò æquius eſt domi ciues exarmatos eſſe? Lute-

1 Prouerb. Septẽ ſunt quæ odit Deus, & octauũ, quòd abominatur anima eius eos qui diſcordias alunt inter fratres.

2 In polit.

tiæ quidem Pariſiorum ne breuiſſimos quidem gladios baiulis ferre licet, quòd antea in contentionibus, quibus ſæpiſſime implicantur, ad cædem irati prorumperent. Eadem lex in omnes ſi valeret, plures cædibus ac ſeditione vacuas ciuitates haberemus. Neque enim prudentis legiſlatoris eſt parricidia tam acerbè vlciſci, quàm ne fiant proſpicere ac modis omnibus cauere. & vt medicus quiſque peritiſſimus iudicatur, non tam qui morbos curare, quàm qui valetudinem tueri & morbis occurrere ſolet: aut ſi qua morbi vis inopinatò partem vllam corporis inuaſerit, ægrotum primò conquieſcere iubeat, deinde doloris acerbitatem modis omnibus leniat, dum interim morbi cauſas omnes ac ſymptomata putare, ſalutarémque medicinam conquirere licebit: ita principem optimum ciuitatis ſeceſſiones ac factionum incendia anteuertere, aut concepta repentè extinguere, deinde ſeditionum cauſas omnes ſcrutari & contueri diligenter oportet, vt quamoptimis legibus in poſterum declinari poſſint. Cauſas autem ſeceſſionum eaſdem reperiemus, quas ciuitatibus conuerſiones & interitus afferre ſuperiùs diximus: pœnarum, inquam, ac præmiorum iniquam diuiſionem, iniurias tenuibus illatas, nimias paucorum opes: ſummam multitudinis inopiam, impunitatem denique ſceleratorum. atque hoc poſtremùm maximè omnium ciuitatibus exitioſum eſſe antea ſæpe diximus, ac dicẽdum ſæpius eſt: propterea quòd plerique tum principes, tum magiſtratus dum lenitatis gloriã affectant, improborum pœnas ſubire ſe non putant. At illud eſt quod Salomo toties ac tam ſæpe cauendum præcipit, ne fideiubeamus: non quia mutuam inter nos charitatem prohibere velit, ſed vt omnes intelligant eos qui ſceleratorum prædes fuerunt, eóſque meritis ſuppliciis eripuerunt, alieni ſceleris obligationem luituros. ſic enim vates ille ora laceratus regi Acabo certiſſimum exitium prænuntiauit, quòd Benadabũ regẽ Syriæ captiuũ vadatus eſſet. Quod vni regi dictũ eſt, latiſſimè patet ad omnes principes ac magiſtratus, qui peſtẽ ſibi ac ciuitatibus capitaliorẽ inuehere nullã poſſunt quàm flagitiorum impunitatem, quam plerique ſordidi magiſtratus ac iudices prouocantibus proponunt, vt cæteros turpiſſimi quæſtus cauſa ad ſeſe pelliciant. Quamobrem ſapienter prouiſum eſt legibus Imperialibus, vt cùm in priuatis iudiciis Curiam Imperialem prouocare cuique integrum ſit, modò ſumma aureos quinquaginta excedat, in publicis tamen non liceat. At ne in Scotia quidem à Prætoribus publicarum quæſtionum, quæ occultiſſimis rationibus iniri ſolent, maiores iudices prouocare fas eſt. Et quibuſdam inferioris Germaniæ prouinciis ſcelera quæ certiſſimis teſtimoniis non poſſint, coniecturis vindicantur: quæ ratio iudiciorum iam inde à Carolo magno ad hæc vſque tempora continuata vtiliſſima comperta eſt, vt atrociſſima quæque ſcelera, quæ clam perpetrari ſolent, iſta ratione vindicentur, & facinoroſos deterreant ab iniurioſa vita. Ex quo manauit illud veteribus incognitum, vt pro modo probationum pœna decernatur: qui mos iampridem apud nos inueterauit. Ad ſeditiones etiam coercendas in poſterum, pœnam ſeditioſis irrogare neceſſe eſt: quod

*Scelerum impunitas omnibus exitioſa.*

B C D

quod qua ratione fieri debeat ſuperiùs diximus, cùm de corporũ & collegiorum pœnis exigendis diſputaremus. Sed quæ de collegiis & corporibus pœnæ ſumuntur, ad maiorem populi partem accommodari nõ poſſunt. Non enim ſi membri vnius, puta pedis aut manus vſtio vel ſectio corpori ſalutaris eſt, propterea caput ægrum ſecabit medicus: ſed magni Hippocratis præcepta ſequutus deſperatis morbis medicinã adhibere cauebit. Præter eas quas diximus ſeceſſionum cauſas potiſſima præcipuáque eſt in Oratorum licentia, qui hominum mentes ac volũtates quò volunt facilè ducunt, & vnde volunt deducunt: vt non immeritò maiores noſtri Herculem Celticum non iuuenili robuſtóque corporis habitu & claua inſignem, ſed caluum & ſenecta venerabilem effingerent, cuius ab ore catenarum maxima vis ad aures multitudinis infinitæ perueniret, quæ dicentẽ ſequeretur[3]: vt omnibus perſpicuũ eſſet, nullas principũ opes ac legiones plus valere, quàm admirabilem illam dicẽdi vim ac facultatem eius qui populorum animos & languentes erigere & ad bellum inflammare, & ad vim paratos exarmare, & ardẽter ad virtutem cohortari, & à vitiis acriter reuocare, & ad mores hominum orationem moderari, mox à beneuolentia ad odium, mox ab odio ad beneuolentiam deducere poſſet. Qua quidem incredibili dicendi vi ac poteſtate pauciſſimi ad laudem, plerique ad Rerumpublicarum euerſionem abutuntur: atque ij potiſſimùm qui ſic loquuntur vt vitio, ſic viuũt vt virtuti bellum indixiſſe videantur. Cùm enim ars illa præcepta contineat, quibus falſa pro veris obtrudere, rerum faciem commutare, ac modis omnibus audientium animos fallere ac decipere poſſis, mirum debet videri, ſi quis eſt qui artibus tam pernicioſis rectè vtatur: cùm M. Tullius Oratorũ ſui temporis facilè princeps, hoc primùm Oratori propoſitũ eſſe ſcripſerit, vt nihil contra quàm perſuadere velit, id dicendum putet, vel vt Ariſtoteli videtur, tam fallaci fuco rerum naturam velare queat, vt fraus detegi non poſſit, id eſt primam Oratoris optimi legem eſſe, vt omnia mẽdacio ac ſimulatione tegat. Itaque ab iis qui Oratorum clariſſimorum laudem ab omni æuo adepti dicuntur, populorum motus, legum abrogationes, mutationes religionum, rerum denique publicarum conuerſiones & interitus cœpiſſe, & eoſdem calamitoſos exitus habuiſſe videmus. Neque enim Græcorũ & Romanorũ tantùm exẽplis abundamus, verumetiam eorum qui Affricæ & Occidentis omnia Imperia religionis ſpecie conturbarunt: ac nonnulli ſceptra regibus extorſerunt: id quod accidit Marochi regibus qui à Ioſepho genus ducebant, quos ſeditioſus quidam concionator de regali ſolio præcipites dedit: ac tametſi Eques Aſinarius vulgò diceretur, nihilominus duodecim legiones in regem armauit[4]. Conſimili fraude is qui primus inter Perſarum reges Sophus eſt appellatus, Vſſuncaſſani regis gẽtiles de Imperio deturbauit. Nec ita pridẽ Leidanus ſellularius opifex arrepta religionis Anabaptiſtarum occaſione regem ſe ferens in Munſteram Weſtualliæ metropolim inuaſit, vnde non niſi ab imperiali exercitu & obſidione diuturna[5] depelli potuit. Item Hieronymus Sauonarola, ordinis pædicato-

3 Lucian.

4 Leo affer.

5 Sleidanus.

rum Soderini conſilio ſtatum Florentinorum ab optimatibus ad populum tranſtulit: nō aliter atque Ephialtes Orator Periclis ſuaſu ſummam Imperij ac publici cōſilij poteſtatem Areopagitarum Senatui ademptā ſeditioſis concionibus plebi attribuit. Denique Germaniæ plebem vniuerſam in patricios armauerunt Oratores bello ruſtico, quo quidē centum circiter hominum millia cæſa feruntur[6]. Quàm ſæpe exaudita vox eſt concionatorum qui principes ac populos ad vim, ad cædem, ad arma ciuilia modis omnibus inflammarent! vt quondam Neſtorius qui coram Imperatore & in clariſſima Conſtantinopoli luce auſus eſt dicere, Da mihi Cæſar, da, inquit, terram hæreticis vacuam, ego tibi cælum: excinde mecum hæreticos, ego te victoriam de Perſis ſpondeo relaturum. B hunc propterea πυρόφορον appellarunt. nam ſi princeps hominis impudentiſſimi ac ſeditioſiſſimi conſilia ſequeretur, Imperium ciuibus vacuum reliquiſſet: ac Neſtorium hęreticorum principem mox interfici iuſſiſſet. Eſt igitur ab eloquentia improborum ciuium multò magis metuēdum quàm à peſte, quàm à gladio furentis: ea tamen nihil laudabilius aut admirabilius eſt, ſi quis vir bonus ad laudem vtatur, vt & ſceleratis exitio, & innocentibus præſidio, & improbis terrori, & probis ornamento ſit: eámque exerat in ſanandis populis, in ſuadendis legibus, in moribus conformandis, in caſtigandis erroribus, atque omnino in bonorum ac malorum finibus oratione eleganti ac numeroſa deſignādis: ſiquidem oratio non oblectandarum aurium cauſa nobis eſt à natura, ſed ad verum decus C tributa. Et vt ſerpentes verborum quibuſdam illecebris capiuntur: ſic hominum ferociſſimorum barbaries ac feritas eloquētiæ dulcedine ac ſuauitate, vt eſt apud Platonem, incredibilem in modū miteſcit. Nec vlla res eſt quæ vel ſeditioſos coercere, vel plebis furētis impetus retinere, vel inſanos ad ſanam mentem reuocare, & in quamlibet partem arbitratu ſuo flectere audientium animos, eóſque pulchritudinis ſuæ ſplendore obſtupefactos faciliùs poſſit quàm eloquentia regere: eóque magis in populari ſtatu quàm in cæteris: quia in eo plebs imperita dominatur, nec aliter poteſt quàm diſerti Oratoris facultate retineri. Quę res facit, vt quò quiſque plus eloquentia poteſt in populari ciuitate, eò maiores opes & honores adipiſcatur: cùm ab iis pœnarum ac præmiorum iura, leges, arma, imperia, curationes, belli denique ac pacis ſumma pendere videatur. D

Tyrannis verò nihil tam metuendum quàm eloquentia clari Oratoris, qui vel tyrannum odit, vel tyrannidem execratur.

FINIS LIBRI QVARTI.

6 Sleidanus.

# DE REPVBLICA
## LIBER QVINTVS

B

*De conformando ciuitatum ſtatu pro regionum ac populorum varietate, quibúſque diſciplinis populorum mores diſsimiléſque naturæ percipiantur.*

CAPVT. I.

QVÆ ad vniuerſam Rerum omnium publicarum diſciplinam pertinerent, quæque ſingularum propria eſſent, abundanter nobis ſuperioribus libris diſſeruiſſe videmur. conſequens eſt,
C vt, quæ quibus populis leges congruant, quis cuique ciuitati ſtatus conueniat, quibúſque rationibus gentium mores ac naturæ percipiantur, explicare: ne aut formam ciuitatis à populi moribus alienam inſtituamus: aut naturæ leges hominum arbitrio ac volũtati repugnante natura ſeruire cogamuss: quod plerique facere conati florentiſſima imperia funditus euerterunt. Id autem eò accuratiùs faciendum nobis eſt, quòd omnium qui de Republica inſtituenda præcepta tradiderunt, qui hanc diſputationem attigerit videmus fuiſſe neminẽ. Quemadmodum igitur in toto genere animãtium non modò innumerabiles ſunt figurę,
D verumetiam earum quæ figuram eandem habent, maxima varietas eſt: ſic hominum inter ſe admirabilis eſt ac penè incredibilis diſſimilitudo, variáque pro locorum diuerſitate natura: cùm in eodem climate Orientis & Occaſus modica declinatio magnam efficiat hominmm inter ipſos diuerſitatem. eorum item quibus idem eſt circulus Meridianus, qui ad Aquilonem ſedes habẽt, ab iis qui ad Auſtrum poſiti ſunt, corporum & animorum habitu plurimùm diſtant. Quinetiam inter eos qui non ſolùm ſub eodem circulo Meridiano, verumetiam ſub eodem tractu ab Æquatore æquè remoto, ſub eodem cæli gradu, ſub eodem ferè puncto, differunt accolæ montis ab iis qui in conuallibus domicilia quæſierunt. Et inter locorum naturas quantum interſit, videmus alios eſſe ſalubres, alios peſtilentes: multáque ſunt alia quæ inter locum & locũ plurimùm differant. quo fit vt eiuſdem vrbis homines, non tantùm pro diſſimili

temperatione, verumetiam pro diuerſitate locorum diſſideant inter ſe plurimùm: vt mirum videri non debeat ſi ſeditionibus ſæpius iactantur vrbes inæquali ſitu poſitæ, quàm quæ æquabilem planitiem habent: vt Roma ipſa, cuius mœnibus ſeptem montes claudũtur, idcirco ſeditionibus præter cæteras ſæpiſſime agitata eſt, quòd locus inæqualis ad id magis opportunus eſſe videretur. Quam quidem ad rem cùm Plutarchus minùs aduerteret, penè ad ſtuporem miratur tres Athenis de ſtatu conuertendo factiones extitiſſe. nam qui Aſtu editiorem vrbis locum accoluere, populari ſtatu gaudebant: qui regionem vrbis humiliorem, oligarchiam cupiebant: qui Piræum, potiorem ducebant plebis & optimatum temperationem. Cauſas ipſi naturæ congruentes mox aperiemus. Quòd B ſi Theophraſto[1] mirum videtur Græcorum nationem moribus & inſtituris vſque adeò ſui diſſimilem, quis nõ miretur ciues eiuſdem ciuitatis, eiuſdem vrbis tantopere inter ſe differre? Neque verò tribuendum illud eſt gentium confuſioni, cùm ſcriberet Plutarchus de Solonis ætate qua generis Athenienſium puritas ac ſimplicitas tanta fuit vt ſolo Attico procreati eſſe putarentur: qua de re gloriatur Ariſtides in Panathenæis, vbi Athenienſes mortalium omnium nobiliſſimos appellat, quod γηγενεῖς & αὐτόχθονες eſſe opinaretur. Sed ne longiùs aberrare videamur, quis neſcit Heluetios ab extremis Gothorũ finibus oriũdos, moribus, legibus, inſtitutis, religione, ſtatu, differre ac diſtare plurimùm? nam qui montes inter eos accolunt, vt Rhætorum quoque natio, cæteris habentur ferociores C ac bellicoſiores: ſtatu verò magis populari, & licentia maiore fruuntur, cæteri tractabiliores ſunt, ac vitæ cultu aliquãto ſplendidiores: ariſtocratiam quoque magis probare ac licentiam in domitam agreſtium hominum feritati cõgruentem, arctioribus quibuſdam legibus ac religionum vinculis conſtringere ſolent. Hæc porrò naturæ conſentanea ratio ſpectanda in primis eſt ei qui Rempublicam fundare, ac ciuitatem optimè inſtituere volet. Cùm enim Florentinorum temporis decurſu & inquilinorum, qui in eam ciuitatem coaluerant, aucta multitudo fuiſſet, antiquioribúſque gentibus ac familiis, quæ bellis ciuilibus extinctæ fuerant, ciuitas ex hauſta videretur, ſtatus popularis eſſe deſierat, quia ciuium pars multò maxima ab honoribus & ſuffragiis arcebatur, nec magiſtratuum D poterat Imperio cõtineri. Itaque Senatum cogi placuit vt deliberaretur, popularémne an optimatum ſtatum habere præſtabilius eſſet. Hîc Senator Veſpucius ariſtocratiam laudare, ac plebis impotentis licentiam execrari: & cùm multa in eam ſententiam dixiſſet, Venetorum ſtatum florentiſſimum, qui ex optimatibus conſtabat, velut exẽplar ſuis ciuibus propoſuit ad intuendum & ad imitandum. At Petrus Soderinus populare Imperium, ſi non æquè laudabile videretur vt optimatum, Florentinis tamen commodius eſſe contendebat, & eorum ingeniis ac naturæ ſimilius. legiſlatori verò neceſſarium eſſe ſtatum ciuitatis ad populi cuiuſque mores ac naturam accommodare. Venetos quidem ariſtocratiam ſuis moribus conuenientem amplexari: & Florentinorum mentes ad libertatem popularẽ eſſe natas: nihil autem quòd repugnãte natura fieret, diutur-

*Statũ ciuitatis ad naturã accõmodare oportet.*

1 In libro ἠθικοὶ χαρακτῆρες.

diuturnum aut ſtabile futurum. peruicit Soderinus,& Senatuſcõſultum in ſuam ſententiam factum eſt. quàm verè vterque, poſtea diſſeretur. Quod item Belgæ ab Hiſpanorum imperio defecerunt, hãc potiſſimùm defectionis cauſam fuiſſe conſtat, quòd Hiſpanorum mores ſuis diſſimillimos ferre non poſſent. abeſt autẽ cælum Hiſpanorum ab extremo Belgarum tractu duodecim ferè partibus in latitudinem, à qua morum diſſimilitudines præcipuè oriuntur. Veteres etiam Epheſios, Mileſios Syracuſanos moribus non admodum Florẽtinis diſſimiles fuiſſe legimus, nec optimatum modò Imperia abhorruiſſe, ſed ne ciuem quidem cæteris meliorem ferre potuiſſe: quòd ſi quis virtutibus & animi præſtantia
B cæteros ſuperaret, hunc relegare conſueuerant. Athenienſes tamen & Epheſij humaniores: Syracuſani, Florentini, Carthaginenſes ferociores: cuius rei cauſa fuiſſe videtur, quòd hi ad Occaſum, illi ad Orientem poſiti ſint. Eſt autem Orientis natura mollior quàm Occaſus: populi quoque vrbani, iactabundi, loquaces. Sic enim Legatus [a] ille Rhodius in Senatu Romanorum, Gentes, inquit, aliæ iracundæ, aliæ audaces, quædam timidæ: in vinum, in venerem proniores aliæ ſunt: Atheniẽſium populum fama eſt celerem & ſupra vires audacem ad conandum: Lacedæmoniorũ cunctatorem: non negauerim totam Aſiæ regionem inaniora parere ingenia, & noſtrorum tumidiorem ſermonem eſſe. Quibus verbis Legatus ſuorum ciuium errori parcendum ideo ſuadebat quòd ita nati eſſent.
C Plutarchus etiam Athenienſem populum ad iram & miſericordiã procliuiorem fuiſſe ſcribit: & qui adulationibus gauderet: & vrbana dicteria non ingrato animo ferret: Carthaginenſes verò ad crudelitatem & vltionem promptiores, quíque ſubditis impotenter dominarentur, dominantibus humiliter ſeruirent: caſus item nec proſperos, nec aduerſos æquis animis acciperent. At populus Romanus nec offenſionibus acceptis demiſſior videbatur, nec parta victoria elatior, ſed moderatos ac domitos animi motus præ ſe ferebat: adulatorũ verò ac leuium Oratorum inanes conciones auerſabatur: grauitate ac ſeueritate vſque adeò delectatus, vt Catoni Cenſuram petenti, ac ſeuero Cenſore ciuibus opus eſſe iactanti [3], populus eum honorem, qui omnium maximus erat, tribuere mallet,
D quàm nobiliſſimis quibuſque blanditiarum illecebris populum demulcentibus. Idem quoque populus ad Manlium Torquatum ciuem omnium imperioſiſſimum nec petentem, at ne cogitantem quidem detulit Conſulatum. Is igitur in concione delatum honorem repudiauit, cùm diceret nec populum imperia Torquati, nec Torquatum populi vitia ferre poſſe: ac ſapienter facturum ſi alium Cõſulem faceret: nihilominus tamen populus Conſulem eſſe iuſſit. Sed ex illis actionibus, quas Atheniẽſes ac Romani Oratores poſteritati reliquerunt, perſpicuè ſanè intelligitur, Romanos magiſtratus populi maieſtatem veneratione multò maiore coluiſſe quàm Athenienſes, qui populi patientia ſic abutebantur, vt cùm neſcio quis magiſtratus populum conuocari iuſiſſet, populus edicto paruit, diutiſſime expectauit: ad extremum Orator roſeis ſertis & corollis redimitus in concionem proceſſit, ac palam dixit ſe

tt

a Liuius lib. 45.

3 Plutar. in Cenſorio.

amicos eo die conuiuio excipere velle: quo dicto abiit, hîc populus arriſit. Item Alcibiadi concionem ad populum habenti coturnix è ſinu euolauit: populus coturnicem conſequi & captam ad eum deferre. Hoc ſi Carthagine feciſſet[4], lapidaretur. Romani tantam Oratorum leuitaté impunè certè nõ tuliſſent: cùm etiã Romano ciui qui paulò altiùs quàm Romanæ grauitatis decus poſtularet, coram Cenſore hiauerat, iura ciuitatis adempta ſint[5]. Principem ergo ac legiſlatorem populi mores ac naturam regionis in qua ciuitas eſt, noſſe priùs oportet quàm legum aut ciuitatis conuerſionem moliatur: cùm de omnibus Rerumpublicarum arcanis nullum maius ſit, quàm ad varios gentium mores ac naturas ciuitatis cuiuſque leges ac formam congruentem accõmodare. Nam B quòd Baldus rationem negat locis ac regionibus terminari: hoc ita verum eſt, niſi locorum ac regionum ratio quædam ſingularis aliter atque aliter ſtatuere iubeat. vt enim ſapiens architectus ædificium diuturnum ac ſtabile futurum ad ſubiectum cuiuſque regionis materiam aptare debet: ita quoque optimum principem ciuitatis ad populi regioníſque naturam leges accommodare oportet: quando non idem omnibus licet quod Buſyri Ægyptiorum regi quem Iſocrates ob id etiam vehementer laudat, quòd regionem ac gentem omnium maximè ad regnum ſtabiliendum aptiſſimam conquiſiiſſet. Principio igitur naturas eorum qui ad Aquilones & Auſtrum poſiti ſunt inquiramus: deinde eorum qui ad Ortum & Occaſum: poſt etiam ſingularem illorum qui montes, qui val- C les, qui paluſtria, qui arentia loca, qui maritimas regiones accolunt, temperationem. Quibus explicatis quantum diſciplina valeat ad immutanda hominum ingenia diſſeretur, nec tamen illud aſſentiemur Polybio & Galeno qui cæli ac ſoli naturam neceſſaria quadam vi mores hominum immutare contendunt. Vt enim ex naturalibus cauſis vitia naſci poſſint, extirpari tamen & omnino tolli, vt is ipſe qui ad ea propenſus fuerit à tantis vitiis auocetur, non eſt id poſitum in naturalibus cauſis, ſed in voluntate, ſtudio, diſciplina: quæ tolluntur omnia ſi neceſſitati locum demus. Quæ vt planiùs percipiantur, trifariam regiones ab Æquatore ad Polũ vtrumque diuidemus: ita vt cuique regioni partes cæli triginta dentur: tot enim ab Æquatore ad vtrumque Polum numerantur: D prima regio quæ ab Æquatore propiùs abeſt, ab ardoris intẽperie calidiſſima eſſe dicitur, vt quæ ad Aquilonem ſpectat, frigiditate rigidiſſima: inter vtramque calore ac frigore modicè temperata interiacet. rurſus regiones ſingulas bifariam ſubdiuidemus: nam regio quæ partes cæli quindecim priores ab Æquatore capit, temperatior eſt, cõtra quàm plerique magno errore putant, quàm quæ Tropicis vtriſque ſubeſt. Item regio quę à trigeſima circuli Meridiani parte ad XLV. porrigitur, multò mitior eſt quàm quæ à XLV. ad LX. propter vtriuſque Poli propinquitatem. Hinc ad LXXV. regiones quidem multo frigore rigent, coluntur tamen ac populorum multitudine abundant. poſtremò regio quindecim partium cæli à LXXV. ad XC. & ſi omnino deſerta non videatur, illic tamen tanta eſt frigoris ac niuium intemperies, vt non ſatis cõmodè viui,

4 Plutarchus.

5 Valerius.

dè viui, at ne viui quidem poſſit: ſed quicquid hominum reſtat, ferè in antris ac latebris beſtiarum more verſatur,[6] aut vagatur in ſyluis. His finibus regionum deſcriptis, de gētium moribus ac natura certiùs ac meliùs iudicari poteſt. Nec verò ſatis eſt intelligi ad Aquilonem poſitos robore quidem, magnitudine, forma, colore præſtare Auſtralibus, ab his tamen ingenij præſtantia ſuperari. Nam qui ab vtroque Polo quindecim gradibus abſunt, exigui ſunt, debiles, macilenti, & à frigoribus perinde adusti vt Auſtrales à calore, vt quidem Hippocrates ipſe confitetur[7]: qui cum Vitruuio & Ariſtotele conciliari poteſt ea, qua diximus, regionum deſcriptione. quod item Hippocrates, & qui optima quæque Hippocratis præcepta decerpſit Ariſtoteles, nuſquam authore laudato, eos qui B ſunt ad Aquilonem tradunt eſſe tenui ac flauo capillo, id eſt πυρότριχες καὶ λεπτότριχες, ſic enim Lucanus.

*Fundit ab extremo flauos Aquilone Suenos:*

Galenus capillo rubentes vocat id eſt φοινικότριχες: quæ tamen plurimùm inter ſe differunt. Dani certè ac Sueci, quíque vltra mare Sueuicum regiones Gothicas occupant, ferè capillo rubent: cæteri flaueſcunt. Itaque Angli eos qui crine rubent à Noruegis & Suecis originem traxiſſe ab iíſque perinde vt Galli, cauendum putant: eóque magis ſi cætera prauitatis adſunt argumenta, vt illa Martialis.

*Crine ruber, niger ore, breuis pede, lumine luſcus,*
C *Rem magnam præſtas zoile ſi bonus es.*

At qui citra mare Sueuicum ad gradum quadrageſimum quintum poſiti ſunt, ferè capillo flaueſcunt, niſi aliunde aduenerint. migrationes enim populorum magnam corporum & animorum cōuerſionem ac deformitatem pepererunt: Scythas flauities capillorum, & cæſius oculorum color arguebat. Nec ita pridem Sigiſmūdus Liber in Hiſtoria Moſchouitarum ſcripſit Lituanos omnes ad vnum cæruleos oculos & flauos habere crines: quod dubitanti mihi ac miranti Pruinſquinus Lituanus Polonorum in Galliam Legatus & Holſter Suecus confirmauerunt. Quamobrem Amiotus interpres Plutarchi verba vbi de Cymbris agit, ὀμμάτων χαροπότητα caſtaneos & rufos oculos interpretatur, cùm cæruleos D reddere debuiſſet. Sic enim iuuenalis.

*Cærula quis ſtupuit Germani lumina, flauam.*
*Cæſariem, & madido torquentem cornua cirrho.*

Quia capillos ac barbam in nodos ac cirrhos veterum Græcorum more torquebant. vt Horat.

*Nec fera cærulea domuit Germania pube.*
*Truces*, inquit, Tacitus, *& cærulei oculi, rutilæ comæ,*

Qui propiùs à Polo abſunt, hi nō cæruleos oculos ſed glaucos ſeu cæſios habent; vt γλαῦκες, qui magis albeſcūt: cærulei verò meliores, quia nigricant aliquātulum. omnium deterrimi ſunt albi, & quaſi Nyctalopes qui noctu meliùs & acutiùs quàm interdiu vident, ad lucem hebeſcunt. cæſius autem color oculorum eſt ab intima vi caloris: vt qui atros habent oculos, à calore vehemēti deſeruntur. Eadē vis caloris facit quòd Scyta-

6 Olaus & Saxo grammaticus.

7 In lib. de locis.

Scythæ oculis cæſiis & flauo capillo.

rum corpora ſunt maiora ac robuſtiora:quia frigus exterius calorem ad intimos corporum aditus cogit ac tuetur:niſi tanta vis eſt frigoris, vt penitus calorem reſtinguat:vt qui à LXXV. gradu latitudinis verſus vtrumque Polum ſolitudines habent: qui à frigoribus ſic vrgentur,vt plerique intereant [8]: cùm etiam totus maris Sueuici tractus glacie ſæpe concreſcat. Æſtate verò tanta eſt interdum caloris vehementia, vt non modò fruges verumetiam arbores,ſyluę,domus ex ardore ſolis flammam concipiant [9]. quod non ſolùm in Moſchouia, ſed etiam in Polonia cõtingere tradit Th. Cromerus:& in ipſa Anglia,vt quidem ex literis Nualli Legati ad regem Henrichum II. didicimus:quibus affirmat ex ſolis arboribus flammam conceptam fruges ac ſyluas in ea regione Angliæ quæ Gallia vocatur,conſumpſiſſe. quod à veteribus anxiè quæſitum video, cur B inflammationes Aquilonem verſus maiores ſint:id ita eſſe quaſi rem cõpertam miniméque dubiam tradiderũt [1]: ego verò ſic ſtatuo in locis paluſtribus, vel ad Auſtrum inclinantibus & conuallium anfractibus ardẽtiùs aërem inflammari, verſus Aquilones quàm ad Auſtrum. Naimum Aquitaniæ oppidum [2],Montecorneum [3] in agro Laodunẽſi cælo ſereno deflagraſſe propter eam quam dixi cauſam, niſi quis vltione diuina id factum putet. Sed naturam ſecuti balnearij thermas ſuppoſitis ignibus aqua reſpergunt:vt vapor elatus ac denſior factus calorem ardentiùs tueri poſſit.nam corpora quò ſolidiora, eò ſunt ardentiora conceptis ignibus, qui efficacius calefaciũt in metallo quàm in ligno, & in hoc quàm in culmo: ita quoq.Solis calor vehemẽtior eſt in lapidibus quàm in terra:& in C aqua quàm in aëre: ac rurſus in aëre à vaporibus denſo,quàm ſubtili raritate extenuato.Quò fit vt ſub Tropicis tellus quidem,aquæ,lapides vrant vehementiùs quàm verſus Aquilones propter rectam radiorum traiectionem ac reflectionem: ſed quoniam regiones quæ ab aquis appellantur Aquiloniæ, fontibus ac fluminibus ſcatent,quibus ferè vacant Auſtrales tractus, neceſſe eſt in iis aërem ab aquarum vaporibus fieri craſſiorem,& calorem diutius tueri: vis autem imbrium ad Aquilones maxima,cum Auſtralis plaga fluminibus & imbribus vacua ſit:ac niſi altiſſima iuga Atlantis fontibus ſcaterent,ac propter niuium copiam citeriores Affricę oras ad Septẽtriones cõuerſas vbertate fertiles ac populoſiſſimas reddidiſſet, Affricæ magna pars hominibus vacua relinqueretur. D Quòd igitur hibernis temporibus antra videmus ac puteos calere: item animantia fumos calentes expirare:æſtate verò terræ cauernas ſupra modum rigere,idem iudiciũ eſt de populis:vt qui ſunt ad Aquilones intus caleant, Auſtrales frigeãt. At qui plus habent caloris cibos faciliùs coquere poſſint. vnde corporum ac virium incrementa maiora quàm in Auſtralibus, qui ab intimi caloris inopia debiliores ſunt,& leuioribus fouentur alimentis. Quò fit vt exercitus qui ab Affrica in Europam, & ab Auſtro verſus Aquilonem proficiſcuntur,robuſtiores fiant. Annibalis enim copiæ clariſſimas de Romanis victorias in Italia pepererũt. Item Arabes ac Mauri ex Affrica prodeuntes maximas clades Aſiaticis & Hiſpanis intulerunt.nec ita pridem Vaſconum legio in Sueciam profecta,ac duæ Hiſpanorum

8 Sigiſmundus Liber.

9 Sigiſmundus Liber.

1 Ariſtot.in Problemat.

2 anno 1540.
3 anno 1574. Majo.

panorum legiones in Saxoniã Carolo v. Imperatore bellicoſiſſimorum hominum vim fregerunt. At quoties ab Aquilone Auſtrum verſus expe ditiones ſuſcipiuntur, languore ac inertia fatiſcunt milites, vt experientia perceptum eſt & cognitum. Cùm enim Cymbrorum innumerabiles copiæ in Italiam pergerent, robur paulatim amittere, ac ſudoribus diffluere cœperunt vt quidem Plutarchus ſcribit. & cum magnitudine corporum ac legionum multitudine Romanos terruiſſent, nihilominus tamen ingenti clade ſuorum ac duplici Romanorum victoria fuſi ſunt ac proſtrati. ſæpe Gallorum exercitus in Italia fracti: cõtra verò Hiſpani ab Auſtro in Italiam profecti victorias illuſtres adepti ſunt: Id primùm compertum eſt, inquit Polybius, in eo prælio quo Galli circa Florentiam victi ſunt à Romanis. Quanquam nulla accepta offenſione vix incolumitatem ac ſalutem ſine maxima ſolicitudine tueri poſſunt qui à Germania & Gallia Romam aut Neapolim, quæ pars Italiæ maximè Auſtralis eſt, proficiſcuntur. Cùm enim quatuor Germanorum legiones ſuperatis Alpibus Romam Carolo Burbonio duce cepiſſent, vix anno vertente dimidia[4] legio ſuperſtes in Germaniam rediit: tametſi nullam niſi à crapula, quæ ad Auſtrum letalis eſt, offenſionem accepiſſent. Atque id etiamnũ in gregibus & armentis diuturna experientia compertum fuiſſe tradit Plinius, vt quæ ad Auſtrum aguntur, lactis copiam amittant, ac paulatim macie tabeſcant: contrà quàm accidit iis qui ad Aquilonem iter faciunt, Quinetiam flãtibus Auſtris cruditates ac vertigines robuſtiſſimos quoſquæ inuadunt, quò fit vt & cibi minus appetantur, & ſalutares ſint vomitiones[5]. quam aëris diuerſitatem percipit in primis omne genus auium, quę flante Aquilone vegetiores fiunt: ab Auſtrali verò flatu tabeſcunt. Hoc tamen inſularum proprium eſt & eorum qui maritimos tractus accolunt, vt aëris frigida temperies ab æſtu maris tepeſcat: idque mihi dubitanti perceptum eſt cùm in Angliam traieciſſem, vbi cælum mitius eſt quàm in Gallia. nam Occeanum ventis iactatum ita feruet atque incaleſcit, vt aqua ignibus ſuppoſita videatur. Itaque nullæ hominibus aut gregibus à frigore & pruina offenſiones. Quam quidem ad rem, ſi Leo Affer & Aluareſius ſuam intelligẽtiam adhibuiſſent, non tantopere Affros & Æthiopes ab incredibili ciborum abſtinentia laudarent: qui ſi vberioribus epulis indulgere velint, non poſſint. Eandem ferè ab Arctico Polo naturam hominibus ingenerari, ratio ipſa corporúmque cæleſtium vis cogit confiteri. nam ex hiſtoria quæ ab Hiſpanis prodita eſt, conſtat non procul à freto Magalliano Antarctiçæ regionis genus hominum, quos Patagonas vocant, tantæ proceritatis extitiſſe, vt vix vnum octo Hiſpani vinculis cõſtringere poſſẽt: homines alioqui ſimplices ac ſtupidi iudicio Hiſpanorum, qui ingenij præſtantia cæteros Europæ populos ſuperare dicuntur. Quibus rebus intelligitur corporum vim ac robur eſſe verſus vtrũque Polum: animorum verò ad Auſtralem plagam. Qui inter vtraſque regiones interiacent, & ea loca quæ propter caloris ac frigoris temperationem ad vitam beatiùs ſalubriúſq; degendam idonea ſortiuntur, mediocres etiam habent corporis & animi dotes. In quo quidem admi-

*Cur exercitus languent qui verſus Auſtrũ proficiſcuntur.*

B, C, D (margin letters)

[4] Guicciardin.

[5] Ariſtot. in Problemat.

rabilis elucet Dei optimi maximi ſapientia, qui maximam non modò ingenij, ſed etiam animi vim ab ingenti corporis robore ſemper diſiunxit: quum proſpiceret iniuſtitia potentibus copiis armata nihil crudelius eſſe. Ergo mediæ regionis populi plus habent animorum ac ingenij minus tamē roboris, quàm qui ad Septētriones: ſed corporibus validiores ſunt quàm Auſtrales, à quibus ingenio quidem, non tamen animorum vi ac fortitudine ſuperantur. habent etiam artes imperandi maiores, & in rebus agendis iuſtiores ſunt vtriſque. Ac mihi propiùs in hiſtorias & ſcripta veterum intuenti, exercitus & copiæ ab Aquilone, reconditę ſcientię, philoſophiæ, inquam, mathematicæ artes, religiones, & quæ in veri inueſtigatione verſantur diſciplinæ, ab Auſtro aduectæ videntur. artes verò B
imperandi ac ciuitatis moderandæ, tum etiam legitimæ ſcientiæ, oratoriæ ac theatrales diſciplinæ à populis mediæ regionis origines & incrementa ſuſceperūt: omnia denique magna imperia Aſſyriorum, inquam, Medorum, Perſarum, Græcorum, Romanorum, Celtarum in mediis regionum temperatiorum ſpatiis ſedem ac domicilium habuere: ſed ea Imperia multò magis ad Auſtrum quàm ad Septentriones propagata ſunt. Nam quibus tēporibus Scythę Nomadū in morem huc illuc vagabātur, nulla ferè oppida, nullas arces, nullis propugnaculis munitas vrbes habebāt Germani, vt Tacitus ſcribit. Ac tametſi Traianus admirabili pōte ſupra Danubiū extructo (cuius adhuc veſtigia reſtāt) Decebalum regem Dacorū fregiſſet: nihilominus tamē Adrianus ſucceſſor pontē dirui mā- C
dauit, ne gentes Aquiloniæ aditu patefacto in intimos Imperij Romani receſſus penetrarent. quarū gentiū vim ac robur cùm Auguſtus expertus eſſet, legiones ſeptēdecim ad Rhenū & Danubiū in excubiis diſpoſuerat, vt Imperium commodiùs tueretur: quibus legionibus à Cōſtantino magno ſublatis, repente Alemani, Gothi, Oſtrogothi, Vandali, Franci, Heruli, Burgundiones, Hunni, Gepidæ, Longobardi ac poſtremò Tartari, Turcæ, Normani, Scythicarum nationum examina in prouincias Romanorum irruperunt. Ac tametſi Angli claras ab Francis, quos habent ad Auſtrum, victorias retulerunt, nunquam tamen Scotos de inſulæ particula depellere, aut ſub Imperium ſubiungere potuerunt. Turcarum quoque natio ab Hircaniæ finibus profecta, longè latéque verſus Auſtrum ar- D
ma protulit, & optimas quaſque Aſiæ, Europæ, Affricæ regiones, ac penè totius Mediterranei maris inſulas Imperio adiecit, Tartaris tamen conceſſit, nec Imperium ad Aquilonem vlteriùs propagauit. Itaque cùm Auſtrales populi vim Aquilonis intelligerent, Deus prophetarum [6] oraculis ab Aquilone ſæpius minas intentauit: inde bella, clades, exitia Rerumpublicarum futura prædixit. Ac tametſi non eadem eſt quæ fuit olim hominum multitudo, nec vita tam diuturna, nec tantum robur, nec procera Gygantum ſtatura, qua de re Plinius ſcriptores omnes ſæpe conqueri ſcribit: vix enim vſquam terrarum extat vrbs Capuæ ſimilis, quæ in ambitum milliaria tredecim continebat: multò minùs Babylonæ comparanda, quæ tametſi in planitie figuram quadratam haberet, vix tamen toto triduo [7] pedites vrbis mœnia emetiri poterant: nihilo-

6 Eſaiæ cap. 14. & 41. & 49. Hieremi. c. 34 & 6. 13. 15. 10. 16. 23 25. 46. 47. 50 51. Ezech. 48. Daniel. 11. Zacar. 2. & in li. Sap.

7 Ionas cap. 1. Herodo. Ariſtot. in polit.

nihilominus tamen regiones Aquilonis, & populorum multitudine, & amplitudine corporum, & robore ipſo Auſtrales facilè ſuperant. Quamobrem lex militaris Romanorum, quæ vacationem dedit à militia anno quinto & quinquageſimo,[8] non conueniebat in Lacedæmonios, qui tametſi nec bellandi peritia, nec fortitudine Romanis cederent, anno tamen quadrageſimo vacationem[9] habuerunt, quia robore inferiores eſſent Romanis, propter eam quam dixi Aquilonis & Auſtri naturam. Erat enim Lacedæmō Auſtralior vrbe Roma. Quod ſi Scythæ ad Auſtrū proficiſcantur, animi languore ac ſudoribus diffluunt. Quamobrem piratæ mediterranei maris captiuos Belgas & Anglos ad laborem in illis

B regionibus inutiles viliſſimo pretio addicunt. Vis autem caloris intima in Aquiloniis regionibus, & aëris ſicciſſima natura, populis maiorem ſitim ingenerat quàm Auſtralibus, quibus interiora frigida, & Auſtri flatus natura humidus: ſic enim Græci νότον παρὰ τῆς νότιος, id eſt ab humore dici tradunt: quia flantibus Auſtris imbres, Aquilone verò ſpirante puritas cæli nitidiſſima ſequitur: quo fit vt Germani ac Scythæ vberioribus poculis vti cogantur, inde prouerbium ἐπισκυθίζειν: quo apud Athenæum potator dipnoſophiſtes puero aquam infundenti verbo modicè deflexo vſus eſt cum diceret, ἐπισκύθισον, pro ἐπιχύτισον, quod non niſi Græcè percipi poteſt. Hinc etiam illud Taciti de Germanis, Diem noctémque continuare potando nulli probrum: crebræ vt inter vinolentos rixæ. Id autem

C regionis non hominum vitium eſſe argumento eſt, quòd qui ab Auſtro ad Septentriones iter habent, eò bibaciores ac voraciores fiunt: contra quàm iis accidit qui ad Auſtrum proficiſcuntur. Scytharum tamen cutis mollior quàm Auſtralium: propter humorum copiam & caloris intimi, vnde ſudores egerūtur. quo fit vt maior inſit in Aquiloniis copia pilorū, quàm in Auſtralibus, quibus dēſior ſiccior ac durior cutis aut glabra eſt, aut non niſi criſpos ac retorridos capillos gignit gaudent igitur Auſtrales calore ac ſiccitate: imbres ac frigora ferre ſine ſalutis periculo nō poſſunt. Et cùm Romani ad bella exercitatiſſimi totas hyemes in otio tranſigerēt, vt Pœni quoque & Græci: nihilominus Scythę tum maximè bella gerunt,[1] cùm omnia gelu obriguere: quinetiam ipſa flumina ac maria

D glacie concreta traiicere ac peruadere ſolent. At quamplurimos Hiſpanos, cùm iuga Peruana ſuperarent, hiſtorici prodiderunt vi frigorum extinctos fuiſſe,[2] ratio eſt in promptu. cùm enim in calidis regionibus educati ſint, algent interiora: quòd ſi frigore inopinato corripiantur, vt Auſtralibus accidit, quum altiſſima iuga ſuperant, à calore intus & extra deſeri neceſſe eſt: cōtra quàm Scythis accidit, quibus inſitus à natura calor ad centrum cogitur ac ipſo frigore augetur. Illud etiam incredibile videatur, verum tamen ſit, Auſtrales ab intimi caloris inopia lubricas aluos habere ac dyſenteria ſæpius vexari. Cùm item Septentrionum loca paludibus ac fluminibus vndique ſcateant, ob id Scythæ aquis facilè conſueſcunt, & in ipſis lacubus ſæpe deliteſcunt, vt hoſtes fallere poſſint: vt ſcribit Herodianus de Germanis, qui copias Romanorum equeſtres telis infeſtabāt, ac tuti paludibus pugnabant. Quod Galenus cùm non ſatis

8 Polyb. lib. 6.

9 Plutar. in Ageſilao.

1 Agathias & Crantius.

2 In hiſt. Indorum.

perſpexiſſet, miratur morem Germanorum qui infantes, vt primùm in lucem editi ſunt, flumine viuo abluere ſolent, quanquam Auſonibus quoque id eſſet in more poſitum, vt Maro

*-Natos ad flumina primùm*
*Deferimus, ſæuóque gelu duramus & vndis.*

3 In epiſtola ad Antiochum Miſopogona.

*Spuriorum ac legitimorũ diſcrimen.*

De Germanis verò Iulianus Imperator, is qui transfuga vſrpatur, ſcribit [3] ſpurios à legitimis in Germania dignoſci, quod cumprimùm nati ſunt, fluminibus ſuperponuntur: ac ſpurios quidem mergi, legitimos verò aquis innatare ferũt. quanquam his temporibus ſortilegij ſuſpectas iudices Germanorum aquis ſuperponũnt manibus ac pedibus vinctis: quæ enim merguntur, à ſcelere puras eſſe pronuntiãt: quæ verò ſupernatant B ſortium impietate teneri iudicant. Qui medias regiones occupant propterea quod temperiem æquabiliter fuſam habent, omnes nimios & frigoris & caloris appulſus ſentiunt: faciliùs tamen imbres ac frigora perferunt quàm Auſtrales, difficiliùs quàm qui ad Septentriones: & cum vtriſque ſocietates faciliùs propter quandam morum ſimilitudinem coeuntur. Deus enim vt omnia incredibili bonitate ac ſapientia copulauit: ſic etiam Auſtrales populos, qui propter naturæ diſcrepantiam ac diſſimilitudinem Scythis conſociari difficilimè potuiſſent, eorum propinquitate qui media loca tenent, quaſi quodam communi vinculo cõiugauit. Quarum rerum cognitio non tantùm ſuauis eſt ac iucunda verumetiam maximi ponderis ac momenti, cùm de fœderibus & ſocieta- C tibus principũ ac populorum inter ipſos diſceptatur: aut cùm exercitus ex variis nationibus conſcribuntur: vt in legionibus collocandis ſiue in caſtris, ſiue in prælio cõſerendo extremarũ regionũ homines ſeiũgantur, & qui cũ vtriſque cõſpirant, in mediis ſpatiis cõſtituãtur. ſunt autẽ ij qui laudatã corporum tẽperationem, & moderatos habẽt animorũ motus: quales ſunt Aſiatici: à qua quidem tẽperatione remotiſſimi ſunt, inquit Galenus, Arabes ac Germani. Sed Aſię pars illa quã innuit Galenus, vnde riginem acceperat, non modò inter Polum & Æquatorẽ, ſed etiam inter Oriẽtem & Occaſum media interiacere videtur. Hîc hominũ natura mitis eſt ac mãſueta: inde morum vrbanitas tanta, vt rectiſſimè ſit à Marco

*Humanitas ab Aſia.*

Tullio dictum, Non modò in Aſia eſſe, verumetiam ad omnes populos D perueniſſe humanitatem. Sed eorum ſententiam probare non poſſim, qui gentium barbariem ac feritatem ab extremo frigore vel calore proficiſci putãt: cùm experientia diuturna compertum ſit Auſtrales ingenio præſtare cæteris: barbaries autem ab inopia mentis & conſilij deriuatur. Herodotus Ægyptios iampridem nationes cæteras ingenio ac vrbanitate ſuperare ſcripſit. Idem Cæſaris iudicium habemus [4], Ipſi homines « Ægyptij ingenioſiſſimi ac ſubtiliſſimi, tam artificioſe, inquit, noſtrorum « machinas imitabantur, vt ab illis expreſſiſſe videremur. Et cùm M. An- « tonius vrbanitatem, lepores, delitias Ægyptiorũ deguſtaſſet, Romanorũ quaſi agreſtium hominum mores contempſit [5]. At Ægyptus magna ſui parte ſub Tropico ſita eſt, vbi homines ardentiùs à calore quàm ſub Æquatore vrgeri tradunt quotquot vtramque regionem peragrarũt: cuius ratio eſt

4 lib. 2. belli ciuil.

5 Plutar. in Antonio.

ratio eſt in promptu: ſcilicet Solis ſtatio diuturnior, ac Tropici minor q̃ Æquatoris amplitudo. Eundem ferè tractum occupant Pœni, qui Romanorum potentiam calliditate ſæpius ac perfidia quàm robore ſuperarunt: hos Columella gẽtem acutiſſimam appellauit: Ægyptiis tamen Auſtralioribus ingenij ſubtilitate cedunt. Sed ne longiùs diſcedamus, domeſticis vtemur exemplis. Philippus Cominius ſcribit Anglos maiorum noſtrorum memoria queri conſueſſe, quòd bellicis laudibus Gallos ſæpius vincerent, conſilio tamen ac ſapientia longè inferiores eſſent, vel vt Ennius loquitur, bellipotentes ſunt magis quàm ſapientipotentes: quod ſæpius intellectũ eſt in pacis actionibus ac fœderibus ſanciendis. Ita Galli
B queruntur, ſe ab Hiſpanis conſilio ac rerũ gerendarũ prudentia ſuperari, & in fœderibus ſæpiſſime circunuentos. infinitum ſit peccata noſtrorũ hominum ſingula cõmemorare. nam vt ſuperiora prætermittamus, extremo fœdere Cameracenſi quod cum Hiſpanis ictum eſt, omnia quæ annorum triginta victoriæ nobis pepererant, momento ablata ſunt: cùm tamen nec viribus inferiores Hiſpanis, & pugna ſuperiores ſæpe fuiſſemus. Neque verò Hiſpani ſe de manibus Gallorum Inſubriam, Allogrogum, Corſicam vllis vnquam viribus erepturos ſperauerant. Sed tot ac tantas artes adhibuerunt, vt non modò Allobrogum duci regiones ad portas vſque Mediolani, & ad mare Celticum longè latè patentes, ſed etiam Genuenſibus Corſica reſtituerentur: nec ſolùm beneficij gratiam
C Hiſpanis acceptam ferrent; ſed etiam Gallos ab Italia ſequeſtro Duce Allobrogum longè ſummouerent, vt nihil Gallis præter agrum Saluſſianũ in Italia reſtaret, in quem etiam Hiſpani bello ſacro, quo Galliam exarſit, variis fraudibus inuadere ſunt conati. Ego eos qui ad pacis actiones, & fœdera cum Hiſpanorum legatis ſancienda miſſi fuerant, ſumma fide ac ſolicitudine rem geſſiſſe opinor, etiamſi horum nonnulli captiuitatis ſuę pretium publico detrimento pacti dicerentur: ſed à ſapientibus didici decretum in Hiſpania fuiſſe, pacis actiones, quoad eius fieri poſſet, protrahendas: quòd ea mens eſſet, is animus Gallorũ, vt tædio ac moleſtia diuturnæ ſpei fracti, omnia concedere quàm exitus ſuarum rerum fœlices expectare malent. Illud etiam animaduerſum, noſtros legatos in eum lo-
D cum, vbi de pace agebatur, priores conuenire ſolitos, dum interim Hiſpani moras necterent, ac noſtros homines ſemper eo modo fefelliſſe, vt ab Hiſpanis non ſine quadam ignominia pacem petere viderentur. Eadem agendi celeritate noſtros legatos coram Frãciſco Sfortia duce Mediolanenſi vſos eſſe ſcribit Cominius, ac ſæpius ſimul fuiſſe locutos: ducem verò noſtros increpuiſſe, viciſſim loqui iuſſiſſe. Quibus rebus intelligitur Hiſpanos, quorum vniuerſa regio nobis eſt Auſtralis, animorum motus habere moderatiores, ac propter inſitum atræ bilis humorem, ad quietẽ & contemplationem natos: qui autem mentis agitatione & contemplatione paſcuntur, ingenium acuunt. Gallos verò, & medię regionis populos flaua bilis ad celeritatem incitat, & ad omnes tum animi tum corporis motus, tum etiam ad res agẽdas efficit promptiores. itaque Galli currere videntur Hiſpanis, etiam in ipſo greſſu: quam agendi celeritatem

mirantur & amant Hiſpani, ac magna mercede opifices ac pueros è Gallia regionum ferè omnium populoſiſſima accerſere ſolent. Nam cùm Narbone ageremus, in Hiſpaniam proficiſci mirabamur ex Aruernis & ex Lemonicibus magnam tenuium opificum multitudinem, quoniam intelligunt Hiſpanorum agros ob inertiam hominum incultos,& vrbes opificibus ferè vacuas eſſe. Cùm enim N. Stroſſa Prior Campanus, triremes noſtras, quibus præerat in littore Maſſilienſi [6]: Barcinonem Vrbis diripiendæ cupiditate egiſſet, eámque ex improuiſo adoriri vellet, detecta fraude decem millia Gallorum opificum in vrbe Valētina, iuſſu Maximiliani proregis Hiſpaniarum capta ſunt, quorum tamen Hiſpani vades eſſe quàm ab eis deſeri maluerunt. quò fit vt Hiſpania Gallorū multitudine abundans connubiis & ſocietatibus vtriuſque gentis implicata, optimi generis homines, & quidem Gallis & Hiſpanis præſtātiores procreare videatur: quoniam in Hiſpanis nimia tarditas, in Gallis nimia celeritas notatur. Quamobrem quæ à Lycurgo & Platone tam multa de gymnaſtica déque ciuibus exercēdis præcipiuntur, ad Auſtrales quidem accommodari debent, vt validiora ſint ac vegetiora corpora quæ ingeniorum magnitudine & contemplandi aſſiduitate tabeſcunt. qui autem abūdant flaua bile quietē oderunt, ac bile vrgente huc illuc inuiti feruntur: qui contemplationi ſeſe dedere poſſint prudentiſſimi ſiunt. Aquilonarium verò feritas & mentis ſtupor literarum ſtudio miteſcit: nam labore aſſiduo homines ferociores fiunt, vt Ariſtoteles ſcribit lib. VIII. Polit. Eſt autem natura melior, quę nimium inter & parum intereſt, quæ tum in ingeniorum, tum etiam in corporum aurea mediocritate conſiſtit: vt Italorum. Nam Italia non modò inter Æquatorem & Septentriones, verumetiā inter Occaſum & Oriētem ferè media interiacet, ac modicè ab Aquilone ad Meridiem deflexa. Vt autem pituita vexantur qui ſub vtroque Polo poſiti ſunt: & atra bile qui ſub Æquatore: ita ſanguineā εὐσαρκίαν adepti vidētur qui poſt decimum quintum à Polo tractum vſque ad mediam regionem loca tenent, id eſt vſque ad quadrageſimum à Polo gradum, qui eſt ab Æquatore quinquageſimus: deinceps ſanguini flaua bilis copioſius miſcetur, & qui propiùs ab Auſtro abſunt, ſubuirides euadunt, propter flauæ atque atræ bilis copiam, quæ confuſæ ſimul ac miſtæ, eam efficiunt quam dixi colorum varietatem, quouſque à Solis ardoribus & ab atra bile aduſti penitus atri fiant. At Galenus cùm animi mores à corporis temperatione deducit, ſtupidos homines effici putat à copia pituitæ: lætos ac robuſtos à ſanguine: alacres & ad res agēdas idoneos à flaua bile: ab atra verò conſtantes & quietos. Illud tamen omiſſum ab eo eſt, quòd à ſanguine robur, vnde robuſtos à rubore dici Feſtus ſcribit, à bile verò flaua fortitudinem & animorum vim. non quia ſanguinis & humorum copia robur per ſeſe efficiat: ſed craſſior ac fibrarum plenior ſanguis concreſcit & auget muſculos vnde robur ingeneratur. Ex his autem quatuor generibus, quo quiſque plus minúſve particeps eſt atræ, aut flauæ bilis, aut ſanguinis, aut pituitæ, eò propiùs abeſt aut longiùs ab ea quam dixi tēperationum varietate, quam Theodorus Duca Imperator Con-

[6] anno 1552.

Conſtātinopoleos duobus ac nonaginta generibus breui libello diſtin-
xit: non modò pro varietate quatuor humorum, ſed etiam pro tribus a-
nimi [7] partibus, ratione, inquā, ira & cupiditate. Sed cùm illa humorū cū — 7 Miſcuit humoribus vim λόγου θυμοῦ καὶ ἐπιθυμίας.
animæ viribus tēperatio ab eo allata oraculis Delphicis obſcurior ſit ac
difficilior, tū vero nullis rationibus aut argumētis, at ne exēplis quidē illu
ſtratur: nec regionū aut locorum vllā habet partitionem: quā tamē Hip-
pocrates [8] ad hominum naturam penitus intelligēdam maximè neceſſa- — 8 In lib. de locis & aqua
riam eſſe ducit: nec item à montanis plana loca: nec vtraque à maritimis
aut à paluſtribus: nec à ventoſis ac turbidis, quietas ac tranquillas regio-
nes: nec populos diſciplinis eruditos ab agreſtibus & barbaris diuiſit in
B illa quam ſuo iudicio finxit animorum ac humorum varietate: nos eam
diſciplinam ſequemur quæ rationi ac naturæ conſentanea ſit, & exem-
plorum multitudine confirmata. Cùm enim de Germanorum moribus
ſcriberet Tacitus, Gens, inquit, non aſtuta, nec callida, apperit adhuc ſe-
creta pectoris licentia ioci. ergo detecta & nuda omnium mens poſtera
die retrectatur, & ſalua vtriuſque temporis ratio eſt. deliberant dum
fingere neſciunt: conſtituunt dum errare non poſſunt. Idem iudicium
eſt apud Strabonem, Iuſtinum, Plinium, Herodotum, Vegetium de Scy- — *Scythæ ſimplices.*
thicis nationibus: quas principes iam inde ab extrema memoria ad ſui
corporis cuſtodiam ſemper adhibuerunt. Quinetiam Rhaguſiorum ac
Genuenſium populares ſtatus Prætorias cohortes ex Heluetiis & Ger-
C manis conſcribere conſueuerunt: reges item Turcarum & Affricæ citra
Atlantem prḝſidia militum ab Europa arceſſere ſolent eorum qui Chri-
ſtianam religionem eiurauerunt: quod primùm à Manſora magno Af-
fricæ & Hiſpaniarum Imperatore factum ad poſteros permanauit. Nec
ita pridem rex Tunetanus equitatum è Chriſtianorum transfugis, &
Prætorias cohortes venalitiis ab Europa aduectis [9] cōſcripſit: quòd ſim- — 9 Leo Affer.
pliciores ac robuſtiores habentur quàm Affri: nec quicquam aliud op-
tant aut ſperant, quàm diurna ſtipendia, parum admodum ſoliciti de
optimo principatu, aut de imperandi cupiditate: ſed ad vltionem cæſi
principis, & ad omnes caſus parati ſeu pro rege, ſeu pro tyranno propu-
gnandum ſit. Nam cùm Chæreas Præfectus cohortium Prætorianarum
D quæ ex Germanis conſcriptæ fuerant, Caligulam Imperatorem occi-
diſſet, eodem momento cæſus eſt à Germanis, qui vltionē ac vindictam,
inquit Ioſephus [1], cohibere non potuerunt. Illud etiam à veteribus anim- — 1 lib. 19. c. 1.
aduerſum eſt, crudelitatem ac barbariem Scytharum generi ac nomi-
ni quaſi à natura inſitam eſſe. nam Thucidides ipſe Olori Thraciæ regis
filius, Thraces ſuos populares crudeliſſimum hominum genus vocat, id — 2 De morib. German.
eſt vt ſuis verbis vtar, φονικώτατον γένος. Tacitus quoq; de Germanis [2], Occi-
deret ſolent, inquit, non diſciplina & ſeueritate, ſed impetu & ira vt ini-
micum, niſi quòd impunè. Vetera omittamus, ac recentioribus vtamur
exemplis. nullum eſt autem memorabilius quàm Georgij [3] latronum — 3 Iouius. Crantius.
ducis, qui cùm multa crudeliter ac ſceleratè in Hungaria geſſiſſet, tan-
dem captus ac ſemiuſtus viuens adhuc & ſpirans, ſociis triduo maceratis
ad epulas appoſitus eſt: deinde viſcera detracta, & ſemicocta ad veſcen-

dum ſociis ac militibus data. Omitto Draculæ Tranſyluaniæ principis inaudita crudelitatum genera: & Ottonis Truccesij Legati Cæſaris publicam vindictam de ſiccario qui Præfectum vrbis cuiuſdam bello ruſticorum occiderat. Hunc enim lentis ignibus torreri iuſſit, tam crudeli ſpectaculo, vt omnem humanitatem penitus exuiſſe videretur. Nec ita pridem Grombacho, quem Auguſtus Saxoniæ Dux, Gothorum arce expugnata, cum Ioanne Federico ceperat, viſcera viuenti detracta ſunt, deinde ora corde palpitanti diuerberata ac ſanguine fœdata. Rotarum autẽ ſupplicia à Germanis: vt varri traiectio à Tartaris inuecta. nec minor Lituanorum crudelitas, qui ſupplicio addictos ſibi ipſis gulam frangere cogunt, aut fuſtibus ac loris diu cæſos in crucem agunt. Quæ me ra- B
tio cogit ea quæ de crudelitatibus regis Moſchouitarum prodita ſunt, vera eſſe cõfiteri. Nam quo longiùs homines à ratione diſcedunt, vt qui minùs ingenio valent, eo propiùs abſunt à feritate beſtiarum, quæ vim iracundię cohibere nequeunt. Auſtralium verò crudelitas nõ minor eſt: nõ quidem à mentis inopia, qua valẽt plurimùm: ſed ab atræ bilis copia, quę vt difficilimè inflãmatur, ita ſemel inflammata difficiliùs reſtringui poteſt. Nã Polybius eo bello quod Cartaginenſes aduerſus Spẽdios geſſerunt, negat vllũ crudelitatis genus prætermiſſum fuiſſe: quæ tamẽ leuia videri poſſint, ſi cũ iis quæ à Leone Affro prodita ſunt, cõferantur. Quinetiã ſuperioribus annis Tunetanũ regẽ Muleaſſem liberi ſumma impie-
4 Iouius. tate nõ tãtùm regno expulerunt, verumetiã crudeliſſimè excæcauerũt[4]. C
At Ioſephus Mauritaniæ rex cùm ſuos Legatos à rege Teneſmo occiſos eſſe intellexiſſet, ingẽti cũ exercitu in Teneſmi regnũ expeditione ſuſcepta decies centena hominum millia trucidaſſe: pecus omne abegiſſe: arces diruiſſe: omnia oppida ferro ac flamma ſolo æquauiſſe: arbores om-
5 Leo Affer. nes excidiſſe memoratur[5]. Item Homarus Eſſuinus concionator, cum in Marochi regnum inuadere conaretur, arce Vngiaſena expugnata, non tantùm præſidia & quicquid hominum erat occidit, verumetiam infan-
6 Leo Affer. lib.2. tes vtero exactos pectoribus matrum ſuperpoſitos dilaniari iuſſit[6]. Rex autem Tombuti captum regem Gagaonis crudeliter interfici, ac liberos eius caſtrari mandauit, perpetuáque ſeruitute oppreſſit. Non minores apud Indiæ Occidentalis populos, in quibus nullus eſt humanitatis aut re- D
ligionis ſenſus, crudelitates extitiſſe feruntur: vbi & cæſorum hoſtium carnibus veſci, & infantes ſanguine mergi vſitatiſſimum erat. Sed crudelitas in eo maximè cernitur, cùm ſupplicia iudicio cõſtituto irrogantur: quoniam publica pœna nihil habet cum vltione ac iniuria priuata
7 Plutar. in Artoxer. Herodot. lib.7. commune. vt quæ apud Perſas[7] olim, & nunc apud Ægyptios latronibus infligitur, ac laniatus hominum horrendo ſpectaculo publicè exhibentur: quæ nec Græci, nec Romani ſine gemitu, vel ſpectare vel audire potuiſſent. Nam vtrique dãnatos vel inedia, vel cicutæ poculo necabant. Quinetiã Chij cicutã aqua, Athenienſes vino, (ſic enim Theophr.) tẽperabãt, vt leniùs ac citiùs mortẽ accirent. Differt igitur Scytharũ crudelitas ab Auſtralium hominum ſæuitia: quoniam Scythæ impetu ac belluarũ in morem ad vindictam ferũtur: Auſtrales verò vulpina calliditate ac ſuſcepto

ſcepto conſilio vltionem meditantur. Et quemadmodum atra bilis difficilimè curatur: ſic etiam animi perturbationes & ægritudines quæ à melancholia abradente ingenerantur, non facilè ſedari poſſunt: quò fit vt qui à mente ſic affecti ſunt, ſi appetitus explere non poſſint, furore corripiantur. Inde tanta furioſorum hominum in Affrica & ea Hiſpaniæ regione quæ Affricę propior eſt, multitudo: & publica loca in omnibus ciuitatibus furioſis conſtituta. Genus autem furoris hominum naturam & ingenium arguit. Tametſi enim frequens eſt vbique ſtultorum numerus, Auſtrales tamen tenues ac macilenti & ſpectra vident, & vaticinantur, ac ſæpe quoque à dæmonibus aguntur, eámque quam nunquã didi-
B cerunt, lingua ſæpius vtuntur: quem furorem diuinum incolæ vocant: quaſi inſanus ea videat, quæ ſapiens non videt: & is qui humanos ſenſus amiſit, diuinos aſſecutus ſit. Quos verò ad Septentrionem furor inuadit, hi aſſiduè aut rident, aut ſaltant: qui morbus D. Viti appellatur à Germanis. curatur autem fidibus & cantu primùm incitato, deinde ſedato: ſiue abalienatos ſenſus muſica reuocat: ſiue morbos corporis cõcentus ſedata mẽte curat: ſiue mali genij, qui furioſos ſæpiſſimè cruciant, diuina harmonia fugantur. Sic enim Saulem furentem malus genius pulſata lyra deſeruiſſe dicitur. Quamobrem Eliſæus coram Iudææ ac Samariæ regibus oraculum editurus, cythariſten acciri iuſſit: ſimul enim cùm ſuauitate concentus numen hauſit. Et cùm Saul à Samuele initiatus eſſet, non
C priùs prophetarum chorus ei cum cytharis occurrit quàm numine afflari ac vaticinari cœpit. At mali genij ad hominum furorem ſeſe accommodare conſueuerunt. Nam qui flauæ bilis furore capiuntur, in cædem ac vulnera prorumpunt: quod his qui ſanguine abundant non accidit, ac multò minùs qui à pituita lethargiæ furore afficiuntur: quos rerum omnium obliuio ac ſtupor mentis inuadit. At quò plus eſt in melancholicis ingenij ac ſapientiæ, eo difficiliùs correpti furore curantur: contra quàm accidit iis qui ſanguine abundant: qui rariùs à furore, ſæpius ab inſania vexantur. Inſanos appello qui ſuis cupiditatibus imperare, ac immoderatos appetitus cohibere non poſſunt. Furor autem, inquit Tullius, in ſapientem cadere poteſt, inſania non poteſt: & furioſis curator legibus da-
D tur non inſanis: tametſi non minus hi quàm illi curatoribus indigent. ſed quotus quiſq; domitas habet libidines? quotusquiſque cupiditates coercet? nemo certè præter ſapiẽtem. Inſania verò interdum in furorem abit: quod furoris genus verberibus miteſcit. Nam Londini furioſorum hominum multitudo eodem coacta domicilio verberibus acerrimè caſtigatur quarta decima Luna qua maior vis eſt furoris tumente cerebro. cuius rei me commiſeratio cùm cepiſſet, à curatoribus intellexi ſalutarem eſſe furoris medicinam. Quod autem diximus Auſtrales ingenio præſtare cæteris, non modò id perſpicitur inter Germanos & Hiſpanos, qui maximo interuallo à ſeinuicem ſeiunguntur: verumetiam in vna & eadem regione. ac ne longiùs exempla petantur, noſtri homines ſatis intelligunt quantùm Pictaui, Aruerni, Lemonices, Normani, Cænomani, Belgas ingenio ſuperẽt. Itaq; noſtris moribus iudicãtur illi anno XIX. vel ad ſũmũ

*Quamobrem muſica furorem curat.*

x x. maiores Belgæ non niſi x x v. Ingrati animi labem effugere non poſſim, ſi patriæ ac meorum populariũ videar oblitus: de quibus iudicium extat in antiquo diplomate[8] Caroli v. Francorum regis eius qui ſapiens vſurpatur, quo quidem beneficia quamplurima Andium Academiæ indulta ſunt: hac potiſſimùm cauſa ſubiecta: QVODQVE INTER REGIONES ALIAS REGNI NOSTRI CIVITAS ANDEGAVENSIS VELVTI FONS SCIENTIARVM IRRIGVVS VIROS ALTI CONSILII SOLET AB ANTIQVO PROPAGATIONE QVASI NATVRALI PROVIDERE. Hoc etiam ab Auſtralibus Scythæ differunt, quòd tametſi Auſtrales naturã habeant ad contrahendos ſedandóſque appetitus præſtantiorem, difficilimè tamẽ domitas libidines continere poſſunt. cauſas enim libidinis ab atra bile B petendas eſſe duco. Inde monſtra promiſcui ſexus ab Affrica, quam propterea aſtrologi, ſic enim opinor, Scorpioni ac Veneri ſubiecerũt. Ptolemæus certè Affros veteres ſummo cultu Venerem vbique proſecutos fuiſſe tradit. Liuius item duobus locis quibus Numidarum meminit, Ante omnes Barbaros, inquit, Numidę in Venerem effuſi. Eſt autem Numidia omnium Affricæ prouinciarum, quæ Romanorum imperiis paruerunt, maximè Auſtralis. Quamobrem mirum videri nõ debet ſi Perſarum & Affricę principes cõcubinarum greges habuiſſe legimus[1]: quod moribus deprauatis tribui non poteſt, cùm apud Indiæ Occidentalis populos, regem Alcazarem quadringentas: Gnacam verò Peruanorum regem ducentas vxores & quinquaginta liberos: item Gillo Orientalis In- C diæ regem ſexẽtos, habuiſſe proditum ſit[2]. totidem liberos Hierotimus rex Parthorum dicitur[3] ſuſtuliſſe. Ab his moribus longiſſimè abſunt Scythæ. Sic enim Tacitus de Germanis, Seuera apud eos, inquit, matrimonia: nec vllam partem magis laudaueris. nam propè ſoli Barbarorum ſingulis vxoribus contenti ſunt. At etiam Scythæ plerique indignè ferentes quod ad Venerem inepti ſint, ſeipſos caſtrant parotidos venæ, quæ ſub aures latet, ſectione, vt quidẽ ſcribit Hippocrates, qui cùm iſtius ad venerem imbecillitatis cauſas inueſtigaret, putabat equitationẽ in cauſa eſſe, & caloris inopiam: ſed vtroque modo fallit: nam geſtatio ad Venerem excitat, vt quidem Ariſtoteles, & experiẽtia ipſa decet. Scythas caloris copia abundare, tum corporum proceritas, tum robur earum na- D tionũ, tũ ipſa Septẽtrionis vniuerſi natura cogit cõfiteri. Auſtrales verò caloris inopia laborare ſuperiùs docuimus. Eſt igitur in Auſtralibus atræ bilis ac potiſſimùm abradẽris copia, quę quòd ſpumoſa eſt, libidinẽ proritat, vt etiamnum Ariſtoteles[4] tradit, vbi cauſas inquirit, cur qui atra bile abundant, cæteris ſalaciores ſint: quod ipſum videre eſt in lepore, qui ex omni animantium genere melãcholico ſucco maximè abũdat: eſt enim libidinoſiſſimum animal, & vnum omnium quod ſuperfœtat: imò tres partus in vtero ſimul ac ſemel geſtat[5]: & quidem mas æquè ac fœmina, vt M. Varro ac plerique ſcriptores[6] tradũt, & ipſi compertum habemus, non quidem in omnibus ſed in pleriſque ſexum duplicem eſſe. Quibus rebus intelligitur eos falli plurimùm, qui Scytharum ac Germanorũ pudicitiam & continentiam tantopere laudant[7], vt ſuperiùs ex Tacito docuimus.

8 anno 1373. Calendas Auguſti.

1 Herodot. Diodor. lib 2. Ioſeph. lib. 4. Quintus Curtius.

2 In hiſtoria Peruſina Indorum.

3 Iuſtinus lib. 44.

*Caſtratio Scytharum qua etiamnum Germani plerique vtuntur.*

4 In Problem.

5 Strabo. Plin.

6 Herod. Ælian.

7 Conradus Celtes.

cuimus. Cæſar quoque de Germanis [8], Intra annum, inquit, vigeſimum foeminæ notitiam habuiſſe, in turpiſſimis habent rebus: cuius rei nulla eſt occultatio. Neque enim impotentia laudem meretur: ſed is demum laudandus eſt, qui cùm improbus eſſe poſſet, noluit tamen [9]. Et verò quæ laus eſt Henrici 1. Imperatoris quòd perpetuam cum vxore coluit pudicitiam? meliùs Caſimir. 1. Poloniæ, & Ladiſlaus Bohemiæ reges, qui quòd ad venerem inepti eſſent, à nuptiis ſemper abſtinuerunt. At Ioannes 11. Moſchouiæ dux, eò vſque mulieres exhorruit, vt ad earum conſpectum animo deficeret.[o] cæteri Moſcouitæ quas ducturi ſunt vxores, non priùs intuentur quàm nuptiæ [1] pactæ ſint. Quare nec mirū ſi zelotypiæ mor-
B bo minimè omnium anguntur Germani, vt Munſterus & Irenicus gloriantur: qui etiam præclarum [2] putant omnes fœminas cū omnibus maribus in publicis balneis ſimul perlui. Auſtrales populi ne ſacra quidem publica fieri patiuntur niſi vterque ſexus pariete medio diuidatur. At cū in Angliam legationis cauſa profectus eſſem audiui Mendozam legatū Hiſpanorum cùm turpe eſſe diceret viros ſimul cum fœminis in concionibus ſacris permiſtos videri: cui Dalus Magiſter libellorum vrbanè repoſuit, Turpe id quidē apud Hiſpanos qui etiam in ſacris locis cogitarēt de explenda libidine à qua procul aberant Anglorum mentes. certè Auſtrales zelotypiæ morbo tantopere conflictantur, vt plerique angore animi pereant. Puna quidem rex Indorum vt ea ſuſpicione ſeſe liberaret,
C eunuchis ſuis non pudenda modò, ſed etiam nares, & brachia amputari iubebat. Hîc aliquis occurret, ſi tanta eſt Scytharum ad Venerē imbecillitas, vnde tanta hominum & quidem robuſtiſſimorum quanta eſt ad Septentriones multitudo? ego illud continentiæ tribuo: inopiam verò liberorum ac diſſimilitudines à frequenti & à promiſcuo cōcubitu proficiſci opinor. Ac propterea Lycurgi inſtitutis non licuit cum vxoribus pernoctare. ſatis quidem compertum eſt eò quēque plures ac robuſtiores procreaturum liberos, quò temperatiores ac rariores habebit cum vxore cōgreſſus. ac ſæpiſſime quæ à maritis ſecubant vno congreſſu geminos pariunt. Quò fit etiam vt homines tametſi cum belluis ſimilitudine quadā coniungūtur: qui tamen à beſtiarum natura propriùs abſunt, vt Scythæ,
D eò magis voluptatibus naturæ congruentibus fruantur: & parentibus ſimiles pariant, vt Germanos omnes ſui ſimiles Tacitus fuiſſe ſcribit: quia peregrinos & abhorrentes à natura complexus minimè appetunt: non quia ſit eadem cæli temperies, vt Hippocrates ſcribit: cum vbique terrarum ſua ſit aëris ac cæli temperatio. Eſt igitur populorum multitudo ab illa temperata naturæque congruenti voluptate. Inde Iornaudes inferiorem Germaniā hominum officinam appellauit. Hinc enim gentium examina penè infinita prodierunt. quinetiam in Zelandiæ & Hollandiæ agris, quos veteres Cimbris ac Battauis tribuūt, oues ter quatérque ſingulos annos (non ſine admiratione) fœtare vidimus, & interdum tergemi nos & quater geminos parere: cùm ad Auſtrum ſemel aut bis ad ſummum nec plus vno parere comperiantur. Illud etiam incredibile, verum tamen ſit, ad Septentriones aut parem aut maiorem eſſe marium quàm

8 lib. 6. cōment.
9 Pſal. 15
o Sigiſmundus liber in hiſtoria Moſcouitarum.
1 Idem Sigiſm.
2 Munſterus in deſcript. Badenſi.

fœminarum vbique copiam: ad Auſtrum multò plures eſſe in omni genere animantium fœminas quàm mares. nam quod Cęſar Britãnos duodecim vna vxore ſæpe contentos ſcribit, Indos verò ſingulos greges vxorum habere compertum ſit, hîc copiam, illic inopiam fœminarum arguit. Qui medias ſedes Polum inter & Æquatorem occupãt, omnia mediocriter conſecuti videntur: & magnam partem vnius vxoris legitimæ coniugia tuentur. ac tametſi Iullius Cæſar Dictator Heluidium Cinnam impulit vt legem πολυγαμίας ferret ad populum, vt Cæſarionem quem de Cleopatra ſuſceperat, legitimum hæredem haberet: lex tamen repudiata eſt [3]. Eadem lex à Ioanne Leidano ſartore promulgata, cùm Munſterę vrbis principatum inuaſiſſet, ſtatum ſuæ ciuitatis plurimùm [4] cõturbauit. B At Imperatores perpetua lege πολυγαμίαν infamię pœna ſubiecta vetuerũt [5]: noſtris verò legibus pœna capitalis Hẽrici II. principatu irrogari cœpit. Sed Arabicæ leges ac religiones ab Auſtralibus profectæ legi Romanorum derogauerunt. Ita fit vt plerique, cùm omnes omnibus populis leges accommodare velint, reſpublicas & Imperia ſæpius euertant. At iis quæ diximus diſcrepare videtur Cardani diſciplina: is enim hominem omnium animantium ſapientiſſimum eſſe tradit, quòd calorem ac humorem habeat copioſiorem quàm cætera animantia. ſed nihil ab eo dici potuit abſurdius: cùm beſtiæ quæ minùs habent caloris, ſapientia cæteris præſtent, vt rectiſſimè Ariſtoteles [6] iudicauit. ac pœnarum quidem militarium vna fuit ſanguinis miſſio [7]: quòd qui ſanguine abundarent, ani- C morum impetus & cupiditates rationi minùs obſequentes haberent. Beſtiarum autem omnium ſapientiſſimus [8] Elephas ob id eſſe ſcriptorũ omnium ſumma conſenſione creditur, quòd ſanguine ſit frigidiore, vt Plinius ſcribit: & atræ bilis copia abundet plurimùm: vnde Elephantiaſis ingenerari putatur: & ab eadẽ atra bile aduſta cancer & lepra deriuãtur: qui morbi ab Auſtralibus Affricæ populis per Aſiam & Europam latè peruaſerunt: negat enim Plutarchus [9] leproſos ante ſuam ætatem in Grecia vllos extitiſſe. Plinius etiam ante Pompeium magnum Italiam leproſis vacuam fuiſſe ſcribit. Sed in eo fallitur quòd leprã Ægypti propriam fuiſſe iudicat: cùm Affrica tota leproſorum ab vltimis Æthiopum finibus vſque in oram maritimam adeò plena ſit, vt & morbus popularis D eſſe videatur [1], nec à cæteris ciuibus leproſi ſeducantur. Hîc tamen admonẽdi ſumus lepram cum Elephantiaſi magno errore non tantùm ab indoctis ſed etiam ab iis qui ſummam eruditionis opinionem excitarũt: cùm Elephãtiaſis [2] crurũ ac tibiarũ tumor ſit ingẽs: lepra verò totius corporis cancer. Error manauit ab interpretibus Galeni qui λέπραν & ἐλεφαντίασιν diuerſos morbos, leprã interpretãtur. At Galenus [3] ſcribit duos elephantiaſi morbo laborantes ex eſu viperarum in lepram incidiſſe: quo tamen ciborum genere tum Ariſtoteles tum medicorum familiæ lepram curari conſtanter affirmant [4]. At etiam Auicenna cum librum de Elephantiaſi ſcripſiſſet: alterum quoque de lepra ſcripſit [5]. Atram verò bilem diuturnæ vitæ cauſam eſſe potiſſimam opinor: non ſanguinis & caloris copiam. argumento ſit quòd quæ animantia plùs habent atræ bilis, eò ſunt

viua-

3 Tranquil. in Iullio.
4 Sleidan.
5 l neminem de Inceſtis. C.
6 lib. 2. de partib. animantium.
7 Gellius.
8 AElianus. Cicero in epiſtol. familiarib. Plutar. in libro πότερα τῶν ζώων φρονιμώτερα. Plin. lib. 8. Tranquil. in Nerone.
9 In Sympoſiacis.
1 Leo Affer. Frãciſcus Aluareſius.
2 Raſis & Auicenna.
3 lib. 11. c. 2. de ſimplici medicina.
4 Auicenna.
5 Leouicetus & Leonardus fuſchius Paradox. lib. 2. c. 16.

viuaciora: elephantes, inquam, quibus nihil diuturnius eſſe Ariſtoteles confitetur: item cornices antiquorum iudicio, in quibus tamen nihil ferè ſanguinis eſt, ſed exiguum quiddam atræ bilis. In hominum genere Auſtrales cæteris longiorem vitam viuere conſtat: vt mirum videri non debeat ſi Memnona regem Æthiopum, quem auroræ filium appellat Homerus, annos quingentos vixiſſe proditum ſit: cùm in iiſdem regionibus quoſdam annos ſexcentos exceſſiſſe author ſit Xenophon[6]. nec ita pridẽ Franciſcus Aluareſius, Luſitanus, Marcum Abuna Põtificem Æthiopum ſe vidiſſe teſtatur annos centum & quinquaginta natum, nec tamen ſenium præ ſe ferẽtem. Idem quoque Leo Affer in Numidia pleróſque ſe vidiſſe tradit qui centeſimum annum ſuperauerant, in quibus nulla ſenectutis ſpecies appareret: nihil tamẽ ſiccius fieri potuiſſe. quod ipſum de Maſſiniſſa Numidiæ rege ſcribit M. Tullius annos xc. natum, cùm pedibus iter ingreſſus eſſet in equum non aſcendere: cùm equo, ex equo non deſcendere: nec vllo imbre aut frigore adduci potuiſſe, vt capite eſſet operto de inde ſubiicit ſummam in eo corporis ſiccitatem fuiſſe. Morbis tamen grauiſſimis tum animi tum corporis obſtrictos teneri Auſtrales homines perſpicuum eſt, furore, inquam, animi, lepra, morbo comitiali, ac dyſenteria: quibus morbis qui vacant, longiſſimam vitam ducere, & maximis virtutibus præſtare conſtat. Itaque cùm Liuius maximas Annibalis Affri virtutes enumeraſſet, Has, inquit, tantas virtutes ingentia vitia æquabant, inhumana crudelitas, perfidia pluſquam Punica, & cætera vitia quæ ab eo maxima commemorantur. Nam in maximis ingeniis ac præſtantibus naturis, vt in agris fertiliſſimis & incultis, ingentes virtutes ac vitia pullulare conſueuerunt. Ergo literis abutuntur qui A Scytharum mores ac ſimplicitatem laudant: & vitia Auſtralium tantopere vituperãt. Nec minùs fallit Machiauellus, qui omnium hominum ſceleratiſſimos eſſe putat Italos, Gallos, Hiſpanos, cùm nec bonas literas, nec regionum naturam ac varietatem noſſet. Ac ſi quis propiùs Aquilonios, Auſtrales, ac mediæ regionis homines intueri velit: is non ineptè profectò cum iuuenibus, ſenibus, ac maturæ ætatis hominibus comparare poſſit. Nã qua quiſque re populus plurimùm valet, eadem ad Reipublicæ gubernacula ſæpius vti conſueuit. qui ad Septẽtrionem, vi & armis ſubditos in officio ferè continent: qui ad Auſtrum, religionibus ac numinis metu: cæteri æquitate ac Imperio rationis. Tacitus de Germanis, Nihil, inquit, neq; publicæ, neque priuatæ rei niſi armati agunt. & Campanus in oratione de Germanis, Nec maiores veſtri templũ, inquit, niſi armati ingrediebãtur. Cęſar verò de Germanis, Neque Druides, inquit, habẽt qui rebus diuinis præſint: neque ſacrificiis ſtudent. Deorũ numero eos ſolùm ducunt quos cernunt, & quorum apertè opibus vtuntur, Solem, Vulcanum, Lunam: reliquos ne fama quidem acceperunt. Ex quo intelligitur eos qui mentis inopia laborant, ſolo ſenſu ferri beſtiarum in morem ad id quod adeſt, quódque ſenſibus percipi poteſt: vt mirum videri non debeat, ſi pleriq. Germanorum qui Romanos ritus deſeruerunt, ſtatuas tamen mordicùs retineant, vt oblata diuorum ſpecie, ad rerum diuinarum cogitationem

[6] Plin. lib. 7.

B C D (marginal section letters)

ferantur:nam ſtupidiores homines ea quæ cernunt, pro numine habent. At etiam Solinus veteres Scythas gladium in terram defixum pro deo coluiſſe ſcribit: quippe ab armis & gladiis leges, religiones, iudicia, & omnia Reipublicę momenta pendere arbitrabantur. Ab his etiam monomachia profecta, quaſi ſolenni iudiciorũ ritu quod ratione debuerat, armis tranſigeretur. hinc à Frontone rege Danorum & Gothorũ profecta lex, vt omnes controuerſiæ armis definiantur. Neque ius illud quod Germani Rheitrorum proprium vocant, adhuc exoleuit. eſt autem victoribus obſequi, vt Brennus Sulpitio Quæſtori vrbano aurũ ex fœdere promiſſum appendenti fertur dixiſſe. Quamobrem qui penitus Aquilonios homines Auſtralium in morem exarmare velit, non inſpecto quid cuique genti conueniat, is profectò naturam oppugnare videatur. Litium verò conſtituendarum ac iudiciorum leges & formulæ ab Aſia minore, à Græcia, ab Italia, à Gallia atq. omnino à mediæ regionis hominibus fluxerũt. B

*Gallia*, inquit ille, *cauſidicos docuit facunda Britannos.*

Et qui lites, quibus Gallia mirificè delectatur, à ſtirpe ſe conuellere poſſe putant, nę ipſi noſtræ ciuitatis euerſionem moliuntur. Neceſſe eſt enim aut vi, aut ratione controuerſias dirimere: quorum alterum hominum: alterum beſtiarum quodammodo proprium eſt. Deniq. maximos quoſque Oratores, Iuriſconſultos, legum Latores, Hiſtoricos, Poetas, Actores fabularum, quíque hominum mentes ſermonibus, & verborum illecebris permulcent, à mediis regionibus planum eſt originem habuiſſe. Hîc C rationibus ac feciali iure Legati principum controuerſias, quoad eius fieri poteſt, dirimere conſueuerunt: ac teſtari deos & homines, ſe inuitos ad arma venire. Vt autem Aquilonij ad vim facilè prorumpunt: medij verò populi leges & verborum lumina conquirunt: ſic Auſtrales aſtutia & calliditate vti aduerſus Aquilonios, & regilionum metu ſuos terrere conſueuerunt. quia dicendi veneres ac lepores ſtupidi Scythæ non ſentiunt: Auſtrales verò aſtutiſſimi falli ac decipi cùm non poſſint verborum lenociniis: nec rationes niſi neceſſarias ac perſpicuas demonſtrationes admittant: probabilia etiam argumenta quæ verum inter ac falſum periclitantur, dubitationémque animis afferunt, omnino reſpuãt: neceſſe eſt oraculis diuinis perſuaderi, ac numinibus me- D túque deorum iniecto à maleficiis deterreri. Quamobrem videmus abditas naturæ ſcientias, & reconditas diſciplinas, artéſque mathematicas, quæ hominum mentes ad aſſenſionem quaſi tormentis cogunt, à Caldæis, ab Ægyptiis cæteríſque Auſtralibus populis prodiiſſe. Religiones itẽ omnes ab Auſtralibus ad omnes populos perueniſſe. Non quia Deus opt. max. religionis præſtantiam locis aut perſonis illigari velit, cùm omnes homines ſui numinis bonitate participes efficiat: ſed vt Sol clarior apparet in aqua nitidiſſima & quieta quàm in turbida ac cænoſa: ita quoque diuina lux à purgatis animis, & à mẽtibus ab hac terreſtri labe longiſſimè remotis facilius percipitur ac retinetur, quàm ab eo qui affigit humo diuinæ particulam auræ. Quòd ſi purgatio mẽtis eſt ab integerrimi Dei puritate, & ab ipſa diuinarum rerum contemplatione petenda, quis Horat.

dubitet

dubitet eò faciliùs perueniri ab iis qui pernicibus animorum alis, id eſt à diuiniſſima mentis agitatione ſurſum rapiuntur, quàm qui perturbationum mole premuntur? Aptior eſt igitur ad diuinos afflatus eorum natura qui moderatos habent animornm motus, & ab atra bile quietos, vt liberiùs ac faciliùs ad contemplationem ferantur: quam propterea Academici mortem, Hebręi[8] mortem pretioſam appellant, quia mentem à corporeis carceribus ac vinculis ſeducit. Quamobrem mirum videri non debet ſi nationes Auſtrales Reſpublicas meliùs religione tuentur quàm cæteri armis aut rationum momentis. Quæ res in primis animaduertenda eſt iis qui ciuitates moderantur, vt eas gentes quæ nec armorum vi,
B nec dicendi facultate duci volunt, religionis ope ac numinis metu cogant: vt quidem Chriſtophorus Columbus Genuenſis feciſſe dicitur, qui cùm Indiæ populos ad humanitatem & hoſpitalitatis iura blanditiis pellicere non poſſet, numinis metũ iniecit. proſpexerat enim Lunæ (quam Indi ſumma veneratione colebant) deliquium breui futurum. Is igitur Lunam elatis manibus teſtatus eſt eam iniuriam non æqua mente laturam, quod ſe hominem Lunæ amicum & cultorem à portu, ab hoſpitio, ab aquis, à cõmeatu prohiberent. triduo pòſt Luna deſerta lumine barbaros ſic terruit, vt ſumma voluntate Columbi iuſſa facerẽt. Neque verò mirum debet videri, ſi à Septentrione diſcedentibus ad Auſtrum homines tanta conſtantia religionem ſemel ſuſceptam tueri videmus: vt
C quidẽ in Europa Hiſpani: multò etiã magis Affri: ſi Aluareſio, & Leoni Affro fidẽ habemus. ſic enim ſcribit fana DCC ſe in vrbe Feſſa numeraſſe: quorũ maximum quingentos ac mille paſſus in ambitum, vnam & triginta portas, lampades DCCCC. haberet, annui reditus tria ac ſeptuaginta millia nummûm aureorum. Aluareſius verò qui Æthiopica ſcripſit, incredibilia propè narrat de templorum immenſa mole, de ſacrificiis, de ieiuniis, de publicis ac priuatis deuotionibus, de infinita monachorum ac ſacerdotum multitudine, quódque vno actu inaugurari viderit duo millia CCCLV. ſacerdotum. ex quibus perſpicuum fit religiones maiore cultu quàm in Æthiopia nuſquam haberi. Idẽ author eſt omnibus id perſuaſum eſſe, ea quæ in ſpeciem, aut quæ reuera bona maláve iudican-
D tur, non ab hoſtibus, aut ab amicis: ſed à præpotenti Deo impẽdere. quæ ſanè perſuaſa ratio magnum in primis ad eorum Reſpublicas, & ad hominum ſocietatem attulit incrementum. Lites verò propè nullas habẽt. illud etiam mirabilius, quod nulla iudicia, nulla pacta, nulla teſtamenta publicis aut priuatis tabulis, ſed rationes tantùm accepti & expenſi conſcribuntur[9]. Qui nationes illas litium anfractibus quibus inuoluimur, implicare volet, næ ille Rempub. funditus ſuſtulerit. Itaque ſapienter Ferdinandus rex Hiſpanorum, qui cùm Pedrariam proregem in Indiam Occidentalem mitteret, in mandatis dedit ne iuriſconſultum aut cauſidicum eò deduceret, ne litium ſemina, quæ in illis regionibus nulla erãt, ab iſtis importarentur ac propagarentur. In quo certè peccauit Mathias Coruinus rex Pannoniarum, qui iuriſconſultos & cauſidicos ab Italia magna mercede accerſiuit, vt litigandi leges ac legis actiones populum

8 Pſal. 116. pretioſa in cõſpectu domini mors ſanctorum eius.

*Stratagema Columbi.*

9 Fr. Aluarez.

ignarum docerent. paulò pòſt enim tot ac tantis litium ambagibus circunuenti ſunt, vt populi rogatione cauſidicos ſuis finibus arcere cogerentur. At noſtri homines qui omnium mortalium in eo genere ſtudia ſuperarunt, iudiciis ac litibus conſtituendis & alendis mirificè delectantur: quas qui ab radice excindere volet, (quanquam id omnino fieri nō poteſt) Rempublicam perdiderit, cùm ſua quiſque & aliena vi & armis erepturus ſit. Itaque iudices noſtri tanta interdum cauſarum obſcuritate impediuntur, vt cum nec porrò progredi, nec regredi poſſint: neceſſe habeant ad arbitros rem deducere: aut dedita opera cauſas ampliare, ac iudicia differre, vt tandem aliquando reos expenſarum tædio ac moleſtia litigandi ad mutuam concordiam adducant: ac modis omnibus efficiant, ne quod iure & æquitate tribui debeat, armis eripiatur. Quibus rebus intelligitur mediæ regionis populos rerum gerendarum ac ciuitatum moderandarum ſcientia cæteros ſuperare: vt qui maiorem à natura prudentiam adepti ſint. eſt autem prudentia honeſtorum ac turpium, vtilium ac inutilium, iuris & iniuriæ norma, atque omnino vitæ humanę moderatrix. Hæc igitur artem imperatoriam quæ hominum ſocietatē tuetur, in ſeſe continet: vis autem ac robur quo Scythæ gloriantur, ad iuſſa exequenda pertinet: Auſtrales verò qui ad res agendas minùs idonei ſunt, minùs etiam robore præſtant, ſe totos ad contemplationem rerum diuinarum ac naturalium conferunt, vt verum à falſo, pietatem ab impietate diuidant: in quibus ſcientiarum ac religionis ſumma conſiſtit. Artes item & opificia, & quæcunque à manuum ope & induſtria proficiſcuntur, ab Aquiloniis nationibus gnauiter exercentur. Itaque Auſtrales ea quæ à Germanorum, Anglorum, ac Belgarum opificiis aduehuntur, tam multa ac tam affabré facta mirantur quidem, imitari vix poſſunt: quaſi Scyhtarum ingenium quantumcunque eſt, totum in manibus ipſis poſitum eſſe videatur. Et quemadmodum triplex animorum facultas eſt, ſcilicet ſenſus communis ſeu φαντασία, ratio, & intellectus: ita quoque in omni ciuitate prudenter conſtituta Pontifices aç philoſophi in rerum diuinarum & ab hominum ſenſibus abditarum diſquiſitione verſantur, quaſi mens ipſa ciuitatis: principes ac magiſtratus in imperando, iudicando, atque omnino in ciuibus prudentia moderandis, quaſi ratio ipſa ciuitatis: milites, opifices, agricolæ in iuſſis exequendis, atque in opificiorum varietate occupantur, & ad id quod adeſt, ſenſu communi feruntur. Idem nobis de vniuerſitate ac Republica mundana iudicandū relinquitur: quam mundi princeps ac moderator tanta ſapientia fundauit ac ſtabiliuit, vt Auſtralis natio in rerum occultarum ſciētia omne ſtudium ac operam collocaret, cæteráſque gentes pucherrima rerum admirabilium cognitione informare poſſet: mediæ regionis populi artes imperatorias, legitimam diſciplinam, oratoriam, mercaturam, gubernatoriam ad huius mundanę ciuitatis vtilitates aduehereēt: cęteri opificiorum varietatem inferrent, & ea metalla quæ in intimis terræ viſceribus retruſa ſunt, infinito labore promerent. Vt enim Auſtrales ingenij acumine cæteris præſtent, ea tamen quam dixi alacritate & ad res agēdas celeritate neceſſa-

*Prudētia, Sciētia, Ars tribus populorū generibus tributa.*

B

C

D

neceſſaria vacant, quæ à bile flaua impellitur & excitatur: quò fit vt prudentiæ, quæ non niſi actione & vſu indocili comparatur, excellere minimè poſſint. Itaque iucundiſſima veri inueſtigãdi oblectatione ac ſuauiſſima contemplatione perfruuntur: & cùm publicis ſeſe negotiis implicare conantur, vel eam moleſtiam ab otio ac tranquillitate animi alienam ferre, vel ſimulationem rebus agẽdis ſæpe neceſſariam imitari nequeũt: quò fit vt cùm ad res agendas minùs idoneos ſe ſentiant, ſponte Rempublicam deſerãt: aut ab hominibus ambitioſis & gloriæ cupidioribus eiiciãtur: id quod accidit Magis Perſarum mortuo Cambyſe: ac Pythagoræis qui Rerumpublicarum ac ciuitatum imperia ſe tueri poſſe putabãt. Sic enim Iupiter imperandi cupidus Saturnum parentem, rerum abditarum contemplationi pluſquam Imperatorem deceret, intẽtum, & quietis amantem de Imperio deturbauit. Nam qui acutiùs planetarum vim intueri volet, ad eas quas dixi regiones non ineptè à natura tributam intelliget: ſi Saturnum ſupremum omnium Auſtralibus tribuat: mediis Iouem: Aquiloniis Martem: ſic enim ordo planetarum poſtulat: Solem verò fontem luminis planetarum omnium communem ſequitur Venus: hæc item Auſtralibus, quorum maximè propriam eſſe diximus, ordine ſeruato tribuatur: Mercurius mediæ regionis nationibus: Luna verò Aquiloniis. quæ diſtributio trium nationum vim ac naturam apertè declarat. Auſtrales enim quieta mentis contemplatione gaudẽt, nec vnquam ab ea, niſi Venereis cupiditatibus à natura impulſi & coacti, auocari ſe patiuntur: media gens Iouis ac Mercurij dotes ad imperandum, ad iudicandum, ad agendum, ad eloquendum, ad quæſtum faciendum adepta, contemplationem reſpuit. poſtrema Lunæ ac Martis, id eſt venationis, militiæ, opificiorúmque omnium ſtudiis delectatur. Scythas quidem veteres ac Germanos Martem ac Dianam (vt Auſtrales Venerem, quam ipſi Aſtarthen vocãt) magna religione coluiſſe, ac omne ſtudium in venatione poſuiſſe Cęſar author eſt[1]. quinetiam Lunam Germani maſculino genere ſemper enunciant: id quod Antoninus Caracalla non modò præclarum, ſed etiam ad imperium in fœminas retinendum neceſſarium putabat. Atque hæc ſtellarum inerrantium ad regionum & nationum varietatem conformatio, magnam habet cum humani corporis coagmentatione, quæ mundi totius eſt imago, ſimilitudinem ac rationem. Nam ſi dextra conuerteris ad Septentriones, ſiniſtra ad Auſtrum, ora verſus Occaſum, terga verò ad Orientem: rectiſſima fuerit & naturæ conſentanea corporis humani conſtitutio, vt alibi[2] perſpicuè demõſtrauimus: ita fiet vt motus in anteriora cum orbis vniuerſi curſu conueniat, dextra pars maſcula robuſtior cum regione Septẽtrionis, ſiniſtra fœminea cum Auſtrali cui lien atrę bilis conceptaculum impendet: iecur verò cum folliculo fellis in dextro latere, Lunæ ac Martis naturam & ſanguineam vim demonſtrant. Antea diximus plures ad Septentrionem mares, ad Auſtrum verò fœminas numero vincere: aliter fieri non potuiſſet vt ſinguli ad Auſtrum greges vxorum haberent. Omitto quæ de motu maſculorum ad vteri dextram prodita ſunt ab antiquis. Hæc igitur de vniuerſis dicta

[1] lib. 6.

[2] In methodo hiſtoriar. cap. 5.

ſint. Nam vbique reperiuntur qui atra, qui flaua bile, qui ſanguine, qui pituita plus minúſve abundant. Orientis autem & occaſus diuerſa ratio, non paruam quoque ingeniorum diuerſitatem parit. Tametſi enim oritur nihil, nihil occidit: veteres tamen vno penè conſenſu Aſiaticos facilitate morum & humanitate cæteros ſuperare tradũt[3]. Sic enim Iulianus transfuga in eo libro [4] quem aduerſus Chriſtianos ſcripſit, Quis, inquit, ingenia Perſarum & Syriorum facilia & tractabilia non videt? quis Celtarum ac Germanorum animos feroces ac ſuæ libertatis animãtiſſimos? Romanos verò & natura militares & vrbanos? Ægyptios acutiſſimos & effœminatos eſſe neſcit? Hiſpani profectò noſtra ætate prodiderunt Indos Orientales, qui Sinarum littus accolũt, cæteras gentes vrbanitate, in- B
genij lepore: Breſilianos verò ſub eodem Æquatoris tractu, indomita feritate & crudelitate gentes omnes ſuperare. Ventus itẽ Orientalis, & aëris ſuauitas efficit vt qui ab Oriente originem traxerunt, oris dignitate ac forma cæteris præſtẽt. Hoc verò mirabilius, quòd populares morbi, qui ab Oriente ad Occaſum, aut ab Auſtro ab Arcton progrediuntur, longè latéque graſſantur: contra verò ſi ab Occaſu vel ab Arcto, minùs nocent, & faciliùs curantur: id enim diuturna experientia cognitum eſt, & in Gallia Narbonenſi ab vltima memoria exploratum. Quæ quoniam alibi[5] fuſiùs à nobis explicata ſunt, & quouſque Orientis & Occaſus natura progrediatur, nihil neceſſe eſt ea commemorare: cætera perſequamur. Nam præter ea quæ ad Vniuerſi naturam pertinẽt: ſingularis quæ- C
dam eſt differentia eorum qui montes accolũt ab incolis vallium: & eorum qui ſub eodem cæli vertice montes obuerſos habent ad Auſtrum, ab iis qui ad Septentriones conuertuntur: item eorum qui ad orientem Solem conuerſi iuga montium habent à tergo, ab iis quibus à fronte mons ad Ortum oppoſitus eſt. argumento ſint incolæ vltra citráque Apenninum, qui totam penè Italiam ab radicibus Alpium ita ſecat, vt pars altera ad Meridiem, altera ad Septentriones ſpectet: mons item Adriani dictus qui citeriorem Hiſpaniam ab vlteriore, tum etiam altiſſima Pyrenæorum iuga, quæ Galliam ab Hiſpania diuidunt: Taurus in Aſia minore: Atlas in Affrica, qui ab Occeano in Ægyptum vſque excurrens maritimam Affricæ oram verſus Aquilones, ab Auſtrali ſolitudine dirimit. D
Item Alpes qui à Gallia in Thraciam vſque producuntur, & Carpatus qui Pannonias à Polonia diſtinguit. Inde tanta ingeniorum ſub eodem cæli vertice diſſimilitudo. Hetruſcorum, inquam, à Bononienſibus & Anconitanis: Aragonenſium à Vaſconibus: Numidarum ab iis qui oram Affricæ maritimam colunt, quorum alteri ſub eodem cæli puncto parui, atri, ſicci, alacres, longæui: alteri fuſca facie, corpore robuſtiores, morbis ſæpius obſtricti eſſe feruntur. Qui ad hæc animum intenderit, mirari deſinet quid ſit quamobrem Florentini ac Neapolitani Venetos & Inſubres ingenij acumine in priuatis rebus rationibúſque vincant: in publicis tamen vincantur. nam Veneti prudenter cõſilia capiunt: quippe & à ſententia diſcedere & ſaniora conſilia ſequi non dubitant: vt qui ingenij viribus nec planè confidunt nec diffidunt omnino. Illi verò ſiue nimia differen-

3 Galen. Hippocrat. Plin. Strabo, Iulianus contra Galilæos apud Cyrillum.
4 Apud Cyrillum.

*Orientales populi humaniores ac vrbaniores.*

5 Id variis exẽplis in hiſtor arũ methodo demõſtratum. cap. 5.

*Singula loca.*

differendi ſubtilitate, ſiue ingenij oſtentatione, quam ſemel ſibi propoſuerunt ſententiam mordicùs tueri pulcherrimum putant: & cùm ſe Imperio dignos eſſe ſinguli arbitrentur, populare imperium ſemper maluerunt quàm optimatum. Et quemadmodum qui ab agro Bononienſi in Hetruriam proficiſcuntur: vel ab agro Toloſatium ſuperatis Pyrenæis Valentiam petunt, inſignem aëris diſſimilitudinem percipiunt: ita non minorem percipere eſt animorum diuerſitatem ac naturam: tametſi eadem vtriſque cæli longitudo ac latitudo, ac penè vertex idem vtriſque. ſed alteri Septentriones, alteri ad Auſtrum conuertuntur. Idem penè fuit Athenienſium ac Thebanorum ager, idem cæli tractus, eadem lon-
B gitudo: breue inter vtroſque iugum, & fluuius Aſopus: gratias tamen Plato diis agebat, quòd ſe natura Græcum feciſſet, non barbarum: Athenienſem non Thebanum: acutiſſima fuere Athenienſium ingenia: ſtupida Thebanorum: Athenis tenue cælum, inquit Cicero, ex quo acutiores putantur Attici: craſſum Thebis: itaque pingues Thebani & valẽtes, ſed ob id tenue cælum Athenarum, quod earum ſitus eſt ad Meridiem decliuis: Thebanorum verò ad Arcton. Itaque alteri ſciẽtiarum, alteri agrorum cultores & armorum. ac tametſi ſtatus vtriſque popularis eſſet, Thebani tamen quantumuis ſtupidi, ſtatum quietum tãtiſper coluerunt, dũ Athenieẽſes aſſiduis ſeceſſionibus cõflictarentur: non aliter quàm Heluetij qui etiãſi minùs ingenio valent quàm Itali, annos tamẽ ferè quadrin-
C gentos popularẽ ſtatũ ſumma cum laude tuẽtur: quem Italorũ ingenioſiſſimi Florentini, & Ligurũ callidiſſimi Genuenſes vix annos decem ſine ſeditionibus retinere potuerũt. Ex quibus planum eſt quæ quámque rẽ res conſequatur: quę quibúſq. locis Reſpublicę conueniant. Amant mõtium accolæ, ac tota natio Aquilonia populares ſtatus, aut monarchias liberas vt principibus imperia tribuere, eáque eripere quoties velint, poſſint: cùm tamen corporis non ingenij viribus confidant, prudentioribus acquieſcunt. Superiùs docuimus nationes Scythicas, Bohæmos, inquam, Polonos, Danos, Suecos, Tartaros regibus imperia dare & abdicare. Eadẽ penè eſt montium quæ Septentrionis natura, propter cæli intemperiem, quæ tanta eſt vt perpetuis niuibus aut glacie tegantur etiã ſub ipſis Tro-
D picis & Æquatore: vt antea diximus. Quamobrẽ nihil eſt cur Leo Affer mirari debeat accolas Atlantis, ac potiſſimùm Megezæ montis non modò candidos eſſe, verumetiam ſtatura proceros ac robuſtos: qui autem in conuallibus ac planitie, atros, debiles, puſillos videri: Eſt enim omnium ſcriptorũ [4] vna vox, homines, beſtias, arbores, omnia denique robuſtiora in montibus eſſe quàm in planis regionibus. vis ac robur efficit vt montani non niſi ſponte pareant, nec tyrannidem ferre velint. Neque enim tantùm in Heluetiorum ac Rhætorum mõtibus libera ſunt ac popularia imperia: verumetiam ij qui Arabiæ, Atlantis Pyrenæorum & Æmi iuga tenent, ſine Imperio, latrociniis, & rapinis libertatem vitámq. tuentur: non tam armorum ac præruptarum rupium fiducia, quàm naturali deſiderio libertatis, cuius dulcedine ſic aluntur, vt ferarum in modum quæ in libertate conſenuerunt manſueſcere non facilè poſſint. Hęc igitur eſt, opinor,

4 Plin. Celſus. Galenus.

cauſa quam Plutarchus quærebat, quamobrẽ ij qui æditiorem vrbis Athenarum regionem tenebant, pro libertate populari propugnarent: qui decliuia loca, oligarchiam optarent. Quamobrem qui Heluetiorum ac Rhętorum populares ſtatus in monarchiam conuertere volet, operam luſerit: quia tametſi regnum Imperio populari præſtat, proſpiciendum tamen eſt quid quæque natio cupiat, quid ferre recuſet. priùs enim montanas gentes ad manſuetiorem vitam deducere, aut veluti feras indomitas detractis vnguibus ac dentibus exarmare oportet, quàm regnum proponere. Manſueſcunt autem, & feritatem ſenſim amittunt populi, quibus à militia vacatio datur, qui otio ac tranquillitate fruuntur, ac potiſſimùm ij qui diſciplinarum humaniorũ ſtudio ac muſices aſſueſcũt. Cùm enim B Arcadiæ reges accolas montium vix armis & imperio coercere poſſent, ad ſtudia muſices maximis propoſitis præmiis impulerunt: indicta graui pœna qui muſica ſtudia deſeruiſſet, vt feritatem ac barbariem ſenſim deponerent: ſic enim Polybius ſcribit[5]. Quod igitur Liuius Ætolos ferociores eſſe dixit quàm pro ingeniis Græcorum, & mercede militarẽ operam ſic locare conſueſſe, vt ſæpe eiuſdem gentis acies contrariæ inter ſe pro conductoribus dimicarent: Romanis etiam, quos contra diutiſſime bella geſſerunt, penè inuictos ſe præbuiſſe: tametſi tribus tantùm oppidis populare Imperium tuerentur: mirum videri non debet ei cui cognita erit montium, quos Ætoli accoluerunt, natura. Idem iudicium eſt de Liguribus montanis, qui Romanorum exercitus ſæpe fregerunt, ac tamet ſi centum ampliùs annos Romani bella aduerſus eos geſſiſſent, non priùs tamen Romanorum Imperia ferre potuerunt, quàm coloniis deducendis montes deſerere coegiſſent. ſic tandem Imperiis populi omnium potentiſſimi parere didicerunt. Iam verò Marſi veteres Appennini montis accolæ, omnium Italiæ populorum ferociſſimi fuiſſe feruntur: hinc illud, Sine Marſis triumphaſſe neminem. Item Samnites vicatim, inquit Liuius, in montibus habitabant: nulli diutius aduerſus Romanos bella geſſerunt. Omitto illud quod Goſtanus vt Sueciæ regnũ inuaderet, exercitum ex Dulecarlis montibus conſcripſit. Nõ eſt ergo quamobrem quis miretur legibus Heluetiorum arma foris ac domi habere, ac ferrum geſtare quemque oportere: quod alibi tamen, præterquam ad Septentriones, prohiberi videmus. ſic enim nati, ſic educati ſunt, vt priùs ſibi vitam quàm arma de manibus extorqueri patiantur: cõtrà quàm accidit iis qui in cõuallibus ac planis regionibus nati ſunt, præſertim fertilioribus, quia ſæpe ingenerantur mores non tam à ſtirpe generis ac ſeminis quã ex iis rebus quæ ab ipſa natura loci vitæq; conſuetudine ſuppeditantur, quibus alimur & ſuſtentamur. nam qui maritima loca tenent, & mercaturã aſſiduè exercent, conſtat cęteris eiuſdem regionis hominibus molliores haberi, aſtutiáque & calliditate præpollere. Itaque Cæſar cùm de Neruiorum moribus quæreret, ſic[6], inquit, reperiebat, Nullum aditum eſſe mercatoribus: nihil pati vini, reliquarúmque rerum ad luxuriem pertinentium inferri, quòd his rebus relangueſcere animos, eorúmque remitti virtutem exiſtimarent: eſſe homines feros magnæque virtutis.

Quamob-

[5] Lib. 4

*Prouerb.*

[6] lib. 2.

Quamobrem Ioſephus aduerſus Appionem eos qui Spartam ac Hieroſolymam à maritimis locis remoti incolerent, peregrinorũ vitiis minùs inquinatos fuiſſe tradit: vt non immeritò ciuitatem procul à portu fundari Plato vellet, ne deliciis quæ importantur, ciues diffluerent: & mercatura victum quętentes mentiri ac fallere conſueſcerent. Carthaginenſes, «
inquit Tullius, fraudulenti & mẽdaces, non genere ſed natura loci, quod «
propter portus ſuos multis mercatorum ſermonibus ad ſtudium fallen- «
di ſtudio quæſtus vocabantur. Ligures montani, duri atque agreſtes do- «
cuit ager ipſe nihil ferendo niſi multa cultura & magno labore quæſitũ. «
Campani ſuperbi bonitate agrorum & fructuum magnitudine vrbis ſa- «
B lubritate, deſcriptione, pulchritudine. hæc ille. ex quibus ea quæ dixi- «
mus confirmantur. Eóque pertinet illud quod prouerbio iactatur, Inſulanos omnes infidos haberi: quibus cum peregrinis aſſidua ſunt commercia: qui verò mercatura quęſtum faciunt, eoſdem mentiri ac ſæpe fallere, tum etiam vultu multa ſimulare, ac variis hominum moribus aſſuetos callidiores effici neceſſe eſt. prudentia quidem moribus diuerſarum gentium dignoſcendis comparatur. vt Homerus Vlyſſem propterea prudentiſſimum appellarit: quia mores hominum multorum vidit & vrbes. Eſt etiam illud ſingulare quod vẽtoſa loca ferociores homines ac mobiliores reddunt: quieta verò humaniores & cõſtantiores. ratio perſpicua eſt, quòd tranquilla mens in eo eſſe non poteſt, qui huc illuc iactatur: cuius
C rei argumento ſit, quod in motu ac tumultu contemplari nemo poteſt: ſed purgata mente ac perturbatione vacua, tum etiam immoto corpore id fiat oportet: & quo quiſque magis inſanit, eo maiore corporis & animi motu iactatur. Vtvt ſit, ſatis compertum eſt Thraciam, Galliam, Britanniam, Circaſſiam, Luſitaniam, Perſiam, Noruegiam, Noricum, Pannoniam, quæ ventorum impetu magis agitari dicuntur, ferociores alere gentes, quàm quæ regiones eodem cæli tractu quietæ ſunt: vt Aſſyria, minor Aſia, Italia (præter Liguriam,) Ægyptus, Inſubria, vbi cælum aureum nitidiſſima puritate conſpicuum eſt. Conſtat item Narbonẽſibus & Aquitanis nullos eſſe in Gallia ferociores, tametſi Celtis ac Belgis Auſtraliores ſunt: quod illic Altani (ſic enim Plinius eodem nomine quo
D incolæ ventos appellat) ac Circij ferè ſemper, & quidem violẽtiſſimè ſpirant: feritatem quandam & irrequietam animi agitationem ingenerant. Eſt & in paluſtribus locis corporis æquè ac animi mollities quædã montanis & arentibus regionibus planè contraria. Quinetiam ipſa regionis ſterilitas aut fertilitas animorum in eodem cæli ac terrarum tractu exiſtentium diſſimilitudinem affert. Nam Liuius nationes in vberrimo ſolo molles & effœminatas eſſe ab antiquis acceptum tradit[7]. at loci ſterilitas homines temperatiores eſſe, noctes ſerenas vigilare, omniúmque artiũ genere victũ ſibi quærere cogit: quale fuit ſolum Athenienſium, apud quos inertia capitalis erat: nec lege Solonis parentibus alimenta præbere liberi tenebantur, niſi ab iis artes ad vitam neceſſarias didiciſſent. Quò fit vt agri ſterilitas non modò homines ad temperantiam, ad laborem, ad opificia cogat, & ingenia reddat acutiora: ve-

7 Liuius lib. 45.

rum etiam vrbes efficiat populoſiores: tum quia ſteriles agri ab hoſtibus minùs appetuntur: tum etiam quòd opifices & ſellularij minimè vagantur. eiuſmodi fuit vrbs Athenarum totius Græciæ populoſiſſima: qualis etiam Nuremberga, cuius agro nihil magis ſterile fieri poteſt: omnium tamen Germaniæ vrbium populoſiſſima, & opificum multitudine florentiſſima putatur: cuiuſmodi ferè eſt apud nos Limogæa: ſic enim incolæ pronunciant verbo planè Græco, non quidem περὶ τοῦ λοιμοῦ cùm in montibus poſita ſit, & ſalutaribus aquis vſquequaque irrigua: ſed περὶ τοῦ λιμοῦ, quia fame interire propter agri ſterilitatẽ, aut aliunde frumẽtum aduehere neceſſe eſt: omnium tamen Galliæ vrbium, præter Lutetiam ac Toloſam, ingenioſiſſimis opificibus abundantiſſima. At conuallium in- B colas molles ac deſides facit agri vbertas. cùm enim è montibus fontes ac niuium fertiliſſimarum copia in valles diffluat, neceſſe eſt fertilitatem ingenerari, quæ montium ſterilitatem compenſare poſſit. tales ſunt Atlanticæ valles, ex quibus veteres centeſimam, Leo Affer non ita pridem quinquageſimam colligi meſſem tradiderunt. Strabo verò in vallibus Tauri montis racemos duorum cubitorum naſci, & ex vna ficu modios colligi ſeptuaginta ſcribit. eadem ferè de agro Damaſceno in conuallibus Libani montis prodita ſunt. nota nobis eſt Aruernorum Limonia, Taurinus ager, imò tota Inſubria aurea vallis Pyrenæorum: Theſſala Tempe, inter medios montes: vallis item Sedunenſis, & Carpati conualles: quæ incredibili fertilitate luxuriant. Igitur in tanta frugum copia & C regionum amœnitate, incolas voluptatibus ac deliciis diffluere neceſſe eſt: quales Sybaritas in mediis conuallibus poſitos Athenæus deliciarum infamia flagraſſe ſcribit: qui nec Solem orientem viderent, nec occidentem. Neque illud omittendum, quod ad ſingularem animaduerſionem ſpectat, eos qui in extremis Imperij cuiuſque finibus poſiti ſunt, cæteris, qui intimos prouinciarum receſſus occupant, ferociores ac validiores eſſe: quia ferè ſemper de finibus aut de gregibus & armentis inter finitimos certatur: qui verò bello aſſueſcunt, ferociores & crudeliores euadunt: vt qui pacem & otium colunt, mitiores ſunt & humaniores. Itaque Plutarchus [8] Siculos aſſiduis bellis quæ mutuò inter ſe diu geſſerant, omnem humanitatem ante Timoleonis in Syciliam aduentum exuiſſe D ſcribit. Ita nobis accidit bellis ciuilibus: à quibus niſi aliquantum conquieuiſſemus, humanitatem penitus amiſiſſemus. Antea quoque Angli ferociſſimi fuiſſe dicũtur: pace tamen diuturna ſic humanitatem (expertus loquor) coluerũt, vt nihil vrbanius ac mitius fieri poſſit. Quòd ſi quis planiùs intelligere volet, cùm à ſtatu naturæ diſceſſeris, recta diſciplina ad immutandos hominum mores quantum poſſit, in extremos Belgas ac Germanos intueatur, qui cùm Taciti Procõſulis tẽporibus, nec vrbes, nec leges, nec certã Reipublicæ formã haberent: nunc ferè cæteras gẽtes ſiue vrbiũ magnitudine, ſiue multitudine, ſiue militari laude, ſiue domeſtica diſciplina, ſiue artiũ varietate, ſuperare videntur. Qui verò Carthaginenſem Affricæ agrum incolũt, quíque de orbis Imperio cum Romanis diutiſſimè certarunt, nunc inertia, ac dulcedine muſices, cuius apud

eos

*Bella feritatem ingenerant.*

8 In Timoleonte.

eos incredibile ſtudium eſt ſic languent, vt noſtra ætate Petrus Nauarrenſis nauibus quatuordecim eò delatus Bugitanos omnes cum rege fugarit. Quamobrem Plato duas [9] artes ciuitatibus neceſſarias eſſe iudicauit, gymnaſticen ac muſicen, hanc quidem animorum, illam verò corporum nutricē: qui gymnaſticen negligunt, corporeis viribus languere: qui muſicen (id eſt muſarum ſtudia) aſpernantur, rudes ac barbaros fieri: qui ab vtraque deſerūtur & ignauia corporis, & mētis inertia torpere neceſſe eſt. Certè quidem populi qui muſarum ſuauiſſima oblectatione mentem aſſiduè delectant ac paſcunt, humaniſſimos ac mitiſſimos eſſe videmus. Quid Romanos commemorem? quid Vrbem illam æternam B quæ toties de Europa, de Aſia, de Affrica triumphauit, cùm vtraque ſtudia coleret? nunc verò facies ita verſa atq; immutata eſt, vt minimè mirū videri debeat, ſi ab otioſiſſimis Pontificibus per ſummam ignauiam ac dedecus æternum neglecta militari diſciplina, triumphatam ac proculcatam videamus. Ex quo planè intellectum eſt quantum praua, quātum recta educatio poſſit. quanquam id antea Lycurgus ſuis ciuibus eleganti ſpectaculo comprobarat. cùm enim duos iiſdem parentibus catulos educari iuſſiſſet, alterum quidem ad venationem, alterum ad ingluuiem domeſticam: vtrumque poſtea in theatro exhibuit: deinde ollas carnium apponi, ac leporem viuum dimitti iuſſit: repente venaticus in leporem irruere: culinarius in ollam. Sed Republica ſemel conſtituta, niſi ſumma C cura ac diligentia magiſtratuum mores ac leges ciuitatis retineantur, facilè populus ad naturam recurret. Quòd ſi coloniæ in longinquas regiones deducantur, non tam facilè naturam mutabunt quàm ſtirpes quæ radicibus ſolo hærent, atque inde ſugunt alimenta: aliquādo tamen mutabuntur: vt videmus Gothos qui olim Hiſpanias & agrum Toloſatem ſuo imperio ſubiecerunt: Gallorum item colonias quæ in Inſubriam ac Germaniam Ambigati regis Celtarum iuſſu deductæ fuerant, temporū decurſu mores ac naturam omnino mutauiſſe. Nam Cæſar de Gallorū coloniis quæ olim ad Herciniam Syluam circa Rhenum conſederant, Quæ gens, inquit, ad hoc tempus his ſedibus ſeſe continet, ſummámque habet iuſtitiæ & bellicæ laudis opinionem, núncque in eadem egeſtate patientia qua Germani permanent: eodem victu & cultu corporis D vtuntur. Gallis autem prouinciæ propinquitas & tranſmarinarum rerum notitia multa ad copiam atque vſum largitur. Paulatim aſſuefacti ſuperari, multíſque victi prælis, ne ſe quidem ipſi cum illis virtute comparant. Hæc ille quingenteſimo circiter anno ſcripſit, poſt illam coloniarum Gallicarum migrationem. Et quoniam eò nos perduxit oratio, operæpretium me facturum opinor, ſi errorem inueteratum de leuitate quam Cæſar, Tacitus, Trebellius Gallis non ſine cōtumelia tribuunt, refellam. Si leuitatem appellant illam animi ad res agēdas alacritatem, qua Galli valent plurimùm, placet iniuria: quæ nobis cum omnibus nationibus quæ Polum inter & Æquatorem medias ſedes habent, communis eſt. Sic enim Liuius [1] Aſiaticos, Græcos, Syros leuiſſima hominum genera vocat: id quod Rhodiorum legatus in Senatu Romanorum confiteri

[9] In Timæo
[1] lib. 45.

non dubitauit. Et quidem videtur Cæſar cum Gallos dociles eſſe dixit, illam quam dixi animi alacritatem leuitatis verbo ſignificare voluiſſe. nam lib. III. belli Gallici ſubita ac repentina ſcribit fuiſſe conſilia Gallorum: & ad bella ſuſcipienda alacrem ac promptum animum fuiſſe. Idem alibi[2] Gallos apertos eſſe miniméque inſidioſos, & qui per virtutem non per dolum dimicare couſueuerunt. Certè quidem Iullius Scaliger Veronenſis non minùs eruditione quàm genere ac prole clarus, cùm vſu diuturno Gallorum mores bene cognitos haberet, & naturam omnium optimè noſſet, hoc iudicium tulit. Gallos video, inquit[3], ad omnia momenta vel euentuum, vel diſciplinarum promptos, paratos, verſatiles: vt ſemel quicquam vel viſum, vel auditum illico apud illorum ingenia deponant, & amittant nouitatem. in eo ipſo videntur nati atque educati: qui animorum vigor igneus, maturáque celeritas nulli alij nationi data eſt à natura. quocunquè incubuere, fœliciſſimè ſeſe dant: ocyſſimè proficiunt: gnauiter exercent mercaturam, artes, arma, literas, eruditionẽ, ſubtilitatem, candorem, eloquentiam: omnium tamen gentium atque nationum fide ſunt maxima, integra, & conſtanti: hæc ille. Quæ ſi vera ſunt, quonam modo leuitas illa integram fidem & conſtantiam tueri poteſt? At Baptiſta Mantuanus omnium ſuæ ætatis poëta clariſſimus ſic de Gallis ſcribit.

*Ignea mens Gallis & lactea corpora, nomen*
*A candore datum, populis muliebria pingit*
*Ora color, Tyrius Paphium meditata decorem,*
*Ex geminis fecit natura coloribus vnum.*
*Læti, alacres, luſu, choreis, & carmine gaudent.*
*In Venerem proni, proni in conuiuia, proni*
*Ante dapes ad ſacra deûm ſeruire, iugúmque*
*Ferre negant: fugiunt figmenta & hypocriſin,*
*Ore liberi vt ingenuis mos eſt, tetricóſque peroſi,*
*Venatu, aucupio, campos, montana, lacúſque*
*Sollicitant, bellandi vſu lætantur, equorum*
*Terga fatigantes, loricæ, haſtilia, & arcus*
*Deliciæ genti: ſub dio ad ſydera ſomnum*
*Carpere, fuſcari Sole, & ferrugine pulchrum eſt:*
*Puluere conſpergi, grauibus ſudare ſub armis,*
*Pro patria, pro cognatis, pro regibus ire*
*In pugnam & gladios, & morti occumbere dulce eſt.* hæc ille.

Quæ verò ſit Gallorum conſtantia ſi non antea, certè intellectum eſt in ſuſcepta ac probata religione maiorum, pro qua iam annos ſexaginta tanta conſtantia propugnamus, vt nulla gens toto terrarum orbe tot vſtiones, tot ſectiones, tot ſupplicia, tot bella ciuilia pertulerit, quot nobis intulimus ac pertulimus ipſi, vt ſuam quiſque religionem cõſtanti animo tueremur. ac certè reipſa compertum eſt veriſſimum eſſe teſtimonium Cæſaris[4], qui Gallorum totam nationem religionibus deditiſſimam fuiſſe ſcribit: quod certè à leuitate alieniſſimum eſt. ſed ignea mẽs, vt Man-

2 In lib. de bello Affricano.
3 Contra Cardanum.
4 lib. 6

vt Mantuanus ille: vel igneus vigor, vt Veronenſis loquitur, quẽ in Gallis cernimus, & incredibilis in rebus agendis alacritas à flaua bile eſt. Inde celeres animorum motus: inde cædes cum à verbis ad verbera repente flaua bilis præceps in temeritatem prorumpit: quæ tamen ſi modicè, vel etiam intra modum temperatur, prudẽtiam humanæ vitæ moderatricem plurimùm auget, vt Galenus putauit à flaua bile eam virtutem hominibus ingenerari. Sed qui leuitatem, vel potiùs animorũ celeritatem illam ſiue ad inconſtantiam ſiue ad perfidiam detorquent, vehementer falluntur. Leues homines ac perfidos & eſſe, & ſemper vbique fuiſſe non dubito: ſed hæc τῶν πρός τι. Galenus melancholicis animi conſtantiam tribuit:
B leuitatem verò iis qui ſanguinei ſunt, & à ſanguine εὐσαρκεῖς. eſt enim atræ bili contrarius humor, ac propterea contrarias effectiones ab vtroque oriri neceſſe eſt. Aquilonias autem gentes illa corporis temperatione præſtare rubicundus oris color ſatis demonſtrat: quíque maximè perſpicitur in iis qui lepra laborant: quæ punicea tota eſt ad Septentriones: cùm tamen in Auſtralibus ab albedine ἀλφὸς dicatur. Cùm igitur Aquilonij cæteris robuſtiores (robur etiam à rubore dibi Feſtus notat) iuuenilem ætatẽ planè imirentur, vt melancholici eam quæ ſenio proxima ſit, ſequitur Aquilonios cęteris leuiores eſſe: nam adoleſcentibus inſitam eſſe leuitatẽ non modò Ariſtoteles[5] ſed etiã vſus ipſe docet: quos ſcilicet repente deſiderium ac faſtidiũ cepit nouarũ cupiditatum. item audaces eſſe, iracũ- [5] Ariſto. ad Theodectem lib. 2.
C dos, facetos, prodigos: quæ certè Aquiloniis omnia conueniunt: contrà quàm Auſtralibus accidit. Sed quid leuitatis eius quam in Gallis accuſant[6] exempla commemorem? Teſtis eſt Tacitus omni exceptione maior, vbi de Germanis ſcribens, Ergo, inquit, detecta omnium mens poſtera die retractatur. Oſtrogothi & Viſigothi ſedibus ab Attila pulſi, petierunt à Valente vt agros ſibi permitteret, iurati ſe religionem Chriſtianã ſuſcepturos: poſtea tamen Valentem, qui quę petierant conceſſerat, incredibili perfidia oppreſſerunt ac viuum cremarunt. Cùm verò conſtantia potiſſimùm in religione ſemel ſuſceſcepta elucere debeat, Gothi tamẽ cùm Italiam veniſſent, repente Chriſtianam religionem, mox etiam Arrianam ſuſceperunt. Grontlandij, qui popiùs à Polo abſunt, ingenio mo- [6] Sleidan.
D biles, inquit Munſterus, facilè Chriſtianam religionem probarunt, poſtea ad idololatriam relapſi fuerunt. Turcarum gens vt primùm à Scythia in Aſiam minorẽ venit, Arabicos ritus ac numina auidè hauſit. Tartari cogente nemine Chriſtianam, nec multò poſt Arabicam ſectam amplexi ſunt. Bohemi & Saxones primi Romanos ritus deſeruerũt. quàm ſapienter non diſputo, neque eſt huius loci: ſed repẽte Saxonia tota, Balticæ vrbes, Dania, Noruegia, Suecia, & qui à Suecis originem traxerunt Heluetij, pòſt etiam Britannia & Scotia defecerunt. reſtitit aliquantum Germania ſuperior, quæ à Septentrione remotior eſt: nec tota veteres ritus repudiauit: Gallia iam annos ſexaginta pro Romanis ritibus propugnat, nec ab iis ſeſe diuelli patitur. Et quidem Sleidanus qui Gallicam notat leuitatem, nouem annos acerbiſſimas vſtiones ac ſectiones in Gallia ſe vidiſſe confitetur, in Germania nullas. nec in noua Lutheri ſententia,

quam probauerant, diu acquieuerunt, ſed paulo momento Anabaptiſtarum, Leidani, Zuinglij, Seleſtadij, Oſiandri, Veſtphali, Dauidis, Stancari, Adamitarum, Valdenſium, interimiſtarum innumerabiliúmque ſectarum opiniones combiberunt. At Auſtrales Aſiatici & Affri non niſi oraculis aut armorum vi à ſuſcepta religione defecerunt. Miramur Iudæorum, qui ab Auſtro in orbem terrarum longè latè diffuſi vagantur in tanta ſeruitute ac inopia pertinaciam incledibilẽ, quæ Antiochum nobilem ad inſaniam penè adegit: iam enim quatuor penè annorum millibus legem Moſis acerrimè tuentur. Ego in hominum dictis & factis, vt in rebus omnibus, auream mediocritatem, quæ conſtantia dicitur, quæque peruicaciam inter ac leuitatem medium tenet, ſemper probaui: tametſi pertinaciam à peruicacia plerique diuidunt, alteram quidam vitio alteram laudi tribuunt[7]. vt vt ſit, nunquam profectò ſapientibus probata eſt in vna ſententia perpetua permanſio: ſed vt in nauigando tempeſtati obſequi artis eſt, etiamſi portum tenere nequeas: ſic in rebus humanis (diuinas excipio) quæ variæ ſunt ac ſui diſſimiles, opinionem mutare honeſtum exiſtimo: qui verò ſuam ſententiam adeò pertinaciter defendũt, vt refelli turpe, vinci nefas eſſe putent: aut qui de vita quàm de ſuſcepta opinione decedere malunt, ij neque ſibi ſunt, neque ciuitatibus vtiles. Eiuſmodi ſunt Auſtrales: Scythæ verò leuiſſimi: eſt enim contraria gentium inter ſe moribus ac natura diſcrepantium diſciplina. Vt igitur Auſtralis ater eſt, ſic Aquilonius ex albo rubeſcens: hic lõgus, ille breuis: hic robuſtus, ille debilis: hic calidus humidus, ille frigidus ſiccus: hic piloſus, ille glaber: hic lætus, ille ſubtriſtis: hic ſociabilis, ille ſolitarius: hic audax, ille timidus: hic vinoſus, ille ſobrius: hic ſui & alieni negligens, ille circunſpectus: hic ruſticè arrogans, ille demiſſo vultu elatus: huic rauca vox, illi clara: hic prodigus, ille parcus: hic minimè ſalax, ille ſalaciſſimus: hic ſordidus, ille nitidus: hic ſimplex, ille verſutus: hic miles, ille ſacerdos: hic opifex, ille philoſophus: hic in manibus ſpem ponit rerum ſuarum, ille in mente: hic terrę venas ac fodinas, ille cæleſtes inquirit. Conſequens eſt igitur vt ſi Affri pertinaces, quemadmodum Plutarchus ſcribit, Scythæ leues ſint. qui verò medias regiones ſortiti ſunt, conſtantiam illam & animi fortitudinem, in qua decus eſt omnium virtutum, meliùs quàm vtrique tuentur. eſt autem conſtantia media inter peruicaciam ac leuitatem. nam qui minùs habent ingenij, huc illuc ſine ratione feruntur, conſimiliter vt pueri qui facilè amicitias contrahũt ac deponunt: homines ætatis prouectæ non item: & quò quiſque ingenio plus valet, eò minùs ad amicitias, vel odia, vel ad opinionum nouitatem trahi ſolet: eò tamẽ pertractus ægrè diuellitur. Eſt autem animi leuitas non modò cum perfidia ſemper coniuncta verumetiam ipſa perfidia ab inopia mentis ac diffidentia exiſtit: nam qui prudentiam vſu rerum gerendarum ſibi comparauit, (vt mediæ regionis populi) non modò præſentia circunſpicit, ſed etiam futura proſpicit: qui verò inops eſt à conſilio, vt omnibus diffidit, ſic datam fidẽ ſæpiſſime fallit. Scythę quàm diffidẽtes ſint ac ſuſpicioſi, vel ex eo intelligitur, quòd Danorum ac Suecorum magiſtratus in omnibus hoſpi-

[7] Nonius cõtra Senecam.

hoſpitiis exploratores collocare conſueuerunt, qui ex abditis locis omnia omnium dicta, facta, geſtus notare poſſint: Illud etiam ad immutandas gẽtium naturas plurimũ valet, quo ſcilicet ciuitatis genere vtãtur. nã qui tyrannide ac ſeruitute premũtur, animi vim planè demittũt: qui verò ſtatus populares habẽt & libertate fruuntur, audaciores fieri neceſſe eſt, & ad bella gerenda meliores. Nihil eſt cur exempla commemorem, cùm ſint in promptu, & infinitum ſit ea perſequi. Ex quibus intelligitur non modò cæli naturam ac regiones vniuerſas, ſed etiam ſingularia & regionis cuiuſque propria intueri oportere: quid ab aquis, quid ab aëre, quid à montibus, quid à vallibus, quid à ventorum natura, quid à religioni-
B bus, quid ab inſtitutis, quid à diſciplina, quid denique ab ipſo ſtatu Reipublicæ in animis cuiuſque ingenerari poſſit. nam qui ex eodem cæli tractu mores eoſdem iudicare volet, ſæpe labi neceſſe eſt. argumento ſit quod in eodem ab Æquatore interuallo, differentia quadruplex hominum & quidem inſignis animaduertitur, etiã in oris ipſius habitu & colore. Indi enim qui ad Occidentem, planè lutei ſunt, vt mala cotonea diu cocta. eadem à polo diſtantia Hiſpalenſes candidi. Iiſdem ab Æquatore interuallis qui promontorium Bonæ ſpei occupant, nigerrimi: qui verò eadem latitudine argenteum flumen accolunt, caſtaneum colorem imitantur, vt quidem ab Hiſpanis proditum eſt. atrum illum colorem omnino ſolis ardoribus tribuendum putarem, ſi tantùm ſub Capricor-
C no nigri fierent: Sol enim terris propior eſt in Capricorni ſidere tota eccentrici latitudine, quæ ferè millia DCCC. milliariorum capit. ſed ad flumen nigrum citra Æquatorem omnes æquè nigri ſunt. Facit etiam coloniarum migratio magnam hominum diuerſitatem: ſed paulatim naturam cœli ſequuntur. Nam coloniæ quas Carolus magnus ex Belgis in Saxoniam deduxit, cum ſedibus paulatim mores mutauerunt: acceſſit etiam Belgis mollior vocis aſpiratio, vocalibus inter conſonas, quo leniùs fluerent, interfuſis. quem enim Saxones equum *Pfert*, Belgæ *Pert* enunciant: nam qui plus habet caloris, eò vehemẽtius & aſperiùs vocem reddit: quæ ratio facit vt Schythæ ac Germani verba ſine vocalibus collidentium inter ſe conſonarum & aſpirationum multitudinem afferant,
D quæ Auſtrales fœminarum in modum leniter, vocalibus inter ſe eleganter interiectis, pronunciant. Hoc profecto in vna Iſralitarum tribu, ſcilicet Ephratæorum perſpicuum euaſit: nam accolæ montis Galadi, non modò robuſtiores ac audaciores erant cæteris eiuſdem tribus qui planitiem occuparant, verumetiam conſonas & aſpirationes quas cęteri non poterant, facilè pronunciabant: & cùm Montani contribules parta victoria fugaſſent, quoniam nec moribus nec armis nec corporis cultu, nec ſermone hoſtes à ſociis dignoſci poterant, vnius vocis pronuntiatione deprehenſi ſunt, & quadraginta millia cæſi magna ex parte. quum Iordanis vada traiicerent *Schibolet* pronunciare iubebantur à montanis, ipſi leniter *Sibolet* efferebant[8]: hoc enim ſpicam: illud verò aquæ alueum appellabant: tametſi vtriuſque acceptio ſæpe confunditur[9]. Naturam verò locorum linguas ipſas immutare, non modò in Aquiloniis, & Auſtralibus

8 Iudic. 12.

9 Pſal. 69. verſ 15. Iob. 24. verſ. 24. Geneſ. 41 verſ. 5.

planum eſt:ſed etiam in montanis & in iis qui loca paluſtria colunt: neque in iis tantùm verumetiam ab aquis linguæ vitia ſæpe deriuantur: vt in agro Labdacenſium prouinciæ Narbonenſis, omnes Labdaciſmo laborant. Orientalium item prolatio mollior eſt: vt Poloni quàm Germani molliùs loquuntur: ſunt etiam vrbaniores & cultu elegantiores: nullis tamen montibus dirimuntur. At etiam in breui Genuenſium ac Venetorum interuallo loquendi ratio diuerſa eſt. hi enim capram *Cabre* enuntiant: Genuenſes ac Narbonenſes *Crabe* aliquanto leuiùs: cuius vocis indicio Genuenſes aliquando victi & cum Venetis confuſi, ne cladem euaderent, deprehenſi ſunt, & ad vnum cæſi: Conſimili clade affecti ſunt Galli Celtæ ac Belgæ in vrbe Monſpelienſi, cùm Carolo v. rege ciuitas ſeditione maxima iactaretur, nec facilè ciues à peregrinis internoſcerentur, fabæ peregrinis oſtentabantur: ipſi *Feues* enuntiabant, quas incolæ *Haues* appellant: Sabinorum more, qui Fircum, & Fœdũ, pro hirco, & hœdo enuntiant, vt Varro ſcribit. Atque hæc de moribus & natura populorum. B

*Qua ratione occurratur ciuitatum conuerſionibus, quæ vel ob nimias paucorum opes, vel ob ſummam multitudinis inopiam exoriuntur.*

## CAPVT II.

*Potiſſima cauſa conuerſionũ ac euerſionum quæ ciuitatibus olim cõtigerunt.*

CVM multa ſint quæ ciuitatibus & imperiis non modò conuerſionem ſed euerſionem afferunt, tum nulla cauſa certior eſt, quàm nimiæ paucorum opes, & multitudinis inopia non ferenda. Pleni ſunt antiquitatum libri, quibus intelligitur eos qui de ſtatu Reipublicæ querebantur, oblatam occaſionem ſpoliandorum locupletum ſemper arripuiſſe. Quæ tamen conuerſiones rariùs noſtris quàm veterum ſeculis contigerunt, propter innumerabilem ſeruorum multitudinem, quæ tanta fuit vt in pleriſque ciuitatibus quadraginta ſerui pro vnius liberi hominis capite cenſerentur, vt ſuperiùs diximus. Diuturnę verò ſeruitutis merces ampliſſima fuit libertas: quam plerique pecunia vel operarum conuentione, vt nunc in Luſitania, paciſci cogebantur. Cùm verò prole abundarent, vt ferè ſolent qui frugaliter ac temperanter viuunt: & cùm inopia premerentur, fœnore vitam trahere, ac liberos vendere neceſſe habebant, quoniam vſura quam appoſitè morſum Hebræi, hoc eſt נשך appellant, non modò debitorum opes exhaurire, ſeb etiam oſſa penitus arrodere, ac medullas ex ipſis oſſibus exugere conſueuit. quam inopiam cùm ampliùs ferre tenues non poſſent, aucta multitudine locupletiorum, qui pauciſſimi erant, opes diripere, aut nouas tabulas, aut bonorum æquationem petere non dubitabant. Hoc vbique vſitatiſſimum. Quamobrem Plato duas Rerumpublicarum antiquiſſimas peſtes appellauit opes & inopiam: grauior tamen eſt inopia, non tantùm propter inediam ac famem qua nihil acerbius: ſed propter inſitum vnicuique egeſtatis pudorem: qui pleriſque paupertate ipſa durior eſt. quanquam victum lana teláve aut opificiis quærere non tam metuendum eſt, quàm pernicies ac peſtis illa quæ ab iſto pudore profecta fami-

familias ac ciuitates funditus euertit. Quibus morbis vt occurri poſſet,
quæſita ſæpius eſt æquatio bonorũ: quam pleriq; pacis & concordiæ pa-
rentem appellãt: inæqualem verò bonorum diuiſionem, inimicitiarum
ac diſcordiarum nutricem. Nam quò quiſque alios opibus ſuperat, ho-
noribus etiam, voluptatibus ac deliciis ſuperior eſſe, de virtute nihil aut
rarum admodum ſolicitus: tenues verò ſibi inſeruire, ſéque reuereri
cupit. hinc egentium erga potentiores inuidia: hinc inimicitiæ: cùm qui
virtute ſuperiores ſunt, non modò ab honoribus arcentur: verumetiam
in ſumma egeſtate & contumelia viuere coguntur. Hæc, opinor, cauſa
veteres legumlatores impulit ad eam quam dixi facultatum, aut certè
agrorum æquabilem diuiſionem: Lycurgum, inquam, Platonem, ac no-
B ſtra ætate Thomam Maurum, in ea ciuitate quæ quòd nuſquam eſſet,
Vtopia eſt appellata: vbi non modò æquationem bonorũ, ſed etiam cõ-
uictum perpetuum inani cogitatione ſibi finxerunt. ſed rerum ipſarum
pondus procul abeſt ab idearum ſimulatione & inani figmento. Cùm e-
nim Thebani ac Phocenſes coloniam deduxiſſent, à Platone per legatos
petierũt vt ciuitatem optimis legibus informaret: ille ſuſcepto negotio,
re infecta diſceſſit, cùm ſcilicet illam bonorum æquationé coloni ferre
non poſſent. Licurgus quidem id perfecit in agrorum diuiſione, auri &
argenti vſu ſublato, non tamen ſine capitis ac vitæ diſcrimine. Secutus
eſt Solo, cui ad bonorum æquationem nec animus defuit nec voluntas,
C ſed conficiendæ rei deſperatio. id tamen quod proximum erat, ſcilicet
nouas tabulas, quam σεισάχθειαν appellabat, inuexit[1]. Idem rex Agis feciſſe
dicitur, cùm tabulas omnes debitorum in publicum allatas vna & eadem
flamma comburi iuſſit, quo incendio nullum vnquam ſe clarius vidiſſe
teſtatus eſt: cùm tamen agros omnes ex æquo diſtribuere conaretur, ab
Ephoris in carcere necatus eſt. Pòſt aliquantò Nabis tyrannus cùm Ar-
gos expugnaſſet, duas leges promulgauit: alteram nouarum tabularum,
qua debitores ære alieno liberauit: alteram agrorum ex æquo diuidendo
rum: duas faces, inquit Liuius, nouãtibus res ad plebem in optimates ac-
cendendam. Ac tametſi Romani cæteris in eo genere iuſtiores fuiſſe vi
dentur: ſæpe tamen nouas tabulas tumultuanti plebi conceſſerunt[2], vt
D debitores tertia quartáve debiti parte aut in totum leuarent: ne idem il-
lis accideret quod optimatibus Thuriorum, qui cùm omnes agros ſibi
coëmiſſent, ac tenues debitorum onere vrgerent, ab iiſdem bonis ac ci-
uitate expulſi fuerunt[3]. Hæc tamen in ſpeciem prçclara iudicantur: cùm
re vera nihil magis peſtiferum ac pernicioſum æquatione illa bonorum,
ac ſpe nouarum tabularum cogitari poſſit, ídque maximè ad euertendas
ciuitates, quæ fundamentum firmius aut ſtabilius nullum habent quàm
iuſtitiam: iuſtitia verò eſſe nulla poteſt, niſi conuentionum fuerit ac pro-
miſſorum certa fides, ac neceſſaria ſolutio rerum creditarum. quis enim
dubitet ſublata fide, ruptis tabulis, æquatione bonorum inuecta, Rem-
publicam breui interituram? Quanquam nouæ tabulæ ſæpius egentium
facultates exhauriunt: & eorum potiſſimùm qui nihil præter nomina in
bonis habent. callidi verò fœneratores, exaudito nouarum tabularum

1 Plutar. in Solone.

2 lib.7.& 8. Cæſar.lib.2.belli ciuilis.Tranquil.in Cæſare. Appian. lib.1.

3 Ariſtot.lib. 3. c.7.

rumore æs alienum vndique graui fœnore contrahunt: vt quidem Solonis & Agidis σεισάχθεια pleroſq; fœneratores iſta ratione locupletauit[4], tenuium facultates euertit. Quandiu verò prodigi nouas tabulas proſpiciunt ac ſperant, ſua largitionibus profundere non dubitãt: deinde cùm illos & pecunia & fides defecit, ad rapinas conuertuntur: alieníſque bonis manus afferre coguntur: aut deſperatorum ac improborum hominũ ſocietates conquirunt, vt rerum nouandarum occaſionẽ arripiant, Rémque publicam omnino ſubuertant. At creditorum fraudandorum ſpe ſublata, ſouendi neceſſitas & frugaliter viuendi ratio conſequetur. Quod ſi iniquum eſt creditores ſua perdere ac debitores aliena lucrari: quanto eſt iniquius agrariis legibus veteres poſſeſſores ſuis ſedibus pellere, & ex B aliorum direptionibus alios locupletare? nam qui creditarum pecuniarũ liberationem quærunt, iniuriam fœnoris ſpecie velant, & pecuniarum ſterilem naturam: ſed qui prædiorum, quæ legitimo iure aut iuſtis conuentionibus cuique obuenerunt, diuiſionem æqualitatis ſpecie poſtulant, non modò Rerumpublicarum ſed totius humanæ ſocietatis, quæ ſtare nulla poteſt niſi ſua teneantur fundamenta, labefactant. Abſurdiùs etiam qui bonorum æquationem concordiæ parentem appellant: cùm nullæ capitaliores ſint inimicitiæ quàm eorum quibus omnia ſunt æqualia. At cùm egentes ac tenues locupletioribus inſeruiunt, non modò ab inopia ſed etiam ab iniuriis potentiorum vindicantur. Quæ res, opinor Hippodamum Mileſiorum legiſlatorem impulit, vt in lege quam C de maritandis ordinibus tulerat, locupletes cum egentibus, potentes cum tenuibus connubio copularet. Solo verò de agrorum poſſeſſione deturbauit neminẽ: ſed ordines quatuor ciuiũ ex cẽſu deſcripſit[5]: eorum ſcilicet qui tritici oleíve aut vini quingentos modios annui reditus poſſiderent: deinde qui trecentos: tum qui ducentos: ordine poſtremo cæteros collocauit, quos ab honorum petitione repulit. Quinetiam Plato, quem æquationis iſtius authorem ciere non dubitant, in ſecunda Republica, quæ ipſius eſt, altera Socratis propria, alios aliis locupletiores fecit: & ex eo ciuium numero, ſcilicet quinque millium & quadraginta, ſingulos ex ſingulis familiis totam hæreditatem cernere, cæteros ne delibare quidem permiſit. ex quo ſumma inæqualitas paulo momen- D to ſecuta fuiſſet. Atque in eo ipſo Lucurgus in conuertendo ſuæ ciuitatis ſtatu grauiter lapſus videtur, cùm agrorum æquabilem partitionem inuexit, vt ciues omnes omnibus æquales faceret: nam paulò pòſt, & quidẽ ſe viuo ac ſpirante viginti hæredes eiuſdem agri, & ab inopia liberorum viginti hæreditates ad vnum peruẽturas videre potuit. Plerique ciuium numerum augeri prohibuerunt: vt Hippodamus qui plures decem millibus in ciuitatem admitti noluit. quam ſententiam Ariſtoteles quoque probauit: ac ne plures naſcerentur, abortus fieri & Platoni & Ariſtoteli[6] placuit: at etiam diſtortos ac membris captos exponi iubet vterque. quod ſine execratione dici non poteſt: vt diuinum hoc animal, quo nullum ab immortali Deo præſtantius conditum eſt, poſteaquam ortum eſt, viuere non modò non permittatur, verumetiam aboriri iubeatur. quam tamen ſenten-

4 Plutarc. in Solone & Agi.

5 Plutarc. in Solone.

6 Ariſtot. lib. 7. polit. c. 15. & Plato lib. 8. de legibus. Plutar. in Lycurgo mẽbris captos exponi iuſſit.

ſententiam arripuit Thomas Maurus,qui nec pauciores decem,nec plu-
res ſedecim liberos vnam quãque familiam habere voluit: quaſi prępo-
tenti naturæ imperaturus eſſet. Ac tametſi Phido legiſlator Corinthio-
rum prudentiùs cauiſſe videtur,cùm vetera quidem vrbis ædificia ſarci-
ri,ac lapſa reſtitui permiſit:noua conſtrui prohibuit:id quod Lutetiæ Se-
natuſconſulto factum memini[9]: ciuium tamẽ multitudine colonias de- 9 anno 1548.
duci,aut iniuria exulare neceſſe eſt. Sed grauiter,meo iudicio,peccant,
qui ex liberorum ac ciuium multitudine futuram metuũt inopiam:cùm
nullæ ciuitates locupletiores ſint aut artium ac diſciplinarum omnium
varietate clariores,quàm quæ ciuium multitudine magis abũdant.quod
B quia perſpicuum eſt,exemplis non vtemur.Illud etiam fruſtra metuunt,
ne ſcilicet ex tanta ciuium multitudine ſeceſſiones exiſtant,cùm nulla re
ciuitates à ſeditione tutiores ſint quàm hominũ copia ac varietate: quia
potentes inter ac debiles, locupletes ac tenues, probos & improbos, ſa- *Magnæ vrbes*
pientes ac deſipientes, opifices ac nobiles magnam mediocrium in om- *minus opportu-*
ni genere multitudinem interiectã eſſe oportet,quæ extrema diſſidentia *næ ſeditionibus.*
mediis ordinibus coniungat, cõtrà quàm fit in anguſtis ciuitatibus, quę
& momento in duas factiones diuiſæ ſecedunt, nec facilè conciliantur.
Omiſſa igitur agrorum exæquatione in Republica iam conſtituta: &
eorum qui aliena rapiunt vt aliis largiantur, repudiata ſententia:quique
liberis procreandis modum ponere ſe poſſe confidunt:agrorum quidem
C æquabilem in conſtituenda Republica, aut in deducendis coloniis diui
ſionem admittamus:ea tamẽ ratione,vt primogenito prærogatiua quæ-
dam tribuatur.Et quoniam Dei ſapientiſſimi in Republica Iſraelitarum
conſtituenda exemplar planè diuinum habemus, nõ video quamobrem
meliora, aut diuinis legibus neglectis,inanium hominum errores ſequi,
quantum quidem fieri poterit,debeamus.nam ex tredecim tribubus vnã
ſibi ſacrauit,cui quòd ſacrificiorum ac iuriſdictionis curam dediſſet,præ-
dia prȩterquam vrbana poſſidere non permiſit, ſed frugum omnium &
pecudum decimam à ſingulis accipere:vt decimas duodecim quaſi iure
quodam primogenituræ à duodecim tribubus haberet: in qua tribu fa-
miliam Aaronis,ad quam Pontificatum maximum detulerat,honore pri *Agrorum di-*
D mogeniturę frui voluit:ita vt decimam à cęteris Leuitis decerperet ac ple *uiſio ex lege di-*
raque iura ſacrificiorum.In omnibus item omnium tribuum familiis iu *uina.*
ra quædam primigeniorum id eſt בכרה conſtituit:vt ſcilicet primogenitus
duas vncias hæreditatis caperet:fœminas à poſſeſſione prędiorum depu-
lit[1], nec aliter parentum hæreditatem cernere voluit, quàm ſi mares in 1 Num. 27.
familia nulli extitiſſent,ac proximo cuique eiuſdem tribus nubere iuſſit.
eſt enim ciuitatibus valde vtilis & gratioſa fœminarum à prędiis non mo
dò fratrum[2], ſed etiam parentum excluſio,quandiu mares eiuſdem fami 2 Bald. in l 2. qui
liæ extabunt. cui legi Deus ipſe rationem ſubiecit, ne prædia gentilia di- ad libertatẽ C. A-
ſtrahantur. Ex quibus planum fit æquationem lege diuina fuiſſe repu- lex. in. conſil. 144.
diatam ſemotis ab hæreditate fœminis, & cõceſſo iure primigeniorum: lib. 6.
non quidem ſemiſſe, aut triente, ſed portione ad cæteros dupla: ne pau-
ciorum nimiæ opes,aut egeſtas multorum Reipublicæ perturbationem

eſſet allatura. Vt autem agrorum diuiſio ſemel facta diutius conſiſtere poſſit, prædiorum diſtractio non omnino prohibenda eſt, modò ea lege diſtrahantur, vt vel anno trigeſimo, vel ad ſummum quinquageſimo ad proximos gentiles redeant, vt lege diuina cauetur. nam iſto modo fructuum erat non prædiorum venditio, æſtimatione annui reditus facta: ſed annus ille quo prædiorum ac perſonarum libertas dabatur, terminus erat omnium communis. ita fiebat vt ſi triennium anno Iubilæo deeſſet, trium annorum fructus æſtimarentur. Ita nec locupletes tenuium prædia ſemper poſſidebant: nec prodigorum liberi poſſeſſionibus auorum carere cogebantur, & promiſſorum fidem exoluere licebat. Nouarum autem tabularum conceſſio, pernicioſa eſt: non tam propter iniurias B quæ inferuntur creditoribus, (qui ferè tenuium facultates fœnoribus exhauriunt,) quàm quòd violandæ fidei & ciuitatis perturbandæ occaſio deſperatis hominibus prębetur, quandiu nouas tabulas & meminerunt & ſperant: niſi fortaſſe id fiat ad vſuras & illicita fœnora minuenda: vt ſæpe Venetiis factũ eſt, vt qui antea centeſimas vſuras diutiſſime acceperant, deminuto fœnore trientes tantùm exigerẽt. Lege diuina nõ quidem auffertur[3], ſed anno ſeptimo quem ſemita vocant, æris alieni diſſolutio differtur. Nulla eſt autem tenuium ſubleuandorum via compendioſior, quàm omne genus fœnoris ex lege[4] diuina prohibere inter ciues. noluit legiſlator inter peregrinos, ne ciuium opes peregrinorum fraudibus quibus imperari non poteſt, exhauriantur. Neque tantùm diuina lex C vſuras omnino vetuit, verumetiam ſapientiſſimi quique legiſlatores ac philoſophi, Solo[5], inquam, Lycurgus[1], Plato[2], Ariſtoteles[3], Decemuiri[4] legum ferendarũ. Atque hi quidẽ vt locupletes ad ſubleuandã tenuium inopiam inuitarent, vnciariam vſuram permiſerunt: quæ non niſi longiſſima hominis vita, id eſt anno cẽteſimo ſortem æquaret. qui grauiorem vſuram pactus eſſet, quadruplũ ex lege duodecim reſtituere cogebatur: ſapienter illi quidem, vt fœneratorem grauiùs[5] quàm furem qui tũc per leges XII. dupli tantùm pœna tenebatur. Eadem lex Duilia rogatione reuocata eſt anno ab V.C. CCCXCVI. ac decimo pòſt anno fœnus vnciariũ ad ſemunciarium cogi placuit[6]: vt non niſi anno ducenteſimo ſortem exęquaret: atq; id etiã anno ſequẽte penitus ſublatũ eſt Genutia rogatione[7] propter continuas tenuiũ ſeditiones. Nã vt minimũ fœnerari per leges liceat, ſenſim ad ſummũ prouehimur: vt ſi cõceſſu legũ ſemel quotãnis mœchari fas eſſet, ſcelus iſtud lege cõprobatũ cõtinua licẽtia Rempublicam vniuerſam fœdaret. Qui autẽ quincũces vſuras in Republica ferendas eſſe putant, vt Heluetij, hac ſpecie vt liceat creditorem ea conditione fœnerari, ſi plus vtilitatis ad debitorem ex mutuo quàm ad creditorem peruenturum ſit: næ illi abutuntur legibus diuinis, quibus tam diſertè omnia fœnorum[8] genera prohibentur, vt eas nemo in dubium reuocare debeat, niſi apertè inanibus argutiis oracula diuina fallere ſe poſſe putet. Vt enim aliquis fœnore leuiſſimo ad cõmoda debitorũ vti velit, innumerabiles tamen abutũtur. Tutius eſt igitur vſurarum non modò radices ſed etiam fibras omnes amputare: neque id Reipublicæ, nec D corpo-

3 Rabi Leui in 15. cap Deut.

4 Deut. cap. 23. Num. cap. 25. Leuit. ca. 25 Pſal. 14.

5 Plutar. in Solone.
1 Idem in Lycurgo.
2 In libris de legib.
3 In polit.
4 Tacit. lib. 5. Feſtus lib. 19.
5 Cato lib. 1. de vetuſti ca. cap. 1.

6 Liuius lib. 7.

7 Liuius lib. 7.

8 Deut. cap. 23.

corporibus vllis aut collegiis vlla vtilitatis aut pietatis ſpecie permittere:
quod cùm iure Pontificio factum eſſet, priuati quoque idem ſibi licere
putarunt. quis enim quod publicè vtile ac honeſtum videatur, priuatim
turpe eſſe putet? Nulla autem violandæ legis occaſio maior eſt,
quàm eum qui legem tulerit, eandem ſua lenitate perrumpere. Sed cùm
inutilis ſit lex quæ quid vetat niſi propoſita pœna: & minæ inanes niſi
pœnarum executio ſequatur: ita quoque pœnis ſublatis Genutia lex cō-
tempta iacuit. Prudenter Angli qui lege lata pœnáque legi ſubiecta ma-
giſtratum curatorémve ad pœnas repoſcendas creare conſueuerunt. Nā
Genutia lege antiquata tandem eò prorupit auaritia fœneratorum, vt
B ducenteſimas vſuras & ſortem cum libuiſſet, à debitoribus repeterent:
quouſque Gabinia lex maximas vſuras definiit in nautico fœnore pro-
pter periculi pretium quinquageſimo menſe: in cæteris vt centeſimo ſor
tem æquarent: quoniam menſtruæ veteribus fuerunt non annuæ vſuræ.
Hæc ita quidem in Vrbe: ſed in prouinciis eò licentia tandem proceſſit,
vt quadringenteſimas ſtipularentur[9], quia vel ab infinita prodigorum — 9 Cic. in epiſt. ad Atticum.
hominum largitione ac luxu: vel ab extrema fœneratorū auaritia vſura-
rias leges, ſi vel minimū fœnerari liceat, peſſum ire neceſſe eſt. Grauis erat
aduerſus fœneratores pœna Creteſium legibus conſtituta: quibus tamen
vt fraudem facerent, debitor creditori pecuniam rapere ſimulabat: tum
ſi partas vſuras ſoluere recuſaret, furti ac rapinæ iudicio poſtulabatur[1] à — 1 Plutarc. in Apophteg. Græcor.
C creditore. at noſtri mille fraudes multò maiore ſolertia dicam an malitia
nectere conſueuerunt ſimulatis emptionibus: aut pretio inter contra-
hendum à creditore delibato. Conſtantinus[2] quidem magnus rogatione — 2 Rufinus & Nicephorus caliſtus in hiſtoria eccleſ.
Pontificum, quos ad concilium Nicænum coegerat, ſeſquialterū fœnus
non modò pecuniarum, ſed etiam fructuum nomine pactum ſuſtulerat.
paulò pòſt tamen lex auaritia premēte antiquata eſt, potiſſimùm in fru-
ctibus. nam qui vrgente fame tritici modium mutuò acceperit, ſemo-
dium cum ſorte promittere non dubitabit, vt tempus ſolutionis in meſ-
ſem differatur, quo rei frumentariæ vbertas & pretium altero tanto vi-
lius futurum ſit: quod cum æquitate quadam cōiunctum videtur: quia
nullum æs alienum alimentis, quibus vita ipſa ſuſtentatur, carius eſſe po-
D teſt. Quæ ratio Iuſtinianum[3] impulit vt prohiberet à ruſticis vſuram — 3 In auth. ad hæc & in auth. rē duram de vſuris. C.
triente maiorem ſtipulari in pecuniæ mutuo: aut centeſima grauiorem
in fructibus: cùm antea ſeſquialterum exigerent, quæ grauior eſt qua-
dringenteſima vſura: quam tamen Carolus Molinæus pecuniario fœno-
ri exæquauit, & contra fidem omnium librorum errorem ſubeſſe pu-
tauit[4]: vt Ludouici XII. legem & Curiæ Pariſiorum decreta quibus v- — 4 In lib. de vſuris
traque vſura æquata eſt, tueretur. At plurimùm inter vtranque intereſſe
quis non videt? quis ruſticus, quis inops à pecuniis magnum ſe quæſtum
feciſſe non putet, ſi premente fame duodecim modios mutuo acceperit,
ea conditione vt ſequente anno tredecim creditori reddat? id enim Iuſti-
nianus permiſit. at Molinæus tertiam modij partem additamēto definiri
putauit: quod creditoribus ridiculum videatur: ac præſtabilius ſit addi-
tamētū illud egentium inopiæ largiri, vt lege diuina cauetur. Cōſtantini — 5 Deut. 23 Nehem. 5.

legem & Nicæni concilij decretum illud de fœnore minuendo Romani Pontifices initio probauerant: ſed poſteri de via deflexerunt, Caliſtus inquam III. & Martinus V. P. M. qui reditus conſtitutos vix antea vſitatos inuexerunt: quibus tenues adeò conflictantur, vt quincūces vſuras quales Heluetij probant, ſtipulari præſtabilius fuerit quàm reditus beſſales ſine vſuris, quanquam centeſimæ in locis maritimis vbique extorquentur extra periculi pretium. Ex quo nonnulli priuatorum ac Reipublicæ opes exhauriunt. Quis enim non miretur ſteriles pecunias Adamo centenario Genuenſi millies ſeſtertium, Thomæ Marino eiuſdem ciuitatis, bis millies paucis annis peperiſſe? Hinc fit vt fœnoris cupiditate mercatura iaceat: opificia negligantur: agricultura ſordeſcat: pecuaria B deſeratur: ipſique nobiles auorū poſſeſſionibus diſtractis, certare faciāt vſuras cū fructibus prędiorū: deinde ſorte diſſoluta, fortunas omnes momento abliguriunt: & cùm illos pecunia primùm deinde fides defecit, rapto viuere, prædari, latrocinari non dubitant: aut, quod extremum eſt, perturbata ciuium quiete ſuam inopiam Reipublicæ ruina ſarciri: quod eò magis metuendum eſt, quò ciuium ordo, qui cæteros opibus longè ſuperat, à cæteris numero ac potentia ſuperatur: vt ſacer ordo, qui in Occidentis regionibus dignitate cæteris duobus ſuperior, tametſi vix centeſimam populi partem capit, frugum ac pecudum decimas, contrà quàm veteribus naſcētis eccleſiæ decretis cauetur[6], ab omnibus ordinibus exigere: omnia omnium teſtamentis & codicillis legata petere: prædia inquam, vrbana & ruſtica, villas, arces, ciuitates, ducum etiam, comitum & marchionum ampliſſimas poſſeſſiones ac reditus annuos omnis generis, præter pecuniarum vim infinitam quæ in ſacrificia erogantur, corradere: nec tamen tot ac tantis opibus auctas hæreditates quocunque iure delatas cernere: prædia ſibi ex opibus eccleſiaſticis parare: partas opes collegiis & corporibus ſacri ordinis legare: diſtractionem prædiorum ac rerum eccleſiaſticarum prohibere: poſtremò immunitatem ac vacationem ab omnibus muneribus importunis rogationibus extorquere non dubitauit. Quæ opes ne in infinitum excreſcerent, in pleriſque ciuitatibus cautum eſt, vt quæ prædia deinceps eccleſiaſticis collegiis dono data fuerint, ea vendere cogantur: vt Eduardi lege[7]: qua D etiam eccleſiaſtica collegia deinceps prædia comparare prohibentur, eadem promulgata lex eſt iuſſu Caroli V. Imperatoris apud Belgas, publicationis pœna ſubiecta. quæ tamen lex antea lata fuiſſe videtur, cum Belgarum comites ſacerdotum hæreditatem olim fiſco vindicarent, quoad Vrbanus V. P.M. interdictionis pœna id vetuiſſet. Eandem ob cauſam Curia Pariſiorū Cartuſianos prædia, réſve immobiles quærere pridem vetuit[8]: quanquam id iure Pontificio cōtrà quàm Panormitanus putat, prohiberi iure poteſt[9]. Veneti[1] cautiùs, qui non modò eccleſiaſticis collegiis prædia iuráve prædiatoria in poſterum denegarunt, ſed etiam eccleſiæ legata diſtrahi, aut niſi diſtrahantur, fiſco iuſſerunt: neque id tantùm, verumetiam fideicommiſſa ſacerdotis nomine relinqui, aut teſtamentū ſacerdotis oratione, ſcriptóve fieri vetuerunt. Tandem apud nos lege

(C, beside "bus exigere")

6 can futurā eccleſiā & can. videntes. 12. q. 1.

*Sacer ordo maximis opibus auctus.*

7 In charta magna.

8 Panormitan. prohiberi poſſe negat. ex l. vlt. de pactis. ff.

9 in cap. nuper de decimis.

1 lib. 4. c. 56. de ſtatutis Venet.

lege[2] Aurelia populo rogante lata ſacerdotes excipere teſtamenta qui- 2 Artic. 27.
bus quid eis legatum ſit,prohibentur: ſed iam exoleuit. Quis enim du-
bitet ab iſta teſtamẽtorum deſcribendorum licentia[3] qua nec oculati,at 3 Vt Pontificio iure licet in cap. cum eſſes de teſtamentis.
ne auriti quidem teſtes adhibeantur,Pontifices & curiones quampluri-
mos in priuatorum fortunas ac poſſeſſiones inuaſiſſe? Certè quidem auo
rum noſtrorum memoria qui teſtamento nihil curionibus aut collegiis
eccleſiaſticis legaſſet, honore ſepulturæ caruiſſet. quum verò quiſquam
inopinato caſu occubuiſſet,ſacrificulus Põtificis iuſſu, mortuo teſtamen
tum condere,& quæ vellet eccleſiæ arbitratu ſuo quaſi teſtator legare ſo
lebat.quem morem tametſi inueterarat,ſuſtulit Curia Pariſiorum[4]. Ha- 4 anno 1388. & 1401.
B beo ex archiuis & antiquitatum noſtrarum monumentis viginti Baro-
num Normaniæ teſtationem, qua quidem apud Philippum Auguſtum
regem apertè declarant eius bona qui triduum æger inteſtatus diem ex-
tremum obiret, fiſco iure vindicari. Item beneficiorum quæ ab antiquis
retro principibus Rupellanis tributa fuerant, confirmatione Richardi re
gis Anglorum & comitis Pictonum conceſſa, illud magni beneficij loco
excipitur,ne inteſtatorum ciuium Rupellanæ vrbis bona quaſi caduca
fiſcus vindicare poſſit. Neque id Gallorum proprium,ſed Hiſpanorum
quoque commune fuit vſque ad Ferdinandum Arragoniæ & Caſtiliæ re
gem:vt planum fit lege ab eo lata[5] cuius verba ſubiicere placet ex ipſis le- 5 anno 1392.
gibus deſcripta. *Que no ſe llauen quintos da los que mueren ſin fazer teſtamento de-*
C *xando hijos o parientes dentro del quarto grado que pueden hauer & heredar ſus*
*bienes*. Mirum certè igitur videri minimè debuit ſi tot ac tantæ fue-
runt eccleſiaſticæ opes, cum iſta pœnarum grauitate teſtari neceſſe
fuerit,vt ordini ſacro legata relinquerentur:cui ſemel quæſita nec diſtra-
here[6],nec diuturna locatione[7] concedere liceret. Certè Caroli IX.regis 6 In authent. de reb. eccleſiæ non alien.
iuſſu cùm cenſus ageretur[8] bonorum eccleſiaſticorum in hoc Imperio
quater millies ſeſtertium[9] annui reditus in cenſum relatum video extra 7 Clement. prima. de rebus eccleſ.
pecuniam & gratuitas oblationes. Id tamen parcè ac tenuiter,ne ex vero 8 anno 1563.
cenſu inuidia aut periculum ordini Pontificio crearetur : Allemanus 9 duodecim milliones.
enim rationum publicarum Prætor mihi curioſiùs omnia conquirenti
narrabat duos ferè trientes agri Gallici ad ſacrum ordinem poſſeſſione
D vel dominio pertinere.incredibile id quidem mihi viſum eſt.tametſi nõ
ignoro quatuor ſupra centũ epiſcopos,duodecim archiepiſcopos,quin-
gentos & quadraginta octo Abbates,Curionum XXVII.millia & CCCC.
ſi modò ſingulis vrbibus & pagis ſinguli Curiones tribuantur:extra mi-
nores archimandritas, & cœnobia tenuium monachorum vicatim men-
dicantium. Ac multò maiores apud nos eccleſiæ opes fuiſſent,niſi Ioan-
nes XXII.P.M. Nicolai Pontificis maximi decretũ antiquaſſet: quo qui-
dem licebat mendicantium ordinibus prædia poſſidere, quæ vſu & fru-
ctu ad ſe pertinerent : nexu verò & mancipio ad Pontificem maximum.
qua quidem fraude vota paupertatis inania fuiſſent,cùm domini ac pro-
prietatis prædiorum vtilitas omnis ad eos peruentura fuerit, qui perpe-
tuum vſumfructum habituri eſſent:ſunt autem perpetua collegia eccle-
ſiaſticorum. Sed non ita pridem Concili Tridẽtini decreto prædia men-

dicantium ordinibus poſſidere licuiſſet, niſi concilium illud Gallia repudiaſſet. Hîc non diſputo quibus tot ac tãta prędia aut quàm vtiliter diſtribuantur: ſed illud tantùm, eas opes ſeditioſis hominibus turbandarũ in Occidentis regionibus ciuitatum materiam magnam præbuiſſe, vt ordini Pontificio prædia eriperent, oblata religionis ſpecie: quæ ſi deeſſet nouam ipſi conquirerent: vt maiorum noſtrorum ætate Templarij de antiqua prædiorum quæ nimis ampla videbantur, poſſeſſione per ſummam iniuriam ac huius Imperij dedecus depulſi fuere. At Philippus Tribunuſplebis & nouas tabulas & agrorum diuiſiones depopoſcit, turbandæque Reipublicæ occaſionem inde arripuit, cùm diceret vix duo millia ciuium rem habere[1]: tametſi paulò antè trecenta circiter millia ciuiũ B
cenſa fuiſſent. ac paulatim eò progreſſa eſt opum quibus pauciſſimi ciues fruebantur, affluentia, vt M. Craſſus quater millies ſeſtertium in cenſum retulerit[2]: Lentulus Augur decies millies. Quibus quidem morbis occurri potuiſſet, ſi legibus agrariis quas Quintius[3] & Apuleius tulerant, locus eſſet relictus: vt ſcilicet agri hoſtibus erepti tenuibus diuiderẽtur. Sed cùm eos agros Cenſores locarent ea lege[4], vt frumẽti decimam, cæterorum fructuum quintam, paſcuarum verò nomine pecuniarum aliquid ærario publico inferrent: potentiores ambitioſis rogationibus & gratia immunitatem agrorum vectigalium adepti erant. Quamobrem Sextus Titius Tribunuſplebis re intellecta rogationem tulit, vt Quæſtores à poſſeſſoribus prædiorum publicorum penſiones exigerent: ſed le- C
ge neglecta, latum eſt ad populũ vt agri publici, ex quibus nulla ad Rempublicam vtilitas perueniret, plebi diuiderentur. quæ res poſſeſſores impulit ad Sp. Thorium[5] Tribunumplebis prece ac pretio excitandum, vt ſua interceſſione perficeret ne poſſeſſores agris carere, ſed penſiones præteritorum annorũ Quæſtoribus ſoluere cogerentur, poſtea tamen Thoria[6] lex abrogata eſt: cùm ſcilicet potẽtiſſimi quique ciues ea prædia poſſiderent, vnde nec deturbari, nec ad ſolutionem ſine perturbatione maxima cogi poſſent. Ita Liciniam legem[7] ferri placuit, per quam non licuit pluſquam quingenta agri iugera, totidem minoris pecoris capita, centum maioris poſſidere: cætera fiſco vindicari permiſſum. Sed cùm variis fraudibus legem eluderent locupletes, Tiberius Gracchus de publi- D
cis tantùm[8] agris rogationem tulit, vt Treſviri agrorum diuiſores à plebe crearentur, qui quod de quingentis iugeribus in ſingulas familias ſupereſſet, tenuibus diuiderent. ſed antea cæſus eſt quàm legem perferre potuerit. decimo tamen pòſt anno perlata lex eſt à Caio Graccho fratre: qui etiam in magiſtratu, ſeditione ab optimatibus coorta, cæſus eſt. At cùm legem Semproniam Senatus æquiſſimam eſſe iudicaret, decreuit vt quod locupletioribus agri publici extra iugera quingenta ſupereſſet, egentibus plebeiis diuideretur. Et quoniam tenues per inopiam agros cõceſſos colere ſine iumentis ac pecore non potuiſſent, Semproniæ legi ſubrogatum eſt, vt regis Attali, qui populum Romanum hæredem ſcripſerat, opes iis quibus publica prædia conceſſa fuerant, donarentur. Ea res tenuium ciuium egeſtatem plurimùm ſubleuauit. Ac ne in poſterum

ſeditio-

1 Cic. in off. & ad Atticum.
2 Plutar. in Craſſo.
3 Polybius lib. 2. anno ab V. C. DXXI.
4 Appian. lib. 1. emphyl.
5 lib. 2. de orat. pro Muręna. Valer. lib. 8. cap. 1.
6 Appian. lib. 1. ciuil. bell. Cicero in Bruto.
7 anno DCXX. ab V. C. Fl. epito. 8. Plutar. in Grac.
8 Liuius lib. 6. Appian. lib. 1. ciuil. Plutar. in Camillo.

ſeditioſis concionibus populares homines plebẽ ab optimatibus diuel-
lerent, placuit colonias infimæ plebis in agros hoſtibus ereptos deduci.
Sed id quod in Sempronia lege præcipuũ erat, ſcilicet ne tenuibus agros
conceſſos cuiquam vendere aut emere fas eſſet, per ſummam magiſtra-
tuum negligentiam[9] antiquari cœpit. Turbatur enim æqualibis agro- 9 Appian. lib. 1.
rum diuiſio quæ in conſtituenda ciuitate facta eſt, cùm cuique à ſe aba-
lienare prædia ſine modo licet: ac potiſſimùm teſtamentorum iure cui- *Lex teſtamentaria iniqua.*
que conceſſo: vt per leges XII. contra morem maiorum legandi cuique
facta poteſtas[1] eſt: quam legem Decemuiri legum ferendarum à Solone 1 l. verbis de verbo. ſignif.
acceptam Romanis propoſuerunt[2]. Aliarum verò gentium omnium, ex- 2 Plutar. in Solone.
B ceptis Athenienſibus, vna lex erat, ne prædia teſtamento legare liceret.
At ne viuentibus quidẽ vlla ratione diſtrahere prædia Moſes permiſit[3]. 3 Num. 27. Leuit. 25.
Item Lycurgus cum ſeptem Spartiatarum millibus qui tunc in vrbe
cenſi fuerant, ac duodecim ruſticorum millibus agrum Lacedæmonium
ex æquo diuiſiſſet, alienandi poteſtatem eripuit. quinetiam agros Spar-
tiatarum, qui vrbani ciues erant, ac cæteris dignitate præſtare videbãtur,
in plures aut pauciores partes diuidi vetuit: ſed primogenito cuiuſque fa
miliæ, aut proximo cuique agri partem vnam è ſeptem millibus concedi
iuſſit, ne ab vno plurium hæreditates cernerentur. Cæteris autem Spar-
tiatis, ſi plures ſeptem millibus in ciuitate procrearentur, nihil agri tribu-
tum[4] erat: nam regi Ageſilao quòd primogenitus non eſſet, nihil agri 4 Plutar. in Ageſil.
C Spartiatici obuenerat: quouſque Leotychides ſpurius de iure primoge-
nituræ depulſus eſt. Quam Lycurgi diſciplinam Plato vehementer pro-
bauit lege CXXV. ac ſolidam hæreditatem vnum ex liberis quem pa-
ter optaſſet, cernere voluit alienatione interdicta. Hæc igitur æqualis ſe-
ptem millium Spartiatarum diſtributio tandiu conſtitit, quoad Ephorus
aliquis in odium filij primogeniti cui legitimam agri partem eripere cu
piebat, legem teſtamentariam pertulit, qua cuique omnia bona legare
permiſſum. quæ lex Athenienſibus quoque ac cæteris tum Græcis, tum
Italis multarum in omnibus ciuitatibus conuerſionum peperit oc-
caſionem. Diutiſſimæ tamen cæteri populi leges teſtamentarias re-
pudiarunt. Qui enim Germanos veteres vſum teſtamentorum ne-
D ſciiſſe accuſant, & quaſi probrum obiiciunt, næ ipſi probro digni vi-
" dentur, Sic enim Tacitus, Hæredes, inquit, ſucceſſoréſque ſui cuique libe
" ri: & nullum teſtamentum. Si liberi non ſunt, proximus gradus in poſſeſ-
" ſione, fratres, patrui, auunculi. hæc ille. Ac tametſi Germania Romano-
rum leges teſtamentarias magna ex parte probauit: nihilominus maiores
noſtri prædia paterna gentiliáve præter duas tréſve vncias ad ſummum
legare prohibuerunt, ſed ad proximos quoſque iure legitimo detulerũt.
At Polonis nihil omnino prædiorũ, quocunque iure quærantur, legare
fas[5] eſt. Oxilais certè ac Phytalis veteribus ne pignori quidem dare prę- 5 vtriuſque Sigiſmundi legibus.
dia licebat[6]. Moribus autem Ambianenſium & Atrebatum, feuda ſeu 6 Ariſtot. in polit.
fiduciaria prædia nemo niſi ſummam egeſtatem coram iudice iuratus di
ſtrahere poteſt. quæ lex multò ſanctior eſt apud Hiſpanos quàm vſquã
gentium. Quòd autem lege diuina prohibetur prædiorum perpetua

diſtractio, ſiue pactis, ſiue teſtamẽtis, ſiue iudicum decretis id fiat: quòd etiam Lycurgi lege ſeptem Spartiatarum millibus indiuidua pars agri ſemper tribueretur: vt Caucis Normanorum populis vſitatum eſt: Reipublicæ vtile videri poſſit, quòd his hominibus quaſi ſempiternis ac firmiſſimis quibuſdam columnis Reſpublica niti videatur: quæ columnæ ſi exiles ac tenues tametſi plures fuerint, ingens tamen Reipublicæ ædificium ſuſtinere vix poſſint. Et quidem Gallorum & Hiſpanorum æquè ac Anglorum imperia nobiliſſimarum familiarum & collegiorum perpetuis opibus quaſi certiſſimis fundamentis ſtare, iíſque ſublatis ac opibus in tenues diuiſis, tanta imperia breui ruitura videntur. Hanc tamen ſententiam magis probabilem quàm neceſſariam B duco, præterquam in optimatum ſtatu. Nihil enim principi ac potiſſimùm tyranno tam metuendum eſt, quàm collegiorum & familiarum illuſtrium opes ac potentia. populare verò imperium maximas paucorum opes, in ſumma plebis inopia ferre nullo modo poteſt. reſtat optimatum poteſtas, quæ familiarum nobiliorum opibus alitur ac ſuſtentatur: vt Lacedæmoniorum Rempublicam ex optimatibus conflatam tuebantur Spartiatarum ſeptem millia, ad quos iura primigeniorum delata fuerant: cæteri Spartiatæ agrorum inopiam virtute, ac primogenitorum opes rerum geſtarum gloria aut æquabant aut ſuperabant, vt Plutarchus ſcribit [7]. Iiſdem ferè moribus maiores noſtri vtebantur: nec dubito quin Francorum nobilitas multò clarior fuerit ac illuſtrior futura, C ſi legibus ac moribus feudorum ſemper acquieuiſſent, vt Hiſpanos ac Polonos feciſſe videmus. At cùm feuda nobilitati vendere eáque plebeiis emere principum venia dicam an inſcitia licuiſſet, ſecuta eſt patriciarum gentium inopia. Cui morbo vt occurreret apud ſuos Petrus Britanniæ Dux, omnino plebeios feuda nobilium emere vetuit, ſubiecta proſcriptionis pœna. ac tametſi Ludouicus XII. rex legem [8] abrogaſſet, eadem tamen à Franciſco [9] maiore renouata eſt. Status etiam ariſtocraticus magnum incrementum ac robur accipit, cùm legibus connubialibus licet egentibus patriciis plebeiorum filias locupletes ſibi deſpondere: vt Romæ fieri cœpit poſt legem Canuleiam: nec vlla re Venetorum imperium maius incrementum accepiſſe videtur, tum ad patriciorum D opes & copias fulciẽdas, tum etiam ad mutuam plebeiorum & optimatum concordiam ſtabiliendam. In omni tamen Reipublicæ ſtatu certas de dotibus leges eſſe oportet, tum ne dotium magnitudine domus exhauriantur, tum etiam vt dote moderata fœminæ ad pudicitiam & obſequium virorum faciliùs cogantur. quibus autem dotes ampliſſimas dari videmus, neceſſe eſt turpiter viris imperare, & contra decus ac dignitatem viros vxoribus inſeruire. Danda ſunt igitur frena impotẽti naturę, & vt Cenſorius Cato [o] dicere ſolebat, indomito animali. nã vt ſemel pares eſſe cœperint, extemplo ſuperiores erunt. Quamobrem ſapienter diuina lex ab omni hæreditario parentum ac proximorum iure fœminas longè ſummouit quandiu mares in familia extitiſſent. quòd ſi nulli mares familiam tueri poſſent, proximo cuique filias cum hæreditate nubere iuſ-

*Optimatum locupletiorum familiæ ſtatū ariſtocraticū tueri ac tyrannidē euertere poſſunt.*

7 In Ageſil.

8 anno. 1505.

9 anno. 1535.

o In orat. pro lege Oppia.

re iuſſit, quæ lex ad Græcos tranſlata eſt: apud quos non licebat τῇ ἐπικλήρῳ
nullis extantibus[1] maſculis nubere, niſi agnato ac gentili proximo. Apud
Perſas & Armenios nihil præter pecuniam aut ſupellectilem puellæ nu-
benti dari poterat: qui mos vniuerſæ Aſiæ & Affricæ communis eſt: ta-
metſi legem Armeniorum, quæ non ſolùm filias ſed etiam fœminas o-
mnes ab hæreditario iure prohibebat, abrogauit Iuſtinianus vel potius
Theodora vxor: quæ fœminas maribus æquales aut etiam ſuperiores
efficere modis omnibus tentauit. qua peſte nulla ciuitatibus pernicio-
ſior accidere poteſt. Superiores autem futuræ ſunt, ſi æquo iure partes
hæreditarias cum maſculis ſortiantur: quia cùm fœminæ vbique mares
B numero vincant, potiſſimùm in mediis & Auſtralibus regionibus: ne-
ceſſe eſt familiarum iura violari, prædia gentilia diſtrahi: eóque magis
ſi locupletes non tenuibus ſed locupletioribus coniungantur. Ex quo
fit vt pauciſſimi maximis opibus affluant. Quòd autem fœminæ nume-
ro vincant, planum cuique eſſe poteſt antiquitatum memoriam ab vlti-
mo principio repetenti. Atque id primùm Athenis experiẽtia ipſa com-
probauit, vbi fœminarum numerus vrbi Deæ nomen impoſuit[2]: nec ita
pridem Venetiis, cùm cenſus ageretur: tametſi in eam vrbem peregrini
vndique confluant, nihilominus tamen numerus fœminarum duobus
ampliùs millibus mares ſuperauit: ſiue id fiat propterea quòd fœminæ à
bellis, à peregrinationibus, ab omnibus periculis quæ viros obire neceſ-
C ſe eſt, ſeducuntur: ſiue quòd in naturæ vniuerſitate rerum deteriorum
maior eſt affluentia quàm pretioſarum. Id etiam Lacedæmone planiùs
intellectum eſt poſt legem teſtamentariam: nam Ariſtotelis ætate tres
agri Lacedęmonij partes ad fœminas perueniſſe proditum eſt, cùm maſ-
culi vix duas partes[3] poſſiderẽt: ex eo fit, inquit Ariſtoteles, vt maritis im
perent, à quibus etiam blandiſſimæ dominæ appellãtur[4]. Cui malo, quo
nullum ferè grauius eſſe poteſt, vt Cato Cẽſorius occurreret, legem Vo-
coniam ſuaſit, rogãte populum Voconio Saxa Tribuno plebis: qua qui-
dem fœminas ab omni iure hæreditario extantibus quocunque gradu
propinquis eiuſdem nominis, ſummoueri placuit. item ne ex alieno te-
ſtamento legatóve plus ad fœminas quàm hæreditatis quadrans perue-
D niret: néve plus quàm qui ex hæredibus teſtatoris minimùm ex aſſe con-
ſequeretur. Lex illa ciuitati opibus affluenti valde ſalutaris extitit, tum
quia veterum familiarum opes ac dignitatem tuebatur, tum etiam quòd
fœminarum indomitam arrogantiam ac libidinem vehementer coer-
cebat. ſed primùm fraudibus & cuniculis, cùm apertè non poſſet, oppu-
gnari cœpit: ſcilicet fideicommiſſis ſub nomine fœminarum conceptis:
id tamen in eius arbitrio ac poteſtate ſitum erat cuius fiduciæ relinque-
batur: quia nec actione nec perſecutione, id eſt[6] nec ordinario iure, nec
extra ordinem peti poterant ante Auguſti tempora, qui Trebatij perni-
cioſa conſilia ſecutus legis abrogandæ præbuit occaſionem: ac pro vxo-
re Liuia veniam legis Voconiæ petiit à Senatu. Ita paulatim antiquata
lege aut fœdiſſimè concuſſa, Romani ciues capite minui ac ſerui pœnæ
fieri cœperunt: cùm vxores dominas non tantùm appellatione[7], ſed etiã

1 Demoſthenes contra Boeotum.

2 Pauſanias in Atticis.

3 Ariſto. in polit.

4 Plutar. in Lacon. Ariſt. in polit.

5 Flor. epit. 41. Paul. lib. 4. ſentẽ. Cicer. Verr. 3. & in lib. de finib. Dio lib. 56. Gell. lib. 17. Auguſtin. lib. 8. de ciuitate.

6 l. pecuniæ. de verbor. ſignif.

7 Tranquil. in Claudio. l. vxorẽ de lega. 3. l. Titia. § qui marito. de annuis legat. & in l. vlt § vxorẽ. de auro & argento.

re ipſa teſtarentur: quibus temporibus ab auriculis fœminarum bina matrimonia pendere, & margaritis fœminas ſuffocari Seneca querebatur[8]. Nam Plinius Proconſulis neſcio cuius filiam ter millies ſeſtertium in gemmarum pretio habuiſſe ſcribit: maximum occaſus imperij argumētum! At in Maſſilienſium Republica quam omnium florētiſſimam Cicero iudicauit, centum aureorum dotes maximas, & quinque aureorum veſtes nubentium pretioſiſſimas fuiſſe legimus[9]. Veneti tamen lege de dotibus lata, mille ſexcentis aureis patriciæ dotē definierūt[1]: ne familiarum illuſtrium opes dotibus exhauriantur: ſi verò patricius plebeiam vxorem duceret, duobus quidem aureorum millibus dotem terminauerunt: ſed legem facilè antiquari patiuntur vt patriciorum quorundam egeſtati locupletiorum plebeiarum nuptiis & vtriuſque ordinis concordiæ conſuli poſſit. Illud tamen prudenter, quòd fœminas ab hæreditario iure, quoad eius fieri poteſt, extantibus maſculis ſummouere conſueuerunt. Nobis verò lata lex eſt Carolo[2] IX. rege, qua dotes omnium maximè decem libellarum millibus terminantur: pœna mille aureorum conſtituta qui fraudem legi feciſſet. ſed lex ipſa non antiquitate ſed nouitate ſua euanuit: tametſi nec Philippus Bellus Elizabethæ Anglorum regi nuptæ: nec Carolus V. filiabus regum maiorum dotem cōſtituiſſent. Quòd ſi quis putet auri & argenti ſummam quæ tunc erat in Europa inopiam legibus illis cauſam dediſſe, non quidem malè putabit: ſed ætate noſtra dotem filiarum Henrici II. regis Francorum conſtitutione quadringentis aureorum millibus definitam fuiſſe videmus: qua ratione cētum viginti dotes maiorum vni exæquantur. At lege diuina maximam dotem quinquaginta ſiclis, id eſt tredecim circiter aureis noſtris conſtitutam habemus: qua mulcta tenetur erga patrem is qui virginem ſeduxit, quam etiam domum ducere, ſi quidē pater puellæ aſſentiat, per legē cogebatur[3]. Quæ ratio facit vt facilè credā ea quæ ab Herodoto de Perſarum moribus prodita ſunt: ſcilicet curatores connubiorum curādorum formoſiſſimas ac venuſtiſſimas quaſq; puellas plures licitātibus addixiſſe: & coactis pecuniis ex formoſiorū licitatione dotes deformibus conſtituiſſe, interpoſita cautione Prætoria ab iis qui deformes ducerent, ſe nunquam vxores repudiaturos niſi dote reſtituta. qua ratione & nuptiis puellarum, & fœminarum pudicitiæ, & honeſtati publicæ, & maritorum dignitati proſpiciebatur: cuius rei ſummam legiſlatoribus curā eſſe oportere Plato iudicabat: & quidē perſapienter. Quamobrem Andium æquè ac Cænomanorum moribus, nobiliū ac patriciorum filiæ partem hæreditatis, quæ maſculis extantibus perquam exigua eſt, iure dominij conſequuntur: quam maſculi, excepto primogenito, non niſi vſu ac fructu poſſident, ne ſcilicet puellæ innuptæ desererentur. Iniqua tamen lex bonis omnibus ſæpe viſa eſt prædia beneficiaria primogenito cedere pręter trientem quem cæteris liberis ad fruendum tantùm Andes ac Cænomani permittunt, ita vt nihil eo nomine hæredibus relinquatur: multò minùs etiam Ambianis: cuius rei graues ſæpe nobilium querelæ extiterunt, & parricidia ſæpius contigeſſent, (quæ tamen nimis multa fuerūt) niſi

8 In lib. de remedijs fortuit.

9 Strabo. lib. 4.

1 In ſtatutis Venetorum.

2 anno 1563.

3 Deut. 22.

niſi iam pridem Vindocinenſes, Andium Municipium vetus, ab iis moribus diſcedentes, cæteros quoque primogenitos conuentionibus & pactis ad eam æquitatem impuliſſent, vt triens iure dominij ac nexu poſſideatur: quod non ita pridem Ambianorum abrogato veteri more obtinuit. Ac tametſi Godefridi[4] Britanniæ comitis, vniuerſam hæreditatem nobiles primogeniti cernerent, ea lege vt fratribus ac ſororibus dotes & alimenta præberent: nihilominus tamen Artus qui primus Britannorum Ducis dignitatem adeptus eſt, primogenitos nobiles totam hæreditatem iure dominij habere, cæteros triente vti frui permiſit: vt non ita pridem decreto Curiæ Rhotomagenſium idem Caucis permiſſum eſt[5]. Atque hæc de ciuibus ac ſubditis: nihil de peregrinis, quos à prædiorum B dominio, niſi iura ciuitatis beneficio adipiſcātur, prohibere oportet. Arcendi ſunt etiam graſſatores ac fures, qui Ægyptiorum ſpecie ac nomine impunè vbique prædantur: quos contra lex Aurelia magiſtratus armari iubet. quæ peſtis quòd in Hiſpania quoque latiſſimè graſſaretur, edicto Ferdinandi[6] regis coerceri cœpit. Falsò quidem ſe Ægyptios appellant, cùm moribus ac lingua Ægyptiorū diſſimilimi ſemper fuerint: nec probabile ſit ex vberrima fertiliſſimáque regione ad extremas Hiſpaniæ infertilis oras emenſo mari Mediterraneo aduectos: ſed illa ſortilegarum colluuies ex Alpium & Pyrenęorum præruptis ſaxis & latebris appetente æſtate quaſi fucorum examina in regiones vberiores erumpunt. Nihil C eſt autem in Republica tam pernicioſum, quàm otioſorum ac tenuium hominum huc illuc errantium multitudo: qui & priuatorum bona diripiunt, & in euerſione Reipublicæ ſpem omnem fortunarum ſuarum poſuerunt. Hanc peſtem Amaſis Ægyptiorum ab Ægypto longiſſimè repulit: cùm lege lata ſanctiſſimè cauiſſet, vt otioſi homines qui nihil haberent quod ſuum dicere poſſent, capitali ſupplicio quaſi prædones afficerentur. Hic non diſputo, (quod ſuo loco dicendum erit,) prædia beneficiaria diſtrahi, an verò nobilitati perpetuo relinqui debeant. Differamus etiā illud an bona damnatorū vtilius ſit proximis quàm fiſco vindicari.

4 anno 1185.

5 Terrerius in cōſuet. Norman. arreſto 1521. Ianuar. 24.

6 anno. 1492.

*Que los Ægyptianos cō ſeñores ſalgan del Reyno dentrō ſeſſanta dias.*

*Præſtat-ne bona proſcriptorum propinquis quàm Reipublicæ adiudicari?*

D

## CAPVT III.

HÆc quæſtio pendet à ſuperiore: cùm earum rerum quæ ciues ad inopiam extremam deducūt, nō minima ſit proſcriptio damnatorum: quę eò maior futura eſt, quò plures fuerint quibus[1] legitimarum hæreditatum ſpes aliena culpa præciditur, niſi aliunde bona ſint obuentura. Iniquum autem videtur parentum culpam in liberos deriuari[2]. Nec in eo tantùm leges diuinæ ac naturales violantur: ſed etiam egeſtate deſperati homines ad furta, latrocinia, cædes impelli videntur: atque ij potiſſimùm quos ad otium & inertiam affluentia rerum omnium educarat. Neque enim ſperandum eſt vt in deliciis ac voluptatibus educati homines ſellularias artes & opificia condiſcant: nec ſi poſſint velint. ad hæc etiam accedit ſceleris alieni contumelia, infamiáque genti ac poſteritati publico iudicio illata: quæ illos ad

1 l. cū ratio de bō nis damnator.

2 Deut. 14. Ezechiel. cap. 18. Hieremiæ. 32. & 4. Reg. 14.

latronum cætus, ac conſceleratorum hominum ſocietates quærendas, & ad piraticam exercendam inuitat. quo fit vt ab vnius proſcriptione prædonum ac ſiccariorum multitudo exiſtat: pœna verò quæ & improborum numerum minuere, & bonis ciuibus ſecuritatem afferre debuiſſet, diſſimilimos exitus habitura ſit. Hæc argumenta quæ exemplorum varietate augeri poſſunt, non modò probabilia, ſed etiam ad aſſentiendum neceſſaria, Iuſtiniano Imperatori occaſionem præbuiſſe videntur ferendæ legis[3] qua damnatorum bona fiſco ademit, vt legitimis hæredibus relinquerentur: quam vt legi diuinæ conſentaneam ſumma conſentione plerique populi, excepta perduellionis cauſa, comprobarunt. Qui tamen aliter ſentiunt, legem hanc quaſi nouam & ab antiquorum ſententia penitus alienam repudiāt. B Veteres enim legumlatores bona damnatorum quæri fiſco voluerunt: ſiue de peculatu ac repetundis agatur: vt ſcilicet erepta Reipublicæ reſtituantur: ſiue pœna ſit pecuniaria ob ſcelus contractum: quia Reipublicæ ſatisfieri aliter non poſſe videtur: ſiue ad improborum hominum terrorem, qui vt liberos opibus & copiis augeant, in omnia ſcelera præcipites feruntur, nihil aut parum admodum de vita ſoliciti: quippe omnium miſeriarum extremum ſolatium ac requietem in corporis & animi interitu conſiſtere putant. Quid in re perſpicua exemplis opus eſt? Caſſius Licinius repetundarum reus, vt vidit M. Tullium Prætorem quæſtionis prætextam induere damnationis ſententiam laturum, miſit ad eum qui diceret ſe in reatu periiſſe: ac ſpectan- C tibus iudicibus ſudario faucibus eliſis ſpiritum præcluſit: vt liberos furtis ac rapinis ditaret. Hîc, inquit Valerius, Cicero conſtitit, quòd qui in reatu periiſſet, integro ſtatu[4] interiiſſe videretur. Erat quidē in rei poteſtate liberum exilium, etiamſi damnatus eſſet, optare per legem Sempronia: cùm ne ciuem quidem verberare per legem Portiam[5] liceret: ſed metuebat illud ne liberos inopes à pecunia relinqueret. Ac tametſi Cicero ſcribit ad Atticum ſe Licinium damnaſſe, idque Plutarchus confirmare videtur, ſic tamen interpretor damnatum appellare qui ſibi metu iudicij necem intuliſſet. nondum enim latæ leges erant aduerſus eos qui ante ſententiam mortem ſibi conſciuiſſent[6]. Ac multò pòſt ij qui ex animi dolore, aut ſceleratæ vitæ conſcientia, aut pœnarum acerbiorum me- D tu ſibi manus attuliſſent, ſepultura fruebantur: quinetiam eorum teſtamenta rata erant[7] crudeliſſimi Tiberij principatu: quo tempore Tacitus ſcribit pretium illud fuiſſe feſtinandi, ac mortis præoccupandæ. Ex quibus planum fit liberorū opes pleriſque parentibus vita ipſa fuiſſe chariores: nec vlla re improbos ab iniurioſa facinoroſáque vita magis prohiberi, quàm proſcriptionis metu quæ liberos ad egeſtatem perducat. Nam malè meritus, inquit Triphoninus[8], publicè vt aliis exemplo ſit ad deterrenda maleficia, egeſtate laborare debet. Nec diuina lex in eo violatur: nec filius parentis culpa obligatur. alia ſunt enim parentum alia filiorum bona. nec vlla eius hæreditas videtur, cui omnia bona adhuc viuo ac ſpiranti iure adempta fuerunt. Ac ſi quis metuit vt inopia liberos ad deſperationem & ſcelerum immanitatem perducat: multò magis metue-

3 Authent. bona damnator. de bonis damnator. C.

*Nullum tantū ſcelus eſt quod liberorū ditandorū cauſa improbis leue non iudicetur.*

4 l. vlt. ad l. Iul. maieſt. ff.

5 Cicero pro Rabirio perdu.

6 l. 2. de iis qui ante ſent. ff.

7 Paul. lib. 5. ſentent. & Tacitus lib. 5.

8 l. bona fides. depoſiti.

metuere debet vt ſcelerati liberi parentum opibus ac fortunis malè partis ad Reipublicæ & bonorum perniciem abutantur: vel ob id ipſum vt parentum necem & infamiam vlciſcantur. Quamobrem iis legibus quę de maieſtate latæ ſunt, cùm noua lege de bonis damnatorum etiam derogatum eſſet, perduellionis excepta cauſa eſt, & maſculis[9] liberis adempta bona vt vltionis poteſtas eis eripiatur: imbelli verò ſexui, id eſt fœminis Falcidia in bonis maternis relicta. Illud verò perniciſious futurum eſt, quòd ſublata proſcriptione bonorum, ſublatis delatorum & accuſatorum præmiis, flagitiorum omnium impunitas conſequetur. Quibus rationibus efficitur, tum proſcriptiones, tum etiam prę mia delatoribus neceſſaria eſſe. Vt igitur aliquid ex his inter ſe repugnantibus argumentis cōcludamus, primùm Reipublicæ ſatisfieri oportet, ſi damnati bona detrimenro ciuitatis coacta ſunt: deinde præmia delatorum legibus conſtituta, litiúmque neceſſarias expenſas detrahi oportet: alioqui vix vlla ſcelerum vltio futura eſt. Quanquam ea principum cura potiſſima eſſe debet, ne improbi ab inopia peccatorum pœnas effugiant: ſic tamen viuitur, vt nulla vſquam iniuriarum vindicta ſublatis accuſatorum præmiis ſperari poſſit. Sed in eo genere mediocritatem illam probarem, vt gentilia quidem & paterna prædia damnatorum hæredibus relinquantur: emptæ verò poſſeſſiones ac pecunia omnis cogatur in fiſcum: tum vt litium expenſis, tum etiam vt delatorum præmiis quodammodo ſatisfiat: cætera publicis vtilitatibus & ærario cedant. Qua quidem re & liberorū egeſtati, & ſcelerum impunitati, & calumniis improborum, & tyrannorum auaritiæ occurri poſſit. Neque enim æquum videtur vt gentilia prędia, quæ ex maxima parte diſtrahere prohibemur, ſecuta condemnatione fiſco quærantur. occurretur etiam multitudinis inopiæ quam antiqui legumlatores tantopere metuunt. Prædia verò damnatorum pecuniis ac ſudoribus quæſita non principibus cedere, aut collegiis eccleſiaſticis relinqui, ſed publicè vendi, ac pecuniam in ærarium publicum cogi oportere propterea iudico, ne omnia tandem omnium prædia principis aut eccleſiæ propria ſint. Delatoribus item ſatisfieri oportet, non propoſitis damnatorum prædiis ſed pecuniis tantùm, ne prædiorum quærendorum propoſita ſpe ad calūniandum impellantur. Quòd ſi delatoribus præmia eripiantur, vix eſt vt vlla peccatorum vltio ſequatur. Et quemadmodum venator canibus viliſſima quæ ferarum membra obiicere ſolet, vt talibus illecebris deinceps ad prædam alacres efficiantur: ita legiſlatorem domeſticos leones ac lupos accuratè venari, & canibus ciuitatis, (ſic enim Demoſthenes Oratorū genus appellabat,) præmia quędam proponere neceſſe eſt[1]. Cùm enim præpotēti Deo nihil gratius, aut Reipublicæ vtilius ſit quàm ab improbis pœnas exigere, modis omnibus enitendum eſt, vt eò perueniri poſſit. Difficilis illa quidem bonorum diſcutio videri poſſit, nec facile fuerit pleriſque principibus id perſuadere: ſed qui Rempublicam ſaluam & honeſtam eſſe volet, omnes autem id uelle debemus ſuæque dignitatis curam gerere, ſemper publica commoda priuatis anteponet. Nam ſi prædia publica ampliſſima ſunt, nihil

9 l. quiſquis ad l. Iul. C.

*Neceſſaria delatorum præmia.*

1 Plutar. in Lucullo.

prædiis priuatorum opus eſt: ſi nulla ſunt, non eſt æquum priuatorum bonis ac proſcriptionibus Rempublicam locupletari: ne calumniatoribus ac tyrãnis aditus ad innocentium bona diripienda, & ad ſanguinem exhauriendum aperiatur. Platonis etiam ratio ſuccurrit, qui in libris de legibus cap. DXXVIII. auita prædia diſtrahi prohibuit, aut ærario inferri, ne æquatio bonorum quam ſibi cogitatione finxerat, de ciuitate tolleretur. Nam tyrannidis crudeliſſimæ comes eſt extrema proſcriptio: hanc verò proximè ſequuntur bonorum ac locupletiorum ciuium cædes & ſupplicia. quarum rerum cùm exempla vbique abundant, tum nulla grauiora quàm principatu Tiberij, qui vicies millies ſeſtertium moriens reliquit: quæ immanis pecunia ferè ex proſcriptionibus coacta fuerat cu B ius exempla ſecuti nepotes, Caligula, inquam, & Nero, Rempublicam totam ciuium ſanguine turpiſſimè fœdarunt. Certè quidem nulla Neroni præceptoris necandi occaſio fuit niſi vt bonis occiſi frueretur. Nec talibus tyrannis calumniatores vnquam defuturi ſunt, quorum ſcilicet opibus ac potentia nitũtur. Hinc illud Plinij iunioris, Vidimus, inquit[a], delatorum iudicium quaſi graſſatorum: non ſolitudinem illi, ſed templum, ſed forum inſederant. nulla teſtamẽta ſecura, nullus ſtatus certus, non orbitas, non liberi proderant. Quamobrem prudenter noſtris legibus, procuratores fiſci delatorum nomina prodere coguntur, ſi reus calumnia circunuẽtus fuiſſe iudicetur. quod legibus Hiſpanorum ante accuſationem neceſſe eſt. Quum verò proſcriptiones bonorum omni ciuitatum generi pernicioſæ ſunt, tum verò maximè in vnius dominatu, ex C quo tyrannis faciliùs quàm in cæteris exiſtit. Quòd ſi quis putet nihil ab optimo principe metuendum vt ſuorum exitio ditari cupiat: ego ſic ſtatuo, nulla re ex bono principe tyrannum faciliùs quenquam fieri quàm propoſita proſcriptione damnatorum, eóque magis ſi tenues ſunt principis opes ac fortunæ. Quibus enim principibus nulla diripiendi cauſa eſt, propoſita bonorum adipiſcendorum ſpe, nec occaſio, nec crimen, nec calumniator, nec improbus iudex vnquam deerit: ac ſæpe principum vxores, dum alienis opibus ac prædiis inhiant, maritos ad cædes & ad proſcriptiones impellunt. Cùm enim Acabus rex Samariæ, nec prece nec pretio prædia Naboti extorquere potuiſſet, Iſabella D vxor teſtes ſubornauit qui hominem capitali fraude circunuenirent, ac læſæ maieſtatis quæſtionem intentarent. Sic Fauſtina ſæpius ab Aurelio Imperatore petiit, vt Auidij Caſſij liberos necari iuberet, eorúmque bona diriperet. ægre ferebat optimum Imperatorẽ Caſſij perduellionis damnati bona liberos poſſidere iuſſiſſe: quod nõ modò Romani, ſed etiam Perſarũ Reges facere cõſueuerant[a]: vt Poloni quoque nõ modò proſcriptiones nullas probãt, ſed ne perduellionis quidẽ damnatorũ bona fiſco adiudicant. Quæ verò ſemel fiſco quæſita ſunt, vix vnquã eripiuntur: ſiue iuſta fuerit, ſiue iniuſta cõdẽnatio, quod eò magis metuẽdũ eſt in criminibus læſæ maieſtatis, in quibus dãnatorũ bona ſummo tãtùm principi, non itẽ[3] aliis quibus fiſcalia iura tributa ſunt, quærũtur: nec ſatis eſt ſummũ eſſe principẽ, ſed eũ cuius maieſtas deminuta ſit: cæteri bona dãnatorum

a In Panegyrico.

a Herodot. lib. 3.

3 Specul. tit. de fraudis. verſ. 40. DD. in l. vlt. ad l. Iul. maieſt. Barto. in extrauaganti ad reprimẽdam.

rum ſuæditionis finibus comprehenſa,in fiſcum ex aliis criminibus cogere poſſunt, ex cauſa maieſtatis non poſſunt[4]. Ac tametſi quamplurimos habuit Gallia principes integritate, fide ac iuſtitia clariſſimos, & quidem plures,vt opinor,quàm vlli populi: nulla re tamen regales opes maius incrementum quàm publicis proſcriptionibus acceperunt. Quis D.Ludouico pietate ac iuſtitia comparandus? hic tamen Petri Druidarũ comitis agros ac prædia fiduciaria iudicio publico proſcripſit[5]. Theobaldus verò Campaniæ comes iudicio maieſtatis poſtulatus, ne damnaretur,Bræorum,Fortionum, & Monſtrolẽſium agros latè patentes eiuſdem regis ditioni[6] conceſsit:vt Raymundus Toloſatium comes vniuer-
B ſam Septimaniam, & agrum Toloſatem Alphonſo D. Ludouici fratri dotis nomine quam ei deſponderat, ea lege donauit, vt Alphonſo ſine liberis moriente in regis poteſtatem venirent: quod metu magis quàm ſponte feciſſe dicitur,vt bella ciuilia quibus premebatur,religionis ſpecie exitum aliquem reperirent. Aquitaniam verò totam, Andes,Cænomanos,Turones, Aruernos proſcriptionibus in Philippi Auguſti poteſtatem veniſſe cõſtat[7]: vt Alenconius ac Perticenſis ager,Carolo VII.rege[8]. quid commemorem Petragorios, [1]Ponticos,[2] Marchianos[3], Angoliſmæos,Salutiarum[4] denique comitatum,& omnes Caroli Burbonij fortunas[5]? omnia hæc proſcriptionibus fiſco quæſita videmus. ſi vero ſingulos perſequar,infinitus ſim.nulli tamẽ ex iis iniuſtè damnati memorã-
C tur.Crudelior Scotorum lex de maieſtate,qua dãnatorũ bona ſummotis non modò vxore ac liberis,ſed etiã debitoribus,ſolida fiſco adiudicãtur. Hîc occurri poteſt ne priuatorũ agri publici fiãt, lege Philippi Belli ſanctiſsimè cautũ fuiſſe[6],quæ prædia publicis iudiciis ad regẽ peruenerint, ſi alterius domini fiducia teneãtur,diſtrahi oportere: cætera verò priuſquã agris dominicis penitus cõiungãtur,à principe bene de Repu.meritis donari poſſe[7].At ne principi quidẽ per leges huius Imperij,réſq.iudicatas licere gẽtilia prædia oblato emptorib.pretio recuperare[8]:ne priuatorũ omnium agros iſta ratione princeps emptionib.ſuos efficere poſſit. Hæc quidem propoſitis incõmodis cõmodiora duco, quàm quod lege Cornelia cauebatur[9], vt ſcilicet proſcriptorũ ciuium agri publici fierẽt.
D Sed ferè fit in vnius dominatu vt canes aulici bonorum ac fortium ciuium præmia ferant,& quidem ſumma gratia non virtute ſed flore ætatis aut turpiſsimis obſequiis collecta. Quis non meminit (quamquam meminiſſe doleo) innocentium ciuium priuſquam damnarentur, imò priùs quàm accuſarentur,ſanguinem pretio ſpecie religionis effuſum vt aulicæ hirudines ſaginarentur? Quamobrem nullum calumniarum, nullum crudelitatum ac proſcriptionum finem video futurum, niſi ea qua dixi ratione, vt ſcilicet paterna auitáque prædia damnatorum propinquis fruenda relinquantur: cætera diſtrahantur: ex pecunia verò coacta debitoribus primùm, deinde delatorum præmiis ſatisfiat:cætera fiſcus vindicet,publicis operibus ac ſacris ædibus parte arbitrio iudicum relicta:ea lege vt quę accuſatoribus aut collegiis adiudicata fuerint,non in prædiis ſed in pecuniæ ſumma decernantur. Romanos quidem vete-

4 Paul. in l.cum ratio §.ſi libertinũ de bonis damnatorũ. Bonifacius 8.in cap.fœlicis de pœnis l.ſi necẽ.§. ſi deportatus de bonis libertorum.
5 anno 1230.apud Ancenas.
6 anno 1234.
7 anno 1202.
8 anno 1458.
1 anno 1395.
2 anno 1370.
3 anno 1302.
4 anno 1535.
5 anno 1527.
6 anno 1304.
7 Sæpe iudicatũ in Curia Pariorũ.
8 iudicatum anno 1533.Maij 15.in Curia Pariſ.
9 Cicero in Rullum.Saluſtiuis in Catil.

res ſacris faciendis mulctas deſignaſſe planum eſt apud Dionyſium Halycarnaſſæum: inde Sacramenta[1] dicta fuiſſe, ac propterea Titus Romylius populi Romani beneficium, qui mulctæ veniam dederat, ea de cauſa repudiauit, cùm diceret ea quæ diis immortalibus conſecrata ſemel fuiſſent, reſecari non debere. At lege[2] diuina non aliter mulcta damnatorum ſacris adiudicari poterat quàm ſi is cui deberetur, abeſſet. Apud Athenienſes verò decima bonorum quæ damnatis ablata fuerant, ſacrificiis adiudicari ſolebat: vt videre eſt in eo Senatuſconſulto quod factum eſt Archonte Philoſtrato aduerſus Archiptolemum, Onomachum & Antiphõtem perduellionis damnatos: in extremo hæc verba ſubiiciuntur: ARCHIPTOLEMVS & Antiphon vndecim viris capitalibus ad extremum ſupplicium traditi: bona eorum publicata: decima Mineruæ data: domus eorum ſolo æquatæ. cùm verò religio aduerſus deorum numina refrixiſſet, omnia fiſco vindicari cœperunt[3]. fuit tamen in iudicum arbitrio ac poteſtate mulctarũ partem operis publicis, aut ſacris faciendis, aut tenuium egeſtati largiri: eóque iure vti ſolemus. Quæ verò de bonis auitis ac paternis diximus, præcipuè locum habere debent in prædiis fiduciariis ſeu militiis ex caſu. Id quidem noſtris moribus locum habet in feudo commiſſo propter perfidiam clientis qui patronum eiurauit: nam mortuo cliente propinquis feuda commiſſa reſtituuntur[4]. Germanorũ verò legibus militiæ ex caſu ac prædia beneficiaria damnato poſſeſſore fiſco non cedunt, ſed ad propinquos ipſo iure redeunt. Quò fit vt raro calumniatoribus ad innocentium hominum accuſationes locus eſſe poſſit, ſi modo rei nihil habeant in bonis præter militias ex caſu. Et quoniam eò nos oratio deduxit, conſequens eſt vt etiam de præmiis ac pœnis diſſeramus.

1 Feſtus in verbo Sacramentum.

2 Num. 5.

3 l. vlt. de modo mulc. C.

4 Iudicatum in Curia Pariſiorũ aduerſus Mareſchallum à ſancto Andræa. ac pro D. de Partenay anno 1556.

B C

## *De præmiis ac pœnis in Repub. decernendis.* CAPVT IIII.

LOCVS hic poſtulat, vt præmiorum ac pœnarum vim breuiter complectamur. quo de genere ſi quis omnia ſcriptione concludere velit, oratio initium quidem ſed exitum vix habitura ſit. nec minùs peccaretur ſi locum hunc, quo vix vllus in tota de Republica diſputatione feracior aut vtilior eſt, obliuione ac reticentia præteriri patiamur: cùm Res omnes publicæ duobus his fundamẽtis, præmio, inquam, ac pœna ſtare ac omnino niti videantur: ſi videlicet propoſitis bonorum ac malorum finibus ſupplicia peccatis, præmia rectè factis decernantur. Nec verò grauiores ciuitatum motus, frequentiores Rerumpublicarum interitus cõtigerũt, quàm & cùm impunè ſceleratis peccare licuit, & bonorũ ac fortiũ virorũ præmia nulla fuerunt. De pœnis igitur nos quidem parcè ac tenuiter: quoniam quæ quibus peccatis ſupplicia debeantur, pleni ſunt iuriſconſultorum libri, plenæ forenſes literæ: de præmiis verò qui ſcripſerit video fuiſſe neminem: quod propterea contigiſſe puto, quia bonorum magna raritas eſt, improborum verò innumerabilis multitudo: vel quia ciuitatibus vtilius eſt

*Duo Rerum omnium publicarum fundamenta.*

D

impro-

improbos pœnarum metu prohiberi, quàm bonos præmiis ad virtutem inuitari: cùm bonis ac ſapientibus viris ipſa virtus magnum per ſeſe præmium eſſe videatur: vel quòd principes præmiorum largitionem ſibi depopoſcerunt, vt ſubditorum gratiam modis omnibus colligerent: magiſtratibus verò ac iudicibus dederunt id quod erat ingratiſſimum, pœnarum ſcilicet irrogationem: ne ſuppliciorum acerbitate ab ipſis regibus illata quicquam de ſubditorum erga principes amore ac beneuolentia detraheretur. Altiùs enim iniuriæ, quàm merita deſcendunt, vt acutè Seneca ſcribit in libro primo de beneficiis. Omnia igitur præmia vel ad decus, vel ad vtilitatem, vel ad vtrunque comparantur: alioqui præmium

B eſſe deſinit: ſi verborum ſubtilitatem non popularem dicendi morem ſequamur: quem tamen ſequi neceſſe eſt, quoniam in media Republica verſamur, non in ſchola Stoicorum vel Academicorum, qui nihil vtile eſſe putant quod non ſit honeſtum: nec honeſtum, quod idem non ſit cũ vtilitate coniunctum. quæ per ſe ipſa quidem præclarè ac verè dicuntur: nunquam enim debet vtilitas à dignitate ſeiungi: ſed quoniam popularibus hominum opinionibus legumlatores ac principes inſeruire coguntur, ea quæ natura coniuncta erant, honeſtas ſcilicet ac vtilitas, opinione communi diſtraxerunt. nam ex erroribus[1] & inani opinione iura iudiciáque ſæpiſſime conſtituuntur. Ergo præmia quò plus habent vtilitatis minùs honeſta dicemus: ſiquidem opibus ac pecuniis vtilitatem

C metimur: quæ autem omnino ad verum decus ſpectant, quò ſunt ab illa vtilitate remotiora eò ſplendidiora iudicari debẽt: dignitas enim vtilitate eleuatur. Honeſtiſſima pręmia verſantur in triũphis, in laudationib. in ſtatuis, in magiſtratibus, in Imperiis, quę propterea honores appellantur: quibus clarorum virorũ priuatæ opes ſæpius exhauriũtur: cætera plus vtilitatis quàm dignitatis habent; ſacerdotia, dona militaria, congiaria, vacationes à muneribus publicis, immunitates à vectigalibus, à tributis, à tutelis, iura ciuium, natalium reſtitutiones, iura liberorum, nũdinarum, nobilitatis, Equeſtris ordinis & patriciæ dignitatis. Alia quædam præmia vilia putantur, vtilia ſunt tamen: vt ſcribarum, viatorum, lictorum, actuariorum, & alia id genus munera. Quòd ſi munus nec vtile, nec ho-

D neſtum iudicatur, non præmium, ſed onus[2] appellari debet. Præmium item à beneficio differt diſtátque plurimùm: hoc enim immeritis, illud non niſi merentibus datur: hoc virtutem antecedit, illud ſequitur. priuilegium in vtranque partem accipitur: vt cùm Cicero, Priuilegium de ſuo capite latum eſſe ſcribit[3]. Eſt autem pro vario genere ciuitatum varia præmiorum ac beneficiorum diſtributio. In ſtatu populari præmia plus habent honoris quàm vtilitatis. plebs etenim quæ veræ laudis guſtum nullum habet, ſemper vtilitates & commoda conſectatur, honores verò & Imperia hominibus ambitioſis facilè tribuit. In monarchia verò princeps dona faciliùs quàm honores & Imperia largitur: ac potiſſimùm tyrãnus, cui nihil grauius eſt quàm ſubditos honoribus cumulari, vel quia metuit ne honorum illecebræ ciuibus affectandæ tyrannidis præbeant occaſionem: vel quia tyrannorũ mentes virtutis ſplendor ita pręſtringit,

1 l.2.de off. Prætor.l.3.de ſupellectile legata.

2 l.munus de verbo.ſignif.

*Præmium à beneficio quid differt.*

3 Pro domo ſuâ.

vt virum bonum non modò laudari non patiantur, ſed ne intueri quidem poſſint. at etiam Caligula honores immortali Deo debitos grauiter ferebat: tametſi trepidus ad Dei tonantis vocem antra ſubiret. Domitianus verò fracti animi tyrannus fortiſſimum quenque ac laudatiſſimum ciuem, alienæ virtutis ac laudis inuidia flagrantiſſimus necari iuſſit[4]. Interdum etiam pro meritis fortiſſimi viri principum iuſſu trucidantur, ſi tantis opibus & copiis florent vt ab illis metuendum ſit: vt Alexander magnus Parmenionem magiſtrum Equitum: Iuſtinianus Belliſſarium: Eduardus IIII. comitem Varuichium. Quàm inuidiæ ſuſpicionem vt effugerent Germani, omnia fortiter ac præclarè à ſe geſta, principibus ſuis tribuere non dubitabant, vt Tacitus ſcribit[5]. Quamobrē nullos triumphos Imperatoribus in monarchia decerni videmus: ſed laudationes regibus tribuuntur ab ipſis victoribus: ac duces exercituum victoriam adeptam regibus acceptam ferre conſueuerunt. Romani quidem triumphos Conſulibus ac Imperatoribus quorum auſpiciis pugnatum erat, decernere ſolebant, etiamſi prælio non affuiſſent: ſic enim Senatus decreuit Luctatio Conſuli triumphum eius victoriæ quam ſuo ductu Valerius Legatus abſente Luctatio pepererat. Et cùm Liuius Salinator vnà cum Claudio Nerone clariſſimam de Aſdrubale victoriam conſecutus vterque fuiſſet, Imperio ac poteſtate Conſulari, Liuio tamen triumphus decretus eſt, quia eo die quo faſces ac Imperium penes Liuium erāt, prælium commiſſum, & victoria Liuij auſpiciis parta diceretur. Quid igitur mirum ſi in vnius dominatu Imperatorum laudes ac victoriæ regibus tribuuntur? nam ſi aliter fieret, reges ipſi nulla pericula gloriæ adipiſcendæ cauſa adire recuſarent: ac Rempublicam in extremum diſcrimen ſæpiſſime adducerent. Quæ tamen vt declinaret Carolus v. exercitui rarò præeſſe ſolebat: aut ſi prælium conſerendum eſſet, periculo ſeſe ſubducebat: ac propterea ſapiens eſt appellatus: cùm parentis captiuitatem, & Imperij huius calamitates accepta clade Pictauienſi meminiſſet: clariſſimas tamen de omnibus hoſtibus victorias conſecutus eſt. Hoc igitur vno popularis ſtatus cæteris præſtare videtur, quòd in eo ſolo ſtatu belli ducibus honores ac triumphi decernuntur: vt mirum videri non debeat ſi in popularibus Imperiis plures bellicis laudibus quàm in reliquis ciuitatibus excelluerunt: quia virtus honore alitur ac ſuſtentatur. Qui autem in populo animi dotibus excellit, minimè dubium eſt quin adipiſcendæ laudis cupiditate flagrans vitam periculis omnibus obiecturus ſit. Honorum verò præmia quò maiora fuerint, eò virtus clarior, & fortium virorum multitudo maior futura eſt. Et quoniam nulli populi maiora laudis & gloriæ præmia propoſuerunt quàm Romani: neceſſe erat vt populos omnes illuſtrium virorum multitudine ſuperarent. Nam qui legionem hoſtium fugaſſet, aut triumphum poterat, aut magiſtratum optare alterutrum adepturus. Triumphus verò tanta magnificentia, tanto apparatu & cultu fiebat vt nihil ſplendidius cogitari poſſet. nam qui triumphabat, regalem ſpeciem & apparatum longè ſuperabat: quippe ſpolia de hoſtibus ordine longo relata deducebantur: deinde maiorum

[4] Tacit. in vita agric.

[5] In mōrib. German.

*Cur Imperia popularia cæteris clariora.*

*Triumphi deſcriptio.*

rum imagines lætitiam ſpirantes: pòſt etiam exercitus armorum ſplendore inſignis anteibat: tum Imperator triumphali curru purpurea veſte auro intexta & laurea corona illuſtris cum ingenti non modò admiratione, ſed etiam tubarum clangore ac plauſu vehebatur: hunc ſequebantur reges captiui ac hoſtium duces manibus poſt terga deuinctis: atque ita Capitolium Imperator ſacra facturus conſcendebat: poſtremò magiſtratuum & amicorum maxima multitudine comitatus domum reuehebatur. Hæc ſpecies[6] incredibili gloriæ cupiditate iuuentutem ad ſtudia virtutis ſua ſponte currentem magis ac magis inflammabat. Mortuis etiam tum viris tum fœminis laudationes, ludi gladiatorij, ac viſcerationes fieri ſolebant ſpectante populo Romano, vt omnium animi ad gloriam incitarentur. Matronis, inquit Liuius[7], honor aditus, vt earum ſicut virorum ſolennis laudatio eſſet. Scio pleriſque gloriæ cupiditatem inanem videri, à qua quidem virum bonum diſtrahi putant oportere. Ego verò Theophraſti ſentẽtiam magis probo, qui nihil in Republica maius aut magis expetẽdum ducit iis gloriæ ſtimulis quibus molles puerorum animi acriùs ad honeſta ſtudia virtutum incitantur. At etiam Thomas Aquinus principem veræ laudis cupiditate alendum eſſe putat: vt ad ea quæ honeſta ſunt feratur etiam inuitus: cuius rei argumentum nullum maius eſt quàm Romanorum, qui virtutibus ac rerum geſtarum magnitudine iis gloriæ illecebris populos omnes longè ſuperarunt. Honeſtum erat in Olympiis aurea corona donari qui curſu aut luctatione aduerſarium ſuperaſſet. Honeſtius Apud Athenienſes ſtatuam aut coronam auream mereri, publicis epulis ac impenſis ſuſtẽtari, in primis ordinibus aſſidere, ab Oratoribus in theatro laudari: quæ præmia non minùs, & certè plus vtilitatis habuere quàm dignitatis. At Romani ex omni genere coronarum quæ plurimæ fuerunt, nullam pretio maiore æſtimauerunt quàm gramineam: quam vni ex omnibus Romanis ciuibus Quinto Fabio maximo Dictatori decreuerunt, duorum verborum commendatione, ſcilicet PATRIAE SERVATORI. In quo quidem Romani illi veteres quæ eſſent veriſſima virtutis præmia penè ſoli tenuiſſe videntur: cùm iſta ratione non publici modò ærarij inopiæ, & priuatorum auaritiæ occurrerent, verum etiam ſolidæ virtutis vim in animos ciuium altiſſimè inciderent: At cùm plerique principes tributis ac vectigalibus ſubditos vrgeant, publicas ac priuatas opes exhauriant, vt aliquot canes aulicos, interdum etiam rarius tamen, de Republica bene meritos, pecuniarum largitionibus (quanquam virtus ipſa nullo pretio æſtimanda eſt) explere poſſint: Romani maxima præmia in tribuendis honoribus poſuerunt. Et quemadmodum virtutis præmia eò maiora ducebant, quò ab vtilitate & quæſtu longiùs abeſſent: ita nullum ſupplicium ignominia maius eſſe arbitrabantur. Quæſtus autem victoriarum ferè ad ærarium aut ad milites redibat. quinetiam miles Romanus quum ad Auarici obſidionem ſtrenuiſſimè ſe geſſiſſet, aureum torquem à Labieno Cæſaris Legato ſibi oblatum repudiauit, cùm diceret ſe virtutis nõ auaritiæ præmia laturum. Sed virtutem honores antecedere, non ſequi oportet: vt

6 Polyb. lib. 6.

7 lib. 6.

olim Pōtificum Romanorum memorabili decreto cautum eſt, cùm M. Marcellus, is qui victorias quadraginta nouem de hoſtibus reportauit, templum HONORI AC VIRTVTI dicare vellet, Pontifices interceſſerunt, cùm negarent vnam cellā ampliùs quā vni Deo rectè dedicari, quia ſi de cælo tacta eſſet, difficilis procuratio foret vtri Deo res diuina fieret: templum igitur pariete medio ſiç diuiſerunt vt nemini pateret ad templum Honoris aditus, niſi priùs patefacta Virtutis porta. Et quidē ex omnibus populis Romani penè ſoli veræ laudis guſtum habuiſſe videntur, cùm ſumma tenuitate ac egeſtate laboraretur. Nam Menenio Agrippæ, qui plebem cum patribus conciliarat, nihil morienti vnde funus curaretur, ſuperfuit: patriciis tamen cum plebe certamen erat ad eum funerandum, B ac meritis laudibus euehendum. Quid Cincinatus in bonis? quid Fabricius habuit? alter tamen ab aratro cùm victui neceſſaria vix haberet, ad Dictaturam tractus eſt: alter regnum à Pyrrho ſibi oblatum recuſauit: qua ætate, inquit Liuius, nulla virtutum feracior extitit vnquā: quia non niſi de virtute bene meritis vlla præmia dabantur. Cùm verò indignis honores tribuuntnr, gloria iacet ac ſordeſcit: vt cùm Flauius libertinus Ædilis Curulis nullo ſuo merito à plebe creatus eſſet, qui honos patriciis tā tùm aut ad ſummum nobilibus dari conſueuerat, vtrique & patricij & nobiles aureos annullos proiecerunt. Ac deinceps cùm Romana ciuitas aliarum opibus ac pecuniis redundare cœpiſſet, cùm diribitores ſuffragia plebi, & publici corruptores iudicia eriperent, Cato Vticenſis ſordidorum iudicum coronam ſpectante populo deſeruit, ac tabellas ſibi oblatas confregit, ne ipſe quoque pecunia corruptus videretur. Ita quondam C legibus cautum erat apud nos, ne cingulum aureum geſtaret quæ pudicitiam proſtituiſſet: cùm tamē pleriſque vſu veniret vt proſtrata pudicitia de cingulis aureis gloriarentur, matronæ probatæ virtutis aureo cingulo abſtinuerunt, vt poſtea prouerbio vſitatum fuerit aureo cingulo præſtare integram exiſtimationē. Nihil enim bono viro grauius eſt quā in adipiſcēdis honoribus improbis exæquari: quos tamē niſi officio coactus non petit: ſi petit, alienæ non ſuæ vtilitatis cauſa petit: nec ſi adeptus ſit, exultat: nec ſi repulſam tulerit, angitur animo, ſed placatè id & moderatè fert: aut ſi quando dolet, Reipublicę vicem dolet non ſuam. Prudenter D igitur Carolus VII. rex qui cùm Equeſtrem ordinem calamitoſiſſimis Reipublicæ temporibus cum indigniſſimis communicatū prece vel pretio fuiſſe, nec ſine graui contumelia extorqueri poſſe intelligeret: erat autem ordinis inſigne aurea ſtella pileo innexa, cohortes Præfecti vigilū auream ſtellam pileis conſuere iuſſit. quo edicto repente omnes Equites aureas ſtellas de pileis detraxerunt. Nec aliter Athenienſes, qui legem de oſtraciſmo qua qui virtute cęteris præſtarent ne ciuitatis dominatum ſpecie virtutis arriperent, ſalua dignitate ac fortunis relegari mos erat, abrogauerunt, cùm Hyperbolus turpitudine vitæ infamis oſtraciſmi damnatus eſſet[8]. Eſt igitur in omni genere ciuitatum turpiſſima ac pernicioſiſſima honorum ac præmiorum quæ virtuti debentur, mercatura. quanquam non minùs falluntur qui putant magiſtratus quos pretio mercati

8 Plutar. in Nicea.

mercati ſunt, honori ſibi futuros: quàm ſi aureis alis quas Euripides opinione ſibi finxit, volare ſe poſſe putent: cùm ex ea materia qua nihil grauius eſſe poteſt, id quod leuiſſimum eſſe oportuit, conflauerint. At honoris & gloriæ maieſtate de Republica ſublata, ciues in omne dedecus ac flagitiorum fœditatem perrumpere neceſſe eſt: quod minimè futurum eſt, ſi honores ac præmia harmonicis rationibus diſtribuantur: vt parta victoria Conſuli triumphus: Legatis Cõſulatus: Tribunis militum Præturæ: Cẽturionibus Tribunatus: Equitibus equi, torques: cæteris militibus ſpolia & vti quiſque præclarè ſe geſſerit dona decernantur. Item in magiſtratibus ac Imperiis tribuendis, patricio Conſulatus, plebeio
B Tribunatus detur. ſi tamen plebeij hominis tanta virtus eſt, vt cæteris omnibus facilè præſtet: ſummis honoribus perfrui oportet, vt lege Canuleia cautum eſt ad ſeditiones patriciorum ac plebeiorum componendas. Sed qui abiectiſſimum hominem & indigniſſimum Imperio Conſulari ſubornare aut magiſtrum Equitum dicere volet, dignitatum ordinem ac decus honorum penitus conturbarit. Maiores noſtri difficiliùs Equitem creabant, quàm his temporibus Imperatorem aut ducem exercitus. ac ne reges quidem liberi ac propinqui eum honorem facilè conſequebantur; vt in antiquitatibus noſtris Philippum III. legimus à D. Ludouico: item huius nepotem Philippum Bellum in principum corona ſolenni apparatu Equites eſſe creatos: nec ita pridem
C noſtra memoria Franciſcus maior rex Francorum parta de Heluetiis ad Marinianum victoria, Eques à duce Bayardo creatus eſt, ſed iam Equeſtris honos maioribus noſtris exoleuerat, ex quo Carolus VI. in obſidione Biturigum ampliùs quingentos momento creauit, qui ſublatis ſignis copias conſcripſerunt[9]. Militare quoque cingulum Imperatores Romani ad decus bene de Republica meritis impartiri, & quibuſdam contumelioſè adimere conſueuerant: vt Iulianus Imperator, is qui transfuga vſurpatur, Iouiniano qui pòſt Imperator factus eſt, ac cæteris ducibus & militibus chriſtianis cingulum ademptit. Secuta eſt patricia dignitas, quæ initio non niſi principibus & Imperatorum fœderatis communicari ſolebat: cuius rei argumento eſt quod Anaſtaſius Im-
D perator Clodoueum regem Francorum Patricium creauit, & eius dignitatis inſignia cùm Turonibus[1] ageret, miſiſſe dicitur. ſed ea dignitas indignis quoque tributa ſordeſcere & contemni cœpit. Quo fit vt principes identidem nouos honores, nouas dignitates, noua præmia excogitare neceſſe habeant. Nam Eduardus III. Equeſtrem ordinem D. Georgij primus inſtituit. Eius exemplo Ioannes Francorum[2] rex ordinem quoque Equitũ aurea ſtella inſignium creauit. Secutus eſt Philippus II. Burgundionũ Dux[3] qui ordinis Equeſtris, quem aureo vellere ſubornauit, leges accuratiſſimè ſanciuit: quas Ludouicus[4] XI. quadrageſimo pòſt anno imitatus eſt: eúmque ordinem D. Michaeli nuncupauit. Duces item Allobrogum ſuum ſibi ordinem finxerunt. Sed aurei velleris prima lex eſt, vt in eum ordinem nemo cooptari poſſit, niſi genere nobilis, & ſine vlla infamiæ labe vixerit. ſecunda lex eſt, ne alterius ordinem

*Honor in contumeliam abire ſolet cùm indignis tribuitur.*

9 Monſtrelet.

1 Gregorius epiſcopus Turonenſis.

*Ordo Equeſtris Anglorum.*
2 anno 1351.
3 anno 1429.
4 anno 1469.

optet ſine venia eius qui ſit princeps aurei velleris. ſeptima lex vetat Equitum contentiones in quibus exiſtimatio verſatur, alibi diſceptari quàm in collegio Equeſtri. iudiciis autẽ collegatum conſtituendis Cancellarium, Quæſtorem, ſcribam, Patrem patratum, fecialem ac cæteros collegij adminiſtros creauit: collegio iuriſdictionem ac imperium merum extra prouocationem dedit. Ludouicus XI. rex aliquandiu educatus in aula Philippi Ducis Burgundionum, eius ordinis leges deſcribi curauit, vt iiſdem legibus paucis quibuſdam immutatis, ſui ordinis dignitatem tueretur. Illud etiam trigeſimo ſeptimo capite legis ſubrogauit, vt quo die collegium cogetur, quæſtio de ſingulorum Equitum vita, moribus, & exiſtimatione bona fide habeatur: vtque liberiùs & commodiùs B id fiat, placuit vnumquenque ſingulatim diſcedere, tum redire vt Cancellarij cenſuram ac ſententiam audiant: quo capite principem ordinis, ſcilicet regem Francorum, iiſdem quæſtionibus, iiſdem iudiciis, iiſdem pœnis, eadem cenſura qua cæteros collegas teneri placuit, ſi quid contra decus ac dignitatem Equeſtris ordinis feciſſet. capite octauo & quadrageſimo cautum eſt vt ſingulorum collegarum occaſum aliorum cooptatio pro collegio ſequatur: nec princeps ipſe ſuffragia plura duobus ferat: ſic tamen vt iurati collegæ cum ipſo principe digniſſimum quenque in collegium ſine fraude & procul ab omni odio, inuidia, gratia, generis propinquitate ſe cooptaturos ſpondeant ac promittant. Extremo capite cauetur ne legibus ordinis ab rege, poſteríſve ſuis, collegióve C vniuerſo derogari poſſit. Hîc dicat aliquis iniquum videri quod poſtremo capite cauetur, ne ſcilicet numerus Equitum augeatur: quia bene de virtute meritis ampliſſimi ordinis aditus ac ſpes eius honoris adipiſcendi præciſa videatur. Nec enim plures vno ac triginaa ordo velleris in collegium admittit: Francorum ordo ſex ſupra triginta: Anglorum verò quadraginta capit. Sic tamen ſtatuo nullam ex omnibus legibus magis neceſſariam fuiſſe: vt ea incommoda quæ propter inconditam Stellati ordinis multitudinem irrepſerant, eius legis præſidio declinarentur. nam quò pauciores cooptati fuerint, eò ardentiùs tãtum honorem adipiſci cupient: vt in publicis certaminibus præmia quò ſunt pauciora eò auidiùs appetuntur. quanquam reges ac ſummi principes eo numero D Equitum non ſunt comprehenſi: quia collegij legibus obligari, ac iura maieſtatis ſimul tueri non poſſunt. Sed vt numerus collegarum exiguus videatur, prima tamen Equitum Francorum creatio quatuordecim tantùm capiebat: nec rege Franciſco maiore plures fuiſſe legimus. dignitas autem ipſa multitudine plurimùm eleuatur. Quamobrẽ plerique cùm indignè ferrent Equeſtrem hunc ordinem abiectiſſimis ac ſordidiſſimis hominibus, ac tantæ multitudini à rege Carolo IX. communicatum, vt ſexcenti circiter non ita pridem cenſerentur, nouas comitum ac marchionum dignitates à principe obtinuerunt. Sed repente comitum numerus adeò excreuit, vt rex idem Carolus ad coercendã ambitioſorum hominum cupiditatem edixerit, vt in poſterum ducibus, comitibus, marchionibus ſine maſcula legitimáque prole mortuis, prædia benefi-

*Præcipuæ leges ordinis Francorum.*

ciaria

ciaria fiſco vindicarētur: ſed cùm edicto princeps importunis rogationibus derogare ſæpius cogatur, Curia Pariſiorum reſcripta reiicere cōſueuit. Prudentis autem principis eſt honores ac præmia modicè aut etiam intra modum, nec niſi de virtute déque Republica bene meritis largiri. Illud ampliùs neceſſe eſt, quò præmia ſint gratioſiora ab eo tantùm qui iura maieſtatis habet concedi priuatis: qui honores ac dona principis & libētius accipiūt, & fructus ſentiūt vberiores cùm intelligūt ſua erga Rēpublicā merita ab ipſo principe iuſtis ponderibus exigi: principem ſibi gratulari, vt meliora & ampliora ſperare non dubitent: beneuolentiáque & obſequio maiore principem complectātur. Sed priùs neceſſe eſt principem canes aulicos, quique principis auctoritate & gratia impudentiſ-

B ſimè abutuntur, domo quamlongiſſimè prohibere aut fumo necare, imitantem Alexandrum Seuerum, qui quem deprehendit principis beneficia ac præmia quæ in merentes caſura intellexerat, quaſi à principe in ſui vnius gratiam conceſſa fuiſſent, promittentem, ac magnam pecuniarum vim eo nomine à pleriſque extorquentem, publicè alligatum fumo necari iuſſit, voce præconis præeunte, SIC FVMO pereat qui fumum vendidit. nihil enim principibus beneficiorum ac præmiorum ſuorum gratia charius eſſe debet: quam ſi domeſticorum fraudibus ſibi extorqueri patiantur, verendum eſt vt Imperium tandem aut certè Imperij fructum omnem amittant. Nam cùm Abſalo Dauide diſſimulante, ho-

C nores, imperia, curationes, beneficia denique ac præmia ſubditis largiretur, capitali fraude ſceptra de manibus, coronam de capite regis decuſſit: hunc enim ſubditorum animos ac volūtates Dauidi parenti optimo ſuffuratum eſſe ſacræ literæ teſtantur. Cùm item Galba Imperator beneficium Othonis rogatione priuato conceſſiſſet, Otho decem aureorum [5] millia extorſit, quæ Prætorianis militibus diuiſa Imperium ſibi pepererunt: paulò pòſt enim Galba interfectus eſt. Hoc Iulianus Imperator ſignificabat emblemate ſingulari, quo ſagittarius pennis aquilæ detractis eas ad ſagittam accommodat, vt aquilam ipſam configere poſſit. Quid reges noſtri maiorum gentium, Meroueorum, inquam, & Caroleorum? num Imperio Francorum ſpoliati ſunt cùm ſuorum beneficiorū ac præ-

D miorum gratiam ignauiter ac turpiter ſibi à domeſticis præripi paterentur? nam præfectus Prætorio, qui palatij Magiſter dicebatur, omnia beneficia, imperia, curationes ne ipſo quidem rege conſcio largiebatur. At Lupus Abbas Ferrarienſes Carolum III. prudenter monuerat ne ſua beneficia domeſticis accepta ferri pateretur. Scio principibus hoc ſupra modum difficile futurum: quis enim matris, fratrum, propinquorum, amicorum rogationibus nihil daturum ſe poſſe confidat? id certè videretur inhumanum & ab omni vrbanitate alienum. id tamen parciſſimè fieri oportet: eóque magis ſi Imperij ſucceſſorem habiturus eſt qui popularem gratiam imperantis diſpendio ſe collecturum confidit. Memini Carolum IX. regem fratri Henricho beneficium alterius nomine petenti libenter annuiſſe, iuſſiſſe tamen eum acciri, eóque præſente ad fratrē conuerſum dixiſſe, Nihil, chariſſimè frater denegādum tibi puto: hoc tamen

5 Tranquil. in Othone.

beneficium quod alterius nomine vis non conſequêre: id ego illi ſumma voluntate pro ſuis in Rempublicam meritis dono dedi. Quod ſi princeps omnino domeſticorum cupiditatibus inſeruire velit, alienum mancipium videri poterit, nec maiorem vim habere quam circulos in logiſtica, quorum quidem ope vnitati numerorum vis infinita tribuitur, quę tamen per ſe ipſa numerus dici non poteſt. Intereſt etiam principis bonorum ac fortium virorum merita erga ſe, erga Rempublicam, erga ſingulos habere cognita ac perſpecta, vt cæteri ad bene de ſe merendum acriùs incitari poſſint. Sed ne princeps multis multa importunè petentibus denegare cogatur: oportet prudentiſſimos ſibíque chariſſimos adiungere libellorum Magiſtros, qui ſingulorum rogationes excipiant: vt B eos ſi quid contra decus, contráque publicam vtilitatem petant, à propoſito diſſuadeant, ne princeps tam recuſaſſe, quàm quid ſit neſciiſſe videatur: aut ſi tam illuſtris eſt qui quid ſibi dari poſtulat, ne princeps ipſe imparatus offendatur, ſed ſeſe comparet ad eum qui rem iniquam petat æquitate quadam refellendum, & cum bona gratia dimittendum. In quo genere Titus[6] Imperator principes omnes ſuperaſſe dicitur, quia neminem à ſe triſtem diſcedere paſſus eſt: quē propterea generis humani delicias appellarunt. Qui verò impudentiùs petere non dubitant, cùm ſuas rogationes à prudente libellorum Magiſtro expendi putabunt oportere, difficiliùs ad petendum accedent. Nunquam enim Prætoria principum adulatoribus, nunquam hirudinibus vacabũt quæ principis ac populi ſanguinem ebibant, & oſſium ipſorum medullas auidiſſimè exugãt. C qui verò plurimùm de Republica merentur, ij ferè à principum conſpectu quamlongiſſimè remoti ſunt: ſiue quòd præmia virtuti ſuæ debita, quæ impetrari non peti debent, extorquere à dignitate alienum putant: ſiue quod iis petendis ſemper pecunias, ſæpe quoque operam ac ſpem penitus amittant. ac ſiquidem prima rogatione repulſam ferant, nihil amplius tentabunt. Atque in eo ipſo Callicratidas Lacedæmoniorum Imperator clariſſimus ab aulicis Cyri iunioris irriſus eſt, quòd principi diutius inſeruire, ac tempus in aula regum terere nunquam didiciſſet: Lyſander verò, qui aulicorum mores ac naturam compertam habebat, ab eodem principe quæ vellet conſequebatur[7]. Ita fit vt viri boni ac pudentes impudentium aulicorum fraudibus eludantur: quia non intelligunt omnibus ferè principibus in more poſitum eſſe, vt eos incredibiliter ament & colant, iíſque plurimùm ſe debere putent, quibus omnia largiũtur: id eſt mimis, paraſitis, adulatoribus, meretricibus, cynædis: eos autem quibus vitam debeant, & quorum ope ſceptra teneant, capitalibus odiis ferè proſequantur. Et quidem ea beneficiorum vis eſt ac natura, vt qui dedit non minùs quàm qui accipit obligari videatur: gratiarum autem actio ingratis hominibus grauis eſt: vltio grauiſſima: cuius rei cauſam Tacitus inquirens, Proniores, inquit, ad vindictam ſumus, quàm ad gratiam: quia gratia oneri, vltio in quæſtu habetur. Ac tametſi plerique principes nihil niſi eblanditis precibus, ac ſæpiſſime inania tantùm verba largiuntur: leuiſſima tamen aliorum promiſſa quaſi obligationes arctiſſi- D

6 Tranquil. in Tito.

*Cur viri boni præmiis vacãt.*

7 Plutar. in Lyſandro.

*Cur ad vltionẽ quàm ad gratiam procliuiores ſimus.*

ctiſſimas diſſolui iubent. Illud etiam præmiorum quæ bene de virtute meritis debentur, ſpem ſæpiſſime adimit, quod quibus virtutis nomine quid conceditur, priuſquam rei conceſſæ fructum vllum decerpere poſſint, magnam partem furibus aulicis largiri, aut rationibns plura expenſa ferre quàm acceperint, aut ſæpiſſime inanes redire. quæ peſtis aulica nō aliter quàm ſectionibus ac vſtionibus curari poteſt: niſi princeps per ſeſe ſua dona largiatur: vt nec alienis rapinis intercepta, nec diuturnis precibus efflagitata, ſed dignitate impetrata videantur: quæ multò maiora & vberiora futura ſunt quantumuis exigua, quàm ſi aliena manu de nata fuerint: etiamſi furtis non exhauriantur. Idem iudico de laudationibus,
B quæ cùm ab ipſo principe proficiſcuntur, incredibilem quandam vim habent ac donis omnibus ſuperiorem; vt vituperatio ab ipſius principis oratione profecta quouis ſupplicio acerbior iudicatur. Pœnarū autem ac pæmiorum diſtributio nunquam ſperanda videtur, quandiu honores, magiſtratus, imperia, ſacerdotia, curationes in officina tabernaria mercatorum publicis venditionibus quaſi ſub haſta proſcribentur: id quod non ſine acerbiſſimo dolore diutiſſime ſpectauimus: quo malo nullum in Republica grauius cogitari poteſt. Omnium quidem populorum legibus ſatis accuratè prouiſum eſt, ac nos ipſi ſanctiſſimas D. Ludouici leges habemus eo de genere latas, quibus etiam infamia irrogatur ſi ex cuiuſquam amplitudine gratiam ſibi quis conciliarit, aut honorum adiu-
C menta quæſierit, Legibus item [8] Ferdinandi Regis Aragonum magiſtratuum creandorum ratio accurata continetur, quam honeſta æmulatione ab edictis Caroli VIII. regis acceperat: hac clauſula legibus [9] ſubiecta, *Que no ſe puedan vender, ny trocar officios de Alcaldia, ny Alguazíladgo, ny regimiento, ny veyntes quatria, ny fiel executoria, ny iuraderia.* Anglis item ſuæ ſunt leges quibus turpis illa mercatura prohibetur: quas etiamnum vigere animaduerti. ac nobis ipſis quoque leges D. Ludouici vſque ad Franciſci maioris Imperium penè inuiolabiles extiterunt. Quæ autem & quanta incommoda honorum mercatuiam ſequantur, oratione perſequi infinitum ſit. Id tamen in popularibus Imperiis plebi perſuadere facilius eſt quàm in optimatum ſtatu: quia tenues à magiſtratibus & imperiis arceri
D per inopiam neceſſe eſt, ſi magiſtratus emi patiātur: principi verò, à quo vno Imperia & honores petuntur, perfacile, niſi egeſtas illum & inopia ad mercaturam turpiſſimam deducat. legibus autem perruptis, vix ac ne vix quidem medicina ſalutaris adhiberi poteſt. Pætilia rogatio fora & conciliabula obire præoccupandorum ſuffragiorum cauſa prohibuit: Papiria candidam togam ademptit: Calpurnia [1] eos ab honorum petitione perpetuò ſummouit, qui publico iudicio de ambitu dānati eſſent, niſi reum de ambitu quenquam [2] peregiſſent: qui verò competitorem iudicio publico de ambitu ſuperaſſet, eius honore ac magiſtratu [3] fruebatur. Lege item Tullia Conſulari Cicerone rogante lata Senatorem [4] ambitus damnatū in decennium relegari placuit. Vix tamen legibus locum vllum video relictum fuiſſe: cùm iiſdem ferè temporibus ambitioſorum hominum diribitores pecuniarum magnam vim ſpectante populo ef-

8 anno 1492.

9 In legib. Ferdinandi & Iſabellæ.

1 Dio lib. 36. ab V.C. 680.

2 Cicer. pro Cluentio.

3 Cicer. pro Sylla.

4 Dio lib. 37. Cicer. pro Murena.

fundere ac ſuffragia palam emere non dubitarent: eóque proceſſit impudentia, vt Cæſar competitorem aduerſarium in Conſulatu metuens, Luceio ſibi amiciſſimo tantum pecuniarum obtulerit, quantum ad emptionem ſuffragiorum ſatis eſſet: qua cognita re optimates quos metus cœperat, nihil non auſurum eum in ſummo magiſtratu concordi & conſentiente collega, autores Bibulo fuerunt tantundem pollicendi: ac plerique pecunias contulerunt, ne Catone quidem abnuente eam largitionem è Republica fieri[5]. Hæc ferè in ipſius Imperij popularis occaſu contigerunt, cùm omnia peſſum irent. Nam qui magiſtratus, ſacerdotia, Imperia venalia eſſe volunt, rem omnium ſacratiſſimam, ſcilicet ſacra ipſa, iura, iudicia, leges, ſanguinem innocentium hominum, & B quæcunque Rempublicam cõtinent, in commercium omnium fœdiſſimum cadere patiuntur. iidem ſcientiarum, pietatis ac virtutum omniũ præmiis penitus ſublatis, ad furta, rapinas, ſordes, iniuriam, inſcitiam, ad omnia denique vitia aditum aperire non dubitant. Nec principes egeſtatem ac inopiam prætexere ſine ſcelere poſſunt: cùm nulla tanta inopia eſſe poſſit, quæ ad tantum ſcelus principẽ impellere debeat. Quanquam ridiculè princeps qui ſe inopem à pecunia queratur, opes tamen Reipublicæ largitionibus effundat. Nunquam Imperium Romanum inopia grauiore quàm Heliogabalo naturæ portento laboraſſe dicitur: Imperij tamẽ ſucceſſor & propinquus Alexãder prudentiſſimus princeps turpẽ illã mercaturam execratus oratione habĩta in Senatu, Non patiar[6], inquit, mercatores poteſtatum. Hic tamen vectigales populos Imperio C Romano tantopere ſubleuaſſe dicitur, vt ab eo qui antea tringinta ſeſtertios Quæſtoribus ſolueret, ſeſtertius vnus tantùm exigeretur. quinetiam ſi diutius ſceptra tenuiſſet, effecturum ſe receperat vt ad trientem ſeſtertij tributa redirent. Et cùm annos quatuordecim imperaſſet, Parthorum & Germanorum copias fugauit, ac florentiſſimum armis & legibus Imperium ſucceſſori reliquit. Sed ab effuſis largitionibus abſtinebat, frugalitate domeſticos in officio continebat, peculatores ac pecuniæ publicæ fures acerbiſſimis quæſtionibus ac ſuppliciis vrgebat[7]. Seueri nomen tulit quod ſeueritatem præ ſe ferret: & aſſentatores, principum peſtem ac perniciem execraretur: ſed aulici canes ac hirudines ab eius aula quamlongiſſimè diſcedebant, fuit enim princeps cum D in cæteris rebus rara quadam & exquiſita prudentia, tum miro in pernoſcendis hominum ingeniis acumine, & acerrimo in ponderandis cuiuſque meritis iudicio præditus, ac ſeuera quadam maieſtate venerabilis. Docuimus antea principũ bonitatem nimiam, vel potiùs inſcitiam ciuitatibus ſemper exitioſam fuiſſe: Cùm enim Franciſcus. I. rex acerbior quàm pro natura videretur, cúmque ætas ingraueſceret iã ſua, ac variis doloribus premeretur, difficiles ad eum aditus adulatorum turbam ab aula repulerunt: quo tempore Reipublicæ opes eò vſque creuerant, vt rege moriẽte amplius millies ſeſtertium[8] in ærario publico reperiretur, præter tributa ac vectigalia quorum dies venerat. Rempublicam verò florentem opibus, armis, literis, legibus, infinitáque doctiſſimorum homi-

[5] Tranquil. in Iulio.

*Incõmoda quæ ab emptione magiſtratuum oriuntur.*

[6] Spartian.

[7] Spartian.

[8] Id eſt 4375000. libellarum turonenſium.

hominum ac opificum ingenioſiſſimorum varietate, poſtremò Imperij fines Mediolanum vſque prolatos pace terra maríque cum finitimis omnibus pacta reliquit. Ac tametſi grauiſſimos hoſtes habuiſſet, maximas copias fregiſſet, clariſſimas victorias obtinuiſſet, nihilominus vrbes, arces, oppida, baſilicas, ædéſque magnificas extruxit. Sed nimia facilitate Henrici filij, annis paulò minus duodecim omnes opes, arma, literæ, atque illa ingenioſorum hominum affluentia dilapſa ſunt: ærarium verò non modò exhauſtum, ſed etiam Reſpublica ære alieno vſque adeò oppreſſa eſt, vt amplius decies millies ſeſtertium[9] deberetur: vt quidem ex rationibus publicis collegi: acciſis etiam Imperij finibus, Inſubria, inquã, B Corſica, & Allobrogum prouincia tota duci reſtituta. Omitto quantum Imperij huius maieſtati ac dignitati detractum, quanta fortium ac illuſtrium virorum iactura facta ſit, quantúmque diſciplinis omnibus de priſtino ſplendore deceſſerit. Quibus calamitatibus oppreſſa Reſpublica iacuit, cùm præmiis bonorum ereptis, ſceleratorum ac impiorum hominum multitudine omnia redundarent. Princeps igitur qui beatam Rempublicam eſſe volet, ſcelerum vltionem magiſtratibus bona fide mandabit. nec iudicata reſcindi ſine grauiſſima cauſæ cognitione patietur: præmia verò ac beneficia ſibi vni reſeruabit: eáque ſenſim pro meritis cuiuſque tribuet, vt gratia diutius animo inſideat, pœnas autem momento irrogari iubebit, vt dolorem minùs ſentiant qui plectuntur. Nam C cùm pœnarum quamplurimæ ſint vtilitates, earum tamen minima eſt quæ peccanti dolorem facit vt ſcilicet melior fiat: quod in extremo ſupplicio fieri non poteſt. maior eſt in eum in quem peccatur vt violata vel immortalis Dei maieſtas (quamquam inuiolabilis eſt) vel mortalium dignitas quoquomodo ſarciatur: quam certè nemo ſui vnius cauſa repoſcere debet, ſi magnum illum Auguſtum imitetur, quem pœnas dediſſe apparebat cùm exigeret: ac tametſi ſolatium iis qui graues iniurias acceperunt afferre ſoleat, magis tamen ſpectandum illud eſt, vt in reliquum tempus & ei qui offenſionẽ accepit, & cæteris omnibus pariat ſecuritatem: item vt improborum numerus minuatur. omnium tamen vtilitatum maxima pertinet ad exemplum, vt ſcilicet cæteros egeſtatis, infa- D miæ, cruciatus, mortis denique terror ab iniurioſa facinoroſáque vita prohibere poſſit[1]. His ergo pœnarum ac præmiorum legibus in Republica conſtitutis, & virtutibus ſemper erit & dignitati locus: ſcelerati verò nuſquam apparebunt: æs alienum diſſoluetur: opes vndiquaque affluent: quibus rebus potens ac beata ciuitas ſemper futura eſt. Sed quoniam tot ac tantæ ſunt aulicorum hominum fraudes: tot ærarij diripendi artes, vt prudẽtiſſimos quoſque principes in eo genere labi ac decipi videamus: optima cautio eſt Philippi Valeſij[2], quæ principis dona reuocari iubet, niſi omnia quæ tum ipſe, tum maiores eius largitione principum habuerint, tabulis donationis contineantur. qua lege tametſi nulla vtilior ferri potuiſſet, biennio tamen pòſt abrogata eſt, quòd incredibile detrimentum ærarij depeculatoribus, quandiu vim haberet, allatura videretur. abrogatione nihilominus cautum eſt, vt tabulis donationum

9 Summa fuit ex rationibus publicis expreſſa quadraginta tres millions cccc. LXXXIII. millia DCCCC.XXXIX. libræ turonenſes.

1 Plato in Gorgia duas tantum vtilitates ſpectat.

2 XI. Maij anno 1333.

derogatio contineatur: vt in actis Curiæ me legiſſe memini: ſed id quoque ſublatum, ne vlla beneficiorum commemoratio principum largitiones, aut rationum magiſtros à promulgatione retardaret. Hæc igitur lex antiqua in vſum reuocanda venit: item lex Caroli VIII. quæ donationes principum centum libellis[3] turonenſibus maiores à rationum magiſtris publicari iubet: ſed vetuſtate conſenuit iam ſua: vt plerique cùm ingentes opes ærario penitus exhauſto coëgerint, nihil tamen rationibus publicis teſtatum relinqui iactent. Hæ igitur principum effuſæ largitiones & quidem in pauciſſimos, non modò ærarium diruunt, verumetiam eos qui pro Republica ſuas opes prodegerunt, ad ſtatum ciuitatis cõturbandum impellunt, ne ipſi egeſtate opprimantur. Quòd ſi donationes B ſingulis tribuantur, non modò ſeditioſis nouandarum rerum occaſio præcidetur: verumetiam ſua quiſque præmia laturus, & princeps innumerabiles ſibi obligatos habiturus eſt. Parciùs etiam importunis hominibus largiendum: vberiùs autem iis qui cùm bene de virtute mereantur, nihil niſi cum verecundia poſtulant, ac interdum oblata recuſant: quales ex amicis duos Antigonus Aſiæ rex habuiſſe dicitur: quorum nec alterius ſatietatem explere, nec alterum ad accipiendum inuitare poterat[4]. cum his igitur Dionyſius maior ita ſe geſſit, vt nihil nobis, inquit Ariſtippus, qui multa petimus: Platoni verò qui omnia reſpuit, multa largiantur: iſta ratione pecuniam donator habet & gratiam. Quanquam præmia ipſa conquirenda ſunt ea quæ interdum gratiora ſunt quàm quę C locupletiorem reddunt accipientem: vt ſi princeps bene de ſe merentibus gratuletur, vultu, geſtu, ſermone, laudatione, matrimonio conciliãdo, & id genus benefactorum, quæ cùm gratiſſima ſint, nunquam tamen principis opes exhauriunt. Carolus V. Imperator Calabriæ ducem optimè de ſe meritum, quòd Imperium Hiſpaniarum ſumma ordinum conſenſione ad ſe delatum repudiaſſet, perpetuis carceribus liberauit, eíque Ferdinandi aui locupletiſſimam viduam deſpondit: ex quo matrimonio non modò libertas cum opibus maximis ad Ducem: Imperij ſecuritas cum amicitia ſumma vtriuſque coniugis ad Carolum: ad omnes ordines incredibilis lætitia peruenit: ſed etiam callido commento Carolus fœminam matrimonij cupidiſſimam à peregrinorum principum cõiugio D deduxit: ac ſterilem vxorem ſenióque proximam principi dedit, vt liberorum ſpe ſublata, Neapoleos ac Siciliæ regno Caroli poſteritas tutiſſimè frueretur. Hæc igitur potiſſima lex eſt præmiorum ac beneficiorum, vt animo gratiſſimo tribuantur. Sunt enim plerique tam imprudentes ac inurbani, támque tenaces ac ſordidi vt faciliùs ſibi dentem ex ore excuti quàm nummum vnum ex arca moueri patiãtur, aut nihil ſine exprobratione largiri velint: quo nihil ſtultius fieri poteſt: quia nõ modò beneficiorum gratia, ſed etiam præmiorum vis tota perit. Deteriùs tamen qui rem eandem pluribus donare non dubitant: ac ſummam iniuriam pro beneficio conferre. Inde graues inter amicos diſcordiæ: ac ſæpe fit, vt quibus donata res eſt, aut mutuis litibus opes: aut mutuis armis vitam amittant: princeps autem non modò præmiorum fructu, & ſubditorum amicitia,

3 Id eſt 33. aurei $\frac{1}{3}$

4 Plutar. in Demetr.o.

*Caroli V. callidum commentum.*

*Exprobratio turpis in beneficiis tribuẽdis.*

*Rem eandem pluribus donare pernicioſum.*

amicitia iſto modo cariturus eſt, verumetiam pro ſumma gratia ſummam inuidiam & odia ſempiterna laturus. Quod cùm abſurdum ſit ac principibus æquè ac ſubditis exitioſum, nulla re tamen frequētiùs peccatur: ídque fit non rerum præteritarum obliuione, ſed opera dedita eorum qui ſic principes à teneris annis imbuūt, vt nihil petentibus denegādum, ſed omnia omnibus largienda ſuadeant, vt omnium voluntates & amicitias beneficiorum multitudine conquirant: qui tamen rem eandem pluribus donando ab ea quam ſibi propoſuerant via longiſſimè aberrant. Nihil autem cuiquam denegare, non eſt hominis qui liberalitatis aut magnificentiæ vim teneat, ſed prodigi ac imprudentis. Ego principem non
B ſolùm liberalem verum etiam magnificum eſſe volo: eatenus tamen ne in prodigum euadat: quia ex prodigo exactorem, ex hoc tyrannum fieri: & cùm ſua penitus effuderit, aliena rapere ac donare neceſſe eſt. Leges beneficiorum iubent diligenter intueri, cui, quantum, quibus temporibus, quibúſque locis & quem ad finem donatio fiat: ſed principem hoc ampliùs ſpectare oportet, ne ſint præmia donationibus poſteriora: ac priùs merenti debita reddat, quàm nihil merēti temere largiatur: & vtraque tum præmia, tum beneficia ſuis opibus ac facultatibus metiatur. Romani, vt Horatij Coclitis qui Vrbem à direptione, ciues ab interitu ſeruarat, inopiam ſubleuarent, terræ iugerum donauerunt [5]: ingens hoc præmium pro inopia Reipublicæ, cuius ager omnis quarto ab Vrbe lapide
C patebat. Sed Alexander magnus ſolidas prouincias, ac talenta innumerabilia largiebatur: qui ſi aliter faceret, contra decus feciſſe videretur: laudatur etiam Romanorum vetus inſtitutum, quo ter geminos ſi vlli naſcerentur, publicis impenſis ali voluerunt, pro memorabili Horatij tergemini victoria de Curiatiis: ſed lex Solonis qui liberos eorum qui pro patria in bello cecidiſſent, de publico ſuſtentari voluit: diuturna eſſe non potuit, tametſi Græcorum ferè omnium communis [6] eſſet: quia publicas opes & ærarium penitus exhauriebat. Si quis putet principem nulla magnificentia illuſtrem futurum, ſi nihil niſi bene merentibus donauerit, id quidem aſſentior: nec certè debet nouum videri ſi quem princeps obſcuri generis hominem ac egeſtate oppreſſum maximis opibus ac fortu-
D nis locupletarit: ſi qua virtute illuſtris & clarus erit. Extat Chilonis dictū memorabile: is enim petenti quid Deus ageret, Superbos, inquit, de ſublimi loco deiicit: eos verò qui iacēt in ſordibus & ſquallore, in altiſſimum honoris gradū erigit. Optimū principē Deum imitari oportet, tenues ac bene de virtute meritos opibus ac imperiis augētē. At cùm Iullius III. P. M. Mōtanū, quē voluptatis gratia ex infima egentiū ferè domi educarat, Cardinalē creaſſet, rogatio pro Cardinaliū collegio lata eſt, ne pateretur ordinē clariſſimū hominis ſordidiſſimi labe maculari: cùm nec opibus, nec ſapientia, nec virtutibus, nec generis ſplendore, nec vlla re commendaretur: hîc Pōtifex, quibus virtutibus, qua eruditione, quibus natalibus, quibus diſciplinis nobilitatum me Pontificem creaſtis? Neque verò dubitandum eſt quin principes ſemper ſui ſimiles domeſticos & amicos habituri ſint. vt Heliogabalus omni libidinum ac fœditatum genere inqui-

5 Plin. de viris illuſtribus. Liuius lib. 2.

6 Ariſtot lib. 2. cap. polit. 5.

*Vrbana dicteria Iulij III. Pont. M.*

natos conquiſiit, quos ampliſſimis imperiis & opibus locupletauit. Ex qua re Prætoriani milites indignati humani generis portentum illud vnà cum matre cæſum in cloacas Vrbis fœdiſſimas pertraxerunt. Quid domeſtica commemorem? quid immanes largitiones, & in quos homines effuſas? habeo ex rationibus publicis ampliùs millies ſeſtertiũ vnius anni[7] ſpatio donationibus exhauſtum. omitto cætera quæ referre pudet. Ingens autem illa pecuniæ vis ex honorum ac magiſtratuum mercatura, turpiſſimíſque proſcriptionibus coacta erat: quæ fundi noſtri calamitas eſt: cùm tamen legibus D. Ludouici infamia ſempiterna cumulari debuiſſent qui ſuffragia mercantur: quas leges, ſi Rempublicam ſaluam & honeſtã eſſe volumus, renouari, atque Alexãdri Seueri morem in vſum B reuocari oportet. Quem enim ad honores ampliſſimos & prouinciarum gubernacula prouehere cupiebat, eius nomen programmate publico peruulgabat, vt de anteacta vita inquireretur, pœna tamen capitali calumniatoribus decreta: cùm turpe eſſe diceret[8] Chriſtianos qui eiuſmodi quæſtiones haberent, maiorem in ſuis Pontificibus deligẽdis curam gerere, quàm principem in rectoribus prouinciarum. Quod certè inſtitutum laudabilius eſt quàm Venetorum, Lucenſium, Genuenſium ac Florentinorum, qui non niſi exacto magiſtratu quæſtiones habẽt. Nam qui reus eſt peculatus ac idem rapinis locuples, quæſtionis iudicem muneribus corrumpere non dubitabit. commodius eſt igitur occurre morborũ principiis, quàm in iis curandis conflictari. Seriùs tamen id fieri præſtat, C quàm nullam omnino queſtionem habere. Sed vtroque tempore, & ante magiſtratum adeptum, & exacto magiſtratu quæſtiones Solonis[9] legibus decernebantur. Igitur habita quæſtione eorum qui ſacerdotia, magiſtratus, imperia, curationes geſſerunt, aut gerere cupiunt pœnas improbis, præmia bonis conſtituere: & ad honores gerendos optimum quenq; muneríq; gerendo maximè idoneum creare oportet, ac bellica imperia ſtrenuiſſimis, quæſturas & ærarij curam minimè omnium auaris, iudicia iuſtiſſimis, cenſuram integerrimis, laborem robuſtiſſimis, gubernacula prudentiſſimis, Pontificatum religioſiſſimis tribuere: ſic tamen vt ordinum, ætatum, fortunarum, familiarum, & meritorum cuiuſque ratio diligens habeatur: quoniam ridiculum ſit Pontifices imperatorio muneri, D milites innocentes cõquirere ac religionibus curandis adhibere. Et quoniam verſamur in diſputatione de præmiis, de triumphis, de honoribus, de imperiis, quæ ex maxima parte militaribus hominibus tribuuntur: conſequens eſſe videtur vt quæramus, An commodius ſit bellicis artibus ciues exerceri quàm imbelles eſſe.

7 anno 1572.

8 Lamprid. in Alexandro.

9 Demoſthen. in orat. de falſa legat. & contra Timarchum.

## *Præſtátne bellicis artibus ciues excellere ac propugnaculis ciuitates munitas eſſe quàm iis vacare?* CAP. V.

CVm multæ ſint ac variæ de optimo genere ciuitatis quæſtiones, vix vlla tamen eſt quæ aut vtilitate maior, aut difficultate ſuperior, aut dignitate par huic eſſe poſſit: propter ea quę in vtranque partem promi poſſunt argumenta. Nam qui vrbem

bem propugnaculis firmam, & ad copiarum exitus facilem, & ad hoſtium aditus difficilem conquirunt, militarē diſciplinam ciuibus, & arces vrbi neceſſarias eſſe ſignificant: ſed in quo genere ciuitatis non definiunt. Nam ſi de toto genere dictum velint, in maximis erroribus verſari neceſſe eſt: cùm diſſidentes inter ſe Rerumpublicarum ſtatus diſcrepantibus inſtitutis ac legibus moderari oporteat. Illud etiam quod poſuerunt, vrbem propugnaculis munitiſſimam eſſe debere, à ciuium fortitudine & militari laude penitus alienum videtur: cùm arces & propugnacula ciuē ignauum efficiant: vt iure quodāmodo Cleomenes fortiſſimus Imperator oppidum arte ac natura munitiſſimū intuens exclamaret, ô muliebres latebras! Meminerat ſuę ciuitatis ac gentis principem Lycurgum B Lacedæmoniis arces, ac propugnacula ademiſſe, ac ne mœnia quidē vrbi reliquiſſe: ne cùm in mœnibus ipſis, non in animi fortitudine ac robore præſidia ſalutis collocarent, otio & ignauia languerent. Neque verò ciuitatis robur poſitum eſt in mutis lapidibus, ſed in præſtanti fortiſſimorum ciuium virtute, qui pro aris, pro liberis, pro libertate, pro ciuitate, pro fama, pro vita tantiſper dimicabunt, quandiu nullam in fuga, nullam in latebris ſpem poſuerint fortunarum ſuarum. Hæc igitur inter ſe pugnant: vrbes valde munitas, & fortes habere ciues: cùm nec ſtrenui videri poſſint qui murorum præſidia quęrunt, nec hoſtium impetus metuant, nec militaribus diſciplinis egeant qui munitiſſimis oppidis cinC guntur. Quamobrem Tartari ac Æthiopes qui maximis Imperiis ac bellicis laudibus clariſſimi putantur, nullas arces habent, nullas vrbes at ne oppida quidem vallo munita: ſed ferè in tentoriis totam vitam agunt. Negus enim maximus antea quidem Indorum, nunc etiam Æthiopum Imperator, cui reges[1] quinquaginta obediunt, ſemper in tentoriis verſatur, nec arcem vllam tam latè patentibus regnis habet, præter eam quæ à maioribus eſt in Anga[2] monte excelciſſimo extructa, in qua principes ſeueriore diſciplina educantur, ne plebem ſeditioſis factionibus à regis obſequio diuellant. Nulli tamen toto terrarum orbe reges Æthiopum ac Tartarorum regibus vel imperandi maieſtate ſuperiores, vel ſubditorum obedientia ſacratiores, vel hoſtium legionibus formidabiliores D eſſe memorantur. Quamquam propugnacula inutilia optimo cuique Imperatori iudicantur, qui vrbium & oppidorum dominū fore ſe confidit, ſi agris hoſtium potiatur. Quis eſt enim qui neſciat fugato Dario ad Arbelam, eodem momento magnum illud Perſarum Imperium in Alexandri magni poteſtatem veniſſe? propugnacula deditionem feciſſe? vrbes munitiſſimas hoſtibus patuiſſe? populos omnes victoris Imperio acquieuiſſe? cuius tamen exercitus omnis triginta millibus hominum nec pluribus conſtabat. Quis in tota Macedonia populus, quæ oppida, quæ arces fugato à Romanis Perſeo rege ductu Pauli Æmilij vel diem vnum victoribus reſtiterunt? Age verò quis audita clade Pharſalica Pompeium non deſeruit? eius tamen Imperiis omnes Orientis prouinciæ, claſſes, maria, portus ante victoriam obtemperabant, ac Cæſarem omni aditu prohibebant: nihil oppida, nihil arces profuerunt.

1 Iouius.
2 Franciſc. Aluarez.

Sed noſtra libentius recordor. Ludouicus XII. rex aduerſus Venetos grauiſſimum bellum geſſit: triplici prælio tres exercitus fudit ac proſtrauit: non multò pòſt omnia oppida quæ multa fuerunt, omnes arces quę munitiſſimæ & inexpugnabiles putabantur, deditionem fecerunt: ſecutus eſt Franciſcus Ludouici gener, cui poſt Marinianam cladem oppida omnia Inſubrum & arx ipſa Mediolana patuerunt. in ſequentibus annis eodem rege cum exercitu Hiſpanorum, Germanorū, & Italorum coniunctis copiis proſtrato, quę priore victoria recuperarat, omnia vno perdidit & eodem momento. Iam verò ſi vrbes excelſis mœnibus ac propugnaculis muniantur, verendum vt hoſtes captis oppidis ea pertinaciter retinere, ac regione vniuerſa potiri velint: quam populatis agris ac direpta ſupellectile, ſi nullę ſuperſint arces, deſerere cogantur. Quamobrem B Maria Ruerus Vrbinatum Dux ſuæ ditionis arces diruit, ac Venetias ſe recepit, cùm ſe hoſtium copiis imparem eſſe exploratum haberet: nec dubitaret Valētinum Borgiam capitalibus odiis apud bonos omnes laborare, nec ſe mortuo Pontifice Alexādro tueri poſſe: ſibi verò ſaluum ad ſuos reditum fore. nec ſpes illum fefellit: nam Alexandro Pontifice veneno quod ipſe miſcuerat ſublato, Dux Vrbinas ſaluus & incolumis domum rediit: cæteri principes eccleſiæ Romanæ fiduciarij in ſuis propugnaculis capti ac cæſi fuerūt. Nec aliam ob cauſam Genuenſes fugato ad Papiā Gallorū exercitu, ab hoc Imperio defecerūt, arcē obſederūt, obſeſſos diuturna fame ad deditionē cōpulerunt, arcémque captam funditus euerterunt: vt Genuæ fruendæ ſpes Francis omnibus arce ſublata C præcideretur. Ita quoque populus Mediolanēſis arcē Iouiam, quæ antè extructa fuerat quàm Sfortiadę Imperio potirentur, diruere non dubitarunt, vt ſeipſos à tyrannide vindicarent. Ita veteres Syracuſani Acradinā, Romani Corinthum, Numantiam, Cartaginem deleuerunt, nunquam id facturi, niſi metuerent vt vel tyranni domeſtici, vel hoſtes propugnaculis potiti regione tota Romanos excluderent. Quamobrem T. Flaminius prudenter, qui vt Græciam tyrannidis metu ſublato liberaret, tres arces, Acrocorinthum, inquam, Demetriadem, & Chalcidem, quas Philippus iunior Macedoniæ rex Græciæ compedes appellabat, ſolo exæquauit. Atque hæc potiſſima ratio, quamobrē propugnacula ciuitatib. D bene conſtitutis pernicioſa debent videri, vt tyarānidis occaſio principibus improbis eripiatur. nā propterea populi nidos tyrānidis arces appellāt: tyrāni verò iuga populorū. Sic enim Grilerus Heluetiorū Præfectus Vranā arcem quam ipſe extrui iuſſerat Zvving Vri, id eſt Vranorum iugum ac flagellum appellabat: inde tyrannidis, inde quoque defectionis Heluetiorum origo. Et cùm Salomo in vrbe Hieroſolymorum arcem Mellonem ædificari iuſſiſſet, audaciùs ſubditos cogere, nouis tributis ac vectigalibus vrgere nō dubitauit: ex quo ſecutæ ſunt omnium ordinum querelæ, deinde aperta defectio decem tribuum, quę nouum regem ſibi depopoſcerūt. vrbes enim & loca munita principib. aduerſus populos ac populis viciſſim erga principes ſuſpicionē ac diffidentiā ingenerare ſolēt. Quamobrem nec reges Anglorum nec Moſchouitarum ruſticas domos

*Arx munitiſſima eſt ſubditorum beneuolentia.*

*Arces principibus tyrānidis defectionis verò ſubditis occaſionem præbere.*

mos ac Prætoria turribus aut propugnaculis, ac ne vix quidem vallo foſſáve muniri patiuntur, neſit occaſio rebellandi: nam cùm Teleſſæ vrbis ciues mœnium excelſorum altitudine ac latitudine confiderent, Thunetani regis Præfectos complures occiderant, nec Imperia cuiuſquam ferre poterant, quoad regis exercitus vrbem obſedit, expugnatam ferro flammáque vaſtauit [3]. Sic Annibal Saguntum, Sulla Romanus Athenas, Seuerus Bizantium, Veſpaſianus Hieroſolymā, Dagobertus Pictauium arte ac natura munitiſſimas vrbes diuturna obſidione tandem expugnauerunt, & crudeliſſimè trucidatis ciuibus ſolo exęquauerūt: quæ niſi murorum ſubſtructionibus confiderent, æquis conditionibus paciſci non B dubitarēt. Nam ferè fit vt oppida quò debiliora ſunt, eò faciliùs ac citiùs ſine vllo metu ignominiæ paciſcantur: quæ ignominia ſequitur eos qui locorum propugnaculis tecti obſidionem ferre recuſant. Iam enim mille ac ducentos Lutetia Pariſiorum opibus ac populis florentiſſima, poſt Cæſaris expugnationem centies obſeſſa ſemper hoſtes æquis conditionibus admiſit aut pecunia repulit: cùm potentiſſimæ quæque vrbes aut crudeliter direptæ hoſtium vim ac libidinem perferre cogerētur. Quanquam nullæ vrbes adeò munitæ ſunt quæ diuturnam obſidionem ferre poſſint, his potiſſimùm temporibus quibus tormētorum bellicorum vi & impetu non vrbes modò ſolidæ, ſed montes quoque ipſi concuſſis fundamentis ſubruuntur: ita vt ſi pauci obſideantur, hoſtium vi maiore: ſi C multi, fame cito interituri ſint. Cùm igitur loca munitiſſima vel principes ad tyrannidem, vel populos ad defectionem, vel hoſtes ad obſidionem, vel ciues ad ignauiam inuitare ſoleant, quis ciuitatibus ac populis pernicioſa eſſe non fateatur? Vtile eſt igitur (dicet aliquis) artibus ac pręceptis militaribus informari: ſi vrbes munitæ ciues à virtute ad ignauiam auocare ſolent: ego iudiciorū formulā NON LIQVET in eo genere quęſtionū vſurpare ſoleo. Nam ſi beatā Rempublicā iudicamus in qua princeps immortalis Dei ac naturę legibus obſequitur: magiſtratus principi: priuati magiſtratibus: liberi parētibus: ſerui dominis: deniq. ciues mutua beneuolētia inter ſe & cū Repub. coniunguntur, vt trāquilla pace & quiete ſuauiſſima perfrui poſſint: profectò eam fœlicitatē & quietē animi D bellicæ res oppugnant: ac milites ipſi hoc vitæ genus execrantur. Neque verò fieri poteſt vt ciuitas religione, iuſtitia, pietate, integritate, liberalibus diſciplinis, agricultura pecuaria opificiorum varietate floreat, niſi parta pace ac tranquillitate vitæ: quā militares homines perturbare propterea ſolēt, quòd pax inimica bello ſemper fuerit: & militum virtus pacata ciuitate contempta iaceat. Quid enim furioſo militi tam inimicum quàm qui otium, qui agrum, qui philoſophiam, qui virtutes colit? nam milites ſummæ laudi ac voluptati ducunt agros vaſtare, agricolas ſpoliare, vicos incendere, vrbes obſidere, obſeſſas expugnare, expugnatas diripere, direptas inflāmare, ſtupra cædibus, cædes ſtupris cumulare, omnia denique humana diuina miſcere. Hæ ſunt vtilitates, hi militiæ fructus bonis omnibus deteſtabiles, militibus tamen ſuaues ac iucūdi. Quid enim exemplis in re tam perſpicua opus eſt, aut quis ea recordari ſine horrore,

3 Leo Affer.

vel audire ſine gemitu poſſit? Quis etiamnũ agricolarum vulnera neſcit? quis non videt calamitates? quis querimonias non audit? Certè quidem omnes omnium agros, pecora, fruges quibus ſpiritum ducimus, hæc inquam, omnia ſunt in poteſtate militum, id eſt vt plerique omnes interpretantur, prædonum: quos vel auaritia ab hoſtibus ab prædam, vel libido ad voluptatem, vel crapula ad ingluuiem, vel furor ad crudelitatem reuocare conſueuerunt. Quæ cùm ita ſint, non video quamobrem ad hoc crudeliſſimum vitæ genus ciues inſtituere, aut armare, niſi ad extrema vitæ pericula debeamus. nam qui belli ſemina conquirunt vt ſtrenui videantur, hi muſcas imitari ſtudent, quæ non niſi ſcabris in locis conſiſtere poſſunt, ſpecula polita oderunt. Qui verò belli gerendi occaſionem ad opes, ad copias, ad fines proferẽdos ſuſcipiunt, næ illi vitam miſerrimam ducunt, qui habendi cupiditatem, quæ modum neſcit, laxatis habenis regere ſe poſſe confidunt. ſeruus enim vinctus id tantùm poſtulat vt vincula diſſoluantur: ſolutus, libertatem petit: liber factus, ciuitatem: ciuitatem adeptus, magiſtratum: hinc ad ſummos honorum gradus conſcendere: quouſque regnum conſequatur: nec eo contentus, ſolum ſe Monarcham fore confidit: poſtremò humanæ conditionis oblitus diuinos cultus & honores ambit. Quanto beatior princeps aut ciuitas anguſtis Imperij finibus (quanquam nihil anguſtum quod ſua ſorte contentum eſt) qui ſecura pace ac tranquillitate procul à metu, ab hoſtibus, ab inuidia fruatur? Nam Reipublicæ bene conſtitutæ fines non gladiis, vt iactabat Ageſilaus, ſed iuſtitia terminantur: vt Pompeius Parthorum regi reſpondiſſe fertur, cùm fluuium Euphratem vtriuſque Imperij, Romanorum, inquam, & Parthorum terminum eſſe vellet. Hęc quidem breuiſſimè contra vrbium propugnacula contráque militarem diſciplinam. Sed in contrariam ſententiam multa dici poſſunt: ſcilicet vrbes ſine mœnibus omnium direptionib. ac latrociniis, libertatẽ verò ciuium vitámque hoſtiũ libidini patuiſſe ſemper. Quinetiam nudata mœnibus ciuitas, eius inuadendæ ac diripiendæ illecebra quædam eſt: qua ſublata, nemo facilè id auſurus eſt: nec ſi velit, poſſit: modò rebus ad obſidionem neceſſariis muniatur. vt qui inermes iter ingrediuntur, ad ſe inuadendum vltrò latrones inuitant, qui ſeſe hoſtes voluntarios exarmatis hominib. profiteri nõ dubitabunt, quos ſi armati fuiſſent, contueri non auderent. At prima quidem ſociandorum hominũ occaſio inde nata eſt, vt nõ modò ſingulorũ, ſed etiã vniuerſorum fortunæ, bona, vxores, liberi, pecuniæ, poſſeſſiones ab hoſtiũ incurſionib. tutiores eſſent, quæ ſine mœnibus ſalua eſſe non poſſunt. Quòd autem ad ingenerandam audaciam aiunt muros ciuitatis in ciuium ipſorum corporibus conſiſtere oportere, magis ad pompam & ſpeciem dicitur quàm ad rei veritatẽ: cùm pars ciuitatis minima ſit quæ armis ſe tuetur: nam imbelle fœminarum genus maximam ciuium partem ſibi vindicat, partem pueri, partem ægri, partem ſenes: quorum ſalus in parietibus vrbium penè conſiſtit. Quòd ſi robur animis ingeneraret nudata mœnibus nullóque ſepimento obuallata ciuitas, cur fœdiſſimi quique caſſide, clypeo, lorica teguntur? Iſadas quidem Lacedæmonius irruen-

*Vrbes munitiſſimas eſſe oportere.*

B

C

D

irruentibus in vrbem Thebanis totum ſe nudauit, abiecta etiam tunica interiore, eóque habitu altera manu haſtile, altera enſem geſtans in confertiſſimos hoſtes irrupit, nuditatem hoſtibus ſumma temeritate oſtentans: euaſit tamen, eíque decreta eſt corona [4], ſed non ſine mulcta, quòd nudus aduerſus hoſtes dimicaſſet. Eodem iure Senatus Spartanorū mulctari debuiſſet, quòd vrbe nudata mœnibus, ciuium caput, vitam, fortunas hoſtibus ſubieciſſet, nudóſque pugnare coegiſſet: quę ciuitas niſi foſſa vallóque ſepta fuiſſet, in Thebanorum poteſtatem erat procul dubio ventura. Si vallum tunc profuit ad ſalutem ciuium, quis dubitet muros etiam profuturos fuiſſe? ſin muris armata ciuitas, ſuccincta propugnaculis ciues ignauos, rebelles, ſeditioſos efficit; cur nō foſſas vrbis repleri iuſſerant? Sed ex duobus vtrum vtilius eſſet, exitus cōprobauit: nam Cleomenes rex Lacedæmoniorum poſt cladem Selaſiam fuſus ac proſtratus in vrbem ſe recepit: cùm tamen hoſtium aduentum audiſſet, in Ægyptū aufugit, ac vrbem ipſam vnà cum ciuibus hoſtium libidini ac direptioni reliquit. Contrà verò Lyſander Athenienſibus in deditionem acceptis muros vrbis ſolo exæquauit, quorum ope tuta ciuitas omnium Græciæ vrbium clariſſima ac florentiſſima omni hoſtium generi acerrimè reſtiterat. At ſine mœnibus hoſtes regionem retinere non poterunt: demus hoc ſanè: ſed quis illos ab vrbium direptione, à ciuium cæde, à captiuitate puerorum, à ſtupris fœminarum prohibere poterit? hęc enim iura belli antiquiſſimis gentium omniū moribus prodita ſunt. At ciues ſine propugnaculis hoſtem pecuniis arcebunt, nec pertinaciter obſidionem ferent: imò verò facilis ad vrbem aditus non ad pactionem, ſed ad direptionem inuitat hoſtes qui fortiſſimas arces nūquam obſeſſuri fuiſſent: quoties oppidum vnum, arx vna ingentes exercitus repulit? quoties ij qui obſidione vrbem cinxerant, fame, peſte, frigore, morbis omnibus obſeſſi fuerunt? Conſtantinopolis Turcarum obſidionem annos octo pertulit, quoad Tamerlane duce Tartarorum legiones Payazetem ab obſidione reuocarunt. Nec ita pridem Feſſarum rex obſidionem exercitus Marochi regis ſeptem annos paſſa eſt, ac hoſtium ſe circunſidentium interitū ſumma ſecuritate ſpectauit: nec multò poſt Mecna vrbs Affricæ diutius etiam circunſeſſa, hoſtibus ipſis exitium [5] attulit ac dedecus ſempiternū. ne tamen longiùs exempla petantur: cùm noſtri homines arcem Metenſium Caroli v. Imperatoris legionibus oppoſuiſſent, non modò illum ad deſperationem fruendæ vrbis adegerunt: verumetiam hoſtium fame ac frigore pereuntium ſtragem incredibilem tutò ſpectauerunt: & eo veluti clypeo Galliam vniuerſam protexerunt. Quis item neſcit Tyrum vrbem Alexandri magni obſidionem ſex integros menſes pertuliſſe, & eius furorem retardaſſe, dum interim Darius exercitum ingentem conſcripſit? Nec verò credibile eſt ſi arces ignauiam hominibus ingenerarēt, Romanos vrbem & arcem munitiſſimam habituros fuiſſe, cùm populos omnes animi robore ac fortitudine ſuperarent: alioqui Tarquinius Superbus, Martius Coriolanus, Pyrrhus, Annibal momento Vrbem deleuiſſent: ac niſi poſt Allienſem cladem Vrbe capta & incenſa ciues in

4 Plutarc.

5 anno 1512. Leō Affer.

arcem ſe recepiſſent, vt Gallorum impetus ſuſtinerent, Romanum nomen & Imperium à ſtirpe exciſum fuiſſet: vt patrum noſtrorum memoria poſt Vrbem Carolo Burbonio duce captam, Pontifex maximus vna cum principibus ciuitatis ab arce Angelica quaſi ab extrema anchora ſuę ſalutis præſidium opportunè quæſierunt. Quæ autem regiones munitis oppidis deſtituntur, vno vel altero prælio in hoſtium poteſtatem veniũt: ac ſæpius inopinantes & ex improuiſo pauciſſimi quamplurimos imbelles fortiſſimos adoriuntur. Anglia quidem Angloſaxonibus conceſſit pulſis Britannis: eadẽ Danos victis Anglis dominos recepit: poſtea Normanos duce Gulielmo. Et cùm bellis ciuilibus principes Hyorchorum

*Regnũ Angliæ ter amiſſum ac recuperatum.*

ac Lancaſtrenſium exarſiſſent, non amplius ſemeſtri ſpatio ter amiſſum B
ac recuperatum regnum fuiſſe legimus. Ac tametſi Eduardus IIII. regno potitus eſſet, eo tamen mortuo Richardus parricidio partum Imperium Henricho VII. exule cum leui exercitu redeunte, momento amiſit. quæ regionibus arces præſidiis firmatas habentibus non contigerunt. At etiam Romani artis imperatoriæ peritiſſimi non vrbes modò, ſed etiam exercitus locis omnibus vallo ac foſſa munire docuerũt, nec ſine caſtris prælia geſſiſſe leguntur: quorum quanta fuerit vtilitas Paulus Æmylius

6 Liuius lib. 35.

Imperator optimus graui ad milites oratione[6] cùm diſſereret, Maiores, inquit, noſtri caſtra munita portum ad omnes caſus exercitus ducebant eſſe, vnde ad pugnam exirent, quò iactati pugnæ receptum haberent: & qui caſtris exutus erat etiamſi pugnando acie viciſſet, pro victo habebatur. C
Ipſa denique populorum penè omnium, Perſarum, inquam, Romanorum, Ægyptiorum, Græcorum, Turcarum, Celtarũ conſuetudo muniẽdarum vrbium ad hoſtiũ perniciem ac ſalutem ciuium rem maximè neceſſariam eſſe comprobauit. ad quam opportunitatem Tartari ſeſe tãdem ſuáque oppida accommodarunt: cùm ad improuiſos hoſtium impetus ſæpiſſimè imparati offenderentur: qua ratione fortiſſimos quoſque ab ignauiſſimis ſuperari videmus. Quæ cùm ita ſint, haud dubiè ciues militaribus etiam diſciplinis inſtructos eſſe oportet: quia non tãtùm armatus aduerſarius repellendus eſt, ſed etiam feriendus. Neque verò ab vllis magiſtris accepimus aut didicimus, ſed ab ipſa natura hauſimus & expreſſimus, vt cædes, incendia, rapinas, libidinem, à vita, fortunis, cor- D
poribus arceamus: ac Deus ipſe iubet à templis ſacrilegia, ab oppidis direptionem, ab agris vaſtitatem depelli, & omni ratione ſalutem noſtram expediri: neque id tantùm ſed etiam hoſtes ac latrones cõſectari ac perdere. quæ naturæ diſciplina omnibus diuinis & humanis legibus confirmatur. Ex quo illud conſequens eſt, non modò clypeos & oppida præſidiis omnibus ad bonorum tutelam & ſalutem obuallata: verumetiam ad improborum & latronum offenſionem ac exitium tela, gladios, haſtas comparari oportere. Ego latrones non tantùm appello eos qui latera tyrannorum aut viatorum obſidẽt: quos propterea Latini Laterones[7] dixerunt: ſed etiam eos qui ſcelerata conſenſionis fide conſcriptis legionibus vagantur: qui alienis Imperiis ac ciuitatibus inſidiantur: qui nulla iniuria laceſſiti pacatis populis bellum inferunt: qui cùm ſceleratiſſimi ſint

7 Feſtus. ita Hebræi ציר latronẽ à צר quod latus ſignificat.

ſint, hominũ tamen innocentium perniciem moliuntur: etiamſi regalia
ſceptra teneant, & regali pompa circunferantur [8]. Neque enim verum — 8 Cic.lib.1 offic.
eſt quod M. Tullius ſcripſit, bellum iuſtum non eſſe niſi quod aut rebus
repetitis geratur, aut quod antè denuntiatum ſit & indictum: quia denũ-
ciatio non facit vt iuſtè bellum ſuſcipiatur: ſed belli cauſam non modò
probabilem verumetiam neceſſariam ſubeſſe oportet. iuſtior verò cauſa
nulla eſt quàm pro ſua deinde pro innocẽtium vita tuẽda. Etenim paulò
minùs peccat, qui hominũ innocẽtiũ vitã, caput, fortunas nõ tuetur: aut
ſi poteſt illatã aliis iniuriã nõ propulſat, quàm ſi ipſe vltro inferat. quod
de ſingulis dictũ latiſſimè patet ad vniuerſos, vt etiã copiis ac legionibus
B cùm aliter nõ poſſumus, iniuria violatos vlciſcamur. Id autẽ ſine arte mi-
litari ac imperatoria fieri nõ poteſt: cuius aliȩ ſunt quãplurimȩ prȩter ȩas
quas diximus vtilitates: vt ſcilicet pace domi ac tranquillitate fruamur:
bellis externis implicari oportet. Hoc vnum aduerſus improborum ci- — *Bellũ externũ contra ciuilia bella ſalutare.*
uium coniurationes ac ſeditioſos cætus remedium ſalutare, Romani non
modò vtile, ſed etiam neceſſarium eſſe duxerũt: qui vt minimum ab ex-
ternis bellis conquieuiſſent, ciuilibus premebantur. Cùm enim aliquan-
do in ipſius Vrbis viſceribus Patres cum plebe capitalibus odiis inter ſe
contenderent, hoſtis in Capitolium inuaſit: repente ciues ad cõcordiam
adducti hoſtem repulerunt [9]. rurſus parta pace cùm in ciuiles diſcordias — 9 Dionyſ.lib.7. Liuius lib.3.
relapſos intuerentur Veientes, Romanos agros vaſtare cœperunt: repen-
C te ciuilis motus conquieuit, vt hoſtes propulſarent. Quamobrem cùm
Latinorum ac Hetruſcorum nationibus perceptum & planè cognitum
eſſet populum Romanorum non niſi à ſeipſo vinci poſſe, ſimultates &
odia in ciuitate clam ſeri oportere decreuerunt. Sic enim Liuius ſcribit [1]: — 1 lib.2.
Principes Hetruriæ populorum fremebant æternas eſſe opes Romano-
rum, niſi inter ſemetipſos ſæuiant: id vnum venenum, eam labem ciuita-
tibus opulentis repertam, vt magna Imperia mortalia eſſent. Nec verò
motus ciuiles Hiſpanorum aliter ſedari potuerunt, cùm abſente Carolo
v. Imperatore nouum ſibi regem creauiſſent, quàm Gallorum exercitu
in Cantabriam & Nauarram irruente, quas regiones Galli occupauerãt:
ſed Hiſpani repente conciliatis animis hoſtiles impetus repreſſerunt, &
D amiſſa recuperarunt. Quid Angli? num portum totius Normaniæ pro-
uinciæ munitiſſimum ac opulentiſſimum occupauerant, totámque pro-
uinciam crudeliſſimè populabantur [2], finitimas prouincias ac regnum — 2 anno 1563.
ipſum appetentes niſi arma ciuilia Galli in communem hoſtem conuer-
tiſſent? mox enim fuſi ac fugati domum ſe receperunt, nec priùs in Gal-
liam ſe redituros decreuerunt, quàm ciuilibus ſeditionibus quaſſata Gal-
lia faciles aditus ad ſe inuadendum aperuiſſe videatur. Ad externa redeo
(atque vtinam domeſticis exemplis caruiſſemus) vt planum ſit Rempu-
blicam Romanorũ nulla re magis floruiſſe quàm arte militari: ſine qua
nõ modò Imperij fines augeri, ſed ne ſtare quidem potuiſſent. Pleni ſunt
Græcorum ac Latinorum libri, quibus perſpicitur Senatui populóque
Romano id vnũ propoſitũ fuiſſe, vt perpetuis bellis cum hoſtibus ciues
implicarent. ſed quoniam nec iniuria bellum inferre cuiquam fas eſſe

putabant, nec ſubactis finitimis, & auctis opibus quiſquam Romanos laceſſeret impunè, incredibili virtute & animi fortitudine ſociis ac fœderatis illatas iniurias vlciſci, ac tyrannide oppreſſos liberare propoſuerunt: vt materia belli nec honeſta deeſſet, nec inertia ciues ac deſidia diffluerent, aut ſibiipſis bellum inferrent. Itaq; & pro Imperij dignitate, & pro gloria, cuius auidi prȩter cȩteras gẽtes fuerũt, & pro iure nõ modò ſociorũ ſibi dimicandũ eſſe ſtatuerũt, ſed etiã pro iis qui nulla ſibi ſocietate cõiuncti fuiſſent, ſi à potẽtioribus violarẽtur. vbi enim melius ſanguis ſpargi poteſt? vbi honeſtiùs vita deponi? vbi verior ac ſolidior gloria cõparari? ſæpe quoque mercatoribus ac nauiculariis iniurioſiùs tractatis bella geſſerũt: aut cùm ſalus tenuium in periculũ ac diſcrimẽ vocaretur, maximéque ſociorũ, pro quibus ſtudio inflãmato ad vltionẽ repoſcẽdã ſic rapiebantur, vt eorum metus qui per animos gentium barbararum & crudelium tyrannorum peruaſerat, potẽtiſſimos quoſque ab inferenda iniuria prohiberet, ac bonos in officio contineret: quippe virtutũ omnium decus in fortitudine poſuerant, quam etiam eleganti Virtutis nomine appellabant: nam Cæſar in ſeditione militum: malo, inqui modeſtiam in milite quàm virtutem. Igitur ad artes imperatorias ac militares adipiſcendas à pueritia ludo exercebantur: extrema pueritia milites: ineunte adoleſcentia Centuriones: appetente iuuentute Tribuni militum: ætate matura Imperatores fiebant: nec ſcientiam militarem alienis præceptis aut literis ſed ſuis Imperiis, non offenſionibus belli ſed victoriis, non fuga ſed triumphis quȩſierunt: vt mirum videri debeat nemini ſi plura bella Romani geſſerunt quàm cæteri legerint: plures prouincias confecerunt quàm alij concupierint. Ergo prolatis vſque eò Imperij finibus, vt iam nulli hoſtes quos contra bellum gererent, vupereſſe viderentur, mutuis armis & animis conflixerunt: ac potiſſimùm Cæſar & Pompeius, vter vtri imperaret: quod bellum Ciceroni pium ac neceſſarium viſum eſt, ciuibus tamen exitiabile niſi Pompeius viciſſet: calamitoſum etiamſi viciſſet. Crudelior tamen Triumuiratus, poſtremò copiis omnibus & opibus Imperij maximis cùm ad Actium pugnatum eſſet, Auguſtus adepta victoria, & cum populis omnibus pace pacta, tametſi exercitu nihil amplius egere videretur, nihilominus tamen quadraginta legiones in prouincias Imperij, ac potiſſimùm in fines ferociſſimarum gentium diſperſit, vt aſſiduè militari diſciplina ciues exerceret, bellíque ciuilis materiam quamlongiſſime ab Vrbe remoueret. qua diſciplina tandiu ſtetit Imperium Romanum quoad Conſtantinus Chriſtianorum Pontificum oratione perſuaſus legiones illas ac robur Imperij planè ſuſtuliſſet. mox enim ſublata militari diſciplina barbaræ gentes prouincias omnes Romanorum populari ac vaſtare cœperunt. Ex quo perſpicuè intellectum eſt, iura, iudicia, leges, religiones, omniúmque rerum publicarum opes ac potentiam ſub militaris diſciplinæ clypeo contineri. nam cùm bello aliquo occupata ciuitas eſt, cæteras artes ac diſciplinas latere quaſi metu perterritas neceſſe eſt, & inter tubarũ clangorẽ, timpanorúmque ſtrepitũ nullum ſui vſum præbere, ſed arti militari concedere. Illa quoque vtilitas quæ

*Imperij Romanæ labes.*

quæ ex militari diſciplina exiſtit, maxima debet videri, quòd nulla tam ſancta ciuitas eſt, quæ hominum improborum multitudine vacare poſſit, qui cum otioſè viuere nequeant, furtis, rapinis, luxu, voluptatibus, alea, ſtupris vitam turpiter traducunt, ac bonorum cœtus labefactant: nec tamen legibus vllis, aut imperiis magiſtratuum aut pœnarum metu coerceri poſſunt. Leges enim Anacarſis comparare ſolebat cum araneorum telâ ſubtili, quæ cùm muſcas imbecilles irretire poſſit, ad beſtiarum maiorum impetus celerrimè frangatur. remedium igitur maius eſſe nullum poteſt, quàm eiuſmodi homines qui propter deſidiam in otio viuunt & in ſua turpi inertia voluptatibus diffluunt, è ciuitate ad bellum emittere, ac veluti prauis & corruptis humoribus plenum corpus vacuare. Atque hoc potiſſimum ſpectabat Carolus v. rex is, qui ſapientis laudem ac nomen adeptus eſt, cum auxiliares Gallorum copias duce Vertranio Gueſclino magiſtro militum in Hiſpaniam miſit: vt Ludouicus xi. in conſimili cauſa Henrico Ricamundi comiti exercitum ad regnum Angliæ recuperandũ dedit: vnde ſalus huic Imperio parta: cùm ſceleratis omnibus redũdaret, & regibus exactis in ſua regna reditus nõ ſine Gallici nominis ſumma laude patuerũt. Quamquã militaris diſciplina Romanorũ, quæ omniũ cõmunis eſſe debet, ex ignauo ciue fortẽ, ex intẽperãti moderatũ, è deſidioſo ſtrenuũ, è luxurioſo frugalẽ, è libidinoſo cõtinentem efficiebat. neque enim ſolũ bellãdi virtus in Imperatore ac milite quæritur: ſed multæ ſunt artes eximiæ huius adminiſtræ cõitéſq; virtutis: ſcilicet labor in negotiis, fortitudo in periculis, tẽperantia in cupiditatibus, induſtria in agendo, celeritas in conficiendo, conſilium in prouidendo. Sunt hęc militari diſciplinæ, & imperatoriæ arti neceſſaria. Tantùm abeſt igitur vt arte militari ciues ad luxum, ad libidines, ad ſcelus, ad inertiam erudiantur, vt ex ſceleratis & flagitioſis ad omne genus virtutũ aſſueſcant: ſi eam quam dixi Romanorum militarẽ diſciplinam & artis imperatoriæ præcepta condiſcant. Age verò, quid ciues ad omnia vitæ officia promptiores efficit quàm hoſtium ac belli metus? nullis certè temporibus Romani virtutibus omnibus tam claruerunt quàm cùm Pyrrhus primùm, deinde Annibal Vrbem ſuis legionibus terruerunt [3]. Vtroque ex Italia decedente, pòſt etiam Perſei ac Antiochi opibus fractis, cùm Romani iam amplius quem metuerent haberent neminem, tunc primùm vitiorum labes ſerpere, ac ciues luxu diffluere cœperunt. O quam Scipio ſapienter, qui Carthaginem deleri noluit, cùm proſpiceret aut futura bella ciuilia, aut Romanorum inertiam, cum hoſtes quibuſcum de virtute certarent, Carthagine deleta nullos eſſent habituri. Vt enim licentia homines ad vitia, ſic metus ad virtutem reddit procliuiores. Nec dubium eſt quin antiquiſſimus ille Imperiorum ac ciuitatum omnium temperator Deus non modò ſingula ſingulis contraria, ſed etiam populis quibuſque aduerſarios excitarit, vt aliorum opibus alios vlciſcatur, ac periculorum metu omnes in officio contineat: vt quidem oratione graui Samuel [4] in concione populi teſtatus eſt, ſcilicet Deum præpotentem in populum ſelectum hoſtes vndique concitauiſſe, vt ſuos periculorum ac ſeruitutis

*Belli vtilitas maxima.*

*Ciuili omnibus virtutes.*

*Hoſtium metus in officio continet.*

3 Polybius lib. 6.

4 Samuel. c. 12 & Iudic. 2. & 3.

metu quaſi frænis quibuſdam in officio retineret. Ac vt breuiſſimè concludam, ſi tot ac tantarum vtilitatum nulla ratio habeatur, neceſſitati tamen ac Reipublicæ ſaluti proſpiciendum, ne hoſtium rapinis ac libidini deſertam eſſe patiamur. Nam cùm hoſtium copiæ non longè abſunt, etiamſi irruptio facta nulla ſit, tamen pecora relinquuntur, agricultura deſeritur, mercatorum nauigatio conquieſcit: ac ſæpiſſime totius anni fructus vno rumore periculi atque vno belli terrore amittuntur. Quis igitur dubitet quin ciues in bellum incũbere debeant, in quo nõ modò gloria & vtilitas maxima, ſed etiã quo vno ſalus ciuiũ, auxilia ſociorum, fortunæ ſubditorum, ſecuritas omnium continetur? Quibus rebus perſpicuum eſt eos errare ac decipi qui fruendæ pacis aut iniuriæ propulſandæ B
cauſa bella ſuſcipi putant oportere. tametſi nulla pacis ab hoſtibus conſequendæ via compendioſior eſt, quàm vt intelligant ſibi cum ſtrenuiſſimis ac fortiſſimis legionibus negotium fore. Rectè enim Manlius Capitolinus, Oſtendite, inquit, modò bellum, pacem habebitis: videant vos paratos ad vim, ius ipſi remittent. Hæc in vtranque partem argumẽta non modò probabilia, ſed etiam pleriſque ſeorſum intuentibus neceſſaria videantur. Vt igitur aliquid definiamus. Rerumpublicarum genera vt varia ſunt, ita quoque varios huius quæſtionis fines ad ea accommodare neceſſe eſt. Ego pupulares ſtatus ad militares & imperatorias artes exerceri oportere ſtatuo, propter eas quas ſuperiùs attulimus earum artium vtilitates: eóque magis ſi populi natura ipſa bellicoſi ſunt ac C
feroces, vt Scythæ ac montani: quos non modò bellis aſſueſcere quàm otio pręſtat, ſed cum hoſtibus ſæpiſſime confligere: nec pacem petentibus, niſi optima conditione delatã ſuſcipere oportet, cùm ciuitati pernicioſa ſit, bellum verò, ſi extra fines imperij geratur, ſalutare. parta pace ne ſit otioſus exercitus, aut principum finitimorum mercede alendus erit, aut certè in ipſis Imperij finibus quaſi in præſidiis collocandus. In quo genere Heluetij prudenter, qui quòd maximè omnium ad bella gerenda idonei ſunt, & ad tuendam libertatem nati, cum à bellis domeſticis conquieuiſſent, ſub exteris principibus ſtipendia mereri ac militiæ diſciplinis exerceri quàm inerti otio languere maluerunt, ne vna cum militari diſciplina populare Imperium ac libertatem amittant. Quãtum D
verò ad Reipublicæ & ad priuatorum opes incrementi, quæ adiumenta ex ſocietate cum regibus noſtris contracta acceſſerint, omitto: illud tantùm, perniciem eius Imperij moliri, qui eos à militari diſciplina religionis ſpecie deterrent. Quanquam bella ipſa legibus diuinis non tantùm probantur, verumetiam iubentur, quæ modò iuſta ſunt. Et certè Romani veteres bella non niſi ſumma cum religione decreuerunt. Ciuitas Romana, inquit Liuius, religioſa in principiis maximè nouorum bellorum ſupplicationibus habitis & obſecratione circa omnia puluinaria facta.

*Definitio propoſitæ quæſtionis.*

Arces autẽ præſidiis obfirmatas habere periculoſum eſt libertatẽ popularem amantibus: præter vrbem ipſam in qua ſedes ac domicilium popularis Imperij collocatum ſit: ne quis hoſtium vel etiam ciuium ac domeſticorum imperandi cupiditate inflammatus arces occupare, eáſque pręſidiis

*Vrbem in quà popularis Imperij ſedes eſt muris ſuccinctã eſſe oportet.*

ſidiis obfirmare poſſit, vnde popularis ſtatus conuerſio, aut etiam Reipublicæ euerſio ſequatur. Cùm enim Dionyſius Acradinam Syracuſanorum arcem fraude occupaſſet, populum ad ſeruitutem adegit. Lacedæmonij victis Athenienſibus ac Thebanis, cùm muros ſolo exæquaſſent, arces tamen præſidio firmarunt: qua non aliter populare Imperium euerti poteſt quàm arce munitiſſima ad plebis impetus & furores coercẽdos extructa, vt veteres quidem tyranni ſemper, ætate verò noſtra Coſmus Medices exemplo memorabili planum fecit. At ne Heluetij quidem montani, qui ſtatus planè populares tuentur, Vranï, inquam, Vnderualdi, Glarenſes, Abbaticellani oppida ſua muris cinxerunt, vt cæteri qui
B propiùs abeſſe ab ariſtocratia videntur. Idem tamen in puriore optimatum ſtatu quod in democratia, quantum ad arces attinet, relinquitur iudicandum: quia non minùs & certè maius periculum optimatibus impendet, ne vnius imperãdi cupiditas arce capta dominatum arripiat: aut ſuas opes ad potentiorum exitium cum plebe coniungat. Quæ verò Imperia regionibus ac prouinciis latiſſimè patent, vt vnius dominatu teneantur, nec vrbes valde munitas, nec arces ædificare, præterquam in ipſius regni finibus neceſſe eſt: vt regnum & aduerſus hoſtes, & contra ciuiles motus faciliùs tueri poſſint. Hoc etenim natura ipſa nos docuit, quæ cùm animantium extrema vnguibus, aut cornibus, aut ſolidiore oſſium compage armauerit, cætera exarmata reliquit. Sed abſurdè prin-
C ceps vrbem validiſſimis mœnibus cinxerit, niſi arcem quoque agris & vrbi imminentem præſidio firmarit. Quòd ſi magnum eſt ac latè patens Imperium optimatum, nec ab hoſtium irruptione tutum, vrbes quidem hoſtibus oppoſitas propugnaculis arcéſque munire oportebit: ſed ea lege ne Præfectus arcis vrbani Prætoris aut Præſidis cuiuſquam, aut alterius quàm ipſius regis imperio teneatur. Sic enim Turcarum principes ab Ægypti Sultanis [5] inſtituti, ſic Veneti, ſic reges noſtri Præfectorum imperia diuiſerunt. Veneti hoc amplius quòd annua poteſtatum ac Præfectorum imperia eſſe voluerunt: ne quiſquam in arce perpetuum ſibi domicilium conſtituendum putet. Rhaguſij verò qui optimatum Imperium vnius vrbis ambitu, & anguſtiſſimis agri finibus tuentur, arcem
D loci natura firmiſſimam habere coacti, Præfectum in ſingulos dies mutant, & obuoluto capite in arcem deducunt. Id quidem ex vetere Athenienſium inſtituto, qui ex nouẽ Prætoribus vni tantùm claues arcis quotidie committerent. Tutius eſt tamen in optimatũ ac populari Imperio arces ab vrbe metropoli in qua domiciliũ Imperij conſtituatur, amouere: ne quis ex optimatibus arcem vnà cum Imperio inuadere ſe poſſe cõfidat. In monarchia ne ſingulis ruſticas arces munire liceat prudenter eſt non modò ab Anglorum & Moſchouitarum, verumetiam ab omnibus Orientis & Affricæ regibus inſtitutum: ne ſubditi defectionem meditentur ſi potentes fuerint, aut latrocinia ſi tenues. Quamobrem Heluetij ac Germani arces quaſque munitiſſimas & latronibus & tyrannis opportunas quæ liberis ciuitatibus imminebant, iampridem ſubuerterunt. Sed in monarchia in qua mos inueterauit, vt arces ac præſidia cõtra

[5] Leo Afer.

*Diffidentia inter optimates.*

vim latronum ruri habere liceat, qui eas edictis euertere ſe poſſe putet, ne ille Reipublicæ ruinam moliatur, ſemper tamen in omni Republica licuit ac licebit prædonum latebras ſempiternis ædium ruinis cumulare. Atque hæc de muniendis vrbibus, ac locis præſidio militari firmandis. Belli verò ſtudia optimatum generi vtiliáne ſint an pernicioſa, dubitari poteſt. Nam ſi plebs armata fuerit, difficile eſt vt optimatum imperia ferre, & honoribus ac præmiis excludi ſe patiatur. Si optimatibus tãtùm arma tribuantur, vna clade, vel pluribus belli offenſionibus acceptis deleri, ac penitus extingui, ex eóque ſtatum optimatum interire neceſſe eſt, vt ſuperiùs variis exemplis docuimus. Sin militarem diſciplinam omnino deſerant, finitimorum direptioni ac ludibrio ſubditorum patebunt: B niſi arctiſſima cum illis ſocietate ac fœdere coniungantur: aut vrbes arcéſque munitiſſimas optimatum præſidio teneant: vt Veneti coguntur: quos Contarenus ſcribit ſtudia belli ac militarem diſciplinam propter ea quæ diximus incommoda deſeruiſſe: quanquam hoc ignauiæ potiùs quàm vllis inſtitutis ac legibus tribuendum eſt, cùm ante ducentos annos rem militarem ſtrenuè tractauerint, ac de Genuenſibus claras victorias reportauerint. Sed pacis diuturnæ fructu & otio delectati bellica ſtudia neglexerunt, vt peregrinis nõ modò militibus, ſed etiam ducibus aduerſus hoſtes iampridem vti cogantur. ac ſi quis ex optimatibus ſtudia belli amplectatur, aut peregrinorum principum ſtipendia quærat, hunc ab inſtituto domum reuocant: vt non ita pridem Cornarium opi- C bus ac propinquitatibus florentem, cùm militares animos ſpirare, ac imperandi auiditate quadam teneri videretur, à principum peregrinorum conſuetudine ſeduxerũt. Certè quidem periculi plena res eſt exercitum peregrinum ac ducem peregrinum conducere, quibus præſit domeſticus Imperator: cùm imperium militare in eos qui niſi velint cogi non poſſunt, inane ſit ac inutile futurum. Carthaginenſes quidem nondum militari diſciplina ſatis inſtructi, duces Lacedæmonios arceſſere ſolebãt, qui exercitum Carthaginẽſium ducerent ſub Imperatore Carthaginenſi. nunquam tamen exercitu ac duce peregrino vtendum ſibi putauerũt: ne Reſpublica in peregrinorum poteſtarem veniret. Sed Veneti loci natura, oppidíſque ac propugnaculis munitiſſimis tuti, exercitus peregrini D fraude vel ignauia vinci poſſunt, de Imperio penitus deturbari non facilè poſſunt. Seditiones verò ciuiles arte militari deſerta ſæpe declinauerunt: cùm antea coniurationum ac ſeceſſionum ciuilium fluctibus ſæpiſſime iactarentur. Ac ſiquidem bella non niſi propulſandæ iniuriæ ac pacis fruendæ cauſa ſuſcipienda ſunt: ac beata ciuitas eſſe putetur, quæ parta pace ſuis finibus contenta ſit: profectò Reſpublica Venetorum beata videatur, quæ non modò Imperij ſedem in loco arte ac natura inexpugnabili collocarit: verumetiam in continente arces ad Imperij adiumentum valde opportunas tantis præſidiis firmarit, vt nec hoſtium impetus valde metuere debeat, & ſubditos imperiis ac legibus facilè tueri poſſit. Propagandi verò Imperij curam penitus omiſerũt, quinetiam bellorum cauſas omnes ſtudioſiſſimè declinant: & illata difficillimè ſuſcipiunt:

ſuſcepta verò finire, ac pacem modis omnibus magnóque ſępius cum detrimento inire conantur: vt videre eſt in fœderibus cum Iulio II. Pontifice maximo, cum Maximiliano Imperatore, cum Alphonſo rege Neapoleos iiſdem temporibus [6], & non ita pridè [7] cum Selimo principe Turcarum percuſſis: à quo pacem petere amiſſa Cypro non dubitarunt. Et quemadmodum beſtię imbelles quibus natura bilem ademit, vt cerui & columbæ, aut quas omnino exarmauit, vt lepores, fuga ſaluti ſuæ conſulunt: ita quoque turpe videri debet nemini, ſi gens imbellis cum ſuo detrimento paciſcatur: cùm tamen ei qui plus armis ac opibus valeat, aut par hoſtibus eſſe poſſit, pacem petere etiam ſine detrimento turpe eſſe videatur. Nec verò vlla res Henricum II. regem & Carolum V. Imperatorem ab ineunda [8] pace tandiu retardauit quàm quòd incerto rumore Carolus pacem ab rege petiiſſe diceretur: quo nihil ab vllo principe, ne votis quidem conceptis maius optari poteſt: eóque magis ſi fines hoſtium peruaſerit, vt idem Imperator Franciſco rege I. non modò ſuis, ſed etiam Germanorum & Anglorũ opibus fretus, huius Imperij prouincias quaſi finium regundorum iudicio vindicabat, vt quidem Sleidanus ſcribit: ſed Pontifex max. Imperatorem ad pacis actionem adegit, quam non niſi æquiſſimis conditionibus accepimus: eandem tamen Ludouicus XI. ab Eduardo IIII. rege Anglorum, cùm primùm fines Imperij valido cũ exercitu vaſtare cœpiſſet, petere, pretióque affinitate contracta mercari non dubitarat: & cùm ab amicis ac familiaribus cunctator & timidus appellaretur, patienter ferebat. Quanquam Carolus VII. Ludouici pater pacem multò fœdiorem petierat à Philippo II. Burgundionum duce regis fiduciario ac ſubdito, & quidem per Legatos quos omnium illuſtriſſimos ad hoc negotium adhibuerat, ſcilicet magiſtrum Equitum, Cancellarium, ac Tribunum militũ legationis comitibus additis, qui circunſtante magna principum ac illuſtrium virorum corona, regis ipſius nomine veniã paternæ cędis à duce petierunt, cùm id factum à rege prauis quorundam conſiliis confiterentur: dux ad extremum duris conditionibus quas dixerat perſuaſus ægre tamen, declarauit ſe Pontificis maximi ac princip ũ Chriſtianorum rogationibus impulſum regi Francorum paternam cædem ignoſcere. Nihil abiectius, nihil humilius à ſeruo fieri potuit, quàm quod à rege Francorum maximo factum eſt, vt Anglos de regni poſſeſſione deiiceret. Romani priùs Rempublicam cum fortunis omnibus in extremum diſcrimen adduxiſſent, quàm iis legibus pacem acciperent: cùm annos amplius DCC. quibus cum populis ferè omnibus de Imperio dimicarũt, ad pacis petitionem pertrahi nulla vi potuerint, prætorquam à Gallis qui fuſis Romanorum legionibus & Vrbe inflammata Capitolium cùm principibus ciuitatis obſederant. Inepti quidam hiſtorici ſcriptis prodiderunt Gallorum exercitus poſtea Furij Camilli ductu fuſos ac proſtratos fuiſſe, adeò vt ne vnus quidem tantæ cladi ſuperſtes eſſet: quaſi verò Furius exul, inops ab exercitu, à pecuniis, à conſilio plus potuiſſet quàm Senatus populúſque Romani legiones, opes, exercitúſque ſociorum. At Callimachus totáque hiſtoria Græcorum, copias exercitúſq;

[6] anno 1508.
[7] anno 1570.
[8] anno 1554.

Gallorum Græciam ſubegiſſe, ac regnum Thraciæ condidiſſe teſtantur. At L. Martius Proconſul cum exercitu Romanorum fuſus oblatas à Perſeo victore pacis conditiones repudiauit, niſi Perſeus ſeipſum ac Macedoniæ regnum Senatus populíque Romani legibus poteſtatique permitteret, tametſi tributum Romanis dependere non recuſaret. Pyrrhus item duplici aduerſus Romanos victoria elatus ac penè Italia potitus, Legatos Romam miſit pacis cõditiones æquas accepturus: Legatis reſponſum eſt, nullam fore pacis actionem, niſi Pyrrhus Italia excederet: cum eo tamen erat honoris ac dignitatis certamen, non capitis aut fortunarum. rex accepto reſponſo dixiſſe fertur, Romanos nec victores nec victos acquieſcere poſſe. Fuerunt illa quidem fortium virorum B reſponſa, id eſt eorum qui bellicarum rerum vſu & animi magnitudine ſemper inuictos ſeſe omnibus Italiæ populis antea præſtiterant: quod principem minimè deceret qui nec viribus nec potentia pareſſe videretur. Hunc enim tempeſtati obedire ac tandiu vela facere aut contrahere neceſſe eſt, quoad portum tenere poſſit: ne inani gloriæ inſeruiens nauim vnà cum vectoribus ac ſeipſum naufragio perdat. Moſchouitarum Dux antea maximus proauus iſtius qui potentia finitimos ſuperauit, cùm allatum eſſet Tartarorum Præcopem cum legionibus octodecim aduentare, obuiam proceſſit & ad potentioris pedes humiliter aduolutus imperata facere non dubitauit, vt conſuleret patriæ ſaluti. Igitur pace turpi conditione accepta (quanquam nihil turpe videri C poteſt quod cum ſalute Reipublicæ coniunctum ſit) tantum incrementum accepit, vt non modò Tartarorum iugum excuſſerit, ſed etiam eos extra fines Imperij longè propulerit. Igitur principem copiis, opibus, ſocietatibus, propinquitatibus florentem ad pacis actionem accepta iniuria delabi turpe putant: quòd Reipub. dignitati, & in poſterum ſecuritati non proſpicitur. nam qui ab hoſtibus iniuriam impunè accepit, ab iiſdem leges accepturus, ac poſtremò ſeruitutem paſſurus eſt. Quamobrem magni principis eſt ſalua Republica, nec bellum appetere, nec ſi laceſſitus, pacem precari: nec prælium conſerere, niſi plus vtilitatis in adepta victoria laturus eſt, quàm detrimenti ſi vinceretur: vt quidem Auguſtus prudentiſſimus princeps fieri oportere iudicabat: qui bellum niſi D neceſſarium intulit nemini, & illatum propulſare ſatis habuit: pacem verò quantum quidem fieri poterat, ſanctiſſimè coluit. At regulos minutóſque principes, quíque artes imperatorias ac militares iacere patiuntur, pacem à clariſſimis Imperatoribus precari, ac deprecari bellum turpe videri non debet. Iullius quidem III. Pont. M. ſuſceptum ab Henrico II. rege noſtro bellum pro ſocij dignitate ac ſalute tuenda, quãtum quidem poterat, ſuſtinuit: ſed cùm tanti principis opibus impar ſibi videretur, pacíſque tuendæ autor eſſe deberet, legatos ad pacem petẽdam mittere non dubitauit, teſtatus per literas illatarum ab rege iniuriarum fore Deum vltorem, ad quem prouocare ſe dicebat. rex petenti pacem annuit, ſéque pro tribunali Dei opt. max. affuturum ſpopõdit: certò ſcire tamen Pontificem vadimonia deſerturum [2]. Pontifex vt erat vrbanus, dicterium

*Principem magnanimum nec pacẽ petere nec bellũ oportere.*

2 Literæ IIII. Idus Mart. ſcriptæ anno 1552.

dicterium non inuitus accepit, tametſi dolorem verbis ac vultu ſimularer. Vt autem animi magnitudo decus eſt omnium virtutum, quæque principem in ſummo honoris gradu collocare ſolet: ita quoq; hoſtium animos ac mentes ſui ſplẽdore præſtringit, vt eiuſmodi hominibus ſpõte ſeruire quàm imperare pulchrius eſſe ducant. In quo genere Romani multa egregiè & ad immortalitatem memoriæ glorioſe geſſerunt. Nam Furius Camillus Faliſcos non vi ſed virtute debellauit. cùm principum liberos ac Ludimagiſtrum perduellem ad obſeſſos mitti iuſſiſſet. Fabricius Pirrhum regem, cuius potentia Romanorum exercitus fregerat, ſingulari virtute ſuperauit, cùm veneficum ſeruum ei reddidiſſet: nec eo
B contentus oblatas ſibi à rege prouincias ac pecuniarum vim reſpuit: captiuorum etiam quos Pyrrhus liberos dimiſerat, pretium ſolui iuſſit, ne quid tanto principi à Romanis deberetur. Item Scipio cùm capta Cartagine formoſiſſimam Celtiberiæ principis vxorem inuiolatam marito reddidiſſet, nulla vi maximam Hiſpaniæ regionem populo Romano ſubegit, Cyri quem vnum ex omnibus ad imitandum ſibi propoſuerat, continentiam in conſimili victoria imitatus. Quæ tantæ virtutes populo Romano, qui nec turpiter vincere, nec virtute vinci poterat, non modò ſempiternam gloriam, ſed etiam maxima regna pepererunt. Sed cùm infinita ſint Romanæ virtutis ac fortitudinis exempla, tum verò nullum præclarius eſt ad muniendos & confirmandos ciuium animos aduer-
C ſus hoſtium metum quàm quod à Senatu decretum eſt, ne captiuorum octo millia quæ cladi Cannenſi ſuperfuerant, vllo pretio redimerentur: vt omnes intelligerent aut vincendum, aut hoſti miſere ſeruiendum eſſe. qua quidẽ re Annibal ſic animo fractus eſt ac perterritus [9], vt deinceps de Romanis victoriam vllam ſe laturum deſperaret. Romani verò ſtatum ciuitatis tot cladibus afflictum & cõcuſſum firmiſſimo ꝑſidio ſtabilierunt: cùm iudicaret Senatus Annibalem, qui tantùm Romani ſanguinis hauſerat, opes etiam accepto pro capite ac libertate pretio exhauſturum, & ignauiſſimos quoſque ciues redditurum: ſpe verò libertatis adempta, cæteris ciuibus incredibilem vincendi cupiditatem addiderunt. Sed vt calamitatibus acceptis deiici non poterant: ita nec ſe-
D cundis rebus elatiores animos quàm antea gerebant. Cùm enim Antiochus magnus amiſſo ingenti exercitu Legatos ad vtrumque Scipionem miſiſſet pacis conditiones quas vellent accepturus, reſponſum tulit, Romanos nec victos animum, nec victores modeſtiam amittere: nec duriores pacis conditiones ſe parta victoria quàm ante bellum dare conſueſſe. Nihil autem commodius Romanis, quàm extra fines Imperij bella gerere, & ab Italia militum velut examina quædam & colonias toto terrarum orbe diſſipare: vnde amiſſos exercitus facilè reparare: aut ſi vincerent regiones eas quarum diſpendio bellum geſſerant, ſub Imperium ſubiungere poſſent. Neque enim fortem ac magnanimum principem decet in Imperij ſui viſceribus prælium committere, ſi hoſtes extra fines Imperij anteuertere poſſit, aut certè alios exercitus vno amiſſo, vel munitiſſimas ac plurimas arces quibus ſeſe recipiat, habere oportet: alio-

9 Polybius lib. 6.

*Scipionis Africani vox egregia.*

qui periculum Imperij ac fortunarum omnium facturus: vt Antiochus, is quem modò dixi, Perſeus, Iuba, Ptolemæus Cleopatræ pater, Darius poſtremus, ac ſæpe reges noſtri aduerſus Anglos. Prudenter Ludouicus Craſſus rex Francorum, qui cùm Imperatorem Henricum vnà cum imperiali exercitu in Galliam aduentare audiiſſet pro ſuſcepto à rege Pontificis Gelaſij patrocinio exercitum ipſe militum ducentorum millium conſcripſit: tot enim Suggerius in hiſtoriam retulit: & extra fines Imperij ad Rhenum vſque finitimas Imperij prouincias longè latè populatus hoſtes anteuertit: qua re perterritus Imperator pacis conditiones arbitrio regis accepit. Pari fortitudine ac prudentia Philippus Auguſtus Ludouici nepos, cùm allatū eſſet Othonē Imperatorē vnà cum rege Anglorū & Belgarū regulis magno cum exercitu Galliā appetere, arces & oppida præſidio firmauit: deinde extra fines Imperij hoſtes ingēti clade proſtrauit. Ac ſiquidem Franciſcus I. rex cùm exercitu ad Papiam amiſſo in poteſtatem hoſtium venit, tantam cladem in Galliæ viſceribus accepiſſet, Imperium hoc in extremum ſui diſcrimen venturum fuiſſe nemo eſt (vt opinor) qui dubitet. quæ cùm in Italia contigiſſent, detrimenta multò leuiora fuere: quia ciuibus interim tēpus ad animos colligēdos & ad vires recuperandas datum eſt, vt de ſalute deſperandum non eſſet. Plerique tamen eum principem in quo ſumma Reipub. poteſtas ſit, prælio intereſſe oportere negant: eóque minus ſi hoſtes in intimos Imperij receſſus penetrauerint. Illud quidem facilè aſſentior, ſi princeps ignauus & abiecti animi fuerit: ſin magnanimus eſt ac ſtrenuus, proculdubio militibus animum incredibilem addit viréſque duplicat: eóque magis ſi exercitui charus ſit, ac ſingulorū virtutem interpellare velit. Vrget enim, vt ait Maro, præſentia Turni. Sæpe ſanè principis præſentia fugam exercitus repreſſit: vt Cęſar ipſe aduerſus Morinos, deinde aduerſus Pompeij liberos, cùm de vita dimicaret. Quòd item Eduardus IIII. rex Anglorū nouies ex pręlio victoriam reportauit, hoc ideo ei contigiſſe putāt, quòd exercitui ſemper imperaret, ac pedes cū hoſte manus conſereret. Quàm multi regem præliaturum alacres conſequuntur, qui aliena imperia recuſarent! nam cùm Eumenes Imperator ægrotaret, exercitus pugnam detrectauit, ni lectica adueheretur in cāpum, vt eius auſpiciis ac ductu[1] prælium inirent. Imperatorem tamen militis officia gerere nolo, nec ſe vitámque ſuam in aperta pericula coniicere: vt temere feciſſe arguitur Pelopidas, M. Marcellus, Vaſto Fuxæus, ac plerique alij, quorum occaſus incredibile attulit Reipublicæ detrimentum. Hîc artes imperatorias ac militares non attingo: ne diſciplinarum fines ac præcepta miſceantur: ſed id tantùm quod politicæ diſciplinæ proprium eſt. Hæc igitur meæ concluſionis ſumma eſt, principem dubitātem hoſtes in eius Imperium inuadere velint néc ne, arces & oppida finitima præſidio militari accuratè munire, ac bellum extra fines Imperij, quantum quidem fieri poterit, gerere oportere: aut ſi fines ſui Imperij peruaſerit hoſtis, non temere prælium committendum, ac multò minùs vitam hoſtibus opponēdam eſſe, ſi cum bellicoſiſſimis aut deſperatis hominibus bellum geritur: qui cùm

*Præſentia principis magnū affert ad victoriā adiumentum.*

[1] Plutarc. in Eumene.

B

C

D

cùm nullam, ſi vincantur, ſalutis aut præſidij ſpem habent, deſperatione victoriam ſæpiſſime adipiſcuntur: cuius rei cùm infinita ſint exempla; nullum tamen Francorum nomini calamitoſius eſſe potuit, quàm quod prælio Pictauienſi contigit Ioanne rege: qui non modò ſeipſum, vitámque ſuam, ac decus nobilitatis, totiúſque Imperij fortunas ancipiti prælio commiſit: nec hoſtibus pacem petentibus, modò impunè regni finibus excedere liceret, indulgendum putauit? Quid? decem circiter millia deſperatorum hominum quadraginta quinque millia fugarunt, ac regem captiuum abduxerunt. Vaſto Fuxæus conſimili errore peccauit; cùm ad Rauennam hoſtium copias fudiſſet, reliquias Hiſpanorum in cuneum B coactas quæ fuga ſibi ſalutem quærebant, perſecutus, vitam primùm, nec multò pòſt cætera quæ clariſſimis victoriis adeptus erat, amiſit. Quid antiqua commemorem? Cæſaris exercitus in Pharſalia fame ac inopia premebatur, vrbibus vndique ac legionibus hoſtium terra maríque circunſeſſus, ac breui, niſi viciſſet, fame interiturus: nihilominus tamen Põpeius prælium committere inuictáſque legiones laceſſere non dubitauit. In tanta rerum deſperatione Imperator Volſcorum breui oratione milites hunc in modum inflammauit, Armati armatis obſtant virtute pares, ſed neceſſitate ſuperiores eſtis. Hæc autem vis neceſſitatis tanta eſt prementibus armis, vt quæ iniuſta ſunt iuſtiſſima videantur. Iuſtum eſt bellum, inquit ille ad Samnites, quibus neceſſarium, & pia arma, quibus C nulla niſi in armis relinquitur ſpes. Quamobrem ſapienter Fabius maximus is qui gentis Fabiæ extremus fuiſſe dicitur, omnes omnium contumelias ac dicteria patienter ferre maluit, quàm Reipublicæ fortunas ancipiti prælio committere: atque ita cunctando, vt ait Ennius, reſtituit rem. Annibal verò qui cum Scipione de ſumma rerum ante mœnia patriæ certauit, Imperium ac Rempublicam perdidit. Romani quidem antea ſæpius cum Pirrho, cum Annibale in media Italia dimicauerant, vt neceſſe fuit, raro tamen: ſed ea gens erat cui exercitus nunquam deeſſent; cùm per leges militares anno decimo ſeptimo Romani ciues arma capere neceſſe haberent: nec ante quinquageſimum quintum ætatem excuſare. Itaque videmus apud Liuium duo millia Romanorum à Cen- D ſoribus ex albo ciuium exempta, quòd annos quatuor ſtudia militiæ deſeruiſſent. nec verò ad honorum petitionem admittebantur niſi ſaltem decenniũ militaſſent [a]. Quam quidem ad militiam initio coacti ſunt à finitimis, quorum hoſtilibus incurſionibus aſſiduè vrgebantur: deinde aliis atque aliis ſenſim ſubactis aut in ſocietatem acceptis, milites & auxilia ex legibus fœderum imperabantur. Et cùm in otio ſine bellis ciuilibus gens militiæ dedita domi pacem colere non poſſet, aut vindicandis ſociorum ac fœderatorum iniuriis bella inferebãt, aut illata ſuſtinebant: ac optimo cuique Imperatori triumphos, magiſtratus, honores, cęteráq; præmia in Republica maxima decernebant. id ſapienter eſt à Senatu inſtitutum quaſi aduerſus bella ciuilia remedium ſalutare. Quod Bœbius Tribunus plebis obiecit Patribus, bella ex bellis ſeri, ne plebs vnquam otio frueretur. Nec propterea domeſticam & vrbanam diſciplinam

*Nihil periculoſius quã cũ deſperatis hominibus præliũ committere.*

*Inuicta vis neceſſitatis.*

a Plutar. in Gracchis.

deſerebant: ſed idem ciuis Romanus boni Senatoris, boni Oratoris, boni etiam Imperatoris laude cumulabatur: vt de Catone maiore fertur: qui etiam de agricultura libros accuratè ſcripſit. nec turpe erat ab aratro ad Pontificatum, ad militiam, ad iudicia, ad conciones progredi. fuit enim Cæſar Pontifex, & iudicio Ciceronis Orator eloquentiſſimus, artiſque imperatoriæ peritiſſimis. Quæ militaris ac vrbanæ laudis ſtudia veteribus Græcis atque Italis diutiſſime communia fuerunt. Athenienſes enim ineunte pubertate militabant[3], id eſt anno decimoquarto, nec ante ſexageſimũ vacatio à militia tribui ſolebat. Itaque Ariſtidem, Periclem, Themiſtoclem, Alcibiadem, Phocionem, Leoſthenem, Demetriũ Phalereum, & alios innumerabiles ex omnibus Græciæ ciuitatibus bellicam & vrbanam diſciplinam coluiſſe, & in vtraque[4] excelluiſſe legimus: cæteros populos non item. nam Cretenſes, Ægyptios, Indos, Celtas, Perſas vtraque ſtudia[5] diuiſiſſe videmus. Itaque Lycurgus Ægyptiorum morem, apud quos non niſi Calaſyris militare licebat, in ſua Republica probauit: quod & maioribus noſtris, Cæſaris teſtimonio, & Platoni vtile viſum eſt: qui ciuium tres ordines fecit, cuſtodes, milites, & agricolas: ac paulatim Athenienſes[6] quoque ac Romani vtraque munera diuiſerunt, & quidem hoc breuiſſimo vitæ curriculo, qui in vrbana diſciplina excellant, pauciſſimos, qui in vtraque, videmus ferè neminem. Auguſtus enim Senatoribus ac Proconſulibus gladij geſtandi ius ademiſſe primus[7] videtur. decurſu verò temporum vrbani honores propriè dignitates appellari cœperunt: ſic enim Caſſiodorus[8], Quamuis, inquit, omniũ " dignitatum officia manu ſe claudãtur armata, & ciuilibus veſtibus induci " videantur, qui diſtrictionem publicam docentur operari: tua tamen di- " gnitas à terroribus eruatur, quæ gladio bellico rebus etiam pacatis accin- " gitur: arma iſta iuris ſunt non furoris. Hæc ille. Vix enim ciues omnes mi- " litaribus ſtudiis imbui ſalua Republica poſſunt. Quamobrem Franciſcus maior rex Francorum ſeptem legionum pedeſtrium copiarum quas imminentibus bellis arma capere iuſſerat[9], ordinem ac deſcriptionem ſuſtulit: ac tametſi Henricus filius patris inſtitutum anno poſt vigeſimo renouaſſet[1]: idem tamen conſilium mutare coactus eſt, cùm ab iis legionibus Rempublicam perturbari, ac motus vndique excitari videret. Quanquam ſi diſciplinam militarem tenuiſſemus, nihil præclarius iudicio multorum fieri poterat, in hoc potiſſimùm Imperio, quod potentiſſimæ nationes vndique circunſtant. Ac ſiquidem quatuor legiones peditum præter turmas equitum ad huius Imperij tutelam conſcriptæ, & in Imperij finibus quaſi militaria præſidia collocatæ fuiſſent, prudenter Reipublicæ cautum videretur. eſt enim Gallia ferè vigeſima pars Imperij Romani, cuius præſidio Cæſar Auguſtus quadraginta legiones ſufficere iudicabat. Quòd ſi pro quatuor legionum quas dixi, ac turmarum equeſtrium annuo ſtipendio quingenties ſeſtertiũ[2] imperatum fuiſſet, ſatis omnibus fieri potuiſſet, & quidem vberiùs quàm decem legionum ſtipendio temporibus Auguſti daretur. Is enim quadraginta quatuor legionibus equitum ac peditum præter vrbanas & Prætorias cohortes, prætér-

[3] Iullius I. Pollux.

[4] Plutar. in Phocione.

[5] Plutarc. in Lycurgo. Herodot. Cæſar de Gallis. lib. 6.

[6] Plutar. in Phocione.

[7] Dio lib. 53.

[8] In forma comitiuæ.

[9] anno 1534.

[1] anno 1552.

[2] Id eſt, centum octoginta ſeptẽ millia pondo argenti.

B C D

prætérque duas claſſes ad vtriuſque ſuperi & inferi maris tutelam, Imperium ab externis & ciuilibus bellis tutiſſimum reddidit: vix tamen quater millies in annua ſtipendia dediſſe conſtat pulcherrima omnium ordinum deſcriptione: quam cæteri principes & ad intuendum & ad imitãdum ſibi proponere debuiſſent, qualẽ Oroſius, Dio, Tranquillus, ac reliqui ſcriptores monimentis expreſſam reliquerunt. nec tamen Romanis militibus tam exiguo ſtipendio prædari fas erat, vt nunc impunè licere videmus. Hæc igitur Auguſti inſtituta ſeruantem, ac pro temporum & locorum ratione ſtipendia mediocriter augentem, militarem diſciplinam tueri, iura ciuium ac ſociorum defendere, hoſtes ab Imperij finibus B procul ſummouere licebit. at vrgente bello non modò ſocios, ſed etiam Rempublicam deſerere, aut tyrones hoſtibus opponere, aut peregrinum militem magna mercede ad prædam cogimur inuitare. Non tamen ſociorum auxilia repudianda ſtatuo, vt pleriſque videtur: nullũ enim magnum Imperium ſine auxiliaribus ſociorum copiis & opibus augeri, ac ne diu quidem hoſtium impetus ſuſtinere, aut paulò momento ſtare potuiſſe certum eſt. Sed ea ſociorum auxilia probo qui æquis fœderibus ac legibus conſociantur: vt ciuitates Heluetiorum inter ſe: quæ eoſdem hoſtes habent & amicos: aut ſi fœdera pro tuendis Imperij cuiuſque finibus, non ad aliena inuadenda iungantur, vt æquabiles leges vtriſque cõmunes ſint. nobis quidem cum Heluetiis ſocietas eſt ad Imperij vtriuſq. C tutelam: ſed non iiſdem legibus: vnde ſæpius diſcordiæ inter ſocios ſuboriuntur. Reges noſtri ſocietatem Heluetiorum coluerunt, ac tãta mercede conduxerunt quantam videmus, tum propter iura neceſſitudinis, tum etiam ne finitimi principes illos ad ſe maiori mercede pertraherent, ac peditum quos optimos habet illa natio, legiones inde conſcriberẽt. prædam verò & agros hoſtibus ereptos communes eſſe oportet eorum qui coniunctis copiis victoriam adepti ſunt: quæ verò ſeiunctis copiis parta ſunt ab vna ex ſociis ciuitatibus, eius eſſe propria oportet. Quod cũ à ſociis Romanorum non ſatis accuratè prouiſum eſſet, decepti ſunt ac circunuenti à Romanis: qui tametſi auxilia ſociis imperarent duplo maiora quàm ipſi conſcriberent: nihilominus tamen ſuis ſtipendiis militaD bant ſub Romanis: fuerunt enim ſemper exercituum Imperatores Romani: vrbes verò, arces, agri, oppida hoſtibus erepta in Romanorum poteſtatem veniebant: nihil ferè præter tertiam prædæ partẽ ad ſocios perueniebat: ac ne honores quidem illis in Vrbe communicabantur: exceptis oppidò paucis. Inde ſociorum aduerſus Romanos graues querelæ, ac poſtremò ſociale bellũ quo tota Italia penè deflagrauit: nec antè exitum reperire potuit, quàm omnibus ferè ſociis ius Romanæ ciuitatis lege Iullia tribueretur. Athenienſes eadem fraude ſocios circunuenerant, quibus tributa imperabant, nec vllum vnquam prælium, præter vnum [3], ab Athenienſibus ſine ſociali exercitu geſtum memoratur. Ex quo ſociorum ab Athenienſibus ad Lecedæmonios defectio ſecuta eſt. Illud etiam quæri poteſt, num ſocialem exercitum diuerſarum gentium ac linguarum habere vtilius ſit, quàm vnius linguæ. vnius quidem gentis exer-

*Auxilia ſociorũ æqua eſſe oportere.*

3 Plutar. in Phocione.

citum oratione Imperatoris commodius flecti poſſe opinor: nihilominus tamen diuerſarum quoque gentium legiones facilè regi poſſe primus Annibal docuit: qui tametſi exercitum ex Mauris, Carthaginēſibus, Numidis, Hiſpanis, Gallis, Italis, Græcis conſcripſiſſet, clariſſimas tamen victorias adeptus eſt, nec totos quindecim annos quibus exercitui præfuit, ſeditio militum excitata eſt. ac ſæpe quoque noſtros exercitus ex Heluetiis, Italis, Germanis, Gallis collectos ſtrenuè rem gerere, & concordiam ſimul tueri vidimus: ſeditione tamē oborta placari difficilimè poſſe iudicauit Polybius Scipionis Affricani præceptor. Quæ autem de ſocialibus copiis dixi, non eò pertinent, vt ſociorū copias maiores quàm domeſticas eſſe velim: nec tantam in alienis opibus ſpem collocare vt iis B obſiſti non poſſit: cùm vnicuique planum ſit penes eos ſummam Imperij ac rerum omnium eſſe, qui opibus præponderent: quibus collectis Imperium ac dominatum ſi velint occupabunt: nec verò voluntas imperandi cupidis vnquam deerit. Quòd ſi prouidendum eſt ne ſocialis exercitus domeſticis copiis robuſtior ſit, quantò magis cauendum ab exercitu peregrinorum quibuſcum nulla nobis ſocietas, nullum fœdus, nullæ rationes niſi mercede contractæ? neque enim dubium eſt quin ſuæ potius & vtilitati & ſaluti quàm alienæ inſeruiant: ac premente hoſtium metu aut victoriæ laudem prædámque ſibi tribuant: aut fugæ latebras quærant: cùm tamen alienis ſtipendiis bello aſſueſcant, & parēt opes quibus alienum Imperium adipiſcantur. Quid exemplis opus eſt? neque e- C nim vetera nobis conquirenda ſunt, cùm ætate noſtra Caradinus piratarum maximus ab Algerienſibus accerſitus vt eos à ſeruitute Hiſpanorū qui arcem occupauerant, liberaret, parta victoria Selimum regem cum domeſticis occiderit, ac regnum Ariadeno fratri reliquerit. Item Saladinus Tartarus, quem Ægypti princeps acciuerat vt Chriſtianos de Syria deiiceret pulſis Chriſtianis Imperium Ægypti occupauit: quod vt ſtabilius eſſet, Circaſſiorum ac Tartarorum venalitios ad corporis & Imperij ſui cuſtodiam Ægyptiis omnibus ac Syris exarmatis adhibuit, ac florentiſſimum Imperij ſtatum reliquit poſteris, qui non niſi à Selimo Turcarum rege deturbari potuerunt. Non aliter Heruli, Gothi, Langobardi Italiam: Franci Galliam: Angloſaxones Britanniam: Scoti fuſis Pictis ac D Britānis eam regionem quæ nunc Scotia dicitur, occuparunt: cùm tamē mercede conducti fuiſſent. Turcarum item Imperium inde potiſſimum incrementum accepit, quòd diſſidentibus de Orientis Imperio Græcorum principibus, ipſi mercede accerſiti afflictas Chriſtianorum opes penitus attriuerunt. Et quidem Carolus v. Imperator Germaniam in prouinciæ formam penè redegerat eadem fraude qua illi: cùm ſcilicet Germaniæ pars religionis ſpecie Hiſpanorum & Italorum opes euocaſſet: nam victis Saxonum principibus, cæteros etiam Hiſpanorum Imperiis ſubiicere tentabat. ac iam Philippum filium Germanorum regem deſignarat: niſi victi tandem Gallorum opes imploraſſent: à quibus Henrico rege ſeruitutis iſtius metu liberatos ſeſe libris peruulgatis confiteri non dubitarunt. Id quidem antea à Carolo Imperium ineunte prouiſum erat.

erat. nam duodecimo capite iuriſiurandi verbis à Pontifice Moguntino conceptis Imperator diſertè iurauerat ſe peregrinum exercitum in Germaniam nunquam traducturum. Tandē mortuo Carolo creatores ipſius Imperatoris ſingulari iureiurando ſeipſos obſtrinxerunt, ne in poſterum peregrinum Imperatorem facerent. prudenter id quidem, & legi[a] diuinę congruenter. Si tamen domeſticum Imperium ciues ferre nolint, commodius eſt procul Imperatorem accerſere quàm finitimum. Itaque Ætoli annuum Imperatorem Antiochum Aſiæ regem, Tarentini Pirrhum, Poloni Henricum ducem Andium, Leo rex Armeniæ vnū ex liberis Andrææ regis Pannoniarum repudiatis vicinis acciuerunt. B alioqui metuendum eſt ne finitimus Imperator perpetuum Imperium inuadat: aut ſi perpetuum eſt, hæreditarium faciat: aut ſi hæreditario iure ad poſteros quoque noui principis regnum peruenturum ſit, quaſi prouinciam Imperij ſui vectigalem ſit habiturus: neque enim ſperandum eſt principem vicinum de aliena gente potiùs quàm de ſua ſolicitum fore: aut vt ſuos tueatur, peregrinos non deſerturum. Vt igitur hanc diſputationem finiamus, omni ciuitatum generi arces aliquot vrbéſve muniſſimas in finibus Imperij neceſſarias eſſe duco, in quibus præſidia militaria conſtituantur, ac bellicis artibus exerceantur: iiſque præſidia fiduciæ nomine aut feuda fruenda tribuantur: vt veteres militiæ ex caſu: & ea quæ in Imperio Turcarum Timaria dicuntur, quæ militibus non aliter ac ſacerdotia conceduntur, vt imminentibus bellorum periculis cum C equis armati præſtò ſint: quorum prædiorum nihil ad hæredes peruenturum ſit, ſed ſtrenuiſſimis quibuſque tantùm militibus principis beneficio omni alienatione interdicta dentur: ne deinceps militibus prædari ac impunè latrocinari liceat: quod nunc tanta impunitate fit, vt militia quæ Romanis temperantiæ, prudentiæ, fortitudinis ſchola fuit, nunc latrocinandi ars eſſe videatur. Ac ne milites quorum virtuti præmia nulla propoſita ſint, à militia deterreantur, veteranos beneficiis, immunitatibus & vacationibus à neceſſariis Reipublicæ muneribus Romano more cumulare oportebit. Quæ principibus eò diligentiùs curanda erūt, quò fuerint eorū agri vberiores ac fertiliores, & Imperia bellicoſiſſimarum D gentium regionibus circunſeſſa: cuiuſmodi eſt Gallia, Italia, Pannonia, Græcia, Aſia minor, Perſia, ipſiúſque mediterranei maris inſulæ, quæ piratarum incurſionibus vndique patēt. quæ verò in extremis Scytharum ac Æthiopum finibus poſitæ ſunt regiones, quò ſunt ab hoſtium incurſionibus remotiores, eò faciliùs arte militari ac præſidiis militaribus carere poſſunt: minùs etiam ij qui ad Septentriones quàm qui ſunt ad Auſtrum: quod illi ſuapte natura ſatis ac plus etiam quàm ſatis eſt, ad belli ſtudia ferantur: ac propter ſummam equorum copiam exercitus habeāt quàm cæteri parabiliores. excipio ſtatum popularem, quòd vbicunque tandem fuerit, nec militari diſciplina diu poteſt nec vſu belli carere. Illud etiam accuratè cauendum erit, ne cui, præter eos qui conſcripti fuerint milites, aut militaribus diſciplinis aſſiduè inſtructos, arma capere ac militiæ ſtudia conſectari liceat: ne vel vrbani ciues bellis aſſueti otium ac

[a] Deut. cap. 23.

pacem abhorreant: agricolæ verò armorum fiducia latrocinari quàm agros colere malint. Quanquam nihil periculoſius eſt quàm ex agricolis tyronibus exercitum conſcribere, qui hoſtium conſpectu vel claſſico perterriti ſigna deſerere conſueuerunt. Opifices verò ac ſellularij tum quòd in oppidorum vmbra deliteſcunt, tum etiam quòd ex ipſa ſeſſione diuturna membrorum mollitiem ac pręſertim tibiarum imbecillitatem contraxerunt, nec iniurias, cæli perferre, nec ſtare diu poſſunt: quos propterea Romani ad bella minimè omnium idoneos eſſe ſummo conſenſu iudicauerunt[5]. Et quoniam de bello ac pace atque omnino de militaribus copiis, & ſociorum auxiliis ſatis multa dixiſſe videmur: conſequens eſt etiam vt de fœderibus ſanciendis, & ineunda cum principibus ac populis ſocietate, & qua ratione cuique optimè caueatur, diſſeramus. B

5 Liuius lib. 8. in fine contra quā putat Thomas Maurus in Vtopia.

## *De iure feciali, déque fœderibus & pacis actionibus inter populos ſanciendis ac muniendis.* Cap. VI.

IVra fecialia quæ ſuperioribus ſunt conſequentia, nec ab iureconſultis, nec ab iis quotquot de Republica ſcripſerunt, pertractata fuiſſe videmus: cùm tamen nulla re principes ac populi grauiùs periclitentur quàm in pace cum hoſtibus ſancienda, aut in fœderibus feriendis, aut in coeunda ſocietate, ſeu cum peregrinis, ſeu cum ciuibus, ſeceſſione quadam, aut ciuili bello ab vnione mutua diſtractis agatur: in quo genere quemadmodum optimè quibuſque caueatur quæri ſolet. Quæ vt clariùs illuceſcant, definitionibus ſingulorum nobis vtendum eſt. Ius igitur feciale à fide dictum & feciales quia publicæ fidei inter populos præerant vt fœdere fides pacis cōſtitueretur: ſic enim M. Varro in iis quæ de lingua Latina extant, & libro II. de vita pop. Rom. Bella inquit tarde & nulla licentia ſuſcipiebāt, quòd bellum nullum niſi pium putabant geri oportere ac prius feciales quatuor mittebant quos Oratores vocabant. Fœdus autem, quod & fidus ab Ennio dictum fuiſſe idem Varro ſcribit, eſt publica populorum principúmve inter ipſos conuentio in perpetuum concepta, ſponſio ducum, Legatorúmve pactum conuentum ſine populi iuſſu, cuius exitus & cōditiones à principibus populíſve pendent, vt rata irritáve ſint promiſſa. Pactio principum populorúmve conuentio temporaria, quę ſępius magiſtratuum aut ducū poteſtati permittitur, qui ad breue tempus differre, aut pactis aliquot dierum induciis ſuſtinere bella ſuo iure poſſint. In fœderibus antiquis præter nomina fecialium vtriuſque populi nulla inſcripta erant: in ſponſionibus nomina ducum Legatorúmve inſerebantur: vt Conſul Romanus qui cum Samnitibus pacem iniuſſu populi Romani fecerat, in concione diſſeruit: ex cuius oratione, & ex hiſtoricorum fontibus diſcrimen fœderis à ſponſione, & vtriuſque à pactione hauſimus & expreſſimus, tametſi hæc interdum ab imperitis confunduntur. Tria ſunt autem genera fœderum. aut enim cum amicis, aut cum hoſtibus fœdus eſt, aut cū iis qui nec hoſtes ſunt nec amici. Cum hoſtibus paciſcimur C D

ciſcimur diuturnas inducias, aut pacem perpetuam, aut amicitiam. Item in pacis actionibus, aut offenſiones acceptæ reticentur, vt ferè fit, aut cõmemorantur: atque omnino iniuriarum obliuione pacta de finibus regundis, aut de captiuis reddendis, aut de iure maieſtatis, aut commerciorum & hoſpitij agi conſueuit. Cum amicis fœdera temporibus definita renouantur, aut immutantur, aut priuatorum controuerſię definiuntur. Cum cæteris amicitiæ contrahuntur æquo fœdere aut iniquo: idque dupliciter: vno modo cùm alter populus alterius maieſtatem obſeruare ac ſuperiorem confiteri, ſeſéque in eius clientelam, & quaſi in tutelam tradere profitetur, quod patrocinium [1] dicitur: aut ſuperiorem quidẽ agnoſcit, & comiter maieſtatem eius obſeruare promittit: non tamen in eius

B clientelam concedit. Qui autem in fœdere ſuperiorem agnoſcunt, ij vel tributum indictum penſionémve dependere ſolent: vel ab omni penſione tributóve immunes ſunt. Qui eo pacto coniunguntur quod Latini ÆQVVM FOEDVS appellant, ſuæ maieſtatis dignitatem nulla ſui parte deminutam retinent: quia nec alter alterum vti ſuperiorem obſeruare, nec alter alteri in honorum prærogatiua cedere tenetur: etiamſi alius alio plus minúſve ad auxilia mutua conferre promiſerit. Qui verò ſponte vel coacti deditionem fecerunt, in fidem quidem, non tamen in fœdus veniunt, & à ſubditis nihil differunt. Sic enim Liuius ſcribit de Campanis qui ſponte ſeipſos Romanis dediderant, Aliam eſſe conditionem

C eorum qui non fœdere, ſed per deditionem in fidem veniſſent. Omnibus autem fœderatis principibus populíſve communis eſt ſocietas, amicitia, ius hoſpitij, commerciorum, vt liceat in ſociorum fines ire, agere, negotiari, res, rationéſque contrahere, & libere mercaturam quarundam rerũ, aut omnium vltrò citróque exercere, ídque ſine vectigalis vllius ſolutione, aut certo vectigali, quod ex fœdere mercatoribus imperatur. Horum item fœderatorum duo ſunt genera: alterum eorum qui auxilia mutua paciſcuntur, ſi ab hoſtibus laceſſiti fuerint: alterum eorum qui etiam mutuas opes & copias ad ſociorum hoſtes inuadendos promittunt, ídque vel exceptis quibuſdam, vel ſine vllius exceptione. Omnium autem arctiſſima ſocietas eſt cùm eoſdem hoſtes, & eoſdem cum ſociis amicos ha-

D bemus. In quo genere ſocietatis & amicitiæ principes honorariũ quoddam gentis inſigne, puta militare cingulum, torquémve mutuò dare & accipere conſueuerunt. Interdum etiam connubiis ſocietates ac fœdera ſanciuntur. Sanctior tamen ſocietas eſt ac fides quam regi rex, vir viro, populus populo dat accipítque viciſſim: qualia ſunt antiqua Francorum cum Hiſpanis & Scotis fœdera: quorum verborum quanta vis eſſet, ſi nõ antea, certè quidem intellectum eſt cum Eduardus IIII. rex Anglorum regno exutus eſſet, ac Frãcorum opes fœdere pactas per Legatos implorare: reſponſum eſt Legatis cum Anglorum rege regnóque contractum eſſe fœdus, nec aduerſus nouum Angliæ regem regnúmve ſaluis fœderibus bellum geri poſſe. Ea vis eſt horum verborum CVM REGE POPVLOVE. At cùm rex regi, & vir viro dat fidem, etiam regno ſpoliatus auxilium iure petere poteſt. Hæc autem fœdera vt ſanctiora ſint, ſæpe in Se-

1 Feſtus in verbo Patricius.

natu vel in Curia maiore, vel in comitiis optimatum populíve promulgantur: vt cauetur eo fœdere quod ictum eſt inter Ludouicum XI. Francorum regem & Maximilianũ Auſtriæ ducem anno M. CCCCLXXXII. Eſt etiam vnum genus fœderis quod neutrum dicimus, ídque ab iis ferè coiri ſolet qui inter medios hoſtium fines poſiti ſunt, vt ab vtriſque tuti ſint: quale eſt fœdus cum populis Burgundionum qui liberi appellãtur: quibus acceſſit [2] Baſſinorum ager rogatione Heluetiorũ. Rurſus omnia fœdera aut perpetua ſunt, aut tempore definita, aut tandiu vim habitura quandiu ſocij principes vixerint. Sæpius tamen excipitur, vt alterutro principe mortuo tres quatuórve annos ſocietati cũ ſucceſſore locus ſit: vt in fœderibus Francorũ cum Heluetiis. Ex quibus perſpicitur Legatos Romanorũ ad Antiochũ magnũ fœdera nõ ſatis accuratè diſtribuiſſe, cùm diceret, Tria tãtũ[3] eſſe genera fœderũ: vnũ cũ bello victis dicerẽtur leges: alterũ cùm pares bello æquo fœdere in pacẽ & amicitiã venirẽt: tertiũ cùm qui nũquã hoſtes fuerunt, ad amicitiã fœdere coeunt qui neque dicunt neque accipiũt leges. His ita explicatis, de cautionibus fœderum diſſeramus. Inter bonos quidem data fides & accepta viciſſim ad mutua principum inter ipſos pacta conuenta ſatis habere momenti pleriſque videtur. Sin dubia fides eſt, aut cum hoſtibus agatur, obſidibus caueri ſolet. Sunt etiam qui arces oppidáve ſibi dedi aut omnino dirui velint. interdum quoque victi exarmantur quo minùs fidem fallere ſi velint, poſſint. Omnium autem cautionum maxima putatur, ſi fœdera affinitate ac propinquitate cõtracta iungantur. Sed vt hoſtes à ſociis, victores à victis, potentes à tenuibus, principes à ſubditis differunt: ita cautiones aliis aliæ maiores quæruntur. Vt tamen tutiſſimè cuique caueatur, conditiones, quantum quidem fieri poterit, æquiſſimas eſſe oportet. Nihil enim verius quàm quod à Plantio Conſule Romano in Senatu dictum eſt, Neminem populum diutius ea cõditione eſſe poſſe cuius eum pœniteat. Quærebatur à Legato Priuernatũ qua pœna ſuos ciues dignos arbitraretur, Ea, inquit, qua qui liberi eſſe debeant: tum Conſul, Quid ſi vobis ignoſcatur pacémne fidam habituri ſumus? hîc Legatus, Si bonam dederitis, & fidam & perpetuam: ſi malam haud diuturnam. Hæc Legati vox iunioribus nimis arrogans videbatur, ſenioribus non item: quippe vicinos Vrbi populos qui pro libertate tantùm dimicarent, Romana ciuitate dignos iudicabant: alioqui nec in fide retineri, nec in amicitia poſſe. Atque in eam ſententiam Senatuſconſultum factum eſt, deinde latum ad populum de ciuitate Priuernatibus tribuẽda: tametſi antea cum Latinis ciuitatibus aduerſus Romanos coniurauerant, ac victi deditionẽ fecerant. Mos autem, inquit Liuius[4], Romanis vetuſtus erat, cum quo nec fœdere nec æquis legibus iungeretur amicitia, non priùs Imperio in eum tanquam pacatum vti, quàm omnia diuina humanáque dedidiſſet, obſides accepti, arma adempta, præſidia vrbibus impoſita forent. Non enim ſperandum eſt in obſequio retineri poſſe populum aut qui ſemper antea liber fuerit, niſi exarmata ciuitate ac præſidio vrbi impoſito quieturum. Libertatem verò qui quadam ex parte minuũt, acriùs ſtimulant

Margin notes: [2] anno 1555. — [3] Liuius. — [4] lib. 8.

Margin letters: B, C, D

lant quàm qui penitus adimunt: vt Ludouicum XII. regem accepimus Genuenſes à Francorum fiducia & clientela rebellantes fregiſſe, ac vrbe capta ducentis aureorum millibus, præſidio arci impoſito mulctauiſſe: eos tamen ſuis legibus ac magiſtratibus viuere permiſiſſe: præterquam quòd numiſmata regali figura ſignari iuſſit. Commodius fuiſſet libertatem illis integrã reſtituere ac fidos ſocios habere: aut ſi perfidia metuenda erat, in prouinciæ formam redigere: cùm antea Ludouicus XI. oblatam ſibi à Genuenſibus cum annua penſione clientelam ægre accepiſſet: quòd iampridem à clientela quam Carolo VI. Francorum rege ſubierãt, belli Venetici metu ſublato defeciſſent. Ita Bernates olim cùm à Burdor-
B gorum nobili gente premerentur, petierunt à comite Allobrogum vt ſe in clientelam reciperet: hic patrocinium non recuſauit: ſed metu ſublato nihil prius habuerunt quàm vt lege clientelari ſoluerentur: quam conditionem comes accipere maluit, ac fidos ſocios quàm infidos clientes habere. Quamobrem Franciſcus maior rex Francorum, malè vt opinor, conſultus, clientela Genuenſes liberare noluit, tametſi ducenta aureorũ millia vt præſidium ab arce Genuenſi amoueret, obtuliſſent, cùm & graui bello, & inops à pecunia vndique premeretur. Ex quo ſatis intelligi poterat Genuenſes nunquam in obſequio permanſuros, quæcũque rebellandi occaſio daretur. Alterutrum enim oportuit, fidos inquam ac liberos habere ſocios æquóque fœdere coniũctos, aut penitus erepta Reipu-
C blicæ adminiſtrandę poteſtate vti ſubditos in officio continere. Hîc dicet aliquis non licere patrono ſpecie patrocinij cliẽtibus eripere libertatem. Ego verò tunc licere putẽ ſi cliens fidem fefellit. Quinetiam Auguſtus[5] populos vectigales fecit qui libertate abutebantur. Quamobrem Carolus IX. rex in prouinciæ formam Virodunos, Tullos, ac Metenſes quodammodo redegit, cùm allatum eſſet clandeſtinis coniurationibus id agi vt Hiſpanos in vrbes admitterent. Omnibus enim fœderibus quæ ob clientelam ſanciuntur, caueri ſolet clientes ſuis legibus, moribus, magiſtratus, conſiliis & integra libertate vſuros: ſed hæc cautio inanis eſt, ſi princeps qui patrocinium ſuſcepit, clientum vrbes arcéſue præſidio teneat: ſiquidem ex liberis populis vectigales quoties volet, efficere poſſit.
D Quis eſt enim qui neſciat Conſtãtiam, Traiectũ ad Moſam, Cameracũ, Viennam Auſtriæ quæ gentis Auſtriacæ patrocinium adamauerant, recepto pręſidio libertatem amiſiſſe? Iiſdem caſibus cõflictari cœpit Ioannes Pannoniæ rex, qui Auſtriacorum inſidias metuens Turcarum clientelam ſubiit, à quibus tamen poſtea ſeruilem in modum oppreſſus eſt. Ferdinandus Auſtrius regnum Pannoniarum pactis conuentis quæ inter maiores vtriuſque gentis contracta fuerant, ad ſe pertinere contendebat. ſed ea pacta ſine populi conſenſione extorta nullo ſtabili fundamẽto niti videbantur, cùm regis creatio populi ſuffragiis fieri deberet. Quòd ſi gens Auſtria propinquitatibus, imperiis, rerúmque geſtarum gloria florens rogationem ad populum Pannoniarum tuliſſet, Vellent iuberent vnum aliquẽ ſui generis regem inaugurari, regnũ illud nulla vi adepturos fuiſſe conſtans opinio eſt. ſed ne populus iure ſuffragiorũ in rege creando

[5] Tranquil. in Augusto.

excideret, Matthæum Coruinum Huniadis filium regem ſponte maluit quàm Sigiſmundi Imperatoris liberos habere: conſequentia verò pacta cum rege Coruino & Auſtriacis principibus inita ordines rata quidem habuerunt, ea tamen ereptis ſuffragiis, & armorum metu potius extorta, quàm legitimo conſenſu facta querebantur. Itaque cùm ad vim prolapſa res eſſet, populus Turcarum opes eblanditus eſt cõtra Ferdinandum, cui tamen prouincias aliquot fruendas Turca reliquit, ea lege vt fiſco vectigal annuum dependeret. quà ex re Turcarum princeps Imperatorem Germanorum ſe tributarium habere gloriatur. Imperator verò penſionem non tributum appellat. differt autem hoc ab illo: quod tributum à ſubditis aut ab iis qui potentiorum vi coacti vt libertate ac pace fruerentur, pecuniam victoribus ſe daturos ſpoponderunt. penſio libera eſt ſeu à cliente, ſeu ab iis diſſoluatur qui æquo fœdere ſocietatem & amicitiam cum iis inierunt qui ſeſe cum hoſtibus cõiunxerint: ſeu ab iis auxiliares copias vrgente bello accipiant: vt quidem noſtri reges cum Heluetiis in ſocietatem æquis fœderibus venerunt, ea lege tamen vt reges arbitrio ſuo exercitum Heluetiorum ad huius Imperij tutelam conſcriberent: ac viciſſim Heluetiis aduerſus hoſtiles incurſiones opem ferrent. ſed quoniam ad huius Imperij tutelam frequentes exercitus ab Heluetiis acciri neceſſe erat, ne hoſtes huius Imperij Heluetios à Francorum ſocietate diuellerent, reges noſtri libenter penſionem mille aureorum in ſingulas ciuitates ſpoponderunt: tametſi Franciſcus maior rex Francorum prælio ad Marinianum paulò ante fœdus commiſſo clariſſimam omnium victoriam de Heluetiis retuliſſet. Ac tametſi ſuperiùs diximus patrocinium veriſſimè appellari cùm tenues liberam & gratuitam potentiorum clientelam ſubeunt: quia merces [6] officio non debetur: potentiores autem tenuium patrociniũ aduerſus hoſtium iniurias ſuſcipere debent: nihilominus tamen nulla ferè patrocinia gratis ſuſcipiuntur: atque interdum tenues inuitis ac recuſantibus patronis penſionem promittunt, vt obligatione neceſſaria quaſi mercede ſoluta ad opem ferendam teneãtur. Id quidem veteribus contra decus contráque dignitatem Imperij factum iudicaretur: ſed poſteaquam vtilium & honeſtorum confuſa ratio eſt, patrocinia potentiorum mercede conduci oportuit, ne imbecilles iniuria tyrannorum opprimerentur. Hinc Saluiani Maſſilienſis graues querelæ, opes ſcilicet tenuium patrociniis exhauriri vt ſalui eſſe poſſint. Quis eſt enim qui neſciat Lucenſes, Parmenſes, Genuenſes, Florentinos patrocinium regis Hiſpaniarum ingenti mercede paciſci. Illud etiam indignius miniméque ferendum, patrocinij pretium à clientibus ſolui, non vt ab hoſtibus aut finitimis, ſed vt ab ipſius patroni latrociniis tutiores ſint. Nam poſt calamitatem Papienſem Francis illatam omnes Italiæ ciuitates patrocinia regis Hiſpani magna vi pecuniarum mercari cœperunt. Lucenſes quidem decem aureorum millibus. Senenſes quindecim millibus. Dux Ferrarienſis quinquaginta millibus: ſed hic quidem ſpecie mutui, cum eſſet in clientela Francorum. Hoc verò turpius ſit an ſceleratius non facilè dici poteſt: cum qui

[6] l.1. mandati.

qui patronum ſeſe ferat, mercedem accipere, ac nihilominus in ipſis periculis clientem deſerere. quid? Sigiſmundus Auguſtus rex Poloniæ patrocinium Liflandorum contra regem Moſchouitarum ſuſceperat: fœdere tamen cum rege Moſchouita percuſſo clientes turpiter non tam deſeruiſſe quàm hoſti prodidiſſe dicitur. Quòd ſi quis ſubditus regnum alienum adeptus ſit, ſéque in eius principis cui ſubditus eſt, fidem & clientelam quaſi rex dederit, duplici nexu patronus ad clientis & ſubditi tutelam obligatur: eóque magis ſi de clientis exiſtimatione ac dignitate quæratur: vt non ita pridem [7] Pius v. Pont. max. reginam Nauarræ citari iuſſerat, & quidem edicto peremptorio, vt pro Tribunali Pontificis ſe

*7 anno 1563 menſe Martio.*

B ſtato die ſiſteret pœna publicationis bonorum indicta. Carolus ix. rex aduerſus Pontificis iniurias reginæ patrocinium ſe ſuſcepiſſe declarauit, tum quia ſibi propinquitate coniunctiſſima eſſet, tum etiam quòd in eius fide, obſequio, ac patrocinio ſemper fuiſſet. periniquum autem videri & contra morem maiorum, contráque regum & Pontificum pacta conuenta huius Imperij ſubditos capitis arceſſere, famæque ac fortunarum cauſam apud Pontificem maximum dicere: cùm tamen Clemens vii. Pont. max. duos Cardinales ad regem Anglorum Legatos miſiſſet, vt quas repudiandæ reginæ cauſas haberet, ipſi ſalua principum maieſtate diſquirerent. & quoniam Pontificis aduerſus reginam Nauarræ interdicta regis quoque Caroli dignitatem violare videbantur, Pontificem

C per Legatum admonuit, ſe quæſtionem de ſubditis quorum fraude ac dolo id factum eſſet, habiturum: petiit tamen vt ſua illa interdicta ac decreta reuocaret: alioqui reginæ ſibíque illatam iniuriã pro iure ſuæ maieſtatis more maiorum ſe vlturum declarauit. Certè Ludouicus iunior Theobaldum Campaniæ comitem olim acerrimè caſtigauit, quod eius ope conſilióve Pontifex Romanus Veromanduorum comitem diris execrationibus deuouiſſet. Sæpe fit tamen vt clientes periculi metu liberati aduerſus patronos arma capiant: ac ne vetera quærantur, domeſticis abundamus exemplis. Cùm enim Saxoniæ dux Ioannes, Philippus Heſſorum princeps, Mauricius item Philippi gener, & Albertus iunior marchio Brandeburgicus, Imperatoris Caroli v. ſeruitute preme-

D rentur, ad opes Henrici ii. Francorum regis aſpexerunt. Rex ipſe Henricus ii. ſumma voluntate patrocinium principum Imperiíque Germanici tutelam ſuſcepit: & aduerſus Imperatorem, quicum antea concordiſſimè ſeſe geſſerat, ingentem exercitum conſcripſit: ac tantum abfuit vt eo nomine pecunias acciperet, vt etiam ducenta aureorũ millia Germanis principibus belli aduerſus Carolum gerendi cauſa magnificè largiretur. Ac tametſi capite xxxiiii [8]. fœderis, quod ab illis cum rege Henrico ictum erat, tres vrbes Imperij Germanici Gallis finitimas & Gallica lingua vtentes regi occupare liceret, non priùs tamen Imperator Germaniæ finibus exceſſit, principibus & vrbibus Germanorum ſeruitute liberatis, quàm clientes patrocinium regis Henrici eiurarunt: neq; id tantùm, verumetiam Henrico Germaniæ liberatori ac patrono nefarium bellum indixerũt. Pòſt etiam [9] omnium Imperij Germanici ordi-

*8 Fœdus Chamberti anno 1552.*

*9 anno 1565. Auguſtæ.*

num conſenſu apertè decretum eſt bellum aduerſus regem, ni vrbes illas
Imperij, quas ex legibus fœderũ huic Imperio ſubiecerat, reſtituere vel-
let. tametſi Virodunum iam inde à Carolo VI. rege in clientela Franco-
rum fuiſſet. Sed imperialis decreti vim abſterſit copiarum, aut conſilij,
aut animi, aut pecuniarum inopia, aut quod verius eſt, vrbium expugnã-

1 anno 1559.

darum deſperatio non voluntas. Antea[1] rex admonitus erat ordinibus
Imperij gratum fore, ſi vrbes illas quas dixi, Metim, inquam, Tullum ac
Virodunum ſub Imperij fiducia retineret. Et quoniam patroni à clien-
tibus non magis inuadi poſſunt quàm potentes ab infimis: ita maiorem
his quàm illis cautionem adhibere oportet, ne patrocinij ſpecie liberta-
tem amittant. Hîc occurret aliquis, abſurdum videri clientem à patro- B
no cautionem exigere, cùm ſe ſuáque eius fidei ac poteſtati credere non
dubitet. Id quidem indignum aliquando Curiæ Pariſiorum viſum eſt,
quæ vaſſalum à ſecuritatis petitione contra dominum decreto ſubmo-

2 Pro comite Pollin aco. Gallus quæ 121. anno 1557.
3 Molin. ad d. Galli q.

uit[2]. Sed eò proceſſit hominum fraus ac perfidia, vt etiam vaſſalis contra
vim patroni ſuccurri oportere ſapientibus[3] videatur: quantò igitur æ-
quius eſt in eo genere clientibus opem ferre? Prima igitur cautio eſt, vt
æquiſſimis conditionibus vterque vtrique teneatur: deinde vt patroci-

*Cautiones clientelares.*

nij tabulæ, quas noſtri protectionis literas appellant, clientibus à patro-
no dentur: quibus teſtatum ſit iura maieſtatis ſalua & integra clientibus
futura: quas tabulas à nouis principibus ratas haberi oportet: alioqui pa-
trocinium morte clientis æquè ac patroni diſſoluitur. Quamobrem Me- C
tenſes mortuo Henrico II. rege Francorum, clientelares tabulas à Caro-
lo Henrici filio confirmari petierunt: non quidem vt ab hoſtibus tutio-
res eſſent, ſed vt iure maieſtatis ac libertate ſua vti frui liceret. Atque hæc
non modò patrociniorum ſed etiam fœderum ac ſocietatum cum popu-
lis aut ciuitatibus contractarum ratihabitio à conſequẽtibus principibus
exigi debet, quæ alioqui morte dirimeretur. Nam Perſeus rex Macedo-

4 Liuius lib. 40.

num mortuo Philippo patre Legatos ad S.P.R. miſit[4], vt ea quæ Philip-
po cum Romanis ſocietas & amicitia interceſſerat, ſe Imperium ineunte
continuaretur. At cùm Romani leges eaſdem fœderum, quæ priùs cum
Philippo fuerãt, renouari vellent, recuſauit Perſeus: cùm diceret nihil ſi-
bi cum paternis fœderibus commune eſſe: ſi Romani amicitiam ac ſocie D

5 Liuius lib. 42.

tatem colere vellent, priùs de pactis conuentis[5] agi oportere. Ita quo-
que Henricus VII. rex Anglorum cùm à Philippo Caroli V. Imperatoris
patre Sufolcium ducem iuratus recepiſſet ea lege ne in eum ſæuiret, né-
ve illi vitam eriperet, fidem ſeruauit: ſed mortuo Henrico VII. Henricus
VIII. filius ducem ſecuri percuti mandauit: cùm diceret ſe nec pactis, nec
iureiurando patris obligari. oportet igitur ita cauere vt qui ſtipulatur
pro ſe hæredibúſque ſuis ac ſucceſſoribus Imperij ſtipuletur: & qui pro-
mittit pro ſe hæredibúſque ſuis ac ſucceſſoribus promittat, vt obligatio

6 l. eadẽ dicemus. de verb. oblig ff. & ibi Bart. nu. 30. l. tale pactum. de pactis.

ſit efficax[6]. Sed quod antea dixi dicendum ſæpius eſt, clientelare fœdus
omnium periculoſiſſimum eſſe, niſi bene accuratéque clientum liberta-
ti caueatur: quoniam ſæpiſſime fit vt patroni in dominos vel etiam in
tyrannos, clientes in ſubditos, ſæpius etiam in ſeruos euadant: quibus
vt ca-

vt caueatur, terminanda ſunt patrocinia breuiore temporum interuallo: vt ſi clientibus grauiora videantur, mutari: ſi honeſta, continuari poſſint: ídque potiſſimùm in popularibus & optimatum Imperiis, quę quodammodo ſempiterna ſunt. Quamobrem Geneuates cum Bernatibus fiducia clientelari contracta [7], patrocinium annis triginta definierunt: quibus elapſis diſturbata ciuitas eſt paucorum ciuium occulta coniuratione, vt Bernatum Imperio ac poteſtati Geneua dederetur: captis tamen ac cæſis aliquot cõiuratis, ſocietas æquo fœdere cum Bernatibus iũcta eſt [8]. Fallunt enim qui antea patrocinij fœdus cum Bernatibus fuiſſe negant, propter rerum ac verborum ignorationem. quod enim Latini patrocinium & clientelam, iuniores aduocatiam appellarunt, noſtri homines *auoüon*. Ego Heluetiorum omnia fœdera quæ multa ſunt, à Crucæo Gallorũ apud Heluetios Legato accepta accuratiſſimè legi: vt quo quæque ciuitas, quibus legibus alteri iũgeretur, planè intelligerem. Valdaoſtę eadem qua Geneuates difficultate laborarunt, cùm illos Valeſij patrocinij ſpecie ſuis Imperiis ſubiicere conarentur [9], niſi regis Francorum ope erepti fuiſſent. Sunt etiam Rotuillani ac Mulluſi in Heluetiorum omnium, Abbas verò S. Galli in Tigurinorum, Lucernatum, Suitiorum, & Glarenſium ſingulari clientela. Quod igitur de vaſſalis dici conſueuit, eos à fiducia dominorum eripiendos ſi duriùs & acerbiùs quàm pro dignitate habeantur, vt pridem Curia Pariſiorum decreuit [1] aduerſus Britanniæ ducem: idem de clientibus iudicium eſt, vt ſi patronus leges fœderis perrumpere velit, cliens ipſe patrocinij legibus ſolutus ſit. Omnium autem cautionum maxima eſt, ne patroni clientum arces vel oppida præſidio militari teneant. Nihil enim verius quàm quòd à Bruto Tribunoplebis velut ab oraculo in populi Romani concione dictum eſt, Vnam eſſe tenuium aduerſus potentiores ſecuritatis cautionem, vt ſcilicet potentes ſi nocere velint, non poſſint: cùm nocendi voluntas ambitioſis hominibus & imperandi cupidis nunquam ſit defutura. Itaque cùm in Anglorum patrocinium Scoti venirent [2], prudenter prouiſum eſt vt & obſides Scotis darentur, quos renouare ſexto quoque menſe, nec arcem vllam Anglis in Scotia habere liceret. In quo quidem ab Athenienſibus peccatum eſt, quòd cùm Antipatri, deinde Caſſandri, pòſt etiam Ptolemæi ac Demetrij clientelam optaſſent, arcem illis præſidio militari munire permiſerunt: ab iis enim à quibus ſeruitute liberari debuiſſent, oppreſſi fuerunt. Id quod à Demoſthene prouiſum erat, cùm plerique Antipatri humanitatem ac facilitatem laudarent, Dominum, inquit, quantumcunque facilem repudiamus. hunc igitur Antipater in Italiam vſque perſecutus mori coegit. Sed Athenięſes eadem fraude qua ſocios olim fefellerant, circunuenti fuere. Cùm enim Perſæ Græciam deſeruiſſent, Gręcorum ciuitates, exceptis oppidò paucis, ſocietatem per Legatos æquis fœderibus coierunt, vt ſua quęque ciuitas libertate ac Imperij maieſtate frueretur: omnium autem commune ærarium eſſet ad Apollinis quò pecunias omnes ſociorum in annos ſingulos cogi placuit, vt communi conſenſu accepti & expenſi rationes exigerentur. His con-

[7] anno 1528.
[8] anno 1558.
[9] anno 1559.
[1] Gallus q. 340.
[2] anno 1559.

ditionibus ac legibus iurati omnes, ſacrificióque ſolenni fœderibus percuſſis, Ariſtides Athenienſium Legatus ardentem ferri maſſam in mare deiiciens, deos omnes deáſque teſtatus, Sic, inquit, repente pereant qui datam fidem fefellerint, vt igneam vim ab aqua extinctam videmus. Athenienſes tamen pecunias communes ſociorum, vt claſſem pararent, in arcem Palladis coegerunt: deinde ſociorum opibus locupletiores facti, cùm tributis ac vectigalibus illos prægrauarent, ſibi ipſi non modò immunitatem, verumetiam Imperium Græciæ pepererunt: cùm ſociale fœdus in patrocinium mutaſſent, ac tandem etiam dominatum arripuiſſent. erat enim ab omnibus ſociorum magiſtratibus ad iudices Athenarum libera prouocatio, vt eſt apud Xenophontem[3]. Dominandi verò B cupiditas ex eo profecta eſt, quod Athenienſes communibus ſociorum pecuniis arma, claſſes, exercitus compararent: ac militarem diſciplinam ſocialibus impenſis tuerentur. Eadem ferè Lacedæmoniorum ſociis contigerunt: quos ſub æqui fœderis ſpecie imperioſè ſibi parere compulerunt: cùm ſcilicet ſoli penè ex omnibus ſociis artem imperatoriam colerēt: neque enim Lycurgi inſtitutis licuit Spartiatibus opificia tractare. Nihilo æquius Romani aduerſus ſocios Latini nominis ſeſe geſſerunt: inde Setinus Latinorum Imperator hac oratione de Romanis queſtus eſt, Sub vmbra fœderis æqui ſeruitutem patimur. Itaque concilia populorum Latinorum habita, inquit Liuius[4], reſpōſúmque non ambiguum imperantibus milites Romanis datum, abſiſterent imperare iis quorum C auxilio egerent: Latinos pro ſua libertate potiùs quàm pro alieno Imperio arma laturos. Iiſdem propè querelis aduerſus Romanos Lycortas Achæorum[5] Imperator vſus eſt, cùm diceret, Fœdus Romanorum cum Achæis ſpecie quidem æquum eſſe: re precariam libertatem, apud Romanos etiam Imperium eſſe. Non aliam ob cauſam Samnites aduerſus Romanos bellum tam diuturnum geſſerunt, quàm quòd ſocietatis ſpecie Romani imperare Samnitibus vellent. Superiùs ſociale bellum omnium ferè ſociarum ciuitatum inde ortum eſſe diximus, quòd Romani ſociorum armis, pecunia, legionibus, ſanguine tantum Imperium ac tantis opibus auctum peperiſſent[6]: ex quo tamen nihil ad ſocios vtilitatis, nulla imperia, nulli honores peruenirent. Certè Romani aduerſus ſocios D quàm imperioſè ſe geſſerint, teſtis eſt illa vox Appij Conſulis ad Achæorum Imperatorem cùm de Lacedæmoniorum libertate ageretur: Dum liceret voluntate ſua facere, gratiam inirent, ne mox inuiti & coacti facerent. Et cum Ætolis ſociale fœdus his legibus percuſſerunt, IMPERIVM maieſtatémque populi Rom. gens Ætolorum conſeruato ſine dolo malo: hoſtes eoſdem habeto quos populus Romanus, armáque in eos ferto: & bellum pariter gerito: obſides arbitrio Conſulis XL. & talenta quingenta dato. Liberum quidem Imperium Ætolis reliquerūt: ſed iis conditionibus, vt paulò minus quàm Romano Imperio ſubditi viderentur. Hæc autem verba fœderis, MAIESTATEM Romanorum conſeruato, iniquum fœdus eſſe, nec legibus æquis contractum declarant, vt ſuperiùs diximus. Cùm verò fractis Perſei regis opibus Macedoniam ſuis Imperiis ſub-

*Societas violata Athenienſium fraude.*

3 lib. de Repub. Athenienſium.

4 lib. 8.

5 Liuius lib. 33.

6 Liuius lib. 36. Polyb. lib. 6. de militari Romanorū diſciplina.

riis ſubiicere poſſent, & in prouinciæ formam redigere, vt poſtea fecerũt, placuit tamen eos populos ſuis legibus ac magiſtratibus vti: ſed ea conditione vt dimidiam vectigalium ac tributorum partem in Romanum ærarium quotannis inferrent: ac ne vlla rebellandi occaſio daretur, omnes belli duces, Legatos prouinciarũ, Præfectos, Senatores, principis domeſticos & familiares, qui ſeruire regibus humiliter, aliis ſuperbè imperare conſueuerunt, in Italiam tranſmitti placuit. poſtremò regnum Macedoniæ in quatuor regiones diuiſerunt, indicta capitali pœna, ſi qui ex vna regione in aliam commearent, aut cœtus affinitatéſve contraherent, commerciáve[7] haberent. Quibus rebus perſpicuum fit precariam qui- [7] Liuius lib. 45.
B dem libertatem Macedoniæ populis tributam, Imperium verò penes Romanos fuiſſe. Iiſdem ferè artibus Mummius[8] Conſul Achæis victis, quò [8] Strabo.
minùs rebellarent, cœtibus ac ſocietatibus interdixit: Corinthũ quæ duo maria breui terrarum interuallo iungebat diſturbauit: liberos tamen populos ſuis legibus ac magiſtratibus vti permiſit: tributorum ac vectigalium parte leuauit. quibus artibus Romani libertate populis omnibus propoſita tyrannos incredibili metu terruerunt: cùm intelligerent æquitate ac iuſtitia temperandas eſſe leges, aut de Imperio decedendum. Ita Romani trium pulcherrimarum virtutum, iuſtitiæ, inquam, fortitudinis ac prudentiæ laudibus, imperatoriiſque artibus cumulati populos omnes in ſui admirationem conuerterunt. Tyrãnidis igitur & iniuſtitiæ me-
C tu ſublato, princeps iniuria violatur, cùm ſubditi ſeſe ab eius obedientia diuellunt, vt patrocinij ſpecie propoſita libertatem adipiſcantur: eóque magis ſi cliens nullo fiduciarij prædij iure teneatur. Itaque cùm Carolus Lotaringus Metenſium Pontifex Imperij Germani patrocinium ne verbo quidem à rege Carolo IX. violatus, ſed ſummis honoribus & opibus cumulatus ſubire conaretur: tabuláſque fiduciæ, quas noſtri ſecuritatis literas appellant, ab Imperatore acceptas promulgari vellet, Præſes prouinciæ Metenſis interceſſit: cùm iſta ratione Pontifex ſui principis obſequium eiurare, ac huius Imperij maieſtatem in dubium reuocare videretur. Periculoſum eſt igitur alterius principis clientelam ſuſcipere, periculoſius etiam ſine iuſtiſſima cauſa ſubire: cùm præcipua ſit bellorum
D ferè omnium materia, ex qua ciuitatum & Imperiorum conuerſiones, ac ſæpiſſime euerſiones ſequuntur: cùm ſubditi à ſuorum principum fide ac obedientia, vt alienis imperiis pareant, diſtrahuntur: qui etiamſi nullius imperio teneantur, ſeipſos tamen ſuáque omnia potentiorum arbitrio ſubiungere videntur, vt eoſdem quos illi hoſtes habeant & amicos: próque eorum dignitate & exiſtimatione neceſſe habeant æque ac pro ſeipſis propugnare: & eadem quæ illi pericula ac detrimenta ſubire: victoriarum tamen vtilitates nullas omnino adipiſci. Quò fit vt qui meliùs ſibi cauent, huiuſmodi clientelam niſi armis coacti, aut potentium iniuriis oppreſſi adire nolint: ſed aut neutrarum partium eſſe malint: aut omnium amicitiam & gratiam ex æquo ſine cuiuſquam offenſione tueri: eóſque ad arma concurrentes modis omnibus ad cõcordiam mutuam reuocare. Nam ſi omnes omnium hoſtes ſunt, aut ſociali fœdere con-

*Neutrius parti Imperium ſequi.*

iuncti, quis arbiter diſſidiorum futurus eſt? Illud etiam pleriſque tutiſſimum videtur, vicinos ac finitimos mutuis bellis atteri: cùm in vicinorum principum caſu ac ruina Rei cuiuſque publicæ ſalus & incremẽtum conſiſtere videatur. Quamobrem T. Flaminius Attilio Conſuli Ætolorum captas vrbes vaſtare cupienti reſtitit, cùm diceret Ætolorum calamitates Philippo regi Macedoniæ incrementum allaturas. Hæc igitur commoda conſequuntur eos qui ſe neutros quàm hoſtes aut ſocios eſſe maluerunt. Sed grauioribus incommodis obligari videntur: cùm tuendæ ciuitatis aduerſus hoſtium impetus præceptum ferè nullum maius ſit, quàm aut potentiſſimum eſſe, aut cum potentiſſimis ſocietatem & amicitiã coire: ſiue eiuſdem Imperij ciues: ſiue plurium ciuitatum principes bellis mutuis conflictentur: cuius præcepti tanta vis tanta ſententia eſt, vt qui neutrarum partium duces ſequatur, victoribus quaſi certiſſima præda ceſſurus ſit: vt Legati [9] Romanorum perſuaſerũt Achæis, quos Antiochus à Romana ſocietate diuellere cupiebat, vt neutram in partem inclinarent. Quandiu Ludouicus XI. nullius principis aut populi ſocietatibus implicari voluit, hoſtium incurſionibus ſæpe oppreſſus eſt: cùm verò ſocietatem cum Heluetiorum populis cõtraxiſſet, nulli deinceps in eius Imperij fines inuaſerunt: ipſique Heluetij viciſſim tutiùs beatiúſq; vixerunt. Media via neque amicos parat, neq; inimicos tollit, vt Prætor [1] ille Samnitum non oratione modò ſed re ipſa comprobauit. Eadem oratione vſus eſt Ariſtenus Imperator in concilio Ætolorum, cùm diceret Romanos aut ſocios habere aut hoſtes oportere: mediam viam nullam eſſe. Ferdinandus rex Aragonum vt Petrum regem Nauarræ Imperio ſpoliaret, nihil prius habuit quàm vt illum à Francorum ſocietate ſeiungeret, vt tandem ab omnibus deſertus facilè opprimeretur. Ipſi quoque Iabeni, cùm Iſraelitas bellis implicatos ſequi noluiſſent, parta victoria omnes ad vnum internecione deleti ſunt. In eadem pericula Thebani penè inciderunt, cùm bello Perſico domi ſeſe continuiſſent[2]. Item ciues omnes Laidarum repentino bello ac ſeruitute oppreſſi fuerunt, propterea quòd nec principem, nec vllam cum finitimis amicitiam aut ſocietatem contraxiſſent[3]. Ac ſuperiori ætate Florentini cùm à Frãcorum ſocietate deſciuiſſent, nec principes in Francorum regem coniuratos ſequerentur, tandem potentiorum arbitrio ac libidini ſeruierunt. At, inquis, iniquum fuiſſet ſe Francorum hoſtes, quibuſcum amicitia cõiuncti fuerant, profiteri: aſſentior illud ego quidem: ſed nec ab eorum amicitia diuelli oportuit: quia non tantùm ſocietas violatur, ſi ſocios meos pro hoſtibus habeas, aut cum hoſtibus te coniungas: verumetiam ſi premente metu ſocios abs te deſeri patiare, ſi ex fœdere auxilia debeantur. Vna tamen cautio eſt eorum qui ſe neutros eſſe velint, vt ſcilicet finitimorum principum mutua conſenſione Imperium per ſeſe tueantur, & à bellis ſociorum abſtineant. Qua quidem ratione Lotaringi, Allobroges, Burgundia libera pace ac tranquillitate floruerunt, quandiu à bellis finitimorum principum & quidem eorum conſenſu abſtinuerũt: at cumprimùm dux Allobrogum Hiſpanis ſeſe adiunxiſſet, Imperio ac pote-

*Incõmoda neutrarũ partium.*

*Tutiſſima cautio eorũ qui neutrarũ partium eſſe velint.*

9 Liuius lib. 35.

1 Liuius lib. 9.

2 Polyb. lib. 4.

3 Iudicum cap. 18.

B C D

poteſtate à Francis exutus eſt. Differt igitur diſtátque plurimum is qui nec hoſtes habet nec ſocios, ab eo qui vtrarumque partium communis eſt amicus, modò id fœderibus ſit comprehenſum. Quod quidem conſilium ſi omnibus ciuitatibus ſalutare eſt ac laudabile, quantò laudabilius ei futurum, qui cæteros omnes vel potentia vel dignitate ſuperat, vt controuerſiarum, quæ principibus inter ipſos ſæpius intercedunt, arbiter accipiatur? Eſt enim ac ſemper fuit in more poſitum, vt populorum diſſidia componantur amicorum ac ſociorum communium ſententiis & auctoritate: & eorum potiſſimùm qui opibus ac potentia cæteris præſtant, vt quidem Romani Pontifices, qui maiorum noſtrorum
B ætate principes ad concordiam & amicitiam colendam inuitare præclarum & honeſtum ducebant: qua quidem ex re & populis ſalutem, & ſibi ſecuritatem cum ſumma ſua laude pepererunt: qui verò partium duces eſſe quàm arbitri præſtabilius duxerũt, cum ſuę ciuitatis ruina cumulauerunt alienã. Nouum Hiſpanis viſum eſt quòd Alexander VI. Pontifex fœdus cum Ludouico XII. rege Frãcorum aduerſus Hiſpanos ſuos populares contraxiſſet: cùm verò Hiſpani ſuperiores in Italia fuiſſent, Pontifex Ludouici Legatum admonuit ſe à Francorum ſocietate, vt patrem omnium communem, abſtinere velle. ſera fuit illa pœnitentia, cùm incendia concepta, quæ ipſe inflammarat, reſtinguere nec poſſet, nec ſi potuiſſet, velle videretur. Conſimili errore Paulus IIII. Pontifex
C M. cum rege Henrico II. ſocietatem coiuit, procuratore fiſcali rogãte vt Neapoleos ac Siciliæ regna eccleſiæ Romanæ fiſco vindicarentur. id agebatur vt Hiſpanis ex Italia expulſis, Pontifices cenſum vtriuſque regni recuperarent, ac Francis imperioſiùs quàm Hiſpanis dominarẽtur: aut, quod Iullius II. Pontifex dicere ſolebat, cum alteris ſocietatem inirẽt, quò faciliùs vtroſque quaſi Barbaros ex Italia exterminarẽt. Dux Albanus Pontificem admonuit vt parens omnium cõmunis quàm Hiſpanorum hoſtis eſſe mallet: non acquieuit tamen, cùm iam tota Italia Frãcorum & Hiſpanorum exercitus diſſiparentur. ſed cùm ad prælium Hiſpanos de vrbium latebris ac præſidiis detrahere Galli non potuiſſent, nec obſidione arces expugnare, Pontifex à ſocietate Francorum abſti-
D nere coactus: & in pacis actionibus exceptũ, ne Pontifex Romanus deinceps Hiſpanos aut Francos tueretur, ſed eadem vtroſque amicitia complecteretur. Nullius vnquam principis inimicitiæ tantas huic Imperio calamitates intulerunt, quantæ ab illa Romani Pontificis amicitia illatæ fuerunt. mox enim Sanquitinam cladem ſecuta pax eſt omnium quas accepimus, huic Imperio pernicioſiſſima: quæ nobis omnia quæ annis triginta parta fuerant, ademit. & quoniam earum rerum commemoratio mentem mihi exulcerat, ad Pontificem Theatinum redeo, qui Clementis Pontificis max. conſimilibus peccatis ad officium reuocari debuiſſet. Hunc enim Ludouicus Canoſa Legatus apud regem Francorum ſtudioſiſſimè admonuerat, vt ſe patrem omnium principum communem profiteretur, in eóque ſuas opes, fortunas ac dignitatem verſari perſuaſum haberet. Quæ conſilia cùm repudiaret, vrbem priùs ab Hi-

ſpanis captam vidit quàm obſeſſam, direptam quàm expugnatam, ſéque in arce ipſius vrbis ab hoſtibus ante circunſeſſum, quàm hoſtes venturos ſuſpicaretur. Hîc non quæritur à me vtri Pontificis gratiam vel odium, Franci an Hiſpani promereri ſtuduiſſent: ſed illud tantùm, omni principum ac ciuitatum generi turpe eſſe, vt qui communes amici aliorum controuerſias componere poſſint, ſeſe duces partium profiteantur, etiam vt nulla ex eo detrimenta ſequantur: quantò magis declinandum illud eſt, ſi anceps ac dubia victoria ruinam tibi ſit allatura? Nec deſunt qui ſuis ciuibus publicè interdicunt, ne pro finitimis inter ſe diſſidentibus quibuſcum amicitia coniunguntur, arma capiant: nihilominus tamen factum probant, aut diſſimulant, ac ſæpe clam iubent imbecillioribus ſuccurri: vt Liuius de Ætolis, Iuuentutem, inquit, aduerſus ſuos ſocios, publica tantùm autoritate dempta militare ſinunt, & contrariæ ſæpe acies in vtraque parte Ætolica auxilia habẽt. Diligentiùs ab his quàm ab hoſtibus cauendum. Hîc occurret aliquis, periculoſum eſſe vnum aliquem populum cæteris omnibus eminere, & ex aliena ruina ſuam ciuitatem ſic augere, vt ſi velit, ſub Imperium cæteras ſubiicere poſſit. Illud quidem aſſentior: nec vlla cauſa probabilior eſt quamobrem qui neutrum ſe profiteatur, imbecilliorum caſibus ſuccurrere debeat. Etenim principum ac ciuitatum Imperia ſtabiliora ſunt, & ab iniuria finitimorũ tutiora, cùm ſocietates ac fœdera ſic contrahuntur, vt æquabilis quædam ex omnibus potentia exiſtat. Cùm enim aduerſus Perſeum Macedoniæ regem Romani bellum gererent, aliæ quidem ciuitates regi, aliæ Romanis fauebant: Tertia pars, inquit Liuius, optima eadem & prudentiſſima, ſi vtique optio domini potioris daretur, ſub Romanis quàm ſub rege eſſe mallebat: ſi liberum inde arbitrium eſſet, neutram partem vellent altera oppreſſa fieri potentiorem: ita inter vtroſque conditionem ciuitatum optimam fore, protegente ſemper altero inopem ab alterius iniuria, & illibatis vtriuſque partis viribus parem eſſe. Sed hoc Liuius prætermiſit, quod qui ita de ciuitatum ſtatu iudicarent, neutri parti ſeſe adiunxiſſent: cùm tamen vtriſque obligarentur. at illis bene ceſſit: quia non ſi ex alieno caſu detrimenti aliquid ad te peruẽturum eſt, propterea ſocietatem violare debes, vt imbecilliori opem feras. Honeſtum eſt igitur & eum qui cæteris dignitate ac potentia ſuperior ſit, etiamſi non conuenerit inter principes, & imbecilliorem, ſi ita conuenerit, neutrarũ partium eſſe. Hoc etiam communi omnium gentium ſaluti neceſſarium: vt ſi cõtrouerſiæ inter ſocios fuerint, ſi bella ſuſcepta ſociorum & amicorum communi conſenſu finiantur: quæ alioqui nullum exitum reperirent. Sed vnum genus eſt eorum qui neutrarum partium ſe eſſe verbo declarant, re tamen faces vtriſque ad bellum inflammandum clam ſuppeditant: ferendum illud quidem quodammodo, ſi ſuæ ſaluti aliter conſulere non poſſint: vix eſt tamen vt ea fraus latere diu poſſit: re verò planè cognita ac percepta, pernicies imminet ab vtriſque mutua concordia conciliatis. etenim cùm maiorum noſtrorum ætate Veneti inter finitimos principes occultè iurgia ſererent, ac turbatis rebus in alienas poſſeſſiones

clam

clàm inuaderent, Ludouicus XII. rex Francorum ſocietate cum Iullio II. Pōtifice Romano, cum Maximiliano Imperatore, cúmque Ferdinando Hiſpaniarum rege contracta, Venetos triplici prælio fuſos ac fugatos ad earum vrbium quas ipſi fraude occuparant, reſtitutionem compulit: ac primùm per ſeſe Cremam, Cremonam, Brixiam, Bergamũ, Guaraddam Mediolanenſium municipia: Pontifex Romanus, Fauentiam, Ariminum, Rauēnam, Ceruiam, vrbes Romanæ ditionis: Maximilianus Patauium, Vnicentiam, Veronam Imperij nomine: ſuo verò Treuiſam ac Forum Iullium: Ferdinandus arces ac portus Neapolitani regni: quæ oppignerationis iure tenebantur, recepit, cum tamen ante bellum ſatis Pon-
B tifici fieri potuiſſet vnius oppidi reſtitutione: ſed Dominicus Treuiſanus Reipublicæ Venetorum procurator interceſſit, cùm diceret à Venetis quidem arces & oppida capi ſemper: ſemel adempta reſtitui nouum & abſurdum eſſe. Tutius eſt igitur eos qui neutrarum ſunt partium, ab iis fraudibus abſtinere, ac potius bellis implicatos ad pacem reuocare: aut certè ſimulare, ſi aliena bella tuæ ciuitati vtilia ſunt, pax autē detrimento futura. quāquam nec ſimulare nec perſonam diu ferre quiſquam poteſt. Quòd ſi res ad pacem inclinat, id eſt, ſi apparet eos qui diu bella inter ſe geſſerunt, acceptarum calamitatum tædio teneri, tum maximè conniti oportet ac modis omnibus efficere vt te autore ac ſuaſore pax inita videatur: imitantem Athenićſes, qui cum Rhodios ac Demetrium graui diu-
C turnóque bello fatigatos deſiderio pacis quam petere puduiſſet, teneri intelligerent, Legatos de pace ad vtroſque miſerunt, ac ſumma cum ſua laude Reique publicæ ſecuritate, vt ab armis diſcederetur, obtinuerunt: tametſi nullo fœdere cum illis ſociarentur. quanto præclarius eſt igitur pacem conciliari ab eo qui communis ſocius eſt eorum quibuſcum bellum intercedit? nam ſi alterutri tantùm ſocius erit, pacem conciliare neceſſe habet, aut iiſdem bellis implicari, ſi vel ſociis abs te, vel tibi à ſociis auxilia ex fœdere debeantur: cuiuſmodi ſunt Heluetiorum fœdera nobiſcum. Quamobrem reges noſtri ſæpe diſſidentes Rhætos cum Heluetiis, & inter ſe Heluetios conciliarunt: tum propter neceſſitudinis & amicitiæ iura, tum etiam ne ſociorum auxiliis interim carere cogerentur.
D Eſt etiam illud neceſſarium, cùm bellorum pertæſi, quos pacem ab hoſtibus petere piget, clandeſtinis conſiliis finitimum aliquem excitant qui bella componat: vt cùm Florentini Venetos ab auxilio Piſanis ferendo diſſuadere vellent, ídque bellum Venetis ipſis moleſtum eſſe intelligerent, clàm Ferrariæ ducem excitauerunt, qui quaſi arbiter ab vtriſque receptus rem compoſuit. Nihil autem principe dignius, nihil magis optandum quàm diſſidiorum ac bellorum inter populos arbitrum cieri: vt olim S.P.Q. Romanus propter ſummam virtutis quam de ſe ipſe concitarat opinionem, deinde Pontifices Romani propter eam, qua cæteris præſtare videbantur pietatis ac religionis opinionem. Cùm enim Carolo VI. Francorum regi cum rege Nauarræ ✝, & Richardo regi Anglorum ✝ anno 1365. cum Philippo Auguſto, grauiſſima bella intercederent, ad Pontificem Romanum quaſi ad arbitrum honorarium, belli ſummam detulerunt.

Id autem ab omnibus ferè Chriſtianis principibus fieri conſueuerat, niſi Pontificis ipſius cauſa ageretur: vt cùm Federico II. Imperatori cum Innocentio IIII. Pontifice Romano graues controuerſiæ interceſſiſſent, Federicus ad Francorum Senatum, qui ſummam iuſtitiæ laudem adeptus erat, arbitria detulit: tametſi Pontifex ad regem Francorum ſacram Pontificum Romanorum anchoram confugiſſet. At noſtræ ætatis Pontifices cupidiſſimè hunc honorem ambire videmus. Clemens enim VII. ſocietate cum regibus Francorum & Anglorum aduerſus Carolum V. Imperatorem contracta,[5] vno capite fœderis excipi voluit, vt ſi pacem cum Imperatore iniri cõmodius videretur, ipſe arbiter eſſet. Paulus III. Pont. Romanus idem caueri voluit in pace Maſſilienſi[6] ac Sueſſionenſi[7]. Nihil autem æquè neceſſarium eſt in fœderibus concipiendis, quàm vnum aliquem potentia vel autoritate præſtantem populum vel principẽ excipere, qui ſociorum ac fœderatorum arbiter ſit futurus: ne aut bellum temere inferatur, aut illatum non facilè exitum reperire poſſit. Et quidem vtiliſſimum eſt omnes inter ſe principes, qui ſocietate vel amicitia coniuncti fuerint, conſpirantibus animis hoc agere ne cuiuſquam opes ac potentia tanta ſit, vt ſi velit, infimos armis ac imperio frangere poſſit: aut etiam tenuibus illatum bellum modis omnibus ante partam victoriam componere oportebit, vel iuſtas conditiones recuſanti bellum indicere. vt rex Ægypti, Athenienſes, Rhodij, Chij, ac cæteræ ciuitates Philippum iuniorem Macedoniæ regem ad pacem compulerunt, ne ſtatum Ætolorum rex potẽtiſſimus facilè diſturbaret, ac in prouinciæ formam redigeret, quo facto vniuerſæ Græciæ Imperio[8] potiretur. Ita quoque Francorum rege ad Papiam capto, Veneti, Florentini, dux Ferrarienſis cum Romano Pontifice & cum rege Anglorum fœdus percuſſerunt: nõ quia Francorum afflictæ fortunæ ad miſericordiam illos allicerent (vt ferè contingit regibus quibus regale nomen ſanctum videtur,) ſed ne Imperatoris aquila, quæ magnam Europæ partem alis contexerat, infimos ac tenues principes vnguibus diſcerptos laceraret. At illi ipſi paucis antè annis cum Imperatore coniurati Francorum opes fregerant: quod Franci Italię Imperium adepturi, ac infimis libertatem erepturi viderentur: vt iam Sfortiadas Imperio Mediolani, marchionem Saluſſiarum principatu, Genuenſes libertate ſpoliaſſe dicebantur. Eãdem ob cauſam Mithridates rex Ponti cùm Romanos vertice cælum attingere videret, reges Parthorum, Ægyptiorum & Armeniorum vnà cum Græcorum ciuitatibus quibuſdam ad fœdera contra Romanos, quorum opibus ac potentia perterriti fuerant, excitauit: & vna die tota Aſia, vno nuntio, vna literarum ſignificatione, omnes ciues Romanos, qui non pauciores fuerunt quadraginta quinque millibus, necandos trucidandóſque denotauit. Sed illa conſociatio ſera fuit, nec eadem animi fortitudine à cęteris regibus qua à Mithridate ſuſceptum eſt illud bellum. Superioribus annis cũ de pace Cameracẽſi[9] Francos inter & Hiſpanos reges ageretur: omnes Chriſtiani principes ac ciuitates regis alterutrius aut vtriuſque nomine excepti ſunt: locus etiã iis qui ſexto pòſt menſe fœderibus regis alter-

5 anno 1528.
6 anno 1535.
7 anno 1544.
8 Liuius lib. 34.
9 anno 1559.

B

C

D

alterutrius nomine comprehendi vellent,relictus. Exceptio verò diſertè fiat oportet, non generali oratione:ne iuſta excuſationum probabilium argumenta capiant qui belli faces miniſtrãt. Nam fœdera ſæpe ac ſocietates tam occultè ac tam repente fiunt, vt priùs confecta res ſit, quàm quis affectam fuiſſe ſuſpicetur:vt Cameracenſe fœdus aduerſus Venetos, de quo ſuperiùs diximus, tam occultè contractum eſt, vt ne Veneti quidem rerum agendarum & conſiliorum inquirendorum artifices optimi, quid actum eſſet antè ſuſpicari aut per Legatos ſubodorari potuerint, quàm ſocietas aduerſus eos contracta omnium ſermonibus ac fama peruagaretur. Nec dubium eſt ſi Veneti quæ in perniciem ſuæ ciuitatis gerebantur proſpicerent, quin prohibere potuerint, cùm etiam bello ſuſcepto,inchoato & affecto Pontificem maximum à ſocietate nõ modò diſtraxerint,verumetiam perfecerint vt Francorum hoſtem acerrimum ſe præberet: vnde primùm ſalus Reipublicæ Venetorum illuxit. Eadem calamitate Germani principes conflictari cœperunt, cùm quid aduerſus eos fœdere Sueſſionenſi [1] Pontifex Romanus pace cum rege Francorum & Imperatore moliretur,ſcire neglexiſſent. Nam primo capite Pontifex vtrumque principem ad arma pro Romana religione aduerſus Germanos capienda iureiurando obligarat: quod illis non antea credibile viſum eſt,quàm exercitus Hiſpanorũ,Belgarum,& Italorum in Germaniam irrumperent. nec tamen difficile videbatur peſtẽ illam auertere, cùm nec Imperator niſi vrgente Pontifice bellũ illaturus eſſet. & ab eo rex Francorum non modò abſtineret, verumetiam illis occultè faueret, ac præter Pontificem Romanum, hoſtem haberent neminem. Interdum tamen tanta ſunt odia,tantæ inimicitæ, vt etiam prouiſæ nullius conſilio vel prudentia declinari poſſint.Franciſcus maior proſpiciebat Pontificem Romanum Imperatorem Carolum,regem Angliæ,Venetos,Genuenſes,Florentinos,Lucenſes,Senenſes, ducem Mantuanum, Sfortiadas coniuratos [2] in ſe vnũ armari, vt agri Mediolanẽſis poſſeſſionem Maximiliano duci reſtituerent: non tam ipſius ducis gratia quàm quòd illos regis Francorũ potentiſſimi principis victoriæ aduerſus Heluetios & Sfortiadas terruiſſent: Rex ſocietatem illam nec prohibere poterat,nec contractam perrumpere,niſi de agro Mediolanenſi decederet. Qui antea cum rege Franciſco amicitia coniunctiſſimi fuerant, à fide ſimul & ab amicitia defecerunt:nam fidei religionem plerique principes nullam eſſe putant oportere, ſi publica vtilitas agitur: quinetiam tãta eſt hominum perfidia,vt cùm maximè fallere propoſuerunt, omnibus execrationibus ſeſe deuouere non dubitent: vt Lyſandrum [3] dicere ſolitum ferunt,pueros quidem aſtragalis, cæteros iureiurando falli oportere:ſed violatæ religionis grauiſſimas dedit pœnas. Certè quidem periurium atheiſmo deſtabilius eſt: quia non tanta eſt eorum qui deos omnes auerſantur impietas,quanta eorum qui & eſſe deos, & rebus humanis proſpicere confitentur:iuris tamen iurandi ſimulatione numen irridere nõ dubitant:iſta verò impietas cum animi abiecti turpitudine ſemper coniuncta eſt: quoniam is qui ſciens periurium admittit, hoſtem quidem me-

Margin: B (beside "uitatis gerebantur"), C (beside "auertere"), D (beside "terat").

1 anno 1544.

*Fœdus contra Francos.*

2 anno 1525.

3 Plutar. in Lyſandro.

tuere, Deum verò deſpicatui habere ſe declarat. præſtaret aut Deum immortalem eſſe, aut eum quem Deum eſſe putant, ſuæ fraudis teſtem nūquam appellare, ſed ſeipſos tantùm: vt Ricardus Anglus Pictonū comes in beneficio Rupellanis ciuibus conceſſo ad extremū hac formula vſus eſt, TESTE MEIPSO. Cùm igitur fides iuſtitiæ totius vnicum ſit firmamentum, qua non modo Reipublicæ ſed omnis humana ſocietas cōtinetur: cùm omnibus, tum verò principibus inuiolabilem eſſe oportet: qui cùm violatam à ſubditis fidem acerrimè vlciſci debent, quis deſertæ à principibus fidei vltor futurus eſt? Excipio turpia pacta: quæ nec ſine ſcelere ſeruari, nec ſine impietate iureiurando confirmari poſſunt[4]. At ne princeps quidem ſi iurauerit ea ſe nō facturū quæ natura iuſta ſunt, ſi B à promiſſo deſciſcat, nulla iuriſiurandi religione obligatur: cùm priuati plura quàm ciuili iure liceat præſtare ne iurati quidem teneantur[5]. Quę autem iniuſta ſunt natura, nec promittere quenquā, nec ab aliis promiſſa exigere fas eſt. Ambiguitatem etiam verborū circuncidere & quoad eius fieri poterit, de pactis conuentis amputare vtiliſſimum eſt, ne iuſtorum aut iniuſtorum ſpecie, periurio latebra, decipiendique occaſio quęratur: vt cùm Henricus Angliæ rex ſocietatem cum Aureliorum Biturigum, ac Burboniorum ducibus cúmque Alenconiorum & Arminiacorum comitibus iniret, vt mutua ſibi auxilia præſtarent, ſi iuſta cauſa eſſet: Hēricus ea clauſula ſibi vtendum putabat, vt in regem Francorum ſubditos, & quidem regis ipſius gentiles armaret, quia fœdere exceptus non eſſet: C illi verò Henricum in eam ſocietatem non pertraxiſſent ſi regem Francorum diſertè exciperent: ſed liberum ſibi fore putabant, iuſtam cauſam interpretatione honeſta minuere, cùm nulla cauſa honeſta videri poſſit aduerſus principem, multò minus aduerſus patriam arma capiendi, non quia perfidiæ ſcelere careant principes qui fidem pactorum quæ detrimento ſibi futura ſunt, violare non dubitant, etiamſi à victoribus paciſci metu cogantur. contraquam pleriſque Romani iuris interpretibus[6] videtur: qui nec iura fecialia, nec veræ iuſtitiæ diſciplinam, nec vllam antiquitatis Romanorum quorum leges interpretantur, memoriam tenent. ſic tamen inueterauit hic error, vt nullum ſtabile fœdus, nulla fida ſocietas inter principes contrahi poſſit, ſi victores victis legem dederunt: vt D iam Legati de fœderibus diſceptantes non dubitent hanc vnam violandorum fœderum cauſam opponere, quòd vi ac metu facta: quaſi ex edicto Prætorio actionem inſtituerent. Mirum tamen eſt hanc nouā prudentiam Romanos, à quibus ad omnes populos iuris fecialis iuſtitiæ fontes puriſſimi manarunt, antea ſemper latuiſſe. Quis eſt enim qui neſciat pacis conditiones ferè ſemper inuitis dari, & à victoribus vi ac metu accipi, vt quod dici ſolet, Minima de malis? Nemo tamen aut princeps aut legiſlator extitit vnquam, qui quod victori promiſiſſet, exequi recuſaret quaſi vi coactus id feciſſet. quæ enim viro forti, inquit Tullius[7], vis poteſt adhiberi? illic agit de Marco Attilio Regulo, qui ex inſidiis captus duce Xantippo Lacedæmonio Imperatore Amilcare Romam venit, iuratus ſe Charthaginem rediturū niſi captiuos nobiles pro ſe red-

4 cap.1. de iureiurando.

5 l. vlt. de non numerat. pec. C. l. adigere §. vlt. de iure patronat. l. iuris gentiū. §. generaliter. de pact. l. vlt. qui ſatiſd. Canoniſtę aliter ſentiunt. ex cap ex rescripto. de iureiurādo. gl. in l. ſi pecunia de cōdi. cauſa. Bald ibid. vetitū eſt arreſto Curię Pariſiorū fidē exigere eorū pactorū quæ ciuili iure permiſſa ſunt. Rebuſ. in gloſ. vlt. nu. 9. de mercat.

6 Alex. conſi. 48. lib. 4. & conſi. 17. lib. 5. Frāciſcus de Acol. conſil. 14. Decius cōſil. 219. Bal cō. 364. & 26. lib. 3. & conſi. 40. lib. 1. domin. Geminian. cōſi. 124. Cardin. Zabarella conſi. 137. Bart. ad l. cōuentionū de pactis. ff.

7 lib. 3. offic.

ſe reddi perſuaſiſſet, Senatui mandata expoſuit, ſententiam ne diceret recuſauit: quandiu iureiurando hoſtium teneretur, non eſſe ſe Senatorem. ſciebat ſe ad cruciatum & ad exquiſita ſupplicia reuerti: vim tamen aut metum non excuſauit, ſed ad hoſtes rediit. nec aliter Maurinus Conſul faciẽdum ſibi putauit, cùm Senatui pacis conditiones perſuadere nõ potuiſſet. quos enim iuris fecialis magiſtros grauiores? quos Romanarum legum meliores interpretes quàm Conſules Romanos quæramus? Illi tamen officij retinẽdi cauſa ad cruciatus voluntarios proficiſci, quàm turpiter fidem deſerere maluerunt. Quid Conſul Poſthumius? quid ſexcenti obſides cùm ageretur de pace Candina? extant actiones Conſulã-
B res, quibus quid ille in Senatu, quid coram populo diſſeruerit, intelligi facilè poteſt. ſi vim, ſi metum excuſaſſet, à populo lapidaretur. nulla tamen vis maior videri potuit, quàm cùm inter anguſtias Apennini montis fraudibus hoſtium ſic interceptus Romanus exercitus, ſic concluſus erat, vt nec progredi, nec regredi, nec cum hoſte dimicare poſſet. Illud tantùm, pacem iniuſſu populi Romani ſancire non potuiſſe: ac propterea Conſul petiit à populo qui pacis conditiones repudiarat, vt vnà cum Veturio collega nudi ac vincti hoſtibus dederentur: cùm ſcirent ſe ad cruciatum aut ad ſempiternam ſeruitutem quouis cruciatu fœdiorem proficiſci. Pace Madrica[8] rex Franciſcus maior Carolo Imperatori iuratus promiſit ſe, cumprimum regni fines attigiſſet, pacis conditionem
C ratam habiturum, aut in captiuitatem rediturum. Franciſcum & Henricum filios obſides dedit. non priùs Hiſpaniæ fines euaſerat, quàm omnes vno penè conſenſu principes ac populi ſuas opes & copias ad illum ſponte detulerunt, ſi aduerſus Imperatorem bellum renouaret. Rex in Curiam Pariſiorum venit, Senatum habuit, & vniuſcuiuſque ſententiam exquiſiuit, pacis conditiones ratas haberet nécne. Selua Præſes Curiæ Pariſiorum ad infirmandam pacem, Zabarellæ[9] Cardinalis auctoritate vſus eſt, qui quod in eo genere vi ac metu factum ſit, ratum haberi non putat oportere, ídque exemplo Ioannis Cypri regis, qui à Genuenſibus captus obſidem filium dederat, nec tamen fidem ſeruaſſet. Miror ego non erubuiſſe principem tanti Senatus, quo nullus toto terra-
D rum orbe illuſtrior eſt, non modo iuris fecialis imperitum hominem teſtem laudare, ſed etiam eius tam ineptis argumentis ſeſe munire. Hęc potiſſima pacis infirmandæ occaſio fuiſſe videtur. additum etiam illud, non potuiſſe regem prouincias huius Imperij, Burgundiam, inquam, & maximam Belgiæ partem ſine Senatus ac populi conſenſione hoſtibus promittere. id quidem verum eſt: cætera extra rem. nunquam enim veteres Romani, qui neruoſiùs quàm noſtri de toto iure feciali diſſerebãt, de vi, de metu, de ratihabitione captiuorum quæſierunt, & quidem nihil ineptius eſt quàm captiuorum arbitrio relinqui, vt poſtliminio reuerſi ratum habeant quod cum hoſtibus geſtum ſit. obſides verò qui dederat, nec pacis legibus, nec vllo iureiurando tenebatur: ac ne iurare quidem cogebatur. quia obſes in eam cauſam datur, vt pro captiuo fideiubeat, aut capite luat, ſi is qui promiſit, à pactis conuentis receſſerit. Illud eſt quod

8 anno 1526. 14. Febr.

9 Conſil. 137.

1 lib.9. Poſthumius Conſul in concione populi Romani, Cùm me,inquit[1], ſeu
turpi,ſeu neceſſaria ſponſione obſtrinxi:qua tamen,quando iniuſſu po-
puli facta eſt, non tenetur populus Romanus, nec quicquam ex ea præ-
terquam corpora noſtra debentur Samnitibus:dedamur per feciales nu-
di vniĉtíque.& paulò pòſt, Quid enim obſidibus aut ſponſoribus in fœ-
dere opus eſt, ſi precatione res tranſigitur? nomina Conſulum,Legato-
rum, Tribunorum militum qui ſpoponderunt, extant: ſi ex fœdere res
acta eſſet, præterquam duorum fecialium non extarent. Sponſionem
appellat non fœdus : quia fœdus inter ſummos principes aut populos
ſolenni precatione perpetuam vim habiturum : Sponſio à ducibus &
Imperatoribus , qui obſidibus cauere ſolent , niſi populis principi- B
búſve conuentio accepta ſit:Pactio temporaria eſt conuentio ſine obſi-
dibus:Pax vtroque modo conficitur ab iis quibus publicè data poteſtas
eſt.Ex quibus perſpicuum fit eos qui obſides dederunt,nec iureiurando,
nec pacis actionibus magis obligari , quàm qui ab hoſtibus captiui, ta-
metſi fidem dederunt,vinculis tamen aut carceribus retinentur:qui ſi e-
2 l.nihil intereſt. de captiuis. l.1.§. nō ſicut.de dolo. uaſerint nulla periurij fraude obligantur[2] : vt Franciſcus rex Granuellæ
Caroli v.Imperatoris Legato apertè reſpondit.quoniam,vt Romanorũ
3 Liuius lib.22. quidam Conſul dicere[3] ſolebat, Vult quiſque ſibi credi,& habita fides i-
pſam obligat fidem.Itaque Senatuſcõſulto decretum eſt , vt Romani ci-
ues , quos Pirrhus data fide Romam ire permiſerat,ad hoſtes indicta ca-
pitali pœna redirent . Hîc occurret aliquis Franciſcum regem iurato C
promiſiſſe,niſi pacis conditiones ſibi probarentur,in Hiſpaniam ſe redi-
turum : ídque factum olim fuiſſe à Iohãne rege Francorum,qui tametſi
obſides fidémque dediſſet , cùm ea quæ promiſerat ac ſperarat efficere
non potuiſſet,in Angliam rediit. neuter tamen datis obſidibus redeundi
obligatione tenebatur. quanquã Frãciſcus, vt pacis actionem probaret,
cogere tamẽ non poterat Senatũ populúmque Frãcorum,ad id de quo
nihil in pacis actione exceptum erat , cùm eius potiſſimùm intereſſet ne
prouinciæ ab hoc Imperio diſtraherẽtur. Quamobrem Imperatori qui à
pacis conditionibus diſcedere noluerat, iure bellum indictum eſt. Qua
quidem re commotus Franciſcum regem perfidè ſe geſſiſſe dixit. quod
cùm allatum eſſet, rex omnibus coactis principibus in Senatum venit: D
cúmque de iniuria ſibi ab Imperatore illata grauiter queſtus eſſet,Gran-
uellam Hiſpanorum Legatum adeſſe iuſſit, vt Carolo Auſtriaco qui ſibi
abſenti perfidiæ probrũ obieciſſet, pro iſta contumelia denuntiaret eum
toties improbè mentitum,quoties hoc dixiſſet:vtque duelli locũ ac tem-
pus aſſignaret . Eadem oratione aduerſus Carolum vſus eſſe dicitur rex
Anglorum,cum etiam à Carolo perfidiæ inſimularetur.Fortiter illi qui-
dem, quod perfidiæ crimen à ſe depulerunt,cùm eo ſcelere vix vllum in
principe grauius eſſe poſſit:quia nulla res vehementius Reſpublicas con-
tinet quàm fides,qua ſublata,etiam vna de pulcherrimis virtutibus iuſti-
tia cum humana ſocietate tollatur neceſſe eſt.Nec verò tantæ impuden-
tiæ princeps vllus extitit vnquam,qui honeſti promiſſi fidem violare fas
eſſe diceret : ſed alius fraudem hoſtium , alius errorem, alius prauum
conſi-

conſilium, alius rerum conuerſionem, quæ prouideri nulla prudētia potuerunt, excuſat: aut quia promiſſa ſeruari ſine Reipub. interitu non poſſint. denique omnia iure facta defenduntur, vt vel oportuerit, vel neceſſe fuerit, vel imprudentia, vel improuiſo caſu factum ſit: quæ cauſæ cùm incidunt, violandæ fidei occaſionem præbere ſolent: quę tamen iuſta eſſe non poteſt, niſi quod promiſeris natura iniquum fuerit, aut præſtari non poſſit. Scio principum aſſentatores qui remiſſiùs iſta diſſerunt, periurij latebras omnes ſtudioſè conquirere: qui autem neruoſiùs, fidem omnibus vtilitatibus quantæcunque fuerint, anteponi putant oportere, ſi ſublata verborum ambiguitate pacta conuenta perſpicua miniméque
B dubia videantur. Qui verò Pontificem Romanum non ſeipſum modò ſed etiam alios iuriſiurandi religione ſoluere poſſe [4] tradunt, eos ego ſumma impietate obligari iudico: quanquam ab ipſis Pontificij iuris interpretibus [5] ſatis refelluntur. Ac ne Iullius quidem II. Pontifex max. quem eccleſiæ Romanæ facem hiſtorici appellant [6] appellant, tantæ impudentiæ fuit, vt ſibi fidem violare licuiſſe diceret, cùm Ludouico regi nefarium bellum pro tot beneficiis quæ antea commemorauimus, & quidem ſocietatis violato fœdere, intuliſſet: exquiſitam arripuit occaſionem, cum Pontificatum Arelatenſem actori cuidam Romano contra decus huius Imperij, contráque morem maiorum tribuere non dubitaſſet: atque ita ſe gereret, vt ne regis quidem Legatum admoneret:
C quod cùm allatum eſſet, Ludouicus omnia ſacerdotia, quorum fructus in Gallia Romani percipiebant, ærario adiudicauit. Hanc igitur Iullius inferendi belli occaſionem nactus eſt improbè quæſitam. Hunc etiam Guicciardinus bonus autor, iactare conſueuiſſe ſcribit, ſe fœdera ac ſocietates cum Germanis, cum Gallis, cum Hiſpanis, quos ipſe Barbaros appellabat, ad eos fallendos ac decipiendos contrahere: vt omnes ex Italiæ finibus exterminaret. Nec deſunt qui perfidos quidem execrantur, perfidiæ tamen ſuauiſſimos fructus decerpere ſolent: vt de Philippo Alexandri patre ferunt. Item Lacedæmonij Phœbidam perfidiæ damnauerunt, quòd contra fœdus cum Thebanis ictum in Cadmæam arcem inuaſiſſet: eam tamen ipſi retinuerunt [7]. Qui verò ſuæ dignitatis curam
D habent, ne turpiter à fide deſciuiſſe videantur, iuriſconſultorum reſponſa conquirunt: vt marchio Peſquirenſis, qui accuratè ac latenter tacitis nominibus ac locis exquiſiuit, num vaſſalus regis Neapoleos Pontifici Romano potius obedire quàm regi teneatur. conſilij verò capiendi ſumma fuit, vt ſi bellum aduerſus Carolum v. à Mediolanenſi duce, annuente Pontifice, ſuſceptum proſpere cederet, ipſe regnum Neapolitanum poſſideret: ſin aliter res cecidiſſet, Mediolanum principatum duce perduellionis damnato præmij iure ſibi depoſceret. Sed coniuratione detecta Moronem ducis Cancellarium in carcerem egit, quem pro tanto crimine leniter tractauit, ne ſeipſum moriturus proderet. Marchio tamē paulo pòſt, cùm omnia patefacta eſſent, animi dolore extabuiſſe fertur: eadem enim perfidia Imperatorem, ducem, Pontificem ac ſocios omnes fraudare propoſuerat: quo perfidiæ genere nullum fœdius aut turpius

4 Petrus Ancaran. in cap. venerabilem. de electi:on.
5 Io. Imol. & Anton. Butrio in ca. 1. de conſtitut.
6 Guicciardin.
7 Plutar. in Epaminonda.

cogitari poteſt. Licet quidem vna fidelia duos parietes dealbare, dum ſalua religionis fide id fiat: vt de Themiſtocle fertur, qui regem Perſarum clàm admonuit, niſi ex Europa breui excederet, Græcos aditum Helleſponti præcidere decreuiſſe: precatus eſt etiam à rege ne rem euulgaret. quo quidem conſilio Themiſtocles ſibi ſecuritatem peperit, ſi penes regem victoria futura fuiſſet: ſin conſilio rex acquieſceret, vt quidem acquieuit, Græcorum omnium gratiam iniret. Qui tamen veteratoria calliditate ſibi cauent, vt in vtramque partem fallere poſſint, exitium ſibi procurare ſæpe conſueuerunt: vt Epirotæ qui bellum aduerſus Ætolos ab Achæis ſuſceptum ſe in conſilio Achæorum probare dicebant: Ætolis verò clàm ſignificauerunt ſe illis hoſtes minimè futuros. Iidem bello B Macedonico Perſeis ſe amicos fore promiſerũt, modò ne Romanorum in ſe odia excitarent: Id agebatur, inquit Liuius, vt ſi rex abſtinuiſſet Epiro, integra ſibi eſſent omnia apud Romanos, & conciliata apud regem gratia, quòd accepturi fuiſſent venientem. quæ conſilia patefacta exitium illis ac miſeram ſeruitutem fugato Perſeo pepererunt. Hæc autem iuriſconſultorum conſentiens[8] diſciplina eſt, vt nulla frangentibus fidem fides debeatur. Sed porro noſtri progrediuntur, qui etiam decreto concilij Conſtantienſis nullam ſtatuunt eſſe fidem quæ infideli data ſit. Patres ita decreuerunt, cùm Sigiſmundus Imperator Ladiſlao Bohemiæ regi fidem dediſſet, Ioannem Huſium & Hieronymum Pragenſem ſaluos & incolumes à concilio domum reuerſuros: qui tamen de concilij C ſententia impietatis damnati & exuſti fuerunt. Imperator nec fidem regi datam, nec publicam ſecuritatem violari fas eſſe ducebat: ſed hunc illi ſcrupulum accerſiti iuriſconſulti, Nicolaus, inquam, Abbas Panormitanus, & Ludouicus Romanus exemerunt, cùm dicerent infideli fidem vtiliter dari non potuiſſe, nec datam ſeruari oportere: in quam ſententiam Pontifices ac minutos theologos facilè pertraxerunt: vt quos capitis arceſſere ac damnare non dubitarant, crudeliſſimo ignis ſupplicio necarent: tametſi nec Imperatori, nec Patribus in eos vllum ius eſſet: nec ſi fuiſſet, Bohemiæ rex cui data fides erat, ab eccleſię Romanæ ritu deſciuerat: ſed omnia peſſum iere. cuius erroris argumentum à Bartolo[9] iuris vtriuſque conſulti (quanquam nimis ineptè ac pueriliter) repetere non D dubitarunt. Is enim hoſtibus priuatis, qui ius imperandi nullum habẽt, fidem ſeruari neceſſe non putat. quo eſt deteſtabilior talium hominum immanitas dicam an inſcitia, qui talibus argumentis iuſtitiæ fundamentum, id eſt fidem ſubuertere conantur, & in ea funditus delenda occupati & ſunt & fuerunt. & quoniam Bartoli dictum illud vanius eſt ac leuius quàm vt longa oratione debeat refelli, ad ſummam huius diſputationis referamus[1]. Hoc decreto armati Patres Cardinalem tituli ſancti Iuliani Legatum in Pannoniã miſerũt, vt Huniadi fortiſſimo duci ſignificarent fœdus cum rege Turcarum contractum violandum eſſe, ac bellum renouandum. quæ res illi cùm abſurda & Reipublicæ Chriſtianæ exitioſa, pax verò æquiſſimis legibus accepta videretur, tandiu reſtitit quoad concilij decreto à ſententia diſcedere coactus eſt. Ruptis fœde-

8 l. ſi conuenerit pro ſocio. l. viro & vxori. ſoluto matrim.

*An infideli ſeruãda fides eſt.*

9 In l. cõuentionum. de pactis. ff.

1 Vide lib. 3. offi. l. ſ. de pactis.

fœderibus renouatum eſt ab Hungaris bellum. Quæ perfidia in tantam iracundiam Turcas egit, vt ingenti exercitu Chriſtianos vndiquaque cę-derent ac profligarent: Imperiúmque illud, quod iiſdem penè finibus quibus Solis curſus terminatur, fractis opibus Chriſtianorum longè la-téque amplificarent. Ac tametſi Sigiſmundus Imperator innumerabiles Chriſtianorum copias ad Nicopolim coegiſſet: nihilominus ingenti cla de accepta proſtratus eſt: vt perſpicuum omnibus eſſet decretum illud quod Patribus placuerat, immortali Deo diſplicuiſſe: cùm etiam Legatus ille quem modò dixi à latronibus cæſus ſit. Nam ſi fidem infideli fran-gere fas eſt, dare certè nefas eſt: ſin fidem dare ius eſt, datam ſeruare opor-

B tet. hæc enim ipſa ſibi ſunt conſequentia. quærendum ergo priùs erat, cum infideli principe paciſci ius ſit nécne? Carolus quidem Imperator cum rege Perſarum amicitiam inire per Legatos non dubitauit [2]: eóque profectus eſt Robertus Anglus, quem Syriæ Præſes citatis equis penè comprehendit: vt nullo iure tum apud Pōtificem maximum, tum etiam apud imperiales Germanorum conuentus, Imperator quereretur regem Francorum cum Turcarum principe amicitiam ac ſocietatem contra-xiſſe. Quis eſt enim qui neſciat reges Poloniæ, ciuitates Venetorum, Genuenſium, Rhaguſiorum amicitiam Turcarum iampridem ſibi con-ciliauiſſe? Idem Carolus Imperator Martino Lutero, quem Pont. Maxi-mus diris execrationibus quaſi eccleſiæ Romani hoſtem deuouerat, fi-

2 anno 1544.

C dem dedit, vt ad Wormatiæ conuentus venire non dubitaret [3]: quò cùm veniſſet, Echius theologus in eum eodem iure iiſdémque pœnis quibus in Huſium & Hieronymum, animaduerti cupiebat, quem eadem im-pietate qua illos obligari diceret, ac fiducia Conſtantienſis decreti, fidem hoſtibus fidei non eſſe ſeruandā contenderet. Sed nemo fuit qui Echium non apertè execraretur, ac decretum illud non improbaret. Itaque Im-perator quominus ſecuritas publica violaretur, equitum turmas aliquot Lutero dari iuſſit, quouſque ſaluus & incolumis domum reuertiſſet. Quanquam neſcio quomodo Patribus Conſtantienſis concilij venit in mentem hæreticis omnem fidem abrogare: cùm Pontifex ipſe maximus quoties ſacris initiatur, accipiat ab ipſis Iudæis fidē, eóſque religionis ſuę

3 anno 1519.

D inſtitutis ſumma cum libertate frui patiatur. quinetiam principes Ger-mani ac Itali Iudæis teſtibus ſæpiſſime in iudiciis vtuntur. Extat iuriſiu-randi [4] formula imperialibus legis actionibus comprehenſa, qua Iudæi religioſè affirmare debēt in iudiciis ſe perinde aduerſus Chriſtianos ho-mines fidem ſeruaturos, vt ſui maiores aduerſus Giſanos. Quinetiam Io-ſues Iſraelitarum Imperator fœdere cum Gabaonitis dæmonum culto-ribus contracto, tametſi fraude circunuentus eſſet, nec vlla iuriſiurandi religione obligari potuiſſe cæteri duces contenderent, nhilominus tamē ſanctiſſimus Imperator fidem ſeruari oportere decreuit, Ne, inquit [5], Dei præpotentis, quem fœderis teſtem appellauimus, iracundiam ac furo-rem ciere videamur. Quod autem diximus nullo periurio teneri qui fœ-difragis fidem non ſeruarit, omnibus ita perſpicuum eſſe opinor, vt nihil exemplis opus ſit: ſed interpretatione temperanda res eſt. nam cui rupta

4 Lib. 1. c. 26.

5 Ioſue 9.

fides erit vel vno capite fœderis, iuriſiurandi religione ſolutus eſt, ita vt nullo fœderis capite teneatur: non tamen ſi noua fœdera iiſdem quibus antea aut diuerſis legibus feriantur, periuria præterita repetere[6] liceat: alioqui nullus fidei, nullus religioni locus ſit, nec periuria vllos exitus reperiant. vt non ita pridem noſtra ætate Sinanus claſſis Turcarum Præfectus, obſeſſa Tripoli in Affricæ littore, & pacis conditionibus interpoſito iureiurando datis & acceptis, quibus ciues ſalua libertate oppidum dedere ſpopondiſſent, deditione facta ciues omnes vinculis conſtrictos in ſeruitutem redegit, exceptis ducentis quos Aramondi Francorum Legati precibus libertati reſtituit. At ciues cùm de violata fide grauiter quererentur (iurauerat enim Sinanus per caput principis, quo iureiurando nullum ad obligandum efficacius eſſe putant) ipſe repoſuit periurium Equitum Rhodiorum, qui deditione vrbis facta iurati ſe nunquam aduerſus Turcas arma laturos, ſalua libertate diſceſſerant: ſed illud refelli poterat à Tripolitanis, niſi ius in armis poſitum fuiſſet, ſe nec Rhodiorum Equitum obligatione teneri: nec ſi antea iuraſſent Tripolitani, periurij vltionem nouo iure ſublatam repeti potuiſſe. Quòd ſi fraude fraus ac periuria periuriis ante nouum fœdus rependantur[7], nihil eſt quamobrem quis conqueri iuſtè poſſit. vt cum Epirotę aduerſus Romanos perfidè ſe geſſiſſent bello Macedonico, ac Perſeo regi clam fauerēt, Romani parta victoria ſimulauerunt ſe præſidia ex Epiro ſublaturos, & vna edicti ſignificatione iuſſerūt decem viros ciuitatum principes quicquid auri & argenti eſſet in ærario cuiuſque ciuitatis, proferre: quo facto Imperator Romanus vrbes ſeptuaginta militibus diripiēdas permiſit. in qua perfidia punienda Romani paulò crudeliùs quàm par erat, ſe geſſiſſe videntur: cùm ad eos tantùm qui periurium admiſiſſent, pœna peruenire debuiſſet: ea verò ſimulatio contra decus eſt antiquæ Romanorum dignitatis. Turpius tamen ij qui nulla perfidia violati, iuſiurandum decipiendi non obligandi vinculum eſſe putant: ac ſecuritatem publicam ad peſtem & exitium dare ſolent: vt Carolus dux Burgundionum Ludouico Luxemburgo Magiſtro militū ſecuritatem propoſuit: vt eum Ludouico regi Francorum turpiter proderet[8]. Fœdius etiam Antonius Spinola Genuenſis Præfectus Corſicæ inſulæ, qui ad periurium crudelitatem adiunxit: cùm principes omnes inſulæ conſilij capiendi ſpecie coactos, & ad epulas ſimul inuitatos necari iuſſiſſet. recens eſt hiſtoria. Sed hæc vetus de exulibus Cynethorum, qui reuocati & cæteris ciuibus nouo fœdere conciliati, cùm præteritas iniurias ſempiterna obliuione ſepelire iurati ſanctiſſimè promitterēt, hoc tantū, inquit Polybius[9], moliebātur, vt fidei ſpecie acceptas offenſiones vlciſcerentur, ac ciues cum ciuitate hoſtibus proderent: ſed eam proditionem proditoribus ipſis extio fuiſſe exitus declarauit. Sæpe tamen fit vt fides ac ſocietas deſeratur metu potentiorum, qui victoriam adepti cæteros perterruerunt: cuius rei permultorum exemplorum & noſtra plena eſt Reſpublica, & omnia regna cunctæque gentes: vt poſt calamitatem Cannenſem Romanos ſocij propè omnes deſeruerunt. Perſeo rege Macedoniæ capto, Rhodij palam edixe-

6 l. ſi quis. § non ſolum le adimēdis legat. & ibi Bart. ff.

7 l. ſi cōuenerit pro ſocio. l. viro. ſoluto. matri.

8 Philip. Comminius.

9 lib. 4.

edixerunt, ne quid à quoquam ciuium in gratiam Perſei regis quicum ſocietate & amicitia coniunctiſſimi fuerant, diceretur fierétve, ſubiecta capitali pœna. Quid ſocij noſtro capto ad Papiam Franciſco rege? Itali omnes à ſocietate tunc defecerunt. Metus quidem ab auxilio ferendo ignauos homines à periurio tamē non excuſat. ſed quæ excuſatio eorum eſſe poteſt qui ad fœdus perfidiam cogitatam afferunt? Maximilianum quidem huius Imperatoris proauum dicere ſolitum ferunt, nullas pactiones, nulla fœdera cum Francorum regibus inire, niſi vt præteritarum iniuriarum, quas ab illis ſe accepiſſe aïebat, vltionem repoſceret. Nemo tamen eſt, opinor, qui neſciat Carolum VIII. ac Ludouicum XII.
B quibus regibus Maximilianus Imperium tenuit, integritate, fide, pietate, iuſtitia pares principes omnibus ſeculis pauciſſimos, ſuperiorem habuiſſe neminem. At Ludouicus qui vnus ex omnibus regibus patriæ parens eſt appellatus, tametſi grauiſſimas in Italia belli offenſiones accepiſſet, nihilominus pactis induciis Ferdinandū in littore Genuenſi prætereuntem ſumma fide ac libertate inuiſere, & in triremem ipſius deſcendere non dubitauit: quem animi candorem ac fiduciam admiratus Ferdinandus ad portum appulit, ac Sauonam ingreſſus à rege Ludouico omnibus humanitatis ac magnificentiæ officiis cumulatus diſceſſit. Vtriuſque fiducia perfidis quidem hominibus improbatur, qui quod turpiter facturi fuiſſent, apertè declarant: bonis omnibus laudabilem videri
C neceſſe eſt, qui quæ ipſi execrantur, ne de aliis quidem ſuſpicari fas eſſe ducunt. Si tamen principes acie inſtructa pacti fuerint inducias, vt ſimul ad alloquendum veniant, exarmatos eſſe oportet: ne is qui clàm pugione ſiccáve armatus ſit, hoſtem eadem fraude quà Iphicrates Athenienſis Iaſonem tyrannum aut Mithridates Armeniorum principem ſororis filium trucidet: aut ſi alius alio copiis & exercitu multò inſtructior ſit, potentior infimo cauere debet obſidibus aut arce data. Sic Perſeus cùm Quintum Martium Philippum Legatum Romanorum conuenire cuperet, & flumen vtriuſque Imperij finitimum tranſmittere vellet, Martius obſides ſibi dari petiit, ſi comites plures tribus ſecum deduceret: Perſeus amiciſſimos obſides dedit, Martius nullos, quia nec exercitum nec
D copias vllas haberet. Cauendum etiam in liberandis captiuitate principibus qui obſidibus cauent, vt vires in vtramque partem pares ſint, obſidéſque in finibus Imperij eodem momento recipiantur, quo captiuus princeps liberatur: vti factum eſt cùm Franciſcus I. rex Francorum ex Hiſpaniæ captiuitate poſtliminio rediret: alioqui metuendum eſſet, ne princeps vnà cum obſidibus perfidiæ teneatur: vt cum Trypho procurator Syriæ Ionatham ex inſidiis cepiſſet, centum talenta ſibi pactus eſt vt captiuum liberaret, obſidéſque Ionathæ filios acciperet. acceptis obſidibus ac pretio libertatis patrem cum liberis trucidauit, ac pupillum ſuum Syriæ regem crudeliſſimè necari iuſſit. Ab hoc peſtiferorum hominum genere modis omnibus cauendum erit, nec vlla ſocietas, at ne commercia quidem habenda, niſi valde neceſſaria: quia cùm maximè fallunt ac perfidiam cogitatam ad iuſiurandum adferunt, hoc agunt, vt viri

boni,vt amici eſſe videantur:qualem ætate ſuperiori Alphonſum regem Neapolis fuiſſe accepimus, qui Iacobum comitem Mediolani ducis Legatum interemit: qualis etiam Antoninus Caracalla fuiſſe dicitur, qui nemini gratulari poſſet niſi iis quos ad cædem deſignarat. vt enim cætera quæ infinita ſunt perfidiæ exempla prætermittam, pace cum Parthis facta,regis filiam ad nuptias ſibi depopoſcit:rex annuit vt ſanguinis propinquitate amicitiam confirmaret.Imperator in Perſidem magno comitatu ad ſponſam profectus magnifice à rege excipitur:tabulæ conficiuntur,dicta dos eſt:interim Imperatoris comites qui veſtibus arma texerāt, inopinantes regis amicos ac principes inter medias epulas adoriuntur ac trucidant: cæde peracta fugam capit parricidarum omnium fœdiſſimus:qui etiam de turpitudine gloriari non erubuit, cum diceret hoſtes ſic accipiēdos eſſe. at tanti ſceleris immanitatem Deus immortalis non diu inultam reliquit:ſed paulò pòſt à domeſtico ac familiari occidi paſſus eſt, cùm aluum exoneraret. Huic peſti quamſimillimum fuiſſe ferūt Borgiam Alexandri VI. Pontificis Romani filium, qui à patre quos ad conuiuium inuitaret, veneno necare didicerat. vter vtrum perfidia ſuperaret, vix dici poteſt: alterum enim ferunt nunquam dicere ſolitum quæ facturus eſſet: alterum nunquam efficere quæ dixiſſet: ac vtrunque id vnum pro ſumma religione perſuaſum habuiſſe, fidem omnibus dari oportere,ſeruādam nemini: cùm enim hoſtium duces ad pacis actionem deinde blanditiarum illecebris ac iureiurando Alexandri F. ad ſe pertraxiſſet,crudeliſſimè necari iuſſit. cui flagitio pater arridens, O factū bene! inquit.Sed non minori temeritate homini perfidioſiſſimo quàm imprudentia ſeipſos alienæ maieſtatis ſubdito committendos putabant: qui nec hoſtibus dare fidem, nec ſine Pontificis maximi, penes quē erat Imperij maieſtas, conſenſu paciſci vtiliter poterant.neuter tamen ius feciale,aut boni quicquam didicerat.Sed Pontifex eodem veneno quo familiares & collegas necare decreuerat, ſublatus eſt: alter veneni vim quanquam difficillimè ſuperans, eadem fraude qua hoſtes conſueuerat, circunuentus eſt. cum enim Conſaluus Præſes Neapolis ei fidem dediſſet, & quidem ſine fraude, neque enim tam iuris fecialis quàm rei militaris peritus erat Imperator:Borgia fidem Conſalui ſecutus Neapolim venit: quod Ferdinandus rex cum intellexiſſet,Borgiam dimitti vetuit: Præſes mandatum regis exponit: Borgia Præſidis iuſiurandum ac fidem vrget: ſed Præſidi fidem hoſti iniuſſu principis dare non licebat: multò minus ſubditum captiuum vetante rege dimittere. nec debuit imprudenter Borgia fines hoſtium ſubire. Eodem errore peccatum eſt ab Alberto Francorum comite, quem à Ludouico Bauaro Imperatore obſeſſum Otho Moguntinus Pontifex in fraudem pellexit, cùm illum ad Imperatorem deduxiſſet,data fide,niſi Imperatori conciliaretur,ſe in arcem pro Alberto reuerſurum. Pontifex egreſſus limen arcis ſimulauit ſe neſcio quid omiſiſſe vt in arcem rediret,ac eodem momento exiret.hic igitur ad Imperatorem profectus ab eo iure comprehenſus eſt: & cùm fidem implorarer,Pontifex illius veteratoris,cuius Polybius meminit [1],exemplum

[1] lib.6. de militari ac domeſtica Rom. Cicero lib.3.offic.

plum imitatus ſe in arcem reuertiſſe, nec officium deſeruiſſe contendebat. Senatus Romanorum militem illum quem dixi, ad Annibalem vinctum mitti decreuit. Pontifex tamen, etsi non poterat iniuſſu Imperatoris fidem perduelli dare, quia tamen aliter atque Conſaluus hominem iuris fecialis imperitum dato iureiurando in fraudem impuliſſet, perfidię turpiſſimo crimine non vacabat. non magis quàm Paches ille qui Hippiam ducem ab arce ad colloquium data fide incolumẽ rediturum pellexit: arcem enim duce deſertam facilè cepit, deinde illum incolumem ex pacto reduntem in arce necauit. At C. Marius in Conſulatu Lucio Saturnino Tribuno plebis qui Mummium Conſulem creatum in campo Martio occidiſſet, fidem dedit, vt illum de arce Capitolij quam vnà cum cæteris perduellibus inuaſerat, diſturbaret: Tribunuſplebis & Conſulis & amici fidẽ ſecutus, vt primum è Capitolio deſcendit, occiſus eſt à Caio Rabirio, quẽ T. Labienus Tribunuſplebis trigeſimo pòſt ãno perduellionis accuſauit: damnatus à Quæſtoribus parricidij ad populũ prouocauit: Cicero Conſul cũ rei cauſã ſuſcepiſſet, & corã populo omnibus dicendi viribus exarſiſſet, ad extremũ, Si fides, inquit, Saturnino data eſt, quod abs te ſæpiſſime dicitur, nõ eã C. Rabirius, ſed C. Marius dedit, idémq; violauit, ſi in fide nõ ſtetit. Quæ fides, Labiene, quî potuit ſine Senatuſconſulto dari? adeóne hoſpes Vrbis, adeóne ignarus es diſciplinæ conſuetudiníſque noſtræ vt hæc neſcias? neque enim priuatorum pactis publico iuri derogari poteſt: nec ſi quis cum aduerſario iniuriarum oblitus tranſegerit, fidem violabit ſi eundem occidere edicto iubeatur: quia ius publicum obſtat. non tamen probare poſſum id quod Bartolus, exulem cum quo antea tranſegeris, occidere licere: in l. opprimendorum. de inoff. teſta. ff. impunè quidem licet Italorum moribus, ſalua dignitate nõ licet: nec ſi licet, honeſtum tamen eſt: non omne quod licet, inquit Paul. honeſtum eſt. Conſimilis ferè cauſa fuit Vincentij Pogij qui cùm Lucenſium[2] Imperatorem in ipſius vrbis Prætorio coniuratorum valida manu armatus necaſſet, fide à magiſtratibus accepta vrbe exceſſit, iis conditionibus ne Imperatoris cædes ſibi ſociíſve fraudi eſſet. nihilominus cum ex vrbe erupiſſent coniurati, publico iudicio damnati fuerunt. Melius Venetorum[3] Deceuiri qui magiſtratus fidem exulibus dare vetuerunt, ne publica ſecuritas magiſtratuum fraude ac ſimulatione violaretur: cum ad iura maieſtatis pertineret[4]. nec multò pòſt Senatuſconſulto cautum eſt[5], ne manus iniicere liceret in eos exules quibus Reſpublica fidem dediſſet, ſi domum reuertiſſent. Non quod princeps populúſve ſubditis, multo minùs etiam latronibus fidem dare teneatur[6]: ſi tamen dederint ſine dedecore violare non poſſunt. Cuius rei à Romanis qui optimè iura fecialia ac totius iuſtitiæ vim tenebant, petenda nobis ſunt exẽplà. Etenim Cn. Pompeius cum piratis qui claſſem mille circiter nauium inſtruxerant, ac toto mari mediterraneo impunè graſſabantur, ſuarum copiarũ multitudine perterritis pactus eſt pro Republica, vt ſalui & incolumes in prouincias populi Romani diſperſi viuerent: ac ne fraudi illis eſſet quod piraticam exercuiſſent. quo nihil melius fieri potuit, cùm

Margin: B (at "po Martio"); C (at "publico iuri"); D (at "lius Venetorum").

2 anno 1522.

3 anno 1506. in ſtatut. Venetor.

4 l. 1. ad l. Iul. maieſtat. ff.

5 anno 1512. in ſtatutis Ven.

6 l. hoſtes. de verb. ſignif.

*Fides latroni data ſeruanda eſt.*

piratæ ſine magno Reipublicę periculo nec vinci, nec vrbes in littoribus, quas ferè quingentas cum aliquot inſulis occupauerant, recuperari poſſent. magiſtratibus enim Romanis (quominus in prouincias migrarent) ac mercatoribus mare mediterraneum penitus concluſum videbatur. ac niſi Senatus quæ geſta cum piratis à Pompeio fuerant, probaſſet, Reſpublica periculoſum eius belli exitum habitura fuiſſet. Non quòd velim cum piratis ac latronibus vllam fidem aut amicitiam, vllúmve commerciũ eſſe: aut periurio teneri, qui prædonibus pactũ pro capite pretiũ non attulerit, ne ſi iuratus quidem id non fecerit: quia non ſunt illi ex hoſtium numero, nec iuris aut legum quarum euerſionem moliuntur, beneficio frui oportet: attamen Reſpublica datam latronibus fidem frangere ſalua dignitate vix poteſt, etiamſi periurio non teneatur ſi à iureiurando diſceſſerit. Cùm enim [7] Tacfarinus latronum in Affrica ſe ducem ferens Legatos ad Tiberium Imperatorem miſiſſet, vt ſibi ſuíſque agros aſſignaret, bellum alioqui ſempiternum Romanis illaturus: Imperator iſta legatione contumeliam ſibi nomini̇́que Romano irrogari putauit, cum diceret in Senatu maiores quondam Spartaci latronis, qui triplici prælio Romanos exercitus fregerat, Legatos pacem petentes admittere noluiſſe: ſed fugatas eius copias Marcum Craſſum perſecutum fuiſſe, eóſque qui cladem effugerant, crucibus affixiſſe. Quo perſpicuum fit principem populúmve cum latronibus paciſci, contra decus eſſe: à fide tamẽ quæ latroni data ſit, etiamſi ſalua religione poſſit, non tamen ſalua dignitate diſcedi. Quid Auguſtus aduerſus latronum in Hiſpania ducem? maximam pecuniarũ vim publicè promiſerat ei qui Coracotam latronum principem cepiſſet. Coracotas ad Auguſtum adire & pactum pro ſuo capite pretium petere non dubitauit: Auguſtus non modo latroni veniam ſed etiam præmium dari iuſſit [6], tametſi fidem ei non dediſſet: quoniam ſalua dignitate hominem nec ſupplicio affici nec præmium ei denegari potuiſſe iudicabat. tantum fuit publicæ ſecuritatis ac fidei momentum. Refert tamen plurimum fides hoſti data ſit an prædoni: peregrino an amico: ſubditis an ſociis: nam ſi ſubdito perduelli data fides eſt à principe, cui vitam & famam quam tueri debuiſſet, eripere voluerit: deinde rupta fide princeps vltionem repoſcat, non tanta infertur iniuria quàm ſi latronibus datam rupiſſet: vt fertur Dagobertum regem legioni latronum, quæ ex Bulgariæ finibus in Galliã vſque penetrarat, fidẽ dediſſe & agros aſſignaſſe: quibuſcũ ſine ſummo periculo dimicari non potuiſſet: deinde inopinãtes dato ſigno trucidari iuſſiſſe. vtilitatem dignitati prætulit. Aliter Romani, qui aut fidem non dediſſent, aut datam non fefelliſſent. At etiam cum T. Manlius is qui primus Torquati nomẽ habuit, adhuc adoleſcẽs Pomponium Tribunum plebis gladio diſtricto iurare coegiſſet, ſe patrẽ quem accuſabat, miſſum facturũ, eóque terrore coactus Tribunus iuraſſet, rem ad populum detulit: docuit cur ſibi à cauſa deſiſtere neceſſe eſſet. Tantum, inquit Cicero, iuſiurandum temporibus illis valebat. Sed quæri poteſt ſi princeps cum ſubditis pacẽ aut inducias pactus ſit, ſéque iuriſiurandi religione obligauerit peregrinis principibus, ſubditos minimè vio-

7 Tacit. lib. 2.

*Auguſti fides.*

6 Dio lib. 56.

mè violaturum, an rupta fide peregrini principes vltionẽ iure repoſcant?
Id enim ſæpe factum legimus etiam ab ipſis Romanis, qui pace cum Philippo iuniore facta, vno capite cauerunt, ne ſubditos qui ad Romanos
transfugerant, violaret. Vna res, inquit Liuius[9], Philippum maximè angebat, quod cum leges à Romanis victo imponerentur, ſæuiendi ius in
Macedonas, qui in bello ab ſe defecerant, ademptum erat. Ego principibus, qui alienorum ciuium ſecuritatem pacti ſunt, rupta fide iniuriam inferri ſtatuo, ac vltionem repeti poſſe[9], & pœnæ fœderibus additæ ſtipulationem committi, vt iis qui offenſionem aceperunt, debeatur: vt cum
barones regni Neapolitani, Pontifex Romanus, rex Caſtellæ, Reſpubli-
B cæ Venetorum ac Florentinorum ab vltione quam Ferdinandus rex
Neapolis in eos meditabatur, tueri ſe vellent, regẽ ipſum iuriſiurandi religione obligauerunt, quominus illis noceret: data ſecuritate domum reuerſos omnes ſupplicio rex affecit: tametſi pater regis ipſius filium eodẽ
iureiurando obligatum teneret. Nam Romani à Philippo eadem ſecuritate transfugis Macedonibus non cauiſſent, ſi principi impunè fidem datam frangere licuiſſet. Nihil tamen contra pacta fieri iudicandum eſt, ſi
quis priuatus acceptarum antea iniuriarũ vltionem repoſcat: niſi pactis
hoc diſertè exceptum ſit, aut niſi clauſula generali ſecuritatem domum
adeundi paciſcantur, quæ eam[1] vim habet vt de reditu quoque pactum
videatur: cum[2] generalis clauſula ad vniuerſa eandem vim habeat quam
C ſingularis ad ſingula: quæ ſi tabulis ſecuritatis expreſſa[3] non fuerint, nec
loca, nec tempora, nec perſonas venire iudico. Quæ tamen neglecta ſunt
à Leone x. Pontifice Romano, qui etſi Paulo Baleoni fidem ac ſecuritatis tabulas dediſſet vt Romam veniret, quibus etiam domum vt rediret
tacitè pactus erat, nihilominus comprehenſum in carcerem egit, nec tãtùm perduellionis, ſed multorum criminum cumulatis iudiciis damnatũ
ſupplicio affecit. Eadem ſecuritatis ſpecie Alphonſum Cardinalem Senẽſium principem illectum comprehendit, & quominus fraudem putaret,
Legatum regis Hiſpanorum clàm interponi curauit, qui pro Cardinale
ſecuritatem à Pontifice efflagitaret. Cardinalis irretitus fidem publicam
vrgebat, Legatus ipſe regis Hiſpanorũ querelis omnia miſcebat: cui re-
D poſitum eſt ab iuriſconſultis, quibus Pontifices Romani vacare non poſſunt, ſecuritatis tabulas quamtumuis ampliſſimas prodeſſe nemini, niſi
admiſſa crimina tabulis diſertè contineantur: accuſationis præcipuum
caput erat, quod Pontificem Romanum veneno necaſſet, niſi conatus irritos fortuna feciſſet. itaque lictor humanitate Pontificia Cardinali damnato gulam fregit. Certè quidem Hiſpanorũ Legatus fidem aut ſecuritatem ſine iuſſu principis ſtipulari nõ poterat, vt ſuperiùs docuimus. quarum rerum ignoratio non modò caliginem, ſed peſtem ac perniciẽ principibus inferre ſæpe conſueuit. Clemens VII. Pontifex Romanus calliditate non diſſimili Florentinos ętate noſtra fefellit: quorum libertatem &
Imperij maieſtatem illibatam fore Legato Hiſpanorum promiſerat: eos
tamen Alexandro fratris ſpurio ſeruire coegit: cum diceret maieſtatis crimina niſi expreſſa fuerint, nullis ſecuritatum tabulis contineri: quo nihil

9 lib. 39.

9 arg. l. ſi id quod. & ibi Bart. & in l. cum duo. nu. 2. de duob. reis. ff.

1 Alexã. cõſi. 46. lib. 2. dd. in l. 1. ad l. Iulliã maieſtatis arg. l. de ætate. ad Trebell.

2 l. 1 §. 1. quod iuſſu. l. 1. 1 10. de adminiſt tu. c. quia circa. de priu leg. cap. ſolitę de maioritate. Alexand. conſi. 235. l. 6.

3 cap. ſedes. de reſcriptis. Clemen. nõ poteſt. de procur. l. vlt. cui dulcia. de vino, tritico. ff.

*Leonis x. P. M. perfidia.*

ineptius ab eo dici potuit, qui nullum vnquam Imperium, nullum ius in Florẽtinos habuiſſet. Quamobrem in omnibus principum ac ciuitatum pactis conuentis, vtiliſſimum eſt arbitros ac iudices fœderũ ac pactionũ complecti, ſi qua inter ſocios controuerſia oboriatur: ſic tamen vt in vtranque partẽ arbitri pares ſint, ac ſi diſſideant, tertium aliquem optent qui vtroſq; dirimere poſſit. vt eo fœdere quod reges noſtri cũ Heluetiis percuſſerũt anno M.CCCCLXXXI. quinto capite cauetur, vt æquatis ſociorum iudiciis cõtrouerſiæ expediantur. Itẽ Auſtriaco fœdere cũ Heluetiis cõtracto, Põtifices Bohemię & Cõſtantiæ controuerſiarũ omniũ arbitri recepti ſunt. Secus eo fœdere quod ictum eſt ab Heluetiis cum Franciſco I. rege Francorum anno M. D. XVI. quia decimoſeptimo capite B facta poteſtas eſt omnibus ſociis eorúmve ſubditis duos rerum finiendarum arbitros adhibere: ea lege vt ſi quatuor arbitri negotium explicare non poſſent, actori à Valeſiis aut Rhętis quintum accerſere liceret, cui non eſſet ſententiarum mutandarum ius, ſed earum alterutram ſequi neceſſe haberet. at caueri debuerat vt arbitri quatuor diſcrepantes inter ſe quintũ cooptarent: cùm Heluetij in cauſis ferè omnibus petitorum perſonas ſuſtinerent, & eos quos vellent ſine reiectione arbitros haberent. ita fiebat vt regis & Gallorum cauſa ſemper deterior videretur. Illud etiam in principum rebus ac rationibus contrahendis caueri oportet, vt nihil cum Legatis geratur ſine mandato ſingularum rerum ampliſſimo, & quammaxime fieri poterit, copioſiſſimo: propterea quòd C quantumcunque Legati principes ac populos rem ratã habituros ſpondeant ac recipiant, nihil tamẽ rectè nihil tutò geri poteſt: quo fit vt princeps qui quid alterius Legato promiſit, ipſe quidem teneatur: is verò cuius nomine ac fide Legatus ſpopondit, nulla obligatione conſtrictus ſit, quouſque princeps alter ratum habuerit: atque interim cauſæ incidunt quæ obſtant quominus pacta rata habeantur: vt Samnitibus ac Numantinis contigit. ac ne longiùs exempla petantur, Ludouicus XII. rex Francorum pacem cum Ferdinando Hiſpaniarum ac Neapoleos rege [4] pepigerat, qua pacis actione Ludouicus pro ſe ſpoponderat: Philippus archidux Auſtriæ pro ſocero abſente, qui tabulas quidem procuratorias ampliſſimas genero dederat, quibus etiam ſe ratum habiturum quæ gener D pactus eſſet, promiſerat: dum interim ſocer belli Neapolitani exitum expectabat, vt ſi aduerſa contigiſſent ratã pacem ac Ludouicum obligatũ haberet: ſin proſpera cõſequerẽtur, pacta repudiaret: vt quidẽ cõtigit Hiſpanos pręliis duobus ſuperiores eſſe. quod cũ in Hiſpaniã allatum eſſet, pactio quam Ferdinandus ratam habiturus eſſet, euentu ſiniſtro reiecta eſt: cum Hiſpani Philippum ſine ſoceri mandato ſingulari quicquam promittere potuiſſe negarent. Aut certè ſi princeps quem rata negotia habere oportet, procul abſit, neceſſe eſt eum qui præſens quicquam promittit, tempus breuiſſimum concludere, quo pacta conuenta debeant à principe abſente rata haberi: quoniam cum de ſtatu Reipublicę agitur, reticentia inutilis eſt: nec niſi expreſſa ratihabitio ſequatur, pactum vllum efficax eſſe poteſt. Quamobrem Britiniacum fœdus ruptum eſt, cum

4 anno 1503.

cum Ioannes regni procura tor abſente patre ratũ non habuiſſet id quod
exceptum erat de Aquitania, ne deinceps Imperij Gallici maieſtate te-
neretur. Nec aliam ob cauſam Carthaginenſes diſceſſerunt à primo fœ-
dere: quo ſocij omnes vtriuſque Imperij vno verbo comprehenſi fuerãt:
deinde additum vt pacta cum Luctatio Conſule facta ea lege valerent, ſi
pop. Romanus rata haberet: populus ea pacta ſancire noluit: ſed procu-
ratorias tabulas in Affricam miſit cum Legatis qui populi ſententiam
explicarẽt, quam Aſdrubal Imperator probauit: his autem mandatis Se-
natus populúſque Saguntinus diſertè inter populi Romani ſocios exce-
ptus erat: ſed populus Carthaginenſis Imperatoris ſui acta non ſanciue-
B rat: ac proinde contendebat Annibalem Sanguntinis iure bellum indi-
xiſſe: nihilominus tamen cætera pacta iiſdem tabulis comprehenſa ſer-
uare non dubitarat: in quo videbatur exceptionẽ de Saguntinis ſociis [5] ſi
non verbo reipſa tamen ratã habuiſſe. Tutius eſt igitur ſingularia man-
data proferre cogendos, quibuſcum agi de ſtatu Reipublicæ poſſit, pri-
uſquam quid definiatur: quoniam tantæ ſunt hominum fraudes, tot in
mentibus latebræ tantíque receſſus, vt fidei violandæ occaſio ex rebus
quibuſque leuiſſimis quæratur: quamquam perfidia deeſſe poteſt nemi-
ni perfidiæ latebras quærenti. pleni ſunt libri Polyæni: vt Calcedoniorũ
aduerſus Bizantinos, Cleomenis aduerſus Argiuos, Thracum aduerſus
Theſſalos, qui cùm aliquot dierum inducias pacti eſſent, noctu popula-
C bantur agros. Fœdius etiam illud Periclis, qui hoſtibus vitam incolumẽ
futuram promiſit ſi ferrum abieciſſent: illos tamen exarmatos qui vel fi-
bulas ferreas in veſtibus haberent, trucidari iuſſit. Cum etiam Flandri æ-
rario Pontificis Romani aureos mille nummos dependere ex pacto pro-
miſiſſent ſi fidem fallerent, aut à rege noſtro deficerent: ne pœna com-
miſſa videretur, Eduardo III. regi Anglorum perſuaſerunt vt ſe regem
Fracorũ diceret: quo facto arma pro ſe quaſi pro rege Francorum ſe iure
laturos ſunt polliciti. Inde renouandi belli occaſio nata eſt. Alij ſyllabas
aucupantur, vt Ludouicus XI. rex Francorum. qui quòd Ludouicum Lu
xemburgum Magiſtrum militũ ad ſupplicium quæreret, amicorum in
modum iactabat ſe capitis tanti viri egere plurimum: quæ ratio loquen-
D di apud nos & capitalem pœnam & conſilium ſignificat. Carolus V. Im-
perator ſubtiliore ſolertia literæ vnius diſcrimine [6] negare ſe dixit quæ
affirmare putabatur: cum ſe principes Germanos carceribus erepturum
ſcripſiſſet. At Georgius Cornarus patricius Venetus qui fœderis cum
rege Franciſco percuſſi verba non poterat, ſententiam malitioſa iuris in-
terpretatione corrupit: quia cum ex fœdere auxilia vtriuſque Imperij
conſeruandi cauſa viciſſim promiſſa fuiſſent, ac Franciſcus de prouincia
Mediolanenſi depulſus eſſet, negauit ille auxilium deberi quaſi fœdus
ictum eſſet de retinenda ac tuenda poſſeſſione tantùm, non etiam de re-
cuperanda ſi amitteretur. Cùm cætera omnia deſunt, qui plus opibus,
idem perfidia potior eſſe conſueuit, vt cùm Atabalippa rex Peruanus in
poteſtatem Hiſpanorum veniſſet, pretium regio capiti dictum eſt infi-
nitæ pecuniæ, quã ille cum abundantius quàm peteretur effudiſſet, Hi-

5 l. hoc iure de regul.

6 Sleidan n pro u.

ſpani accepta pecunia regem impietatis accuſarunt,quod ſacra biblia humi deieciſſet,nec religionem Chriſtianam probaret:cuius impietatis culpam expiari non aliter poſſe affirmabant,quàm ſi Chriſtianorum religionem profeſſus ſacratiſſimo lauacro perpurgaretur.rex ægre vt religionem mutaret,adduci poterat:ac Solem immortalem mortalibus diis anteferendum diceret: ſed perterritus tot imminentium periculorum metu Chriſtianas leges ac religiones ſe probare dixit,veterémque impietatem eiurauit. quid multa? Cum Hiſpani regem confitentem, pœnitentem,præceptis omnibus ac pacis legibus obſequentem haberent, mori tamen coegerũt:vt non immerito M. Varronis dictum vſurpari potuerit. Qui pote plus vrget, ſic piſces ſæpe minutos magnus comeſt, vt B aues enecat accipiter. Non aliter impius ille Mediolanenſis quem appellare nefas eſt,cum aduerſariũ inopinantẽ adortus eſſet, humi deiecit, & ſicca faucibus impoſita mortem minatus eſt, niſi ob illatas iniurias ſatis ſibi fieret: ille inopinato caſu perterrefactus veniam precari, pœnam deprecari,dictum,factum nolle:ſiccarius vrget ſe mortem illaturum niſi Deum immortalem eiuraret: ille deos deáſque omnes deteſtabilem in modum execratur: non eo contentus aduerſarius execrationes illas ſæpius,quò minùs ſimularẽtur,iterari ex animo iuſſit: deinde iugulum gladio hauſit:poſtremò de hoſte triumphans,Et illa eſt,inquit,generoſa vltio,quæ & corpori vitam eripiat, & animo cruciatus ſempiternos ſit allatura. Et quidem extremæ dementiæ fuit in flagitioſiſſimi ac teterrimi C parricidæ promiſſis proculcato numine ſalutis ſpem vllam collocare. Nam qui numinis metum ſemel abiecit, eò minùs ei credendum quo grauiore iureiurando ſeſe obſtrinxerit. Carolus Burgundionum dux eo fœdere quod poſtremum cum Ludouico XI. rege percuſſit, cùm perfidiæ infamia laboraret,vt ſuperiùs docuimus,Ludouicum tamen, cui nihil credendum putabat,noua iuriſiurandi [5] religione obligauit: primùm per verba regis, pérque fidem ſui corporis: deinde per creatorem ſuum: legem quoque diuinam & eam qua in lauacro imbutus erat,religionem obteſtatus eſt: tum euangelia: denique ipſos miſſæ canones: poſtremò Chriſti crucem. Quid hoc iureiurando profecerit, & quæ deinceps cõſecuta ſint,ſatis cognita prætermitto. At Ludouicus Luxemburgus magiſter militum nullo iureiurando regem obligari poſſe putabat,niſi per D eam Chriſti crucem quæ apud Andes extat, qua quidem rex nihil ſacratius aut magis metuendum [7] iudicabat: cætera quidem rex annuit: hoc poſtremum recuſauit, quod quem vlciſci auidiſſimè concupierat, non aliter quàm iureiurando irretiri poſſe ſciebat: crucis tamen illius metu terrebatur. Ita veteres quoque,non quid iurari decuit,ſed qua ſuperſtitionis vllius aut numinis metus eſſet, illuc ſuſpectæ fidei homines adigi ſine ſcelere poſſe putabãt [8]: alterutrũ enim fore,vt vel iurati fidem colerent,vel iniurati fallere poſſent neminem. Cùm enim fœdus iureiurando ac precatione ſanciendum eſſet inter Carolum Iohannis filium huius regni procuratorem & Philippum regem Nauarræ,Pontifex Lexobienſis ſacris veſtibus amictus inter vtraſq. acies fecit, ac ſolenni precatione vtrun-

[5] Noua iuriſiurãdi formula. Philippus Cõminius.

[7] Philippus Cõminius.

[8] l. quod quis. de iureiurãdo quod quis propria ſuperſtitione iurauerit.

vtrunque principẽ deuouit:ſed cùm hoſtia diuiſa partẽ regi Nauarræ de-
libãdam porrexiſſet,ille cibum antea ſumptum excuſauit: Carolus quo-
que porrectam hoſtiæ partem repudiauit: ex quo vtrique religio ac fu-
turi periurij ſuſpicio iniecta eſt. Veterum alij quidem cæſis victimis,alij
iunctis manibus,alij iactu lapidũ,aut ferro cãdente frigida immerſo,dira
carminũ execratione fœdera ſãciebãt. maiores noſtros collatis ſignis ſã-
ctiſſimè fœdera iunxiſſe ſcribit Cęſar. Qui arctiſſima cõſpirationis fide cõ
iurabant, pocula vino ac ſanguine quẽ inflicto ſibi vulnere expreſſerant,
temperata ſimul [9] ſiccabant. Clearchus Lacedæmonius ac Tiſſapher- 9 Heródot.lib.3. & 4. Liuius lib.2.
nes Perſa victimarum ſanguine gladios tingebant. reges Parthorum &
B Armenię iunctos pollices & eodem nexu colligatos leuiter vulnerabãt,
cruorémque expreſſum exugebant [1]. Nec ita pridem Calangiorum rex 1 Tacit.lib.4.
cum Luſitanis fœdere percuſſo ſiniſtræ manus cruorem liguriens vul-
tum perfudit [2]. quæ omnia penitus inania ſunt ſi cum perfido principe 2 Hiſtoria Indica.
res eſt. Quòd ſi dignitas illi & exiſtimatio curæ eſt, ſermo pro lege:fides
pro oraculo futura eſt.vetat autem diuina lex [3] alterius quàm Dei æterni 3 Deut. 19. Hierem. 12. & 5. cap.
nomen ac numen iureiurando obteſtari:is enim ſolus eſt qui & ſui numi
nis contemptores & perfidos vlciſci poteſt:non ij qui nullam rerum hu-
manarum procurationem gerunt. Cum enim triginta Carthaginẽſium
Legati in Senatu Romanorũ rogarentur, ecquem deinceps ex omnibus
diis vltorem eſſe vellent ſi fidem fallerent:eos optarunt qui ſuperiorem
C perfidiam tam atrociter vindicarant. quanquam non minor eſt eius im-
pietas qui quẽ Deum putat irridet,quàm ſi Dei ſempiterni maieſtatem
violaret,cui ne iurato quidem credendum. at viro bono etiam iniurato
credẽdum eſt. Et certè Athenienſes Xenocratem ad aras accedentem vt
iuſiurandum præſtaret,iurare vetuerunt. Nam cum bella ciuilia quæ in-
ter Burgundiones & Aurelios interceſſerunt, vna pacis actione debuiſ-
ſent,ſex fœderibus terminari non potuerunt [4]. Et quoniam ex omnibus 4 Monſtreleti
fœderibus nullum eſt quod difficiliùs ſeruari poſſit quàm quod ictum
eſt cum ſubditis:neceſſe eſt principum ſociorum ac fœderatorum ſpon-
ſione quaſi prædibus confirmari: aut ciues Imperij finibus excedere, ac
modis omnibus efficere,vt paci quæ nihil habitura ſit inſidiarum,conſu-
D latur:quia nihil æque principum mentes exulcerat,quàm cum ſubditis à
quibus contumeliam acceperint, paciſci, & ad pacta ſeruanda compelli.
Ludouicus XI.cum ſubditis, à quibus deſertus ac proditus fuerat, pacem
inire coactus eſt: ſed eos omnes, paucis admodum exceptis,clàm aut a-
pertè necandos curauit: ducem inquam Nemoroſum, Magiſtrum mili-
tum, ducem Burgundionum, comitem Arminiacum: Meierus qui res
Belgarum ſcripſit,fratrem quoque Carolum eo numero complexus,ve-
neno ſublatum affirmat. ac ſuperiori ætate rex Feſſarum à fratre iuniore
obſeſſus, & iniquiſſimis conditionibus paciſci coactus,iureiurando ſeſe
obligauit: ſed eodem momento fratrem quem ad complexum admiſe-
rat, ſuffocari, ac de ſublimi ſolario coram exercitu deiici mandauit: nec
mora, nam exercitus amiſſo duce, quaſi corpus decuſſo capite, animo
fractus, regis imperia ſequi non dubitauit. Conſimili ſtupore atque

amentia dux Hyorchus cum Henrico VI. Anglorum rege quem opibus ac potentia ſuperarat, fœdus iniit: quo quidem ſibi totius regni procurationem ſe viuo, liberis verò poſteriſque ſuis regnum mortuo rege pactus eſt. rex omnia aſſentiri non dubitauit, paulo pòſt tamen Hyorcho manum iniici, atque eius capiti fictilem coronam contumelioſè imponi, poſtremò ſecuri percuti mandauit. Externa libentius quàm domeſtica recordor: quæ vtinam ſempiterna obliuione ſepulta iacerent. Quod autem diximus in eiuſmodi pacis actionibus principis ac ſubditorum fœderatos ac ſocios principes quaſi prædes & arbitros cōprehendi oportere: hoc ita, ſi iuſtiſſima cauſa ſit. neque verò fas eſt patrocinij ſpecie ciues alienos à principum ſuorum obſequio & obedientia diſtrahere. & quidem noſter Bellaius omnium bellorum ac diſcordiarum quæ inter Franciſcum regem & Carolum Imperatorem interceſſerunt, hanc velut originem & fomitē fuiſſe affirmat, quòd Franciſcus Roberti Marchæ patrocinium ſuſcepiſſet. quàm prudenter non diſputo. illud tantùm, principem bene à doctrina imbutum alienorum ciuium querelas audire, diſcutere, & quæ cuius cauſa præponderet, accuratiſſimè contueri oportere: tum Legatos mittere, ac modis omnibus diſſidia quoad eius fieri poterit, cum bona principis gratia componere. Sin tāta ſunt principis erga ſubditos odia, tantæ iniuriæ vt ferendæ non ſint, nec tyrannus vlla ſe ratione duci patiatur, tunc infimorum & afflictorum hominum patrocinia magno animo atque excelſo ſuſcipere, eóſque ſuis opibus ac fortunis contra vim, contráque tyrannidem tueri: imitantem Herculē illum qui toto terrarum orbe monſtra tyrannorum fortiſſimè debellaret. atque in eo genere Romani populos omnes longè ſuperarunt. Ludouicus noſter XII. patrocinia Ferrariæ ducis, Bentiuolorum ac Mirandulæ principum contra vim Iullij II. Pontificis Romani ſuſcepit: teſtatus primùm ſe nihil contra dignitatem contráque commoda eccleſiæ Romanæ moliri velle. Henricus II. Ludouici nepos pro iiſdem Mirandulæ principibus aduerſus Iullium III. Pont. M. próque Germanorum libertate fama ac fortunis aduerſus Imperatorem Carolum eodem tempore propugnare non dubitauit. Qui aliter faciunt, ac leuiſſimis aliorum & quidem perduellium ſubditorum argumentis perſuaderi ſe patiuntur, non modò Imperij alieni tranquillitatem conturbant: verumetiam ſuæ ciuitatis ſtatum in apertum diſcrimen coniiciunt, ac ſuis ciuibus rebellandi maximam præbent occaſionem. Quamobrem in omnibus ferè ſocietatibus ac fœderibus excipi ſolet, ne aliorum ciuium alij patrocinia ſuſcipiant: ſiue iuſta ſit ſiue iniuſta cauſa. Iniuſtè Ptolemæus is qui Achæū in clientelam recepit, cum ab Antiocho magno defeciſſet, ſéque regem ferens principi prouinciam ademiſſet: vnde bella grauiſſimā inter vtrunque regem. nec aliam ob cauſam Sigiſmundus Auguſtus Poloniæ rex magno cum ſuo Reíque publicæ detrimento diuturnum bellum ſuſtinere coactus eſt, inferente Moſchouitarū rege pro ſuſcepta Rigiorum clientela, quam tamen ad extremum deſeruit. Et quoniam plerique rebellandi argumentum inde arripiunt, quod iure feudatorio vaſſalis dominos

eiurare

eiurare liceat, ſi qua illis iniuria inferatur: eripiendus eſt hic error. alia ſunt enim ſubditorum, alia vaſſalorum iura: vt ſuperiùs docuimus. hi prædiatoria quadam obligatione tenentur, quæ vt quodammodo perſonæ cohæreat, ab ea tamen vaſſalus vtcunque libuerit, dum id ſine fraude faciat, etiam inuito ac repugnante domino, eximere ſeſe poteſt: ille nexu & obedientia quam principi debet, ſolui niſi à principe non poteſt. Itaque Aquitani cum duriùs ab Anglorũ regibus tractarentur, ad Carolum v. regem prouocauerunt, ſub cuius fiducia reges Anglorũ Aquitaniam tenebant: rex ſubditis ſuam fidem implorantibus opem denegare non potuit. itaque iudicio publicè conſtituto, cum rex Anglorum vadi-
B monia deſeruiſſet, armíſque non iure agere vellet: Aquitaniæ beneficio indignus iudicatus eſt, vt iure[5] licuit: tametſi qui humanius & ęquius iudicant, iuriſdictione vaſſalum non prædio ſpoliare ſatis eſſe putãt[6]. Nec ita pridem Genuenſes marchionem Finalem, conquerentibus ſubditis, de principatu deiecerunt: qui cum apud Imperatorem de iniuria ſibi illata queſtus eſſet, Genuenſes non alienos ſed ſuos ciues à marchionis tyrannide ſeſe eripuiſſe dixerunt. marchio tamen iudicio vicit. Conſimili fraude Allobrogum oppida quædã quæ ex fœdere cum Bernatibus icto duci Allobrogum non ita pridem reſtituta ſunt, quoniam acerbiùs à vetere domino haberentur, ad Bernatum opes aſpexerunt, ſed ab iis repudiati ſunt[7]. Ac tametſi exules ab ſociis principibus recipi poſſunt, ſalua
C clauſula fœderum, quibus cauetur ne alij aliorum ciuium patrocinia ſuſcipiant, quia exules ciuitatem amiſerunt: ſi quid tamen exules contra principem à quo ſunt in exilium depulſi, moliantur, à ſocio principe prohiberi oportet. Quamobrem Germani principes Legatos ad Henricum II. regem miſerunt, ne Alberti iunioris Brandeburgi, qui quòd laceraſſet omni ſcelere patriam, eiúſque euerſionem moliretur, imperialis Curiæ iuſtiſſimis decretis exilio damnatus eſſet, patrocinium ſuſciperet. Henricus rex admiſit humaniter Legatos, & cum hoc reſponſo dimiſit, ſe ſuóſque maiores Germanis amicos & eſſe & fuiſſe antea ſemper, nec ab Imperij Germanici amicitia & coniunctione vnquam potuiſſe diuelli: & quoniam principes omnes aut affinitate ac propinquitate, aut certè ſimi-
D litudine ac veluti ſocietate quadam coniunctos eſſe arbitraretur, nouũ videri non debere ſi principem Germanum fortunis ac rebus afflictis ad ſe confugientem hoſpitio dignaretur: certiores tamen eſſe velle, ſe aduerſus Imperij Germanici maieſtatem nemini vnquam opem laturum[8]. Si enim princeps compertum habeat alienum ſubditum tyrannidis & crudelitatis metu perterritum ad ſe confugiſſe, non tam illatas à ſociis principibus iniurias vlciſci debet, quàm humaniter illũ tueri: vt lex ipſa[9] ſeruos à crudeli dominorum Imperio vindicari ac diſtrahi iubet. Præclarius eſt tamen ac magnificentius ſubditos crudeliſſimæ tyrannidis metu ſublato, in libertatem aſſerere, quàm ſub Imperium ſuum ſubiicere, ne potius vtilitatis ſpe, quàm iuſtitiæ ſplendore alienum patrocinium princeps ſuſcepiſſe videatur: vt Romani veteres olim fieri iudicabant oportere, cum Aſiam, Græciam ac pleraſque ciuitates tyrannis ereptas in

5 lege Federici §. quicunque de pace Conſtant.
6 Bald. Alberic. Caſtrenſ. in auth. ſtatuimus. de epiſcop. C.
7 anno 1561.
8 anno 1554. Auguſto.
9 l. 2. de iis qui ſunt ſui.

libertatem vindicarent. Ita quoque Agapetus Pontifex Romanus Valte-
ri Iuetoti liberos ac poſteros bonáque prædia à nexu mancipióque re-
gũ vindicauit, Clotario ipſo rege aſſentiente, propterea quod Valterum
ante aras die ſacratiſſimo veniam à rege precantem impotenti iracundia
1 anno 1567. interemiſſet. Henricus verò rex Suecorum [1], quod ſubditum ſupplici
rogatione quid petentem ſicca fœdiſſimè trucidauiſſet, populus diutur-
nam tyrannidem pertæſus inde occaſionem arripuit tyrannum de Im-
perio diſturbandi. Sed id nouũ viſum eſt quod Ioannes XXII. P.M. ge-
nere Gallus, & qui antea regni Cancellarius fuiſſet, fœderibus quæ inter
Philippum IIII. regem & Belgas cõtracta ſunt, hanc conditionem adie-
cerat, ſi rex fidem iuratus falleret, vt ſubditi aduerſus eum arma caperent: B
quæ conditio petentibus ſubditis ſublata eſt. hæc tamen conditio feren-
da, ſi princeps ab icto cum ſuis fœdere diſceſſerit, ſubditi deinceps eius
imperiis ne teneantur, vt fœdere Atrebatico cauetur: dum id fiat ab vtro-
que exercitu, aut etiam ab vtriuſque populi Legatis. quod priſcis regi-
bus vſitatum fuiſſe videmus: vt in eo fœdere quod inter Ludouicum &
Carolum Caluum Ludouici Pij Imperatoris liberos ictum eſt, verba fœ-
deris vſque adeò obſcura ſunt vt difficilius à noſtris intelligantur, quàm
2 Polybius. antiqua verba eius fœderis quod primò cum Pœnis ictum eſt, à Romanis
iunioribus perciperentur [2]. quæ fœdera C L. re ac nomine Facetus anti-
quitatum noſtrarum peritiſſimus, Præſes Curiæ monetalis deſcribenda
mihi dedit, ad hunc modum. *PRO Dõ amur & pro Chriſtian poblo, & noſtro* C
*commum ſaluament diſt di en auant inquã d̄s ſanir podirme dunat ſi ſaluerio ciſt meon*
*fradre Karle, & in adiudha; & in cad vna cauſa ſi com hom par dreit ſon fradre ſal-*
*uar diſt ino quid il vn altre ſi faret. Et abludher nul pl iit nunquam prindrai qui meon*
*vol ciſt, meon fradre Karle in damno ſit, &c.* Id eſt, vt ego quidem interpretor;
Pro mea erga Deum religione, próque populi Chriſtiani, Reíque publi-
cæ ſalute, deinceps ego quantum Dei præpotentis fiducia, quantúmque
ſtudio potero, Carolum fratrem chariſſimum omnibus opibus tueri co-
nabor: & ea cura ac ſedulitate qua quiſque fratrem, non qua ſeipſum vi-
támque ſuam tueretur: nec niſi laceſſitus eum me violaturum ſpondeo
ac promitto. His verbis conceptis Ludouicum iuratum ſecutus eſt Ca-
rolus eodem ſenſu Germanica lingua: *IN GOD EST &c.* pòſt vtriuſ- D
que principis exercitus his verbis iurauit, *SI LUDOUIGS ſagrament*
*que ſon fradre Carlo iurat, conſeruat, & Carlus meo ſender de ſuo par no loſtaint ſi*
*io returnar non luit pois ne io veuls cui eo returnar me pois in nulla adiudha contra*
*Ludouig nunli iuer.* id eſt, Si Ludouicus Carolo fratri quam dedit fidem
ſeruauerit, Carolus vero dominus meus à promiſſis deſciſcat, nec illum à
propoſita ſententia diuellere poſſim, ne me quidem ſibi obſequentem
habiturus eſt. Romani cæteríque populi ſacrificia beſtiarúmque ma-
ctationes, precationes, imprecationes adhibuerũt. Vt autem iniquum
eſt ac turpe alienos clientes ac ſubditos ligurire, aut in fraudem principis
ac populi cuiuſquam patrocinium, niſi iuſtiſſima ſit cauſa, ſuſcipere: ſic
contra decus eſt contráque viri boni dignitatem, ſi quorum patrocinia
ſuſceperis, oblato periculi metu, deſertos eſſe patiare. Sed quæri poteſt,
nunquan-

nunquando tu principi peregrino & opis egenti, & iniuria ſocij tui oppreſſo ſuccurrere debeas néc ne? iniuria quidem oppreſſis opitulari oportere diximus, etiamſi non alia neceſſitudine & amicitia nobis quàm quæ homini cum homine eſſe debet, cõiuncti ſint, aduerſus eos quibuſcum nec ſocietas nobis eſt, nec fœdus vllum: multò magis opem ſociis afferre, non modo contra peregrinos, verumetiam erga ſocios, ſi ab iniuria moniti abſtinere nolint: dubitatio tamen eſt, an etiam peregrinis iniuſtè oppreſſis aduerſus ſocios opitulari debeamus: nam ſi ſocij fuerint, ad hoc ipſum obligamur: ac ſi quis noſtrorum quenquam ex ſociis violauerit, maieſtatis pœna obligatur [3]: non tamẽ ſi peregrinum. at 3 l. proximum. ad l. Iulliam maieſtat. Bart. ibidem.
B iniquum videri poſſit tenuibus & afflictis iniuria potentiorum populis ac principibus, & opem noſtram implorantibus alienæ ſocietatis ſpecie denegare. Ea quæſtio Senatum Romanum ancipitem aliquãdiu tenuit: cùm Samnites, quibuſcum fœdere & amicitia coniuncti erant, Campanos à Romanis alienos bellis & quidem iniuſtis vrgerent. Campani viribus impares ad Romanorum opes & copias confugerunt: Legatos ad S. P. Q. R. miſerunt auxilia petentes, in cauſa non tantùm iuſta, ſed etiam Romanis ipſis ſummopere neceſſaria: quippe intelligerent victos Campanos incredibile Samnitibus incrementum allaturos: eorúmque opibus & agri fertiliſſimi opportunitate Samnites breuî Romanum Imperium depreſſuros: acta res eſt in Senatu Romano maxima omnium ex-
C pectatione, quid in re tam ancipiti decreturus eſſet Senatus, qui ad extremum Campanis auxilia contra ſocios petentibus denegauit. hîc Liuius [4], 4 Liuius lib. 7.
Tanta, inquit, vtilitate fides antiquior fuit. placet Senatuſconſultum perſcribere, quod vtinam omnibus omnium principum ac populorum liminibus inſcriptũ eſſet. Legatis Campanorũ auxilia cõtra Samnites petẽtibus Conſul ex autoritate Senatus ita reſpondit: Auxilio vos, Cãpani, dignos cenſet Senatus, ſed ita vobiſcum amicitiã inſtitui par eſt, ne qua vetuſtior amicitia ac ſocietas violetur. Samnites nobiſcum fœdere iuncti ſunt: itaque arma, deos priuſquam homines violatura, aduerſus Samnites vobis negamus: Legatos, ſicut fas eſt, precatum ad ſocios mittemus, ne qua vobis vis fiat. Legati prius in mandatis habuerant vt niſi Ro-
D mani Campanis opem ferre, eóſque in ſocietatem ea lege admittere vellent, ciuitatem populúmque Campanum Imperio ac ditioni Romanorum ſubiicerent. Igitur Legati accepto reſponſo in Senatu hęc verba fecerunt. Quandoquidem noſtra tueri non vultis, veſtra certè defendetis: itaque populum Campanum vrbémque Capuam, agros, delubra deûm diuina humanáque omnia in veſtram P. C. populíque Romani ditionẽ dedimus. Tum iam fides agi viſa, deditos non prodi. Quibus perſpicuũ fit peregrinis aduerſus ſocios auxilium denegandum tibi eſſe: ſi tamen ſub Imperium fidémque tuam ſe ſubiiciant, opitulari oportere, nec vlla re ſocietatem violari, quia ſuos quiſque ſubditos aduerſus iniurias potentiorum tueri debet. Si Athenienſes Corcyræis aduerſus Corinthios eadem illa quæ Romani reſponſa dediſſent, cum in eadem cauſa eſſent, tam diuturnum illud támque iniuſtum bellum quo annos propè trigin-

ta Græcia deflagrauit,non tam temere ſuſcepiſſent,nec ſuam vrbem Lacedæmoniorum armis expugnatam ac direptam, mœniáque ipſa diruta vidiſſent. Quamquam nulla fuit Athenienſibus belli aduerſus ſocios pro Corcyræis quibuſcum nullo fœdere ſociati erant, ſuſcipiendi cauſa, quàm quod iniuſtè Corcyræis bellum à Corinthiis illatum iudicarent, quæ cauſa ſi iuſta videretur,nulla ſancta ſocietas, nullum fœdus ſtabile eſſet. Igitur in fœderibus concipiendis,aut noua ſocietate contrahenda, ſocij vetuſtiores tametſi iure excepti iudicantur, excipiendi ſunt tamen: ne aliter poſterioribus ſociis opẽ ferre liceat aduerſus vetuſtiores, quàm ſi bellum antiquioribus prius fuerit illatum, vt cauetur eo fœdere quod Heluetij nobiſcum inierunt anno M. D. XXI. Quod ſi ex tribus ſociis in- B
ter ſe fœderatis vnus alterius opem imploret contra vim à tertio illatam, nunquando opitulari debeat quæritur? ſi amicitia tantùm contracta ſit, auxilia non debentur: ſi ex fœdere auxilium debetur, antiquiori ſocio ſuccurri oportet: ſi iiſdem temporibus contracta ſocietas eſt, ei opem ferre neceſſe eſt qui arctiſſimo fœdere coniunctus erit, id eſt qui hoſtes eoſdem & amicos cum ſocio ſe habiturum ſpopondit: ſin vterque par eſt,neutri auxilia debentur: ſed vtrique vtrunque conciliare oportet:aut efficere vt ad communes ſocios iudicéſve arbitrium deferatur:eíque qui vel arbitros recipere,vel rebus iudicatis acquieſcere noluerit,bellum denuntiare, vt cauetur Stäciaco fœdere,quod inter octo Heluetiorum ciuitates ictum eſt. Neque enim arbitria repudianda ſunt,quantacunque C
ſit principum poteſtas:vt Henricus Suecorum rex arbitrum Henricum II. Francorum regem quem Federicus rex Danorum optauerat, reiecit, non aliam ob cauſam quàm quod ſe regi Francorum & maieſtate & potentia parem eſſe iactaret. At Romani qui populos omnes opibus ac potentia facilè ſuperabant,ſi qua inter ſocios controuerſia incidiſſet,ad cõmunes ſocios arbitrium deferebant. Romanus Legatus,inquit Liuius,ad communes ſocios vocabat. Nam ſi militari iure duello nullus eſt locus, ſi teſtibus aut tabulis quæſtio explicari poſſit:quid iniquius quàm principes aut populos armis decernere,ſi communium ſociorum arbitrio ac ſententia res ipſa dirimi queat? aut quid ſtultius quàm vicinæ domus incendia,ſi modò potes,reſtinguere nolle? Rurſus dubitari poſſit num ru- D
pta fides videatur, ſi ſocij patrem fratréſve fœderibus non comprehenſos violaueris? nam ſi fuerint ſubditi,dubitari non debet: ſed ſi ſui iuris fuerint,dubitari poteſt:cum eadem patris ac filij perſona cenſeatur [5]:ego verò nihil contra fœdus factũ eſſe iudico [6],niſi patris perſona fœderibus excepta ſit. ac tametſi pater iniuriam filio illatam actione perſequi poteſt [7]: non tamen iure feciali pro filio extra patris imperium conſtituto nec fœderibus excepto, ſi violatus ſit à ſocio, arma capere licet, etiamſi non fuerit emancipatus,quia patria [8] poteſtas nihil habet cum iure feciali aut cum iure maieſtatis commune. eſt enim cum filius ſeparatum regnum à patre moderatur. multo minus igitur pro fratribus violatis ſocietatem violare licet. tametſi qui fratrem occidit,odio domini feudum amittat. cap. 1. tit. an ille qui interfecit fratrem. Commodius eſt igitur ad ea in-

5 l. 1. & 2. 3. de liberali cauſa.
5 argu. l. ſi vnus. § ante omnia de pactis. Bar. in l. ſi ita ſtipulatus §. Chryſogonus de verb. oblig. ff. cõtra angelum.
7 l. 1. & ſeq. de iniuriis. l. lex Cornelia eod.
8 l. nam quod attinet ad Trebel. ff.

ea incommoda declinanda, quanquam omnino declinari difficillimè poſſunt, non modo ſubditos ac ſocios ſed etiam propinquos excipere: illud etiam optimum ſtatis ac certis temporum interuallis quibuſdam ſocietatem terminari: ac potiſſimum in popularibus & optimatum Imperiis, quæ ipſa quodammodo ſempiterna ſunt: nam in monarchia principum occaſu ſocietates ac fœdera dirimuntur. ferè tamen principes, qui cum populis fœdus feriunt, non tantùm quandiu vixerint, ſed etiam vt ſe mortuis fœdera in aliquot amplius annos continuari poſſint, cauere cõſueuerunt: vt eo fœdere quod cum Heluetiorum populis Franciſcus maior rex Francorum iniit anno M.D.XXI. ſed ea conditio Heluetios quidem, non item Franciſci ſucceſſorem tenebat: cuius rei optima ratio eſt, quod iuſiurandum ſeu religioſa illa affirmatio, qua ſocietates ac fœdera veluti firmamento innituntur, ita perſonæ iurantis cohæret[1], vt ab ea diuelli non poſſit: quo igitur modo ad poſteros transferretur? Sed hîc occurret aliquis, fœderum omnium quæ à Romanis cum principibus ac populis icta commemorantur, primo capite caueri conſueſſe vt eſſent æterna: propterea quod odia quidem mortalia, amicitias autem oporteat eſſe ſempiternas. Quamobrem Hebræi firmiſſimas ſocietates appellant fœdera[2] ſalis, id eſt ſempiterna: quia nihil eorum quæ concreta ſunt ex elementis, ſale incorruptius eſt: vt eodem ſenſu ſacræ literæ ſtatuam ſalis appellant, non quę ex ſale concreuerit[3], vt quidam valde inſulſi putant, ſed quæ ſempiterna ſit futura. Ego tamen nihil in conſociandis principibus ac populis pernicioſius eſſe ſtatuo, quàm vt perpetua ſint, cauere: nã cui fœdus iniquum videtur, occaſione oblata fidem fallet propter perpetuam fœderis iniquitatẽ: ſin breuiori temporis interuallo finiatur, etiãſi graue cuiquam ex ſociis videbitur, in eo tamen permanſurus eſt. facile eſt autem tempore finitam ſocietatem emendare, aut nouo fœdere anteuertere ac præoccupare: vt quæ nobis eſt cum Heluetiis ſocietas ante annos quinquaginta, regum noſtrorum interitu, & aliquot amplius annorum terminari, eadémque renouari conſueuit. Demus tamen ſempiternas ſocietates æquiſſimis legibus coiri poſſe, vt in popularibus & optimatum Imperiis: neceſſe tamen eſt aliquo temporis interuallo definiri, aut certè ſæpius renouari: ne temporis diuturnitate ac reticentia amicitiæ refrigeſcant, aut paulatim intermoriantur. Itaque Valeſiaco fœdere, quod ictum eſt inter Heluetiorum quinque pagos & Valeſios, poſtremo capite placuit decimo quoque anno fœdus renouari. Item cùm octo ciuitates Heluetiorum ſocietatem ſempiternam coirent anno M.CCCCLXXXI. vno capite cautum eſt quinto quoque anno vt renouarentur. Prudenter id quidem, & Romano more vſitatum. Cum Laurentibus, inquit Liuius, renouari fœdus iuſſum, renouatúrque ex eo quotannis poſt diem decimũ Latinarum. Idem, Adire iuſſi ſunt Legati Romani Cretam & Rhodum, & renouare amicitiam, ſimul ſpeculari num ſollicitati animi ſociorum ab rege Perſeo fuiſſent. Ita quoque perpetuo fœdere atque amicitia coniuncti fuerunt Philippus Valeſius Francorum & Alphonſus Caſtulonũ reges anno M.CCCXXXVI. nihilominus tamen

[1] Bal. in l. vnica. de caducis. C. Iaſo conſi. 154. col. 7. lib. 7.

[2] Numeri 18.

[3] Geneſ. 19. ſtatua vxoris Lot.

renouata ſunt fœdera à Ioanne rege cum Petro Alphonſi filio anno M.CCCLII. ac rurſus inter Carolum V. Iohannis filium & Henricum Caſtulonem M.CCCLXIX. tametſi fœdera ſingula in ſempiternam poſteritatem contracta fuiſſent: cuiuſmodi fuerunt etiam Scotorum cum noſtris fœdera iam inde à Carolo ſapiente cum Roberto rege ſociata, quæ firma ac ſtabilia fuerunt vſque ad annum M.DLVII. quo bellum inter vtroſque exarſit. Quanquam alia quoque ratio eſt quamobrem ſocietas omnis terminari debeat: propterea quòd omnibus fœderibus ferè cauetur ne pax, induciæve aut fœdera cum hoſtibus ſociorum communibus aut peregrinis feriantur, niſi ſocij omnes aut maxima pars omnium aſſentiantur: quid ſi vnus ex ſociis perpetuis & capitalibus odiis cum hoſtibus B certare ſociis diſſentientibus velit? cæteros odio quoque implacabili ac ſempiterno bello implicari oportebit, ſi ſocietas ſempiterna ſit. hoc autem à legibus diuinis, à natura, ab omni denique humanitate alienum eſt. Hæc tamen exceptio, Ne quis ſociorum cum hoſtibus in amicitiam repugnantibus ſociis redeat, euiluiſſe, ac propemodum extabuiſſe videtur. ac tantum abeſt vt qui fidem fallere, & in gratiam cum hoſtibus redire decreuit, ſociorum cõſenſu id faciat, vt eos ſcire ne velit quidem. Memorabile exemplum mihi in mentem venit eius fœderis quod Chamborti cum rege Francorum Henrico II. Mauricio duce Saxoniæ, Alberto marchione Brandeburgenſi, & Philippo Heſſorum Landegrauio, cæteríſque fœderatis principibus cõtractum eſt anno M.DLII. capite XXII. C fœderis ita cauetur, Ne quis fœderatorum cum Carolo V. Imperatore eiúſque ſociis paciſcatur, niſi fœderati omnes aſſentiant: quod ſi quis fœderatorum gratiam aut pacem cum Imperatore inierit, hunc veluti perfidiæ ſcelere execrabilem exercitu ſpectãte nudari, ac verberibus cæſum necari placet. Nihilominus tamen ſexto pòſt menſe fœdere Paſſauiaco Mauricius in Caroli gratiam & amicitiam rediit ſociorum conſcio nemine, ac ne Henrico quidem rege fœderis conditionibus excepto: quam perfidiam Albertus marchio coram exercitu in Mauricium acerbiſſima & contumelioſiſſima oratione inuectus, deteſtabilem & patriæ & regis & Imperatoris proditionem appellauit: idem tamen qui in ſocium tam ſeuerus erat, in ſeipſum indulgentiſſimus extitit: paulo pòſt enim aduerſus regem ipſum arma cepit, quod Mauricium facere puduerat, ac nefarium bellum cum ipſo Imperatore Henrico fœderatorum principi turpiter inferre nõ dubitauit, vt imperiales ipſi duces ac milites Mauricium quidem licentiatum, Albertum verò doctorem rebus tam præclare geſtis appellarent. Nec ita pridem Veneti pacem cum Selimo rege Turcarum deſertis omnibus ſociis inierunt, quæ pax aduentu Legati promulgata eſt Conſtantinopoli anno M.DLXX. tametſi ſocietatis fœdere diſerte cautum eſſet, ne quis ſociorum cum hoſtibus paciſceretur, niſi omnium cõſenſu ac voluntate id faceret. Romani cautius, qui cum ſibi negotium cum perfidis hominibus eſſe intelligerent, non pacẽ perpetuam inire, ſed inducias diuturnas paciſci ſolebant. Veientibus, inquit[4] Liuius, pacẽ petentibus in annos centum induciæ datæ. idem, Induciæ Veientibus

*Fœdera Scotorũ cũ Francis.*

*Fœdus Chamberticum.*

*Cur Mauricius licẽtiatus, Albertus doctor eſt appellatus.*

4 Liuius lib. I.

tibus [5] pacē petentibus in annos XL. datæ. itē, Cum [6] populo Cerite inducias in centum annos factas. Item, Hetruriæ populi pacem petētes in annos XXX. inducias impetrarunt [7]. Cur ita? quia ſacratiores ſunt, ac minus violabiles induciæ quàm pax ipſa. Nam ſi quis omnem antiquitatis ac bellorum memoriam ab vltimo principio repetat, profecto reperiet eorum qui pactas inducias violarunt, miſerrimos exitus & ciuitatibus ac populis calamitoſiſſimos extitiſſe. Atque in primis violatores induciarum acerrimè vlti ſunt Romani. Metium Albanorum Dictatorem quadrigis diſtractum lacerari: Albam verò funditus æquari iuſſerunt: Veientes ipſi à ſtirpe cum oppidis omnibus deleti: Carthago quatuordecim dies incendio abſumpta: Campani miſerandum in modum aut cæſi aut duriſſima ſeruitute oppreſſi: Corinthus ac Numantia excisæ, ciuéſq. omnes interempti: eadem calamitate Samnites cumulati, qui ſepties pacem cum Romanis factam violauerant. ad extremum ſociali bello quicquid Samnitium reliquum erat L. Sulla internecione deleuit, aut ex Italia fugauit: ac tametſi quatuor millia [8] proiectis armis deditionem feciſſent, eos tamen in deditionem acceptos trucidari contra ius feciale iuſſit. Omitto innumerabilia id genus exempla, quæ in perfidos populos diuinæ vltionis magnitudinem teſtantur. Subditos vero qui ab Imperio defecerant, multo acerbius Romani quàm ſocios punire conſueuerant. In Veliternos veteres ciues, inquit Liuius [9], grauiter ſæuitum, quòd toties rebellaſſent, muri diſiecti, Senatus abductus. Idem, Perfugæ, inquit, bello Punico CCCLXXX. Romam miſſi, virgis in comitio cæſi, & de ſaxo deiecti. obſides verò capite luebant, ſi qui dederant, à fide deſciuiſſent: vt cum Volſci fidem fefelliſſent, Romani trecentos Volſcorum obſides ſecuri percuſſerunt [1]. Tarentinorum item obſides fugiētes retracti ac virgis diu cæſi de Tarpeio [2] deiecti ſunt. cum autem fides violari conſueuiſſet, obſides capite plecti deſierunt. Narſes enim obſidibus Lucenſium pepercit, cum Lucenſes pacta violauiſſent. Carolus quoque dux Burgundionum trecentos obſides Leodienſium, quos in pœnam capitalem acceperat, dimiſit, tametſi necare iure potuiſſet, cum Leodienſes à fide defeciſſent. Hæc autem clauſula, Vt obſides in pœnam capitalem accipiantur, veteribus ignota fuit: quia ſemper iure licuit obſides non modo fugientes necare, verumetiam ſi ij qui obſidibus cauerāt, fidem fefelliſſent. Sed poſteris hæc verba ſponſionibus adiici placuit, ne obſides ignorationem iuris fecialis excuſarēt: aut alienam culpā capite luere nimis crudele & acerbum videretur. Neque tamen negare velim, quin Romani antiquę fidei ac iuſtitiæ ſplendorem aliquantum obſcurarint: quod ſcilicet illis accidit, non tam ſua quàm Græcorum ac Pœnorum, quorum perfidiam ſæpiſſime experti fuerant, culpa factum eſt. argumento ſit illud quod ſcribit Liuius [3] de Legatis qui in Græciam miſſi fuerant: L. Martius & Attilius Romam reuerſi nulla alia re magis gloriabantur, quàm decepto per inducias & pacis ſpem rege, quæ magna pars Senatus probabat: ſed veteres moris antiqui memores, nouam iſtam ſapientiam improbabāt, nec aſtu magis quàm vera virtute bella geſſiſſe maiores, denuntiare

5 lib. 2.
6 lib. 2.
7 lib. 9.
8 Strabo.
9 lib. 9.
1 Dionyſius Halycarnaſſ. lib. 6.
2 Liuius lib. 35.
3 lib. 42.

bella & ſæpe locum finire quo dimicaturi eſſent. Hæc Liuius. Illud etiam præclarius quòd bellum geſturi renũtiabant,inquit[4] Tranquillus, amicitiam.qui mos poſtremis etiamnum temporibus obſeruari ſolebat. Etenim Germanicus à Piſone Syriæ Proconſule graui contumelia læſus, amicitiam renuntiauit. Id etiam maiorum noſtrorum memoria inter principes fieri conſueuiſſe legimus. Nam Henricus v. rex Anglorum Ludouicum Aureliorum ducem,eum qui Lutetiæ cæſus eſt, per Legatũ admonuit,iuſtum ei duellum indicere antea non poſſe quàm amicitiam renuntiaſſet, ac fœderis teſſeram reddidiſſet. at etiamnum principes & Equites quibus dignitas & exiſtimatio curæ eſt, bellum illaturi Equeſtris ordinis ornamenta reddere ſolent iis quos contra bellum geſturi B ſunt,à quibus ea fuerint honoris & amicitiæ prærogatiua cumulati. Sed vt ad Romanos redeam, Græci ipſi, à quibus perfidiæ artes Romani didicerant, ſuarum artium fructus aliquando, rariſſime tamen, deguſtarunt.argumento ſit illud quod Liuius ſcribit[5], Phocenſes cũ pacti eſſent nihil hoſtile ſe à Romanis paſſuros, portas aperuerunt: tum clamor eſt ſublatus à militibus,Phocenſes nunquam fidos ſocios impunè eludere: ab hac voce milites vrbem diripiunt. Æmylius primo reſiſtere, captas non deditas vrbes diripi. Romani tamen vt hanc militum culpam quoquomodo luerent, Phocenſes ab imperio liberos eſſe, & agros eis ereptos reſtitui iuſſerunt[6]. Certè Polybius homo Græcus,qui domeſticam ac militarem Romanorũ diſciplinam omnium acuratiſſimè perſcripſit, C ad Romanos aſtringendos verbum ſufficere: Græcis verò, ſi vel centum nummos aureos mutuò acciperent, actuariis publicis decem, ſigillis viginti opus fuiſſe,nec propterea fidem colere potuiſſe. Deterius tamẽ his temporibus, quibus nec tabulis publicis vllum nec ſecuritati locum relinquimus:vix etiam Legatis cauetur.noſtra quidem ætate Fregoſius & Rinco Legati regis Francorum cæſi ſunt in Italia, annuente aut certe factum diſſimulante Carolo v. Imperatore: cum tamen olim Romani Manlium & Minutium,pòſt etiam Fabium & Apronium vinctos hoſtibus dediderint,quod vel minimũ Legatos violaſsẽt, vt iure feciali cauetur[7]. Fœdius etiam qui de cæſis Legatis triumpharunt: vt Helena Ruſſiorum regina, cuius nuptias cum rex Prutenorum peteret,ipſa Legatos D viuentes ac ſpirantes terra obrui iuſſit,ac priuſquam ad hoſtes fama perueniret,digniores Legatos ad ſe mitti petiit: quod cũ obtinuiſſet,hoſtiũ quinquaginta principes ac sũmæ inter ipſos auctoritatis ad ſe miſſos vno cremari & eodem incẽdio mandauit.pòſt etiam pacta matrimoniũ conuiuij ſpecie, hoſtium quinque millia,quos inebriari curauerat,trucidari iuſſit:poſtremò ſeipſam aquarum voragine immerſit. Hîc ego quot ciuitates ac populos Legatorum violandorum temeritas perdidit,omitto: cum ex iiſdem fontibus quibus ego,haurire quiſque poſſit. Sed admonendi ſunt Legati ne ſecuritate publica legationis ſpecie abutantur: néve principum ac populorum maieſtatem verborum arrogantia violare ſibi fas eſſe putent:ſed ea quæ mandatis acerbiora videbuntur,oratione lenire,quæ verò ad amicos referenda erunt, gratiora reddere oportebit: in

[4] Liuius lib.36. Tacit lib.5. Sueton in Caligula.

[5] lib. 37.

[6] Liuius lib 38.

[7] l.vlt.de Legat.

bit:in his tamen impune eſt excedere mandata:in illis capitale:quia fit in
terdum vt Legatorum temeritate ad iracundiam,prudētia ad amicitiam
principes adducantur. Exempla quidem deeſſe poſſunt nemini: ſed nul
lum principis crudelitate,aut Legatorū imprudētia recētius eſt eo quod
de Stephano Valachiæ Præfecto memoratur. cum enim Præcopi Tarta
rorum Imperatoris filium bello cepiſſet,pater centum Legatos ad filiū
repetendum miſit, qui vt terrorem ac metum omnibus iniicerent, etiā
Præfecto minas intentarunt, ac ni filiū Præcopi mox redderet, futurum
vt breuî tota regio ferro ac flamma vaſtaretur: quæ cum indigna per ſe-
ſe & grauia videri debuiſſent, Legati nihilominus verborum atrocitatē
B adiecerūt. Itaque Præfectus Legatos omnes crudeliter necari iuſſit,præ-
ter vnum quem membris aliquot truncatis dimiſit, vt inauditæ calami-
tatis ſuperſtes nuntius eſſet. Alij non tam imprudenter non minus tamē
crudeliter iniurias ſibi à Legatis illatas vlciſcuntur:cum ſcilicet dimiſſos
ſubornatis ſiccariis domum redeuntes occidi iubent:vt Tucca[8] Illyrio- 8 Polyb.lib.2
rum regina, quæ ex tribus Romanorum Legatis iuniorem, quod ſibi
minas intentaſſet,cum bona quidem gratia dimiſit,ſed redeuntem occi-
di mandauit:quæ res ſibi ſuiſque populis exitio fuit. Barbariſſimus ta-
men omnium in eo genere fuiſſe videtur Moſchouitarum rex[9],qui cla- 9 Sigiſmūdus Liber in hiſtoria Moſchouiæ
uo pileum capiti cuiuſdam Legati affigi mandauit, quòd iniuſſus ca-
put texiſſet. Quo facto tametſi vix vllum nouitate fœdius ſit, non ta-
C men decuit Legatum principis illius mores crudeliſſimos omnium ſer-
monibus peruulgatos ignorare. Ac tametſi Legatos principum ſuorum
maieſtatē tueri decet,id tamen principis ad quem miſſi ſunt illæſa maie-
ſtate fiat oportet. quod ſępius iis qui in liberis ac popularibus ciuitatibus
educati ſunt,vſuuenire ſolet, qui eadem cum regibus qua cum ſuis ciui-
bus libertate vti licere ſibi putant,eóque ineptiarum vitio cumulatiſſimi
ſunt:vt mirum videri non debeat ſi Philippus iunior Macedoniæ rex Le-
gatum Romanorum liberius quàm decebat ſe alloquentem,contume-
liosè increpuerit. cum enim Legatus Romanorum Philippum interro-
gaſſet,Num Abydeni, inquit, tibi intulerunt arma? inſueto vera audire
ferocior oratio viſa quàm quæ habenda eſſet apud regem. hîc Philippus,
D Ætas, inquit, & forma,& Romanum nomen te ferociorem facit. Nec
multo pòſt Popilius Romanorum Legatus,audacia,dicam,an temerita-
te maiore vſus eſt aduerſus Antiochum magnum Aſiæ regem, cui cùm
populi Rom. mandata explicaſſet, virga locum in quo rex ſtabat, cir-
cunſcripſit, ab eóque reſponſum priuſquam inde pedem moueret, exi-
gere non dubitauit. hîc Liuius[1], Obſtupefactus eſt rex tam violenti im- 1 lib. 32.
perio. Paruit tamen Legato, ne populum Romanum, cuius antea pote-
ſtatem fuerat expertus,offendere videretur. Liberius etiam C. Marius cū
in Pontum traieciſſet,vt regis Mithridatis opes ac potentiam exploraret,
auſus eſt Mithridati dicere,populi Romani imperiis obtemperandum[2], 2 Plutar. in Mario.
aut potentiorem eſſe oportere: quod magis mirum videri debuit cum
Marius nec curationem, nec imperium, at ne liberam quidem legatio-
nem à populo Romano haberet. licentia enim Legatorum contra de-

cus principes offendit: vt non immerito M. Antonius Auguſti Legatum qui ad ſe venerat, quòd liberius cum Cleopatra ſermones ſeruiſſet, verberibus nudum cædi iuſſerit. Prudentiùs tamen qui acceptarum à Legatis iniuriarum vltionem à principibus ipſis repoſcunt: vt Carolus Burgundiæ Comes Legatis Ludouici XI. regis reſpondit, ſe ab regis Cancellario contumelioſe acceptum fuiſſe: breuî tamen futurum vt regem facti pœniteret: nec mora quin eodem anno regem nihil tale cogitantem grauiſſimo periculoſiſſimóque bello vrgeret, ac penè in rerum omnium deſperationem adduceret. Itaque Franciſcus maior rex Francorum ne quid à feciali Caroli V. Imperatoris audire cogeretur quod ſuo nomini, maieſtatíque labem vllam inureret, vt aduentare audiit, crucem pro Palatio fi- B
gi mandauit, ac feciali denuntiari, certum ſibi crucis exitium impendere ſi mandata expoſuiſſet: quippe certò ſciebat Imperatori mendacio à ſe oblato reſponſum ſine contumelia fecialem ab Imperatore non fuiſſe allaturum. Sunt etiam qui ob leuiſſimas quaſque offenſiones à ſociis acceptas ruptis fœderibus bellum inferre non dubitant: vt quondam Scoti aduerſus Pictos grauiſſima bella geſſerunt ob canes ereptos, tametſi ſexcentos ferè annos pacem ac ſocietatem coluiſſent. Prius omnia tentare ac pleraque diſſimulare quàm ad arma venire virum bonum oportet. Non tamen aſſentior Bartolo, qui pacem violari negat [3], ſi quis pactus ſit ne offenderetur, & furto res eius ab eo quicum pacem inierat, erepta ſit: cum nulla fuerit frequẽtior cauſa veteribus Romanis ſuſcipiendi bel- C
li quàm ob res ablatas, iniuriámve illatam. Recte M. Aurelius Imperator [4], Putáſne non aliter vim inferri quàm ſi homines vulnerentur? vis eſt etiam cum quod per iudicem debuit, per te ipſe arripis. Sed veteratoriè quidam nimis callida iuris interpretatione fidem fallere non dubitãt. Vt illud etiam quod Bartolus probat [5], ſi per inducias Franco liceat in Angliam traiicere, ea conditione vt poſt inducias in finibus deprehẽſum occidere liceat: ſi Francus ante terminum induciarum ex Anglia exceſſerit, idémque aduerſa tempeſtate in Angliam poſt tempus induciarum reiectus ſit, iure occidi poſſe. Ego verò ſic ſtatuo, iure quidem clarigationis capi ac pretium captiuo dici poſſe: occidere verò ius non eſſe: cũ nihil contra inducias fecerit, qui vi tempeſtatis in hoſtium fines abre- D
ptus ſit. caſus autem ac fortunam capite luere, iniquum debet ac iniurioſum [6] videri.

FINIS LIBRI QVINTI.

DE RE-

3 In l. verum de furtis. nu. 5. & in l. licitati. de publica. §. quod illicite.

4 l. extat. quod metus. ff.

5 In l. Cæſar. nu. 13. de publicanis. ff. ex l. 1. §. occiſorũ ad Sylla. & l. qua actione §. 1. ad L. Aquil. ff.

6 l. aut facta. de pœnis.

# DE REPVBLICA
## LIBER SEXTVS

B

*De Cenſura.* CAPVT. I.

RERVMPVBLICARVM origines, progreſſus, incrementa, ſtatus, conuerſiones, iura maieſtatis, magiſtratuum deſcriptionem, ordines ciuium, quibúſque artibus ciuitates coaleſcunt, iuráque fecialia aperuiſſe videmur: reſtant communia, (hos enim ciuitatis finiendę terminos initio pegimus) agri, inquam, communes, loca publica, ærarium, vectigalia, nummorum poteſtas, iura,
C leges, iuríſque dictiones, & ea præcipuè quibus ciuium communitas innititur ac ſuſtentatur: quæ vt commodius intelligi poſſint, à Cenſura nobis eſt auſpicandum Eſt autem cenſere æſtimare, & cenſus æſtimatio bonorum, quod [1] tanti quiſque rem ſuam æſtimaret quanti Cẽſores cenſuiſſent. nam profeſſio bonorum à priuatis ſubſignabatur, & ad ærarium deferebatur. Ad hoc enim Cenſura inuenta, ad hoc Cenſores non ad morum caſtigationem initio creati fuere. Nam vt nulla ſit morũ conformatio, Cenſura tamen omnium quę in Republica excogitari poſſunt, munerum maximum eſt, omnibúſque ciuitatibus maxime neceſſarium. Vtilitas autem tanta eſt vt nulla maior, ſiue ad ciuium deſcriptionem, ætatem, numerum, ordi-
D nem, conditionem: ſiue ad fortunarum omnium ac facultatum æſtimationem: ſiue quod pręcipuum eſt, ad morum conformationem [2]. Ac mihi quidem extremam antiquitatis memoriam velut à capite repetenti, permirum ſæpe viſum eſt, quamobrem munus illud tam vtile, támque neceſſarium vt omnes penè populi ſingulis annis, aut tertio quoque, aut ad ſummum quinto anno cenſum agerent [3], tanta poſteritatis negligentia fuerit omiſſum. Demoſthenes [4] enim omnem agri Attici cenſum talentorum millibus ſexaginta ex tabulis publicis conſtare ſua ætate ſcripſit. quo quid non modo ad publicas opes, ſed etiam ad omnes ciuium ſingulorum facultates intelligendas præclarius cogitari potuit vnquam? Platoni verò præcipua cura fuit cenſus vniuſcuiuſque, & in albo parietate naſcentium ciuium nomina publicè inſcribi, morientium verò deleri. ego vero lituram ita fieri velim; vt etiam mortuorum nomina legi

1 Feſtus in verbo Cenſores.

2 Ariſtot. lib. 5. cap. 8.

3 Ariſt. lib. 5. c. 8.

4 In orat. περὶ τῶν συμμοριῶν.

*Græcis Cenſura vſitata fuit.*

poſſint. certè quidem Romani veteres de omnibus Grçcorum inſtitutis nullum Cenſura prius expreſſerunt: cùm ſcilicet cæteris peregrinorum legibus facile carere, Cenſura non poſſent. Seruius enim rex quod ſub ipſius ferè naſcentis Reipublicæ primordia cenſum inſtituiſſet, omnium hiſtoricorum [5] qui de Romanis ſcripſerunt, laudibus cumulatur. Ac tametſi regibus Vrbe exactis omnia quoque regum inſtituta, iura, leges populus Romanus abrogauiſſet, Cẽſuram tamen quaſi certiſſimum publicarum fortunarum ac ciuitatis firmamẽtum mordicus retinuit: quam regia poteſtate Conſules primum exercuere: deinde Conſulibus bello gerendo diſtractis, Cenſores quos creari placuit, ne munus tam neceſſarium vllo momento ciuitati deeſſet. ac primiquidem L. Papirius, ac L. B
Sempronius Cenſores in annos quinque creati fuere, cùm tamen aliorũ magiſtratuum eſſet annua poteſtas. ac tametſi decimo pòſt anno L. Æmylius Mamercus imperium illud breuiore temporis interuallo finire vellet, quod illi diuturna imperia in libera ciuitate diſplicerent, antiquata lex eſt tamen ab ipſis Cenſoribus, & ignominia quadam notatus Mamercus Cenſor, quod eam poteſtatem vlla ſui parte circuncidere ac minuere conaretur. Nec tantum Græcis ac Romanis, ſed etiam omnibus Italiæ populis vſitatiſſimã fuiſſe Cenſuram ex eo planũ eſt quod Liuius ſcribit, Neronem & Liuium Salinatorem Cenſores duodecim coloniarum cẽſum recepiſſe à Cenſoribus coloniarũ, vt quantum numero militum, quantum pecunia valerent, in publicis tabulis extarent monimẽ- C
ta. Quinetiam C. Cæſar Dictator, vt cenſum accuratius faceret, ad ſingulas vniuſcuiuſque domos adiit: & quoniam præcipua potiſſimáque pars eius muneris ad conformandos ciuium mores pertinet, ſeſe Magiſtrum morum non Cenſorem appellauit. mutato poſt Actiacam victoriam ciuitatis ſtatu, nihil prius habuit Auguſtus, ad quem Senatus morum Præfecturam detulerat[6], quàm vt diligentiſſimè cenſum ageret. ter enim nõ modo ciuium, ſed etiam omnium qui Romani Imperij finibus continebantur, populorum cenſum egit, tanta ſedulitate ac ſolicitudine, quanta princeps antea nemo[7]. Tiberij vero & Caligulæ crudeliſſimorum tyrannorum principatu cenſus fieri deſiit. ſub Caudio Imperatore luſtrum LXXIIII. factum eſt: dein ſub Nerone intermiſſum: rurſus à Veſ- D
paſiano repetitum: is enim LXXV. cenſum egit. Domitianus verò Cenſorem ſe perpetuum appellauit[8], nullum tamen luſtrum fecit. ſic annos centum & ſexaginta cẽſus intermiſſus eſt: quibus temporibus Imperium Romanum inclinare cœpit. tandem Imperator Decius Valerianum[9] in Senatu Cenſorem cum infinita poteſtate creauit. deinceps omiſſa penitus Cẽſura, Imperij Romani opes ac potẽtia dilabi cœperũt. Græci tamẽ Imperatores Magiſtrũ cenſus crearunt[1], qui publicas tabulas haberet, quibus, quo die, & Conſule acta, teſtamenta, contractus tum etiam deſcriptiones[2], ætates, ordines ciuium fierent, continebatur: Cenſuræ dignitate propè antiquata. Singulas autẽ prouincias & prouinciarum oppida ſuos habuiſſe Cenſores, qui Senatores cuiuſque ciuitatis crearent, etiamnum Traiani principatu conſtat ex ipſius Plinij [3] ad Traianum literis.

5 Dionyſ. lib. 4. Liuius lib. 2. Cẽſorinus.

6 Dio lib. 54. anno ab V. C. 735.

7 Tranquil. in Auguſto.

8 Tranquil. in Domitiano.

9 Trebellius.

1 l. repetita. de epiſcopis & clericis. l. placet. eod. C. l. conſulta. de teſtamentis C. l. in hac de dona. C. Nouel. 44. & 73.

2 l. 1. ſi minor ſe maioré. C. l. neq. natales de probat. C.

3 In epiſtola, Lex, inquit, Pompeia qua Bythinij & Pontici vtuntur, eos qui in βουλὴν à Cẽſoribus legũtur, dare pecuniã non iubet: ſed iis quos indulgẽtia tua à quibuſdam ciuitatibus ſuper legitimũ numerũ adiicere permiſit, & ſingula millia denariorũ & bina intulerũt: ſupereſt ergo vt ipſe deſpicias an in omnibus ciuitatibus certũ aliquid omnes qui deinde βουλευταὶ legũtur debeant pro introitu dare.

literis. Quanquam Childebertus rex Francorum rogatione Marouei Pictonum Pontificis cenſum bonorũ omnium ac perſonarũ fieri iuſſit[4]: & in plerisque Italiæ ciuitatibus etiamnũ Cenſores ad id creantur: ac potiſſimum apud Lucenſes & Genuenſes. nec ita pridem, id eſt anno M. D. LXVI. Veneti tres magiſtratus cum cenſoria poteſtate creauerunt, quos ipſi Treſuiros conformãdis ciuium moribus appellant, I SEIGNORI *ſopra il ben viuere de la cita*: quia Cenſorum nomen liberæ ciuitati ac omni genere voluptatum diffluẽti nimis graue ac ſeuerum videbatur. Annis ſuperioribus quàm hũc magiſtratum crearent, libris de hiſtoriarum[5] methodo peruulgatis, permirum mihi videri dicebam, in tanto magi-
B ſtratuum numero, quibus Veneti cæteras ciuitates ſuperabant, Cenſoribus locũ defuiſſe. Geneuates pro Cẽſoribus Decemuiros, quos ipſi Antiquos appellãt, quatuor quidem ex Senatu ſexaginta virorum: reliquos ex Senatu ducentorum creare ſolent quaſi Magiſtros morum, qui tanta ſeueritate vitia caſtigant, vt vix vllum ſcelus tam occultum ſit, quod inultum reperiatur. Nec verò dubitandum eſt, quin Rempublicam, ſi non armis & opibus, certe virtutibus ac pietate florentem habituri ſint, quandiu Decemuirorum poteſtatem tuebuntur. Quibus perſpicuum fit optimas quaſque ac præſtantiſſimas ciuitates Cenſoribus diu carere non potuiſſe. Sed quoniam minuti quidam theologi religionem imperitorum animis iniiciunt: cum Dauidem ab immortali Deo grauiter correptum
C tradunt, quòd populi deſcriptionem fieri iuſſiſſet, eripiẽdus eſt hic error. cùm enim Moſem Iſraelitarum Imperatorem Deus ipſe non ſemel, ſed bis cẽſum populi agere, ac deſcriptionẽ poſteritati relinquere, tum etiam lege cenſoria quoties populus cenſeretur, ſicli dimidium, id eſt duas argẽti drachmas in ſingula capita ærario ſacro inferri iuſſerit[6], quis hoc ſcelus eſſe putet? Ioſephus[7] qui antiquitatum interpres optimus habetur, in eo peccatum à Dauide ſcribit, quod in ſingula capita nummos ſingulos ærario ſacro dependi non iuſſerit. certè quidem lege cenſoria tributum illud ſacrum, quoties populum cenſeri placuiſſet, exigi iubetur ad ſcelerum expiationem: deinde illud ſubiicitur, ne plaga ſit in populo futura. Mihi tamen hoc amplius peccatum videtur, quòd princeps arrogã-
D ter nimis, ac ſuarum opum & legionum confidentia maiore quàm Dei præpotentis auxiliaribus copiis niteretur: neque enim cẽſum egit totius populi, ſed eorum tantùm qui arma ferre poterant: tribum Leuiticam quæ ſacra faciebat, & Beniamiticam prætermiſit. Quòd autem ſicli dimidium à ſingulis ærario ſacro inferri lex iubet, hoc ideo factum opinor, quod quę à cæteris populis cenſum ciuiũ ac deſcriptionem agentibus, ſacris deorum faciendis æra ſingula ſoluerentur, eodem ſuo ærario Deus inferri iuſſerit, vt talium numinum memoriam obliuione ſempiterna deleret: ſic alibi ſanguinem hoſtiarum ac victimarum altaribus ſuis ſuperfundi voluit: ac ſanctiſſimè interdixit[8] ne deinceps dæmonibus ſanguis libaretur: vt ſcilicet ab immani teterrimóque dæmonum cultu ſuos reuocaret. Neque enim dubium eſt quin Seruius ab antiquis inſtitutum illud acceperit, vt in fano Iunonis Lucinæ arca collocaretur, in quam ſin-

4 Gregorius e piſcop. Turonẽſ. lib.9.c.30. & Aymo lib.2.

5 Libro de methodo hiſtor. c.6.

6 Exod.30.

7 lib.7.cap 13

8 Leuit.17. ne vltra ſacrificent ſacrificia ſua ſatyris ac dę monibus quibuſcum ſcortati ſunt

gulis naſcentibus æra ſingula inferri placuit: deinde cum anno decimo ſeptimo togam puram acciperet, æra quoque ſingula in templo Iuuentæ dari: poſtremo vti quiſque moreretur, rurſus æra ſingula in tẽplo Veneris Libitinæ ſolui [9] iuſſit. quod quidẽ inſtitutum etiam neglecta Cenſura inuiolabile fuit tamen. Athenienſes quidem anno decimoquarto nomina in publicas tabulas retuliſſe videmus [1], tributum tamẽ illud non videmus. Fœminas autem cenſeri non conſueuiſſe multa ſunt argumẽta. cum enim Moſes bis populum Iſraelitarum luſtrauiſſet annis quadraginta: mares tantum ab anno vigeſimo, tribum verò Leuiticam ſeorſum deſcripſit: ac primo quidem luſtro ſexcenta & quinquaginta duo millia in cenſum relata ſunt: quadrageſimo pòſt anno cum qui ex Ægypto exceſſerant, omnes in deſerta ſolitudine, tribus tantùm exceptis, occubuiſſent, ſexcenta viginti quatuor millia ſeptingenti ac ſeptuaginta tres Iſraelitæ cenſiti ſunt: præter aduenas, ſeruos, fœminas, & eos qui annum vigeſimum nondum attigiſſent [2]. Fœminas autem vbique numero mares vincere ſuperius docuimus, maximè tamen verſus Auſtralem regionem: minores verò annis viginti tertiam ferè populi partem capiebant: cum ætas hominis anno ferè ſexageſimo tertio definiatur [3]. Romanos etiam fœminas, ſeruos, & opifices in numero ciuium non cenſuiſſe ex eo intelligitur, quod Dionyſius Florus ac Liuius ſcribunt, Romulo regnum ineunte cenſa fuiſſe tria millia ciuium: moriente verò quadraginta ſex millia peditum cum mille Equitibus [4]. Seruio rege cenſa ſunt octoginta millia eorum qui arma ferre poſſent, vt Fabius Pictor ſcribit. ſequenti luſtro CXXXII. millia CCCCXIX. pòſt CCLXII. millia CCCXXII. inde CCLXXIII. millia. tum CCLXXVIII. millia CCXII. Cætera ex epitome Flori colligi poſſunt: qui [5] vno loco ſcribit cenſa fuiſſe ciuium capita CCCXIII. millia DCCCXXIII. præter pupillos & viduas. Idem alibi [6] cenſa ſunt CXXXVII. millia ciuium: ex quo numero apparuit quantum hominum tot præliorum aduerſa fortuna populi Romani abſtuliſſet. at præcedente luſtro ſcripſerat cenſa fuiſſe CCLXX. millia ciuiũ: ex quo innuit CXXXIII. millia ciuiũ ſecundo bello Punico exhauſta fuiſſe: conſequens eſt igitur Romanos in fœminarum cenſu rationem nullam habuiſſe: aut eo numero non fuiſſe comprehenſas: quarum numerus cum maior ſit quàm virorum, nullũ omnino maribus in eo cenſu locum reliquiſſent. Itaque Liuius de ſeptimo luſtro ita ſcribit, Ciuium qui puberes eſſent ſupra centum decem millia erant: mulierum autem & puerorum, ſeruorúmque, & mercatorum, & ſordidas artes exercẽtium, ſiquidem Romanorum nemini cauponariam, aut operoſam artem tractare licuit, triplo plus quàm turbæ ciuilis. Ex quo apparet quantus hominum numerus futurus fuerit, ſi fœminarum ciuium & impuberum ratio haberetur, ipſique inquilini qui ciues non erant, cenſi fuiſſent. Qui enim ciuis incenſus eſſet, id eſt qui apud Cenſores non fuiſſe profeſſus, quaſi ſeruus ſub iugum mittebatur. Maxima, inquit Vlpianus [7], capitis deminutio eſt cùm ciuitas ac libertas amittitur, vt cum incenſus aliquis venierit. Interdum enim Cenſores non modo colonias Romanorum, quæ quatuor

9 Dionyſ. lib. 4. Capitolin. in Gordiano.

1 Plutar. in Solone.

*Populi Iſraelitarum deſcriptio.*

2 Num. cap. 1. & 26.

3 l. hæreditatum ad l. Fal.

4 Plutar. in Romulo.

5 Epit. 59.

6 Epit. 27. poſt Annibalis ex Italia exceſſum.

7 In titulis.

quatuor & viginti fuerunt in Italia, verumetiam prouincias ipſas obire cogebãtur, vt faciliorem ciuium qui per colonias prouinciarum diſperſi fuerant, deſcriptionem haberent. Hîc dicet aliquis, cum apud Cenſores non modò ciuium, ſed etiam ſeruorum & pecudum ſingula capita, prędia quoque tum vrbana tum ruſtica profiteri neceſſe fuerit, quî fieri potuit vt fœminas & pueros ciues: item opifices liberos homines, tametſi peregrinos non cenſerent? ego cenſum omnium factum opinor: id enim Dionyſius Halycarnaſſæus ſcribit libro IIII. ſed Cẽſores numerum ciuium tantùm qui arma ferre poſſent, colligere conſueuiſſe, cúmque numerum breuiter ab hiſtoricis in annales coniectum fuiſſe. Id ex cen-
B ſu Athenienſium planum eſt: apud quos vno tempore cenſa fuerunt puberum ciuium qui arma ferrent, (quod anno decimo quarto neceſſe erat) viginti millia: peregrinorum decem millia: ſeruorum CCCC. millia. ita cenſu Venetorum facto ante annos XXX. in quem omnis ſexus, omnis ætas, omnis hominum conditio venit, fœminarum multitudo duobus amplius millibus maſculorum numerum ſuperauit. Earum autem deſcriptionum vtilitates ſingulas oratione complecti difficile eſt. Primùm ætas, ordo, conditio, numerus ciuium ex illa deſcriptione percipi ac intelligi facilè potuit, & qui qualéſque bellis gerendis idonei ciues eſſent: quíque res vrbanas ac domeſticas melius curarent: quos item in colonias deduci, quos publicis operibus exerceri oporteret: quãtúm-
C que alendis ciuibus annonæ ciuitati deeſſet aut ſupereſſet: quod cùm omnibus ciuitatibus vtiliſſimum eſt, tum verò premente obſidionis metu neceſſarium. Quanquã vt nulla ſit cenſus iſtius vtilitas vberior quàm quæ ex ætatum & ordinum cognitione decerpitur, num ſatis magna debet vnicuique videri? nam ex ea cognitione, litium innumerabilium quæ alioqui inexplicabiles ſunt, anfractus expediuntur. Quamobrem rex Franciſcus maior Poyeti Cancellarij popularis mei rogatione, lege promulgata iuſſit Curiones naſcẽtium puerorum ætates perſcribere: ſed cùm publicis tabulis deſcriptio non cõtineatur, propè lex antiquari cœpit, tametſi Henrico III. regi eandẽ legẽ renouari placuerit. Quæſtiones autem de ſtatu cuiuſque, ciuiſne ſit an peregrinus: ſpurius an legitimus:
D nobilis an patricius: plebeius an nobilis: item quale cuiuſque verum nomen, quæ ſtemmata, quibúſque parentibus ortus ſit, quæ quod in infinita obſcuritate verſantur, ſine cenſibus explicari vix vllo modo poſſunt. Id quidem perceptum eſt Athenis, cùm ageret Pericles cenſum ciuium, qui tunc non plures fuere tredecim millibus trecentis & ſexaginta: nihilominus compertum eſt peregrinorum quinque millia in ciuium numerum clàm irrepſiſſe: qui pro ſeruis iudicio publicè conſtituto vænierunt[8]. Iam verò ad collegia ciuium & ad corpora cõſtituenda, ad habẽda rite comitia, ad legenda ſuffragia, ad ordines ciuium in claſſes ac tribus ex cenſu & ætate regendos, Cenſura neceſſaria eſt. At quanti eſt illud, quod ex cenſu conditio ac vitæ cuiuſque genus intelligitur! quàm multi in bonorum ciuium cœtibus velut in mediis ouium gregibus, lupi, vulpes, leones: quammulti qui furtis rapinis, alea, latrocinijs, ebrieta-

*Cenſuræ vtilitates.*

*Ætas ciuium ex cenſu percipitur.*

*Status ciuiũ ex cenſu dignoſcitur.*

*Ordo ciuium ex cenſu.*

8 Plutar. in Pericle.

tibus, ſcortationibus totã vitã tranſigunt, qui tamen in clariſſima populi luce quaſi in tenebris vagantur, qui cùm oculis ac digitis non poſſint, ipſo cenſu deſignarentur! Nec minus atque haud ſcio an magis vtilis ſit bonorũ quàm perſonarum deſcriptio futura: de qua ſic Caſſiodorus, Orbis, inquit, Romanus agris diuiſus, cẽſuque deſcriptus eſt, vt poſſeſſio ſua nulli haberetur incerta, quam pro tributorum ſuſceperat quantitate ſoluenda. Quod ſi totius Imperij Romani, agrorũ facta deſcriptio eſt, quis dubitet in tanti Imperij ſingulis partibus facilè fieri poſſe? cum autem illis temporibus quibus exigua fuere tributa, cenſus tantopere neceſſarius ſapientiſſimis Imperij Romani moderatoribus videretur, quantò vtilior hac ætate futurus eſt, vt ex libris cenſualibus quantum tributorum quæ ſunt infinita, ærario ciuitatis, quantum publicis operibus quenque dependere oporteat, intelligatur? Et quidem quot & quanta commoda ex agrorum deſcriptione ad Rempublicam peruentura ſint, intellectum eſt in deſcriptione agrorũ eius prouinciæ quæ eſt ad Celticum littus, quam Romani proprio nomine Prouinciam appellarunt. extant illic publicæ agrorum ac familiarum tabulæ anno M. CCCCLXXI. conſcriptæ, quibus tria millia ciuium qui agros ac familiam haberent, cenſa reperiũtur. Sed cùm mutatis poſſeſſoribus plebeius ordo à reliquis premeretur, propter immunitates ſacerdotibus ac nobilitati tributas, grauis orta controuerſia eſt inter ordines, quod qui erant immunes, etiam agris vectigalibus plebeiorum emptis immunitatem quærebant. tandem & rebus in Curia Pariſiorum iudicatis, & legibus Franciſci regis vectigalia prouinciæ ex libris cenſualibus peti oportere decretum eſt. Rurſus anno M.D.XVI. agrorum eccleſiaſticorum qui huius Imperij finibus continentur, deſcriptio facta eſt, vt decimarum, quas principi ac Reipublicę inopia laboranti Pontifices ipſi decreuerant, exactio quædam æquabilis eſſet: quam tamen propter agrorum quamplurimas ſub haſta diſtractiones renouari neceſſe eſt: perinde vt tabulas cenſuales eius prouinciæ quam dixi. Accuratius etiam Aletenſis ager omnis in Gallia Narbonẽſi deſcriptus eſt, quãtitate ac æſtimatione cuiuſque agri facta: ac triplici trium agrorum, optimorum inquam, mediocrium, ac ſterilium, & cuiuſque generis triplici ratione inita. quam ego deſcriptionem ab ipſis peræquatoribus didici, cum ad conuentus Galliæ Narbonenſis profectus eſſem [9]. Sic igitur proſpici poteſt inopiæ ac iuſtiſſimis tenuium, potiſſimùmque agricolarum querelis, qui tanto vectigalium ac tributorum pondere premũtur, vt iam agris ac ſedibus quaſi foro cedere ſit neceſſe. Lites etiam & controuerſiæ, quæ vbique pullulant, pro vectigalium ac tributorum inæquali diſtributione, & quibus terminandis infinita penè iudicum multitudo implicatur, ex cenſualibus tabulis facilimè explicarentur. fraudes item peræquatorum, qui gratia vel odio imperata tributa iniquiſſimè diſpertiri ſolent, latere poſſent neminem: aut certè cui plus tributorum quàm ferre poſſit, imperaretur, eum cui minus imperatum eſſet, ſponſione permutationis bonorum aut tributorum prouocaret, vt olim Athenis fieri conſueſſe legimus: nam eiuſmodi ſpõſione vicit Megalidem Iſocra-

*Vt ſcelerati ac flagitioſi ciues deſignari poſſint.*

*Vt tributa æquari poſſint.*

9 anno 1568.

*Vt rapinis peræquatorũ occurratur, cẽſu opus eſt.*

Iſocrates: idem tamen à Lyſimachide victus eſt [1]. Ex iiſdem tabulis publicis, qui tenues, qui locupletes, qui prodigi, qui auari, qui fures, qui peculatores eſſent: quibúſque artibus aliis quidem tot ac tantæ opes quærantur: alij tanta premantur inopia, facilè intelligi, & vtriſque remedia ſalutaria conquiri poſſent. quo nihil magis eſt in omni Republica neceſſarium: quandoquidem ex ingentibus paucorum opibus, intoleranda multitudinis inopia ciuitatibus perniciem ac peſtem inferri perſpicuum ſit. Iam verò leges omnes ac iudicum decreta, quibus pecuniariam pœnã irrogari oportet, perceptis cuiuſque fortunis ac facultatibus ad veriſſimam iuris ac iuſtitiæ harmonicæ diſtributionem exigerentur. in quo tamen grauiſſimè propter illam bonorum cuiuſque ignorationem peccatur. Improborum item veteratoriæ fraudes, quæ in venditionibus, emptionibus, matrimoniis, donationibus, cæteríſque rebus ac rationibus diſtrahendis fieri non niſi ſerò, ac ne vix quidem intelligi poſſunt, vnicuiq. paterent. Hîc omitto quàm multæ de finibus regendis, déque hæreditatibus controuerſiæ, tum etiam in ipſo iure pignorũ & hypothecarum, qui quibus priores ac potiores ſint, explicari poſſent ex ea quam dixi, bonorum omnium deſcriptione: cum tamen ex earum rerum ignoratione denſiſſimæ tenebræ non modò publicis, ſed etiam priuatis omnium rationibus offundantur. Itaque Liuius libro ſeptimo cum dominia rerum continua mutatione tranſlata fuiſſent, vt quis cuiuſque prædij dominus eſſet vix intelligeretur, ita ſcribit, Quia ſolutio multarum rerum mutauerat dominos, cenſum agi placuit. Omitto ſumptus ingentes, quos in litibus eiuſmodi iudicandis quenque facere neceſſe eſt. prætermitto etiam quàm multa iudicia, quæ cùm publicis miniméque dubiis tabulis diſceptari debuiſſent, incertis aut falſis teſtimoniis dirimuntur. Tot igitur ac tantas vtilitates quæ Cenſuram conſequuntur, quis tam cæcus eſt qui non videat? tam ſtupidus qui non ſentiat? tam demens qui non intelligat? Hîc tamen videre mihi videor, turbam eorum qui publicas opes depeculantur, qui priuatorum fortunas diripiunt, qui fœnoribus tenuiũ ſanguinem exorbent, qui malis artibus diteſcunt, illud mihi opponere, indignum videri ex cenſus ac bonorum deſcriptione tenuibus quidem contemptum, locupletibus autem inuidiam creari [2]. Hanc enim potiſſimam præcipuámque cenſus omittendi cauſam arripuerunt hi homines quos breui oratione denotaui. Ego verò illis reponã nec inuidis vllum, nec irriſoribus locum fore: quoniam qui locupletes ſunt, pro tenuibus irridentur: & qui ſunt inopes à pecunia, pro diuitibus obtrectatorum inuidiam ſubeunt. Demus tamen id quod iactant futurum: an propter maleuolorum aut etiam deriſorum obtrectationem Cenſura tot ac tantis vtilitatibus ac laudibus abundans omitti debet? quis vnquam prudens legiſlator, quis princeps, qui vel paulum admodum à recta ratione informatus legibus vſqueadeo neceſſariis Rempublicam irriſorum aut inuidorum metu orbauit. quanquam leuis hæc & inanis prudentiæ ratio, quam ex iſta lege arripiunt, pecuniam tantùm complectitur: agrorum cenſui nihil, multo minus perſonarum deſcriptioni obſtat. Quòd verò

ggg 2

1 Plutarc. in vita Orato.

2 l. 2. quando & quibus quarta pars. C.

contra decus eſſe putant, priuatorum opes & inopiam, mercatorum item debitas creditáſque pecunias, ac familiarum occulta negotia, pacta conuenta, res denique ac rationes in vulgus manare: eo ipſo ſatis declarant ſua ſcelera, furta, rapinas, fraudes occultare velle. nam vti quiſque cæteris integritate vitæ præſtat: ita quoque ſua facta, geſta, voces, atque adeò mentis ipſius agitationes ab omnibus ſciri atque intelligi gaudet: quanto magis pecuniarum ac bonorum cenſum? Cùm enim architectus quidam effecturum ſe Liuio Druſo Tribuno plebis promitteret, ne quis in ſuas ædes proſpectũ vllum haberet: Ego verò, inquit Druſus, meas ædes vnicuique ſic patere volo, vt quid intus agatur latere poſſit neminem. hunc Velleius Paterculus ſanctitate atque integritate vitæ claruiſſe ſcribit. At Cenſura aduerſus improbos potiſſimum comparatur. Veteres enim Romani non modò pecuniarum & agrorum, ſed etiam accepti & expenſi rationes, atque adeo actionum ferè omnium ephemerides & commentarios conficere ſolebant: poſtremis verò temporibus, quibus vitia fraudéſque abundantius pullularunt, rationes à priuatis conſcribi deſierunt, cùm editis rationibus anteactę vitæ iudiciorum publicorũ ac priuatorũ diſcrimẽ ſubirẽt: vt quidẽ ſcribit Aſconius Pædianus. Ita Cenſurã bonis omnibus placuiſſe ſemper, improbis verò, fœneratoribus, tyrãnis, atq; iis omnibus qui aliena diripere, fraudare, fallere, foro cedere ſolẽt, diſplicuiſſe videmus: vt antea Tiberij, Caligulæ, Neronis, Domitiani exẽplo confirmaui. Abſurdũ eſt igitur quod cenſu bonorũ patefacto, tyrãnis ad priuatorũ inuadendas opes aditũ aperiri putãt: cùm tamẽ tyrãni sẽper abhorruerint à Cẽſura, & Romani qui nec tyrãni nec regis nomen ferre potuerunt, maximè omniũ coluerint Cenſurã. quanquã quis tyrãnus frontem ſi quã habet, adeo perfricuit, vt loupletum ac potentiorum opes non magis optet quàm egentium ac infimorum? at vbi nullus eſt cenſus, locupletes pretio gratiam & immunitatem mercantur: tenues verò diripiuntur. Hinc tenuium ciuium aduerſus potentiores odia, diſſidia, querelæ, ſeceſſiones. Fugere, inquit Liuius[3], Senatum, teſtes, tabulas, cenſus cuiuſque, quia noluit conſpici ſummam æris alieni, quæ indicatura ſit demerſam partem à parte ciuitatis, cum interim obiectã plebem aliis atque aliis hoſtibus &c. Fugiunt ergo fœneratores cenſum. cur enim boni ciues iuſta debita creditáve, quáſque hæreditates iure creuerint, quibúſque opibus ſuis vigiliis ac ſolicitudine quæſitis fruantur, ſciri metuent? hic enim laudum ſuarum cumulus eſt vel maximus, quod ſuauiſſimos honeſti laboris fructus iucũdiſſimè decerpunt. nec verò dubitabunt patriæ cui omnia accepta ferre debent, laboranti opem ferre, ac miſerorum ciuium inopiam ſubleuare. Qui verò publicas opes ſuas ducit, qui ærarium depeculatur, qui priuatos rapinis ac immenſis fœnoribus exhaurit, huic profecto metuenda Cenſura, metuendus eſt cenſus. Sed quis tam inops à conſilio princeps aut legiſlator, qui vſurarias leges abrogaturus, fœneratores conſulat? qui ebrietates ciuium ſublaturus, conſilium à cauponibus petat? qui incontinentiam ac luxum moderaturus, prodigorum hominum ac meretricum greges ad conſilium admittat? Pruden-

[3] lib. 6.

Prudentium igitur ac fortium virorum nobis ſunt, non ſceleratorum ad *Iudicia veterũ*
Cenſuram ſtabiliendam conſilia petenda. Audiamus Liuium [4], Seruius *de Cenſura.*
inquit, cenſum inſtituit rem ſaluberrimam tanto futuro Imperio. Et cum 4 lib. 1.
de Cenſoribus creandis agit [5], Hic annus, inquit, Cenſuræ initiũ fuit, rei 5 lib. 4.
à parua origine ortæ, quæ deinde tanto incremento aucta eſt, vt morum
diſciplinæque Romanę penes eam regimen Senatus, Equitúmque centuriæ, decoris, dedecoríſque diſcrimen ſub ditione eius magiſtratus, publicorum ius priuatorúmque locorum, vectigalia populi Romani ſub nutu atque arbitrio eſſent. Quid Plutarchus omnium ferè ſcriptorum probatiſſimus? Cenſura, inquit [6], magiſtratus eſt omniũ 6 In Catone maiore.
B ſacratiſſimus, qui cum in rebus omnibus, tum verò in moribus ciuium conformandis ſummam poteſtatem habet: id eſt, ἡ τιμητικὴ ἐστὶν ἀρχὴ πασῶν ἱερωτάτη καὶ δυναμένη μέγα πρός τε ἄλλα καὶ πρὸς ἐξέτασιν βίων. Ac ſi quis putet nimiã illam in Republica libera poteſtatem tolerabilem non eſſe, at ne tanto quidem oneri ſuffecturam, fallitur: cùm tanto Imperio quantũ fuit Romanorum, duo Cenſores ſufficerent. Neque enim cenſorij muneris erat initio Senatores legere, aut Senatu indignos eiicere: ſed plebiſcito id Cẽſoribus tributũ, vt ſe populus eo labore ac tædio leuaret, vt Pompeius Feſtus ſcribit: quo nihil fieri potuit vtilius ac melius. id autem ferendum nõ eſſet in monarchia, in qua princeps magiſtratuũ omnium, maximè tamen Senatorum creationem ſui beneficij eſſe ducit. Neceſſarium tamen
C eſt omni ciuitatum generi Cenſoribus ærarij publici cuſtodiam ac morum caſtigationẽ committi: modò Cenſores fiant ij, quorum vita nõ tantum à rapinis, ſed à vitiis penè omnibus libera ſit ac vacua: quíque cæteris omnibus integritate ac prudentia præſtent: qualium hominum Romani veteres delectum habere ſolebant: vt Cenſores omnibus ciuibus ſeipſos quaſi normam bene temperantérque viuendi, & ad intuendum, & ad imitandum præberent: omniúmque mores ad virtutem & ad verum decus conformarent. quo nihil vnquam admirabilius in vlla ciuitate fieri potuiſſe ſtatuo. Illa verò, quam dixi, morũ probatio, quinto quoque anno fieri conſueuerat: poſteaquam vectigalium, tributorum, agrorum publicorum, ac totius ærarij curam geſſiſſent: tum etiam ſi quas ar- *Cẽſura morum caſtigatrix.*
D ces, portus, mœnia, vias militares ſarciri ac refici oporteret, erat ea cura Cenſorum. extremo Cenſuræ actu, populus vniuerſus in Campo Martio ſacrificio ſolenni luſtrabatur: ordines ciuiũ cenſebantur: & vti quiſque flagitioſam vitam duceret, ita notabatur in tabulis publicis, vt eam notam iudiciis ipſis formidabiliorem boni ciues arbitrarentur. Ac ſi quando Reſpublica bellis vrgentibus Cenſuram intermitteret, tum facilè ab omnibus percipi poterat, mores ciuium corrumpi ac ciuitatem labefactari: perinde vt ea corpora quæ medicinas vacuandis humoribus neceſſarias omiſerunt. Id ſecundo bello Punico ſatis intellectum eſt, cũ Annibal Italiã quateret, ac Vrbem ipſam obſideret: quibus temporibus domeſtica diſciplina ac morũ probatio aliquandiu intermiſſa fuerat. poſtea verò quàm Annibal ex Italia exceſſit, Ad mores hominũ, inquit Liuius [7], animum aduerterunt, caſtigãdáque vitia, quæ velut diutinos mor- 7 lib. 24

bos ægra corpora ex ſeſe gignunt,nata bello erant. Neque tamen publicorum aut priuatorum criminum cognitionem ſuſcipiebant Cenſores: hæc enim magiſtratuum decretis ac ſententiis finiebantur:ſed omnis animaduerſio eorum vitiorum erat,quæ nec legibus, nec magiſtratuum iudiciis vindicantur. quanquam nec magiſtratus vlli tam accuratè ſcelera vlciſcuntur, quin maxima pars publicam declinet animaduerſionem, ac leges ita perrumpat, vt beſtiæ maiores araneorum telas ſubtiles, quibus exiguas muſcas irretiri videmus. Et vt publicè omnia quæ legibus ſunt comprehenſa crimina,vindicentur,quis tamen ex legibus virtutem
» aut dignitatem metiatur? Quis eſt,inquit Seneca,qui ſe profitetur legi-
» bus omnibus innocentem? vt hoc ita ſit, quàm anguſta eſt innocentia B
» ad legem bonum eſſe! quantò latius patet officiorum quàm iuris regu-
» la! quàm multa pietas, humanitas, liberalitas,iuſtitia,fides exigunt,quæ
» extra publicas tabulas ſunt! hæc ille: quanquam ignarus diuinarum legum, non tamen earum quas ab ipſa natura arripuimus,& expreſſimus. nam ſi quis animi ſui complicatas tabulas euoluere velit, iam ſe ipſe doceat eum virum bonum eſſe qui proſit quidem quibus poſſit,noceat verò niſi laceſſitus iniuria nemini: quæ nullis ſunt populorum legibus cõprehenſa. quinetiam multa peſtifere, multa pernicioſe iuberi ac prohiberi videmus,quæ non magis legum nomen merentur,quàm ſi furioſus ea conceſſu ſuo ſciſcitat. Certè quidem nemini dubium eſſe arbitror, quin maxima quæque ſcelera,quibus maximè infeſtantur ciuitates,à iu- C diciis & à tribunalibus procul arceantur. perfidia nullis magiſtratuum iudiciis vindicatur. quo tamen flagitio vix vllum deteſtabilius eſt: at ea cognitio tota fuit Cenſorum. Indicant,inquit Tullius, notationes animaduerſionéſque Cenſorum, qui nulla de re diligentius quàm de iureiurando iudicabant. Iam verò ebrietates,crapulæ,luxus,alea, ſcortationes publicæ ac priuatæ,nulla vi,nullo iudiciorum metu coercentur:quibus morbis qui mederi ſine Cenſura poteſt? publici verò corruptores huc illuc vagantur, & optimos quoſque ad cædes occultas, vel ad rapinas deſignant, à quibus tandem niſi à Cēſoribus arceri à Republica poſſunt? nam Cenſores quo quiſque modo ſe domi, & in ipſis latebris aduerſus vxorem,in liberos,erga ſeruos,cum propinquis ſe gereret,accura- D tè conquiſierunt. Quamobrem ſi proprium nomen Cenſuræ quæratur, ego ciuitatum gubernatricem, virtutum omniū effectricem, bonorum ciuium procreatricem,improborum expultricem appellare non dubitem:cum ea non modò flagitiorum ac improbitatum robuſtiorum radices circuncidere,verumetiam vitiorum fibras euellere, ſtirpes elidere, ſemina extinguere ſola poſſe videatur. Quòd ſi veteribus olim tam vtilis Cenſura viſa eſt,vt ciuitates ea carere non poſſent: profectò his temporibus multo magis neceſſaria iudicanda ſit: propterea quòd omnium ferè populorum moribus ac legibus maritus in vxorem, pater in liberos, dominus in ſeruos vitæ ac necis poteſtatem habuerūt, vt ſuperius [a] diximus:nunc verò cum ius illud vnicuique ademptum ſit,quis impietatem liberorum aduerſus parentes: vxorum impudicitiam erga maritos: ſeruorum

[a] lib.1.cap.3.4.5.

uorum petulantiam in dominos vindicare poterit? quammultæ puellæ etiamnum à parentibus ipſis proſtituuntur? quammultæ corpore quæſtum facere quàm nubere, infantes exponere, aut necare quàm alere præſtabilius ducunt! quæ tamen ſublata Cenſura coerceri poterut nunquã. De religione erga Deum non diſputo: qua tamen nihil non modò in ciuitatibus, ſed etiã in ſingulis familiis prius aut antiquius eſſe debet. quæ cura etſi Pontificibus ac ſacerdotibus mandata ſit: magiſtratuum tamen eſt omnem operam, curam ſolicitudinem in eo collocare, vt religionũ in primis ſumma ratio vbique habeatur. Etenim diuina lege ter[9] vt minimum ad ſacras conciones adire iubetur: plerique tamen ab omni cultu [9] Deut. cap. 16
B diuini numinis penitus abhorrent. ex quo impiorum ſeminaria tam longè latéque pullularunt, vt nefaria verborum execratione cæleſtium numinum vim omnem publice deteſtari non dubitent, & quidem impunè. at diuinarum legum metu ſublato, humana quoque iura, deinde magiſtratus omnes peſſum ire, ac poſtremo flagitioſos homines effrænata quadam licentia latrocinari, occidere, venenis proximos quoſque tollere, omnibúſque flagitiorum generibus omnia complere neceſſe eſt. neque enim ſperandum vt legibus vllis aut pœnarum metu, qui numinis metũ omnem abiecerunt, à facinoroſa vita deterreantur: quia legũ metus non ſcelera ſed licentiam comprimit: cum innumerabiles & olim fuerint & hodie ſint, qui tametſi ab edictis Prætorum & principum legibus non
C deſciſcant, nequiſſime tamen viuunt. rectè enim Lactantius, Poſſunt, inquit, leges delicta punire, conſcientiam munire non poſſunt. Cum etiam ab educatione iuuentutis totius humanæ vitæ ac ciuitatis bene instituendæ momento pẽdere videantur: vt ſapienter eſt à Platone ex Lycurgi ſententia dictũ: quis putet vllã educationis ſine Cenſoribus curã haberi poſſe? nam quod publicũ eſſe decuerat, priuatorũ volũtati relinquitur. Certè quidem Lycurgus magnum Pædonomum inſtituendæ iuuentuti magiſtratum ac Cenſorem creari voluit, non qui parentum arbitrio, ſed qui legum præſcripto iuuentutem moderaretur: quoniam cum ſit vnus & idem ciuitatis ſcopus ac finis, eandem quoque omnium ciuium educationem eſſe oportere putauit Ariſtoteles[1], & rectè putauit. quod certè [1] lib. 8. c. 1. Polit.
D Athenienſes rogatione Sophoclis quondam decreuerunt. quæ quod à nobis accuratius alibi[2] diſputata ſunt, omitto. hæc tamen omnia in officio Cenſorum poſita eſſe nemo non videt. Quis item hiſtrionicas ſaltationes, comœdias, ſpectacula, faſcinationes coercere niſi Cenſura poteſt? neque enim peſtis in Republica capitalior vlla eſſe poteſt, quæque ad corrumpendos ciuium mores vim maiorem habere videatur, propter imitationem vocis, vultus, geſtus, orationis, ac turpiſſimarum actionum perniciem, quæ ſenſim illapſa ciuium mentibus, totas ciuitates euertit. certè quidem non tantum molles ac teneros puerorum animos labefactat, ſed etiam caſtiorum quoque fœminarum pudicitiam pertentat, vt eorum non modo ſcurriles ineptias, ſed etiam libidines imitari ſtudeant, quorum auidiſſimè ſpectacula cõtuentur. denique theatra, definire poſſumus turpitudinis vitiorúmque omniũ ſentinã ac ſcholam. Quamob-

[2] In oratione de inſtituenda in Republica iuuentute.

rem ſapienter Philippus Auguſtus hiſtriones huius Imperij finibus ſanctiſſimis edictis diſturbauit. Quòd ſi quis obiiciat & Romanis quõdam, & Grȩcis ea ſpectacula non defuiſſe: ego illi reponam Romanos quidem Apollinares, Seculares, Circenſes, & eiuſmodi ludos deorum quos religioſiſſime colebant, maieſtati ac honori conſecrauiſſe, non ad impura libidinum exempla inſtituiſſe: poſtea vero quàm vitia finitimarum gentiũ Romã infeſtare cœpiſſent, hiſtriones quoque ſenſim ex Hiſtria vt Verrius Flaccus ſcribit, in Vrbem irrepſerunt, ac impudentiæ ludos aperuerunt: quos tamẽ ſi ſaluis religionibus prohibere potuiſſent, non dubitem ſummȩ grauitatis ac ſapientiæ Cenſores omnia de Republica ſpectacula fuiſſe ſublaturos: vt quidem ex ſapientiſſimis quibuſque viris coniectura B
conſequi potui: ſic enim Seneca, Nihil, inquit, tam moribus alienũ quàm in ſpectaculo deſidere. quinetiã Ariſtoteles modis omnibus cauẽdum [3] eſſe monet, nè ciues comœdiarũ ſpectaculis inſideant. quid Auguſtinus[4]? Omnia, inquit, in theatris pietati ac honeſtati contraria fiunt. In eadem ſentẽtia fuiſſe video Tertullianum[5], Chryſoſtomum[6], Cyprianum[7], Valerium[8], Polydorum[9], ac principem ipſum legum ferẽdarum Solonem. quos viros quantæq. autoritatis magiſtros? Quid igitur mirũ ſi Carthaginenſi concilio ludi theatrales prohibeantur, cum illi veteres Græci qui nullam veræ pietatis opinionem combiberãt, ciuitatibus perniciosos eſſe iudicarent? Ac tametſi tragœdia neſcio quid auguſtius ac ſeuerius quã comœdia præ ſe ferre videtur, nihilominus Solo Theſpim tragœdum a- C
cerbe increpuit quod tragœdiam tametſi puram ac nudam veteri more populo exhibuiſſet: ille iocum excuſauit: at Solo iocum eſſe negauit, quẽ ſeria ſequuntur. atque illud eſt quod M. Tullius veterem Græciam eiuſdomi fabularum actores grauiter vindicaſſe ſcribit. Quid nunc Solo ſi viueret? ille tragœdiã quæ propter perſonarum maieſtatem ad decus & ad grauitatem compoſita pleriſque videtur, ciuitatibus pernicioſam iudicauit: nos tragœdias omnino deſeruimus, turpes comœdias amplectimur: aut qui ad mores conformandos aliquid exhibent, iidem ad extremum obſcœna quadam fabula turpiſſimis ac ſordidiſſimis narrationibus condita quaſi ſuauiſſimis venenis ſalutares cibos aſpergere conſueuerunt. Cum autem omni hominum generi ſpectacula ſunt pernicioſa, D
tum verò iuuentuti, ac nationibus ad Aquilonem poſitis maxime declinanda: quæ quod cȩteris leuiores ſunt, & animi vim omnem penè in ſenſibus poſitam habent, vitioſos geſtus ipſis oculis auidiſſimè hauriunt: quæ vitia populi Auſtrales propter inſitum atræ bilis humorem, & naturalem quandam ſeueritatem non ita facilè combibere ſolent. Neque verò ſperandum eſt vt ea ſpectacula comicorum ac ſortilegorum hominum, quorum alteri oculis, alteri mentibus ipſis faſcinum ac vecordiam iniiciunt, magiſtratus qui in iis totos dies deſidere conſueuerunt, prohibeant: ſed grauiſſimis ac ſeueriſſimis Cenſoribus opus eſt: qui corpora ciuium ad robur gymnaſtica diſciplina, mentes vero muſicis artibus humanitate ac tranquillitate munire ſtudeant. Muſicæ verbo ſtudia muſarum ac ſcientiarum omninm Academicorum[1] in morem intelligi volo. caue-

3 lib. 7. c. 15. polit.

4 Homel. 38. & 499. & in Math. homil. 69. & in Actis. homel. 42. cap. 19.

5 In lib. de ſpectaculis.

6 Tomo 2.

7 lib. 2. epiſt. 2.

8 lib. 2.

9 lib. 2. c. 13.

1 Duabus potiſſimũ rebus γυμναστικῇ καὶ μουσικῇ ciuitates conſeruãtur Plato in Timæo.

uebunt etiam ne muſicam illam naturæ conſentaneam, quæ non modò
ſuaui oblectatione aures permulcet, verumetiam ſalutari medicina mẽ-
tes perturbationibus liberat, arte corrumpant. Nam cum nihil ſit quòd
mollius in animos influat vt concors illa vocũ ſuauitas: ita nihil eſt quod
æquè mentem de ſuauitate deturbet, ſi graues illos ac ſeueritati con-
gruentes modos, Dorios, inquam, ac Phrygios, quos noſtri primis ac ter-
tiis tonis deſignant, negligi patiamur, vt Ionicos & Lydios, quos quinto
ac ſeptimo loco ſtatuunt, conſectemur: ab his enim Ariſtoteles ac prin-
ceps ipſe Plato ciues omnes, ac potiſſimùm iuuentutem abſtinere iubẽt.
ſi minùs id obtineri poteſt, vt ij modi qui iampridem in omnibus ciuita-
B tibus inueterarunt, eripiantur: enitendum certè eſt, ne ab ipſis naturę mo
dis diſcedatur: id eſt vt puram ac ſimplicem Diatonices rationem omniũ
præſtãtiſſimã, & vt Plato loquitur γενναιοτάτην: aut ſi Chromaticen & Eu-
harmonicem, (quæ tamen ipſa ſui difficultate ac obſcuritate penitus in-
uſitata eſt) amplectantur: quartum genus illud, quod ex tribus ſum-
ma inſcitia confuderunt, ciuitati pernicioſum omnino prohibeant. Nam
ex illa perturbatione pernicies animis illapſa, non ſolùm mentes ægritu-
dine ac perturbatione non liberat, verumetiam ad inſaniam ſæpiſſime
perducit: vt minimè mirum videri debeat, ſi magna pars eorum qui na-
turales muſicæ modos ſic miſcent, quíque rapidiſſimo breuiſſimorum
interuallorum impetu ſpondaicam grauitatem peruertunt, furore & a-
C mentia corripiantur, & vt cupediarij, qui auidiſſimè tragemata cibóſque
leuiſſimos liguriunt, nec alimenta ſolidiora ferre poſſunt, corporis robur
amittũt, ac breui tabe marceſcunt: ita qui graues ac naturæ congruentes
modos auerſantur ac refugiunt, vt ineptiſſimis ac leuiſſimis cantibus paſ-
cantur, de mentis ſanitate facilimè diſturbantur. his igitur Reipublicæ
incommodis ſola Cenſura mederi poteſt. De luxu quoque, quo ciues tũ
epulis tum veſtibus diffluunt, fruſtra querimur, niſi leges ſumptuariæ
cenſoriis legibus vim adipiſcantur: vt iidem ſint in Republica Cenſores,
qui olim Athenis legum cuſtodes ac Nomophilaces dicebantur. Quam-
obrem qui de Cenſorum poteſtate primus detraxit, hunc Rempublicam
funditus perdidiſſe non immerito M. Tullius [2] queſtus eſt. is autem fuit
D P. Clodius Trib. plebis, homo impuriſſimus, cuius tamen lex antiquata
eſt lege Cæcilia [3] Conſulari? Quibus ſatis perſpicuum fit, opinor, quàm
vtilis, quàm neceſſaria, quàm Reipublicæ ſalutaris ſit ac ſemper fuerit
Cenſura. Sed quæri poteſt an Cenſoribus imperium tribuendum ſit? an
etiam hoc tributo iuriſdictionem habere oporteat néc ne? nam ſine im-
perio, ſine iuriſdictione Cenſura inanis eſſe videatur ego tamen, ſi ex
me iudicium exquiratur, vtroque, & imperio, & iuriſdictione carere ve-
lim: ne munus illud negotioſiſſimum plenúmque laboris ac vigiliarum
etiam litium anfractibus implicetur. aliud eſt enim iudicium, aliud Cen-
ſura. Cenſores quidem Romanos imperiũ habuiſſe videmus, ſed ad hoc
tantùm vt populi concionem conuocarent, vt exercitum vrbanum co-
gerent, vt luſtrũ facerent, vt ad cenſum quenque vocarẽt: quod ſine edi-
ctis fieri non poterat: edicere autem, vocare, cogere, qui imperio careret,

2 Cicero in Piſonem, & pro Milone, pro Seſtio.

2 à Q. Cæcilio Metello lata anno ab V. C. DCCCI.

nemo poterat:niſi alterius opē & imperium imploraſſet. ſed cùm exercitu ac luſtro nihil opus ſit,ſatis opinor fuerit edicto magiſtratus promulgari vt quiſque indicta pœna publicis tabulis cenſeatur. Quid igitur,dicet aliquis, ſi Cenſores nec imperare,nec cogere,nec iudicare poſſint? ego Cenſorum nutum,ignominiam,reprehenſionem omnibus omnium magiſtratuum iudiciis ac ſententiis acerbiorem fuiſſe puto. Cum enim luſtrum agerent ciuibus in campum Martium coactis,aderant interdum quingenti,aut quod minimum,trecenti Senatores,ordo Equeſtris duplo maior, plebs ipſa quantumquidem loci amplitudo capere poterat: omnes trepidi & anxij qua quiſque ignominia notaretur: Senator quidem ne Senatu moueretur:Eques ne equo ac ſtipēdio adempto ignominiam B ſubiret:plebeius ne inter ærarios cenſeretur:ærarius ne de ciuitate aut libertate periclitaretur. cuius enim Senatoris nomen præteritum eſſet, apparitore aut accenſo nomina citante, hunc certum erat ex albo Senatorum inductum fuiſſe: vt quidem Liuius ſcribit, Senatores ſex & ſexaginta vna cenſura ordine Senatorio motos. Quamobrem ne tanta illa Cenſorum auctoritas libero populo grauis eſſet,néve quiſquam inauditus de exiſtimatione ac fama periclitaretur,notam quidem Cenſores habere placuit, non iudicationem.ſic enim M.Tullius apud Nonium. Cēſoris iudicium, inquit, nihil ferè damnato affert niſi ruborem, itaque vt omnis illa iudicatio verſatur tātummodo in nomine, animaduerſio illa ignominia dicta eſt.differt autē diſtātque plurimum ab infamia,quæ nō C niſi magiſtratuum ſententiis ac iudiciis, & quidem iis quibus ex lege irrogatur [4]. nam ſi eſſet ignominia idem quòd infamia,fruſtra Prætor edictis [5] perpetuis infamia notaſſet eos qui ab Imperatore cum ignominia dimiſſi fuiſſent (hanc enim iuriſconſultorum interpretes [6] infamiam facti appellant.)de iis qui à Cenſoribus notarentur, nihil edicto comprehenſum eſt. non igitur infames ſunt ignominioſi, vt infamium ac damnatorū pœnis teneantur. Græcis quidē olim infames nēcare cuique impunè licuit,vt eſt apud Libaniū Oratorem [7]. At is qui de Senatu Cenſoris nota deiectus rogationē ad populum tulerat,ſæpiſſime reſtituebatur.interdum etiam id non iure,ſed ab animo ipſa maleuolentia ieiuno,&obtrectatorū inuidia factum fuiſſe docebat. Sin eſſet accuſator aliquis qui D Cenſoris notam,aut etiam ſi Cēſor ipſe ſuam dignitatem tueri vellet,coram populo iudicium conſtituebatur. ac ſiquidem cenſoria nota compunctum populus damnaret, non tantum ignominioſus, ſed etiam infamis dicebatur [8]. cæteris notam quidem obeſſe iuriſconſulti putant:exiſtimationem tamen ac dignitatem omnino violari non putant. Cum enim Quintum Flaminium Senatorem Cato maior in Cenſura Senatu mouiſſet,Flaminius rogationem tulit ad populum vt reſtitueretur: Cato grauiſſima oratione hominis vitam anteactam ſordibus ac turpitudine inquinatum & commaculatum coram populo promulgauit,ac iudicio publico reum peregit. cæteri qui acceptam ignominiam ac dedecus purgari cuperent, iudiciorum aleam non tentabant, ſed magiſtratum, aut imperium extra ordinem, aut curationem, ſacerdotiúmve à populo petebant,

4 l. infamē.de publicis iudic.ff.
5 l 1.de iis qui notantur.
6 In l. palam.§ quę. de ritu nup.
7 Pro Alhrotio.
8 l.2. de Senatorib.ff.l cognitionum. de variis & extra.

petebant, quam ſi obtinerent, omnis erat ignominia ſublata. ſæpiſſime tamen ſequenti luſtro à Cenſoribus ſequentibus ordini ac famæ reſtituebantur: alioqui nec Senator præteritus in Senatum venire, nec Eques equum ordinémve poterat recuperare. hos etiam Vlpianus[9] ad teſtimonium admitti debeant nécne, dubitare potius quàm affirmare videtur. Quod apertiùs à Marco Tullio explicatum habemus his verbis.
„ Hîc primum illud commune proponam, nunquam animaduerſionibus
„ cenſoriis hanc ciuitatem ita contentam vt rebus iudicatis fuiſſe: ponam
„ illud vnum exemplum: Caïum Getam, cùm à L. Metello & Cn. Domitio
„ Cenſoribus ex Senatu eiectus eſſet, Cenſorem poſtea factum eſſe: & cu-
B ius mores à Cenſoribus erant reprehenſi, hunc poſtea & populi Rom.
„ & eorum qui in ipſum animaduerterant, moribus præfuiſſe. Quòd ſi il-
„ lud iudicium putaretur, vt cæteri turpi iudicio damnati in perpetuum o-
„ mni honore ac dignitate priuarentur: ſic hominibus ignominia notatis
„ neque ad honores aditus, neque in Curiam reditus eſſet. & paulo pòſt,
„ Timoris enim cauſam non vitæ pœnam in illa poteſtate eſſe voluerũt:
„ Cenſores denique ſuperiorum Cenſorum iudiciis, ſi iſta iudicia appella-
„ ri vultis, non ſteterunt. hæc ille. Itaque Claudia lex abrogata eſt, quæ noluit quenquam ignominia notari, niſi qui apud vtrunque Cenſorem accuſatus, & vtriuſque ſententia damnatus eſſet: abſurde id quidem, quia Cenſorum poteſtatem amputaret, aut plurimum circuncideret, iudiciáque perinde vt in publicis accuſationibus conſtitui vellet: cùm tamen Senatus Cenſorum poteſtatem ab omnibus iudiciis & accuſationibus liberam eſſe voluerit[1]: tametſi magiſtratus omnes imperio depoſito accuſare liceret. prudenter illi quidem: ne ij qui omnium iudicio ſapientiſſimi ac integerrimi iudicati fuiſſent, aut calumniis obtrectatorum, aut ſordidorum hominum ſententiis opprimerentur. Nec minus laudata eſt Conſtãtini magni ſententia, qui accuſatorios libellos à preſbyteris & Epiſcopis ſeipſos inuicem accuſantibus propoſitos, concerpi ac lacerari mandauit, cùm diceret iniquum videri, vt qui omnium ciuium mores ac famam iudicarent, aliorum ipſi ſententiis ac iudiciis caderent. Quamobrem Carolus magnus[2] Imperator vno capite ſuarum legum vetuit de
D Pontificibus minoribus iudicium conſtitui, niſi teſtes LXXII. vitam eius carperent: maximum verò Pontificem mortaliũ omnium iudiciis ac ſententiis exemit. quæ quidem lex de Pontifice maximo inuiolabilis extitit ſexcentos circiter annos, id eſt vſque ad Conſtantianum concilium, cuius decreto cautum eſt Pontificem maximum deinceps ab ordinibus eccleſiæ iudicandum. Hîc non diſputo quàm vtilis, quámque neceſſaria ſit Pontificia iuriſdictio: ſed illud tãtùm, verendum eſſe ne Pontifices quòd ſuę iuriſdictionis ac Imperij fines egredi voluerint, nõ modò iuriſdictionem ſed etiam Cẽſuram penitus amittant: qua ſublata, vix religionibus vllus, aut humanis legibus locus relinquetur. Et vt maiores noſtri Druidas religionum ac iudiciorum arbitros ac iudices eſſe voluerunt: quorũ tanta fuit poteſtas, vt cum rebus iudicatis reguli ac principes acquieſcere nollent, ipſis aqua & igni deuotionibus execrandis interdicerẽt[3], eóque

9 l.2. de Senator.
1 Liuius lib. 39
2 cap. de malo. § 24.
3 lib.

metu perterritos obtemperare cogerent: ita quoque Pontifices Romani Chriſtianos principes ſacris interdictionibus antea ſic terruerunt, vt qui Pontifici maximo non paruiſſet, execrabilis omnium opinione iudicaretur. qua quidem ex re non regulos tantum, ſed etiam potentiſſimos quoſque reges ac Imperatores ſuis imperiis parere, tyrannidem mutare, vitam caſtigare, aut compulerunt, aut ſceptra de manibus, coronas de capitibus decuſſerunt. quarum rerum exemplis tametſi abundant omnes hiſtoriæ Chriſtianorum, vix vlla tamen eſt illuſtrior quàm quæ de Ambroſio Pontifice Mediolanenſi, déque Nicolao Pontifice Romano commemoratur: quorũ alter Theodoſio maiori Imperatori, alter Lothario Italiæ regulo ſacris interdixit: qua ratione vtrunque vterque pœnitere, B
& culpam deprecari quodammodo coegit. Quia tamen plerique Pontifices tanta poteſtate nimis ambitiosè abutebantur, vis & acies illa eccleſiaſtici gladij hebeſcere, ac paulatim ſic retundi viſa eſt, vt nihil interdictione Pontificia & Pontificibus ipſis apud pleroſque principes contemptius eſſe poſſit. Quid eſt enim quamobrem Romanus Pontifex Innocentius Ludouico VII. Francorum regi toto triennio aqua & igni, ſacríſque omnibus interdixit? quia ſcilicet conſobrinam procul à ſanguinis propinquitate remotam, quámque diuinis & humanis legibus ducere fas eſſet[4], coniugio ſibi ſociarat: repudiauit tamen. cur item Philippum Auguſtum eius filium eadẽ execratione dignum putauit, niſi quod eam ipſam quam Pontificis cõceſſu duxerat, affinem iudicaret? idem tamen C
cum ſumma omnium principum indignatione repudiare ab ipſo Pontifice coactus eſt: cum tamen his temporibus eorundem Pontificum quos nuptias inceſtas prohibere oportuiſſet, cenſura eadem fuerit, vt de Ioue ferunt, Penè ſoror & coniunx. Omitto leuiores cauſas quæ ferè ſunt quadraginta, quibus interdictio, ſuſpenſio, excommunicatio decerni conſueuerat[5]. quinetiam eò tandem hominum amentia proruperat, vt collegia, corpora, vniuerſitates, Reſpublicas, regna, Imperia vna & eadem execratione ſine ordinis, ſexus, ætatis, innocentiæ, infantiæ, furoris vlla ratione complecterentur: quibus morbis tandem aliquãdo, tametſi ſerius quàm decuit, Romani[6] Pontifices medicinam quæſierunt, ne id poſtea liceret. Deterius etiam quòd ad ciuiles cauſas & ad iudicia pri- D
uata ſacris interdictionibus antea plerique apud nos abuti non dubitarent, niſi lege Aurelia rogante populo Frãcorum princeps id prohibuiſſet: néve aliter quàm in rebus grauiſſimis aut publicis criminibus interdictionis Pontificię reſcripto quiſquam vteretur. Certè quidem Pontifices religionum ſeſe iudices ac Cenſores morum tulerunt: quoniam leges ac magiſtratus ea ſolum quæ foras erumpunt ad ciuium perturbationem, nec tamen omnia, ſed quantum manu poſſunt, tantum vindicare ſolent. Cum igitur morum ac religionum eadem ſit aut coniunctiſſima cauſa, optarem ego quidem vtrunque Pontificibus tribui, ſi Pontifices eos haberemus qui eſſe debuiſſent, id eſt, qui ſumma integritate, fide, pietate, religione, ſapientia, rerúmque gerendarum prudentia cæteris omnibus præſtarent, vt ſacratiſſimus ordo maximis honoribus cumularetur:

4 Leui.18.& l.celebrandis de inceſtis.C.

5 cap. quærenti. de verb. ſignific.

6 cap. Romana.§. vniuerſitatem de ſentẽt. lib.6. cap. venerabilibus. de ſentent. excom. lib.6.

retur:id enim potiſſimùm diuina lex ſpectauit: quæ quibus religionum curam dedit, eoſdem quamhoneſtiſſimos eſſe, ſummáq; omniũ obſeruatione coli iuſſit: eos verò qui ſummi ſacerdotis iuſſa reſpuerent, lapidibus obrui [7] mandauit, vt Dei præpotentis adminiſtros revereri & obſeruare condiſcamus. Nam qui ordinem ſacrum omnibus opibus, honoribus, dignitate ſpoliant, iidem certè omnem diuini numinis metum & cultum, omnéſque religiones peſſum ire patiuntur. Quæ potiſſima cauſa extitit quamobrem Lozanorum miniſter vrbem deſeruit, propterea quod Heluetij libertate quadam inſita genti ac popularibus Imperiis, Geneuatum inſtituta paulò ſeueriora, Cenſurámque eorum quos Antiquos appellant, ferre non poſſent. alterutrum tamen neceſſe eſt, aut Cenſores in Republica bene conſtituta creari, aut Pōtificibus Cēſuram morum relinqui. Geneuates enim decemuiris & collegio ſacro morum præfecturam ſine cenſu, ſine imperio, ſine iuriſdictione mandauerunt: Cenſorum tamen coertio illa grauis eſt admodum & efficax. nam qui collegij decreto non paruerit, huic omnino interdicitur ſacris: interdictiones aſpernantem perſequitur apud iudices religionum procurator. Hæc quidem à Pontificibus Romanis qui ſacris interdicere poterant, ſine imperio tamen ac ſine executione: ſed quem è cœtu Chriſtianorum eiecerant, Quæſtor impietatis reum peragebat: id tamen adeò negligenter ac molliter, vt quidam totos quindecim annos execratus vixerit: & cum ab impietatis Quæſtore citatus eſſet, appellauit Curiam Pariſiorũ, quæ hominem prouocatione victum in carcerē coniecit [8], & Quæſtori mandauit vt quæſtionem impietatis haberet. nondum lex Aurelia [9] comitialis lata fuerat, qua interdictiones ſacrorum ex ciuili cauſa prohibētur. Ac mihi quidem nulla ratione Carolus Molinæus Lugduni queri viſus eſt, quod nouæ religionis miniſtri ac Pontifices mores eo quo dixi modo caſtigarent: id enim totum magiſtratibus relinqui putabat oportere. ego verò ſublata ſacrorum interdictione, & impietatis quæſtione, religionem ac morum curam deſertum iri non dubito: prudentius tamen, opinor, facturi mihi videntur, qui & eam quam dixi morum ac cenſus curam Cenſoribus ita mandauerint, nihil vt de religionibus aut quęſtionibus impietatis detractum videatur. ſi tamen vtrunque obtineri nō poteſt, alterum certè neceſſe eſt: aut Rempublicam vnà cum religionibus ac virtutibus omnibus interire. Quæ verò ciuitates Cenſuram habuerint, non modo teterrima robuſtioris improbitatis ſcelera à ſtirpe reuellunt, ſed leuiſſima quæque crimina radicitus amputant: vt neceſſe ſit ciues huiuſmodi pietate, fide, religione, integritate, ac virtutibus omnibus florere: ſublata verò Cenſura pro virtutibus omnia ſceleratis ac flagitioſis redundare: vt quidem in ipſo Imperij Romani occaſu contigiſſe videmus: quibus temporibus pro Cenſore creari cœpit Tribunus voluptatum, vt eſt apud Caſſiodorum. Et quoniam Cenſores ortus ſui principio ærarij publici ac vectigalium curandorum cauſa creati ſunt, conſequens eſt vt de ærario quoque ciuitatis, quibúſque rebus publicæ neceſſitati occurri poſſit, diſſeramus.

7 Deut.cap.17.

*Sacri ordinis contēptus Dei cōtemptum affert.*

8 anno 1538.

9 anno 1565. arreſto cōfirmata. 3.Iullij.

hhh

*De ærario.* CAPVT. II.

*Nerui Reipublicæ pecunia.*

AERARII ciuitatis conficiendi & conſeruandi quàm neceſſaria ſit diſciplina, ex eo percipi ac intelligi poteſt, quod vetere prouerbio dicitur, Reipublicæ neruos in pecuniis conſiſtere. Vt igitur hoc quicquid eſt quod de ciuitatis ærario diſputamus, ordine percipiatur, principio omnem honeſtam ærarij conficiendi rationem explicabimus: deinde vt publicæ opes vtilitati ac dignitati inſeruiant: poſtremò vt caueatur ne publicis largitionibus exhauſto ærario, repentina calamitate Reſpublica deſeratur. Hæc igitur tria diſputationis capita ordine quæque ſuo perſequamur. Ærarij conficiendi magiſtros habemus vbique quamplurimos, qui ciuium opes exhaurire, ac principes ad inuſitata vectigalium genera vrgere conſueuerunt: eorum verò qui tam artificioſè iſta conſectantur, qui dignitatis & honeſtatis in eo genere rationẽ haberet, vidi neminẽ. His igitur prætermiſſis, conquiramus eos qui cùm prudenter ærarij publici ſummã curã habẽt, tũ verò illud efficiunt, vt honeſtis rationibus publicæ opes augeantur: ne ciuitas inops à pecunia deſeratur, aut turpiſſimis rationibus priuatorũ opes ac ſanguinem exugere principes cogantur: vt Lacedæmoniis olim contigiſſe legimus: qui cum ex agrorum ſuorum finibus excedere, ac Imperium longiùs proferre cõcupiuiſſent, Lycurgi[1] diſciplinarum ac præceptorum obliti ſunt, qui propterea ſuis ciuibus auri & argenti vſum omnino ademerat, ac numiſmata ferrea ſignari iuſſerat, ne & peregrinos Imperij Lacedæmoniorum, Lacedæmonios Imperij peregrinorum vlla cupiditas inuaderet: ita futurum exiſtimabat vt ſui ciues non modò ab iniuriis, ſed etiam à vitiis peregrinorum liberi eſſent. At cùm primùm in alienas poſſeſſiones ac Imperia oculos iniecerunt, qui tamẽ cùm nec vllam alendis exercitibus pecuniam, nullum ærarium haberent, mox ad reges Perſarum, vt Lyſander & Callicratidas: mox etiam ad reges Ægyptiorum, vt Ageſilaus & Cleomenes, proficiſci, ac pecuniam mutuam accipere cogebãtur[2]. Antea quidem Lacedæmonij deuicta Græcia, cum magnam ſpoliorum ac pecuniarum vim vndique coaceruaſſent, decreuerunt vt omnis ea pecunia in ærarium publicum cogeretur: quæ non niſi publicis ac neceſſariis Reipublicæ negotiis inſeruiret: vſus tamen priuatis interdictus. ſed ærario breuî exhauſto, quod perpetuis quibuſdam fontibus ſuppleri decuerat, reges exteros rogationibus fatigare non deſtiterunt, quoad rege Cleomene deſerta Reſpublica cecidiſſet? Omnibus igitur modis operam dare & conniti oportet, vt ærarij opes certiſſimis fundamentis, quæque labefactari non facilè poſſint, innitantur.

*Septem genera ærarij conficiendi.*

Sunt autem omnino ſeptem genera conficiendæ publicæ pecuniæ, quibus cætera continentur. Primum ex agris publicis: ſecundũ ex hoſtium ſpoliis: tertium ex amicorum largitionibus: quartum ex ſociorum vectigalibus ac tributis: quintum ex mercatura: ſextum ex earum rerum vectigalibus quæ aut euehuntur, aut inuehuntur: ſeptimum ex ſubditorum tributis. Primo genere nullum certius aut honeſtius eſſe videtur.

Itaque

1 Polybius. lib. 6. de militari ac domeſtica Rom.

2 Plutar. in Lyſandro, Ageſilao, & Cleomene.

Itaque principes ac populi, qui nouas ciuitates fundare ac ſtabilire, coloniáſve deducere olim propoſuerant, præter agros priuatorum & loca ciuitatibus, templis, theatriſque conſtituendis idonea, poſſeſſiones quaſdam tuendæ & conſeruandæ Reipublicæ cauſa præter paſcua [3] publica omnium ciuium æquè communia, aſſignabant, quæ priuatis locari conſueuerant, vt ex eorum fructibus pecuniæ in ærarium publicum cogerentur. Ita Romulus agrum Romanũ in tres æquas partes diuiſit [4]: quarum vnam ſacris faciendis, ſecundam Reipublicæ oneribus ſubeundis, tertiam ciuibus aſſignauit. & cum tria millia ciuium cenſa fuiſſent [5], ſingulis duo iugera data ſunt. ex quo intelligi poteſt octodecim millia iugerum agri Romani fuiſſe. Plutarchus [6] tamen numerum ciuium duplo maiorem extitiſſe ſcribit, ac duo cuique iugera tributa: qua ratione non octodecim millia ſed numerum duplo maiorem fuiſſe innuit: nec Romulum agrum Romanum vllis finibus terminare voluiſſe, ne quantum finitimis eripuiſſet, intelligeretur: Numam verò Pompiliũ tertiam agri Romani partem quæ publica erat, ciuibus egentibus diſtribuiſſe. verior tamen eſt ſuperior ſententia: cùm duorum iugerum in ciues ſingulos diuiſio diutiſſime permanſerit: ſic enim Plinius, Aranti ſua duo iugera Cincinato viator inquit, Vela corpus, & audi mandata Senatus. Quinetiam Pompeius Feſtus centuriatum agrum dici ſcribit, quia in ducena iugera diuiſus eſſet, cum Romulus centenis ciuibus ducena iugera, & M. Varro Antiquus noſter, inquit, Ante bellum Punicum pendebat bina iugera quod à Romulo primum diuiſa dicebantur viritim, quæ quod hæredem ſequerentur, hæredium appellarunt. Poſtea prolatis finibus lege Licinia ſeptem iugera cuique ciui aſſignata legimus, Poſt exactos reges, inquit Columella, Liciniana illa ſeptem iugera quæ plebis Tribunus viritim diuiſerat, maiores quæſtus antiquis retulere, quàm nunc nobis præbent ampliſſima veruacta. Nota concio eſt M. Curij. perníciosum ciuẽ intelligi cui ſeptem iugera non eſſent ſatis. Nec Romani tantum, ſed etiam Ægyptij multis antè ſeculis agros ciuitatum [7] ſic diuiſerant, vt prima quidem pars ſacris & ſacerdotibus cederet, ſecunda Reipublicæ, tertia Calaſyris, qui pro tuendis ciuibus arma caperent: cæteri ciues aut coloni erant aut ſerui. Quamobrẽ Ezechiel [8] vates in conformando ſuæ ciuitatis ſtatu ab ea Romuli ratione non procul diſceſſit: cum vellet ſacris faciendis agros aſſignari: & paſcuales agros communes armentis & gregibus alendis: præter regalia prædia, quibus principes ſe familiámque ſuam commodius ſuſtentarent, ne, inquit, populum meum vectigalibus ac tributis deinceps exhauriant. Quanquam in ipſius Iſraelitarum regni ortu regalia quædam prædia fuiſſe ex eo planum fit, quod Zicelegum oppidum vnà cum agro Dauidi dono datum ab Achio rege, in perpetuo regum nexu ac mancipio permanſerit [9] Regalium autem prædiorum quædam publica ſunt, quædam priuata: hæc quidem principum arbitrio abalienari poſſe omnes confitentur: illa nunquam [1]: vt ſit in ciuitatibus firmamentum aliquod ac veluti fundamentum, quo publica res innitatur. Quamobrem huius regni principes cum prædia publica

B C D (section letters in left margin at "gerum agri Romani", "ro Antiquus", "loni erant")

Marginal notes:
3 l. quæſt. de verb. ſignif.
*Diuiſio agri Romani.*
4 Dionyſ. lib. 2.
5 Dionyſ. Halycar. eod.
6 In Romulo.
7 Diodorus lib. 1.
8 cap. 45.
9 Sam. lib. 2. cap. 27.
1 Bart. in l. prohibere §. plane. quod vi. Angel. Peruſin. in l. ex preſtatione de vectigal. C. Bald. in procœmio feud.

priuatorũ fraudibus poſſeſſa reuocant, illud obteſtantur, ſe iuratos ineunte Imperio publica prædia nunquam diſtrahi paſſuros: aut ſi iure diſtracta fuerint, Reipublicę ab interitu vindicandæ cauſa, perpetuã tamen redimendi auctoritatem fore: ac ne centeſimo quidem annorum curriculo, quo cætera [2] omnia iure vſucapiuntur, præſcribi poſſe. Atque hæc quidem rebus ſæpe [3] iudicatis confirmata fuere: nec ſolum aduerſus priuatos, ſed etiam aduerſus regum propinquos [4]: nec tantum noſtris verumetiam Hiſpanorum [5], Polonorum [6], Anglorum [7], Hungarorum [8] legibus ac inſtitutis. Etenim Andræas rex Hungariæ ab Honorio III. Pontifice max. vocatus eſt in ius, propterea quod prædiorum publicorum partem diſtraxiſſet anno M. CCXXI. Nec reges tantùm, ſed etiam ij B. qui populares & optimatum ſtatus habent, à præſcriptione ſeculari publica prædia vindicare ſolent: Veneti [9], inquam, Heluetij, cæteríque populi. cum enim Henricus II. rex Francorum à Lucernatibus per Legatos peteret vt pro ſe fideiuberent, Hugo Prætor maximus Legato reſpondit, Senatum populúmque Lucernatem, ipſóſque magiſtratus iuratos eſſe, publicas poſſeſſiones ſe nec diſtracturos, nec pignori obligaturos. Quid Athenienſes? quid Romani? certè quidem vtriuſque ciuitatis principes, Themiſtocles, inquam & Cato maior, fundos Reipublicæ ſecularibus curriculis poſſeſſos à proſcriptione priuatorum vindicauerunt, cum dicerent nec mortales contra Deum immortalem, nec priuatos contra Rempublicam præſcribere [1] poſſe. Nec ita pri- C dem cum Nogareti poſteris Curia adiudicaſſet vindicias prædiorum publicorũ quę Nogaretus Fœlix à Philippo Bello prẹmiorũ ac virtutis nomine dono acceperat, procurator fiſci propoſita ciuili rogatione ἀνάκρισιν fieri poſtulauit: quo iudicio Curia rem ad cõſilium detulit, tametſi prædia ducẽtos & ſexaginta amplius annos bona fide poſſeſſa fuiſſent. Quinetiam eo fœdere quod Pontifex maximus vnà cum cæteris Italiæ principibus ac populis pro Franciſci regis Francorum dignitate tuenda inierunt [2] aduerſus Carolum V. Imperatorem, Henricus rex Anglorum vno capite caueri voluit, ne quid de prædiis publicis Francorum, ſi pacem cũ Carolo ſanciri oporteret, diſtraheretur. ob id enim Madricenſe fœdus ruptum erat, quòd contra ius omnium gentium commune, contráque D leges huius Imperij [3] Carolus Burgundiæ ac Belgiæ dominatu regem ſine Senatus ac populi Gallici conſenſu cedere coegiſſet. Nec alij alio iure vtuntur. Alexander [4] enim Poloniæ rex eandem legem ſanctiùs renouari iuſſit, ne ſcilicet prædia publica ſine Senatus populíque conſenſione diſtraherentur: quemadmodum iure communi [5] cautum videmus: neque id ſatis eſſe maiores noſtri putauerunt, niſi publicorum prædiorum venditio fieret, cum in fines Imperij hoſtes inuaſiſſent, & eadem in ſubhaſtatione quæ in bonis pupillaribus cautio adhiberetur: cùm ſit eodem [6] Reſpublica iure quo pupilli: ac ſi quid negligentius fuerit in eo genere prætermiſſum, omnia ſunt eodem momento caſura [7]: ipſíque Reipublicæ vindicatio ſine pretij reſtitutione cõpetitura. Nec verò principibus eorum quæ publica ſunt, quicquã ſibi arrogare fas eſt, non magis quàm

2 l. hoc iure. §. ductus aquæ. de aqua quot.
3 anno 1440. & 1505. & 1538. in Curia Pariſ.
4 Contra regem Siciliæ pro comitatu Pictonii anno 1283. & pro comitatu Droſenſi. anno 1551. 26. Iunij.
5 Codice Hiſpa. parte. 5. tit. 5. & lege comitiali, anno 1560.
6 In ordinat. Polo.
7 In charta magna Anglorum.
8 Bonfinius in hiſtoria Hungar.
9 In ſtatutis Venet. lib. 2.

1 Plutar. in Themiſtoc. & Catone Cenſo.

2 anno 1527.

3 Edictũ de domanio factum à Carolo IX. 1566.

4 anno 1503.

5 l. vlt. de iure ciuitatũ. C. lib. XI.

6 l. Rempublicã. de iure Reipub. C.
7 l. ſi ſecundũ. de iure Reipub. C.

quàm marito dotem vxoris: ac minus quàm marito iuris eſt in dotem:
quoniam maritus dotis fructibus abuti ſuo iure[8] poteſt: principi verò [8] l. in reb. de iure dot. C.
publicæ dotis fructibus vti quidem licet, abuti non licet. vt ſociæ ciuitates Athenienſium querebantur publicas pecunias in ærarium Apollinis deponendas eſſe, non ab Athenienſibus abſumendas. Dominium autem Rerumpublicarum principis nō eſſe reges noſtri agnoſcunt & confitentur. nam Carolus VII. rex prædiorum publicorum oppignerationem fieri noluit, niſi Senatus id procuratore fiſci rogante decreuiſſet, vt in actis Curiæ Pariſiorum videmus. & cum Ludouicus VIII. rex multa pupillis ac tenuibus viduis teſtamento legaſſet, ſupellectilem omnem ſub
B haſta vendi iuſſit, vnde legata ſoluerentur, ne quid quod publicum eſſet, à Republica abalienaretur. Quamobrem Pertinax Imperator Romanorum ſuum nomen prædiis publicis inſcriptum eradi iuſſit, cum ad ſe pertinere negaret. at etiam Antonius Pius nihil de fructibus prædiorum publicorum ac vectigalium in priuatos vſus conuertit: quem Ludouicus XII. rex patriæ parens appellatus imitari viſus eſt, cum poſſeſſiones auorum ac priuatos agros, Blæſas, inquam, Cuſſiacum, Montfortiū à publicis rationibus ſemper diuiſiſſet: tametſi publica priuatis magno errore nonnulli confuderunt. In popularibus quidem & optimatum Imperiis nihil quod ad ciuitatem pertineat, priuatum dici poteſt: in monarchia verò, & agri dominici à publicis, & fiſcus ab ærario publico differt[9]. *Singulare in monarchia.* [9] Aſconius Pædianus, & l. 2. §. hoc interdictu. ne quid in loco publico l. cū ſeruus. §. conſtat. de legat. 1.
C poſteri tamen Imperatores Græcorum vtraque confuderunt[1]. Nec defuerunt qui principes ad prædiorum publicorum venditionem impellerent, quaſi quæſtum vberiorem facturi: quæ ſententia tyrannidem ac Reipublicæ perniciem molitur. Etenim Reipublicæ opes omnes ac prędia in iis poſita ſunt quæ olim duces, marchiones, comites, barones, poſſidebant, quæ vel ſucceſſorio, vel dotali iure, vel publicatione bonorum fiſco quæſita ſunt: aut iura prædiatoria feudorum ac iuriſdictionū quæſtuoſiſſima: quæ in venditionibus perpetuam abalienationem non continentibus viliſſimo pretio addici conſueuerunt: id eſt æſtimatione facta decem[2] annorum annui reditus: cùm tamen in priuatis ac perpetuis venditionibus ſæpiſſime triginta, ſæpe quadraginta, interdū etiam quin- [1] In l. bene à Zenone. de quadriénij præſcrip. C. [2] Edicto Franciſci. 1. anno 1544.
D quaginta annorum ratio habeatur. ita fit vt qui publica prædia ſibi coemerunt, eodem anno maiores ex ipſa iuriſdictione fructus percipiant, quàm ſit pretium fiſco ſolutum. Quanquam illa quæ ſuperioribus annis fiebat decem annorum annui reditus æſtimatio, ex publicis tabulis ac rationibus Quæſtorum expreſſa erat, quæ vix dimidiam æſtimationis partem continerent. Ex locatione verò publicorū prædiorum, fructus ad Rempublicā peruenturi ſunt multo vberiores ac maiores: nec mācipes ipſi ac publicani à vectigalibus & tributis immunes futuri, vti ſunt emptores prædiorum qui nobilitatis ſpecie immunitate fruuntur. Hoc verò iniquius, quod quas pecunias ex venditionibus imperiti principes cogunt, non fœnerantur vtilitatis publicæ cauſa: ſed fœdiſſimis ac turpiſſimis hominibus ferè largiuntur. Ad extremum prædiis Reipublicæ abalienatis, & exhauſto ærario, paſcua quoque ciuitatum ac ruſticorum,

quibus tenues ſuſtentantur, ſub haſta pernicioſiſſimo exemplo veneunt.

*Inculta prædia ciuitatis diſtrahi debent.*

Poſſeſſiones quidem ampliſſimas agrorum incultorum, quas conducere nemo velit, & ex quibus nihil vtilitatis Reſpublica decerpit, vendere cōmodius eſt, vt & pecunia in ærarium cogatur, & ex agrorum cultura ciues ipſi cum Reipublicæ commodo diteſcant. ſed ſi conductorem reperiant, vendere non licet. tametſi Ariſtoteles Byzātinorum factum laudat, quod prædia publica vectigalibus impoſitis vendidiſſent, vt ærarium augerent: ſed ea laus inanis eſt: cùm ſatis vnicuique compertum ſit, eos à quibus pretij pars extorquetur, maximam partem reditus deminuere. itaque ne id fieret apud nos edicto Caroli [6] IX. prohibetur. Ac tametſi aliquanto pòſt deſerta & inculta Reipublicæ prædia publicè rex addici B mandauit (quod eorum qui publica diripiunt ſuaſu factum eſt:) nihilominus Curia Pariſiorum in edicti promulgatione vetuit ab iis qui vectigales eiuſmodi agros emerent ea lege vt reditus annuos in ærarium publicum inferrent, redimi vectigal: néve vllam pretij partem ſoluerent: ne ſcilicet vectigal vlla ex parte minueretur. Cum tamen vrgèrent earum rerum curatores, vt pretium ab emptoribus accipere liceret: ídque rex iterum atq. iterū iuſſiſſet [7], Curia Pariſiorū coactis omnibus decuriis amplius tertia parte pretij ab emptoribus ſolui prohibuit: ídque pretium à Quæſtoribus cogi voluit, vt ex iis pecuniis diſtracta Reipublicæ prædia redimerentur: indicta quadrupli pœna tam in Quæſtores ipſos, quàm in eos quibus ea pecunia principis conceſſu quacunque ex cauſa ſolueretur. C Et quidem Frāciſcus II. rex ineunte Imperio [8] magiſtratibus ac procuratoribus ſuis mandauit, vt publica prædia à poſſeſſoribus priuatis vindicarentur: quo edicto grauiter queſtus eſt publicas opes ſic afflictas eſſe, vt quæ prædia publica iuráque prædiatoria reſtarent, vix oneribus prędiorum ſubeundis ſufficerent: ſed his temporibus querendi cauſam habent poſteri multò quàm ille grauiorē: cum nihil amplius quod diſtrahi poſſit, reſtare videatur. Iam anno M.D.LXXII. Quæſtores dominij nihil ferè in rationes accepti contulerunt: cum tamen ſub occaſum Franciſci II. eo capite quo ſumma totius pecuniæ quæ ex dominio publico coacta eſt, triginta ſex aureorum noſtrorum millia contineret: ſumma verò eorum quæ ex dominio publico priuatis vendita fuerunt, cēties maior [9] eſt: prę- D ter immenſam pecuniam quæ ex Aquitanis coacta eſt, vt ab rege Henrico II. redimerent ſalarium vectigal [1]. quarum rerum pretia quadruplo maiora fuiſſent, ſi iuſtè vænirent. Ac ſi quidem ea quæ priuati minimo pretio poſſident, publicè locarentur, cum antiquis vectigalibus principis Reipublicæ oneribus ſubeundis abundè ſufficerent.

*Anglorum annua vectigalia.*

Certè quidem Anglorum regina incredibili magnificentia regnum tuetur, & immenſas opes in ærarium cogit, ex ſeſtertiorum millibus XCVI. quæ ab agrorum publicorum & antiquorum vectigalium reditu quotannis in ærariū inferuntur: ac tantum abeſt vt indictionibus ſubditos vrgeat, vt etiam temeraria tributa, quæ tertio quoque anno exigi conſueuerant, ſuſtulerit: nam cum illuc legationis cauſa profecti fuiſſemus, populi conuentus ſumma cum voluptate ſpectauimus, tributi nomine quingenties ſeſter-

tium

6 L'an 1566. artic. 12. & 17.

7 anno 1566. 12. Iullij.

8 anno 1559.

9 trecenta ſexaginta millia ſeſtertia maiora excedit: id eſt noſtro more quatuordecim milliones nongenta ſexaginta millia octoginta ſeptē libellæ turonenſes.

1 Ea ſumma ferè conficit quater centies ſeſtertiū ſiue quingenta quinquaginta millia aureorum

tium pro ſumptibus Reipublicæ neceſſariis oblatum à populo fuiſſe: reginam tamen dimidiam pecuniæ ſummam recuſaſſe, ac populo gratias egiſſe. Illud autem quod ad prædia publica pertinet, animaduerſione dignum eſt, quod in iis conſeruandis, diligentia in monarchia quàm in optimatum aut ſtatu populari maior adhibetur. In his enim publica quiſque ſua ducit. quo fit vt magiſtratus in ſuam aut priuatorum gratiam populo conſentiente, aut certe non diſſentiente, optimatibus etiam ſæpe diſſimulãtibus, prędiorum ſempiternas locationes exigui vectigalis ſpecie faciant: tandem etiam vectigalium immunitatem adipiſcuntur. à populo verò facilè omnia extorquentur: ſi quis modo popularis fuerit, &
B aliquid frumenti pecuniæve plebi, aut agros de publico largiatur: vt quidem Cæſar in Conſulatu fecit, qui agrũ Campanum plebi diuiſit: ac publicanos tertia parte auctionum publicarum ſubleuauit: quod ſine magna mercede non fecit. Decimo pòſt anno Q. Metellus Italiæ portus omnes lege lata vectigalibus liberauit, vt ea ratione popularem gratiam publico detrimento collectam aucuparetur[1]. Ita quoque Pericles Athenienſibus publicas pecunias viritim diuiſit. At in monarchia in qua principi ſubditos onerare tributis niſi populi conſenſu, aut vrgente neceſſitate non licet, publica prædia difficiliùs à priuatis occupantur. cętera quę de agris dominicis, déque publico dominio dici poſſunt, quòd accurate ſunt ab aliis diſputata, & edicto Caroli IX. regis Frãcorum comprehen-
C ſa, prætermitto. Secundum genus conficiendæ pecuniæ, & ærarij augendi ab hoſtium ſpoliis & pecuniis ducitur: vt quæ bellis exhauſta ſunt, ſarciantur. Tametſi enim Romanis hoſtium vrbes vi captas diripere fas erat: publicæ tamen pecuniæ in Romanum ærarium inferebãtur. at cum vrbes dederẽtur, aut pactione ſponſionéve facta pecunia promitteretur, nihil miles præter ſtipendium ferebat: niſi tanta pecuniæ vis eſſet vt ſtipendium ob egregiam militum virtutem duplicandum videretur: cætera ærario publico cedebant. Sic enim Liuius[2], Omne æs, inquit, argentúmque in ærarium conditum. æris grauis CCCXC. millia pondo in ærarium intulit Carnilius Conſul, idem Fuluius argenti pondo CXLII. millia pondo, auri CXXVII. ex Hiſpania in ærarium intulit. Furius[3] vero Ca-
D millus Gallis trans Alpes deuictis CLXX. millia argẽti põdo, æris CCCXX. millia retulit. item, Flaminius[4] ex Græcia argenti infecti pondo decem & octo millia: CCLXX. facti vaſa multa: ſignati LXXXIIII. millia tetradrachmorum Atticorum trium ferè denariorum pondus in ſingulis: auri pondo tria millia DCCXIIII. & clypeum vnum ex auro totum: Philippi nummi CXLV. millia: & centum XIIII. aureæ coronæ dona ciuitatum. item[5]: Macedonia deuicta ſeſtertium millies & ducenties in ærarium à Paulo Æmylio illatum: à Cæſare verò ſubacta Gallia quater millies ſeſtertium, vt ex Appiano colligimus. Tarẽto capta Fabius Max. LXXXIII. millia auri pondo præter argentum Romam in ærarium inuexit[6]. Ac tametſi Imperatores magnam vim pecuniarum ſibi reſeruarẽt, aut exercitui largirentur: id tamen ab antiquis parciùs fiebat, ne aut repetundarum poſtularentur, aut triumpho carerent. etenim Scipio Aſiaticus

*Spolia de hoſtibus relata ærarium augent.*

2 lib. 9.

3 Liuius lib. 31.

4 lib. 34.

5 lib. 45.

6 Liuius lib. 27.

7 Liuius lib.36. 38.39.

Affricani maioris frater [7] repetundarum damatus eſt, tametſi Antiocho
victo aureas coronas CCXXXIII. argenti pondo CXLVII.millia:aureorũ
Philippeorum CXL.millia: auri põdo M.XXIIII. Ipſe quoque Affricanus
eodem iudicio damnatus grauiter in Senatu queſtus eſt, Bis millies, in-
quit,in ærarium intuli,& quadragies à me repoſcitur: quo dicto librum
rationum in Senatu concerpſit:& vterque in exilium profectus eſt,cum
maximam priuatarum opum iacturam feciſſent. Ac tametſi L. Lucullus

8 Plutarc. in Lucullo.

Romanorum Imperatorum primus [8], hoſtium ſpoliis ac direptionibus
ciuitatum priuatas opes auxiſſe dicitur: plura tamen in ærarium quàm
ſuperiores,excepto Cæſare,inuexit. Ex quibus intelligi poteſt quãta fuit
Romanis veteribus ærarij publici cura:quãtę opes publicæ.His vero tẽ- B
poribus nihil vnquam ex hoſtium ſpoliis ac pecuniis in ærarium publi-
cum cogitur:quinetiam ſæpe vrbium direptio principum conceſſu antè
permittitur, quàm expugnatæ, quàm obſeſſæ fuerint. Nec tamen Ro-

9 Plut. in Romulo.

mani contenti ſpoliis, populos victos ſeptima parte [9] agri ferè mulcta-
bant. Durius Odoacer Herulorum regulus, qui ſubacta Italia victos de

1 Paulus Diaconus & Rhegino.

agri tertia parte decedere coëgit. nec multo pòſt [1] Hortarius rex Lon-
gobardorum dimidiam fructuum partem victis in ſingulos annos im-

2 Liuius lib.26.

perauit: vt Romani Boiïs [2] olim à Scipione Naſica deuictis: præter au-
reos torques mille CCCCLXX.auri põdo CCXLV.argẽti bis mille CCCXL.
quę de hoſtibus relata ſunt. At Gulielmus Auguſtus,Anglia ſubacta,non
modò publicas, ſed etiam priuatorum opes ac fortunas, ipſáque prædia C
ſua eſſe ac iure belli quæſita declarauit.Romani tamen in eo genere ciui-
tatum moderandarum diſciplina populos omnes ac principes ſuperarũt:
nam victis populis & agri parte mulctatis, colonias egẽtium ac tenuium
ciuium mittere conſueuerant, & eam agri partem illis aſſignare. ex quo
incredibilis tum vtilitas,tum gloria Imperio nominíque Romano acce-
debat. plebs enim tenuiorum quę Vrbem onerabat, exhauriebatur:ſtir-
pes ciuiũ propagabantur:veteranis agri aſſignabantur. Iam vero materia
ſeditionum ex Vrbe ſublata coloniarũ trãſlatione etiã victi populi Ro-
manorũ moribus,legibus, imperiis aſſueſcere:deinde connubiis ac pro-
pinquitatibus contractis cum Romanis ſenſim coaleſcere neceſſe habe-
bant: aut ſi res nouas molirentur,aderat colonia Romana veluti ſpecula D
quædam quæ hoſtes præoccupare ac præpedire, aut Romanos exercitus
arceſſere ſolebat. C. Gracchus,inquit Liuius, continuato in alterum an-
num Tribunatu legibus agrariis latis effecit vt complures colonię in Ita-
lia deducerentur,& vna in ſolo dirutæ Carthaginis. idem,Coloniam La-
tinam in agrum Thurinum deduxerunt: tria millia peditum iere: CCC.
Equites, numerus exiguus pro copia agri. Nam Aſconius colonias am-
plius LIII. in Italia deductas à Romanis fuiſſe ſcribit. extra Italiam Pli-
nius multò plures deductas enumerat. Cæteri ferè principes victis vrbi-
bus præſidia perpetua imponunt:quo nihil intolerabilius eſt:quia tãtum
abeſt vt victi vincentium imperiis aſſueſcere condiſcant, vt non prius à
nouandis rebus conquieſcant quàm aut præſidia interemerint,aut arces
ceperint, aut finitimos principes ac populos ad bellum accerſierint. Si
reges

reges noſtri capta Ludouico XII. rege Inſubria, colonias eò miſiſſent, vt quondam Celtarum reges feciſſe dicuntur, Inſubria à Francorum ditione ac poteſtate non tam facilè defeciſſet. Nec verò Hiſpani præſidiis militaribus nulla colonia deducta perpetuum eius regionis Imperium tuebuntur: ſed ab Imperio ſubditi arrepta occaſione deſciſcant oportet: non aliter quàm Belgæ, quos iampridem coloniis Hiſpanorum ad Imperium retinendum coniungi neceſſe fuiſſet: quoniam nec vlla vis diuturna eſſe poteſt: & peſſimus diuturnitatis cuſtos eſt metus. Muhamedes quidem alter Imperator prolatis Imperij finibus, Chriſtianorum quos in ſeruitutem redegerat, colonias deduxit, ac iugera quindecim cuique attribuit, B duóſque bubalos ac ſemētem, duodecimo pòſt anno dimidiam fructuū partem perpetui vectigalis nomine indixit. mitiùs cum Timariotis egit Amurates II. quoniam agros ac prædia culta, cùm colonis ac cenſitis ea lege vtenda fruenda dedit, vt ingruente bello cum equorum certo numero armati adeſſent: ac fructuarij ſeu Timariotę occaſu fructus in ærarium cogerentur, quoad principis beneficio alius ſuccederet. omnium autem hæreditatum decimam imperauit. Hæc quidem ſummo iure belli victis populis data lex eſt. ex quo fit, vt Turcarum opes maximæ in caducis vectigalibus poſitæ ſint: bellum vero nullis ferè præterquam Prætorianorum ſtipendiis geratur. Carolus V. Imperator debellatis Peruanę regionis gentibus, eadem qua Turcarum rex in agris aſſignandis ratio- C ne vſus eſt: eos enim ducibus ac militibus Hiſpanis ea lege attribuit, vt tantùm vti frui poſſent, ac mortuis fructuariis beneficio principis, quaſi veteres militiæ ex caſu tribuerentur, fructibus ante conceſſionem fiſco vindicandis. vnionum autem & fodinarum quintam partem poſſeſſoribus imperauit. quo fit vt amplius millies ſeſtertium in ærarium quotannis inferatur. Æquum eſt autem vt victis populis & auctis ærarij opibus tributa ſubditorum aut tollantur aut minuantur. Nam Romani debellato Perſeo rege Macedonum, à tributis immunes eſſe cœperunt[3]. Tertium genus cōficiendarū pecuniarum in amicorū ac ſociorū largitionibus ac legatis verſatur: id autem breuiter explicari poteſt: tum quod nihil incertius aut rarius ſit, tum etiam quod quæ principibus principes popu- D liue magnifice largiuntur, vix in rationem accepti veniant: cum nemo qui dignitati Reipublicę conſulat, alterius debitor eſſe velit: niſi tenues à potentibus & locupletibus accipiant. contrà verò, quæ princeps inops à pecunia potentiori donat, aut tributi nomine, aut metu donare videtur: & qui accipit, quaſi de tributo gloriatur. etenim Turcarum rex ſociarum ciuitatum, quibuſcum fœdere coniunctus eſt, dona ex alto ac ſublimi loco omnibus ſpectātibus explicari iubet, quaſi tributa ſubditorum. idem omnium principum Legatos ſuſtētare conſueuit: nec vllos principes, præterquam ineunte Imperio, nec tamē omnes legatione dignatur. At veteres alium largiendi morem habuiſſe videmus quàm noſtros. nos enim potentibus ac rebus proſperis donare ſolemus, illi rebus afflictis ſuccurrebant. Cùm enim Romanos triplici trium exercituum clade Annibal oppreſſiſſet, ac totam penè Italiam ſub Imperium Punicum ſubie-

*Turcarum inſtitutum.*

*Caroli V. Imperatoris inſtitutum.*

3 Plutar. in AEmylio.

ciſſet,rex Ægypti mille pondo auri, viginti millia argenti Romanis dono dedit[4]: qui cum gratiarum actione omnia recuſarunt,nec aliter Ambraciotarum ac fœderatorum populorum dona omnia eodem tempore repudiarunt:prçter auream Hieronis Syracuſarum regis victoriam,quaſi proſperũ princeps amiciſſimus omen allaturus eſſet:cætera quæ in eos immenſa largitione[5] rex effuderat, ſcilicet aureã coronã pondo CCCXX. tritici modiorum CCC.millia,hordei CC. millia,magnifice diuiſerunt,tametſi belli offenſionibus & calamitatibus acceptis ærarium penè exhauſtum eſſet. Erat igitur inter Romanos ac cæteros principes honoris ac dignitatis certamen:nec facilè dici poterat vtrorum magnificentia maior, eorum qui largirentur, an eorum qui recuſarent.certe quidem Romani rebus afflictis populos omnes animi inuicti fortitudine ſuperaſſe videntur.nam cæteri non modo rebus aduerſis oblata non repudiarunt:ſed inuerecundè plerique ac eblanditis precibus ab inuitis efflagitarunt. Cùm enim Rhodiorum coloſſus ingens ſui ponderis grauitate ac terræ motu concidiſſet,naues etiam aliquot (erat enim LXX.cubitorum altitudinis) ſuo caſu cõtriuiſſet, Rhodij Legatos ad reges & principes miſerunt,vt ſibi pecunias ad inſtaurandum coloſſum[6] erogarent. Hiero centum auri talenta dono dedit: rex Ægypti non modo ad coloſſum reficiẽdum auri tria millia talentorum, ſed etiam ad gymnaſium extruendum argenti CCC. talenta, frumenti modiorum amplius decies centena millia,materiam præterea infinitam ad naues parandas, centum architectos, opifices CCC. & ad victum annuum auri talenta XIIII. ad ſacrificia verò modiorum tria millia largitus eſt. Non puduit Rhodios inopes à pecuniis ex vnius veteris ſtatuæ ruina occaſionem arripere, qua exteri principes ſuis opibus ærarium ac Rempublicam cumulate exornarent. Id erat Ægypti regibus penè vſitatum, vt de largitionibus aduerſus exteros gloriarẽtur, iam inde à Ptolemæo Philadelpho, qui ſacros libros de Hebraicis Græcos fieri iuſſit: is enim vt centum amplius millia ſeruorum Iudaicæ gentis ab emptoribus in libertatem vindicaret, auri talenta[7] CCCLX. ad victimas autem & ſacra facienda centum talenta,phialas aureas XX. argenteas XXX. crateras quinque, & menſam auream Iudæis magnificè largitus eſt:prçter ea dona quibus diuinarum legum interpretes LXXII. abunde cumulauit. Sed vt ciuitatibus inopia laborantibus probro dari nõ debet ſi à potentiſſimis principibus quid accipiant: ita Romam orbis terrarum clariſſimam ciuitatem oblatas à principibus pecunias accipere indecorum, petere turpe fuiſſet. ſed regum ac principum quos ſacros habuiſſent, & quorũ ope ac præſidio beate vixiſſent, ſceptra, Imperia, prouincias,opes,cum orbi morerentur,teſtamento ſibi relicta non indecore acceperunt. Nam Ptolemæus Cyrenenſium, Attalus Aſiæ, Eumenes Pergami, Nicomedes Bithyniæ, Coctius Alpium, Polemo Ponti reges populum Romanum hæredem fecerunt[8], ampliſſimáque regna nulla vi quæſita legarunt. Aurum vero coronarium & veteres Romani moderate, nec niſi parta de hoſtibus victoria gratificandi animo accipiebant: poſteri quaſi ordinarium[9] tributum exegerunt, tametſi oblationes appel-

4 Liuius lib. 37.

*Romanorum in aduerſis fortitudo.*

5 Liuius lib. 36.

6 Polyb. lib. 5.

7 Id eſt 176000. coronatorum.

8 Flor. epit.

9 l. 4. de auro coronario C.

appellarent. Flaminius victo Philippo rege, ac liberata metu ſeruitutis Græcia CXIIII. coronas aureas dona ciuitatum Romam miſit. Philippus autem pacis conditionibus, quas decem Legati Romanorum dixerant, acceptis, coronam centum auri pondo Capitolio impoſuit. Rhodij ne quid acerbius in eos decerneretur à Senatu, coronam auream pondo CC. Romam miſerũt. Poſtea aurum coronariũ[1] à decurionibus ciuitatum, & ab Iudæorum collegiis quaſi tributum ordinariũ exigi cœpit. Ita ſæpe fit vt quæ initio principibus dono data ſunt, vt honeſtius beatiúſque familiam tuerentur, neceſſaria temporũ decurſu euaſerint: vt ea dona quæ ſuperiori ætate regibus Frãcorum oblata ſunt à populo, quæque ab Hiſ-
B panis Seruitia vocantur, hic & illic quaſi tributa neceſſaria nunc extorquentur. Et quidem reges Perſarum nihil à ſubditis exigere, nihil excutere conſueuerant, ſed ea tantum capere quæ ſponte donarentur[2]. Darius vero Hiſtaſpis qui hinnitu equi regnum adeptus eſt, primus omnium tributa: nec rerum ſpecies, vt Martianus loquitur, ſed nummos Quæſtoribus ad id creatis imperauit: quibus temporibus, cum Imperium ab extremis Indorum finibus ad Helleſpontum CXXVII. prouinciis pateret, vectigalia annua quæ tunc imperata fuerunt, ſummam efficiebant quatuordecim millium CCCCCLX. talentorum Euboicorum. Rex Æthiopum (qui Negus appellatur, quíque maiorum noſtrorum memoria pręter quinquaginta prouincias quæ ſui Imperij finibus continentur, etiam
C Indiæ Orientalis ampliſſima regna tãdiu tenuit, quoad legionibus Tartarorũ fractus de India decedere cogeretur) ſpecies pro vectigalibus accipere etiãnum cõſueuit[3]: nihil autẽ imperatur, ſed omnia ſponte oblata: quòd tanti principis maieſtati quicquam à ſubditis petere indecorum videatur. Porro qui principibus teſtamento legare velint, pauci nunc reperiantur, cum tamen Imperatorum fiſcus legatis & hæreditatibus teſtamento relictis redundaret. Etenim Auguſtus populo Romano legauit quadringenties, tribubus tricies quinquies H S, præter ea quæ Prætorianis & legionariis reliquerat: nec plus peruenturũ ad hæredes ſuos quàm millies & quingenties profeſſus: quãuis XX. proximis annis quaterdecies millies ex teſtamentis amicorum percepiſſet: quod penè cum duobus
D paternis patrimoniis cæteríſque hæreditatibus in Rempub. abſumpſiſſet[4]. Ex quo intelligitur immanem pecuniarum ſummam[5] ex teſtamentis cepiſſe, ac decies maiorem capere potuiſſe quàm quaterdecies millies H S, cùm hæreditates ad ſe teſtamento delatas liberis teſtatorum reddi iuberet, nec ab ignotis quicquam acciperet[6], ſed ab iis tantum qui orbi mortui eſſent: quóſque bene cognitos haberet. Cæteri principes quibus dignitas minus chara eſſet, ab omnibus omnia legata capere, tyranni etiã extorquere, & ex imperfectis teſtamentis hæreditates rapere nõ erubuerunt[7]. obiecit enim M. Tullius Antonio quod ab ignotis hominibus hęreditates accepiſſet[8]: tum de ſe ipſe, quadringẽties, inquit, H S acceptum hæreditatibus retuli: nemo tamen me niſi amicus hæredem ſcripſit. Atque hæc quidem de donationibus ac legatis. Sequitur quartum genus augendarum ærarij opum, cum annua pẽſio à ſociis ciuitatibus ex fœdere

1 l. penult. de Iudæis. C. l. 4. de auro coronario. C. Theodoſ.

2 Herodot. in Euterpe.

*Vectigalia regni Perſarum.*

3 Franciſc. Aluareſius in AEthiopica hiſtoria.

4 Trãquil. in Auguſto cap. vlt.

5 Summa noſtro more loquẽdi cõficit 35000000. coronatorum.

6 Tranquil. ibid.

7 Argumẽto ſit lex ex imperfecto de teſtamẽtis C. & de leg 3.

8 Philip. 2.

*Quartũ genus ex penſionibus ſociorum*

percipitur: vt ſi bellum ab hoſtibus inferatur, militem ſociis imperare liceat. Cùm enim pacis fruendæ cauſa pecunia quotannis ciuitati principíve imperatur, non penſio, ſed tributum aut ſtipendium appellatur: vt victo Annibale ſtipendium Carthaginéſibus imperatum eſt in ſingulos annos [9]: item Philippo II. regi Macedonum ac regibus Illyriorum, ſalua cuiuſque Imperij maieſtate. ſic quoque reges Idumæorum & Ammonitarum Dauidi annua ſtipendia ſoluere cogebantur [1]: vt reges Iudææ regibus Aſſyriorum. At Heluetiorum & Rhętorum ciuitatibus pẽſio à regibus noſtris annua mille aureorum ex fœdere dependi conſueuit, ea lege vt reges noſtri exercitus imperare, & auxiliaribus eorum copiis vti ad Imperij ſui tutelam, Prætoriáſque cohortes ad corporis obſequium & cuſtodiam inde conſcribere poſſint. Neque ſtipendiarius eſt qui hoſtium duces mercede locat, aut corrumpit: vt Periclem ferunt erga Lacedæmoniorum duces feciſſe: non quia pacem precari, vt Theophraſtus ſcribit, ſed quia differri bellum cupiebat. Nullum autem Heluetiorum ciuitatibus fœdus eo quod dixi Frãcorum, honeſtius vnquam aut vtilius contingere potuit ob ea quæ ſuperiùs attuli argumenta. certe quidem ad opes augendas vtiliſſimũ fuiſſe ex eo planum eſt, quod pręter ordinarias penſiones, etiã extraordinariæ, quas magiſtratibus ac ducibus Heluetiorum, quáſque priuatis reges largiuntur, ordinarias longè ſuperarunt. Ego ex rationibus publicis à Quæſtoribus expẽſa video fuiſſe in vtraſque penſiones ac legationes CCXVIII. millia libellarum [2] turonenſium anno M.D.LXXIII. Quæ verò Germanis ducibus penſiones ſolutæ ſunt eodem anno, conficiunt CXXXII. millia libellarum præter ſtipendia militaria. Neceſſariæ ſunt quidem magnis principibus largitiones ad hoſtium conſilia, copias, opes euertendas: nec poteſt vllum magnum Imperium ſpeculatoribus carere: ac ſæpius hoſtes corruptis ducibus ac magiſtratibus quàm fuſis legionibus vincuntur, nec verò arx vlla tanta eſt tantíſque præſidiis ac propugnaculis obfirmata ac munita, quæ non facilè poſſit expugnari, ſi iumentum aureis nummis onuſtum eò penetrarit, vt Philippum I. Macedoniæ regem dixiſſe ferunt, qui largitionibus ac donis Græciam penè totam ſub Imperium ſubegit. nec aliis adiumentis Perſarum reges Græcos ab Aſia quàm corruptis ducibus depulerunt [3]. quis enim à principe donum accepit, qui non aliquid in eius gratiam ſi potuit, effecit? nam obligatus tenetur, vel pudore cogitur, vel maioris beneficij adipiſcendi ſpe, vel metu, ne idem ſit accuſator qui corrupit. Vix enim princeps vllus ampliſſimas penſiones largitur, niſi iuratus ſit in principem qui accepit, quem plerique interpretantur patriam ipſam proditurum: vt in comitiis imperialibus Germanorum princeps neſcio quis palam queſtus eſt [4]: (nihil enim præter auditum habeo:) nec illum opinio fefellit. fuit enim eo tempore princeps aliquis, cuius nomẽ prætereo, qui aureos bis mille penſionis annuæ pactus, omnia Imperij ac patriæ ſuæ arcana delaturum ſe, ac modis omnibus pro largitoris dignitate & Imperio aduerſus patriam propugnaturum ſpopondit. Ab hoc hominum genere cauendum eſt, potiſſimum in populari ſtatu, in quo fa-

9 Liuius lib. 31.

1 Sam. lib. 2. c. 8.

*Penſiones Heluetiorum.*

2 Summa eſt 218312 lt. 12. ſol. 1 d.

*Penſiones Germanorum.*

3 Plutarc. in Lyſandro & Ageſilao.

4 VVormatiæ anno 1552.

quo facilius eſt priuatis Rempublicam prodere quàm in monarchia, in qua princeps omnia quæ publica ſunt, ſua ducit, ac perinde vt ſuarum rerum curam gerit. Sed largitiones & corruptelæ eiuſmodi corruptoribus vtiles eſſe nequeunt, niſi lateant: latere autem non poſſunt, ſi plures ſint quibus donatur. Reges Perſarum ac Macedonum pauciſſimis quibuſdã Oratoribus ac belli ducibus, qui plus autoritate poterant, largiri ſolebãt; vt popularia & optimatum Imperia ad ſe traducerent. Item Ptolemæus Philopator rex Ægypti Achæorum Imperium ſuis quodammodo Imperiis ac legibus ſubiecerat, cum vni Arato annua decem talenta dono[5] daret: quippe intelligebat plus Aratum quàm cæteros omnes in ea Re-

[5] Plutar. in Arato.

B publica poſſe ac potuiſſe ſemper. Itaque mirũ mihi viſum eſt, quamobrem noſtri reges preter ordinarias Heluetiorum penſiones, extra ordinem duobus circiter Heluetiorum millibus qui cæteris dignitate præſtabant, rex Henricus II. tam multa largiretur: id quidem video patris inſtituto factum fuiſſe. quæ non obſcurè aut occultè ſed ita palam fiebant, vt Quæſtor Heluetiorum apochas rationibus accepto ferre neceſſe haberet: quas ego rationes cum expenderem, comperi extraordinarias pẽſiones anno M.D.L. ſummam XVI. aureorum millium & CCCCXXXIII. exceſſiſſe[6]. præſtabilius fuerat, opinor, ſex aureorum millia pauciſſimis quibuſdam ac ſummæ auctoritatis hominibus & quidem remotis arbitris & apocha donare. Sunt enim qui ampliſſimis principum muneri-

[6] Summa libellarum 45299.

C bus carere, quàm apocham acceptæ pecuniæ ſibi extorqueri patiantur: vt Anglus ille Haſtinguarum dominus, cui Ludouicus XI. rex annuæ pẽſionis nomine duo aureorum millia dono mittere conſueuerat: cum apocham nuntius peteret, vt ſolutæ pecuniæ fidem regi faceret, pertinaciter recuſauit: ne vllum acceptæ pecuniæ teſtimonium extaret. nihil autẽ gratius regi fuiſſet quàm illum in ſuſpicionem proditæ patriæ ſiquando poſſet, vocare. Eſt etiã cùm largitiones turpiſſimarum rerum cauſa fiunt, tametſi pleriſque nihil quod patriæ cõmodo fiat, turpe factum videtur. ego verò non minus turpiter facere puto, qui parricidas principum domeſticos mercede cõducunt, vt ex inſidiis dominos interficiãt, aut quos armis non poſſunt, vincant venenis, quàm qui turpitudinis ſuæ mercedẽ

D accipiunt. Quamobrem cum Pericles ſexdecim talenta rationibus expenſa tuliſſet, quæ ſine mandato ac ſine apocha ſoluiſſe dicebat, ob eam cauſam quam peruulgari nollet, Athenienſes accepto tulerunt, cum hominis fidem & in Republica gerenda curam ac prudentiam exploratam haberent. Apocha vero acceptæ pecuniæ teſtimonium facit quo minùs qui patriam prodere velit, quicquam corruptoris gratia facere poſſit. Hoc etiam pernicioſius, quod cum largitiones publicè fiunt, ſi quibuſdã nec tamen omnibus donatur, ſuſpiciones, odia, quærelæ exiſtunt, ac potiſſimum in ſtatu populari: vt ſæpiſſime apud Heluetios contigiſſe accepimus: & eò vſque certatum eſt, vt rogatione ad Henricum regem latã penſiones ſingulorum vniuerſis communicari petierint. negauit Henricus, ac prius de ſua erga priuatos munificentia tãtundem detractum iri declarauit. Diximus ſuperiùs qua fraude Athenienſes, quibus artibus

Romani ſociarum ciuitatum pecuniis ac ſtipendiis ærarium, vrbem, mœnia, portus, claſſes locupletauerint & auxerint. Sequitur quin-

*Quintū genus mercaturæ.*

tum genus conficiendarum pecuniarum, mercatura, inquam, abundans & quæſtuoſa, quam princeps ſuo vel alieno nomine exercet. quod genus rarius eſt, ac principe minimè dignum. Noſtris quidem æquè ac Britannorum & Germanorum legibus nobilitati mercaturam exercere non licet: aut ſi mercator eſſe volet, inter ærarios ac plebeios cenſebitur. neque id nouum, cùm lege[7] Claudia Senator Romanus nauem onerariam habere prohiberetur: Quæſtus omnis, inquit Liuius[8], Patribus indecorus viſus eſt. poſtea[9] Imperatorum legibus omnino vetitum nobilioribus ac militibus, æquè ac iure Pontificio[1] ſacerdotibus mercaturæ B
ſtudia ſequi. Quòd ſi mercatura nobiles minimè deceat, quantò minus reges? Darium ſubditi contumelioſè mercatorem appellarunt, quod quæ prius gratuita eſſent vectigalia, ad ſoluendi neceſſitatem traxiſſet[2]. Cur ergo (dicet aliquis) vllum tu decus in eo genere cogendarum pecuniarum poſuiſti? ego verò, ſi ſtatuendum mihi ſit, principem mercatorem nolo: ſin optio detur, mercatorē malo quàm tyrānum: & patricios viros negotiari quàm prædari. Quis eſt enim qui neſciat Luſitaniæ re-

*Regis Portugaliæ mercatura.*

ges cum anguſtiſſimis regni finibus coercerentur, nec iura ſuæ maieſtatis ſatis commodè tueri, nec ſubditos rodere vellent, mercaturam abundantiſſimam & quæſtuoſiſſimam iam annos centum ſine contumelia & maximo Reipublicæ cōmodo exercuiſſe? cum enim anno M. CCCC C
LXXV. Orientis opes & intimos Indiæ receſſus portúſque omnes maritimos nauigantibus aperuiſſent, populorum hiſtorias ad veritatem admirabiles, & opes incredibiles in Luſitaniam aduexerunt, pòſt etiam vniuerſam Europam ſpecierum infinita varietate compleuerunt. Hoc verò magnificentius, quod in ſinu Perſico, & in ipſo regis Perſarum conſpectu, arcem munitiſſimam fundauerunt, qua nauigantibus nec commeare nec remeare niſi ſoluto vectigali non licet: quinetiam quatuor Indorum reges ſuis Imperiis ac ſtipendiis ſubegerunt, præter Affricæ portus ac littora quibus longè latéque dominātur. Qua quidem nauigatione Turcarum ac Perſarum principibus, regibúſque Ægyptiorū mercaturæ quæſtus vberrimos de manibus excuſſerunt. Quantæ vtilitates D
ex ea mercatura ad Rempublicam peruenerint, ex eo intelligitur, quod cum Luſitani Molucarum inſulas (vnde pretioſiſſimæ ſpecies aſportantur) nudaſſent, ac CCC. aureorum millia numeraſſent Carolo V. Imperatori, cui Molucarum inſulæ iudicio finium regundorum Alexandri VI. Pontificis maximi ſententia obuenerant, Genuenſes ac Florentini mercatores pecuniam Carolo numeratam, Luſitanis regibus reſtituere, & amplius quinquaginta aureorum millia Carolo dependere non dubitarunt, vt ſibi aditus ad eas inſulas pateret: quod renitente Luſitano rege obtineri non potuit. Et quidem Venetis de omnibus calamitatibus quas Ludouico XII. rege Francorum pertulerunt, nulla grauior[3] viſa eſt, quàm quod Luſitani reges mercaturæ Orientalis quæſtum illis eripuiſſent. Nec verò Italis abundans & quæſtuoſa mercatura nobilitati labem aut de-

7 ab V. C. anno 530.
8 lib. 21.
9 l. Nobiliores. de cōmerciis. C. l. milites. locati. C. l. vlt. de reſcindenda. C. l. 5. §. pupillus de autoritate tutor ff.
1 cap. clerici. 14. q. 3.
2 Herodot. & Plutar. in Artoxerxe.
3 Guichardin.

aut dedecus vllum inferre videtur: nec Tullius ipſe vberem mercaturam
improbat[4], ſed eos qui ab aliis emunt quod carius vendant, ſordidos ap-
pellat. Id autem in principe minimè ferendum eſt, vt ſubditos exporta-
re frumenta réſque vænales prohibeat, quibus ipſe quæſtum faciat:
turpius etiam ac fœdius vili pretio mercari à ſubditis, vt eaſdem carius
res emptas emere cogat. ea res enim Alphonſum regem Neapoleos
ſuis æquè ac exteris odioſiſſimum fecit. greges enim porcorum ſubdi-
tos alere, & in demortuorum locũ alios ſubſtituere cogebat: olei ac fru-
mẽti quicquid in Apulia cõcreuiſſet, viliſſimo pretio emebat, vt ſumma
egeſtate ac inopia annonę arbitrio ſuo addiceret. Omnium tamen ſor-
B didorum mercaturę generum quæ multa ac varia ſunt, nullũ ſordidius,
nullum turpius, nullum deteſtabilius magiſtratuum & honorum mer-
catura: quæ nunquam tolerabilis eſſe poteſt, niſi extremis temporibus,
vt ſaluti Reipublicæ conſulatur: quò Venetos Reipublicæ calamitates
adegerunt, vt honores & imperia proſcriberent, Ludouico rege Franco-
rum grauiſſimis bellis ciuitatem premente. nam totos ſeptem annos pu-
blicis rationibus paulo minus quater[5] millies expenſum tulerunt: cuius
ſummæ decimam ferè partem ex honorum mercatura quæſierunt: vi-
geſimo pòſt[6] anno Franciſcus maior rex Francorum Præturas vrbanas
huius Imperij bifariam diuiſit, & vtraſque proſcripſit: ac ſenſim cætera
quoque vęnalia fuerunt. turpius etiam Adrianus Pontifex max. qui non
C modò magiſtratus & imperia, ſed etiam ſacerdotia paucos ante annos
ſub haſta vænire paſſus erat: ac iam quaterdecies[7] H S à Pontifice Cre-
monenſi acceperat, cum bellum ſacrum excuſaret. decreuerat etiam in
ſingulas familias eccleſiæ Romanæ aurei nummi dimidium imperare:
cuius vectigalis ſumma ferè centies quinquagies[8] H S conficiebat. Sed
quoniam tam fœda, támque pernicioſa eſt ea mercatura, vt nulla tur-
pior cogitari poſſit, quęque vt ſemel cœperit, nullum eſt habitura finem:
cætera omnia tentãda priùs ſunt, quàm vt eò delabi cogamur. Pergamus
ad ea quæ reſtant conficiẽdæ pecuniæ genera: quorũ illud antiquiſſimũ
ac vſitatiſſimũ eſt, ſcilicet vectigal earum rerum quæ euehuntur & inue-
huntur. quod quidem vectigalium genus Latini[9] Portoria vocabant, vt
D vectigal prædiorũ publicorum Decimas, paſcuarum verò Scripturam.
Portorium autem vectigal vnius generis erat apud veteres: nobis triplex
eſt: ac tametſi Henricus II. rex ad vnum genus referri iuſſiſſet lege[1] de
portorio lata, poſtea tamen legem[2] abrogari placuit: quia confuſio ve-
ctigalium deterius aliquid allatura videbatur. nam Caroli V. regis edicto
portorium vectigal quod noſtri Domanium forenſe appellant, dimidia
ſui parte deminutũ fuerat, poſtea tamen reſtitui placuit. eſt autem vige-
ſima pars pretij, quæ fuit eadem Romanis veteribus vſitata: ſed tandem
Imperatores poſteri octauã exegerunt, inde Octauarium[3] vectigal ap-
pellarunt vt noſtri quoque vectigal illud Beſſale[4] fecerunt, ac duodeci-
mam pretij partem exigere conſueuerunt. Turcarum princeps à pere-
grinis portu ſoluentibus rerum exportandarum decimas, à ſubditis vi-
geſimas capit. At noſtri reges minimum quiddã ac penè nihil peregrinis

4 lib.3.offic.

*Mercatura Alphõſi tyranni.*

5 Id eſt quinque milliones ducatorum.

6 anno 1527.

7 Id eſt viginti millia ducatorũ.

8 Ideſt 220000. ducatorum. Guicchardinus.

*Sextum genus.*

*Portoria.*

9 Cicero pro lege Manilia, & in Prętura vrbana.

1 anno 1551.

2 anno 1556.

3 l. ex præſtatione. & toto titulo de vectigalib. C.

4 Ideſt octo aſſes ex centum.

pro ſalario vectigali:ſubditis verò grauiſſimũ imperãt. Et cũ in ipſa Gallia ſalinæ totius Europæ vberrimæ ſint ac præſtãtiſſimæ, vnde Belgę, Britãni, Dani ſal petere cõſueuerũt, nobis tamẽ multò carius emitur quàm illis: imo ab illis ad nos (latẽter tamẽ) in fines hui9 Imperij reuehitur: quo nihil abſurdius eſſe poteſt. Noſtra ætate [3] in ſalinis Pictonũ modius ſalis qui duobus aureis emi ſolebat Pariſiorũ mẽſura, nũc viginti aureis emitur: vectigal tamen ſubditis duplo grauius quàm ſalis pretiũ imperatur: quo fit vt qui lõgius à ſalinis abſunt in Gallię finibus, ſalis modiũ cẽtum amplius aureis ſibi emere cogantur. Aquitani tamen vectigal tantum ac tam graue ingenti mercede redemerunt ab Henrico II. rege, cuius pater vt mercatores peregrinos in Galliam quaſi quibuſdam illecebris arceſſeret, à ſalario vectigali propè immunes eſſe voluit: ne ab Hiſpanis ſal acciperent. Sed exploratum & quidem experientia diuturna compertum eſt, nec Belgas, nec Britannos, nec Danos ſale Gallico vacare poſſe. Et cùm antea Carolus V. Imperator Belgas non tantùm ab Hiſpanis ſal accipere cogeret, verumetiam Gallico ſale vti prohiberet, ciuitates ac populi qui ab Hiſpanis ſal aſportauerãt, animaduerterunt merces piſcarias quarum vberrimus & copioſiſſimus eſt in Belgia quæſtus, Hiſpanico ſale propè extabuiſſe, propter acrem nimis & arrodentem ſalis Hiſpanici vim ac naturam, importunis rogationibus obtinuerũt vt Gallicis ſalibus qui vegetiores ac ſuauiores ſunt, vti liceret. Et quoniam aqua marina citra quadrageſimum ſeptimum ab Æquatore gradum propter radiorum ſolis traiectionem hebeſcentem, & caloris inopiam in ſalis naturam concreſcere non poteſt, proculdubio ſi ſalarium vectigal à peregrinis vel duplo minus quàm à noſtris exigeretur, infinita pecuniæ vis in ærarium cogi poſſet. Videmus enim, & quidem ſæpiſſime, nauium peregrinarum claſſes ad littus Celticum appellere ad ſales exportandos: & quia frumento, vino, oleo, cæteríſque rebus ad vitam beatiùs commodiúſq; degendã neceſſariis abũdat Gallia, quibus rebus Aquilonię regiones vacant, naues arena ſæpe aut lapidibus onerãt, vt emere liceat, quum rariùs permutare poſſint. nam metalla cæteráque ad humanum victum minus neceſſaria cum in intimis terræ viſceribus latent, tum ſemel eruta vix vnquam renaſcuntur. frumenti verò, ſalis, vini, ac olei fontes & quidẽ perennes in Gallia ſcaturiunt, qui nullis ætatibus exhauriuntur: quarum rerum euectionem & mercaturam ſic moderari principem oportet, vt ſubditorum inopiæ & ærario in primis proſpiciatur. quod aliter fieri non poteſt, quàm portoriis vectigalibus auctis: quæ quò maiora fuerint, eò parcius à peregrinis exportabũtur, aut vberior annona, aut ærarij opes maiores futuræ ſunt. quanquam res ad victum hominum neceſſariæ quocunque fuerint, conquirũtur. Gallia verò magnam Europæ partem, incredibili frugum vbertate & nunc, & antea ſemper ſuſtentauit, vt etiamnum Agrippa rex Iudæorum oratione quam habuit ad populũ, confitetur. Scio non neminem futurum qui mihi opponat ciuitatum inter ipſas & cum regibus Francorum icta fœdera, quibus augere portoria nefas eſſe putant: ego leges commerciorum ac fœdera, ſi qua ſunt, diſtur-

Margin notes: 3 anno 1540. — *Galli frumẽto, vino, oleo, ſale diues.* — B — C — D

diſturbari nolo: ſed nego tantam vim earum legum eſſe aut fuiſſe, vt ab iis diſcedere nunquam liceret. quinetiam cæteri principes nutu arbitratúque ſuo portoria regere eáque ſæpius augere videmus: vt non ita pridem in Anglia factum memini. nec ſuperioribus annis fœdera commerciorum prohibuerunt Carolum v. Imperatorem aut Philippum filium Angliæ regem, quominus in ſingula vini dolia maiora Gallorum mercatoribus in portum ingreſſis nũmum aureum, ſubditis verò nouem imperarent. Incredibile autem videri poſſit, verum tamen ſit, quantum vini Gallia in Angliam & Belgium effundat. cuius rei argumentum maius habeo nullum, quàm quod vnus Lauda mercator Cameracenſis anno

B M. D. LXXVIII. triginta tria millia modiorum vini terreſtri vectura in Belgium exportari curauerit, tametſi aditus arduos ac multis locis ab hoſtibus interclusos ſibi videret. pretium in ſingulos modios vt minimum fuit quatuor coronatorum. Ex quo intelligi poteſt quanto plura nauibus deducantur. cæteras merces omitto. ſed illud omitti non debet quod anno M. D. LVI. Angliæ regina portorium incredibiliter auxit: ac duos coronatos in ſingulos pannos qui ex Anglia exportarẽtur, imperauit. at centum millia non amplius trimeſtri curriculo ex Anglia Antuerpiam aſportata fuiſſe anno M. D. LXV. à mercatoribus didicimus. pannũ autem definiunt tribus Carizæis ac totidem Frizæis. Et vt ciuitatibus vtiliſſimum eſt portoria rerum earũ quę euehuntur, quibúſque carere nõ

C poſſumus, augere: ita minuere neceſſe eſt vectigal rerum inuectarum, ſi quidem ciues iis commodè carere non poſſint. Augendum quoque vectigal fabrilium, lanificiorum, ſericeorum, ac omnium opificiorum quę aliunde aduehuntur, vt ciues ipſi eadem facere condiſcant & conſueſcãt. Sed ab informi ac rudi materia, quæ à peregrinis ad nos aduehitur, amouendum, aut quoad eius fieri poterit, minuendum eſt portorium: quoniam ciuium vtilitatibus & commodis prius eſt quàm alienis proſpiciendum. ciues autem ex rudi materia in opificia cõformata vtilitatem capiunt ſæpe maiorem quàm qui materiam vendiderunt: quia materiam ſæpiſſime ſuperat opus. nec ferendũ eſt materiam rudem è ciuitatibus exportari, ſi opifices eam tractare commodè poſſint: vt edicto Henrici [6] *Materiam rudẽ euehere perniciosum.*

D II. regis Francorum cauetur: quod edictum decennio pòſt in Anglia; *6 anno 1552.*

deinde in Belgio promulgatum eſt [7], vt Philippus rex Hiſpaniarum par *7 anno 1563.*

pari referret. Ex opere ciuium quantæ vtilitates ad Rempublicã peruẽturæ ſint, vel ex eo intelligitur, quòd Blæſas ad conuentus Gallicos accepta legatione profectus mercatorum querelas audiebam, cum dicerent lanarum exportationem vetitam quidem fuiſſe; nihilominus tamen Italum quendam ab rege prece vel pretio obtinuiſſe vt lege ſolueretur. qua quidem ratione cum vnus homo vili pretio lanarum vim infinitam in Italiam exportauiſſet, ex materia pannos à Florentinorum opificibus confectos in Galliã reuehi curauit, vnde quãtum pecuniarum coegerit, ex eo percipi poteſt, quod materiam partibus quindecim confectum opus ſuperaret. Quid igitur abſurdius à principe fieri poteſt, quàm peregrinos mercatores legibus ſoluere, qui tam graue detrimẽtum ciuibus *Mercium euectionem ciuibus adẽptam peregrinis permittere perniciosiſſimum.*

allaturi ſint? His igitur ſex generibus conficiendarum pecuniarum & ærarij honeſtè muniendi ſine vllo ciuium intertrimēto, expoſitis, ad poſtremum pergamus, quod ſubditorũ proprium eſt, & quidem totum. ſed eò nunquam perueniendum, niſi cætera omnia deſint: ac ne deſint, prudentis eſt principis antè prouidere. Si tamen ciuitatem vndique circunſeſſam hoſtes ſic teneant vt ſuperioribus quæ dixi generibus vti frui non liceat: aut ſi qua alia vis maior inopinatò Rempublicam oppreſſerit, tunc demum ciues ipſos ærario ſuccurrere oportet. id enim iuſtiſſimum eſt quod neceſſarium: & pia illa quæ ciuibus imperantur tributa, ſine quibus ciuitas ipſa funditus ſit interitura. Sed quoniam tributa quæ ſubditis difficilimo belli tempore imperantur, confecto bello continuari ſæpe videmus: (eſt enim illud inter arcana veterum tyrannorum nimis contritum, belli occaſiones conquirere vt tributis ſubditos etiam bello confecto ſemper vrgeant:) commodius erit mutuas à ſubditis pecunias accipere, quàm illos onerare tributis: quæ ratio cùm difficultates quæ in cogendis tributis eſſe ſolēt, expediat, tum etiam facilius reddit mutuum eorum qui & fœnus, & ſortem ſibi, & gratiam à Republica reddi ſperant. Nam cum Annibal Italiam quateret, Vrbémque ipſam obſideret, Senatus diruto ærario noua tributa ſubditis aut ſociis imperari noluit: nihil enim prementibus hoſtibus tam periculoſum: ſed Patres in Senatu ſic diſſeruerunt. Omne aurum, argentum, æs ſignatum ad triumuiros menſarios deferamus nullo antè Senatuſconſulto facto, vt voluntaria oblatio, & certamen adiuuandæ Reipublicæ excitet ad æmulandum animos primum Equeſtris ordinis, ac deinde reliquæ plebis. Hæc Liuius[8]: idē paulo pòſt, Senatores pro ſe quiſque aurum, argentum, æs in publicum conferunt tanto certamine iniecto, vt prima inter primos nomina ſua vellēt in publicis tabulis eſſe, vt nec triumuiri menſarij accipiendo, nec ſcribæ referendo ſufficerent. Parta victoria & fractis Carthaginenſibus Senatus mutuam pecuniam ſingulis bona fide reddi oportere decreuit. Qua de re ſic Liuius, Priuati frequentes, inquit, quibus ex pecunia quam M. Valerio & Claudio Coſſ. mutuam dederant, tertia penſio deberetur, adíerunt Senatum &c. & paulo pòſt, Cum priuati æquum poſtularent, nec eſſet Reſpublica ſoluendo, quod medium inter æquum & vtile decreuērũt: vt quoniam magna pars eorum agros venales eſſe diceret, & ſibi emptis opus eſſe, agri publici copia iis fieret: Conſules agrum æſtimaturos, & in iugera aſſes vectigales, teſtandi cauſa publicum agrum eſſe, impoſituros, vt ſi quis cum ſoluere poſſet, pecuniam habere quàm agrũ mallet, reſtitueret agrum populo. læti eam conditionem priuati accepere. Hæc ille[9]: quæ propterea ad verbum deſcripſi, quòd ea ratio conficiendæ pecuniæ ac fidei liberādæ omnium vtiliſſima viſa mihi eſt. Illud quoque non incommodum videtur, ſcilicet prementibus hoſtibus ſtrenuiſſimos quoſque armis ac ſtipendiis eorum qui bello gerēdo inutiles ſint, fouere ac ſuſtentare: id quod Romanos etiamnũ feciſſe videmus[1]. ita fit vt alij aliorũ opibus & auxiliis communem ciuium ſalutē tueantur. Hoc autem tributi genus temerarium eſt, & extra ordinem imperatur. Hinc tributa

*Septimũ genus cōficiendarum pecuniarũ & ærarij muniendi.*

B C D

8 lib. 26.

9 Liuius lib. 31.

1 Liuius lib. 26.

tributa originem traxerunt,& ordinaria fieri cœperunt,quæ antea extra-
ordinaria dicebãtur.tertium genus caducum vtriuſque naturæ quodam-
modo particeps eſt, noſtri caſuale appellant. His autem tribus omnino
generibus continentur quæcunque ciuibus imperantur, vel pœnæ nomi
ne, ſi quid in leges peccatur: vel eorum prædiorum,pecuniarúmve quas
quiſque poſſidet:vel etiam quæ in capita ſingula indicuntur, quod genus
tributi Capitationem Latini vocant: vel eorũ quæ ex traiectu percipiun-
tur,quod propria ſignificatione portorium vectigal dicitur:vel quacun-
que etiam ſordida cauſa exigitur.quæſtus enim ſordidiſſimos amant,eo-
rúmque ſuauiſſimos odores ſentiunt tyranni: cuiuſmodi eſt illud tribu-
B tum quod ab iis qui artes meretricias profitentur, exigi Romæ conſue-
uit: quódque ex vrinarum effuſione Veſpaſianus imperauerat: ac filio
quidem indigne ferenti, pater pecuniam ex prima penſione naribus ad-
mouit, ſciſcitans num odore offenderetur:& illo negante,Atqui,inquit,
è lotio eſt. Idem à mulione quod adeuntibus principem ſpatium ad cal-
ceandas mulas ſæpius deſiliiſſet, nec ſine mercede id faceret, pactus eſt
„ lucri partem. Non enim, inquit Tranquillus, contentus eſt omiſſa ſub
„ Galba vectigalia reuocaſſe, noua & grauia addidit, & auxit tributa pro-
„ uinciis nonnullis,& duplicauit:negotiationes quoque vel priuato pudẽ-
„ das propalam exercuit, coemendo quædam tantum, vt pluris poſtea di-
„ ſtraheret.Nec candidatis quidem honores reiſue tam innoxiis,quàm no
C xiis venditare cunctatus. creditur etiam procuratorum rapaciſſimum
„ quenque ad ampliora officia ex induſtria ſolitus promouere, quo
„ locupletiores mox condemnaret: quibus quidem vulgo pro ſpongiis
„ dicebatur vti,quod quaſi ſiccos madefaceret, deinde exprimeret humen
„ tes. idem paulo pòſt, Sunt qui opinantur ad manubias & rapinas dedu-
„ ctũ ſumma ærarij fiſciq. inopia, de qua teſtificatus ſit initio ſtatim prin-
„ cipatus,profeſſus quadringenties[2] millies opus eſſe, vt Reſpublica ſtare
poſſet. Hæc ille. Quod ſi ad hæc tam fœda támque turpia dictu publica
ærarij inopia coegit principem in cæteris prudentiſſimum, quid tyran-
nos quos inopia premit,facturos, aut non facturos ſperamus? Magiſter
quidem Præſes Curiæ Pariſiorum negauit ante D. Ludouici tempora
D vllum tributi genus Gallis imperatum: ſed illud omiſit, quod quæ belli
neceſſitate coactus exegerat Ludouicus,cõfecto bello ſuſtulerit. Extat[3]
eius ad Philippum filium cohortatio grauis & efficax, quam teſtamen-
to inſeri mandauit in hæc verba.Fili religioſus in primis erga Deum eſto:
benignus ac liberalis aduerſus egentes: legum ac morum huius Impe-
rij cuſtos ac vindex acerrimus: à vectigalibus & tributis abſtineto, niſi
te ſumma vis neceſſitatis ac vtilitatis publicæ iuſtiſſima cauſa ad hoc im-
pellat:ſin minus tyrannũ te potius quàm regem futurum putato,&c.Hîc
dicet aliquis, Clotarium tertiam fructuum partem eccleſiæ prædiorum
exegiſſe, Chilpericum octauam eius vini quod de prædiis[4] quiſque col-
legerat,expreſſiſſe: vt iam inde vectigal vinarium quod etiamnum cau-
ponibus imperatur,originem duxiſſe videatur. Item Ludouicum iunio-
rem vigeſimam fructuum reditus cuiuſque totos quatuor annos indi-

*Tria genera tributorum*

2 Id eſt decies cẽtũ milliones coronatorum.

3 In archiuis publicis.

*D. Ludouici ad Filium cohortatio.*

4 Gregor. Turonenſis lib.9.c.30 Aymo lib.2.

xiſſe. Demus id quidē: ſed non niſi publicis neceſſariíſque bellis coactos
id feciſſe videmus: vt temerariū tributum Carolo vi. rege indictum. Ita-
que Philippo Valeſio cōuentus Gallicos habente anno M.CCCXXXVIII.
populi rogatione decretum eſt, ne vllum tributi aut vectigalis genus niſi
conſentientibus ordinibus imperaretur. Ac tametſi Ludouicum XI. re-
gem grauiſſima difficilimáque bella eò impuliſſent, vt præter vectigal
prædiorum publicorum ac dominij ferè octingēties [5] H S tributi nomi-
ne extremo Imperij ſui anno exigeret: nihilominus tamen Carolo VIII.
regnum ineunte coactis apud Turones populi comitiis, annua illa, quæ
ordinaria euaſerant, tributa ſublata ſunt: ſed eandem oblationem quam
Carolo VII. dono dederant, in ærarium ac ſeptuagies [6] H S donationis B
nomine inferri: quam ſummam ſemel tātum ab vniuerſis ordinibus exi-
gi placuit: ne in poſterum imperaretur. Et quidem Philippus [7] Cominius
qui tunc publici conſilij particeps erat, negauit principibus tributa impe-
rare licere [8]: ſed ea tantum capere poſſe quæ conſentientibus ſubditis do-
no darentur: eóque iure Hiſpanos, Britannos, Germanos etiamnum vti
videmus. Extant formulæ apud nos vectigalium ac tributorum exigen-
dorum, quibus princeps ingenue profitetur ſe omnia tributa cumpri-
mum licuerit, ſublaturum. Quamobrē Philippus rex, is qui Lōgus vſur-
patur, cum exiguum ſalis vectigal, id eſt paulò minus centeſimo num-
mo [9] imperaſſet, propalam teſtatus eſt id ſe ſublaturum. Eadem teſtifi-
catione [1] vſus eſt Philippus Valeſius, cum grauiſſimo bello coactus vecti C
gal illud ſalarium duplicaſſet: nec paſſus eſt dominij legibus ac tabulis
comprehendi. ac tametſi nullum vectigal ſalario leuius eſſe videtur: id
tamen cùm Liuio & Claudio Cenſoribus indictum eſſet premente bello
Punico, contumelioſe Liuius Salinator eſt appellatus: ac pace Cartha-
ginēſibus data ſublatum eſt: vel quia nihil ſale vtilius aut humano victui
magis neceſſarium videretur: vel quòd iniuſſu populi id factum eſſet. Et
quoniam leuiſſima quæq; tributorū ac vectigaliū genera tenuibus gra-
uiſſima putantur: nec tamen Senatus Romanorum ęrarium tueri ſe poſ-
ſe ſine nouis vectigalibus intelligeret: quippe lege Valeria regibus exa-
ctis plebs à portoriis & tributis præſtandis libera fuiſſet [2]: C. Manlius
Conſul ex autoritate Senatus legem tulit in caſtris ad Sutrium, vt ij qui D
manumitterentur, fortunarum ſuarum viceſimam ærario ſoluerent: ac
tametſi eo vectigali ciues non premerentur: nihilominus Tribuni plebis
re intellecta capite ſanxerunt, ne deinceps quiſquam populum [3] ſeuoca-
ret. Item lex [4] Iullia ab Auguſto ad populum lata eſt, vt quæ hæredita-
tes, legata, donationéſue mortis cauſa ad alios peruenirent, earum pars
viceſima ad fiſcum pertineret. vtriuſque viceſimæ vectigal & Reipubli-
cæ vtiliſſimum, & cuique gratiſſimum fuit: his quidem quod alienas ac-
ciperent hereditates, illis vero quod libertatem adipiſcerentur. ſed quo-
niam poſteri principes viceſimam omnium hæreditatum ac legatorum
imperabant, Traianus [5] legem Iulliam de viceſima abrogauit: quam ta-
men reuocare mutatis nominibus nonnulli ſtuduerunt [6]. Sed præ illis
intollerāda ſunt quæ videmus. Cum enim Samuel princeps Iſraelitarum
concio-

5 Id eſt tres millliones & quadringēta millia libellarum turonenſ.

6 Id eſt trecenta millia libellarū.

7 In commentariis.

8 Nec ius illud præſcribi poteſt à principe. cano. nullus. 1 q. 1.

*Salarium vectigal.*

9 Id eſt ſextam partem aſſis.

1 anno 1328.

2 Liuius lib. 2. Dionyſius. lib. 5.

3 Liuius lib. 7. ab V.C. 390.

4 Dio lib. 38. Paul. li. 4. ſentēt.

*Vectigalia viceſimarum gratiſſima.*

5 Plin. in Panegyrico.

6 l. 1. de imponēda lucratiua deſcript. C.

cõcionem haberet ad populum qui regem ſibi petierat, minas acerbiſſimi vectigalis adiecit: Ergo, inquit, regem habituri eſtis, qui decimas fructuum vobis imperaturus eſt, &c. Nec Cypſelus Corinthiorum tyrannus aliud quàm decimas fructuum [7] à ſubditis exegit, capitationem, portoria, cæteráq; innumerabilia tributorũ genera nunc vſitatiſſima neſcierunt. eorum tamen autores miſerando caſu periiſſe videmus: vt Phyliſtũ Dionyſij tyranni paraſitũ, qui de arce tyrãnidis tractus ac trucidatus eſt à plebe Syracuſana: Proclerem Theodebarti Francorum regis ſectorem, qui à Treuerenſi plebe lapidatus eſt, cum ad tributa imperanda regem impuliſſet: nec ita pridem Georgium Preſchonem Henrici Suecorum
B regis aſſentatorem, qui plebis in Palatium irrumpentis impetu omnibus tormentorum generibus cruciatus eſt: quod regem quem de Imperij ſedibus plebs ipſa diſturbauit, ad rapinas inuitaret. Quid Achæus Lydorum rex? num conſimili furore plebis correptus eſt, ac pedibus ſurſum capite deorſum aquam Tantali modo nec quicquam ligurientis ſuſpenſus, propter inexplebilem iſtam accumulandarum opum auiditatem, quam incertum erat copia an inopia magis inflammaret? Num Theodorichus rex Francorum, quod populum tributis premeret, de regno deiectus eſt? Vnde porro Belgarum ab Hiſpanis rebellantium orta ſeditio, niſi ob id quod dux Albanus decimam rerum vænalium illis imperaſſet? qua quidem ratione infinitam vim pecuniarum vel potius omnes omnium
C propè ciuium opes coegiſſet: cum reipſa compertum eſſet rem eandem paulo momento decies vendi conſueſſe: quinetiam vnius & eiuſdem diei interuallo res promercales quæ vænierant, ferè quingenties ſeſtertium æſtimatas eſſe [8]: vt Hiſpanus quidam ſcripſit. Sed quemadmodum principi proſpiciendum eſt, vt quæ bello vrgente indicta ſunt tributa, parta pace tollantur: ita ferendum non eſt vt ſublatis omnibus tributis ac vectigalibus, ærarij opes diruantur: vt Neroni, cum opes Imperij profudiſſet, in mentem venerat: cui gratias egit Senatus, factum tamen diſſuaſit, ne Reſpublica ære diruta momẽto collaberetur. Plerique ſeditioſi ac nouandarum rerum cupidi ciues vectigalium ac tributorum immunitatem plebi noſtræ ſuperioribus annis pollicebantur, ſed neque id pręſtare licuit, nec ſi licuiſſet, feciſſent, nec ſi factum eſſet, Rempublicam vllam haberemus: cùm eo veluti firmamento Reſpublica nitatur. Quid enim reſtaret quo princeps Imperium tueri poſſit, ſublatis portoriis ac tributis? Superiùs docuimus omnia ferè prædia publica, agróſue dominicos abalienatos eſſe: militias ex caſu ac prædia militaria, quæ nobilitati belli gerendi cauſa aſſignata quondam fuerunt, plebeiorum hominum, aut etiam collegiorum nexu teneri. Non ſunt igitur tributa tollenda: ſed infinitæ donationes ac largitiones immanium pecuniarum indigniſſimis hominibus factæ, reuocandæ, iudiciáque peculatus ac repetundarum conſtituenda. Ac plerique in eo vehementer labuntur, quod putant eò tributa redigi oportere quò Ludouico XII. rege fuerunt: nec intelligunt pretia rerum omnium decuplo maiora eſſe quàm tunc fuerint, propter auri argentíque copiam, quę ab India Occidentali in Europam aſportata

D (margin letter beside "ſtare licuit")

[7] Ariſtot. in polit.

[8] Id eſt ſeptingẽta ducatorũ millia.

viliorem vtriuſque metalli æſtimationem fecit. quarum enim rerum maior eſt affluentia, eò vilius æſtimari neceſſe eſt, vt libro ſingulari aduerſus Paradoxa Malaſtretti docuimus: ídque ex publicis tabulis ac legibus noſtris municipalibus facilè intelligi poteſt, vbi agitur de pretio rerum. Extat in tabulis publicarum rationum, quæ D. Ludouici imperio redditæ ſunt, Francorum Cancellario diurni viatici nomine ſeptem ſolidos Pariſienſes ſolutos, quibus non modo ſeipſum, ſed etiam equos, pueros, cæteróſque comites iter facienti neceſſarios ſuſtentaret. Docuimus Carolum v. regem non amplius quàm aureorum millia xxxi. pro Antiſſiodori oppido agróve, comiti emptionis nomine ſoluiſſe: cuius pretium nunc tricies maius eſſe poſſit. Item Philippum i. Biturigum vrbem B
ampliſſimam, agrúmve Biturigenſem ab Herpino duce ſexaginta millibus aureorum emiſſe. cætera quæ copioſè ſunt à nobis eo libro diſputata, nunc omitto. quibus enim locis abundat auri & argenti vis, illic prædia carius emi neceſſe eſt. cùm enim Paulus Æmylius ſubacta Macedonia auri & argenti vim infinitam aduexiſſet, momento agrorum pretia triplo quàm antea carius æſtimari cœperunt[9]. Et cùm cẽteſimo pòſt anno Cæſar Ægypti opes Romam importaſſet, fœnus diminui, & agrorum pretia momẽto augeri cœperunt[1]. At cum Frãciſcus Pizarra Peruanum regnum ſubegiſſet[2], tãta auri & argenti abũdantia extitiſſe dicitur, vt vini cadus trecẽtis aureis Hiſpanicis, pallium Hiſpanicum mille, equus ſex millibus æſtimaretur. id quidem propter immenſas opes eius regionis: C
quæ incredibiles videri poſſent, niſi & ex Indorum hiſtoria, & ex publicis rationibus extarẽt argumenta: quibus conſtat amplius decies millies[3] ſeſtertium ab rege Atabalippa expreſſum, præter opes decuplo maiores, quas priuati, quas duces, quas milites, quas ipſi Quæſtores diripuerunt, vt Auguſtinus Zarata Logiſtes Hiſpani regis ex publicis rationibus expreſſit. Ab Hiſpania verò in Galliam auri & argenti copia ingens aduehitur, cum hinc in Hiſpaniam frumenti omníſque generis opificiorum ac rerum venalium maxima vis aſſidue exportari ſoleat. Ita neceſſe fuit Galliam auro & argẽto affluere, pretia rerum augeri, mercedem ac ſalarium cuiuſque maius eſſe, ſtipẽdia magiſtratibus ac militibus maiora decerni. qui enim ex fructibus prædiorum aureos centum in cenſum retulerat, D
ex iiſdem fructibus mille accepto ferret. Inde errores non modo vulgi, ſed etiam eorum qui annonam, qui rem frumentariam, qui familiæ victum veteribus inſtitutis ac pretiis metiuntur. Nam illud centies ſeſtertium[4] Carolo vi. rege ex fructibus prædiorum publicorum, & ex vectigalibus ac tributis illatũ, haud multò minus eſt, quàm ter millies[5], quod Carolo ix. rege ex omni publica pecunia coactũ eſt anno M.D.LXXIIII. ſi pretia rerũ vtriuſq; tẽporis exigãtur: tametſi ſumma hæc tricies cõplectitur illã. At vtroq. tẽpore populus ſe tributorũ grauitate premi queſtus eſt. Cũ itẽ D. Ludouicus ab Ægypti Sultano captus eſt ante trecẽtos paulo minus annos, pretium[6] capiti regio dictum eſt cẽties & quater decies: Iohãni regi ab Anglis capto ferè bis millies: Frãciſco i. regi octingenties: huic quidẽ minus quàm illi, quippe Caroli v. Imperatoris ſororem domum

9 Plutarc. in AEmylio.

1 Tranquil. in Cæſare.

2 anno 1536.

3 Id eſt 43750000 libellarum Turonenſium.

4 Id eſt noſtro more 437500. libellarũ Turonẽſ. anno 1449.

5 Id eſt noſtro more 13125000. libellarum turonenſium.

6 Id eſt 500000. libellarum. Turonenſium. autor Ioinuillanus.

mum duxit, ac imperio Belgarum ceſſit. ſex annos Gallia laborauit vt
immanis illa pecunia cuius ſumma erat inopia, pro Iohãnis libertate co-
geretur. at Franciſcus eodem anno quo pacem iniit, libertatis pretium in
Hiſpaniam miſit. Idem iudicandum nobis relinquitur de annua penſio-
ne quæ Carolo Bello Philippi regis filio dicta eſt, ſcilicet ducenta[7] quin-
que ſeſtertia: quæ non minor videri debet quàm quæ Henrico primum,
deinde Franciſco Andium ducibus à Carolo IX. fratre conſtituta eſt, ſci-
licet bis mille[8] & quinquaginta nouem ſeſtertia: tum propter pretia re-
rum: tum quia ferè quadruplo maior fuit libella Turonẽſis quæ fuit Phi-
lippo rege quàm quæ Caroli IX. principatu. Ac multò magnificẽtius Phi
B lippo rege viui potuit illa quam dixi pẽſione, quàm ea quæ à Carolo IX.
fratribus ſoluta eſt, quam propterea augeri quodãmodo neceſſe fuit. cũ
enim Franciſci Andium ac Belgarum ducis libellorum Magiſter ratio-
nes accepti ſubducerem, comperi centies[9] quadragies H S à Quæſtori-
bus ex iis quæ regis beneficentia accepit, coactũ eſſe anno M. D. LXXXII.
Dos verò dicta Caroli IX. ſororibus, cuius ſumma fuit in ſingulas CCCC.
millia aureorum noſtrorum, minor eſt quàm dotes filiarum Caroli V.
regis aureorum ſexaginta millium in ſingulas, tum quia temporis illius
aurei noſtris aliquanto meliores, tum etiam quod rerum pretia decuplo
viliora fuerunt Carolo V. rege, quàm quæ eſſent Carolo IX. imperante.
Aliarum ciuitatum eadem ferè ratio, idem iudicium futurum eſt, ſi ve-
C tera cum noſtris comparemus. Oriens olim opibus abundauit, & ab A-
ſia opes Occaſum verſus aduectas eſſe legimus, quæ nunc ab Occaſu ad
Orientem exportantur. Nam Ptolemęus Anletes rex Ægyptiorum eius
familiæ poſtremus pecuniã Atticorum talentorum[1] XII. M. D. impera-
bat. Sulimanus non amplius M. CLXVI. talentis ex eadem Ægypti regio-
ne coegit[2], anno M. D. XX. vix enim eo tempore Turcarum principum
cenſus annuus publicæ pecuniæ talentorũ Atticorũ ſex[3] millia DCLXVI.
ſuperauit. quinquageſimo pòſt anno prolatis Imperij finibus, talẽtorum
decem millia, ſiue H S maiorum CCXL. millia exegerunt: nunc etiam
multo plura imperant propter auri & argenti copiam quæ ad Orientem
aſſiduè aſportatur. quæ tamen ſumma exigua videri poſſit, cum Aſiæ
D minori, quæ vix ſexta pars eſt Imperij Turcarum, Cornelius[4] Sulla Di-
ctator XX. millia talentorum imperarit. Interdum agri bonitas, inter-
dum etiam mercatura, ſæpiſſime principum inexplebiles accumulanda-
rum opum auiditates efficiunt vt aliorum aliæ ſint opes maiores. Quis
eſt enim qui neſciat Carolum V. Imperatorem ex Inſubria plus vectiga-
lium ac tributorum coegiſſe, quàm Franciſcus maior ex hoc tantis opi-
bus affluente regno delibaret? quis item non videt plura Belgis impe-
raſſe, quàm iiſdẽ temporibus Angliæ cenſus annuus æſtimaretur? Hoc
verò pernicioſius quod non nemo ſuperioribus annis, vt Carolum IX.
ad augenda tributa incenderet, auſus eſt in Senatu dicere, Florẽtinorum
principem amplius millies & quater centies[5] anguſtiſſimis Imperij fini-
bus quotannis in fiſcum inferre: quanquam id falſum eſt, vix enim ex Se-
nenſi ditione ſeptuagies H S ex Florentinorum ditione quater centies:

7 Id eſt 9000. libellarum Turonenſium.

8 Id eſt centum millia libellarũ Turonenſium.

9 Id eſt 612000. libellarum ſeu 204000. aureorũ noſtrorum.

*Ægypti ærariũ ex Strabone.*

1 Id eſt 12825000. libellarũ Turonẽſium quas Budęus ſupputauit.

2 Grittus Venetorũ Legatus ita retulit.

3 Id eſt, 6300000. libellarũ aut aureorũ 400000.

*Turcarum ærarium.*

4 Plutar. in Sylla.

5 Id eſt 6900000. libellarũ Turonenſ.

6 Florẽtinorum ducis ærarium anno 1570.

tametſi nullum tributorum aut vectigalium genus prætermittit. Prudentiſſimi tamen principis eſt ineunte Imperio, extraordinaria ſuperioris principis tributa aut tollere, aut certè magna ſui parte minuere: ac potiſſimum populo rogante, imo ne rogante quidem: nec Roboami deſipientis factum imitari, qui iuniorum pernicioſiſſima conſilia ſecutus, non modò ſubditorum rogationibus non acquieuit, verumetiam crudeliorem ſe futurum propalam minatus eſt quàm pater antea fuiſſet. ex quo decem tribuum orta defectio eſt, ac noui regis creatio. Illud autem in conuerſionibus Imperiorum ferè accidit, ac potiſſimum ſi tyrannis in popularem ſtatum abeat, vt omnia vectigalia ac tributa tollantur: quod lege Valeria factum diximus: quam immunitatem Heluetij ac Lindauij B
pulſa nobilitate promulgarunt: deinde ſuis quenque ſtipendiis militare oportet: poſtea tributum iis indicere qui à militia immunitatẽ quærant. Sed hoc cæteri quidem populi à nobis differunt, quod illi tributa nobilitati ac locupletibus imperant, tenues proletarios excuſant. noſtris verò moribus aratores ac tenues tributorum pondere premũntur: nobiles ac locupletiſſimi quique à tributis aut immunes ſunt, aut immunitatem honorum ſpecie adipiſcuntur. Neque id tantum, ſed locupletiores quaſque vrbes à munerum vacatione excuſant, vt aratores, pecuarios & opifices tributis onerent: ſic enim Athenienſes aduerſus ſocios ſe geſſerunt: & cum ex fœdere ſexaginta talenta ſociis omnibus ex æquo indicta fuiſſent, Athenienſes auctis vectigalibus ac tributis mille ac ducẽta auri [7] talenta ſociis quaſi ſummo iure maieſtatis imperauerunt. Et quidem Themiſtocles Dux Atheniẽſium cum ab Adrianis ſociis tributum exigeret, C
deos potentiſſimos vim & amorem ſe afferre teſtatus, ab Adrianis reſponſum tulit, duobus his potentiores ſe habere deos, inopiam, inquam, & neceſſitatem[8]. Babylonis ciuitas omnium quæ vſquam terrarum fuerunt maxima, & opum omnis generis abundantiſſima, à tributis & vectigalibus immunitatem[9] ſibi pepererat, vt nunc opima quæque oppida, & locupletiſſimus quiſque ciuis aſſentiẽtibus principibus immunis eſt, ne potentes ac beati ciues vectigalium legibus intercedant. ſed quemadmodum valentiſſima quæque corporis humani membra putres ac defluentes humores ad imbecilliora reiiciunt, & cum eò peruenerint, apoſtema aut exanthema ingenti cum totius corporis dolore erumpere neceſſe eſt: idem nobis contigiſſe videmus, vt cum ſacer ac patricius ordo fortunis & opibus locuples, miſeros aratores & opifices omni tributorum genere vrgeri & opprimi pateretur, quouſque plebs oneribus aſſiduis grauata ſuccumberet: tunc in vrbes antea ſemper immunes, atque in nobilium & ſacrum ordinem onus reiici oportuit: ac ſacerdotes quidem decimas pendere, nobiles verò ſuis ſtipendiis militare, & in modum equi Æſopici, qui partẽ oneris ferre cum recuſaret aſino ſuccumbente ac pereunte onus integrum perferre. quod non ita pridẽ Dani experti ſunt, apud quos ſacer ac patricius ordo tributorum maximam partem ærario inferre neceſſe habuerunt. Semper quidem Britanniæ nobilitas æque ac ordo ſacer tributa pro cuiuſque opibus ac fortunis Græcorum ac D

*Ærarium Athenienſium.*

[7] Id eſt 720000. coronati. Plutarchus.

[8] Plutar. in Themiſto.

[9] Herodot. in Euterpe.

rum ac

rum ac Romanorum [1], imo populorum omnium moribus & inſtitutis pendere conſueuit: excipio noſtros homines, id eſt Gallos, apud quos nihil eſt, vt rectiſſimè Cęſar ſcripſit, plebe contemptius. Superius diximus in Septimania, & Prouincia vectigales agros ab oneribus non eximi ſiue à ſacerdotibus, ſiue à patriciis poſſideantur. at ne feuda quidem eximenda fuerunt, niſi poſſeſſores militare, aut militibus ſtipendia ſoluere cogantur. Quid enim abſurdius quàm apud nos tria hominum genera, ſacerdotes, inquã, nobiles ac magiſtratus ferè omnes omnia tributa in miſeros opifices & aratores reiicere? Sunt igitur ea vectigalia ſi modo neceſſaria probanda, quæ in omnes ordines pro ſingulorum faculta-
B tibus exæquantur: vt ſalarium ac vinarium vectigal, & quæ ſunt generis eiuſdem: earum verò rerum quæ minutatim vęneunt, vectigalia prohiberi oportet, ne mancipes plebem ad ſeditiones incendere poſſint, vt Carolo V. ac VI. regibus ſæpiſſime contigit. Itaque neceſſe fuit auxiliare vectigal illud ſeu viceſimam rerum vænalium quæ nobis primum indicta fuit pro libertate Iohannis regis, ad certam ſummã redigi, quam Æquipolentem appellant, vt in Septimania & ſalarium vectigal in Aruernia. ob eam quoque rem manubias rerũ vænalium pleriſque in ciuitatibus ſublatas videmus propter ſeditioſas agreſtium ac plebeiorum hominum querelas. ac tametſi manubiæ hoſtibus [3] accepto feruntur, ſæpiſſime tamen pro manipulo accipiuntur, quem noſtri Iauellum, Itali Gabellam vo-
C cãt. Quod ſi quis eſt qui ſcire de me velit; quodnam genus vectigalium immortali Deo gratiſſimum, ciuitatibus pulcherrimum, principibus honeſtiſſimum, plebi vtiliſſimum videatur, illud eſt quod iis rebus imponitur, quæ ad corrumpẽdos ciuium mores, quæ ad delicias, quæ ad luxum, quæ ad libidinem ſpectant: aurea, inquam, & argentea ſupellex, odores, pigmenta, innumerabilia veſtium ornamẽta, colores pretioſiſſimi, gemmæ, margarita, cupediæ, cæteráque generis eiuſdem: quæ prohibenda nõ ſunt, nec ſi velis, poſſis: vt Platoni viſum eſt capite quingẽteſimo quinto legum ſuarum: cum ea ſit hominibus inſita vis ac natura, vt nihil auidius expetant, quàm quę ſanctiſſime vetantur. Quamobrem principes qui Aquiloniis regionibus imperant, nullum vectigal maius habent quàm ex
D vino, quo ſubditi vt carere poſſint, nolint tamen: ſed aſſidue locis omnibus ſeſe ingurgitabunt ſemper. Conſimili prudentia Cato Cenſor, vt ciuitatem luxu perituram quãdiutiſſime poſſet, ab interitu retardaret, ornamenta omnia, veſtem muliebrem, ac vehicula quæ pluris quam XV. millium æris eſſent, in cenſum referre viatores iuſſit. item mancipia minora annis XX. quæ poſt proximum luſtrum minoris quàm decem millibus æris, aut eo pluris vęniiſſent, vti ea quoque decem tanto pluris æſtimarentur quàm quanti eſſent, & his omnibus terni in millia æris attribuerentur. Melius etiam Auguſtus qui vt effuſas vtriuſque ſexus libidines coerceret: leges [4] de maritandis ordinibus tulit: quibus eos qui poſt annum quintum & vigeſimum vxorem nõ duxiſſent, aut duxiſſent quidem, ſed liberos non procreaſſent, hæreditatum quas creuiſſent, & legatorum quæ ſibi relicta eſſent, partem caducam in fiſcũ inferre cogebat:

1 Lucas Penna in l. vlt. de fundis limitro. C. l. 1. de indictiones de annonis C. l. 1. de indictione. C. l. reſcripto § vl. de mu. l. 1. de mun. C.

2 lib. 6. Cõmentar.

3 Gellius lib. 13 c. 23.

*Etymon vocis Gabellæ.*

*Vtiliſſima omniũ vectigalia.*

4 Gell. lib. 2. c. 15. l. ſi is qui [illegible] de vulgari. Tertullian. in lib. de monoga. Vlpian. ti. 14. i. 1. vi. de ver. l. 44. de ritu nuptiar. Dio lib. 56

eos vero qui liberos plures cæteris haberent, ab oneribus quibuſdam immues, & in honoribus capeſſendis dignitate ſuperiores eſſe iuſſit. quibus legibus Auguſtus ſummam ſapientiſſimi principis laudem aſſecutus mihi videtur: tum quod vagos concubitus, & impuras libidines incredibiliter repreſſit: tum etiam quod ſpuriis quantumquidem licuit de Republica ſublatis, iuſtos liberos, iuſtas vxores, ſine vlla iudiciorum aut pœnarum acerbitate quærere quenque coegit. etenim cùm nihil de pręſentibus bonis cuiuſquam detraheretur, ſed earum tantum hęreditatum quæ fere ab amicis inopinatò peruenirent, decima pars delibaretur, ærarium pecuniis, Rempublicam ciuibus, ciues virtutibus abundanter cumulauit. quas leges caducarias, Iulliam, inquam, Pappiā, Poppœam, Cō- B

*Summa Augusti prudentia.*

4 l.1. de infirmā-dis pœnis cælibatus. C.
5 l. vnica de caducis tollendis. C.

ſtantinus [4] primum, deinde Iuſtinianus Imperator pernicioſiſſimo exemplo [5] aut ſuſtulerunt, aut maxima ex parte iis derogarunt: cum tamen Pappius ac Poppœus Conſules legi Iulliæ varia capita, pœnáſque orbis grauiores, ac præmia prolem numeroſam habētibus maiora quàm lege Iullij irrogarētur, incredibili legis Iulliæ vtilitate explorata decreuiſſent [6]. Deterius etiam quod ab Honorio & Theōdoſio Imperatoribus iura liberorū omnibus tributa ſunt [7], vel vt verius ac melius loquamur, omnibus erepta. Ex quo tum adulteriorum veneríſque nefandæ turpiſſima fœdiſſimáque flagitia, tum etiam ciuium ſterilitas conſecuta eſt: vt immanis illa Gothorum ac barbariſſimorum hominum colluuies prouincias Imperij Romani propè deſertas occuparit. Hæc igitur tribu- C

6 Dio lib. 56. Nicephorus lib. 7. Sozomenes lib. 1. c. 9. Tacitus lib. 3. Vlpian. in Inſtit. c. 20. Trāquil. in Auguſto. Iuriſc. in tit. de ritu nuptiar.
7 l.1. de iure triū liberorum. C.

torum ac vectigalium genera quæ ad coercenda ſcelera imperantur, omnibus non modò iuſtiſſima debent verumetiam vtiliſſima videri. Antea quidem Caroli IX. regis noſtri edicto vectigal iudiciarium imperatum erat ad cohibendam litigatorum hominum indomitam atque effrenatam licentiam: ſed iudicum ac magiſtratuum, quibus tantūdem de quæſtu litium detrahebatur, aſſiduis querelis ſublatum eſt: vix vllum tamen afflictis ærarij opibus vtilius: & huic Imperio litium innumerabili multitudine oppreſſo ſplendidius cogitari poterat. Vix enim in omnibus Europæ regionibus & Imperiis tot lites quàm in hoc vno Imperio concreuerunt: quæ potiſſimum Caroli VI. regis temporibus accumulari cœperunt. is enim inueteratum morem, quo qui iudicio ſuperior fuiſſet, D

*Vectigal iudiciarium.*

nullas expenſas ferebat, edicto perpetuo abrogauit. id autem à maioribus noſtris inſtitutum fuiſſe opinor, vt ſubditi quodammodo ab inſita litigandi cupiditate reuocarentur. Ac tametſi Romani in libera Republica difficilime vectigalia ac tributa imperari ſibi paterentur: vectigalia tamen iudiciaria patienter tulerunt: & quidem infinitis partibus grauiora, quàm quæ Caroli IX. edicto imperabantur. quo quidē duos ad ſummum coronatos publice deponere cogebatur is qui alteri litem intēderet: eoſdem ab eo quem iudicio ſuperaſſet, recuperaturus: aut ſuæ temeritatis ſi vinceretur, iuſtam pœnam laturus. at Romani decimam partem eius rei quæ in controuerſiam veniret in priuatis, aut quintam in publicis iudiciis imperabant: vt quidem Feſtus Pompeius ſcribit. quanquam M.

8 In libris de lingua Latina.

Varro [8] quingentos aſſes ab vtroque reo, quæ pœna eadē propè Caroli noſtri

noſtri edicto comprehenſa eſt, ea lege depoſitos ſcribit, vt qui ſuperior fuiſſet, ſuum recuperaret. At fieri potuit vt poſt Varronem aucta ſit pœna. hoc item amplius quod ſponſiones fieri ſolebant, quas qui iudicio viciſſet, præter rei iudicatæ vtilitatem laturus erat[9], niſi aduerſarius ante iudicium acquieuiſſet: vt modis omnibus lites à ſtirpe amputarent. Certe quidem Hebræi[1] in Pandectis litigioſum hominũ genus grauius quàm Latini puniebãt: quia duplum rependere cogebatur qui debitum ſcienter denegaret. Turpiter tamẽ Caligula, qui quadrageſimam rerum earũ quæ iudicio peterentur, extorſit: ſiue iuſta ſiue iniuſta fuiſſet petẽdi cauſa. rerum autẽ vænaliũ, quæ ad luxũ, quæ ad libidinẽ, quę ad pompam
B comparantur, ſemper vtiliſſima ſunt & honeſtiſſima vectigalia. Sed cum Franciſci 1. regis edicto merces ac ſpecies vili pretio, tum vero ea genera quæ ad corruptelam ciuium inuehuntur multo vilius quàm decuit, æſtimantur. Nam Succini ſiue Ambarri pondo, ſpecies omnium quæ edicto continentur pretioſiſſima, paulo minus tribus ſeſtertiis cenſetur[2]: at ſeſtertia decem[3] pendere oportuit, vt vectigal maius in fiſcum cogeretur: rerum vero ciuibus vtilium aut nulla aut leuiſſima pretia eſſe debuerunt: vt vectigal facilius diſſolueretur, & peregrini mercatores ad eas res maiore copia aduehendas allicerentur. Etenim Romanis legibus vectigalia nulla indicta ſunt earum rerum quæ ad vitam commodius honeſtiúſque degendam aſportantur: ſed tantum aromatum, quas noſtri
C Latinos ſecuti, Species appellant, quæ ab Vlpiano[4] enumerantur, & llium, aut capillorum Indicorum, fucorum, ferarum, eunuchorum, cearum veſtium, & id genus aliarum mercium inanium. pecoribus autẽm, aut iumentis, aut rebus ad victum & cultum neceſſariis, nullum vectigal impoſuerunt. Capitationem quoque à tyrannis inuectam ſuſtulerat Seruius rex Romanorum: ſed Tarquinius Superbus renouauit[5]: & pro capite cuiuſque decem denarios exegit: Conſtantinus[6] omnino ſuſtulit. eſt autem tributum quod pater quiſque familias pro ſingulis capitibus etiam ſi nihil in bonis habeant, fiſco dependere cogitur, nobis inuſitata. fuit etiam capitatio annonaria[7] poſſeſſoribus agrorum pro iugorum & capitum quibus coluntur & arantur numero indicta.
D Qui vero ſua induſtria ſibi opes ac pecuniarum vim maximam coegerunt, à tributis immunes eſſe non oportet, dum aduerſus tenues id fiat modice, vel etiam intra modum, ne bonis artibus ac induſtriæ bellum indici videatur: potiſſimum vero cum aratoribus qui alienos agros colere non ſuos conſueuerunt, mitius agi debet: nec audiendi ſunt impoſtores qui omnia ſtudia, curam, ſolicitudinem in imponẽdis excogitandiſque tributis ac vectigalibus conferunt, & ad ea principes exacuere modis omnibus conantur: vt quadruplator ille quem honoris cauſa prætereo, qui annis ſuperioribus cum Blœſis Galliæ conuẽtus haberentur, profeſſus eſt amplius ſepties[8] millies ſeſtertium ſublatis cæteris omnibus tributis ac vectigalibus facilime ac ſine cuiuſquam incommodo in ærariũ cogi poſſe. rex hominem in comitium ad nos miſit, vt illud cæleſte ac Dei munere conceſſum beneficium explicaret. Ac tametſi noſtræ lega-

9 Valer. max.

1 Rabi Maymon lib 3. nemore ane nocim.

2 Id eſt 120. libellis Turon. tria ſeſtertia 131. ll. & 5. aſſib. æſtimãtur.

3 i. 437. 437. 10. aſſes.

4 In l. interdum. §. ſpecies. de publicanis.

5 Dionyſ. Halycar.

6 l. 1. de capitatione ciuiũ cẽſib. C. l. 1. de colonis fugit.

7 l. 1. de imponẽda lucratiua in C. Theod. l. 9. de actio. emptio. C Nouel. 17.

8 Id eſt libellarũ Turonenſiũ ſummam 3062500.

tionis ſocios & comites acutiſſimos haberemus, pleroſque tamen homo improbus erroris opinione deceperat, niſi fucum aperuiſſemus. poſuit enim Galliam vniuerſam ſexcentis [7] milliaribus patere à Bononia Belgarum Maſſiliam vſque: & eodem interuallo à monte [8] Iura vſque ad Luzum oppidum Pyrenæorum: ac propterea geometrica ratione ſuperficiem Galliæ cxx. millibus [9] milliariorum, vel quod idem eſt, quadraginta leucarum millibus, ſi Orontij definitionē ſequamur: is enim leucam Gallicā tria milliaria complecti ſcribit: tametſi Pariſienſes in actis [1] publicis leucam duobus milliaribus definiunnt. leucam vero decem millia iugerum complecti putabat: quæ ſumma conficit decies centena millia iugerum [2]: ex qua dimidium propter aquarum, viarum & agrorum deſerta & inculta loca detrahebat: reliquū vectigale faciebat, ea lege vt in ſingulos actus, id eſt in bina iugera, ſolidus Gallicus exigeretur: quæ ſumma fere conficit millies ac ducenties H S, vel vt loquimur, quinque milliones libellarum Turon. Idem ſibi fingebat oppidorum & pagorum ſexcenta millia, quibus bis millies centena millia familiarū contineri putabat: & ſingulis patribus familiarum ſolidos quinque imperari volebat, vt millies ac ducenties H S, vel planius quinque milliones libellarum Turonenſium cogerentur. præterea mercaturam Gallicam fere quater millies [3] æſtimabat in annos ſingulos, ex quibus ſingulos ſolidos in ſingula millia exprimi cupiebat. poſtremo ſingulis vrbibus ac pagis vniuerſitatis nomine ſolidos nummos vndecim imperabat: quæ omnia fere ter millies efficiunt: at ipſe ſepties millies non aliter conficere poterat quàm coniunctis decimis, antiquis portoriis, vectigalibus ac tributis: contraquam initio propoſitum fuerat. Sed præpterea tam multa peccabat vt quid maximè non facilè dici poſſet. Galliam enim quadratam efficiebat, cum ſit figura Rhombo ſimilis, minor quadrato. Deinde dimidiam agrorum cultorum partem exæquauit deſertis agris, cum tamen peræquatoribus noſtris exploratum ſit deſerta & multa loca, ſi aquas & vias adiungamus, duos Galliæ trientes auferre. deinde præter decimas quæ ab ordine ſacro in ærarium inferuntur, vectigales etiam agros eius ordinis efficiebat. Illud vero temere & impudenter, quod ſexcenta millia oppidorum ac pagorum in Gallia conſtituebat, cum ex rationibus publicis, Maximinus Præſes numerum parœciarum & curionum expreſſum ad conuentus attuliſſet: quod minus erat xxvii. millibus, ſi pagos vrbibus æquare voles. Id Henrico ii. rege planè intellectum eſt, cum anno M. D. LIIII. tributum XXXI. libellæ Turonenſis in ſingulas parœcias indixiſſet, numerus parœciarū extitit XXIIII. M. DCCCXXVII. preter Burgūdiones ac Pictones. Hieronymus Laſcus Polonus Palatini Siradienſis pater, ærarij opes hac ratione muniēdas ſibi putauit, ſi tres pietatis mōtes, (ſic enim appellabat triplex vectigal à ſe excogitatū) inſtituerētur: primo vectigalis genere dimidiam fructuum partem ſemel tantùm: ſecundo vigeſimam: tertio octauam rerum vænalium in perpetuū exigi volebat. Sed illud nemini, at ne ſibiipſi quidem perſuaſiſſe opinor. Quid enim pernicioſius? quid ad inflammandos ad ſeditionem plebis animos accōmoda-

7 Id eſt ducentis leucis Gallicis.
8 Mōs ſancti Bernardi.
9 Id eſt Leucarū 40000.
1 In regeſtis Caſtelleti.
2 Id eſt decem milliones 1000000.
3 Id eſt 15000000 libellarum.

modatius quàm tot ſimul ac tanta vectigalia, potiſſimum liberis, & quidem bellicoſiſſimis ac ferociſſimis gentibus imperari? At ſanctiſſimum nomen flagitioſo commento impoſuit, pietatis ſpecie quæſita. Itali quidem montes pietatis vbique ferè ad tenuium egeſtatem & ad inopiam ſubleuandam inſtituerunt, potiſſimum vero in ciuitatibus Lucenſium, Senenſium ac Florentinorum: his ſcilicet legibus, vt cui filia naſcitur, in ærarium pietatis pecuniam dotalem quam volet, eodem inferat momẽto nec repetere poſſit, ſed cum puella annum XVIII. attigerit, decuplam pecuniam maritus puellæ dotis nomine ab ærarij Quæſtoribus accipiat: ſi centum aureos intulerit, mille ab ærario laturus: ſin puella prius moriatur quàm nubere potuerit (quod ei non licet ante XVIII. annũ:) illata pecunia ærario cedit: niſi patri altera agnata ſit, quæ prioris iure fruatur. Alterum pietatis ærarium eſt, vnde tenuibus pecunia detur decem ad ſummum aureorum, ea lege vt trietibus vſuris [1], quæ omnium leuiſſimę iudicantur, & pignoribus ærario caueant ſe creditam pecuniam ſtato die reddituros: ſi ſoluendo non fuerint, pignus publicè venditur: quod ſoluta pecunia reliquum eſt, debitori reſtituitur. Ita cauetur ne tenues grauioribus vſuris vrgeantur, aut ſupellectilis diſtractionem alieniſſimo tempore ac loco patiantur. melius tamen Antoninus Pius Imperator & priuatorum inopiæ, & ærario ciuitatis cauit, cum pecuniæ publicæ maximam partem ſub trietibus vſuris daret iis qui prædibus ac prædiis Reipublicæ cauerent, ſe & ſortem & vſuras, cùm peterentur, reddituros: cuius exemplo Alexander Seuerus ærarium dirutum reſtituit. Auguſtus [2] tamen referto pecuniis ærario, partem ſine vſuris dabat iis qui prædibus ac prædiis cauerent ſe duplum reddituros, niſi ſtato die petitam pecuniã in ærarium inferrent. iſta quidem ratione pecunia publica nec erat otioſa, neç principum largitionibus effuſa, nec rapinis exhauſta, ſed ad ſingulos & ad vniuerſos ſumma vtilitas redundabat. Hîc mihi occurret aliquis, tametſi Auguſtus pecuniam publicam minimè fœneraretur, pœnam tamen dupli, niſi ſtato die ſolueretur, quouis fœnore fuiſſe grauiorem, ac propterea legibus improbatam [3]. ego verò pœnam illam tum improbari legibus video cum in fraudem & vltra vſurarum legitimarum modum quid ſtipulamur [4]: ſed qui pecuniam publicam accipit, nec ſtato die reddit, peculatum admittit: eſt igitur peculatus pœna non vſurarum. Prudentius tamen principes illi, Antoninus, inquam, & Alexander, qui & Reipublicæ neceſſitati, & priuatorum vtilitatibus inſeruiebant. Qui verò pecuniam ſub vſuris Reipublicę nomine accipiunt, næ illi ærarij ac ciuitatis euerſionem moliuntur. Venetos, qui cæteris frugaliores videntur, vt ærarium augerent, pecuniam à priuatis ſub trientibus vſuris accepiſſe video ſine vlla ſpe recuperandæ ſortis: quod iure communi licebat, & vbique ferè in Italia licet: aut ſub vſuris centeſima grauioribus, ſcilicet ſextante [5], quandiu vixerit qui dedit: eo tamen moriente, ſors ærario cedit. ſed pauci ſunt qui ea conditione ciuitatibus fœnerari velint. At collegium Georgianum apud Genuenſes quas trientibus aut ad ſummum ſemiſſibus vſuris pecunias accipit, eaſdem principibus ac mercato-

*Montes pietatis Italorum*

1 Id eſt quinque pro centum.

*Antonini Pij laudabile inſtitutum. Spartianus.*

2 Tranquil. in Auguſto.

3 l. pecuniæ fœnebris. de vſuris. l. Iulianus §. idem Pomponius de actio. empti.

4 d. l. pecuniæ.

*Ærarij publici ac ciuitatum euerſio.*

5 Id eſt quatuordecim pro centum.

ribus grauiſſimis vſuris fœneratur. Vnde tanta vis pecuniarum coacta eſt, vt Inſulam Corſicam ac prædia publica omnino redempta ſint. Priuati quincunces vſuras ſine vllo periculo ſortis Georgiano collegio credere malunt, quàm à priuatis, qui ſæpiſſime foro cedunt, vel fortunarũ iacturam patiuntur, vſuram accipere grauiorem. nam collegium illud bona fide vſuras ſua quaque die ſine mora diſſoluit. Veneti verò non eadem fide vſura priuatis debitas ſoluiſſe videmus: ſed vetuſtate ſenſim vſuras in ſortem imputaſſe iis qui olim beſſes ſtipulati fuerant. At reges noſtros rariſſime accepiſſe, rarius etiam dediſſe fœnori pecunias legimus. Primus, opinor, Cardinalis Turnonius Italorum ope conſilióve
6 anno 1543. Franciſco I. regi perſuaſit [6] vt pecunias moderato fœnore acciperet, ac Lugduni ſtatis nundinarum temporibus vſuras ſolueret: ita futurum vt Italorum ac Germanorum opes breui cogeret, hoſtibus eriperet. hoc etiam agebatur vt Cardinalis aureorum centum millia tutiſſime fœnori daret, ac ſortem quoties vellet, repeteret: cæteri non item. accurrunt Itali ac Germani mercatores, Gallorum etiam quamplurimi: ita paucos poſt annos quàm mortuus eſt Franciſcus, ſors D. aureorum millia ſuperabat: quæ ex ærario pecuniis refertiſſimo diſſoluere potuiſſet: noluit tamen, etſi nec pecuniis Reſpublica egeret, & cum omnibus principibus aut fœdus aut pacem iniuiſſet. ſecuta eſt calamitoſiſſima dominatio Hẽrici filij qui breuî exhauſto patris ærario vſuras centeſimas, pòſt etiam
7 anno 1554. ſeſquicenteſimas [7], tandem ducenteſimas pactus eſt. Cum verò pecunia fœnori ſoluendo non ſufficeret, vſurarum vſuras creditoribus promiſit. Carolus V. Imperator Henrici exemplo tunc primum bellis vrgentibus ſub fœnore centeſimo pecunias accepit. Antea quoque Henricus VIII. rex Anglorum à Germanis mercatoribus maritimarum ciuitatum centum aureorum millia acceperat ſub vſuris centeſimis: vt opes ac pecunias vſurarum illecebris ad ſe quiſque pertraheret. At Henricus II. rex Francorum opinionis errore deceptus eſt: cum enim grauiores cæteris vſuras creditoribus ſolueret, maiorem vim pecuniarum ſe coacturum ſperabat: ſed prudentiſſimus quiſque futurum proſpiciebat, vt cum breuî pecunia regem tam graui fœnore obęratum, pòſt etiam fides defeciſſet: creditores vnà cum vſuris ſortem amitterent. Carolus verò Imperator creditoribus ſatis ſe facturum iudicabat, cum ciuitates quaſi prædes creditoribus daret. Mortuo Henrico rege creditores quereliſ omnia compleuerunt: ac plerique non de vſuris, ſed de ſorte recuperanda laborarunt: cum alius ſortis ſemiſſem, alius trientem emptoribus ſuo periculo cedere cogeretur. Nec ſolum Germani, Heluetij, Itali, Franci, verumetiam Turcarum nonnulli pecunias mercatorum nomine regi crediđiſſent. Etenim Roſtanus Baſſa quominus Turcarum auxiliares copiæ regi Henrico II. mitterentur, cùm in Italia Guyſio duce bellum renouatum eſſet, interceſſit, tametſi Vinea legatus aureorum decem millia regis Henrici nomine numeraſſet, quoniam quatuor millia fœnoris ac ſortem ſibi deberi querebatur. hac enim lege fœnerantur vt ſortem cum vſuris repetere liceat, vt etiam Itali publicani qui quod fœnora

nora in Gallia prohiberi vident, verſutiſſimè debitores hac fraude cir-
cunueniunt: mutuam enim dant pecuniam acceptis prædibus ac prędiis,
ac vſuras interdum centeſimas, ſæpe grauiores ſtipulantur: nihil tamen
fœnoris nomine ſcripto continetur. ſtato die ſine teſtibus & apocha
fœnus accipiunt: quodquidem niſi ſolutum ſit, ſortem diſtracta ſu-
pellectile debitorum ſibi reddi per viatorem cogunt: aut etiam car-
ceribus debitores includunt. Qua fraude fœneratores Italos in anna-
libus noſtris antea quoque vſos eſſe legimus, ac propterea diuo Ludo-
uico[1] rege primum, deinde Philippo[2] Bello Ludouici nepote, huius 1 anno 1254. 2 anno 1300.
Imperij finibus bonis publicatis exactos: debitores fœnore liberatos ſor
B tis reliquias in fiſcum intuliſſe. Sed non ita coerceri potuit illa fœnerato-
rum peſtis, quin Philippo[3] Valeſio rege rurſus de iis quæreretur: qua qui 3 anno 1347.
dem quæſtione decreta intellectum eſt quinquagies ſeſtertiũ[4] ab Italis
publicanis aduectum, paucis annis quinquies millies[5] fœnoris peperiſſe. 4 Id eſt 238750. libellarum.
ac tametſi ex hoc regno exterminati ſæpe fuerint, nuſquam tamen vllis 5 Id eſt 21875000. libellarum.
temporibus extitit copia maior: nec quandiu principes fœnori accipient,
defuturi ſunt. Sed cum inopia ærarij fœneratores terruiſſet, reges noſtri
pecunias à ciuitatibus fere ſingulis mutuas acceperunt: ciuitates à priua-
tis quibus vſuras beſſes ex vectigalibus ac tributis quoad ſortem recipe-
rent, promitti neceſſe fuit: quibus tamen ſatisfieri nõ poteſt. Hæc quidẽ
tolerabilia viderētur, ſi quod regibus perſuaſum erat, ciuitates obſequio
C ac fide maiore acceptis mutuo pecuniis deuincire potuiſſent: ſed nullis
temporibus grauiores in Gallia tumultus aut plures ciuitatum defectio-
nes extiterunt. ęrarij verò tanta fuit inopia, vt Henricus moriens plura de
beret, quàm ſui maiores annis quadraginta à ſubditis exegiſſent: ídque ęs
alienum annis XII. quibus imperauit, ferè totum vſuris contractum eſt:
præterquam quod quatercenties quadragies quinquies[6] H S mutui no- 6 Id eſt 2312610. ll. Turonenſ.
mine ſine vſuris debuit. ſors vero pecuniarum quarum nomine vſuræ
debebantur, fuit ter millies quatercenties & vndecies H S: vſurarum ve-
ro quarum dies venerat anno M.D.LX. Franciſco II. rege, ſumma fuit cẽ-
ties ſeptuageſies ſexies H S[7] præter ea quę duci Ferrarienſi, quæque con- 7 Id eſt, 775979. ll.
tractis principum nuptiis Henrico moriente debebantur: cuius pecuniæ
D ſumma fuit paulo[8] minus bis millies H S. cætera debita fere quater cen- 8 Summa fuit 8514592. ff.
ties ſexagies[1] H S æquãt. quæ omnia debita ſimul coacta fere decies mil 1 Summa fuit 1564787.
lies efficiũt[2]: quæ ſumma etiam decimarum, vectigalium ac prædiorum 2 Summa fuit 41183175. ll. Turonenſ.
publicorum iura ciuitatibus & corporibus oppignerata complectitur.
Quamquam Carolus V. Imperator eiúſque filius Philippus debita mul-
to grauiora vſurarum vitio contraxerũt: nam ex rationibus publicis Hiſ-
panorum anno M.D.LXVI. fere[3] vndecies millies priuatis debitum fuiſſe 3 Summa fuiſſe dicitur Hiſpanicorum aureorũ 15432000
accepimus: eóque nomine prædia publica vectigaliáque Neapoleos ac
Mediolanenſis agri, iampridem à Genuenſium mercatoribus oppigne-
rata teneri. Sed riſu digna res eſt, quod non modo Genuenſibus verum-
etiam ipſi Philippo Hiſpaniarum regi ob id ſacris interdictum fuerit:
quod hic quidẽ acciperet, illi verò darent fœnori pecuniam: & quæſtio
Romæ habita de Genuenſium fœneratoribus, qua quidem compertum

eſt pleroſque ducenteſimum ac treceteſimum fœnus à Philippo acce-piſſe. nec inanis fuit illa quæſtio & interdictio, cum inde Philippus occaſione accepta ne fidem fallere videretur, creditores decem annorum vſura fraudarit. Eadem interdictio regibus noſtris peropportuna fuiſſet ad publicanos & mancipes Italos, qui omnia vectigalia, portoria, prædia publica, ſalinas mercede conducunt contra morem maiorum contráque leges, huius Imperij finibus arcendos. Nec mirũ ſi tot ac tãtas ærarij opes hinc in Italiam exportant impunè, cum in auctionibus præferantur ſubditis etiam carius conducentibus. Sed illud magis intolerãdum, quod non ita pridem omnibus ſpectantibus vna deminutione mercedis aureorum viginti millia cum ſempiterna Gallorum contumelia ex portorio Lugdunenſi lucrifecerunt, ac magiſtratibus quæſtiones peculatus ademerunt, vt à principe iudicarentur, ac impunè prædari liceret. Harum omnium calamitatum origo eſt à Frãciſco rege petita, qui cùm opibus ac pecuniis parta pace abundaret, fœnori accipere non dubitauit. quo nihil in Rempublicam pernicioſius cogitari potuit: quoniam alterutrum neceſſe eſt, aut ærarium diruere ac publicas opes euertere, ſi vſuræ diſſoluãtur: aut turpiter fidem fallere, ac priuatorum bona diripere. Etenim principum inopiam ac egeſtatem ſequuntur rapinæ, ſectiones, proſcriptiones, ac innocentium hominum crudeliſſimæ ſtrages. tum enim principi commodum erit ac neceſſarium mutuã à ſociis & à ſubditis pecuniam ſub vſuris accipere, cum defectiones à ſe & potẽtium coniurationes proſpicit: nam extremis periculis extrema remedia quærũtur: vt Eume[...] feciſſe legimus, qui à coniuratis & ab iis quos à ſe defecturos int[...]rat, pecunias ſub grauiſſimis vſuris accepit. nec aliter Agrippa rex Iudæorum regnum vnde expulſus erat, recuperaturus videbatur, niſi nomina feciſſet, ac debita grauiſſima contraxiſſet. creditores enim, vt in regnu[...]ſtitueretur, omni ſtudio ac ſolicitudine curauerunt. quod item accidit Eduardo IIII. regi Anglorum cùm de regno deiectus fuiſſet. illud tamẽ conſilium inutile futurum eſt, ſi creditoribus cautum ſit prædibus [...] prædiis. Quibus igitur rationibus ærarij publici opes curari debeant, [...]tis, opinor, expoſitum videtur: quod primum huius diſputationis caput erat. Secundum eſt, vt ciuitas coactis opibus pro ſalute próque dignitatẽ publica vtatur. quo de genere cum de præmiis diſſeruimus, multa dixiſſe videmur: cætera quæ ſunt intermiſſa, perſequamur. Maiores noſtri in rationibus diſtrahendis primum caput expenſarum erogationibus à rege factis in tenues & egentes tribuere ſolebant: ſecundum regiæ domui: tertium ſartis tectis: nunc vero conuerſa ratio eſt. Certe quidem religionis ac ſapientię principes illi veteres Hebræi [4] hanc diſciplinam à ſanctiſſimis prophetis acceptam poſteritati tradiderunt, cum dicerent diuitiarum munimentum omnium maximum ac firmiſſimum eſſe eleemoſynam ac benignitatẽ aduerſus egentes. eius autem benignitatis ac largitionis modum decima parte bonorum definierunt. Ac mihi quidem res humanas propiùs intuenti, nullæ familiæ, nulli principes, nulla Imperia opibus ac victoriis tam floruiſſe videntur, quàm quæ maximam egẽtium

4 In libris פירקי אבות

ac te-

ac tenuium curam habuerunt. Atque in eo quidem regum noſtrorum præ cæteris, quantumquidem colligere potui, benignitas in egentes clariſſima ſemper extitit: maximè tamen Roberti regis Capeti filij, à quo cæteri deinceps charitatis exempla didicerũt. Is enim mille pauperes humaniſſimè ſemper fouit: eíſque iumenta præbuit, vt ſe quocunquè iret, conſequerentur: ac pro ſe vota facerẽt. ac tametſi noui regis filius regnũ maximum adeptus eſſet, nemo tamen diutius aut fœlicitate, aut trãquillitate maiore quàm hic imperauit. Illud autem de regibus noſtris prædicare poſſumus, cæteros omnes omnium gentium reges ac principes imperandi facilitate, diuturnitate, ac ſecuritate ſuperaſſe: quod cum bona ve-
B nia dictum ſit eorum qui non modo Chriſtianorum, verumetiam Turcarum, Perſarum, Tartarorum, Æthiopum Indorum Imperia tenent. Quem enim ex illis omnibus cum diuo Ludouico rege conferemus? is enim octo & viginti rerum diuinarum & humanarum collegia ſuis opibus fundauit: tametſi centum ac viginti pauperes qui ſe conſequebantur, humaniſſimè, & eodem victu quo ſeipſum quotidie ſuſtentaret: at etiam diebus quadrageſimæ numerum duplicabat. Itaque mirum videri non debet, ſi annos quatuor & quadraginta ſumma cum ſui nominis gloria imperarit, & ita imperarit, vt hoſtibus quidem formidoloſus, charus amicis, Deus ſubditis, ſanctus omnibus haberetur. hoc amplius, quod in ſumma parte fœlicitatis reges ponere cõſueuerunt, omitti non debet,
C quod quinque filios, quatuor filias ſe moriente ſpirantes, ac regnum armis & legibus florẽtiſſimum reliquit. extrema verò cohortatione filium regni ſucceſſorem ſtudioſiſſimè admonuit, vt Deum in primis veneraretur, deinde egentes ac tenues quàm maxima poſſet benignitate cumularet. Nec omittendus eſt Iacobus v. rex Scotorum, is qui rex egentium vſurpatur, qui cum omnes ſui temporis principes benignitate vinceret, maiores tamen ſuos opum magnitudine longè ſuperauit. Illuſtres verò familias, Imperia, ciuitates cum principibus in exitium ruere, aut grauiſſimis calamitatibus & egeſtate conflictari videmus, quæ tenuium bona diripuerunt, aut quaſi prędam militibus ac latrociniis publicanorum obiecerunt. Etenim Henricus II. rex Francorum noſtra ætate tributum te-
D merarium imperarat [5], quod vulgus talionum appellauit, teſtatus ſe id [5] anno 1549. militum ſtipendio daturum, ne cum cæteris vectigalibus cõturbaretur, vt plebs ab iniuriis ac direptionibus militũ tuta eſſet: vt antea tributum quod alendis decem legionibus indictum erat, ciuitatibus quæ ab incurſionibus ac direptionibus militum tutæ ſunt: quod tamen tributum agricolis etiam communicatum eſt. ex quo ſecuta eſt crudeliſſima expilatio agricolarum, qui tametſi indigniſſime à militibus diripiuntur, nihilominus tamen nouis quotidie tributis ac vectigalium innumerabilium multitudine prægrauantur. Cùm tot ac tantis calamitatibus præclare ſecum agi putarent, ſi alimenta militibus Quæſtorum ac Præfectorũ annonæ militaris leuiſſimo pretio pararent, vt aliquot annos factum vidimus. Quid igitur ſperandum eſt ab iis ciuitatibus, in quibus cum tanta impunitate ac licentia milites latrocinantur, & in ciues grauius quàm in

hoſtes graſſantur? latrociniorum vero culpam in principes regerunt, quod ſine ſtipendiis militare coguntur: quãquam nec inuiti militare coguntur, nec ſtipendia ſi rex velit, ſibi dari cupiant, vt liberius prædari liceat. Vna igitur eſt tuendæ ciuitatis, ac diſciplinæ militaris, (quã nullam habemus) reſtituendæ, tum etiam latrociniorum coercendorum ratio, ſi militibus certiſſima ſtipendia dentur. neque enim diſciplinam, inquit Caſſiodorus, ſeruare poteſt ieiunus exercitus, dum quod deeſt, ſemper præſumat armatus. Id autem fieri nequit, niſi ſumma ærarij cura habeatur. At ſæpiſſime videmus principes à fœnore vel mutuo bellum auſpicari: quo nihil pernicioſius fieri poteſt. Placet igitur vt prima principis eiúſque familiæ cura habeatur, deinde ſtipendiorum militarium, poſtea magiſtratuũ, qui ſtipẽdiorũ inopia fœdius interdũ quàm milites latrocinãtur: tũ eorũ quibus præmia re bene geſta debẽtur: poſtremo tenuium ſubditorũ: non tantùm propter eã, quæ nobis cũ illis cõmunis eſt, humanitatis coniunctionẽ, verumetiã ne inopia ſubditorum Reſpublica perturbari poſſit, vt antea diximus. His ita conſtitutis, ſarta tecta, curanda ſunt, arces præſidiis firmiſſimis ſtabiliendæ, mœnia inſtauranda, pontes erigendi, viæ ſternendæ, portus muniendi, naues extruendæ, tẽpla exornanda, ædes publicæ reficiendæ, vetera ædificia quæ ad vtilitatem, quæque ad ſplendorem ciuitatis pertinent, ſarcienda, aut veteribus caducis noua ſunt ædificanda. nam præter eam quæ neceſſariò principi proſpicienda eſt, propugnaculorum ac mœnium curam, ſumma etiam ex operibus publicis ad vniuerſos & ad ſingulos vtilitas manare conſueuit: quia egeſtati ſimul ac ignauiæ occurritur, inertia è ciuitate expellitur, opificia condiſcuntur, tenues ſubleuantur, otioſi exercentur, vrbes exornãtur, morbi arcentur: denique inuidiæ erga principes quæ ſæpiſſime ſubditos ad defectionem exacuit, nullus nec ſeditioni locus relinquitur, cum quæ tributa ſubitis imperantur, parta pace non modo in vniuerſorum, ſed etiam in ſingulorum vtilitatem redundant. Quamobrem Alexander Seuerus Imperator pleraque portoria tributáve ciuitatibus relinqui voluit, vt ea quæ modò dixi, melius commodiúſque curarentur. Quod cum in omni Republica vtile tum maxime in ariſtocratia neceſſarium eſt: propterea quod difficilius ſubditorum innumerabilis multitudo à paucis principibus coerceri poteſt, niſi plebs operibus publicis ac opificiis intenta quæſtum faciat. hac etiam ratione proſpicitur, ne populus frumenti ac pecuniarum largitione conſueſcat, vt in popularibus ciuitatibus quondam fieri ſolebat: ac potiſſimum Tarenti [6]: quę res exitium attulit non tantum ærarij opibus, ſed etiam ciuitati. Itaque probro Pericli datũ eſt, quod primus populũ Athenienſem, vt eius gratiam promereretur, congiariis aſſuefecerit [7]. Idem tamen cum in ea Republica quodammodo regnare cœpiſſet, publicas opes in opera publica effudit: nec ſolùm vrbem propugnaculis munitiſſimam, verumetiam ædificiorum magnificentia ſuperbam, & opificum ingenioſiſſimorum multitudine admirabilem reliquit. nec prius tamen id auſus eſt, quàm pacata Republica & ærario pecuniis referto. tunc enim centum millia talentornm Attico-

*Vna militaris diſciplinæ reſtituendæ ratio.*

*Vtilitates operum publicorũ.*

6 Ariſto. in polit.

7 Plutarc. in Pericle.

Atticorum in ærario fuiſſe feruntur: ſi Demoſtheni[8] credimus: quæ pecunia cum immanis ſit, non dubium eſt errorem irrepſiſſe, ac centum talenta legi oportere: cum antea docuerimus nunquam Athenienſes à ſociis, cum vectigalia ac tributa grauiſſima imperarent, pluſquam duo talentorum millia extremis temporibus exegiſſe: Periclis verò ætate vix mille talēta extorſiſſe. Et quoniam apud ſocios inuidia, apud ciues etiam maleuolentia flagrabat, quod ærarij opes in templa, mœnia, portus profudiſſet, palam auſus eſt in concione populi dicere, ſi populus ea improbaret, ſe pecunias operum publicorum in ærarium illaturum, ea lege vt publicis operibus ſuum nomen incideretur[9], ſuáque vnius impenſa facta fuiſſe poſteritati teſtatum eſſet. populus conditionem reſpuit & impenſas accepto tulit: cum intelligeret eas opes ad vniuerſorum & ſingulorum decus & vtilitatem effuſas: quod plerique mercatores in materia ſuppeditanda, vectores & nauicularij in vehenda, opifices in polienda, ac in ſuo quiſque genere vberrimum quæſtum faceret. operum verò ſplendor ac magnificentia incomparabilem ſeculis omnibus gloriam populo Athenienſi pepererunt. Sed præter eas quas dixi vtilitates, vna eſt omniū maxima, quod ſcilicet duæ Rerum omnium publicarum antiquiſſimæ peſtes, egeſtas, inquam, & inertia, de ciuitate depellerentur: quo nihil in popularibus & optimatum Imperiis commodius fieri poteſt: & in iis potiſſimum regionibus quibus homines ob ingeniorum præſtantiam difficilius à rebus nouandis prohiberi poſſunt: quales fuiſſe diximus Athenienſes: quales item Ægyptios, qui ſuorum inertiam capitalibus pœnis coercebant[1]. Hinc illæ pyramides quæ à regibus Ægyptiorum, ne plebs otio & ignauia langueret, extructæ feruntur. Et quidem Auguſtus parta pace, vt populum in officio contineret, locupletiſſimos quoſque ad ædium conſtruendarum æmulationem inuitabat, eóſque opibus & honoribus cumulabat, qui Vrbem ædificiorum magnificentia exornarent: ipſe ſacras ædes vetuſtate collapſas, aut incendio abſumptas refecit, & in cellum Iouis Capitolini XVI. millia pondo auri contulit: ac merito gloriabatur, ſe Vrbem quam lateritiam acceperat, marmoreā reliquiſſe. Quid Claudius Imperator? nulla re poſteritati magis quàm operum publicorum incredibili magnificentia commēdatus eſt. Fucini lacus per tria paſſum millia partim effoſſis partim exciſis mōtibus canalem abſoluit poſt vndecim annos, cōtinuis XXX. hominum millibus ſine vlla intermiſſione, inquit Tranquillus[2], operantibus. Quid Veſpaſianus? nō modo Capitolium, ſed Vrbis regiones XII. incendio Neronis abſumptas, ciuibus certatim operi manus admouentibus paucis annis reſtituit. & cum architectus aliquis grandes columnas exigua impenſa in Capitolium perducturum ſe polliceretur, præmium obtulit, operā remiſit, præfatus ſineret ſe plebeculam paſcere[3]. Quid Veneti? quatuor circiter hominum millia operibus publicis aſſidue exercent ac fouent. quo nihil aut plebi vtilius, aut ciuitati commodius, aut vniuerſis iucūdius fieri poteſt: quod præter opera publica ciuitati neceſſaria, etiam publicas opes tenuibus alendis ſumma benignitate largiuntur. Hæc tamen ſplendida ſunt ac

8 In Olinthiacis.
9 Plutar. in Pericle.
1 Plutar. in Solone, Herodot. Cæſar lib. 2. de bello ciuili
2 In Claudio.
3 Trāquil. in Veſpaſiano

magnifica,quæque ciuitatem ſuperbam ac magnum principem deceant, quibus ſcilicet tantæ ſint opes, vt parta pace ac præmiis ſtipendiiſque omnibus quæ cuique iuſta debeantur,diſtributis,ea quæ dixi opera publica moliantur, ſed qui vectigalium ac tributorum multitudine plebem opprimit,vt inanium ædificiorum ſubſtructionibus gloriam conquirat, ac maiorũ opera collabi patiatur, is profectò ſuæ tyrannidis indelebiles notas ac teſtimonia poſteritati ſempiterna relinquit, ſe ciuium ſanguine ſua cæmenta madefeciſſe. Ac ferè fit vt ſuperbas tyrannorum molitiones poſteri ob id tantùm euertant,ne vllum tyrannidis in ciuitate veſtigium extare poſſit. Domus aurea Neronis Vrbem ferè ambitu complectebatur: at conſequentium Imperatorum qui in ea domo propter Neronis B flagitioſam memoriam habitare vellet,inuentus eſt nemo:ſed paulo momento collapſa eſt, quippe quæ innocentium ciuium ſanguine extructa fuiſſet. Quanquam inanes operum ac ſuperbæ molitiones quas tyranni meditantur, tolerabiliores ſunt quàm in homines indigniſſimos effuſæ largitiones:quia principem prodigum & alieni largitorem egeſtas ſequitur, egeſtatem extrema tyrannis. Quis enim Nerone & Caligula prodigalior? quis vtroque crudelior? alter enim vicies millies immanibus largitionibus effudit: alter amplius tricies millies primo ſui principatus anno abſumpſit: eóq; inopia Caligulã adegit,vt ſtipẽ mendicare cogeretur: deinde ad proſcriptiones cõuerſus,poſteaquã publicas opes cõſumpſiſſet, priuatas expilare, & crudeliſſimis ſectionibus omnia miſcere cœpit. Interdum tamen principes minimè malos rerum ab ſe geſtarum obliuio C tanta capit vt quibus, quantúmque pecuniarum, & quam ob cauſam largiantur, quid ærario deſit, quídve ſuperſit,penitus ignorent. Itaque perſapienter Franciſcus maior rex Françorum, ſingulos prouinciarum Quæſtores generales duo breuiaria publicarum cuiuſque prouinciæ pecuniarum pridie Calend. Ianuar. ad ærarij ſanctioris Præfectum mittere iuſſit: alterum quidem verum anni proximè antecedentis: alterum coniecturale anni ſequentis: vt Præfectus ærarij ex omnibus breuiariis duo conficiat breuiſſimis capitibus ſummam accepti & expenſi rationem complectentia, vt principi Senatuíque planè exploratum ſit, quantæ facultates, quantáque ærarij ſit inopia: vt commodiùs Reipublicæ D caueatur,ac donationibus immenſis occurratur. Cuius rei quanta ſit vtilitas,argumento eſſe poteſt,quod anno M. D. LXXII. ex breuiario coniecturali quod ad ærarij Tribunos allatum eſt,æſtimatio fiebat partium caducarum ſummam fore quater centies [4] HS. at ſequenti anno Calendis Ianuariis intellectum eſt quingenties ſexagies [5] rationibus publicis accepto latum fuiſſe: cuius ſummæ vix ſexta pars publicis vtilitatibus ceſſerat. ſed ea calamitas tum accidit, cum puerorum ac fœminarum dominatu omnia tenerentur. Cùm hoc breuiario ſi largitores illi ſuarum donationum breue compendium haberent,vt quibus quantúmque donatum ſit,quibus etiam quid dari oporteat, contueri poſſent, fortaſſe parcius donarent, publicæque vtilitati melius proſpicerent. Illud etiam non minus neceſſarium fuerit principi,non modo publicarũ actionum quæ

*Tyrãni ciuium ſanguine ſua madefaciunt cæmenta.*

4 Id eſt 1750000. librarũ Turonẽſ.
5 Id eſt 2450000

quæ geruntur, inſtrumentum, ſed etiam ſubditorum quos habet, virtutibus artibúſque illuſtrium nomina breuiſſimis tabulis comprehenſa ſæpius intueri: cum nullius tanta ſit támque tenax memoria, vt non ſæpiſſime in infinita negotiorum multitudine offendat. Quis enim Ludouico XI. rege Francorum in rebus agendis prudentior extitit? at ſciens prudens in Caroli Burgundionum comitis retia ſeipſum coniecit, oblitus ſe Legatos Leodium ad bellum Carolo inferendum miſiſſe: qua re intellecta Carolus regem captiuum Peronæ, quò illum inuiſere non dubitarat, obſeruari iuſſit. ſi anteacti temporis ac rerum geſtarum inſtrumentum habuiſſet, nunquam ita temere laberetur. Sed hîc aſſentator aulicus obiiciet, inſtrumẽtum illud Imperij nimis amplum fore, nec principem his ſtudiis intentum diutius victurum. Cur ergo principes illi qui terrarum orbem ſuis imperiis ac legibus tanta cura, ſtudio, ſolicitudine, labore, induſtria moderati ſunt, tandiu vixerunt? Auguſtus, inquam, Tiberius, Veſpaſianus, Traianus, Adrianus, vterque Antoninus? at inſtrumentum Imperij ab aliis conſcriptum non habuerunt, ſed ipſi ſibi Auguſti prudentiſſimi principis exemplar ſecuti conſcripſerunt. Quinetiam Auguſtus tria volumina Imperij ſucceſſoribus reliquit: vno mandata de funere ſuo complexus eſt: altero indicem rerum à ſe geſtarum: tertio breuiarium totius Imperij, quantum militum ſub ſignis vbique, quantæ pecuniæ in ærario & fiſcis, & vectigaliorum reſiduis eſſent: adiecit etiã eorum nomina à quibus ratio exigi poſſet. nec tamen à iure dicundo abſtinuit vnquam: & optimos quoſque de Republica libros diligentiſſime legit, Demetrij Phalerei diſciplinæ memor: cùm Ptolemæo regi ſuaderet eos libros aſſidue ſibi legendos eſſe à quibus intelligerent ea reges, quæ audire à nemine poſſint. O magnum & immortali gloria dignũ principem! an igitur tanto Imperio, tantis negotiis, tantis rebus implicatus parũ vixit qui annum LXXIIII. ſuperauit? Veſpaſianus item inſtrumentum Imperij pulcherrimum, inquit Tranquillus, confecit: annos tamen ſeptuaginta vixit. Latiùs etiam Perſarum quàm Romanorum Imperia, ab extremis ſcilicet Indiæ oris vſque ad Helleſpontum Lybiæque deſerta, cẽtum XXVII. prouinciis patebant: ſemper tamen Perſarum Imperatores inſtrumentum Imperij ac largitionum ſuarum præ ſe diu noctúque ferebant. argumento ſit quod Darius is qui Longimanus[6] vſurpatur, cum manus impias coniuratorum Mardochæi familiaris ac domeſtici beneficio admonitus, cui tamen egenti nulla præmia decreuiſſet: aliquanto pòſt cum noctem inſomnem duceret, inſtrumentum Imperij ad ſe deferri iuſſit, in quo ſcriptum erat Mardochæum coniuratos in principem detexiſſe: nec tamen vllum præmium tuliſſe, hominem acciri mandauit, eúmque ampliſſimis honoribus cumulauit. Omnibus tamen omnium ſeu Perſarum, ſeu Græcorum, ſeu Romanorum Imperiis, maius eſt hac quidem ætate Imperium Hiſpanorum: at non modò tanti Imperij inſtrumentum rex Hiſpanus aſſiduè contuetur, ſed etiam librum omniũ literarum quas ad Legatos & Præſides prouinciarum ſcribit, compendioſiſſimè ſingula complectentem voluit ac reuoluit. ob id enim Caro-

*Inſtrumentum Imperij.*

[6] Heſter. cap. 6.

Margin letters: B (at "iiciet"), C (at "nomina à quibus"), D (at "inſtrumentum Imperij ac largitionum").

lus ſapiens rex Francorum Senatus ſcribam primus creauit,non quidem litibus notandis, ſed iis tantum negotiis quæ ad Rempublicam pertinerent, breuiter deſcribendis. Omnium tamen maxime principi neceſſarium eſt inſtrumentum largitionum: propterea quod nulla re grauiùs quàm in eo genere peccatur. Superius monui Philippi Valeſij lege cautum fuiſſe,vt dona principis irrita eſſent, niſi is cui quid dono datum fuerit à principe donationum, tabulis antecedẽtes maioribúſque ſuis factas largitiones complectatur: diximus etiam Carolum VIII.regem ſanxiſſe, ne largitio vlla vim haberet à principe facta,quæ vel duo ſeſtertia[7] ſuperaret,niſi apud acta rationalis Curię inſinuaretur.Tertia lex[8] eſt,ne quid rationibus expenſi accepto feratur ſine mandato & apocha. Quæ leges B cum iampridem obſoleuerint, non aliter aulicorum hominum rapinis occurri poteſt,quàm eo quo dixi donationum principalium inſtrumento.poſtrema lex erat Fräciſci maioris, qua cautum erat vt ærarij ſanctioris quatuor claues fabricarentur: vt vnam penes ſe rex haberet:cæteras ij quos ærario præfeciſſet. ſubrogatum etiam huic legi, ne ex arca nummi niſi præſente ærarij Præfecto & ſcriba mouerentur. poſtea tamen Henrici II.[9] edicto Præfecti ærarij lege ſoluti ſunt,ne rationũ diſtrahendarũ actione tenerentur.tum vero lata lex eſt cum vna largitione centum aureorum millia in vnum ex ærarij cuſtodibus effuſa fuiſſent. Inde fundi noſtri calamitas.ex quo enim parſimonia Fräciſco rege conſtitui cœpit, omnes ærarij opes potentium & adulatorum direptioni patuerunt. Nec C tamen Henrici edictum obſtare debuit,quò minùs ærarij expilatores repetundarum queſtionibus ſubiicerentur:& infinitarum pecuniarum donationes reuocarẽtur: vt quidem populi rogatione in comitiis Aurelio-rum ac Blœſenſium decretũ erat. Etenim Galba Imperator donationes[1] à Nerone factas reuocauit,prçter decimam quam donatario cuiq.fruendam reliquit.rem quidem periculi plenã,vt ſuperius diximus: interdum tamen aduerſus publicos prædones ac depeculatores valde neceſſariam. At Carolus VII.pecuniarum ſummam,qua regibus vti & abuti arbitratu ſuo liceret,lege definierat:quæ ſumma perquam exigua,illa tamen ætatẽ maxima videbatur. Nihil autem principibus tàm vtile,nihil ciuitatibus tam neceſſarium,quàm largitiones quæ à principibus fiunt,rationum publicarum ponderibus examinari: quoniam iſta ratione & dignitati principum qui omnia omnibus magnifice largiuntur:& ærario ſuccurri facilimè poteſt:data repetitione Quæſtoribus ab iis qui pecuniam importunis rogationibus expreſſiſſent. At quàm pauci futuri ſunt qui à principibus petere,aut vltro ſibi oblata capere velint,ſi aut reuocari poſſe putent,aut rationes reddere cogantur! Vix enim Franciſcus maior annos XXXII.quibus imperauit,tantum largitus eſt,quantum ſe mortuo Henricus filius duobus annis effudit. nondum iuſta parenti fecerat, cum hirudo quædam Palatina pecuniæ vim infinitã quã officiarij accepta confirmatione regibus initiatis fiſco dependere ſolẽt, vno abſorbuit & eodẽ hauſtu.Ac tametſi Fräciſcus pater multa Germanis, Anglis,Italis,Hiſpanis dono daret: vix tamen ac ne vix quidem tricies ſeſtertium[2] ſingulis annis

*Leges optimæ.*

7 Id eſt 87.ll.coſ. vſque ad 100.

8 Ordin. Caroli 7.& Franciſci I.

9 anno 1556.

1 Tranquillus in Galba.

2 Id eſt 131250.ll. Turonenſ.

annis rationibus expenſum ferebat, quantumquidem ex actis publicarum rationum collegi. Dona vero in ſubditos collata vix centies ſeſtertium quotannis æquarunt[3]: tametſi principes, duces, rectores prouinciarum, iudices, procuratores, Legatos, domeſticos, ſcholaſticos, opifices ingenioſiſſimos præter legitima ſtipendia donationibus cumularet. O generoſum principem, qui & perſonarum illuſtrium quibus donaret, delectum habere, & largitionibus modum imponere didiciſſet! Duo capita huiuſce diſputationis abſoluimus: qua ſcilicet ratione ærarium confici & augeri, quóque modo ciuitatis opes explicari deberent: reſtat poſtremum, caput quid quatúmque pecuniarum vſibus publicis vrgente

*3 Id eſt 437500. ll Turonenſ.*

*Sanctius ærarium.*

B neceſſitate recondi, ac veluti penuario conſeruari oporteat. quã quidem ad rem Romani ſummam prudentiam adhibuerunt: quibus tametſi nullum ferè tempus bello vacuum fuerit ab Vrbe condita vſque ad Actiacam victoriam, poſt quam Auguſtus Marci Antonij opibus fractis Ianum cluſit: non priùs tamen ſanctius ærarium in quo vectigal manumiſſorum ſeruabatur, attigerunt, quàm Annibal Imperium ad extremã inopiam adegiſſet: tunc quater centies[4] ſeſtertium ex ærario expreſſerunt, vnde ſalus Imperio quæſita. Turcarum quoque principes ſanctius ærariũ habent, præter id quod ex vectigalibus ac tributis ordinariis cõflatur, vt ſit aliquod extremis tẽporibus Imperij munimẽtũ. Maiores noſtri vrgente bello ſi pecunia ærario defuiſſet, regia nemora cædere ſolebant:

*4 Id eſt 1750000. ll. Turonenſ.*

C in quibus grãdium & excelſarum arborum innumerabilis multitudo ad omnes opportunitates concreſcebat: at bellis ciuilibus quibus omnia ſubuerti cœperunt, omnia ferè nemora acciſa, aut certe ita circunciſa ſunt, vt nihil ferè præter ſyluas cæduas reſtare videatur. Ex quo quidem Reſpublica incredibile detrimentũ accepit, maius etiam latura deinceps, niſi maturè proſpiciatur. Iam enim grandium arborum tanta eſt inopia, vt ad nauium & ædificiorum fabricam ex peregrinis regionibus trabes conquirendę ſint: & cum arbores fructiferę antè cædantur quàm fructũ pecoribus vtile proferre poſſint, rei annonariæ inopia ſequatur neceſſe eſt. Cum autem publicarum pecuniarum cuſtodia ſupra modum difficilis ſemper viſa ſit, reges Perſarum perinde ac Romani, vt à rapina ſan-

D ctius ærarium vindicarent, aurum in grauiorem laterculorum figuram conflabant. Illud etiam memoriæ proditum eſt Caroli v. regem Francorum ceruum ſolidum ex auro publico conflare decreuiſſe, eius magnitudinis ac figuræ quæ in Palatio Pariſiorum adhuc extat. Celtæ veteres pecunias in lacus Diti ſacros deponebant: Græci in templis deorum, putà Apollinis: vt Romani ad Opis & Saturni: Hebræi modò in templis, modò in ſepulchris. Hircanus enim rex idem & Pontifex Hebræorum max. ingentes pecunias è ſepulchro Dauidis expreſſiſſe dicitur[5]. Sed cum nulla ſepulchra tam religioſa, nulla tam ſacra ſint fana quæ fures non perfodiant, Mauritaniæ reges auri globum ingentem veru transfixum in altiſſimo pinaculi loco ætate ſuperiori conſtituerant[6]. At veteres Ægyptij, quominus exteros principes ad ſe inuadendum inuitarent, omnem ferè pecuniam publicam in pyramidum ac vrbium ſubſtructionibus,

*5 Ioſeph. in antiquit.*

*6 Leo Affer.*

aut in fluminibus deducendis, aut in Nili aggeribus reficiendis conſumere ſolebant. Ezechias verò imprudēter, qui cùm Legatis Aſſyriorum opes ac theſauros oſtentaſſet[7], talibus illecebris regem Aſſyriorum ad Iudæam diripiendam accerſiuit. Certè quidem diuina lex auri vim maximam reges coaceruare vetuit, ne vel principes ad plebem diripiendam, vel hoſtes ad ciues inuadendos inuitarentur, & vt benignitatis fontes tenuibus ac egentibus paterent: nihil tamen vetat in eo quoque modum adhibere. Quis enim probaret inexplebilē auaritiam Iohānis XXII. Pōtificis Romani, qui moriens octies paulo minus millies in loculis dicitur habuiſſe? aut Sardanapali, qui decies millies? aut Cyri, qui duodecies & millies? aut Tiberij Cæſaris vicies ac ſepties millies, quod Caligula non toto vertente anno abſumpſit? aut quadragies millies, quod Darius Perſarum rex Alexandro diripiendum reliquit? Quamquam Dauid rex Iudæorum ſuperiores opibus ſuperaſſe videtur: quippe qui fertur auri talenta centum millia, argenti vero mille talentorum millia coegiſſe[8]. quæ ſumma ſi talentis Atticis, tametſi minima ſunt, expendatùr, immanis videri poſſit: noſtri tamen bibliorum interpretes falsò talenta putant Attica fuiſſe: ego verò in ſacris literis bifariam accipi video ſiclum, quem Grçci ſtaterem, Latini talentum vertunt: vno modo pōdus ſex vnciarum vt lib. 1. Par. c. 21. altero modo vnciæ dimidium, vt lib. 1. Sam. c. 24. Si Dauidis theſauros ad ſiclum ſeu talentum ſemunciarium, non magna ſumma videatur: ſi ad ſex vncias referatur, quinquaginta millia auri pondo ac decies tantundem argenti complectetur. ſi ad talentum Atticum, nullæ Rom. opes tantæ fuerunt. Nā Traiano principe, cuius temporibus Imperium latiſſimè patebat, pecunia omnis in ærario Ægypti recondita LXXIIII. millia talentorū Atticorum ſummam non exceſſit[9]: niſi aliud ærarium Romæ fuerit, vt fuiſſe credibile eſt: cum ducenta[1] millia peditum, quadraginta millia equitum in proninciis diſperſa publico ſtipendio alerentur: ac trecenti præterea elephantes bello gerendo aſſueti: currus militares bis mille: arma ac inſtrumenta bellica quantū trecentis millibus armanda ſufficerent: triremes & quinqueremes mille & quingentę: aliarum nauium ſupra duo millia, & inſtrumenta naualia quatuor millibus nauium armandis neceſſaria: præter LXXX. maximas naues omni apparatu regali inſtructiſſimas. At reges noſtros nihil in eo genere contra leges diuinas, quibus tantarum opum coaceruatio prohibetur, hactenus feciſſe videmus, ac multo minùs poſthac interdicta diuina violaturos. Nec verò princeps à doctrina bene informatus vnquam torquebitur aut opum augendarum cupiditate, aut amittendarū metu: nec tamen aſpernandas aut reiiciendas putabit, ſed ita habēdas, vt benignitatis ac liberalitatis adminiſtras: pro quibus adipiſcendis & accumulādis inſaniunt plerique, & adeptas ne amittant, ſemper reformidant. Nam qui literis prodiderunt Carolum V. regem Francorum amplius quinquies millies HS in ærario reliquiſſe, non intelligunt regem afflictas opes regni & ærariū vacuum offendiſſe, Reipublicæ debita exoluiſſe: prædia publica redemiſſe, bella maxima geſſiſſe, Anglos è regno exterminaſſe, Antiſſiodorenſem

7 Eſaiæ. 39.

8 lib. 1. Paralip. cap. 22.

*Romanorum opes ſub Traiano.*

9 Appian in Lybico.

1 Sextus Ruffinus.

renſem prouinciam & Eboracenſem coemiſſe, reges Caſtiliæ ac Scotiæ Imperio ſpoliatos ſuis opibus reſtituiſſe, nec tamen pluſquam annos ſeptemdecim imperaſſe: quibus temporibus vix ac ne vix quidem centies H S ex omni pecunia publica quotannis ærario illatum ex rationibus publicis videmus[2]. Carolus VI. quadrageſimo pòſt anno quadrageſies H S [2 Id eſt 437500. ll. Turonenſ.] amplius quàm pater accepto tulit. Carolus VII. cùm grauiſſimis Reipublicæ caſibus conflictaretur, ac tributa ordinaria feciſſet, quater centies H S quo anno mortuus eſt, in ærarium coegit[3]. Ludouicus XI. Caroli [3 Id eſt 1750000. ll. Turonenſ.] filius vigeſimo pòſt anno millies ac ferè centies[4]. ſed Carolo VIII. Im- [4 Id eſt 4712000 ll.] perium ineunte vectigalium ac tributorum dimidia parte plebem in co-
B mitiis Turonenſibus omnium ordinum rogatione ſubleuari placuit. eadem rogatio in comitiis Aureliorum Carolo IX. regnum adepto lata eſt: ſed tanta erat ærarij inopia, tantum æs alienum publicè contractum, vt vectigalia augeri quàm minui magis neceſſariũ videretur. Si tamẽ Reſpublica ſub eo principe ab armis ciuilibus conquieuiſſet, non modo ſatis creditoribus fieri, verumetiam ærarij inopia ſarciri, tributorúmque magnitudine populus liberari potuiſſet: primum enim vſuras publicas triẽte definiri, omnibúſque officiariis ſtipendiorum eo anno partem dimidiam detrahi placuit, ne à principe nouas tabulas accipere cogerentur. qua ratione ſeptingenties H S ærario accreuit: ac paucis annis Reſpublica in priſtinum ſpendorem reſtitui poſſe videbatur, ſine vlla domeſtico-
C rum principis deminutione. erant autem ſexcẽti circiter familiares ac domeſtici principis, præter eos qui venationibus & aucupiis inſeruiebant. Neque enim parſimonia publica in eo verſatur, vt ſerui domeſtici regibus eripiantur: quod ſine maieſtatis ipſius contemptu fieri non poteſt. ea res enim peregrinos ad principem aſpernandum, & ſubditos ad deficiendum excitare conſueuit. quod quidem Ludouico XI. regi Francorum contigiſſe videmus: qui cùm à familia & famulatu patricios ac nobiles exegiſſet, ſartore pro feciali, tonſore pro Legato, medico pro Cãcellario vtebatur: vt quondam Antiochum regem Syriæ ferunt Senatus principem feciſſe Apollophanem medicũ[5]. At etiam Ludouicus hic noſter, vt [5 Polyb. lib. 5] aliorum principum magnificentiam proculcaret, cultu ac veſtitu ſordi-
D diſſimo vtebatur, pileo præpingui imagunculis & cochleis ſqualenti, veſte lanea viliſſimi pretij ac tetrici coloris. extant enim in publicis rationibus duo capita: quorum altero viginti aſſes expenſi feruntur, vt thoraci regio brachialia noua conſuerentur, altero denarij XV. vt axungia ocrea regalia inungerentur. quæ à parſimonia profecta non ſunt, cum vectigalia ac tributa quadruplo grauiora quàm pater imperarit, ac prædia publica totiúſque ærarij opes profuderit. Officiarios quidem ac magiſtratus in comitiis Aureliorum ad Ludouici XII. tempora exigi oportere populi rogatione decretum eſt: vt innumerabilis officiariorũ multitudo, quæ propè in infinitum excreuerat, ad modum reuocaretur, & quadã ex parte circuncideretur. Sed Quæſtores ac publicani ſumma contentione interceſſerunt, cùm iſta ratione publicis vtilitatibus & ærario detrahi dicerẽt: ac tantum profecerunt, vt etiam magiſtratuum numerus non multo pòſt

duplicaretur,acciſis tamen eorum fortunis & opibus qui ex edicto priore interciderāt. At etiam[6] Baleus rationum publicarum Præſes,cum magiſtratuū qui nouis legibus creati fuerant,abrogationē Imperio æque ac ęrario pernicioſum eſſe ſuaderet,eo potiſſimū argumēto vtebatur,quod triplici magiſtratuum incremēto çenties quadragies H S ærario pauciſſimis annis acceſſiſſet. Illud tamen quod omitti ſine flagitio non debuit, omiſit,ſcilicet earum pecuniarum quæ à magiſtratuū mercatoribus ſoluerētur,vſuras centeſimas à principe dependi:cui idē ferè vſuuenit quod ægris hominibus qui cùm æſtu febrique iactantur, ſi aquam gelidam biberint, primo releuari videntur, deinde multò grauiùs vehementiúſque affligantur. Quamobrem cùm id regi Franciſco II. Reipublicæ pernicioſum videretur, alternos magiſtratus edicto ſuſtulit. prætermiſit etiam Logiſtarum publicorum ſtipendia ordinaria quæ maxima ſunt: iura lignaria,veſtiaria,piſcaria,roſaria,ſtabularia,parētalia,pocularia, ſalinaria: & cætera quæ pro charta,pergameno, calculis, crumena,candelis piceis, cera purpurea,gladiolo, acu diſcriminali, radula,funiculis,cæteríſque id genus à principe iſtis rationum Magiſtris dependi conſueuerāt:quæ nūc tandem aliquando ſublata ſunt. omiſſum etiam illud eſt, maiores ex iis magiſtratibus decerpi fructus,quàm ſtipendia æſtimari poſſint. reticētia quoque prætermiſſum,quod cum antea Imperio Gallorum longè latéq. patēti vna Logiſtarum Curia ſufficeret, nūc ſeptem Curias habeamus. & cum antea Philippi IIII. regis edicto quinque viri in rationali Curia Pariſiorū cenſerentur,nunc ducentos conſcriptos videamus. mirabile tamen videri debet, publicæ pecuniæ fures ac depeculatores impunè rationum Magiſtris otioſe ſpectātibus magno cum Reipublicæ dedecore ac detrimento graſſari,& Quæſtores quamplurimos vbique vagari,qui rationes reddere recuſant. qui vero reſidua debēt,aſſentatores aulicos ſubornare, qui à principe donum accipiant, & cum furibus publicis furti dimidium paciſcantur. Quo fit vt iudices extra ordinem non ſine magna mercede princeps ipſe dare cogatur,vt Logiſtarum inertiam ac negligentiam ſarciant capitalem. Demus tamen rationes à Quæſtoribus reddi,ac reliquū ærario inferri:tantus eſt tamen Quæſtorum ac publicanorum numerus, tanta Logiſtarum multitudo , vt dimidia pars tributorum ac vectigalium ſtipendiis ac ſalariis accepto feratur : vt in priuatis Septimaniæ prouinciæ comitiis quibus affui, ſæpe compertum memini. Quamobrem Martinum Durandum Prouinciæ actorem ac Syndicum ad regem mitti placuit cum mandatis quibus graues plebis querelas exponeret , ac rogationem de Quæſtoribus abrogandis ad principem ferret , vt ne quid pro tributorum ac vectigalium exactione aut euectione principis ærario decederet. qua quidem ratione principem in Septimaniæ prouincia tributorum ac vectigalium trientem lucrifacturum argumentis neceſſariis demonſtrabat. triens autem ferè quinquagies H S æquabat[7]. Vigeſimo pòſt anno cum Blœſis Galliæ conuentus haberentur, Maximinus Lulerius Pariſienſium mercatorum Præfectus & rationum publicarū Præſes, palam in comitio dixit,vix ac ne vix quidem

[6] anno 1566. 10. Maij.

[7] Id eſt 218750. ll. Turonenſ.

B

C

D

dem pecuniæ publicæ ex aſſe in ærarium principis inferri quadrantem. incredibile id quidem videri, verum tamen eſſe homo rationum publicarum peritiſſimus cõtendebat. Sed vt ad Syndicum Septimaniæ redeamus, eius rogatio nõ Hẽrico regi principi optimo, ſed aulicis aſſentatoribus ac Tribunis ærarij diſplicuit, quòd intelligerẽt ſine Quæſtoribus & publicanis vectigalia fruſtra imperari, quæ imperata exigi non poſſent, & in arbitrio populi futurum tributa penderet néchne. Cum igitur Quæſtores ac publicani neceſſarium ſit malum, vt Alexander Seuerus dicere ſolebat, quò pauciores erunt, eò melius Reipublicæ conſuletur. Iampridem [8] queſtus eſt populus apud Carolum VI. regem quod quinque [8] anno 1411.
B ærarij Tribunos creaſſet, cum antea duobus tantum Gallia contenta fuiſſet: quid? vectigalium tres omnino [9] Iudices & Quæſtorem vnum generalem olim extitiſſe ex actis publicis conſtat: his verò temporibus quibus Imperium magna ſui parte acciſum eſt, trecenti ferè numerantur: Quæſtores verò XXXIIII. Romani quidem ſingulos Quæſtores in ſingulis prouinciis habuerũt, qui à publicanis & mancipibus pecuniam publicam acciperent: Quæſtura verò primus erat ad honores adipiſcendos gradus: quem magiſtratum nobiliſſimus quiſque ambire ſolebat: non ad opes cogendas, vt ferè fit, ſed ad fidem ac ſedulitatem populo probandam. qui enim repetundarum iudicio damnatus eſſet, præter bonorum ac famæ iacturam ſempiternam, ab omnibus deinceps honoribus arce- [9] anno 1372.
C batur. De rebus autem omnibus abſurdiſſimis, nulla mihi abſurdior viſa eſt, quàm tot ærarij Tribunos, tot Quæſtores quot in Gallia videmus, tantis pecuniis Quæſturas à principe mercari. Itaque non debet mirum videri, ſi nuſquam plura repetundarum ac peculatus iudicia conſtituantur. Longe aliter Turcarum principes, qui cum magiſtratuum omniũ mercaturam execrantur, tum verò rariſſimos pro tanto Imperio Quæſtores habẽt. vectigalia ac tributa Subarchi à Protogeris accipiunt: Sangiachi prouinciarum quodammodo Præſides à Subachis: Bellerbæi à Sangiachis: Quæſtores duo Aſiæ & Europæ à Bellerbæis: ſcriba generalis à Quæſtoribus: poſtremò Caſmandarus ærarij Præfectus numeratam ſibi pecuniam in ærarium recondit. Illud autem animaduerſione
D dignum, quod Quæſtores ac Præfecti ærario nulli ſunt niſi virilibus omnino exectis, more Perſarũ ac veterum Græcorũ [10]. prudẽter id quidẽ. nam qui nec liberos habent, nec vllis blandiſſimarũ dominarũ illecebris capi poſſunt, minimè verendum eſt vt publicas opes capitis ac famæ periculo diripiant. præter eos quos dixi, vnus etiam Quæſtor eſt pecuniis omnibus extra ordinem numerandis, & rationibus publicis exigendis vigintiquinque viri. Francorum quidem ſummos Quæſtores viros in primis illuſtres creari oportet, vt maiores noſtros feciſſe videmus, tum propter eam quam dixi cauſam, tum propter Henrici II. regis legem de Quæſtoribus Francorum latam, quæ vno capite Præfectos regię domus, & Curiarum ſuperiorum Conſiliarios extra collegium dignitate poſteriores facit, Quæſtores verò præire voluit. lex item Caroli IX. regis vaſſalos principis, quantæcunque dignitatis fuerint, Quæſtoribus [10] Plutar. in Demetrio.

regio nomine fidem ſupplices præſtare iubet. Quod ſi tales Quæſturæ mercatoribus magiſtratuum & extremæ conditionis hominibus tribuantur, nec duces, nec comites, at ne barones quidem ſine contumelia ſupplices ad genua turpiſſimorum hominum aduolui poterunt, nec ſi poſſint, velint. Atque hæc de ærario diſputata ſint. Et quoniam rei nummariæ cognitio proximè ſequitur ærarij cauſam, conſequens eſt vt de ea quoque diſſeramus.

### *De re nummaria, quibúſque legibus nummorum deprauationi facilè occurratur.* CAP. III.

B

MIHI firmiſſima quæque Rerumpublicarum munimenta cõtemplanti, rei nummariæ curatio non tantùm vtilis, ſed etiam ciuitatibus tantopere neceſſaria videtur, vt ſine ea commode conſiſtere non poſſint: & quo maior neceſſitas eſt, eo magis nummorum deprauationi proſpiciẽdum: cum ea res incredibile afferat vniuerſis ac ſingulis detrimentum. At non modò corrumpi moneta, ſed ne mutari quidem poteſt ſine incommodo ciuitatis: quoniam mutatio pretij ac materiæ numiſmatum, cenſus etiam ac bonorum cuiuſque dubitationem affert. quo fit vt nemo quantum in bonis habeat, conſtituere poſſit. incerta ſunt pacta conuenta, quę verſantur in ſocietatibus, tutelis, fiduciis, mandatis, rebus emptis, venditis, conductis, locatis, quibus vitæ C ſocietas continetur: incerti reditus, vectigalia, tributa: denique pœnæ ipſæ ac præmia quæ à legibus & iudicibus irrogantur, incerta ſunt futura: poſtremò ærarij opes, ac multa tum in publicis, tum in priuatis rebus rationibúſque dubia ac ſuſpenſa fore neceſſe eſt. argumento ſit illius Gratidiani Tribuniplebis edictum, qui cum de collegarum ſententia victoriati pretium certum indicta pœna Romæ conſtituiſſet, tantum ſibi ac poſteritati gloriæ peperit, vt ei vicis omnibus ſtatuæ dicarẽtur, & ad eas thus ac cerei accenderentur. certè quidem M. Tullius ait neminẽ vnquã multitudini propter id vnũ fuiſſe chariorẽ. Ex quo intelligitur nũmis à principe ipſo lege & auctoritate publica corruptis, quanta pernicies ad Rẽpublicam peruentura ſit. Quamquã principi non magis licet impro- D ba numiſmata cudere, quàm occidere, quàm graſſari: nec à iure gentium, quo quidem auri & argenti pretium conſtitutum eſt, diſcedere: niſi regis nomen ac ſplendorem amittere, ac falſæ monetæ fabricator quàm princeps appellari malit: quod à Dante poëta Philippo Bello regi Francorum probro datum eſt: quod primus inter principes noſtros quantum quidem intelligo, numiſmata corrupiſſet, ac dimidiam æris partem argento miſcuiſſet: vnde frequentes in tota Gallia tumultus. cuius facti cũ regem ſerò pœnituiſſet, ac nummos priſtinæ bonitati reſtituiſſet, Ludouicũ filium admonuit, ne deinceps adulterari numiſmata pateretur. Neque vero Petrus IIII. rex Aragonum vllam diripiendi regis Balearum probabilem cauſam arripuiſſe dicitur, quàm quod numiſmatum pretia mutaſſet ac deteriora feciſſet: tametſi reges ipſi Arragonenſes eodem

vitio

vitio laboraſſe feruntur: cum Innocentij III. Pontificis Max. interdictis numiſmata legitimo pondere leuiora facere prohibeantur [1]: hinc reges Aragonum more à maioribus accepto cùm Imperij ſacris initiantur, iurant [2] ſe antiquæ monetæ leges minime violaturos. At non ſatis eſt his verbis iuſiurandum concipi, niſi prius nummorum pretium ac pondus legitime ſit cōſtitutum, & ita conſtitutum, vt nec principes, nec ſubditi nummos deprauare ſi velint, poſſint. improbis autem voluntas nunquam defutura eſt, quandiu metalla ex quibus nummos conflari oportet, miſcebuntur. nam ex ea metallorum confuſione pecuniarum corruptoribus deprauandorum numiſmatum materia ſempiterna datur. et-
B enim natura ipſa ferre non poteſt, vt metallum ſimplex alterius loco ſubſtituatur: propter metallorum naturas colore, ſonitu, volumine, pondere plurimum inter ſe diſcrepantes. Quamobrem Taciti Auguſti [3] legem renouari neceſſe eſt: qua omnem omnino metallorum confuſionē prohibuit, indicta capitali pœna. id autem æquè in argento facto atque infecto caueri oportet. Sed à metallis excipienda eſt æris & vtriuſque plumbi miſtura, vnde Campana, tintinabula ac tormenta bellica veteribus inuſitata conflantur. In cæteris omnibus interdicto locum eſſe oportet, non tantùm in nummis cudendis, verumetiam in omni argentea aureáque ſupellectile: in qua tam multa peccantur, vt quid maximè non facilè dici poſſit. & quia materiam ſæpe ſuperat opus ipſum, probatio difficili-
C mè fieri poteſt. in quo Archimedes ipſe ingenioſiſſimus homo ſua ſpe & commento fraudatus eſt: (neque enim Heraclij lapidis vſus planè cognitus erat) cum eius aurificis qui coronam auream Hieronis regis conflauerat, furtum deprehendere ſine operis detrimento iuberetur. vnam auri maſſam, alteram argenti eiuſdem ponderis in vas aqua plenum viciſſim immerſit: & ex aqua effuſa vtriuſque maſſæ, voluminis auri & argēti proportione vtcūque intellecta vas rurſum aqua repleuit, & in eo coronam immerſit, vnde minus aquæ quàm ex argentea maſſa, & pluſquam ex aurea effuſum eſt: ex quo iudicare ſeſe poſſe putauit quantum auri ex ipſa corona detractum eſſet: quintam ſcilicet partem. ſed iudicium illud fallax erat: quia poſuit miſturam ex argento puro fuiſſe, cùm tamen
D æris & argenti miſtura ſimul cum auro ſæpiſſime etiam inuitis aurificibus fieri ſoleat: æs enim non ſolum vtilius eſt auro miſcere: verumetiam auri colorem reddit magis viuidum ac ſpendore clariorem: argentum verò auri colorem efficit pallidiorem. Eſt autem voluminis argenti & æris tantum diſcrimen quantum diſtat XIII. ab XI. ita fit vt duabus partibus argēti maſſa eiuſdē ponderis minus aquæ effundat, quàm æris. quòd ſi coronæ miſtura fuit ex ære & argento, certe iudicari nullo modo potuit, quantum auri ab opifice detractum eſſet, niſi planè intelligeretur quantū vtriuſque metalli auro admiſtū fuiſſet. ac tametſi penitus id perceptū eſſet, errore tamē peccare neceſſe eſt in aquæ menſura, vt pōderis ac voluminis metallorū proportio eliciatur. Certe quidē Heraclio lapide ſubtilius argentarij ac nummularij vtūtur quàm veteres: nemo tamē eſt, qui quantum æris aut argenti auro admiſceatur, ex Heraclio lapide

1 In cap. quāto de Iureiurando.

2 Petrus Belluga in ſpeculo princip. anno 1245. & 1336.

3 Vopiſcus in Tacito.

percipere poſſit. At improbè aurifices queri ſolent, & antea ſæpe queſti ſunt, aurea vaſa ſine iactura conflari non poſſe ex auro, cui ad ſummam bonitatém duo tantum ceratia deſint, etiamſi ceratij quarta pars lege* Franciſci I. Francorum regis detrimento tribuatur: ac legibus neglectis auro ſextam, interdum quintam æris argentíve partem admiſcent: quo fit vt quæ vulgo putatur aurea ſupellex, ei ceratia quinque deſint, quæ in maſſa librarum XXIIII. quinque libras æris cum auro confuſi efficiunt. decurſu verò temporis nummi ex eiuſmodi auro conflantur adulterini. Quamobrem neceſſe eſt eandem in auro facto & infecto æquè ac in nũmis auri proportionem & admiſtionem ſeueriſſimis legibus ſeruari. Aurum autem argentúmve ita expurgari & excoqui, vt ſimplex ſit & ab B omni ſorde ac miſtura purum, negant aurifices plerique (quanquam adhuc ſub iudice lis eſt:) & vt puriſſimum reddatur, ſine graui tamen diſpẽdio non poteſt. quinetiam auri optimi puritas noſtris æquè ac Hiſpanorum legibus definitur ceratiorum XXIII. & dodrantis ceratij, cum detrimento partis octauæ creatij vnius: id eſt, aurum eiuſmodi, cuius maſſa ſi fuerit CXCII. partium, tres partes auri deſint. argenti verò Pariſienſis bonitas omnium laudatiſſima putatur: quippe quadrageſima ſexta pars tantum æris admiſta eſt: argento Hiſpanico optimo ferè trigeſima ſexta. Vt igitur certa ſit ac perpetua auri & argenti proportio ſine iactura, neceſſe eſt legibus caueri, vt vtriuſque metalli miſtura æquabilis ſit, tum in nummis, tum in ſupellectile, partis ſcilicet vigeſimæ quartæ: qua ratione auri C & argenti materia tum ad nummos, tum ad vaſa conflanda ſatis ſolida futura eſt: quæ ſi purior ſit, aut quatitur, aut ſenſim vſu deteritur. Cum autem auri ad argentum ratio toto ferè terrarum orbe duodecupla ſit: vtiliſſimum erit vtriuſque metalli nummos eiuſdem ponderis cudere: modo ne libra in pauciores XXIIII. nummos diuidatur: vnciales enim aurei, quales in Luſitania, & argentei quales in Germania feriuntur, facile corrumpi poſſunt: nec deprauatio lectione aut Heraclio lapide percipitur: quoniam circularis portio exterior qua bonitatis periculum fit, ex auro argentóve puro eſſe poteſt: interiora verò corrupta, vt ſæpiſſime deprehenſum eſt. facilius etiam deprauantur bilibres nummi, vt aurei Heliogabali, & quos Imperator Græcorũ Tiberius beſſales cudi iuſſit, qua- D les quinquaginta Childerico Francorum regi dono dedit. Licebit igitur libram vtriuſque metalli primum in nummos XXIIII. deinde in XXXVI. tum in XLVIII. pòſt etiam in LXXII. poſtremo in XCVI. aut etiam ſubtilius diuidere: ac duodecim argenteos aureo nummo eiuſdem ponderis ac figuræ commutare: vt regalis argenteus Hiſpanorum qui ferè drachmalis eſt, aureum nummum Frãcorum æquat põdere: ac propterea duodecim argentei aureo nummo commutantur. quid, malum, obſtat quominus omnes argentei nummi aureis pondere ſint æquales? cur item eiuſdem ponderis vtriuſque metalli eodem diuerſi ponderis diſſimili charactere non ferientur? cur nõ erit eadem vtriuſque metalli analogia? hoc ſi fiat, quod & facile eſt, & aliquando ſpero futurum, omnis deprauandorum nummorum omnibus occaſio præripiatur. Diſſimilium autem ponde-

*anno 1540.

ponderum nummos diſſimili charactere ſignari oportet, ne imperiti ac ruſtici in commutatione nũmorum qui pondere ac pretio non multum differunt, falli poſſint: vt in regalibus Hiſpanorum & in argenteis nummis Henrici III. Francorum regis eiuſdem characteris, imperiti ſæpe labuntur. Quod ſi libram in XCVI. nummos diuidamus, argenti quidem drachma ſingulorum exiſtet qualis fuit Atticorum & Mezuza Hebræorum, qui proxime ad regalem Hiſpanicum accedit: denario Romano tribus ſcripulis minor: quia ſeptem denarii Romanorum perinde vt octo drachmæ Atticæ vnciam conſtituunt: nos groſſum appellamus, qualis fuit maiorum noſtrorum ætate groſſus Turonenſis argenti optimi rega-
B lis, id eſt cui tantum vigeſima quarta pars ad puriſſimi argenti bonitatem deeſſet. Et quoniam nullus erat ea ætate nummus argẽteus materiæ bonitate noſtra drachma ſeu groſſo Turonenſi ſuperior, etiam populi finitimi in fœderibus & rationibus contrahendis eo nummorum genere vtebantur: vt in eo fœdere quod Bernates cũ minoribus pagis Heluetiorũ percuſſerunt, groſſo Turonenſi ſtipendium peditis diurnum æſtimatur: cuiuſmodi Attica drachma Græcis, vt eſt apud Pollucem: vel denarius Romanis, vt eſt apud Tacitum, diurnum fuit peditis ſtipendium, etiam Auguſti principatu: ac fere opificum & ruſticorum operæ diurnæ tanti æſtimantur in ſacris literis [5]. Iam enim pridem error Budæi deprehenſus [6] eſt (tametſi non ſine Græcorum ac Latinorum auctoritate lapſus
C eſſet,) qui minam libræ drachmæ denariũ æqualem eſſe putauit. tametſi enim vncia vbique æqualis eſſet, fuit tamen drachma Attica vnciæ pars octaua, denarius vero ſeptima: & cum libra caperet denarios LXXXIIII. mina tamen centum drachmas æquabat. His verò temporibus incredibilis apud omnes populos libræ & vnciæ varietas exiſtit: imò verò in eodem Imperio infinita ſunt propè genera librarũ. Vt enim pauca de multis, centum libræ Pariſienſes efficiunt Lugduni CXVI. libras, Rothomagi 96. $\frac{2}{3}$. Toloſæ 121. Maſſiliæ 123. Geneuæ 89. Venetiis 165. $\frac{1}{2}$ Genuæ 155. Baſiliææ 98. Londini 109. $\frac{1}{2}$ Pariſienſibus cum Argentinenſibus & Vezuntinis conuenit. item Bernatibus, Baſiliẽſibus, Nuremburgẽſibus ac Francofurdienſibus inter ſe, rurſum Toloſatibus, Monſpelienſibus & Aue-
D nionenſibus congruunt eadem pondera. At etiam Turonenſis prouincia libram habet Pariſienſibus leuiorem: nam quindecim vnciæ Pariſienſes ſexdecim efficiunt Turonenſes. In Oriente & Affrica non minor & certe maior eſt ponderum diſſimilitudo. centum enim rotuli Theſſalonicenſes efficiunt 91. libras Pariſienſes. totidem rotuli Damaſceni libras Pariſienſes conſtituunt 420. centum rotuli Syriaci libras Pariſienſes 503. & 14. vncias pendũt. centum libræ in Archipelago libras Pariſienſes conſtituunt 91. in oris Affricæ 116. pondo complectuntur centum Pariſien. in Aſia minore centum rotuli Pariſienſes libras 123. & vncias quatuor conſtituunt. leuiſſima libra eſt Neapolitana, quoniam centum libræ Neapolitanæ quatuor tantum ac ſeptuaginta Pariſienſes pendunt. At quibuſdam in oppidis duo, triáve, interdum quatuor põdera pro rerum quæ væneunt varietate, conſtituuntur. Oranum Affricæ oppidum qua-

5 Mathæi. 20.

6 Georgius Agricola Plinij, Appiani, Celſij, ac Tranquilli teſtimonio comprobauit.

tuor habet pōdera varietate diſcrepantia: quorum grauiſſimum eſt quo
æs appenditur: quippe centũ pondo efficiunt 118, ¼ Pariſienſ. id vero quo
ſpecies & aromata vęneunt, aliquanto leuius eſt: centum enim pondo
conſtituunt libras Pariſienſes 152 ¼. tertium quo triticum & cęra pendi ſo
let, cuius ponderis centum efficiunt Pariſienſes libras 121. leuiſſimum de-
nique quo xilum appenditur: cuius ponderis centum libræ conſtituunt
182 libras Pariſienſes. Sed omnis illa varietas ac diſcrepantia ponderum
conciliari facilè poteſt in nummis, ſi eodem pondere & charactere aurei
& argentei eadem miſturę proportione feriatur: cum vbique ferè terra-
rum duodecupla ſit auri ad argentum proportio, vt ſuperiùs diximus.
Huic gentium iuri derogari non debet, nec princeps ſine ſumma ſui no- B
minis ac famæ iactura ius illud populorum omnium commune perrum
pere poteſt. priuati verò ac publici nummorum corruptores ſublata illa
quam dixi metallorum confuſione, ſimul concidant neceſſe eſt: quia ne-
mo tam ſtupidus futurus ſit, qui fraudem oculis, auribus, tactu denique
ipſo non facilè percipiat, & quidem ſine Heraclio lapide, ſine fornace, ſi-
ne ſtilo, ſine ſectione. Et quoniam argenti pars minima quæque pretioſa
eſt, ad plebis vtilitates & commoda tertium nummorum genus ex ære
puro aut fabricari oportet: aut certe argenti vnciam non modo in duas
ſemuncias diuidere neceſſe erit, ſed etiam in tres duellas, quatuor ſicili-
cos, 6 ſextulas, 8 drachmas, 18 tremiſſes, 24 ſcribula, 48 obolos, 96 ſe-
miobolos, 144 ſiliquas, 576 grana: vt tenues viliſſima quęque friuola fa- C
cilius coemere ſibi poſſint. Cum enim Angliæ regina non ita pridem
ærosa numiſmata ſuſtuliſſet, ex argento ſatis puro nũmos cudi iuſſit, ſed
cum libram in ſcripula ac ſemiſcripula non ſatis ſubtiliter diuiſiſſet, te-
nuibus ademptum eſt commercium rerum viliorum: nec egentibus tan
ta benignitate ac facilitate ſuccurri poteſt, quàm ſi ſubtiliores nummos
cudi iuſſiſſet. At Renatus Andium ac Lotharingorum dux vnciam argẽ-
ti in mille nummos diuiſit, quos Andegauenſes appellant, ne cuiquam
deeſſet aut mercandi, aut egentibus largiendi facultas. Quod etſi labo-
rioſum monetalibus videtur, vtilius tamen eſt quàm ex ære nummos fe-
rire, tum quia nullum metalli genus citius ære rubiginem contrahit: tum
etiam quod æris vbique eſt ac ſemper fuit pretium incertum. debet au- D
tem ratio nummaria ſibi conſtare, nec vlla temporum aut locorum va-
rietate mutari: ídque maxime propter iura commerciorum populis o-
mnibus inter ſe communia. Nam Punico bello argenti ratio ac æſtima-
tio fuit pondo vnius ad 840 æris. at Senatus decreto vt inopiæ ciuitatis
conſuleretur, pretium æris magna ſui parte deminutum eſt: & cum dena
rius argenteus antea decem aſſibus æreis qui tum librales erant, æſtima-
7 Plin. lib. 33. c. 3.
retur, momento ſexdecim aſſibus eiuſdem ponderis æſtimari [7] cœpit. po
ſtea librale pondus aſſis dimidia ponderis parte imminutum eſt lege Pa-
8 Feſtus lib. 17. in verbo Seſtertius.
piria: vt pretium æris duplo maius fuerit quàm ante legem Papiriam [8] ex-
titiſſet: pòſt etiam as illud ſemilibrale rurſus dimidia ponderis parte mi-
nui placuit, ac denarium argenteum decem aſſibus eius ponderis æſtima-
ri: quia ratione argenti pondo 210 æris æquabat: quale nunc pretium
noſtra

noſtra ætate in Gallia ferè vſurpari videmus. At in Germania, quæ metallis omnibus præterquam auro abundat, vilius æſtimatur: neque enim tantum ſupellex magna ſui parte ærea fabricatur, verumetiam templa ipſa multis locis ære teguntur. in Hiſpania rarius eſt, in Affrica verò rariſſimum: ac propterea multò quàm in Europa carius æſtimatur. facit igitur tanta illa pretij varietas, quominus æris materia rei nũmariæ idonea videatur. Hîc occurret aliquis, argentum etiam quibus locis abundat, vilius æſtimari. nam eo fœdere quod ictum eſt cum Ætolis, vno capite auri libra decem argenti libris æſtimatur [9]: at lege Cõſtantini [1] auri libra exæquatur argẽti libris 14 $\frac{1}{5}$ quia legiſlator ſolidos quinque aureos, qua- 9 Liuius. 1 l.vlt. de argenti pretio. C.

B les ſeptuaginta duos habuit libra Romana, argenti pondo æſtimauit: nũc verò duodecupla ferè eſt vbique ratio: nec auri ad Aquilones inopia, nec argenti copia facit; vt hoc multò vilius, aut illud multò carius æſtimetur. Pontifex quidem Romanus auri quàm argenti cupidior, in camera Pontificali auri libram æſtimauit argenti libris 12 $\frac{4}{5}$: vt argentarij ac nummularij aurum potiùs quàm argentùm ſpe lucri Romam inferri cũrent. Quamquam bis mille & quingenti anni làbuntur, cum eadem ferè eſſet quæ his temporibus. Scribit enim Herodotus auri pondo argenti libris tredecim æquatum fuiſſe. & in Pandectis [2] Hebræorum auri nummus, argenteis 25 æſtimatur. quo fit vt cùm Hebræis aurea numiſmata argenteis duplo grauiora fuerint, auri ad argentum ea ratio fuerit quæ eſt 2 In Miſnaoth. tract. de angul. c. 8. parafraſo ח & ד

C vnius ad 12 $\frac{1}{2}$. Perſarum item legibus auri ad argentum ratio plane fuit duodecupla: nam ſtater Daricus aureus vncialis argenti pondo æſtimabatur, vt eſt apud Pollucem. quinetiam Auguſti temporibus rex Indorũ eandem habuit auri ad argentum æſtimationem, quæ tunc Romæ ferebatur, ac propterea Romanorũ iuſtitiam laudauit, vt eſt apud Plinium. Ex quibus efficitur eandem ferè nunc eſſe quæ ſemper antea fuerit, auri & argenti æſtimationem: aurũ quidem pretioſius haberi cœpit Cõſtantino magno Imperatore, cum principum ſuperiorum luxu omnia auro ſplenderent, vt etiam Martialis Baſſam irriſerit auro cacantem. Quid Nero? cui non ſatis erat auream habere ſupellectilem, niſi auream quoq; domum haberet, ambulatoriis mille paſſuum diſtinctam. Quid Veſpa-

D ſianus? qui amplius bis millies in extruendo ac inaurando Capitolio inſumpſit. Agrippa verò comes Auguſti, Pantheum ære, ęs item auro texit, quod ad hæc vſque tempora mille ac ſexcẽtos amplius annos æs quidem à rubigine, templum verò ab iniuria cæli & à ruina ſeruauit. ac niſi æs inauratum fuiſſet, tandem rubigine exeſum imbres admiſiſſet. Certè quidem ſacram ſupellectilem auream eſſe, vt lex diuina iubet, ferendum eſt: ſed aurea vaſa, periſtromata, cubilia, libros etiam & ephippia inaurata vbique videri, hominum furioſorum inſaniam coarguit. quam niſi principes ſeueriſſimis legibus coerceant, auri non modo raritatem, ſed inopiam vbique ſummam fore neceſſe eſt: cum in rebus inaurandis aſſidua, & quidem perpetua fiat auri iactura. qua de re populus noſter apud principem in comitiis Blœſenſiũ grauiter queſtus eſt. At tametſi argenti copia tum in Europa, tum in Affrica, tum in Occidentis regionibus

maxima ſit,nec magna fiat argẽti iactura, nihilominus æſtimatio quam
dixi,vbique ferè ſibi conſtat. Quamobrem ſi miſtura quoque vtriuſque
metalli ſit eadem, nummíque aurei eiuſdem ponderis ac figuræ cum ar-
genteis feriantur: exceptis minutiſſimis argenti nummis ad tenuium ſu-
bleuandam inopiam, quod in auro neceſſe non erit,nemini dubium eſſe
poteſt,quin perpetua ac ſtabilis ratio nummaria futura ſit,&ab omni de-
prauatione tuta:quod minime ſperandum eſt quandiu æroſa numiſma-
ta auri & argenti feremus.quamquam miſturam nummorum omnium
inæquabilem vbique videmus, præterquam in Hiſpania,quæ leges nũ-
marias accuratiſſime tuetur. In hoc quidem Imperio auri & argenti nu-
miſmata vſque ad Philippi Belli ætatem puriſſima fuerunt.primus hic di B
3 anno 1300. midiam æris partem miſcuit argento [3]. ac tametſi pòſt aliquanto priſti-
næ bonitati reſtituta fuiſſet, centeſimo tamen ac vigeſimo pòſt anno ar-
gentei nummi vix tertiam argenti partem habuerunt. Carolus VII. rex
ineunte Imperio,tametſi rebus afflictis,numiſmata argenti optimi vt po
4 anno 1430. puli gratiam iniret, cudi iuſſit [4]. ſed extremis ferè Imperij temporibus ar
genteos nummos labefactauit ,cum deteriores quàm Philippus Bellus
cudi iuſſiſſet. deinceps enim argentea numiſmata minui cœperunt, non
tantum materiæ bonitate,ſed etiam pondere ipſo:quos enim ſolidos Frã
5 anno 1540. ciſcus I.rex cudi mandauit, non tantum ſuperioribus leuiores, verum-
etiam multo deteriores fuiſſe videmus : quippe qui duas amplius partes
æris haberent, tertia pars non tota ex argento conſtabat. deteriorem ta- C
men ſolidum cudit Henricus filius:deterrimum Carolus IX.ſcilicet dimi
dia fere parte leuiorem quàm auus : admiſtis etiam duabus æris partibus,
vt argenti tertia tantum pars reſtaret.Id quidem finitimorum principum
exemplo quaſi neceſſitate quadã coactos reges noſtros feciſſe videmus,
præſertim Heluetiorum, Germanorum,& Belgarum:qui cum argentea
numiſmata noſtris deteriora ſemper feriant, noſtros homines ac ciuita-
tes nummis argenteis ſpoliabant, vt ex iis ſuos conflarent, & ad nos ſua
nummiſmata commerciorum neceſſitate traducerent.Inde populorum
graues ac frequentes querelæ,quod in nummorum permutatione & cõ-
merciis ineundis tãta detrimẽta ferant, atque ij potiſſimùm,qui rẽ num-
mariã propter metallorũ confuſionẽ ad intelligendũ difficilẽ capere non D
poſſunt.fraudis origo inde manat,quod ſuã quiſq.artẽ,quo vẽdibilior ſit,
obſcuriorẽ efficere conatur.vt medici,qui leuiſſima quæque medicamẽ-
ta literis obſcuriſſimis Gothorum, verbis quibuſdã Arabum, cuiuſmodi
eſt Ana,ponderibus ac notis Græcorum tradunt imperitæ plebi,ne ſcili-
cet arcana pateant medicorum:ita monetales Præfecti ac magiſtratus no
ua ratione loquendi rem per ſeſe clariſſimã tenebris pluſquam Cimme-
riis obſcurarunt.nam cum facilè dici potuiſſet, maſſam aureã librarum
XXIIII.cui duæ libræ æris argentíve admiſtæ ſint:aut breuiùs, aurũ cu-
ius duodecima pars ærea aut argentea ſit, aurum XXII. ceratiorũ dicere
maluerunt : cum item argenteos nummos media ſui parte æreos dicere
liceret,argentum appellarunt ſex denariorum:pondere duorum triúm-
ve denariorum, æſtimatione quindecim denariorum: vt eodem ver-
bo ma-

bo materiæ vim, pondus ac pretium repugnante rerum natura ſigniſi-
carent. cum autem perſpicuè dici potuiſſet argenti libram in nummos
octoginta diuidi: nũmos ſex ſolidorum dicere maluerunt. Rurſus mo-
netarum genus ſic diuidunt, vt quoddam ſtabile ſit: quoddam varium ac
mobile: tertium fictum & imaginarium: cum tamen nihil in re numma-
ria ſtabile dici poſſit: & ab illa quam dixi metallorum confuſione labes
omnis proficiſcatur. Nummus enim Italorum omnium ac Siculorum
communis, quem ducatum monetam imaginariam appellant, veriſſi-
mus erat aureus Conſtantini ſolidus, eiuſdem ponderis ac pretij cum
Angelico Anglorum, & Medino Affricano, aut Imperiali Belgarum: cu-
B ius ponderis ſex vncia capit, libra verò duos & ſeptuaginta [6]: huius ſoli- 6 d. l. quotieſcũq de argẽti pretio.
di plenæ ſunt leges Grçcorum, Alemanorum, Ripuariorum, Anglorum,
Francorum, Saliorum, Burgundionum: quem maiores noſtri aureum
ſolidum apppellabant: noſtri ad aureum ſolarem ridiculè detorſerunt.
In his tamen legibus quas modò dixi, multiplex eſt ac varia ſolidorum
ſignificatio, ac pretia diuerſa. Ineptiſſimè verò noſtri monetales, qui
non ita pridem aureis noſtris ſolidis characterem Solis impreſſerunt:
quaſi ſolidus à ſole diceretur. ſolidum autem lex appellat quia ex auro
puriſſimo cõflaretur. nihil eſt enim in vniuerſa rerum natura quicquam
auro ſolidius aut magis compactum: cum cætera omnia corpora vacui-
tates quaſdam habeant inanes. Et quemadmodum aureus nummus Au-
C guſti principatu, eodem pondere quo ſtater Atticus, quo Philippeus,
quo Roſeus Anglicus (omnes didrachmi,) ſub occaſum Imperij Romani
paulatim imminui cœpit monetalium capitali fraude, quouſque tem-
poribus Conſtantini tertia ponderis parte antiquo leuior eſſet: ſic aure-
us Conſtantini ſolidus qualis eſt Anglorum Angelicus, maioribus no-
ſtris vſitatiſſimus paulatim pondere minutus eſt: ac ſemper minuitur
Præfectorum monetalium furtis ac rapinis. quem enim aureũ veterem
appellamus, drachmam pendit: idem Carolo quinto rege duobus ſcri-
pulis minutus eſt: eius enim ponderis ſunt Franci aurei tum equites tum
pedites, eadem tamen bonitate qua veteres eiuſdem ponderis cuſi ſunt
Ridæi Burgundiones. hinc ad Caroli VIII. regis Imperium aureus tribus
D ſcripulis antiquo leuior, & ceratij dodrante deterior paulatim cuſus eſt.
ac tametſi Franciſcus maior pondere ac bonitate meliores ſignari volu-
iſſet, nunc tamen leuiores ſcripulo, & ceratij ſemiſſe deteriores feriun-
tur. cæteræ ciuitates, Venetorum, inquam, Genuenſium, Florentino-
rum, Senenſium aureos nummos, quos ducatos appellant, & Hiſpani
ipſi vna & eadem lege ponderis ac bonitatis, quarta, inquam, ceratij par-
te ab auro puriſſimo, tribúſque ſcribulis à drachmali pondere percuſſe-
runt, vſque ad Carolum V. Imperatorem. Is enim anno M.D.XL. aureos
Hiſpanos duobus ferè ceratiis deteriores, & quatuor ſiliquis leuiores cu-
di mandauit: ex quo duodecima pars libræ, ſiue quod idem eſt, vncia æ-
ris argentíve auro publica lege miſceri cœpit. extemplo ciuitates omnes
ac principes Italiæ, eadem lege nummos ſiliqua tamen grauiores cudi
iuſſerunt. Pontifex ipſe Romanus Paulus III. pernicioſum cæteris om-

nibus præbuit exemplum. Is enim aureum Romanum omnium deterrimum ac leuiſſimum ſub Farneſiorum ſtemmate ſignauit: quippe duobus ceratiis ac ſemiſſe ab auro puriſſimo diſtantem, ac duobus ſcribulis ſolito pondere leuiorē. deinde Farneſius Cardinalis cum Auenione Pōtificis Legatus eſſet, deterius in eo ſe geſſit quàm auus ipſe: quippe aureos cudit auō deteriores ac leuiores. Quo factum eſt vt publici corruptores ac monetales Præfecti, finitimarum ciuitatum proba numiſmata vndique coacta corrumperent, ac deterrima quæque ferirent. Et quoniam acutius auri quàm argenti pretium intuemur, & argentum quàm aurum deprauare facilius, fraus etiam obſcurior, ſæpiſſime fit vt argentei nummi quo ſunt puriores, eo rarius reperiantur: propterea quod ex optimis B deterrimos conflare publica finitimarum ciuitatum lege licet. regales Hiſpani argenteorum numiſmatum optimi vndique conquiruntur à Belgis & Germanis, vt vnciales ac ſemunciales nummos publica auctoritate feriant: quos à regalibus duodecima ferè bonitatis parte abeſſe conſtat. Sic Lucernates, Solaturij, Vnderualdēſes, ex noſtris capitonibus ſuos conflare ſolent, æris ferè duodecima parte admiſta. leuiores ſunt etiam capitonibus Francorum. etenim bonitatis ac ponderis rationibus ſubductis, Francorum capitonibus deteriores ſunt duobus ferè aſſibus. quæ quod ſubtilius à nobis libro [7] ſingulari diſputata ſunt, omitto. Principum quidem ferè omnium legibus ſeueriſſimè cauetur, ne aurum & argentum extra fines Imperij cuiuſque euehatur. ſed nunquam obtineri poterit vt legibus pareatur, quandiu commercia cum finitimis populis, vti neceſſe eſt, intercedent. Capitales etiam ab aurificibus fraudes manare ſolent: quas omnes ſi perſequar, infinitus ſim: nec tamen vllis legibus caueri poſſunt, niſi ea quam dixi ratione ſemel in Republica conſtituta: vt ſcilicet omnia auri & argenti numiſmata æquabili proportione ac pondere feriantur, & à puriſſimis quarta & vigeſima parte tantum diſtent: nec aurificibus ab ea lege diſcedere liceat. ita fiet vt argentea ſupellex argenteis, aurea aureis æquo pondere coemantur ac permutentur, nec quicquam venditori pereat præter opus. Sic enim vetere maiorum noſtrorum prouerbio dici ſolebat, in argentea ſupellectile nihil vēditori perire præter opus, cùm aurifici venderetur. cur non idem quod D ante trecentos annos in Gallia factum eſt, quod etiamnum in Hiſpania fieri videmus, conſimili exemplo faciemus? at noſtri aurifices ſub operis ſpecie fraudem emptoribus faciunt: ac viliſſimo pretio emunt: quod multò carius diſtrahere poſſint: ſublata verò auri, æris & argenti confuſione, fraudes à ſtirpe cōuelli neceſſe eſt. vectigal etiam monetale, quod principes graui ſubditorum incommodo de nummorum pretio detrahunt, tolli, ac potius eo nomine vectigal nouum, tum etiam ad monetalium mercedem imperari æquius eſt: vt olim Normani principes, & non ita pridem Poloniæ reges ſanxerunt, vt nummorum vis ac poteſtas vbique ſit eadem ſine vllo permutationis nummorum detrimento. Et quoniam ab iis qui auro, argento, ære flandoferiundo perficiuntur, peſtis præcipuè manat, eóque latiſſimè per omnes Imperij prouincias graſſatur, C

vnam

[7] In Paradoxo aduerſus Maleſtretum.

vnam tantum nummorum officinam in eodem Imperio conſtitui neceſſe eſt, & in vrbe omnium maxima, vt publice ſpectantibus magiſtratibus nummi percutiantur. Nouum id, opinor, Præfectis monetalibus videri poſſit, præſertim noſtris, qui monetarum officinas habent ferè viginti. At mirum videri debet nemini, qui modò intellexerit Romanos in tanto Imperio vnam tantum monetarum officinam habuiſſe, ſcilicet Iunonis templum, in quo Treſuiri monetales trium metallorum, auri, argenti, æris nūmos ſine vlla miſtura ſignabant. præterea Marij Gratidiani Tribuniplebis rogatione ſcholam conſtitui placuit, in qua nummi probarentur. Late quoque patebat Imperium Francorum Carolo magno
B rege: omnes tamen monetarum officinas in Palatium coegit: quo ſeuerius & accuratius nummi fabricarētur ac probarentur. poſtea vero quàm officinas plures habere, & procul à principe metalla miſcere licuit, ratio quoque nummaria deprauari cœpit. Hîc dicet aliquis, Perſas, Græcos, Romanos ſimplicia numiſmata æris, argenti, auri fabricaſſe, nec tamen adulterinos nummos defuiſſe: vt videre eſt apud Demoſthenem[8]: demus id quidem: ſed tanta fuit eorum raritas, vt id valde nouum videretur: quoniam facilime quiſque metallorum ſimplicium naturam vim, ac pondus tenebat: nec tamen prius nummi corrumpi cœperunt, quàm metallorum confuſionem principes ciuitatum inuexiſſent, vt Marco Antonio in Triumuiratu probro datum eſt: quod ab aduerſariis profectum o-
C pinor: cum adhuc inopia laborantibus Romanis Liuij Druſi Tribuniplebis rogatio non ſine contumelia reiecta fuiſſet, cum octauam æris partem argento miſceri vellet. ex quo intelligitur argenteos nummos etiam illis temporibus à ſumma puritate nihil aut parum admodum abfuiſſe: aurum quoque puriſſimum extitiſſe demonſtrant etiamnum aurea numiſmata veterum Græcorum ac Romanorum, in quibus nihil eſt admiſtum æris aut argenti, præter centeſimam partem, quæ ſine diuturno labore ac detrimento percoqui nō poteſt. at etiam Veſpaſianus nummos aureos conflari iuſſit, quibus tantum defuit pars auri ſeptingenteſima octogeſima octaua: vt Pariſiorum aurificibus ac monetalium Prȩſidi Turetano compertum eſt. Mihi tamen ſufficere videtur ſi pars argēti & au-
D ri vigeſima quarta deſit: ne querantur monetales operis diuturnitatem & iacturam: aut ignibus imperari non poſſe. Nollem, ſi fieri poſſet, quanquam fieri poſſe docui, æreos nummos ſignari: ſi tamē aliter principibus videtur, puros ac ſimplices cōflari oportet. id quidem perfacile eſt, ac tametſi antea nūmi noſtri partes aſſium minutiſſimæ decimam duodecimámve partem argenti caperent, nihilominus tamē fraudes in iis quamplurimæ fieri ſolent, quæ minus à plebecula, cui potiſſimum eiuſmodi numiſmata cuduntur, percipi ſolent. Extat apud me Iacobi Pinatelli rei nummariæ Præfecti ad Henricum II. regem epiſtola populari ſermone ſcripta: qua grauiter queritur de publica calamitate, ac monetales Pariſienſes accuſat, quòd aſſes iuſto pondere leuiores, materiáque deteriores accuderent: detrimentum verò publicum triginta ſex aſſium in ſingulas libras eius monetæ fuiſſe demonſtrat. Ex quo intelligitur in infinita mul-

8 Contra Timocratem. & in titulo de falſa.

titudine talium nummorum quanta fabricatur, peculatus incredibiles fuiſſe. Idem tamen Pinatellus à Curia monetalium accepta poteſtate cudendorum denariorum ac duplorum, ad officinas huius Imperij remotiſſimas ſe recepit, procul à principe, procul à luce: ac tantam vim talium numiſmatũ ſignauit, vt rationibus omnibus ſubductis à Iudicibus quæſtionum centies ferè ſeſtertium depeculatus eſſe comperiatur: nec dubitauit ſeſtertium pellici regiæ numerare, quæ flagitioſiſſimi hominis ſupplicium quidem diſtulit, non ſuſtulit tamen. Hæc igitur mea concluſio eſt, ne in minutis quidem nummis metalla miſceri oportere. Sed ea quæ diximus cum in Aſia & Affrica, cum item in Hiſpania & Anglia rectiſſime fiant, quid obeſt quominus idem in cæteris quoque ciuitatibus & Imperiis fieri poſſit? Non dubito ſi principes inter ſe conſpirẽt, omnia faciliora futura. Et quemadmodum veteres à nummorum percuſſione ad proplaſticen & fuſionem delapſi ſunt: idem nunc quoque nobis faciendum opinor. nam quo nummi ſolidiores fuerint, eo melius figuram tuentur, quæ in nummis percuſſis vetuſtate perit. circularis verò & æquabilis figura circuncidi non poterit, quin facilè cuique appareat: nec item vllum erit ex cæmentis nummorum detrimentum: nec iterum atque iterum cæmenta conflare oportebit: nec tot opificibus opus erit: nec tantum temporis inaniter conterendum in moleſtiſſima percuſſione: ſed eodem momento vis infinita nummorum forma cuiuſque, loco, & ordine conſtituta exiſtet. poſtremò nummos adulterinos efformare nemo poterit, cùm metallorum ea ſit natura, vt corporis capacitate ac volumine plurimum inter ſe diſtent: quod quidem volumen in nummis percuſſis latet: quia percutientis arbitrio diſtẽdi aut cogi poſſunt: forma verò in quã liquata iniiciuntur metalla, nec diſtendi, nec minui poteſt. Quamobrem ſi quis aureos nummos ære admiſto corrumpere volet, formæ capacitas non patietur: quia corpus æris duplo capacius eſt, & ratio ad aurum eadem quæ vnius ad 2 & $\frac{1}{8}$, ſiue octo ad ſeptẽdecim, ſiquidem vtriuſque maſſa capiatur eiuſdem ponderis: contra verò, ſi corpus vtriuſque metalli eiuſdem amplitudinis ſumatur, auri corpus ære duplo grauius & $\frac{1}{7}$, vel vt ſubtilioribus ponderibus ac numeris vtamur, eadem eſt æris ad aurum ratio, quæ 1551 ad 729 vt quidem me ſpectante demonſtrauit Fr. Fuxæus magnus ſeculi noſtri Archimedes. Auri verò ad argẽtum ratio ea eſt quæ 1551 ad 929, aut ferè 9 ad 5: id eſt argentum corporis volumine duplo ferè maius eſt auro, ſi eiuſdem ponderis maſſam vtriuſque metalli conſtituamus: vel aurum ferè duplo grauius erit argento, ſi eiuſdem voluminis maſſam vtriuſque metalli cõparemus. Æris itẽ ad argentum ratio ea ferè eſt quę XI. ad XIII. aut exactiſſima ratione, vt 729 ad 929 nam hæc duo metalla corpore ac pondere ſibi proxima ſunt, colore verò diſſimilima. propiùs tamen argentum plumbo accedit, tum pondere, tum etiam amplitudine: id eſt plumbum eiuſdem magnitudinis qua argentum tanto grauius erit argento, quanto numerus XV. maior eſt XIIII. vel accuratiſſimè, vt 998 ad 929: aut huius volumen tanto maius erit volumine plumbi, ſi vtriuſque maſſa eiuſdem ponderis inter ſe con-

Margin notes: 9 anno 1552. (beside "fuiſſe"); B; C; D

ſe conferatur. ſed plumbum corruptoribus nummorum inutile eſt, propterea quod diffluit, & ab omnibus metallis facilè ſeiungitur. Stannum quoque admiſtum cætera metalla quaſi lethiferum venenum perdit ac plane corrumpit: ac tametſi argento colore quamſimilimum videatur, corporis tamen amplitudine ac pondere diſſimilimum eſt: nam vtriuſque eadem ferè eſt ratio quæ 9 ad XIII. aut ſubtilius 600 ad 929. Aurum verò ad ſtannum metallorum omnium leuiſſimum & corpore capaciſſimum, ferè triplam habet rationem: id eſt quam 18 ad 7: vel ſubtilius 1551 ad 600. Ferrum item corporis amplitudine & pondere ad argentum cæteris propiùs accedit: eſt enim ferè vtriuſque ea ratio quæ 3 ad 4, vel accuratiſſimè vt 634 ad 929: ſed aliorum miſturam ferre nullo modo poteſt. quinetiam æris drachma ſi in ferream fornacem iniiciatur, obſtat quominus ferri materia liquari vllo modo poſſit, ac totam aduri neceſſe eſt. Queritur tamen Plinius corruptores numiſmatum argentea lamina ferreum nummum ſic texiſſe, vt argenteus putaretur, idque appellabat ferruminationem, qualem me Lutetiæ nummum memini vidiſſe. pondus tamen aut corporis capacitas fucum obductum facilè detegit. aurum verò ferruminationem illam momento demonſtrat, cum ferro tantò grauius ſit, quantò ſenarius à nouenario ſuperatur: aut exactiſſima ratione 1551 ad 634. Poſtremum eſt argentum viuum, quod pondere ac volumine proximè ad aurum accedit: leuius tamen eſt & capacius auro: eámque ferè inter ſe rationem habent quam 3 ad 4, vel accuratiſſimè vt 1158 ad 1551 ſed omnium celerrimè igni carpitur, nec vlla vi retineri poteſt, quominus euolet ignibus admotum. Auri verò & argenti, opinor, ſumma inopia fecit, vt maiores noſtri proplaſticen in re nummaria deſerere cogerentur, vel, quod verius eſt, monetales ipſi nummos ferire maluerunt, quò fraudes eorum minus perciperentur. Noſtra quidem ætate nummi ſolertiſſima ratione & quidem noſtrorum hominum ingenioſiſſimo artificio ſimul ac ſemel orbiculari figura ſecari ac ſignari & quidem promptiſſimè cœperunt: ſed ea ratio deſerta iacet, quòd vſu perceptum eſt nummos nec eiuſdem ponderis eſſe, nec formam diu tueri, & in cæmentorum multitudine ac iteratis fuſionibus magnum eſſe detrimentum. Quod autem diximus libram nummorum tum grauiorum tum leuiorum integris numeris diuidi oprtere ſine vlla fractione numerorum, habet ea res incredibilem vtilitatem, tum ad comerciorum facilitatem, tum ad nummorum permutationem: ſi videlicet auri & argenti, atque adeo ſi placet, æris libra vnciarum 12 in nummos 24, 36, 48, 72, 96, 144, 192, 576: non tamen æris vel auri libram in numiſmata 576 diuidere neceſſe eſt, ſed argenti duntaxat. omnium verò libræ partitionum vtiliſſima eſt drachmalis, ſcilicet in nummos 96. Et quoniam repentinæ legum mutationes, ac rei nummariæ conuerſiones graue ciuitatibus detrimentum, ſæpe quoque rebellandi occaſionem afferunt, id ſenſim fiat oportet, quò leuiùs incommoda ferantur. Cùm enim legatione ſuſcepta ad conuentus Gallorum Blœſas profectus eſſem, iuſſus ſum à principe cum monetalibus Præfectis ac Marcello ærarij Tribuno de re nummaria

qua tunc grauiſſimè Reſpublica conflictabatur, conſilium capere, vbi breuiter ea quæ ſuperiùs ſcripſimus, quæque populari ſermone iampridem à nobis peruulgata fuerant, diſſeruimus: ſumma tamen fuit, nihil vtilius fieri poſſe, ſed tam graui morbo nummario Rempublicam vrgeri, vt eam medicinam quantumuis ſalutarem, difficilimè latura videretur. at nullæ medicinæ tam ſunt ſalutares quàm quæ faciunt dolorē. & quoniam pocula, cataplaſmata, ſectiones nihil proficiunt membris putribus, ignes & cauteria admouere neceſſe eſt. At paulò pòſt intellexi peculatores publicos interceſſiſſe, quominus ea quæ dixi, publica lege ſancirentur. quinetiam argentea numiſmata deteriora quàm antea ſignarunt, & ex eo centies ferè HS corraſerunt. Neque enim dubito ſi ærosa numiſmata lege prohibeantur, ac iuſto pretio nummulariis dentur, ſubditos iacturam non leuem facturos: quam princeps pro ſe quiſque quadam ex parte ſarciat oportet: ſed illud incommodum pro tantis vtilitatibus leuiſſimum optimo cuique debet videri. B

*De Rerumpublicarum inter ipſas comparatione, & quæ quamque vtilitates & incommoda ſequantur.*

CAP. IIII.

QVEMADMODVM quiſque tueri rem familiarē debeat, quibúſque initiis familias propagari, quibus etiam moribus, inſtitutis, legibus temperari: quibus modis ciuitates fundari atque inſtitui: quibus augeri atque amplificari: quibus copioſiſſimæ, florentiſſimæ, beatiſſimæ denique effici poſſent, ſatis quidem ſuperioribus libris diſſeruiſſe videmur. reſtat illud modò, vt tribus legitimarum ciuitatum generibus propoſitis, quæ quanque commoda aut incommoda ſequātur, breuiter complectamur: ſic enim ordo poſtulat, vt optimi cuiuſque generis delectum faciliorem habeamus. Cum enim Rerumpublicarum genera plura tribus eſſe non poſſint, ſiue vni, ſiue omnibus, ſiue paucis ſumma detur imperandi ac prohibendi poteſtas: & cuiuſque generis alterum laudabile ſit, alterum vitioſum: prudentis eſt non tantum vitioſa declinare, verumetiam honeſta diiudicare, vt in optimo tandem acquieſcamus. Et quidem mihi tum vniuerſa tum ſingula conſideranti, pernicioſa tyrannis vnius, tyrannorum quoque multitudo deterior videtur, ſed omniū deterrima plebis impotentiſſimæ poteſtas, quam M. Tullius ex Ariſtotelis ſententia, tyrannidē quoque maximam appellauit. Ex his tamen omnibus nihil anarchia magis peſtiferum cogitari poteſt: quæ nec formam ciuitatis vllam habet, & in qua imperare qui poſſit cuiquam, quíque parere velit imperanti, reperiatur nemo. His igitur vitioſis generibus repudiatis, laudatarum ciuitatum optimam ſequamur: quæ qualíſque ſit, incommoda cuiuſque ſeorſum ab vtilitatibus ſeiungam, vt quid expetendum, quídve fugiendum ſit, planiùs intelligatur. Ac primùm quidem popularis ſtatus cæteris laudabilior videri poſſit, quod in eo ſolo ius omnibus idē, ac ſine cuiuſquam gratia

*Argumenta pro ſtatu populari.*

C D

gratia vel odio leges vniuerſis ac ſingulis æquabiles,ipſique naturæ conſentaneæ ineſſe videantur.vt enim natura alterum altero nec honoribus nec opibus ſuperiorem fecit:ita quoque popularis ſtatus hunc ſibi propoſitum finem habet, vt omnia omnibus æqua ſint, nec magis quiſque ſimilis ſibi ſit, quàm omnes omnium. id autem obtineri non poteſt,niſi fortunæ, opes,honores,præmia,ſupplicia, imperia, iura denique omnia omnibus eadem ſint ſine vlla cuiuſquam prærogatiua. Ita quidem Lycurgum, qui Reipub.conſtituendæ magiſter optimus habitus eſt,feciſſe videmus, cum auri & argēti vſu ſublato, ac tabulis omnibus creditorum vno conſumptis & eodem incendio, legem agrariam tulit: qua quidem
B poſſeſſiones omnes omnibus ex æquo diuiſit: tum peragrata regionē ſummam ex ea re voluptatem cepiſſe dicitur,cùm frugibus omnibus collectis omnes cumulos exæquatos intueretur.qua quidem re duas ciuitatum peſtes antiquiſſimas,auaritiam, inquam, ac ſuperbiam è Laconicis finibus exterminaſſe dicitur:neque id tātum,verumetiam furta, rapinas, ambitum, calumniam, magiſtratuum ſordes, factioſos cœtus de Republica ſuſtuliſſe. hæc enim æquatis omnium imperiis ac fortunis, locum vbi conſiſtant,reperire facile non poſſint.Iam vero,ſi hominum inter homines ſocietas ſine amicitia peritura ſit,amicitiæ verò fundamentum in æquabilitate poſitum videatur: (hac enim re maximè amicitia fouetur ac ſuſtentatur:) æqualitas item extra populare Imperium nulla reperia-
C tur: conſequens eſt in popularibus Imperiis humanæ conſiſtere ſocietatis & incolumitatis fundamentū, idque maxime omnium expetendum eſſe. quid autem optabilius eſt quàm ſublato tyrannidis metu,libertatem vnicuique à natura duce optima datam reſtitui? quid item laudabilius quàm ius omnibus æquabile conſtitui? quid ſuauitate ciuili ſublato potentiorum dominatu iucundius, aut naturæ magis conſentaneum optare poſſumus? hæc omnia in vno ſtatu populari poſita videntur. At illud quanti eſt,quod optimi Imperatores, prudentiſſimi legumlatores, acutiſſimi iuriſcōſulti, opifices ingenioſiſſimi, clariſſimi Oratores,ſummi philoſophi non modo ſunt ac ferè ſemper fuerūt in popularibus Imperiis, ſed etiam ab iis ad omnes populos permanarunt! quid ita? niſi
D quod ingenia libertate quodammodo exultant ac efferunt ſeſe, quæ vnius aut paucorum dominatu ac inuidia quaſi humi abiecta ac depreſſa iacent,nihil vt magnum aut excelſum auſint. At etiam nulla vſquam Reſpublica præterquam in populari conſiſtere videtur:in qua ſcilicet populus publica,vel(vt veteres loquebantur) populica,vrbem,inquā,theatra, vias,ærarium,opes,ſpolia,iura,prǫmia,leges,honores in commune quærit, iiſque perfruendis ſummam voluptatem capit: at paucorum vniúſve dominatione cùm omnia tenentur, nihil publicum, nihil commune dici poteſt. In ſumma, cum nihil ab immortali Deo tam optare debeamus, quàm vt magiſtratus legibus, ſubditi magiſtratibus ſe quamobſequentiſſimos præbeant,id tantū in vno populari ſtatu ſperare poſſumus: quia legum ſumma poteſtas eſt in populari non in vnius aut paucorum ſtatu. Hæc fere à popularium hominum opinione pro ſtatu populari

argumenta ducuntur,partim veriſimilia,partim etiam vera:quæ nonnulli fulcire & corroborare conantur: populariter id quidem, ſed non ſatis ad id quod volunt,accommodatè.ſunt enim hęc argumenta araneorum telis haud valde diſſimilia:id eſt ſubtiliter ac belle contexta, ſed quæ beſtiolas quidem exiguas irretire valeant,robuſtiores retinere non poſſint. hæc igitur diſcutiamus. Principio nulla fuit vnquam ciuitas quæ ſummam illam honorum, fortunarum ac Imperij æquabilitatem tueretur, vt ſuperioribus libris demonſtrauimus.ac tantum abeſt æqualitas illa rerum omnium à natura, vt eam qui retinere volet, prius naturæ leges ac iura perrumpat oportet. Quis enim non videt naturam alios aliis animi præſtantia tanto excellentiores, quanto brutis animantibus homo præſtabilior eſt, procreauiſſe? cur ita?niſi alios ad imperium,alios ad obſequium genuiſſet? quammulti ſtupidi,furioſi,inſani,qui nullum naturæ,nullum ingenij lumen habent, num ad Imperium natos eſſe putemus? Ac ferè fit vt eadem illa natura iis quibus ingenij ac prudentiæ vim ademit, corporis infinitum robur ad imperata ſtrenuè exequenda dederit: quibus verò animi præſtantiam eximiam largita ſit,corporis vires dempſerit. Quod ſi naturæ libertas, quam populares iſti tantopere prædicant, in democratia locum haberet, certe nec legibus ipſis relinqueretur, nec magiſtratibus imperandi prohibendíque locus.at nuſquā in monarchia,nuſquam in ariſtocratia tot ac tam multi ſunt magiſtratus, quot in democratia videmus. Quantum attinet ad prædia communia, ad ærarium,ad rem denique publicam,nuſquam rapinæ,nuſquam peculatus frequentiores. Quarum rerum cum teſtes quamplurimos & quidem clariſſimos habeamus, nullum tamen Xenophonte clariorem aut locupletiorem. idem enim & optimi Imperatoris,& ſapientiſſimi philoſophi laudibus abundans, de ſua, id eſt de Athenienſi Republica[1] hæc ſcribit. Ego, inquit, ſtatum Athenienſium probare non poſſum, quod eam Reipublicæ formam amplexantur, in qua improbi ac flagitioſi meliore ſunt conditione quàm viri boni ac innocentes.Si tantus vir ita ſentit de Athenienſium Republica, omnium quæ extiterunt popularium laudatiſſima, vel, vt Plutarchus ſcribit, minimè omnium vituperanda, qualem ſententiam de cæteris popularibus laturum fuiſſe putamus? In quo quidē Macciauellus literis abuſus eſt & otio,cùm democratiā vno loco cæteris[2] prætuliſſet: idē tamen cum Italiā antiquo ſplendori reſtitui vellet, id non niſi à monarchia,& quidem Pontifice maximo fieri[3] poſſe iudicauit. à qua ſententia rurſus defecit,cùm Venetiarum Rempublicam cæteris omnibus præſtantiorem eſſe ſcripſit[4]: vt quid ſentiat homo leuiſſimus ac nequiſſimus,diiudicari non poſſit. Quid Plato? democratiam nundinas populares appellauit, in quibus omnia vænalia proſtant. Ariſtoteles paucis verbis democratiam repudiauit, non tantum rationibus,ſed etiam Homeri autoritate vſus,ὀυκ ἀγαθὸν πολυκοιρανείν.Maximus item Tyrius[5] vir ſua ætate clariſſimus, vt pernicioſam democratiam ſemper fuiſſe conuinçeret,teſtimonium protulit Atheniēſium,Syracuſanorum, Carthaginenſium, Epheſiorum. Et quidem vt populo placeat,cui vitia diſpli-

*Contra Democratiam.*

1 Xenophon in lib. de Repub. Athenienſ.

2 In Liuium.

3 lib. 1. princip. c. 9.

4 In Liuium.

5 Orat. 3.

diſplicent, inquit Seneca, per naturam fieri non poteſt. Quamobrē Pho-
cio Athenienſium Imperatorum fortiſſimus ac integerrimus, populari-
bus ſuffragiis ſemper contrarius, etiam populum ſemper à ſua ſententia
diſcrepantem nactus eſt, prçterquā quod ſemel populus ſuam ſententiā
probauit: tunc ille admiratus, & ad circunſtantes cōuerſus, Quid, malum,
mihi excidit, vt populi ſenſus cum meis congruerent. Et quidem mirum
debet videri ſi plebs imperita, id eſt, multorum capitum immanis quæ-
dam hydra, rectam vllam ſententiam ferat. certè quidem ab imperita
multitudine conſilium rerum gerendarum petere aliud nihil eſt quàm à
furioſo ſanitatem. Quod Acharnaſis cùm omnium optimè perciperet,
B Athenienſium conciones & concilia ſine riſu ſpectare non potuit, cum
diceret Athenis ſapientes rerum agendarum ſummam populo propone-
re, furioſos verò quid agendum eſſet, decernere conſueſſe. Vt tamē plebs
imperita ac leuiſſima quicquam quod rectum, quod honeſtum ſit, de-
cernere velit, aut poſſit, quis tam inops à prudentia, qui conſilia ciuitatis
ſacratiſſima in vulgus manare putet oportere? num illud eſt ſacra pro-
culcare ac prophanare? quanquam res ſacræ ſi execratæ fuerint, reſecra-
ri poſſunt, & prophana expiari: arcana verò Imperij peruulgari ſine ciui-
tatis interitu, aut certè ſine dedecore & contumelia non poſſunt. Quam-
obrem mirum videri debet nemini, ſi ob eam cauſam populares Athe-
nienſium, Carthaginenſium, Syracuſanorum ac Florentinorum ſtatus
C breuî interierunt. omitto quàm difficile ſit populum vniuerſum vnum
in locum cogere: aut coactum regere ac moderari. Nec tamen, niſi
magiſtratui placuerit, Senatus, nec populi concio haberi poteſt: vt Cæ-
ſar in Conſulatu cum Bibulum collegam exertis gladiis terruiſſet, ne ſe-
mel quidem Senatū quem intelligebat ſuis conatibus repugnātem, toto
Conſulatus anno conuocauit. Ac ſiquidem Conſul Tribunos aut colle-
gas ſibi conſentientes nactus eſſet, nihil niſi eorum arbitrio ac volunta-
te fieri poterat. Quibus rebus perſpicitur omnem populi plebíſve pote-
ſtatem pauciſſimorum magiſtratuum arbitrio ac libidini inſeruire con-
ſueſſe. At interim diſſidentibus magiſtratibus, niſi rebus gerendis op-
portunè proſpiciatur, ciuitatis ſtatum in diſcrimine verſari neceſſe eſt.
D Nam legibus Solonis[6] æquè ac duodecim[7] tabularum, priuſquam roga- 6 Demoſthenes cōtra Leptinem.
tio léxve pefrerri poſſet, populum trinundino vocari oportuit. ac ſæpe 7 Macrobius in Saturnalibus.
fiebat vt auium dexter volatus (nam Romani[8] contra populorum om- 8 Cicero in lib. de Diuinat.
nium morem ſiniſtra dextris meliora iudicabant) aut ſoricis inconcinna
vox, aut comitialis morbus, forte hominis ebrioſi, comitia Augure nū-
tiante, aut magiſtratu intercedente vitiarentur. qua de re M. Tullius cum
ad Atticum ſcriberet, Scire velim, inquit, num cenſum impendant Tri-
buni diebus vitiandis. idem paulo pòſt, Proſcripſit Marcellinus ſe per o-
mnes dies comitiales de cælo ſeruaturum: conciones turbulētæ Metelli,
temerariæ Appij, furioſiſſimæ Publij. Neque enim competitores ſeipſos
tantum in petendis honoribus impediebant, ſed etiam à magiſtratibus
ipſis impediebantur, vt Imperium retinerent. Interdum etiam Reſpu-
blica magiſtratibus quaſi nauis gubernatore deſerta ſeditionum tempe-

ſtatibus ac procellis miſerandum in modum iactabatur. Nam paulo ante Cæſaris Dictaturam, cum propter competitorum vim nulli magiſtratus creari poſſent, Pompeius ſolus Conſul factus eſt. Quamobrem Rhodii ipſi qui nunc popularem ſtatum vtcunque tuentur, alternis tãtum annis magiſtratus creare conſueuerunt. At nihil eſt Imperio populari tam inimicum, quàm diuturnos honores adipiſci. Quid autem abſurdius quàm pro legibus habere leuis & imperitæ multitudinis temeritatem, quæ ad mandandos honores cæco ſæpius & incõſiderato impetu quàm certo & explorato iudicio fertur? Quid magis furioſum quàm extremis Reipublicæ periculis ab inſana plebe conſilium petere? nihil enim iniuſſi magiſtratus obire poſſunt: nec ſi poſſint velint: & vt velint, nihil tamen B audent perterriti furore plebis, quæ aduerſos caſus ac ſua peccata regerit in ipſos magiſtratus. Itaque Philippo rege fines Atticos incurſionibus infeſtante, magiſtratus attoniti latuerunt, plebs inuocata in comitium venit, nec magiſtratus quiſquam extitit qui concionem haberet, vt quidem Demoſthenes ipſe ſcribit. Conſimili caſu Florentini, cum Carolus v. Imperator ad vrbem exercitum admouit, adeò exterriti ſunt, vt qui pro Republica conſilium dare aut capere poſſet, nemo reperiretur. Nam legibus cauebatur, vt Prætor maximus Florentinorum pro concione populi de Republica conſilium caperet. Eſt autem plebis ea impotentia, vt quemadmodum rebus proſperis inſolentiùs exultat: ſic aduerſis repente deiiciatur. Imperij verò decus ac maieſtatem quonam C modo plebs vlla tueri poſſit, quam miniſtri magiſtratuũ faſcibus ac fuſtibus ſæpiſſime coercent, & in qua regẽda plus pœna, inquit Liuius, quàm obſequium valet? Itaque Phocio dux Athenienſium, cum ſibi ipſe audientiam facere non poſſet in concione, O, inquit, fuſtuarium Corcyræum quouis talento pretioſius! Ex quo quidem intelligitur grauitatem Imperij ac maieſtatis pondus plebem ſuſtinere non poſſe: in qua tamen ſumma Reipublicæ conſiſtit. Sed his omiſſis porro progrediamur. Nemo eſt enim qui dubitet ciuitatum omnium finem extremum, eundémque optimum in eo poſitum eſſe, vt pietate, iuſtitia, fortitudine, in primíſque prudentia floreant. His enim artibus humana ſocietas conſeruatur. At populare Imperium his artibus ac virtutibus omnibus eſt ac ſemper fuit inimicum: quoniam plebs id vnum, inquit Xenophon, propoſitum habet, vt impudentiſſimum ac flagitioſiſſimum quenque ad ſummos honores & imperia prouehat: alioqui peſſimè ſibi conſuleret, ſi virtute ac integritate præſtantibus viris imperia mandaret. ab his enim imperio ac poteſtate ſumma ſpoliata profligaretur: propterea quod bonorum ac fortium virorum perquam exigua, improborum autem infinita eſt multitudo: quæ ab honoribus & magiſtratibus, ſi bonis ac ſapientibus imperium tribueret, arceretur. Eam ob rem populus Athenienſis improbos ac impudentes colit & amplexatur, híſque omnibus qui ſibi blandiuntur, audientiam facit: integritate verò ac iuſtitia claros execratur. Propterea Rempublicam Athenienſium probare, inquit, non poſſum, quod ſtatum omnium deterrimum ſequantur: eos tamen laudo, quod

quod eum ſtatum amplexi omni ope, cura ac induſtria conſeruant ac tuentur: quódque integritate ac iuſtitia præſtantes viros ab honoribus & imperiis quamlongiſſimè repellunt: quod proſcriptione & exilio fatigant: quod ſceleratos ac flagitioſos amant: quoniam, inquit, vitia quæ tibi ac bonis omnibus vſqueadeo diſplicent, populare Imperium fouent ac tuentur. Iuſtitiam verò plebs auerſatur, vt potentiorum ac nobilium domos euertat ac diripiat, ſceleratorum quibus imperia mandat, opibus & conſiliis elata. ex quo fit, inquit, vt popularis illa ciuitas perditorum ſit ac flagitioſorum hominum ſentina, qui plebem aduerſus innocentes ac bonos ciues armare & inflammare conſueuerunt. Leges autem optimas B plebs aſpernatur, quippe quæ ab eius nutu ac voluntate pendent. Hæc ſententia fuit Xenophontis, hoc iudicium ſummi viri de Athenieſi Republica, quam popularium ciuitatum clariſſimam fuiſſe tradit, nec in ea quicquam immutandum putauit quandiu popularem ſtatum retinere vellent. Conſimile, quantum quidem opinor, Marcelli[9] iuriſconſulti iudicium habemus de meretrice, quam turpiter facere ſcribit, quòd pudicitiã proſtituat: ſed quoniam verecundiæ fines tranſiliit, non turpiter facere quod bene & gnauiter impudẽs ex artibus meretriciis quas profitetur, quæſtus quantũquidẽ poteſt vberrimos facit. Ita Xenophõ popularem ſtatum deterrimum eſſe confitetur: ſed ad eum retinendum prudenter eos facere iudicat, qui virtutibus omnibus bellum indicunt. Hoc C igitur ciuitatis genus qui probat libertatis ſpecie propoſita, virtutum interitum earúmque oppreſſionem tetram ac deteſtabilem glorioſam putat. Et quidem popularium ferè ciuitatum ſumma lex eſt, ne ciuis quiſquam quantumcunque ſcelus ſiue in deos, ſiue in homines admiſerit, capite feriatur[1]. quinetiã Romanis legibus ſeueriſſimè cauebatur, ne verberibus[2] ciuem cædere liceret. at ne vllis quidem magiſtratibus nec ipſi Senatui Romani ciuis libertatem minuere vllo modo licebat. Itaque Verres, vt alios omittam, diuinis & humanis legibus fœdiſſimè proculcatis, repetundarũ ac peculatus omniúmque ſordium & corruptelarum reus, iudicióque publico damnatus, grauiſſimam pœnam Reipublicæ pendere viſus eſt, quod ex Vrbe exceſſit. cur ita? quia populares ſtatus libertatem non acerbitate ſuppliciorum infeſtam, ſed lenitate legum mu- D nitam eſſe voluerunt. At Coriolani, Scipiones, Cicerones, Rutilij, Metelli rebus præclarè geſtis exilio damnati ſunt. Ita quoque Hermodorus Epheſo, Ariſtides iuſtus, Themiſtocles, Thucidides Athenarum vrbe pulſi ſunt. Miltiadẽ verò carceribus, Socratem veneno necarunt. ac tametſi Phocio non modò Athenienſium, ſed etiam omnium ſuæ ætatis virorum clariſſimus haberetur, & qui quadragies quinquies Athenienſis exercitus Imperator creatus, vitam ſumma integritate vitæ ac innocentia ſine vllo probro tranſegiſſet: nihilominus calumniator quidam de fece plebis auſus eſt ad populum quem intelligebat Phocioni iratũ, rogationem huiuſmodi ferre, Vellẽt iuberent Phocionem ac ſocios necari: hanc vocem populus tanto plauſu excepit, vt omnes aſſurgerent, ac manibus elatis ciues fortiſſimos ac innocentiſſimos capitis damnarent.

9 l.4. de condic. ob turpem.

*Scelerum impunitas in ſtatu populari.*

1 Leges Valeriæ tres, lex Sempronia.

2 Lex Porcia. Cicero pro Rabirio perduellione.

nec defuerunt qui ſertis & corollis redimiti cum ſeruis ac fœminis in comitium profecti ſint, vt ſententiam capitalem ferrent. Qua re perſpecta, Me quidem à vobis, inquit Phocio, damnari facilè patior, ſed cur iſti? ad quem populus, Quoniam, inquit, tibi ſunt amici: nec prius furor plebis inſanientis conquieuit, quàm omnes ſine iudicio, ſine accuſatione, ſine vlla cauſa necarētur[3]. Nec verò ſperandum eſt vt plebem cùm bonis inſultare cœperit, pudor vllus à turpitudine, aut ratio à furore reuocare poſſit. Itaque cum Demoſthenes ſceleratiſſimos quoſque euadere, ac in primis Antiphontem capitalem hominem populi iudicio abſolutum, eundem Areopagitarum ſententia reum capitis peregit, parum admodum de populi iudicio ſolicitus[4]. Ex quo perſpicuum fit maieſtatis in populo vim penè nullam fuiſſe, aut proculcatam iacuiſſe. Et quemadmodum in populari ciuitate omnia imperia, magiſtratus, curationes publicè væneunt: ita quoque à ſordibus & corruptelis nihil ſanctum aut purum eſſe poteſt. quinetiam M. Marius modios argenti plenos in comitium[5] diribitores ferre iuſſit, vt ſuffragia plebis lucro inhiantis coemeret. idem Cneum Pompeium feciſſe legimus. Quamobrem mirum videri non debet, ſi magiſtratuum ac iudicum ſordes & corruptelas incredibiles in Romanorum ſcriptis legimus[6]. fœdius etiam Athenis Stratocles ac Damoclides ineunte magiſtratu ad auream meſſem ſe proficiſci publicè iactabant. At ſiquidem iura, iudicia, leges, honores, imperia, magiſtratus Athenis ac Romæ tam turpiter proſcribi conſueuiſſe videmus, quæ tamen opibus ac fortunis omnium florentiſſimæ extiterunt: quid de ciuitatibus egeſtate ac inopia laborantibus iudicandum? Cum enim Megarenſes Theagenem principem Imperio ſpoliauiſſent, tanta licentia viuebant, vt locupletiſſimos quoſque impunè diripere liceret, vt eſt apud Platonē. Non aliter Heluetios diutiſſime pulſa nobilitate feciſſe legimus, qui quem diripiendū plebi prodere vellent, pro foribus eius humanā figuram, aut perſonam ramis ſubiectis collocabant: nulla mora quin extemplo fortunis omnibus locupletiſſimus quiſque ac innocētiſſimus ciuis ſpoliaretur. At qui popularē ſtatum Romanorū tantis laudibus efferunt, cū potius virorum fortiſſimorum & clariſſimorū laudes proſequi præſtabilius fuiſſet, quàm ciuitatis formā, non vident quot & quātis ſeditionibus ac bellis ciuilibus, & quā ſæpe iactata ſit illa ciuitas: plebē à Patribus toties diuiſam: toties furioſiſſimos Tribunos turbulentis concionibus optimo cuique ciui exiliū, mortem intētare ſolitos: toties in media ciuitate, in campo Martio, in Curia, in ipſis templis deorū cædes ciuiū editas: in ipſo Iouis Statoris Capitolio Tiberiū, pòſt etiam Caiū Gracchum, Druſū, Saturninū, Sulpitiū crudeliter mactatos, nec ſacroſanctę, id eſt, Tribunitiæ poteſtatis fiducia fuiſſe tutos: toties Cōſules ac Tribunos, imò Cōſules inter ipſos ac Tribunos inter ſe viciſſim pro Roſtris, in Senatu, coram populo capitalibus diſſidiis ac ſeceſſionibus ciuitatem perturbantes, contrariáſque leges, edicta contraria promulgantes. Cum enim Caſſius Conſul edicto Latinos & Hernicos Vrbe excedere iuſſiſſet, Virginius collega edictum huic cōtrarium promulgari[7] iuſſit:

3 Plutar. in Phocione.

4 Plutarc. in Demoſthene.

5 Plutar. in Mario.

6 Cicero pro Cluent. in Verrem.

7 Dionyſ. Halycar.

iuſſit:non tantum vt collegę auctoritatem frangeret, verum etiam vt ciues inter ſe & cum peregrinis in Vrbe media committeret. Quid autem indignius, aut à ciuili ſocietate magis alienum, quàm ciues ſub toga candida ferreos thoraces ac loricas indutos ad honorum petitionem quaſi ad prælium proficiſci, & in ipſo foro ſæpe contrarias acies ciuiũ inſtrui? Lapidationes, inquit ille[8], in foro ſæpe vidimus: non ſæpe, ſed tamen nimis ſæpe gladios. idẽ paulo pòſt, Meminiſtis, inquit, corporibus ciuium Tiberim compleri, Cloacas refarciri, è fore ſpongiis effundi ſanguinem. hæc ille. At videre mihi videor Sulpitium Tribunum Mario impellente, decreta Senatus ac magiſtratuum imperia proculcare, vt Syllæ prouin-
B ciam eripiat, ſeditioſis concionibus quaſi furiarum facibus plebem ad arma vocare, concurſationes omnium ordinum, omnium ætatum ciuitatem turbare, Syllam cum exercitu redeuntem ciuili ſanguine Vrbem ipſam fœdare, domos partim diruere, partim inflammare: milites effuſos ſine vllo ſexus, ætatis, ordinis diſcrimine obuios contrucidare: vndique gladiorum fulgorem oculos præſtringere: vndique armorum ſonitus, vndique cadentium tectorum fragorem audiri: puerorum eiulatibus, mulierum lamentibus, morientium gemitibus, militum clamoribus vias omnes circunſonare: cædes ſtupris, ſtupra cædibus miſceri: vrbem denique totam in ſuorum ciuium cæde ac ſanguine natare: pòſt excedente Sylla Mariũ redire, arces occupare, comitia turbare, magiſtratus arbitrio
C ſuo creare, Syllanos deiicere ac fugare, cædes cædibus rependere. nec ita multo pòſt Syllam rurſus cum exercitu reuerſum tota Italia graſſari, ac locis omnibus inauditas crudelitates ac ciuiũ ſtrages edere, atque adeo in funeribus Reipublicæ exultare ac tripudiare. In ſumma, ſiquis popularium ciuitatum veterem memoriam repetat, profecto comperiet, aut cum hoſtibus, aut cum ciuibus ſempiternum bellum geſſiſſe: & quandiu floruerunt, non populari ſed ſapientiſſimi cuiuſdam ciuis imperio, nutu, cõſiliis, quaſi regia quadã poteſtate moderatas fuiſſe. Quandiu floruerũt Athenæ, non populi ſed Senatus Areopagitarum imperio tenebantur. poſtea vero quàm à Senatu ad populum omnis delata poteſtas eſt, Periclis vnius arbitrio omnia regebantur: quem rectiſſime Thucidides ciui-
D tatis imperium habuiſſe confitetur. Florentini perpetuis ferè ſeditionum fluctibus iactati ſunt, quouſque Laurentius Medices Imperium arripuiſſet: hinc Soderinus in concione quam habuit ad populum de conuertendo ſtatu, ciuitatem quidem antea ſpecie popularem, re ipſa vnius Laurẽtij dominatione occupatã fuiſſe dixit. paulo pòſt imperio plebi reſtituto ad furores ciuiles relapſos non prius conquieuiſſe quàm regem haberent. Romanam verò ciuitatem quis non videt perpetuis hoſtium bellis implicatam, vix tamen à ciuilibus vnquam abſtinuiſſe? quòd igitur ſtetit, quòd legibus & armis aliquandiu floruit, Menenio Agrippæ, Furio Camillo, Papirio Curſori, Fabio M. Catoni Cenſorio, Marco Scauro, Pompeio Magno laus illa non populo debetur. Quamobrem Liuius[9], Sub vmbra Scipionis, inquit, Vrbem terrarum dominam latere, nutus eius pro decretis Patrum, pro populi iuſſis eſſe. Stetit etiam aliquandiu

8 Cicero
9 lib. 30

popularis Thebanorum ſtatus, ſed Pelopidę, ſed Epamynondæ Imperio ſingulari[1] ſtetit: quos cum amiſiſſent, non ita multo pòſt populare Imperium amiſerunt: perinde vt Athenienſes amiſſo Pericle Imperatore fortiſſimo ac prudentiſſimo, ciuitas quaſi nauis amiſſo gubernatore & ereptis Areopagitarum Senatui gubernaculis, in alto fluitare ac ſeditionum ciuilium procellis agitari cœpit: cum alius anchoras iacere, alius portum tenere, alius vela facere conaretur, oborta tempeſtate fœdiſſimũ ſui naufragij ſpectaculum, & hoſtibus iucundiſſimum exhibuerunt[2]. Ac tametſi tyrannis triginta vrbe pulſis ad Imperium populare redierunt, Demoſthenes tamen in populi cõcione dicere auſus eſt Athenienſium Imperium penes aliquot Oratores eſſe, à quibus duces exercitus penderent, qui trecentos ad ſummum ciues alios aliis attributos haberent, quorum arbitrio emptis aut eblanditis ſuffragiis omnia in Republica maxima gererentur. honores autem ac imperia promercalia fuiſſe Plutarchus ſcribit, ídque popularium omnium ciuitatum commune malũ appellat. Liuius enim de Tarentinorum populari ſtatu ità ſcribit: In poteſtate iuniorum plebem, in manu plebis rem Tarentinam eſſe. ac paulò ante popularis Romanorum Imperij occaſum, Craſſi, Cæſaris ac Ponpeij, quod Tricipitium vocabant, arbitrio ac poteſtate Imperium illud tenebatur. ſed cum alter hoſtili, alter ciuili bello cecidiſſet, tertius principatum arripuit. Quibus rebus intelligitur populare Imperium ſine prudentiſſimo gubernatore diu conſiſtere non poſſe: hinc verò ſumma poteſtate tributa tyrannidem conſequi. Hîc mihi occurrat aliquis, ſtatum Heluetiorum popularem eſſe, præclarum tamen videri, ac iam trecentos amplius annos armis ac legibus optimis floruiſſe: tyrannidem etiam non modo à ſuis ceruicibus, ſed etiã ab alienis ſtrenuiſſimè depuliſſe, nec minus domeſtica quàm militari diſciplina tranquillum ſtatum tueri. Demus hæc omnia. ſed antea cauſas aliquot aperuiſſe videmur: ſcilicet ſtatum quinque ciuitatum minorum, etiamſi cæteros libertate ſuperare videantur, gubernandi tamen ratione optimatum rationem ſequi. facit etiam effera quodammodo locorum natura, vt libertatem popularẽ auidius amplectantur: item ferociſſimum ac ſeditioſiſſimum quemque foras erumpere, vt alienis principibus inſeruiant: reliquias plebis tenuium & opificum Imperij minime appetentes facile in obſequio magiſtratuũ retineri: maximam vero partem ab armis diutiſſime iampridem, vt pace ac tranquillitate fruantur, abſtinere: poſtremò ciuitates omnes, quæ, paucis quibuſdam exceptis, in ſumma inopia verſantur, tot ac tam multis fœderibus ac ſocietatibus inter ſe & cum finitimis aptas & colligatas eſſe, vt à ſe inuicem diuelli non facilè poſſint. & quemadmodum ij qui in denſiſſimis tenebris, aut per abruptos præcipitéſque locos iter habent, manibus ac veſtibus ſeſe mutuò complectuntur, vt alter alterius ope ac ductu nitatur: ita quoque Heluetij in lubrico popularis Imperij ſtatu cõſtituti mutuis auxiliis ac ſocietatibus quam arctiſſimis vinculis inter ſe coniuncti viam ſibi muniunt tutiorem: nec, ſi à mutuo complexu diuellantur, diu conſiſtere poſſint. Quamquam popularem illã ſocietatem ac liber-

[1] Plutar. in Epamynonda.

[2] Polybius. lib. 6.

B

C

D

ac libertatem nobilium ac locupletiorum ſanguine fundatam & auctam fuiſſe quis non videt? victoriam Baſilienſem Ludouici XI. Delphinatis auſpicio partam ſecuta eſt nobilium qui Ludouici partes tuebantur, cædes ac proſcriptio,& earum maximè familiarum quæ Sampacæ cladi ſuperfuerant.pauciſſimi quidam Bernatum ac Tigurinorum ope & gratia incolumes reſtant. Argentinenſes verò,Lindauij,Senenſes,Genuenſes, Florentini, vt popularia Imperia ſtabilirent, antiquam nobilitatem penè à ſtirpe auulſerunt. Deterius etiam Florentini, qui deleta aut exacta nobilitate, gubernacula tenuerunt: ſed cum ordines ciuium tres feciſſent,grandium,mediocrium & plebeiorum:hi quidem grādes de Im-
B perio deturbarunt: reliqui ordines rurſum de principatu inter ſe tantis furoribus exarſerunt, vt riui ſanguinis per vias decurrerent: poſtremò cum ſumma rerum ad fecem plebis delata eſſet,à mutuis cędibus & ſtrage non antè conquierunt, quàm Pontificis maximi ac finitimarum vrbium conſilio ad principem peregrinum, vt antea diximus, gubernacula detuliſſent [3]. Eſt autem plebi quodammodo inſitum nobilitatis odium, cum intelligunt ex ipſa plebecula magnam partem vel opibus, vel cæde cuiuſquam nobilitatem ſibi peperiſſe, & infimorum contemptu, aut armorum vſu præ cæteris intumuiſſe. Quamobrem Argentinenſes cæſa ac proſtrata nobilitate, cum Imperium populare inuaſiſſent, legem communibus ſuffragiis tulerunt,ne quis ſummos in ciuitate magiſtratus
C adipiſceretur, niſi à cerdonibus, aut coriariis,aut id genus ſordidis opificibus ſtirpem traxiſſet. Id enim veteribus Græcis vſitatum erat, vt in iis ciuitatibus quæ popularia Imperia ſtabilire ac tueri vellent,ciues omnes, quantumquidem fieri poſſet,opibus,honoribus,imperiis ac vitæ conditione exæquarent: ac ſi quis prudentia,iuſtitia,fortitudine,aut vlla virtute cæteris præluceret ac emineret, hunc oſtraciſmo exterminabant, aut ne virtuti tam apertè bellum indicere viderentur, accuſationibus & calumniis opprimebāt: atque id vnum efficere conabantur,vt ſinguli ciues non magis ſui ſimiles eſſent quàm omnes omnium. at etiam Plato Socratis nomine, non bona tantummodo, verumetiam vxores ac liberos omnium communes eſſe optabat,vt ſublatis MEI ac TVI vocibus,quaſi
D diſſidiorum fomentis ſumma concordia ac trāquillitate viueretur.Quæ diſciplinæ ſi ſibi conſentiant,ciuitatum omnium interitus ſequetur:non quia metuendum ſit vt ex ciuitate familia ſit eadem futura,quemadmodum Ariſtoteli viſum eſt,ſed quia ciuitates ob id maximè cōſtitutæ ſunt vt ſua tuerentur, quódque diſcordiarum vberiora aut fœcundiora ſemina nulla ſint quàm in rerum omnium communitate. Quamquam familia ipſa principes vno plures ferre non poſſit. eſt autem familia ciuitatis imago. Et cum Biantem popularis homo ineptè interpellaret,vt ſtatum popularem in ſua ciuitate ſtabiliret,ille ſapienter,Fac,inquit, tuam familiam popularem. ex quo intelligitur eos qui omnia omnium in ciuitate communia, paria, ſimilia, imo eadem efficere concupierunt, vt quaſi ex vna ciuitate vnam familiam conſtituerent, vni quoque principi,vt in familia,ſummum Imperium mandare,& eandem quam in recta familia

3 Antonin. & Maccıauel.in hiſtoria Florentin

*Argentinēſium lex.*

diſciplinam ſeruare oportere: non autem honorum,imperij ac fortunarum æquationem proponere: qua nihil natura, nihil diuina lege magis alienum cogitari poteſt: hæc enim diſertiſſimè ſua quenque tenere, & ab alienis non tantum manus, verumetiam mentes ac ſenſus ipſos iuſſit habere continentes. Ex quo intelligitur eos errare ac decipi, qui naturæ legibus omnia fuiſſe communia putant: neque enim præcepta diuina legi naturæ diſſentanea eſſe poſſunt, vt rectiſſimè ſapiētiæ Magiſter ſcribit,legem matris & iuſſa patris,id eſt Dei ac naturæ diſciplinam ſibi conſentientem modis omnibus exequi quenque oportere. Libertas autem illa quam in popularibus Imperiis tantopere vigere putant, in eo maxime verſatur,vt ſuis quiſque bonis,vxore,liberis trāquillè fruatur:nec ſibi aut ſuis vlla vis inferatur, aut ſi fuerit illata, vindicetur. Quòd ſi bonorum æquatio capitalis optimo cuique videretur, multo certè capitalior honorum & imperij æquatio debet videri: quia fortunis & opibus frui commodè quiſque poteſt, ſi copia datur:imperandi vero prudentia non niſi pauciſſimis eſt Dei munere & conceſſu tributa: vt in ſtatu populari prudentiſſimo cuique imperium tribui ſit neceſſe. Quinetiam populi qui nullam ciuitatis imaginem habent, ducem aliquem qui cæteros regere,qui ius petentibus dicere poſſit, creare coguntur,vt in Guzulana regione Affricæ ac Feſſæ finibus,accolæ Magnani montis,ſi quem peregrinum prætereuntem viderint, qui prudentia præſtare videatur, hunc conſiſtere cogunt,vt ius vnicuique tribuat[4]. Popularium autem ciuitatum ea ferè lex eſt,aut certe eſſe debet,vt qui eandem imperandi prudentiam nacti ſunt, eadem imperia ſortiantur: quod ſi alius alio ſapientia præſtet plurimum, non ſorte ſed ſuffragio Imperium deferatur. Quis autem non videt inter homines tantum diſcrimen eſſe, vt alij quidem belluis ipſis multo inferiores ſint: aliis verò tantum ingenij ac ſapientię lumen ineſſe,vt dij quidam aut Angeli quibus diuina lux affulſit,moderandis ciuitatibus cælo delapſi videantur. at qui æquationem honorum & imperij in ſtatu populari conſtituunt,imperitis, furioſis,denique ſenſibus ac mente captis perinde vt prudentibus gubernacula tribui volunt: numerantur enim ſuffragia multitudinis,non ponderantur: furioſorum autem ac imperitorum vbique multitudo partibus infinitis maior eſt quàm ſapientum, ſi modò verum eſt Salomonis,quod Græci Apollini tribuunt,illud oraculum:

*Vir bonus & ſapiens qualem vix repperit vnum*
*Millibus è cunctis olim conſultus Apollo.*

Quamquam qui & honorum & bonorum æquationem in ciuitate quęrunt, iidem firmiſſima concutiunt ciuitatis fundamenta, amicitiam, inquam,ac beneuolentiā, quæ inter pares vix ſubſiſtere poteſt: inimicitiæ verò nuſquam maiores quàm inter pares:ſiue quod alter altero ſuperior fieri velit,ſiue quod alterius ope alter carere poteſt. Quamobrem videmus non modò cœtus iure ciuili ſociatos, ſed etiam populos omnes iure gentium, atque adeo rerum omnium vniuerſitatem iure naturæ diſparium coniunctione & amicitia multo melius cōciliari ac foueri:quod alij a-

[4] Leo Affer.

alij aliorum opibus & auxiliis carere non facilè poſſint. non aliter quàm in humano corpore, quod ipſum ciuitatis bene conſtitutæ imago quædam eſt, ac præſtantiſſima forma: in quo nullum eſt membrum, cuius vſu ad vniuerſi corporis ſalutem aut decus cætera membra vacare poſſint: & quæ imperitis minùs vtilia putantur, cæteris alimentum præbēt: vt ſapienter olim diſſeruit Menenius Agrippa oratione ſalutari, qua plebem Romanam à Patribus diſcedentem reuocauit. Popularia quidem Imperia principio gratioſa ac præclara videntur: contraquam in monarchia fieri ſolet: ſed hæc ingentibus vaſtiſque fluminibus conſimilis eſt, quæ quidem ab ortu ipſo exigua ſunt, longo tamen aucta tumefactáque B progreſſu eo maiores vndas voluunt, & capacioribus alueis feruntur, quò à fontibus ac capitibus ſuis longius receſſerunt. popularis verò ſtatus vento ſimilis eſt, qui vnde oritur vehementiſſimus eſt, ad longinqua tamen fractus debilitatúſque peruenit. Quæ à me copioſius diſputata ſunt, vt eum errorem iis eriperem, qui rerum nouandarum cupidi monarchias humano generi ſalutares euertere, ac populares ſtatus libertatis & æquationis ſpecie ſtabilire conantur: qui tamen quauis tyrannide multo deteriores ſint, niſi ſingulari quorundam imperio ac ſapientia dirigantur. Quamobrem quæ Reſpublicæ Heluetiorum moderandæ ciuitatis ſcientia clariores iudicantur, tametſi popularis Imperij imaginem præ ſe ferunt, ariſtocratica tamen ratione gubernantur: ac duplicem aut C triplicem Senatum habent, vt plebs infima quàm minimum Imperij arcana ſentiat, & ab ipſis gubernaculis quamlōgiſſimè remoueatur. cœtus verò Mantinæorum veterum more per Curias diſcretos, quas ipſi Schaffas appellant, diſtribuunt, quibus præſunt Decuriones. prudēter id quidem, vt & facilius plebs in officio contineri, néve ſimul coacta ac ſeditioſorum ciuium querelis excitata tumultus ciere poſſit. Et quoniam ſtatum Reipublicæ conuertere aut immutare ne ſapientiſſimi quidem auſint, qualēcunq; poſſumus tueri, ac modis omnibus emēdare debemus. Eſt autem popularis ſtatus ab vniuerſa natura planè diſcrepans: quare diuturnus eſſe non poteſt, nec vlla re magis conſeruatur quàm ſeueriſſima legum optimarum executione in quo quidem laudabilis eſt Helue- D tiorum diſciplina: quòd contra veterum Democratiarum leges ſupplicia de improbis ac flagitioſis ſeueriſſimè repoſcit: nec vlla capitalium ſcelerum venia ſperatur: ac ſiquidem ciuitates principum aut ſociorum gratia contra legum ſeueritatem exorari ſe patiuntur, puniunt quidem aliquanto leuius: pœnas tamen effugere difficilimè damnati poſſunt. quam ſeueritatem ſi remittant, ſtatum diu tueri non poterunt. nam vt ægra corpora vigilantibus medicis & congruenti diæta ſuſtentantur: ita quoque populare Imperium omnium deterrimū, ſi legum ſeueritatem ac magiſtratuum accuratam diligentiam remittat, in periculo verſari neceſſe eſt. Atque hæc de populari ſtatu. Sed luctatio difficilior eſt cum iis qui ariſtocratiam tuentur. Huius ergo vtilitates quoque explicemus. Nam ſi laudanda eſt in rebus omnibus antea mediocritas, & extrema vitioſa declināda, vnius æquè ac omnium imperia quaſi extrema quædam

*Ariſtocratiæ vtilitates.*

repudianda ſunt, vt in ariſtocratia, id eſt in optimorum Imperio velut in medio acquieſcamus. vt ſi decem millia ciuium cenſa fuerint, centum optimi ciuitatis principes creati ſapientiſſimis conſiliis ac iuſtiſſimis imperiis ſtatum ciuitatis tuebuntur. hunc autem numerum centenarium medium eſſe conſtat inter vnum ac decem millia geometrica proportione conſtitutum. ſi numerus ciuium minor maiórve fuerit, optimatum quoque numerum minui vel augeri oportebit. Illud etiam optimatum ſtatus cæteris laudabiliores & optabiliores facit, quod imperium digniſſimo cuique tribui oportere natura ipſa docemur: dignitas autem ex virtute aut ex nobilitate exiſtit: vtrumuis dixeris, ſtatus optimatum futurus eſt. quod ſi dignitatem opibus metimur, cum locupletiores vbique pauciores ſint, egentium verò multitudo penè infinita, etiã ex cenſu B
ſtatum paucorum æquè habituri ſumus. aut ſi fortes, magnanimos, prudentes, qui etiam admodum pauci ſunt, conquiramus: (hunc enim propriè ſtatum optimatum appellant,) ex his rurſus ariſtocratia exiſtet. Si verò ciues omnes improbi aut ignaui ſint, vt non ſit alius alio melior, ſed alius alio deterior, certè ex opibus ac ſenſu ſtatum conſtituere præſtabilius eſt, quippe omnium accuratiſſimè Rempublicam tuebuntur, quorum maximè intereſt tutam ac ſaluam eſſe, & qui neceſſaria Reipublicæ munera ſubeunt: tenui verò plebi Rempublicam credere periculoſum eſt, ne extremis temporibus deſertã eſſe patiatur. Prudenter itaque Titus Flaminius, qui Theſſalorum ciuitatibus locupletiſſimos quoſque C
imperare voluit, quòd eorum potiſſimùm intereſſet ſaluas eſſe. Iam verò neceſſitas ipſa nos ad ſtatum optimatũ impellere videtur: quoniã & in vnius, & in omniũ dominatione ſemper Senatui ac ſapientibus Imperij arcana ſummámque rerum committere, aut omnia deorſum ſublapſa ruere neceſſe eſt. quo fit vt per naturam optimatum ſtatum ſequi cogamur. Hæc breuiter à nobis allata ſunt, quæ copioſiùs amplificari video poſſe. nihilominus tamen adduci nequeo, vt ſtatus optimatum monarchia laudabiliores eſſe putem. Primum enim mediocritas illa quam quærimus, non in medio rerum ac numerorum, ſed in ratione tantum conſiſtit: vt liberalitas media inter extrema vitioſa propiùs abeſt à prodigalitate quàm ab auaritia [5]. at medium illud optimatum quod inter vnum ac D
multa quaſi extrema vitioſa intercedit, non in ratione eſt ſed in numero, quem vbique tam varium eſſe oportet quàm varia eſt ciuiũ multitudo: hanc autem momentis omnibus augeri vel minui videmus. Ita futurum eſt vt quibuſdam in ciuitatibus optimatum numerus maior ſit futurus quàm in pleriſque popularibus Imperiis. Etenim Suitenſium popularis Reſpublica ciues habet haud multo plures quàm Venetiis optimates numerentur. Igitur ſi quadringenta millia ciuium in Republica cenſa fuerint, quatuor millibus optimatum geometrica proportione Imperium dari oportebit. & eadem incommoda quæ de populari ſtatu dicta ſunt, optimatum Imperia ſequentur. Quæ præcipua cauſa eſt, cur ariſtocratiæ ſemper diuturniores fuerunt, in quibus pauciores erant optimates: vt Lacedæmone non plures triginta: Pharſali non plures viginti ſtatum diutiſſime

*Rempublicam iis committendam eſſe quorũ maxime intereſt tutã ac ſaluam eſſe.*

***Contra ariſtocratiam.***

[5] Ariſtot. Ethico. 1. aliud eſt mediũ rei, aliud mediũ rationis.

*Ariſtocratia quæ pauciores habet optimates, diuturnior eſt.*

tiſſime ab interitu ſeruarũt. Non eſt igitur medium numeri, quod vnum inter ac multa intercedit, vnde mediocritas laudabilis petenda ſit. Quod autem dici ſolet, digniſſimis quibuſque imperium tribuendum, ad monarchiam verius quàm ad optimates pertinet: inter quos vnum aliquem eminere ac cæteris virtute præſtare neceſſe eſt, & cui ſummum imperiũ debeatur: quoniam fieri nequit vt omnes omnibus virtutibus æquari poſſint. Nam quod attinet ad conſilium ciuitatis, ſuperiùs docuimus à maieſtate diuiſum ſemper fuiſſe: aut certe Senatus nõ ſit. argumento probabiliore vſus eſt Plato, cum optimatum Imperium cæteris præſtabilius diceret: quoniam, inquit, in vno tot ac tam multæ virtutes, quot & quātę
B principi optimo neceſſariæ ſunt, vix vnquam reperiātur. ſed illud captioſe: nam ſi difficile eſt vnum aliquem tot virtutibus excellentem reperire, longè difficilius erit multos imperio dignos ènumerare. & certe Soderinus Florentinorum Prætor maximus in concione ad populum eodem argumento quo M. Agrippa apud Auguſtum vſus eſt: cum diceret ariſtocratiam paucorum tyrannorum ſtatum ſibi videri, ac præſtabilius eſſe non plures vno tyrãnos habere. Ac ſi quis putet in optimatium multitudine bonorum ac fortium ciuium numerum fore maiorem: populum vniuerſum imperare æquius erit, vt plures in tanto numero futuri ſint. Vtrunque tamen imperio inutile eſt, propterea quod in omni cœtu ac vniuerſitate, ſeu optimatum, ſeu populi totius ſuffragia non ad pon-
C dus exigũtur, ſed ad numerum: ac optimorum bona pars ſemper à deteriore ſuperatur, quo fit vt optimorum paucitas in magna multitudine perinde vt ſalis ſcriptulus in lacu nullam vim exerere poſſit. Ita quidem ſæpe contigit in ariſtocratica Imperij Germanici poteſtate, principes eccleſiaſticos numero plures ſemper interceſſiſſe quominus fraudes Pontificiæ coercerentur: eoſdem cæteris repugnantibus regi Franciſco [6] bellum indixiſſe: quod multis retro ſeculis inauditum erat: ne laici principes ab Imperatore circunceſſi vllam à rege ſalutem ſperarent. In ſumma, quo plura in cœtibus, in Senatu, in concilio, in comitiis fuerint capita quę iura ſuffragiorum habeant, eo perturbatiores ac difficiliores rerum exitus reperiantur. Quamobrem Veneti, vt hiſce difficultatibus occurrerēt,
D ſumma quæque in Republica ſeptem viris aut ſapientibus deliberanda ſæpiúſque decernenda committunt, ne arcana Imperij in vulgus manare poſſint. Demus tamen cum optimatibus omnibus conſilia tutò communicari, nec foras erumpere: quid difficilius quàm paucos optimates infinitam multitudinē ab honoribus & ſuffragiis interclusam imperio coercere? vt enim plebs à potentioribus contemnitur: ita quoque aduerſus potentiores inuidia flagrare conſueuit. quo fit vt ſi optimates diſſideant inter ſe, id quod neceſſe eſt ſi artes imperatorias colāt, cupidiſſimus quiſque laudis ad plebem conuertatur, vt frangat potentiorum opes: vt ſuperiùs diximus de ſtatu Genuenſium, Florētinorum, Senenſium, Agrippinenſium, Tigurinorum, Argentinēſium, Lyndauiorum, Phocenſium, Samiorum, Trezéniorum, Amphipolitarum, Corcyręorum, Mitylenenſium, Hœſtienſium, Cnidiorum: in quibus ciuitatibus optimates à plebe

[6] anno 1543

cæſi fuſi, proſtrati aut Imperio ſpoliati feruntur. In cæteris ciuitatibus o-
ptimates in tanta diffidentia vitam trahunt, vt niſi arces munitiſſimas ha-
beant, à plebe tuti eſſe non poſſint. interdum verò tãtus eſt plebis metus,
vt optimates non niſi in arce conſilium pro Republica capiant: vt Beni-
zenetæ, quæ eſt in Teleuſini finibus, optimates omnes in eadem arce do-
micilium habent, non modo vt à plebe tuti ſint, verumetiam ne quis pa-
triciorum arcem ac tyrannidem occupare poſſit. Ita quondam Mileti
pulſis tyrannis tenues aduerſus potentiores arma ceperunt: fuſa tamen
& ſub imperium ſubiugata plebe, optimates Rempublicam tenuerunt,
ſed in tanto metu, vt conſilium habituri in naues conſcenderent, ne po-
7 Plutarch. pularium inſidiis interficerentur[7], vt Samiorum Patribus contigit, qui B
8 Thucidides. dum conſiliũ de Republica caperẽt, omnes cæſi ſunt à plebe[8]. Quo fit vt
Patres plebem in optimatum ſtatu ne aduerſus hoſtes quidẽ armare au-
ſint, ne ferocior facta cum potẽtibus de Imperio contendat: nec ipſi prę-
lia committere, ne vel ab hoſtibus deleantur, vel fracti ac debilitati facilè
à popularibus de Imperio deiiciantur: nec tamen ſi peregrinos milites
euocauerint, ab iiſdem tuti eſſe poſſint. quibus periculis vacat Impe-
rium populare. Optimates autem ab hoſtibus circunſeſſi plebem im-
perio coercere difficilimè poſſunt: nam ſi vim adhibeant, bellum domi
non minus periculoſum quàm foris gerendum erit: nec honores ac ma-
giſtratus cum plebe communicari poſſunt, niſi populare Imperium ſta-
biliatur: aut ſi magiſtratuum & honorum partem aliquam plebi tribuãt, C
tantundem de optimatum Imperio detrahi neceſſe eſt: ſtabilius tamen
erit Imperium potẽtiorum, ac ſeditionibus minus opportunum. Quam-
obrem Veneti, cum plebe communicare ſolent minores aliquot magi-
ſtratus & curationes, imo verò primicerium, cuius ſumma in Republica
dignitas eſt, ac fructuoſiſſima ſcribarum munera plebeis attribuere ac
patricios ab huiuſmodi honorum petitione ſummouere: locupletiores
autem è plebe affinitatibus ac propinquitatibus ſibi conciliare ac deuin-
cire, mutuáſque à locupletioribus pecunias accipere, vt Rempublicam
amare ac tueri etiam inuiti cogantur: eos tamen eatenus exarmare, ne, ſi
velint, nocere poſſint. arces autem munitiſſimas in municipiis habent, vt
qui ab vrbe longius abſunt, facilius in obſequio retineantur: interdum e- D
tiam bene de Republica meritis ac locupletiſſimis plebeiorum iura ciui-
tatis tribuunt. ſi hoſtes imminent ciuitati, omnis honeſta ratio expedien
dæ pacis cum hoſtibus initur: ſi optimatibus inter ipſos vlla contentio
oboriatur, nihil prius agitur quàm in amicitiam redeant, & omnia diſſi-
diorum ſemina radicitus conuellantur. Ita fit vt locupletes ignaui otio
ac omnibus voluptatibus, quibus diffluit illa ciuitas, dediti, tenues verò ad
quæſtum intenti, qui propter loci opportunitatem vberrimus eſt, ſum-
ma pace ac tranquillitate libentius quàm Imperiis & honoribus perfrui
malint. non ſolum igitur imperandi poteſtas eſt adempta plebi, ſed etiã
voluntas. His artibus Veneti Rempublicam omnium ſuperiorum, quã-
tumquidem opinor, ariſtocratici generis optime conſtitutam, & natura
loci tutiſſimam hactenus ab interitu (poſt Deum immortalem) conſer-
uarunt

uarunt. Ac tametſi ſumma eſt in Senatu prudentia, ſumma inter optimates concordia, ſummus tenuium cum potentioribus conſpirantium inter ſe conſenſus, vix tamen quadringentos annos eum ſtatum tueri potuerunt, quin ſeditionibus Bochonianis, Falerianis, Tepolianis, Baiamontanis iactarentur: tum etiam Iuſtinianorum, Sęquolarum, Seliorum, Baſſienorum crudeliſſimis factionibus Reſpublica miſerandum in modum quateretur. omitto duces octodecim & quamplurimos Senatores furore ciuili cæſos[9]. In quo Paulus Manutius errore labitur, grauius etiam Paulus Iouius: quod hic octogintos, ille verò mille ac ducentos annos Rempublicam eo ſtatu quo nunc eſt, floruiſſe putant. Eſt enim accu-

B rata monimentorum publicorum perueſtigatione cognitum, ante Sebaſtiani Ciani Venetorum ducis principatum, (floruit autem anno [1] M. CLXXV.) puram monarchiã extitiſſe, nulla tamen ariſtocratia rãdiu ſtetit, ſed omnes in popularia Imperia aut tyrannides breuî deſierunt. præſentibus tamen exemplis vti placet. Cum Genuẽſes fracti Venetorum opibus ſeſe in Francorum patrocinium dediſſent, & optimatum ſumma poteſtate regerentur, Adorniorum ac Fregoſiorum factionibus ita diſtracti ſunt, vt cum vrbem optimatum mutuo cruore fœdaſſent, plebs infima Imperij iugum excuſſerit, ac reliquis patriciis dominationem ademerit: deinde legem tulerit, ne quiſquam dux in ea ciuitate crearetur[2] niſi plebeius: pòſt etiam latum ad populum, vt magiſtratuũ & curationum duæ

C partes plebi, tertia tantum nobilitati concederetur. ſeditione tamẽ coorta, plebs octo Tribunis creatis optimates vrbe penitus expulit, & Francorum repudiato patrocinio, ex ima fece plebis tinctorem ciuitatis ducem fecit: quem Ludouicus XII. vrbe expugnata egit in crucem, ac pręſidium in arce reliquit. Tandem poſt cladem Papienſem Genua rurſus ab Imperio Francorum deficiente, Andræas[3] Doria ciuium cenſu facto locupletiores in gentes octo & viginti diuiſit, quos Albergos ac Nobiles appellauit, iiſque ſummũ Imperium ſemota fece plebis attribuit, cum hac exceptione, vt quotannis plebeios decem in optimatũ cœtum cooptare liceret: nec tamen id factum videmus. cum enim ciuium ſeptuaginta circiter millia cenſa fuiſſent, vix duo millia ſummo Imperio præerant. ex

D eo numero quotannis CCCC. ſorte ducebantur, qui ducem & Octouiros cum ſumma rerum gerendarum poteſtate in biennium crearent. ſi de re grauiori decernendum eſſet, placuit cogi Senatum centumuiralem. Ducem verò non niſi patricium creari voluit, & quidem cohortibus Germanorum militum præſidij cauſſa ſtipatum, præter Imperatorem exercitus. omitto quadraginta duces centenarios in regiones vrbanas diſtributos, procuratores Reipublicæ, Prætorem vrbanum, iudices rotarios, Quinqueuiros, Septemuiros, Cẽſores, & magiſtratus Georgianę domus. Stetit optimatum illud Imperium ſub Auſtriacorum principum patrocinio annos circiter quinquaginta, id eſt, vſque ad annum M.D.XLIX. quo Ioannes Fliſcus dux ciuitatis ſuffragio creatus perpetuum honorem efficere Francorum ope tentauit. Iam enim exercitum Doriæ fugarat, ac fratris eius filium interfecerat: ſed cum in proximam triremẽ tranſiliret,

9 Sabellicus in hiſtoria Venetorũ.

1 Gianotus Donatus de Republic. Venetorum.

2 anno 1506.

3 anno 1520.

lapſus eſt ac demerſus. Rurſum ciuitas anno M.D.LXXIIII. in duas factiones diuiſa eſt, altera quidem minorum gentium, altera maiorum, quę ex vrbe pulſa agri Genuenſis arces occupauit: nec adhuc planè conquierũt. Materiam ſeditionis præbuit legiſlator, qui nouos homines quos ipſe nobilitarat, à ſummo magiſtratu ſummouit: qua lege lata patricij maiorum gentium, Dorienſium, inquam, Grimoaldorum, Spinolarũ & Fliſcorum, cum ſui generis ſtirpem apud acta teſtatam eſſe vellent, cæteri contumeliam ſibi fieri putarunt: ac periculum eſt ne rurſus à plebe de Imperio deiiciantur: nihil enim verius quàm quod à Lucano dictum eſt.

*Nulla fides regni ſociis omniſque poteſtas*
*Impatiens conſortis erit.* B

Diximus antea optimatum cœtibus magiſtratum aliquem perpetuum præeſſe oportere veluti cardinẽ fixum, in quo ciuitas magiſtratibus perpetua varietate mutatis acquieſcat. Dux autem quingentorum militum, & quidem peregrinorum præſidio cinctus facilè tyrannidem occupare poteſt, eóque faciliùs quo ſummum Imperium in alterum annum legè defertur. Quibus rebus perſpicuum fit Ariſtocratiæ munimentum firmius nullum eſſe quàm mutuam optimatum inter ipſos concordiam: ea tamen ſublata nullum ex omni ciuitatum genere imbecilius eſſe. paci autem & concordiæ inimici ſunt militares homines, & qui artes imperatorias colunt. Nec mirum cuiquam debet videri, ſi Venetorum, Rhaguſiorum & Lucenſium Reſpublicæ aliquot ſeculis ariſtocratiam tuentur: C ſumma enim conſpirationis fide & conſenſu concordiam colunt, & militarem diſciplinã iacere patiuntur. Optimũ autem ariſtocratię genus eſt, in quo optimates ex virtute creãtur, & vt quiſq; ex optimatibus moritur, alius optimatũ ſuffragio creatur: vt apud Geneuates: nã ſi Senator ſanctioris cõſilij XXV. virorũ occubuerit, is qui ordine & antiquitate prior eſt in Senatu LX. virorũ, demortui locũ occupat, ac viciſſim antiquiſſimus reliquorũ optimatũ concilij CC. virorum migrat in Senatũ LX. virorũ: tum ex plebe vnus in ſuffragiis CC. cooptatur, qui aut virtute, aut dignitate præſtet, aut certe qui nulla ſit vitæ turpitudine infamis: id enim potiſſimùm ſpectatur. atque hæc veriſſima eſt ariſtocratia, quæ ἀρίστους, id eſt, optimos quoſque ad imperium arceſſere conſueuit, ſiue tenues, ſiue locupletes, ſiue plebei, ſiue nobiles ſint. quo fit vt cùm honorum ac imperij D aditus interclusus ſit nemini, præterquam ei qui dignitatem ſuam ac decus turpitudine aliqua violarit, nullæ plebi cum optimatibus de honoribus & imperio contentiones exiſtere poſſint. præterea iſto modo legibus optimis ac virtutibus erit in Republica locus. Hoc item optimum, quod in ea Repub. cenſura fit Patrum ſingulis annis, ne aut ij qui ſimulatione virtutis ad honores prouecti ſunt, diu latere poſſint, aut qui fiducia poteſtatis impotenter ſe geſſerint, cum dedecore ac infamia ſempiterna deiiciantur. Erat quidem apud Lacedæmonios in creandis optimatibus ſumma ratio virtutis ſine vlla cenſus aut nobilitatis prærogatiua: ſed qui in altiſſimum honoris gradum conſcenderant, nulla cenſura diſturbari poterant. Eo tamen ariſtocratiæ ſtatu Lacedæmonij annos circiter

circiter quingentos ſumma cum militaris ac domeſticæ diſciplinæ laude floruerunt. ſed cùm alienis Imperiis inhiare cœpiſſent, ſuum amiſerunt. At Geneuates non modò aliena non expetunt, quippe qui artem imperatoriam deſertam eſſe patiuntur: ac præclarè ſecum agi putant, ſi Imperium quod penè iiſdem finibus quibus vrbis mœnia, circũſcribitur, tueri, ac ſibi cauere poſſint. Earum autem ciuitatum caſus, quarum Imperium anguſtiſſimum eſt, non ita metuendus eſt finitimis ac ſociis, vt magnorum Imperiorum, quæ quod longè latéque patent, regúmque ac ciuitatum illuſtrium ſocietatibus implicantur, ſæpe fit vt quaſi altiſſimarum ædium vna & eadem ruina obruantur, aut vehementi motu concu-
B tiantur. ſed de ariſtocratia ſatis. Reſtat vt etiam vtilitates & incommoda monarchiæ perſequamur: quam etſi omnes vno penè conſenſu cæteris præſtabiliorem ducunt, habet tamen ſua quædam incommoda: primum ipſa mors principis mutationem & quaſi quandam conuerſionem affert, ſeu melior, ſeu deterior ſuccedat: mutationes autem ſemper metuẽdæ ſunt [4]. nouos enim principes nouę leges, noui magiſtratus, noua inſtituta, noui mores, noui hoſtes, noua ratio vitæ ſequitur: ídque quodammodo inſitum eſt omnibus principibus, vt nouitati ſtudeant: quod non modo ſingulis, verumetiam vniuerſis magnum affert detrimentum, etiamſi meliora inſtituta ſequantur. Quod ſi princeps ea ſit ætate ac prudentia, vt nouitati minimè ſtudeat, ſocietates tamen quæ cum
C aliis ineuntur, moriente principe finẽ accipiunt, nouíq; cientur motus: quę in ſtatu populari ac optimatiũ metuẽda non ſunt, ſi fœdera perpetua ſint. Hoc verò periculoſius, ſi monarchia ſuffragio non ſucceſſorio iure defertur, propter eã quæ morientes príncipes ſequitur ἀναρχίαν, aut ſi plures liberi ęquo iure ſuccedãt, Imperiũ ac ſubditos diſtrahũt: inde cędes ac ciuilia bella: interdũ etiã crudeliſſima fratrũ aut proximorum parricidia admittuntur: aut ſi nulla fratribus inter ſe de Imperio cõtrouerſia intercedat, ſi tamen princeps impubes ſit aut furioſus, tum certè motus grauiſſimi pro regni procuratione ac tutela cientur, eóque magis ſi mater imperandi cupidior eſſe videatur. Et vt nulla ſit inter principes contentio, miſera eſt, ac diuina [5] vltione puerorum ac fœminarum dominatio
D populis illata. Demus igitur tutorem lege vel teſtamento principi datum, metuendum eſt ne pupillo ſublato Imperium inuadat: quod quidem Trypho crudeliter [6] feciſſe dicitur, vt Syriæ regnum adipiſceretur: & eodem exemplo Ludouicus Sfortia cæſo pupillo matrem ſibi ac Imperium Mediolanenſe ſimul deſpondit: tametſi enim maiores noſtri vt puero principi ac regno cauerent, procurationem quidem regni proximis agnatis, educationem verò liberorum matri permiſerunt: ea tamen cautio non ſatis idonea ſit, niſi proximi diuini numinis metu aut naturę bonitate vincantur. At Charilai mater filij cædẽ pacta eſt Lycurgo [7] patruo, vt Imperium Lacedæmoniorum vnà cum vita filio eriperet. Interdum regni procurator regem ſe ferens pupillum de Imperio diſturbat. dux enim Northumberlanus, vt filio aditum ad Imperium ſterneret, Eduardum v. regem Angliæ veneno ſuſtuliſſe dicitur. Apelles verò tu-

*Quæ incommoda monarchiã ſequantur.*

4 Plato lib. 7. de Repub.

5 Ieſa c. 5.

6 Ioſeph. in antiquit.

7 Plutarc in Lycurgo.

tor Philippi II. regis Macedonum regem quodammodo ſe ferens, Philippo dominatũ eripuerat,niſi ab eo cæſus fuiſſet. Quod ſi princeps iam pubes regnum adeptus ſit,immunis eſt à tutela, cum tamen duodecim tutores ac ſapientiæ magiſtros dari decuiſſet,qui principem domitas habere libidines, & rationi obſequentes cupiditates quæ tum maxime inflammantur,accuratiſſimè docerent,ac pietatis artibus informarẽt. quo fit vt adoleſcentium principum & exoletorum contubernio delectatus pernicioſis artibus imbuatur. Si armorum cupidus eſt,bellum iniuſtum potius denuntiabit quàm animi virtutíſque periculum non faciat. at ſi ætate iam matura rerúmque gerendarum prudẽtia clarus & illuſtris extiterit, (quo nihil mortalibus Dei munere & conceſſu optabilius tribui B poteſt,) hoc tamen mali habet principatus, vt qui ſapientiſſimus eſt, inſanus fiat:qui fortis,ignauus: qui continens, libidinoſus.exempla deeſſe poſſunt nemini. Quibus autem flagitiis deditus fuerit, iiſdem ſubditos imbuere neceſſe eſt. Hæc monarchiæ incommoda ac pericula grauiſſima quidem : ſed ea quæ ab ariſtocratia & democratia pendent, multo grauiora. Eſt autem iniqua in omni re accuſanda prætermiſſis bonis malorum enumeratio,vitiorúmque ſelectio.In regali poteſtate ineſſe quiddam mali fateor,ſed bonum quod eſt quæſitum in ea ſine iſto malo non haberemus. Quamquam monarchia quæ ſucceſſorio iure defertur, his ferè incommodis vacat. in optimatium verò ac populi ſtatu factiones & contẽtiones de imperio déque ſummis honoribus & annuæ ſunt, C nec multo minores quàm de ſumma rerum:in monarchia nullæ de magiſtratibus ambiendis aut adipiſcendis eſſe poſſunt, quippe principis arbitrio ac beneficio tribuuntur. Maieſtas autem Imperij præterquam in vno principe verè ac propriè conſiſtere nullo modo poteſt. Nam ſi duo pluréſve principes fuerint,ſummum imperium nullius eſt:quia nec alter alteri imperare,nec parere tenetur.ac tametſi vniuerſis in ariſtocratia ac democratia maieſtas attribuitur,ſingulis non item:nuſquam tamen ſummum illud imperium ſubſiſtere videtur, niſi princeps aliquis extiterit, qui vniuerſos ac ſingulos quaſi membra corporis apta & colligata inter ſe vnire poſſit. alioqui ſi tribus & ordines inter ſe diſſideant,duces partiũ collatis ſignis dimicare ſæpe neceſſe eſt, quia maieſtas Imperij collapſa D nuſquam conſiſtit.ac tametſi plures ſuffragio ac numero vincant,ſæpe tamen fit vt viribus ſint inferiores. Quamobrem controuerſiæ frequentes oboriũtur tum inter Patres,tum etiam inter populi tribus de legibus ferendis,de creandis magiſtratibus, de bello indicendo ac finiendo: aut quia fœdus alij quidẽ cum hoc, alij cum illo principe malint:aut ſuffragia principibus pluris licitantibus addicant. Rhætorum quidem tribus, cum de renouandis cum rege Francorum fœderibus ageretur [8], cum alij Francos, alij malent Hiſpanos,acerrimis contentionibus exarſiſſe cõſtat. Interdum etiam legibus cautum eſt,ne lex perferri aut magiſtratus creari poſſit,niſi vno omnium inter ſe conſpirantium conſenſu:vt in Polonia niſi minor pars collegiorum, aut Legatorum, aut Senatus, aut denique populi multitudo maior niſi oratione cuiuſquã perſuaſa aſſentiat, armis cogi

*Comparatio triplicis ſtatus.*

8 anno 1549.

cogi ſolet. Itaque comitia ciuibus armatis ad regem creandum coeunt. quæ in vnius dominatu contingere non poſſunt: quoniam nemo ſibi ipſe repugnat: & cum in populo Patribúſve bona pars à maiore vincatur, princeps vnus efficere poteſt vt vincat ſanior deteriorem. Iam vero ſumma illa imperandi prohibendíque poteſtas à pluribus vno explicari non poteſt in re militari, in bellis gerẽdis, in prælio cõſerendo, ſed magiſtratibus aut curatoribus id committendum, qui non niſi præſcriptis verbis imperant, nec ſine trepidatione mandata Patrum populíve egrediuntur. Quibus difficultatibus aliter occurri nõ poteſt quàm ſi vni ſummũ ſine prouocatione imperium detur. quod non modò Theſſalis [9], Mitylenęis, La- 9 Dionyſius Halycar.
B cedęmoniis, verumetiam Romanis ipſis conſuetum fuit, quoties periculoſum & graue bellum, ſiue ab hoſtibus [1], ſiue à ciuibus [2] immineret, ſiue quid aliud difficilius explicandum eſſet, vel peſte [3] graſſante, vel ſi magiſtratus extra ordinem creãdi eſſent, aut quoties competitorum ambitioſis obnuntiationibus comitia vitiarentur, aut iudicia ſeuerius exerceri oporteret. Trepidi Patres, inquit Liuius [4], ad ſummum auxilium decurrũt, Dictatorem dici placet. Et cum Annibal Italiam quateret, Ad Dictatorem dicendum, inquit [5], remedium iamdiu deſideratum ciuitas confugit. idem alibi, Dictatoris edictum pro numine ſemper obſeruatum [6]. At cum hoſtes Vrbem obſediſſent, inſtaréntque acriùs, Dictatorẽ creari oportere viſum eſt: hîc Liuius, Tantus, inquit, Dictatoris terror fuit, vt

1 Liuius lib. 3.
2 Liuius lib. 2.
3 Liuius lib. 7.
4 lib. 6.
5 Liuius lib. 22
6 Liuius lib. 6.

C hoſtes eo creato ſtatim à mœnibus diſceſſerint, cur ita? quia ſummum imperium ſine prouocatione, quaſi regi cuidam ad breue tempus dabatur: imperia vero magiſtratuum, à quibus prouocandi ius erat, pro nihilo ſæpe ducebãtur. Quamobrem cũ Appius Conſul ſeditioſos ciues ad populum confugientes imperio coerceri non poſſe videret, Minas, inquit, eſſe Conſulum non imperium, vbi ad eos qui vnà peccauerunt, prouocare liceat: agedum, Dictatorẽ à quo prouocatio non eſt, creemus [7]. Ex quo perſpicuum fit Romanis, quibus ob vnius culpam regale nomen exerationi fuiſſet, imperium tamen placuiſſe, ſine quo ciuitas diu ſtare non potuiſſet. & quidem inane eſt imperium, quod vel prouocatione interrumpi, vel interceſſione ſuſpẽdi, vel pluribus communicatum impediri,

7 Liuius lib. 2.

D vel concurſu infirmari poteſt. Quod enim Tacitus ſcribit res maximas geri non poſſe, niſi vni imperium detur, idẽ Liuius paulo aliter, tres Tribunos conſulari poteſtate creatos planum feciſſe plurium imperium bello ſemper inutile fuiſſe. Ac tametſi Conſulare imperium alternis diebus penes vnum eſſet, ne ſe mutuis interceſſionibus impedirent: nihilominus tamen ſi diſſiderẽt inter ſe, nihil vnquam recte geſtum eſt. nam cum Paulus Æmylius ac Terentius Varro aduerſus Annibalem exercitum ducerent, ac opinionibus inter ſe diſcreparent, vtrique ab Annibale fracti ſunt. Idem Chriſtianorum ducibus accidit aduerſus Amuratem ad Nicopolim dimicantibus, ac Germanis principibus contra Carolum v. Imperatorem: nec ita pridem exercitui eccleſiaſtico, cui tres duces æqua poteſtate præerant, aduerſus Ruerum ducem Vrbinatem dimicanti. Et quidem omnibus Affricæ populis diuturna experientia compertum eſt

ac perſuaſum, plures æqua poteſtate duces ab vno ſępiſſime, vnum à pluribus Imperatoribus difficilimè poſſe ſuperari. Nam quandiu Cleomenes Lacedæmoniis ſolus imperauit, claras ac illuſtres victorias adeptus eſt: cum verò alterius familiæ regem exilio pulſum reuocauit, paulo momento copiis omnibus fuſis proſtratus eſt ac fugatus. Quod cum intelligeret Ariſtides iuſtus Athenienſium exercitui vnà cum Miltiade Præfectus, omne ſuum imperium contulit in collegam [8], qui Perſarum copias ingenti clade proſtrauit. Quod ſi bellicæ res ſumma laude ac facilitate ab vno geruntur, quis vrbanam diſciplinam ab vnius ſummo dominatu melius quàm à pluribus explicari non videat? ſiue ad Imperij decus ac maieſtatem, ſiue ad ea quę in deliberationem cadunt, ſemel decernenda, ſiue ad ſententiarum varietatem ac dubitationem tollendam, ſiue ad ea quæ decreta ſunt exequenda, ſiue ad arcana Imperij retinenda, ſiue ad populi motus coercendos, ſiue ad potentiorum iniurias caſtigandas, ſiue ad omnia quæ in Republica maxima ſunt, obeunda? Quod igitur ſuperiùs in optimo ciuitatis ſtatu imperium ſummum vnius eſſe oportere diximus, nec cum populo Patribúſve cõmunicandum: quod item legumlatores, hiſtorici, Philoſophi, Theologi vna voce regale ciuitatis genus omnium optimum ac beatiſſimum iudicant, id non ad principis commoda pertinet, ſed ad populorum ſummam fœlicitatem, vitámque tutius beatiúſque degẽdam. At ſumma principis poteſtas optimatium populíve cœtibus nec ſubiugari, nec circuncidi, nec vlla ſui parte communicari ſine pernicie poteſt, alioqui maieſtatem Imperij vel in peſtiferam anarchiam, vel in popularem perturbationem prolabi neceſſe eſt. Id autem attentiùs ponderandum nobis eſt, ne ſeditioſas popularium ac imperitorum voces exaudiamus, qui principes populorum cœtibus & comitiis ſubiiciendos, ab iiſque imperandi ac prohibendi leges accipiendas eſſe putant: qua quidem re non modo monarchiarum pulcherrimarum ſed etiam ſubditorum interitus ſequatur neceſſe eſt. At in eo grauiſſimè peccatur ab iis qui optimatium poteſtatem ex eo iudicant fore meliorem, quod in cœtu ſapientum ac fortium ciuium prudentia maior ineſt: quaſi verò imperandi & conſilij capiendi vna eſſet & eadem non diuerſiſſima ratio. Demus à pluribus acutiùs quàm ab vno res obſcuras proſpici, ac plurium conſilia vnius opinione meliora videri: ſed diſſidentium inter ſe opinionum varietas multò commodius ab vno quàm à pluribus conciliatur, multò etiã facilius decernitur, denique multo melius & efficacius imperatur. Quanquam in Senatu vnum aliquem eminere oportet, qui conſilium publicum ſumma poteſtate regere poſſit, propterea quod nonnulli tam ambitioſe quod eis collubitum eſt, tuentur, vt de vita quàm de ſententia decedere præclarius eſſe putent, & Rempublicã antè ruere patiantur, quàm ſaniorem ſeipſis quenquam confiteri. atque in eo ſummam laudem conſiſtere arbitrantur. Iam verò ſi Reipublicæ vnum corpus ſit, quî fieri poteſt vt plura capita ferat? monſtrum illud futurum eſt. At noui principis nouæ ſunt leges, noua inſtituta, noui ritus. demus illud: ſed id vigeſimo tantum aut trigeſimo quoque anno contingere

8 Plutar. in Ariſtide.

B C D

tingere poteſt: in popularibus autem ac optimatum Imperiis Calendæ Ianuariæ nouitates illas quotannis pariunt. Et quoniam magiſtratuum annua poteſtas eſt, quis annum ſui magiſtratus ſine lege noua, aut aliquo inſigni facinore præterire patiatur? vbi toto terrarum orbe plura edicta, plures leges quàm Athenis, quàm Romæ latæ fuerunt? id enim popularibus Imperiis inſitum eſt, vt quod alius rogauerit, alius vel odio, vel inuidia, vel inani gloriæ cupiditate abrogare conetur. quæ peſtis diutiſſime in Græcorum ac Latinorum popularibus & patriciorum Imperiis graſſata, populares ac optimatum ciuitates quamplurimas labefactauit, quoad legibus à populo perlatis magiſtratuum nomina detraherentur.
B Quod autem fœdera cum principibus ac populis icta morte principis finem accipiat, id neque ſemper verum eſt, & magnam partem poſt ipſius principis occaſum aliquot annos prorogantur: idque prudenter à maioribus noſtris cautum eſt, vt fœdera penè omnia non tantum quandiu princeps vixerit, ſed etiam aliquot poſt annos rata ſint: vt ea ſocietas quę regibus noſtris cum Heluetiis intercedit, quoties renouatur, diſertè caueri ſolet, vt in quintum annum à principis obitu continuetur. At ſuperiùs docuimus, nec fœdera nec ſacietates perpetuas ſanciri oportere, ídq; perniciosum eſſe. at ne populares quidem aut optimatum ciuitates quę ſempiternæ videntur, fœdera feriunt ſempiterna. Qui verò morte principis ſocietates ac fœdera diſſolui metuunt, Senatus & Curiarum decretis
C ſanciri curant. Tutius autem ac melius eſt cum principe quàm cum populo res rationéſque contrahere, aut fœdus inire, eóque tutius quò principi cura dignitatis quàm populo maior eſt. Quæ verò puero principe pericula metuenda diximus, & rara ſunt, & in ſummis magiſtratibus populorum ac principibus patriciorum deligẽdis grauiora videmus. Quod poſtremò tyrannos multa impotenter, multa crudeliter, multa libidinoſe, multa ſcelerate facere queruntur, non nego. quid enim monarchia diuinius futurum, ſi omnia ratione regantur? quæcunque tamen tyrannis videtur tolerabilior populi dominatu. etenim tyranni ſuo periculo progredi cogitant: populi vero impetus ac furor, nec ſui, nec alieni rationem habet. Ariſtocratiam ratione ac prudentia, concordibúſque patriciorum
D animis moderatam tyrannide præſtabiliorem duco. Sed hic quæritur, præſtétne regis optimi maximi imperium optimorum ac ſapientum ciuium dominatu? aut num deterior ſit multorum quàm vnius tyrannis? vnius enim tyranni cupiditas aliquando expleri poteſt, plurium non poteſt. Sed longius progredientem decernere oportet, num interdum cõmodius ſit tyrannum perpeti quàm optimatum aut populi ſtatum, etiãſi vitioſi nõ ſint? id exemplo melius intelligetur. Si gubernatores in re nautica plures vno demus, qui ſimul clauum torquere velint, etiamſi artem gubernatoriã teneant, nihilominus ſeipſos in naue dirigenda impediunt: idem in democratia populum, idem quoque in ariſtocratia Patres, quãtacunque ſapientia præditi ſint, facturos opinor: quouſque vni (tametſi artis gubernatoriæ minus perito,) clauum, id eſt, Imperij ſummam permittant. Siue igitur familiam, quæ ipſa eſt Reipublicæ imago, ſiue cor-

*Dignitatis cura maior eſt principi quàm populo.*

poris humani ac membrorum omnium vnà cum ipſo capite coagmentationem,ſiue Solis vnius inter tot ſidera ſplendorem fulgentiſſimum ac cætera obſcurantem,ſiue cæterorum animantium greges & armenta, atque adeo apũ examina,ſiue mundi totius ſtatum, cui præeſt vnus idémque optimus max. princeps, intueri placet, profectò regale ciuitatis genus cæteris omnibus præſtabilius eſſe ducemus. Hoc quidẽ exemplum maximus Turcarum rex Sulymanus vſurpauit: cum Muſtapham filium è Perſide poſtliminio redeuntem,& incredibili totius exercitus acclamatione plauſibúſque exceptum necari [1], & corã exercitu mortuum proiici iuſſiſſet, hoc velut oraculum promulgari mandauit terribili voce præconis, VNVS eſt in cælo Deus,vnus in terris Sultanus.nec mora quin poſtridie Sultanum Gobæum veneno ſuſtulerit, quod fratrem luxiſſet: ac Mehemetẽ,quod trepidus in Perſidẽ fugiſſet,à fuga retractũ necari iuſſit. quartum,qui vnus tantæ cladi ſuperſtes erat, Imperio reſeruandum putauit:ne ſi conſortem haberet, ſubditos à concordia mutua diſtracturus videretur. Quamquam quid argumenter? cùm perſpicuum ſit populos omnes, Aſſyrios, inquam, Medos, Perſas, Ægyptios, Parthos, Macedonas, Celtas, Arabes, Indos, Æthiopes, Scythas, Tartaros, Turcas, Danos, Gallos, Moſchouitas, Polonos, Britannos, Affricanos, Peruſinos monarchiam amplecti & antea ſemper adamauiſſe? optimatum ac popularia Imperia repudiaſſe? At etiam Græcorum & Italorum ciuitates, priuſquam ambitioſa imperandi cupiditate obcæcarentur,id eſt,annos circiter mille ſub regali Imperio beatiſſimè vixerunt.teſtes ſunt reges Athenienſium, Lacedæmoniorum, Corinthiorum, Sicyoniorum, Cretenſium, Achæorum, Hetruſcorum, Latinorum. At miramur Athenienſes & Romanos, Lacedæmonios, Venetos pulſis regibus quadringentos circiter annos populare Imperium tueri potuiſſe: & quidem iure miramur:quia quod repugnante rerum natura fit,mirabile debet videri: monarchias verò quas dixi tam latè patentes tot ſeculis ſtetiſſe, minime miramur: quoniam vnius dominatio naturæ conſentanea ſit. Ac tametſi regium nomen populus Romanus execraretur, ſinguli tamen regiam poteſtatem affectabant.nam paucos ante menſes quàm Auguſtus naſceretur,oraculum [2] diuinitus editum ſcribit Iullius Marathus, regem pop. Rom.naturam parturire:& cum Senatus exterritus cenſuiſſet,ne quis illo anno genitus educaretur: eos qui grauidas vxores haberent, quod ad ſe quiſque ſpem traheret, curaſſe ne Senatuſconſultum ad ærarium deferretur. At cum Auguſtus principatum adeptus Marci Antonij claſſem fugaſſet, pacata Republica eandem quam Perſarum principes cæſis Magis quæſtionem cum amicis diſceptauit, quodnam ciuitatis genus præſtantiſſimum eſſet: diſceptationis vtriuſque ſumma fuit vnius dominatum cæteris anteferendum [3]: tametſi Auguſtus & laborum, & ſolicitudinis aſſiduè tæderet, & magiſtratibus ac Senatu domum accitis, ſic enim Tranquillus,rationarium Imperij tradidiſſet:ſed reputans & ſe priuatum non ſine periculo fore, & illam plurium arbitrio temere committi, in retinenda perſeuerauit. At cum antea vix annos decem à ciuili tumul-

1 anno 1552.

2 Tranquil. in Auguſto.

3 Dio.

tumultu Reſpublica libera fuiſſet, ſub eo principe annos ferè quinquaginta ſumma pace ac tranquillitate ſaluis legibus perfrui licuit. qua quidem re intellectum eſt regale ciuitatis genus probatum quondam, vt Cicero ſcribit, non tam regni quàm regis vitiis repudiatum fuiſſe. Eſt autem vſus indocilis rerum gerendarum ac dubitationum optimus ac certiſſimus magiſter. Itaque Cappadoces, cùm amiſſa ſtirpe regia Senatus Romanorum ad popularem ſtatum capeſſendum inuitaret, conditionem recuſarunt, quippe popularium ciuitatum antea calamitoſos exitus animaduertiſſent. Si autoritatem quærimus, certè quidem grauiſſimos eius ſententiæ & quamplurimos autores reperiemus, Homerum[4],
B inquam, Herodotum[5], Platonem[6], Ariſtotelem[7], Xenophontem[8], Plutarchum, Philonem[9], Appollonium[1], Thyanæum, Hieronymum, Cyprianum, Maximum Tyrium[2], Bartolum[3], quos viros? Quanquam ſi humana autoritas deſit, diuinam habemus ſacratiſſimis præpotentis Dei legibus expreſſam, qua Moſem primum populi regem eſſe iuſſit: hac enim voce appellatur[4]. cum item legem regiam Deus ipſe iuberet, Cum[5] tibi regem, vt cæteri populi, creare voles, ciuem creabis, inquit, non peregrinum: deinde regibus imperandi formam præſcribit. ac tametſi populus aliquãdiu regem præter Deum haberet neminem[6], belli tamen duces habuit, qui tum Iudices cum imperio ſingulari, tum Meſſię in ſacris literis appellantur[7]. Ac poſteaquam poſtliminio à migratione
C Babylonica in Palæſtinam rediiſſent, Perſarum, aut Syrię, aut Ægypti regibus tandiu paruerunt, quoad Iudas Macabæus gentilis Aſmonæorum ab Antiocho nobili rege Syriæ defeciſſet, ac deinceps in ſuam familiam Pontificatum ac regnum tranſtuliſſet: in qua tandiu regnatum quoad ſub Imperium Romanorum ſubiungerentur. Senatus quidem Patribus LXXI. conſtabat: rex enim quem Senatui præfuiſſe tradunt, à conſilio publico abſtinebat, ne contra regem diſputaretur: vt Hebræorum iuriſconſulti tradunt. iudicia verò de ſum̃o Pontifice, de tribu, de falſo vate, de maieſtate diſceptabat: ac propterea iudices, id eſt שופטים dicebantur, aut Græcorum corrupta voce Sanedrin. Et quoniam à regia ſtirpe Dauidis omnes ferè Senatores genus ducebãt, maieſtatis capita quædam
D ſub Aſmonæis principibus vſurparant: legum, inquam, ferendarum, ac magiſtratuum aliquot creandorum: vt Caldæus interpres ad Hieremiã, ac iuriſconſulti Hebræorum in Pandectis tradunt: ſed hi tantùm iudices dicebantur aut priuatorum aut publicorum iudiciorum, vel vt Hebræi דני ממנות. דני נפשות ac præterea decemuiri iudices earum rerum quæ ad ciuitates pertinerent, & magiſtratui cuique duo Leuitæ aſſeſſores. Quæ ſingula nobis explicanda fuerunt, vt iis qui Iſraelitas patriciorum poteſtatem pertuliſſe putant, errorem[9] eriperemus. Hos tamen LXXI. ſiue iudices ſiue Senatores appellare placet, Herodes maior Antipatri Idumæi filius excepto Semmea interimi iuſſit, quod ſe capitis damnauiſſent: qui tamen ab Hircano rege ac Põtifice veniam impetrarat[1]: quem etiam patriæ parricida crudeliſſimus interemit. ex quo perſpicuum fit ſummum Reipublicæ imperium in eo Senatu non fuiſſe: tametſi Ioſe-

4 lib. 1. Iliados.
5 lib. 3.
6 In politico.
7 lib. vlt. τῶν μετὰ τὰ φυσικά.
8 in Cyripædia.
9 In lib. de creatione regis.
1 Apud Philoſtratum.
2 In Orat.
3 In tractatu de regimine ciuitatis nu. 10.
4 Deutero. 33.
5 Deutero. 17.
6 Iudicum cap. 19. & vltimo.
7 Samuel. lib 1. cap. 12. vocat מושיעים

ἐκ τοῦ συνεδρίου.

8 lib. Sanedrim c. 2. & 3. & Rabi lib. 3. Maymon More annebo-quim.

9 Ioſeph. lib. 6. cap. 6. ant quitatum.

1 Ioſeph. lib. 14 c. 16. antiq. & eod. lib. c. 5.

a Lib.14.c.5.antiq.

phus [a] Patres inducit cõquerẽtes quod Hircanus & Ariſtobulus principes Aſmonæi formam ciuitatis ariſtocraticã in regnum mutaſſent. His igitur rationibus ſatis, opinor, intelligitur ex omnibus ciuitatum legitimarum generibus præſtantiſſimum eſſe regnum, vitioſarum deterrimam eſſe popularem. Sed quando ne ſapientibus quidem licet ſtatum ſuæ ciuitatis etiam corruptiſſimum commutare, gubernatores imitari oportet, qui tempeſtatibus obediunt, vela contrahunt, iactum etiam rerum pretioſarum faciunt, vt aliquando portum teneant: ita quoque ſapientem qui conuerſionem ciuitatis cupit, potentioribus primùm obſequi, & in eorum ſententiam ire oportet, vt ſe facili ùs poſtea perſuaderi patiantur. neque ad id temere aggrediendum eſt, niſi certa & explorata B ſpe ciuitatis in meliorem ſtatum conuertendæ. In quo grauiſſimè peccatum eſt à Dione, qui ſublata Syracuſarum tyrannide, vt Rempublicã optimatibus cõſilio Platonis redderet, aut regnum legitimum ſtabiliret, neutrum effecit, ſed ſuorum coniuratione cæſus Rempublicam furioſiſſimæ plebi reliquit: qui ſanè ſtatus multo miſerior extitit quàm crudeliſſima tyrannis antea fuiſſet. Eadem imprudentia Pythagoræi ſeipſos ac ciuitates Italiæ quamplurimas perdiderunt, cùm Imperia popularia ad optimates traducere conarentur: prius enim potentiſſimos quoſque in in eam ſententiam pertrahere oportuiſſet, vt quod ratione à ſeditioſis obtineri non poſſet, vi & armis potentiorum efficeretur. At ſi popularis ille morbus nulla medicina curari poteſt, Rempublicam deterrimam C quàm nullam habere præſtat. ſuſtinendum igitur erit, vt tyrannis ſiue vnius, ſiue paucorum, ſiue omnium ad ſummum peruenerit, vt nec vlteriùs progredi, nec regredi poſſit, ſed ex altiſſimo ac præcipiti loco diſturbata per ſe ipſa ruat. alioqui ſi tyrãnis concuſſa tantùm fuerit, nec tamen euerſa, crudeliſſimas bonorum ac fortium ciuium ſtrages conſequi; tyrannidẽ vero firmiſſimis præſidiis ac munimentis ſtabiliorem quàm antea fieri neceſſe eſt. Coſmum Medicem, qui multorum iudicio princeps integerrimus ac prudentiſſimus habitus eſt, innumerabiles ſiccarij occidere fruſtra ſunt conati: quæ res illum vi quadam neceſſitatis coactum adegit, vt arces munitiſſimas coniuratorum opibus ac præſidiis omnibus obfirmaret, & ciuibus exarmatis ſempiternum dominatum ſtabiliret. eſt D autem intoleranda ſubditis vnius tyranni ſumma egeſtas. Et quemadmodum ſub rege maximo ac potentiſſimo, cui ſatis ſupérque eſt vnde cupiditates explere poſſit, ſub optimatum anguſto Imperio beatè viuere licet, modo ne Imperium alienum affectare velit: ita miſerum eſt anguſta vnius tyrannide concludi, niſi princeps optimè à natura, melius etiam ab optimis imperandi artibus ac diſciplinis ſubornatus erit. Videmus enim anguſtas Heluetiorum ac Rhætorum ciuitates, quæ Imperij propagandi curam nullam habent, præclarè Imperium tueri. Vix enim à Geneua Conſtantiam vſque CCXL. millia paſſuum in longitudinẽ Imperium patet Heluetiorum, in latitudinem vero CLX. millia P. ab Alpibus ad montem Iura, & magnam partem rupibus aſperrima aut anfractibus montium difficilima ac valde ſterilia loca videntur: finitimis tamen principibus

cipibus fertiliſſimas prouincias non inuident. Ampliſſimis verò regni finibus ſubditos ſub rege maximo beatius viuere conſtat, quo ab iniuriis finitimorum principum tutiores ſunt, & bellis ciuilibus, quæ ab impotenti potentiorum cupiditate oriuntur, vacant: quippe potentiſſimi regis imperio facilimè coercentur. Quod ſi regia ſtirpe ſublata, ciuitates ac prouinciæ in populares abeant aut in pauciorum ſtatus, nec fuerint arctiſſimis inter ſe fœderibus conſociatæ, perpetuis bellis Rerumpublicarum otium ac pacem diſturbari neceſſe eſt. Cum igitur regale ciuitatis genus omnium optimum habeatur, diſſeramus illud quoque, vtrum pręſtabilius ſit à ſtirpe regem peti, an ſubditorum ſuffragio creari.

B

*Regale ciuitatis genus optimè conſtitutum, nec à ſorte, nec à ſuffragio, multo minus à fœminis pendere, ſed à ſtirpe clariſſima duci, & vni tantum tribui oportere.* CAP. V.

MOnarchiam legitimam cæteris præſtare perſpicuum quidem eſt vnicuique, ſed multo beatior futura ſit, opinor, ſi ſucceſſorio iure, & extra ſortem vni tantùm maſculo, ſemotis procul fœminis, tribuatur. hæc igitur ſingula ſingulis rationibus & exemplis veniunt illuſtranda: propterea quod nonnullos videmus, qui ſuffragio Patrum, plebiſve regem creari virtutis ſpecie pro-
C poſita præſtabilius putant. quæ imperitis hominibus perſuaſa ratio clariſſima Imperia funditus ſubuertit. Nec defuerunt qui antiquitate vetuſtiſſima regna, quæ à ſtirpe ducuntur, ad ſuffragia populi traducere libris peruulgatis, aut concionibus ac diſputationibus publicis perſuadere conarentur: vt non ita pridem Oxonij diſputationis habitæ coram Elizabetha Angliæ regina, ſumma fuit, ſuffragio potius quàm ſucceſſione reges optandos eſſe. quæ noua diſciplina non modo reginam ſed regni quoq; proceres non parum conturbauit. ab his enim principiis ciues ad ſeditioſos conuentus, ad defectiones, ad arma prolabi videmus. Quis autem cõcionantis oratione libidines, adulteria, veneficia, cædes, rapinas tyranni execrantis non commoueatur, ſi ad extremum exclamauerit, O, beatam
D Rempublicam, in qua populus iuſtiſſimi ac ſapientiſſimi ciuis delectum habet: in qua ſuffragio creatur princeps, qui pietatis ac virtutis ſtudia conſectatur: qui bonorum cœtibus ac ſocietatibus delectatur: qui præmia virtutibus, ſupplicia decernit peccatis: qui aſſentatores execratur: qui fidẽ colit: qui publicos depeculatores procul profligat: qui alienas iniurias vlciſcitur, ſuas ignoſcit: qui denique virtutis decus ac dignitatem rebus omnibus ſuperiorem ducit! Has tantas virtutes intuentem, & cum vitiis comparantem neceſſe eſt commoueri, & reges à virtutis delectu, non à ſtirpe quærendos arbitrari: non imperitos modo verumetiam eos qui ſapientiæ laudibus abundant. ac niſi rerum gerendarum vſu peritiores argutiſſime proſpiciant quæ peſtes principum creandorum ſuffragia ſequantur, facilè ſibi perſuaderi patiantur, reges à populis creari oportere. quam in ſentẽtiam delapſus eſt Ariſtoteles ipſe, qui Barbaros vocat apud

quos iure ſucceſſorio regna deferantur. nam propterea Carthaginenſes Spartiatibus prætulit, quod hi reges ab Herculis ſtirpe ducerent, illi ſuffragio populi ſibi crearent. ergo barbari ſint Aſſyrij, Medi, Perſæ, Ægyptij, Aſiatici, Parthi, Armenii, Turcę, Indi, Affricani, Tartari, Arabes, Moſchouitæ, Angli, Scoti, Celtæ, Franci, Hiſpani, Peruſini, Numidæ, Æthiopes, qui ſibi reges à ſtirpe regum & quærunt, & ſemper antea quæſierunt. Quinetiam Gręci quondam, Athenienſes, inquam, Lacedęmonij, Sicyonij, Corinthij, Thebani, Epirotæ, Macedones, atque adeo Hetruſci ac Latini veteres quamplurimis ſeculis reges non aliter quàm à ſanguine regũ adepti [1] ſunt. Si tot gentes, tot nationes barbaræ, vbi terrarum erit humanitati locus? num apud Sarmatas aut Gothos? nam hi penè ſoli ſuffragio B
populi reges habent, nec tamen alios ferè quàm qui à regibus originem traxerunt. M. Tullius humanitatem non modo in Aſia fuiſſe, ſed ad [2] omnes populos permanaſſe ſcribit: hi tamen reges à regibus habuerunt, nec vllum Græcorum principum ſuffragio factum legimus, præter Pittacum & Timondam. At quibus locis regale genus primum deſiit, ferociſſimi aut ambitioſiſſimi quique dominationem fraude partam vi retinuerunt: vt Alexandro ſine prole maſcula mortuo: genus enim à Carano Herculis nepote duxerat, à quo quidem vſque ad Alexandrum Heraclidæ annos amplius quingentos continua ſucceſſione regnauerant: tunc quidem prouinciarum Præſides Imperium illud in quinque regna diuiſerunt: Antipater quidem Macedoniam: Antigonus Aſiam minorẽ: C
Nicanor ſuperioris Aſiæ prouincias: Lyſimachus Thraciam nactus, nec vllus ſuffragio creatus eſt. Itaque Græcia ipſa humaniorum artium ac liberaliſſimarum diſciplinarum alumna vix à barbarie vindicaretur. Quãquam barbari ſine contumelia dicebantur, qui peregrina lingua loquerentur: vt Hebræi quoque veteres Ægyptios, gentem omnium humaniſſimam [3] ac eruditiſſimam, barbaros appellabant, id eſt עם לעז pſalmo CXIIII. quia ſermone Ægyptio non Hebraico vterentur [4]. Hoc primũ igitur in creandis regibus valde pernicioſum, quod ipſum interregnum habet anarchiam ſine cuiuſquam dominatu, & in eo diſcrimine poſitam, quo nauis fluctibus ſine gubernatore iactata ac momento, ſi tempeſtate abripiatur, peritura: & vt pericula effugiat, nihilominus ferociſſimis D
ac audaciſſimis quibuſque ciuibus omnia impunè licent: vt ferè fit mortuis Pontificibus Romanis, qui ſtatim initiati omnia omnibus ignoſcũt, & cum vltiones ac parricidia in occaſum Pontificis max. differri ſoleant, ſiccariis tutò latrocinari licet. cuiuſmodi fuere duo nobiliſſimi latrones in agro Romano, qui non niſi poſt centum & ſedecim parricidia pœnas dederunt [5]. Illud autem tranſlatitium eſt Pontifice mortuo carceres effringi, cuſtodes necari, ſontes iudicibus eximi, omnia diuina humana miſceri, quoad collegium Cardinalium concordibus ſuffragiis Pontificem futurum renuntiarit. interdum vero tanta ac tam diuturna fuerunt Cardinalium diſſidia, vt ſedes principe multos annos fuerit planè deſerta. nã Clemente V. Pontifice mortuo Roma Pontificibus caruit duos amplius annos. Fœlice verò duce Allobrogum, eodémque Pontifice Romano mortuo,

*Populi omnes à ſtirpe reges quæſierunt.*

1 Sic enim Thucidides ſcribit: ex quo Ariſtotelis aliter ſentientis error, & ex ipſo Plutarcho conuinci poteſt.

2 Epiſt. 1. ad Q. fratrem.

3 Herodotus Cg-.., in bello ciui-...

4 Rabi Dauid Kimhi notat in eundem pſal. & 1. Corinth. c. 14. 15.

5 anno 1522.

mortuo,ſedes Pontifice vacua fuit annos decem. ſæpe quoque duo tréſve Pontifices Romanos,ac totidem Imperatores factos legimus. Quinetiam Imperium illud Germanorum annos amplius octodecem caruit Imperatore,cæſo ſcilicet Viellmo comite Batauorum,quem Imperatorem renuntiauerant ſuis ſuffragiis creatores ipſi:qui deinde Alphonſo x. Caſtuloniæ regi Imperium mandauerunt: hic tamen delatum honorem recuſauit:ne vel ſubditorum arbitrio,vel principum inuidiæ, vel ſicariorum libidini pateret. Quamquam in illis interregnis, nihil tam ſacrum eſt ac tam ſanctum quod non fœdiſſimè ſoleat,&cum ſumma impunitate contaminari. Quibus peſtibus vt Poloni quodammodo mederentur,
B pœnas quæ à legibus irrogantur,interregno duplicantur:vt quidem Zamoſcum nunc quidem Poloniæ Cancellarium, tunc verò in Gallia Legatum mihi de interregno percontanti ecquis gubernacula teneret, narrantem audiui. nec ita pridem, id eſt antequam Ægyptum Turcæ ſub Imperium ſubiungerent,Sultano mortuo Prætoriani milites bona ciuiũ locupletiorum diripiebant,nec à cædibus & ſtupris abſtinebatur,quoad Prætorianorum, quos ipſi Memelucos appellabant, Imperium vni omnium ſuffragiis mandaretur. Si quis putet interea moderatorem comitiorum ac Reipublicæ procuratorem fieri poſſe,fallitur:neque enim minor, & certe maior difficultas oboriatur in regni procuratore quàm in ipſo rege creando. Demus tamẽ ſine factione,ſine ambitu, vna tribuum
C omnium voce creari poſſe: ecquem populo daturus eſt ſponſorẽ ac prædem, quò minùs ſi poſſit, Imperium retinere nolit?quis enim præſidium militare quo ſtipatum eſſe oportet, nolenti eripiat? nam Goſtauus Suecorum Præfectus in interregno viam ſibi ad regnum muniuit, ac potentiam præſidiis confirmatam poſteritati reliquit. At Senatui dabitur Imperium, vt quondam Romani, & his temporibus Poloni ſolent:non tamen periculo vacat ciuitas, ſi audaciſſimus quiſque arces Imperij ceperit: vt maiorum noſtrorum memoria Pompeium Columnam & Antonium Sauellam Capitolium inuaſiſſe legimus,propoſita populo Romano libertate.Factiones autem ac ciuilia bella declinare cũ omnibus, tum verò bellicoſis populis difficilimum. quid enim his temporibus populo
D Romano ignauius aut inertius eſſe poteſt? attamen Romanos Pontifices duos & viginti cæſos, plures etiam factionibus ferociſſimorum de ſede Pontificiali diſturbatos videmus.omitto eos (qui penè ſunt innumeri) qui veneno periere:nam Pontifices Romanos hac arte necari contritum eſt. Quinetiam in ipſius naſcentis eccleſiæ primordiis, id eſt, anno CCCLVI.ſexcentos ciues Romanos propter Damaſi & Vrſicini factiones vter Pontifex eſſet,cæſos eſſe legimus. Neque id tantùm Romæ, ſed in ſingulis penè oppidis, quæ modo Pontifices haberent, tot ac tantis cædibus omnia complebantur, vt neceſſe fuerit Laodicæna [6] ſynodo caueri,ne deinceps Pontificios honores populis mandare liceret. Quamobrẽ Athanaſius & Auguſtinus ſucceſſores quos vellent, Pontifices Alexandrinis & Hipponenſibus deſignarunt. Quid Germanorum ciuilia bella pro Imperio adipiſcendo commemorem? pleni ſunt eorum libri,plenæ

6 Diſtinct.63 cano 13. nõ eſt permittendũ Auguſtin. epiſtol. 110. Theodoritus lib. 4.cap.20.Eccleſ. hiſtoriæ.

hiſtoriæ,plena monimenta: quibus agrorum miſerandas vaſtitates,cædes mutuas ſubditorum, clariſſimarum vrbium direptiones ſine horrore ac indignatione meminiſſe non poſſumus. Illud etiam incommodum prætermitti non debet, quòd regna ſuffragio delata nihil habent quod non pateat omnibus omnium rapinis: & quæ publica, quæ communia, quæ vniuerſorum antea fuerunt, paulo momento ſingulorum fieri videmus: vt quidem eccleſiaſtica ſedis Romanę & Imperij Germanici prędia quęque opima priuatorum iura ſubierunt. nam qui nec diuturnum imperium fore, nec ad ſuos aliud peruenturum intelligunt quàm quòd fraudibus eripere ac retinere ſe poſſe putant, nihil non concordibus magiſtratibus largiũtur, aut ſub haſta publicè proſcribunt. Nam Radulphus Imperator omnes Hetruriæ vrbes & Imperij Germanici fidelitate & obedientia, quantumquidem potuit, eximere non dubitauit. ſubditi verò quaſi ſerui ſuæ libertatis pretium ac mercedem domino ſoluiſſe videntur. Robertus item Imperator tres vrbes Imperiales filio donauit: Federicus II. Norimbergam pretio liberauit: Otho III Iſnam: Ludouicus Bauarus Ægram: Henricus V. quæcunq; potuit proſcripſit: Carolus IIII. cùm ſuis creatoribus centũ aureorũ millia ſoluere ſe poſſe diffideret, vt filium Wenceſlaum Imperatorem deſignarent, omnia Imperij vectigalia conceſſit: qui tamen Caroli filium Imperio abdicare coegerunt. ita quidem exectis omnibus Reipublicæ neruis, Imperium illud à finitimis principibus inuadi cœpit. Hoc etiam regibus populi ſuffragio creatis cómune eſt, vt adepto principatu animos attollant: qui autem ex humili & obſcuro loco ad Imperium prouectus eſt, tyrannidem crudeliùs exercet quàm qui regali ſanguine cretus eſt. nihil enim verius quàm illud Salomonis dictum, ſerui dominationem intolerabilem eſſe. Demus tamen principem omnibus virtutibus & optimis imperandi artibus ſelectum: ſi liberos ſuſceperit, quis dubitet quin vias omnes ſibi poſteríſque ſuis ad principatum munire malit, quàm imperitę plebis ſuffragio committere? Sed porro progrediamur. Regem enim aut peregrinum, aut ciuem creaturus eſt populus: ſi ciuibus pateat aditus, impudentiſſimus ac ferociſſimus quiſque per fas & nefas dominatum ambiet: ſi plures æqua poteſtatę & gratia valeant, populum in factiones diſtracturi ſunt: aut certè peregrinorum & quidem flagitioſorum principum imperia potius quàm ciuium, quàm æqualium ferenda ſibi putabunt. quod non modo Tacitus Armeniis cõtigiſſe ſcribit, qui regem niſi peregrinum ferre non poſſent. ſed etiam mortuo non ita pridem Sigiſmundo Auguſto Poloniæ rege controuerſia inter optimates qui regni ſpem ad ſe quiſque trahebant, coorta, Senatuſconſultum factum eſt, quo quidem omnibus ciuibus ad regnum via præcluderetur: vt quidem à Legatis Polonorum accepi, quibus in fines huius Imperij ad regem Henricum deducendum ingreſſis, adeſſe iuſſus eram. Ac maiorum noſtrorum memoria, cum Sultani apud Ægyptios Prætorianorum ſuffragio crearentur, ac mutuis cædibus & factionibus Rempublicam diuellerent, communi conſenſu Legatos ad Campſonem Caramaniæ regem miſerunt, vt Ægypti regnum ad ſe delatum

B C D

latum acciperet. Iiſdē calamitatibus diu iactati ſunt Germani, qui quòd æqualium imperia recuſarent, peregrinos ſæpe acciuerunt, & quidem minutos principes, Vilelmum, inquam, Batauorum & Henricum Luſſemburgorum comites. At etiam peregrini principes Imperium illud ad ſe delatum repudiarunt. etenim Alphonſus x. Caſtulonum rex adduci non potuit, vt Germanorum Imperium rogantibus creatoribus acciperet. fuit igitur vacua ſedes Imperij annos amplius XVIII. Sigiſmundus item I. Poloniæ rex, oblata ſibi Bohemorum, Danorum & Panoniarum regna, Ludouicus XII. Piſarum principatum, Imperatores Romani plurimarum ciuitatum Imperia, vt eſt apud Appianum, recuſarunt. Demus B tamen peregrinum principem Imperium ad ſe delatum non repudiaturum: ſi procul ab Imperij ſui finibus abſit, aut ſua deſerturus eſt, aut aliena per Legatos curaturus: vtrunque abſurdum. quis enim tam ſtupidus, vt ſua curare non malit quàm aliena? quis autem populus patienter imperia Legatorum laturus eſt? vt ſcilicet cum habeat quem nolit, & eo quem ſibi optauit cariturus ſit? Ludouicus enim Hungariæ rex Poloniæ regnum ſuffragiis populi ad ſe delatum quia finitimum, vxore Caſimiri Poloniæ regis filia rogante ſuſcepit: initiatus eſt, ac maximis omnium acclamationibus & gratulationibus acceptus: paulo pòſt tamen, ſiue cæli Sarmatici aſperitate offenderetur, ſiue Pānoniarum deliciis alliceretur, ſiue rogationibus ac votis ſuorum reuocaretur, domum rediit: vxore C Polonis vnà cum Hungarorum comitatu relicta. Poloni quidem Caſimiri magni memores Gynæcocratiam aliquādiu pertulerunt, eius tamē comitatum ferre non potuerunt. Nec ita pridem Henricus Caroli regis Francorum frater ad Imperium Sarmaticum accerſitus fratre mortuo ad Imperium domeſticum celerrimè rediit: Poloni Legatorum imperia ferre noluerunt, ac ſuffragio ſibi regem creauerunt. quamquam nullo iure id poterant, niſi conſentiente Henrico, ad quem iura maieſtatis detulerant, & cui conditionem illam non adiecerant, cum de futuro Gallorū Imperio ageretur, ne per Legatos Imperium ad ſe delatum moderaretur, vt omnibus principibus ſemper licuit. ſcitum eſt illam donationem ſemel conſummatam ac perfectam non[7] capere conditiones. Demus igi- D tur vtrunque regnum iiſdem finibus cohærere, vt Sarmatia Pannoniæ: quis dubitet quin rex Imperium vtrunque iiſdem legibus, moribus & inſtitutis moderari cupiat? quin è duobus vnum ſi poſſit, efficiat? aut ſi Senatu populóve renitente id non poſſit, metuendum tamen eſt ne vi & armis quod iure non potuit, conſequatur. recens eſt Caroli v. Imperatoris exemplum, qui ex ariſtocratia Germanorum proſtratis principibus regnum ſtabilire conabatur, ac iam Philippum ab Hiſpanis acciuerat vt Germanorum rex inauguraretur: niſi eius conatibus Henricus II. rex Francorum fortiſſimè reſtitiſſet. extat adhuc Iullij Flugi Pōtificis oratio, qua id vnum ſuadet vt firmiſſima regni Germanici fundamenta iaciantur. Quod ſi princeps Imperium finitimum quod ſuffragiis adeptus eſt, coniungere cum patrio non poſſit, omnia tamen commoda, omnes fructus ac prouentus alienos ſuis, quantumquidem poterit, largietur: ac ſibi

7 l. poſt perfectā de donat. quę ſub modo. C.

ſucceſſorem ereptis optimatum ſuffragiis deſignabit: vt reges Danorum ac Thunetanorum, atque adeo Imperatores ipſi Germanorum iampridem more à maioribus accepto conſueuerunt: vt ſuffragiorum iura penitus ſublata videantur. Ladiſlaüs enim Bohemiæ rex Alberti F. & Imperatoris Federici III. ex fratre nepos, rex Pannoniarum populi ſuffragio creatus, hæreditarium quodammodo regnum fiducia contracta proximis reliquit. at tametſi Mathias Coruinus mortuo Ladiſlao regnum ſuffragio populi adeptus ſit, Federicus tamen regnum illud & ſuis & Imperialibus copiis inuaſurus videbatur, niſi Mathias regni ſpem Federico eiúſque poſteris promiſiſſet, ſi orbus ipſe moreretur, vt quidẽ caſus tulit. nihilominus Pannones Ladiſlaüm alterum Bohemiæ ac Poloniæ regem B
crearunt. ex quo grauiſſimum ab Auſtriacis bellum in Pannonia geſtum eſt, nec antè exitum reperire potuit, quàm ab omnibus ordinibus regnum illud hæreditarium decretum eſſet, ea lege vt Ladiſlao mortuo Maximilianus Federici F. rex inauguraretur. ſed cum huius nepos impubes relictus eſſet, Ferdinandus patruus regni procurationem ad ſe pertinere ratus, populum cui iura ſuffragiorum perpetuò eripere conatus eſt, eò adegit, vt Turcarum Imperatori regem ac regnum prodere quàm Ferdinandi Imperium ferre maluerit. Hos igitur calamitoſiſſimos exitus Pannones habuerunt, vt quum perpetua regum creandorum iura tueri vellent, in Turcarum ſeruitutem delapſi, iampridem libertatem amiſerint, ac religionem mox amiſſuri videantur. id enim omnibus principi- C
bus ferè eſt inſitum, vt populos ſub Imperium ſubditos, ſuis moribus, inſtitutis ac religionibus viuere aut aſſueſcant, aut certè cogant. Quamobrem vno capite diuinæ legis ſanctiſſimè cauetur, ne principem peregrinum populus ſibi aſciſcat. Si tamen ſuffragio regem ex ciuibus creari contigerit, audaciſſimus ac potentiſſimus quiſque factioſorum inter ſe conſpirãtium cœtibus ereptis ſuffragiis regnum adipiſcetur: aut ſi libera populi ſuffragia optimo ac ſapientiſſimo cuique ſceptra deferre cogitabũt, potentiorum vi aut fraudibus occultis priùs opprimetur vir bonus, quàm regalia ſceptra contingat. certè nouem Imperatores Germanorũ annis paulo minus trecẽtis clade ciuili occubuerunt, Vilelmus, inquam, Batauus, Radulphus, Albertus, Henricus VII. Federicus II. Ludouicus D
Bauarus, Carolus Henrici nepos, Guntherus: præter eos qui Imperio abdicare coacti ſunt. Ex Ægyptiorum verò Sultanis XV. quos Prætorianorum ſuffragiis creatos legimus, ſeptem bellis ciuilibus interfecti ſunt: Turquemanus, Melaſchalus, Cothus, Bandocader, Muhametes, Circaſſius, Giapalatus: ac totidem Romanorum Imperatores, qui proximè Auguſto ſucceſſerunt, & eodem anno tres, ſola ciuium coniuratione. Interdum etiam milites Prætoriani ob id tantùm Imperatores necabant, vt noui Imperatoris creatione donatiuum acciperent. Qui autem Senatui placuerat, legionibus diſplicebat: ac ſæpiſſime tot Imperatores quot in prouincias exercitus diſperſi fuerant, creabantur: vt vno tempore triginta facti ſint, cum Zenobia Imperatrice. nec ciuilium bellorum vllus exitus reperiri poterat, niſi vnius potentia cæ-

tia cæteri opprimerentur. At quandiu patris Imperium excepit, ſiue natura ſiue adoptione filius, bella ciuilia conquieuerunt. Quod ſi quis orbus Imperium principe orbatum deſeruiſſet, in ciuilia bella relabi neceſſe erat. Itaque Adrianus Auguſtus vt cautiùs Imperio Romano proſpiceret, cum ipſe orbus eſſet, non ſatis habuit Antoninum Pium arrogare, ſed etiam iuſſit Marcum Aurelium, & Ælium Verum ab eodem adoptari, Auguſti prudentiam imitatus, qui tametſi Caium & Lucium nepotes per æs & libram coemiſſet, iis tamen ſine prole mortuis tertium nepotem Agrippam ſimúlque priuignum Tiberium in foro curiata lege adoptauit, ea conditione vt prius Germanicum arrogaret. Atque ij quidem
B qui ad Imperium deſignati fuerant, principes iuuentutis dicebantur: qui pòſt à Germanis reges Romanorum appellati ſunt: vt etiam in principatu ſuffragiorum iure delato certus eſſet ſucceſſor. Sic enim Henricus III. Imperator, ſe viuo filium regem Romanorum creandum curauit, ab eóque nepotem adoptandum. poſtea Carolus IIII. filium Wenceſlaum à creatoribus ad futurum Imperium deſignari voluit, non tamen ſine ingenti mercede: huic Sigiſmundus frater ſucceſſit, qui deinceps generum Fridericum III. adoptauit: hic viciſſim Maximilianum filium Imperatorem deſignandum curauit. nec dubium eſt quin Philippus Maximiliani filius Germanis imperaturus fuerit, niſi patri ſpem ſua morte præripuiſſet. huius tamen filium Carolum V. valde adoleſcentem cæteris iure
C quodam ſucceſſorio principes prætulerunt. Ac tametſi Bohemi, Poloni, Dani, Tartari nulla vi regum creationem ſibi eripi patiuntur: filios tamen omnibus anteferri putant oportere, vt ſucceſſionis beneficio bellorum ciuilium ſtirpes elidantur: quod certè Sigiſmundus Auguſtus rex Poloniæ Iagellonum gentis extremus procurandum ſibi putabat, ſi Senatus populúſque pateretur. Et iiſdem ferè temporibus[8], cum Elizabetha Anglorum regina Londini conuentus haberet, ſumma omnium ordinũ conſenſione latum eſt de Imperij ſucceſſore deſignando: nec vlla de re ordines priùs deliberandũ ſibi propoſuerunt, quàm id confectum eſſet: quæ rogatio tametſi reginæ diſplicuiſſet, quòd ea res periculi plena videretur, ſi quiſquam ſe viuente ac ſpirante ſuam hæreditatem cerneret,
D ac breui morituræ foſsã aperiret: nihilominus populo promiſit ſe quod è Republica Senatui vederetur, facturam. Vt enim Angliæ regnum lege ſucceſſoria ad proximum quenque deferatur, proſpiciẽdum tamen eſt, ne ſtirpe regali penitus extincta, Reſpublica redeat ad interregnum, et ambitioſiſſimis hominibus lacerandum obiiciatur. At ſuperioribus annis, cùm legationis ergo pro Franciſco Andium duce ſuſceptæ in Angliã traieciſſem, coactis populi ordinibus interdictũ eſt[9] ſubiecta læſæ maieſtatis pœna, de Imperii ſucceſſore ſermones ſerere. Iſta quidem ratione regnanti tutiùs cauetur, populo non cauetur. vtrique tamen caueri poſſe dicebam, primum adoptione regis Scotorum, deinde Lenoxiæ principis connubio & arctiſſima fœderis coniunctione, vt ſit vtriuſque populi eiuſdem inſulæ concordia ſempiterna. Hæc mea fuit ad reginam oratio. quæ res imperitis quidem Francorum Imperio detrimentum al-

[8] Octobri 1566
[9] anno 1581.

latura videtur: mihi verò propter antiquiſſimum Scotorum cum Francis ac ſanctiſſimum fœdus valde vtilis futura, & vtriuſque Imperio, cuius fines in ipſius Oceani gurgitibus poſiti ſunt, valde ſalutaris. Nihil autem principi charius eſſe debet, quàm vt ſe moriente populus ſumma pace ac tranquillitate perfruatur: contraquam Nero ſæpius optauit, vt ſe moriente terrarum deflagratio conſequeretur. Quid enim calamitoſius Mediolani principatu Philippo Maria moriente? is enim extremus fuit vicecomitum Angleriæ gentis, quæ annos circiter CCCC. perpetua ſucceſſione tenuit principatum. Mortuo Philippo, populus Mediolanenſis pertæſus, vt imperium populare ſtabiliret, arcem Iouiam ſolo æquauit, teſtamentum Philippi concerpſit, duodecim Senatores, & Carolum B Gonzagam ducẽ exercitus creauit, ciues omnes qui Sfortiæ partes tuebantur, crudeliter necauit aut exegit. hunc enim obſcuris natalibus ortum Philippus adoptarat, eíque filiam ex pellice deſponderat, Carolo ſororis filio duce Aureliorũ repudiato. At Fridericus III. Imperator quaſi feudum Imperiale maſcula prole deſertũ vindicabat: Carolus Aurelius non modo lege ſucceſſoria, ſed etiam pactis conuẽtis ad ſe pertinere cõtendebat, atque arcem Aſtenſem occuparat: Veneti Cremonem, Laudem ac Placentiam Mediolanæ ditionis nullo iure inuaſerant: dux Allobrogum Verſellium & Nouarram: Sfortia Pappiam ac Derthonam: populus Mediolanenſis cum nec domi res gerere, nec foris Imperium tueri poſſet, & vnius dominatum abhorreret, ſub Venetorum à quibus C repudiatus eſt, Imperium ſua ſe ſponte ſubiecit: ad extremum principes omnes ac ciuitates finitimæ pro ducatu Mediolanenſi grauiſſima diuturnáque bella geſſerunt: cum Philippus legitimum Imperij ſucceſſorem, & quidem ſororis Valentinæ filium repuliſſet, quem potiſſimùm arceſſere & adoptare decuerat. Nam regali ſtirpe extincta, extremus ſucceſſorem ſibi ſuo iure adoptare poteſt, niſi Senatus populúſve iura creandi principis ſe habere contendat. Quod ſi princeps futurum ſucceſſorem deſignauerit neminem, Imperij maieſtas ad populum recaſura eſt. nam Caroli magni ſtirpe omnino ſublata, cum poſtremus Germanorũ rex neminem adoptaſſet, Henricus Auceps Saxoniæ dux omnium conſenſu Imperator creatus eſt. In eo tamen ſcriptores inter ſe diſſentiunt: D alius enim Arnulphum, alius Carolum Ludouici Germanorum regis F. Imperatorem appellatum putat: nec populi, ſed quatuor & quinquaginta principum ſuffragiis creatum: tandem iura ſuffragiorum ad ſeptem, qui propterea Electores dicũtur, fuiſſe delata: id autem contigiſſe circiter annum M. CCL. Sed ad domeſtica delabor. Nonnulli regnum Francorum ſuffragiis popularibus deberi tradunt: ſed abſurdè. Id enim Meroueis, aut Caroleis, aut denique Capetis imperantibus factum eſſet. De Merouęorum ætate Agathius Græcus ſcriptor ſummæ authoritatis & antiquitatis (floruit enim anno circiter D.) ſcribit, gentem Francorum optimum, id eſt regale ciuitatis genus ſecutam, cum finitimos omnes in eo genere ſuperauit, tum vero reges non alios habere quàm ſuſſeſſoria lege. idem tradit Theodebertum Theodorici F. Clodouei nepotem adhuc

adhuc impuberem Imperio more maiorum præfuiſſe. Cedrenus quoque Græcus homo, regnante Philippo 1. Capeti pronepote [1] ſcripſit Frãcos reges à ſtirpe regum more à maioribus accepto quæſiiſſe. Ac ſiquidẽ Carolus primùm, deinde Carolomanus vterque Pipini F. nobilitatis ſuffragio reges creari voluerunt, id feciſſe conſtat vt Imperium aduerſus Merouei reliquias potentiorum opibus & gratia tuerentur. Quod autem de Ottone fertur, nobilitatis conſenſu ac ſuffragiis regem factum, id quidem Otto moriens cõuocatis regni principibus ſe feciſſe teſtatus eſt, non tam vt regnaret, quàm vt Ludouico Balbo cui tutor datus erat, regnum ac Rempublicam depoſitam ſeruaret. Robertus Ottonis frater cũ
B hæreditario quodãmodo iure ſceptra vindicaret, Sueſſionenſi prælio cæſus eſt. huic Radulphus ſucceſſit, non tam iure ſuffragiorum, quàm Caroli Simplicis, qui in arce Poronenſi ab Heberto comite Veromanduo comprehenſus tenebatur, ceſſione. Poſteà verò quàm Hugo, qui Capetus vſurpatur, ſceptra de Caroli Lotharingi manibus extorſiſſet, ſe viuo filium Robertum, hic Henricum 1. Henricus filium ſacris regalibus initiandos curauerunt, quouſque Balduini Batauorum comitis filia, quæ à Carolo magno genus ducebat, Philippo 1. regi Francorum collocata eſt: quæ Ludouicum Craſſum peperit. tũc enim occultæ ſimultates & odia populorum quæ aduerſus Capetorum gentem exarſerant, conquierũt, cum Diui Arnulphi Caroleæ gentis principi genus cum gente Capetorum
C coniunctum intellexerunt. Ac ſiquidem vlla ſit coniectura quamobrem reges Francorum ſuffragio factos quiſquam putet, à regum initiandorum more tracta videtur. prius enim quàm rex ſacris iniťiatus ad iuſiurandum adigatur, duo Pontifices, Laodunenſis, inquam ac Belluacenſis, regem vtroque latere circunceſſum paululum è ſolio ſedentem erigunt, & conuerſi ad populum, rogant num regem initiatum regnare velint, nulla mora quin regalis comitatus circunſtantium præbeat aſſenſionem. Sed placet ex archiuis Rhemenſis bibliothecæ antiquiſſima acta deſcribere, quibus quo ritu noſtri reges olim initiarentur, intelligi
„ poſſit. ſic autem inſcribũtur, Liber Iuliani ad Errigium regem: Errichum
„ innuit Philippi 1. patrem. Anno M LVIII. indiction. XII. Henrico regnan
D te XXXII. & IIII. Cal. Iunij in die Pentecoſtes, Philippus rex hoc ordine
„ in maiore eccleſia ante altare ſanctæ Mariæ à venerabili Archiepiſcopo
„ conſecratus eſt inchoata Miſſa antequam epiſtola legeretur. Dominus
„ Archiepiſcopus vertit ſe ad eum, & expoſuit ei fidem catholicam, ſciſcitãs
„ ab eo vtrum hanc crederet, & defendere vellet: quo annuente delata eſt
„ eius profeſſio quam accipiens ipſe legit, dum adhuc ſeptennis eſſet, eíque
„ ſubſcripſit: erat autem profeſſio eius hæc. Ego Philippus Deo propitian-
„ te mox futurus rex Francorum, in die ordinationis meæ promitto coram
„ Deo, & ſanctis eius, quod vnicuique de vobis commiſſis canonicum pri-
„ uilegium, & debitam legem atque iuſtitiam conſeruabo, & defenſio-
„ nem adiuuante domino, quantum potero, exhibebo, ſicut rex in ſuo re-
„ gno vnicuique Epiſcopo & eccleſiæ ſibi commiſſæ per rectum exhibere
„ debet: populo quoque nobis credito me diſpenſationem legum in ſuo

[1] anno 1052.

iure conſiſtentem,noſtra auctoritate conceſſurum. Qua perlecta poſuit eam in manus Archiepiſcopi,anteſtãte Archiepiſcopo Sueſſionenſi &c. (hîc viginti Epiſcopi,& quãplurimi Archimandritæ enumerantur,) Accipiens Archiepiſcopus baculum ſancti Rhemigij diſſeruit quietè & pacificè,quomodo ad eum maxime pertineret electio regis conſecratio,ex quo ſanctus Rhemigius Ludouicum (nos Clodoueum appellamus quia ſic efferebatur Hluduich) baptizauit & conſecrauit.diſſeruit etiam quomodo per illum baculum hanc conſecrandi poteſtatem & totum Galliæ principatum Ormiſdas Papa ſancto dederit Rhemigio:& quomodo Victor Papa ſibi & eccleſiæ ſuæ conceſſerit. Tunc annuente patre eius Hẽrico elegit eum in regem poſt eum. Legati Romanæ ſedis, cum id ſine Papæ nutu fieri licitium non eſſet diſſertum ibi ſit, honoris tamen & amoris gratia tũ ibi affuerunt Legati Lotarius Sol. Archiepiſcopi, Epiſcopi,Abbates, clerici, dux Aquitaniæ,filius, Legatus ducis Burgundiæ, Legati marchionis,& Legati comitis Andegauenſis:poſt comites Vandenſis, Vermadenſis, Ponticenſis, Sueſſionenenſis, Aruernenſis, H. de illa Marchia,Vicecomes Lemonicenſis: poſt milites & populi tam maiores quàm minores vno ore cõſentientes laudauerunt,ter proclamantes,laudamus, volumus, fiat. Hæc ad verbum deſcripſimus, quæ nuſquam typis excuſa fuerunt. Qui igitur reges Francorum populi ſuffragiis creatos olim fuiſſe arbitrantur,non intelligunt Pontifices Rhemorum id ſingulari quodam iure ſibi à Pontificibus Romanis tributum aſſeruiſſe. quamquam ne id quidem cum fidelitate & obedientia quam pontifices Rhemorum regibus præſtare ſolent,congruere poteſt. Carolus quoque is qui Simplex ab inopia cõſilij vſurpatur,à Fulcone Rhemenſi Pontifice inauguratus eſt, iure propinquitatis non ſuffragiorum, quibus ereptis Otto ſe regem ferebat, & qui de Pontificis iniuria querenti Fulco reſpõdit,ſe regem Carolum ſelegiſſe more à maioribus accepto,qui reges non niſi à ſtirpe regum quærere conſueſſent. extãt eius ad Ottonem literæ[a]: quibus intelligitur ſi creandorum regum ius quiſquam haberet, Rhemorum Pontificem quodammodo id ſibi vindicaſſe,nec tamen aliunde quàm regali ſanguine genitos creare potuiſſe. Sed ſi non antea intellectũ eſt reges Francorum naſci non fieri conſueuiſſe,facilè perſpici potuit bello ciuili quod à Lotario ſuſceptũ aduerſus Ludouicum & Carolum Caluum, quod hunc pater in optima Galliarum parte ac Imperij ſede collocauiſſet:tres enim fratres diuiſis regionibus totidem regna ſumma poteſtate moderabantur. Robertus item Capeti F. Henricum natu minorem prætulit maiori cui Burgundiam attribuit: ſed ciuilia bella metuens Henricus Philippum filium prima pueritia regem inaugurari iuſſit, vt quibuſdam video placuiſſe:nam Glaber Henricum Roberti primogenitum fuiſſe contendit. Quod autem Rhemorum Pontifices ſibi tribuerent regum creationem, perabſurdum eſt, niſi fortaſſe vnctionem ſacram pro creatione dici putent. at ne id quidem Pontificis Rhemorum proprium erat, cum Ludouicus Craſſus Aureliis à Senonum Pontifice inunctus fuerit. Rhemorũ verò Pontifex regis electionem ſibi tribuens Roma-

[a] Guitald.

Romano Pontifici ferebat acceptam, ſed ridicule: cum ne Romani quidem Pontifices id ſibi vindicarent: tametſi Germanos Imperatores ſuæ poteſtati ſubiicerent,&falcem in alienas meſſes[3],vt Albericus iuriſconſultus ſcribit, mittere non dubitarent,atque adeo de creandis[4] Germanorum Imperatoribus,déque Imperio abdicandis leges[5] iuberẽt,verbáque ipſa conciperent[6], quibus Imperator Romano Pontifici iuratus obedientiam ac fidelitatem præſtaret. Nihilominus tamen illi ipſi Pontifices Romani regem Francorum à Pontificali ſeruitute & obedientia penitus immunem ſuis decretis confitentur[7]: nec cuiquam à regè Francorum preterquam præpotẽti Deo vllum obſequium deberi.Hinc pro-
B uerbium vulgi ſermonibus contritum, Regem Frãcorum immortalem eſſe: vt planum ſit more à maioribus accepto rege Francorum naſci, ac proximo cuique regiæ ſtirpis ſceptra deberi nõ Senatui populóve,multo minus Romanorum autRhemorũ Pontificibus accepta ferri.Et quidem memini declamatorem forenſem cum ſuæ cauſæ inſeruiret, apud iudices Curię Pariſiorum dicere auſum poteſtatem à populo regi datã fuiſſe, & Vlpiani verba[8] vſurpaſſe: is enim Imperatori Romano lege regia de eius Imperio lata populum ei & in eum omnem ſuam poteſtatem contuliſſe ſcribit:Curia patronum acerbe increpuit,eáque verba de actis Curiæ deleri iuſſit,rogante fiſci procuratore, cum negaret regem Francorum à populo imperandi ius habuiſſe. Id autem magis perſpicuum
C fit in regali ſepultura. etenim regiæ veſtes, arma, ſceptra, ſtemmata ſepulto rege proiiciuntur: deinde præco voce maxima ter ingeminans, Rex, inquit, mortuus eſt: idem repente labarum in quo ſtemmata liliorum genti propria ſignantur, erigens, Viuat rex, inquit, N. éique vitam diuturnam ac fœlicem Deus largiatur. Iiſdem vtuntur inſtitutis ac moribus Hiſpani, Angli, Scoti, apud quos Imperium proximis perinde vt apud nos lege ſucceſſoria datur. Eadem quoque Bohemis, Danis, Polonis vſitata ſunt: ſed non antè id fit quàm alius ſuffragio creatus ſit. Ea verò pericula quæ creationem principum ſequi diximus, non tam ad reges quàm ad regum creatores pertinent. nam ſi rex populi totius ſuffragio creandus ſit, omnia turbulentiſſimis
D ſeditionibus ac cædibus compleri neceſſe eſt. Sin nobilitas ſibi vni iura ſuffragiorum tribuat, reliqui ordines moleſtè ferent id quod omnibus debetur, pauciſſimis dari. nihil tamen cogitari potuit ad ſeditioſorum hominum factiones & ad ciuilia bella declinanda vtilius,quàm multitudini principum ac magiſtratuum creationem eripere, & cum pauciſſimis communicare. Sic enim Germanorum principes, qui olim LIIII. nunc ferè ducenti ad ſeptem creatores iura omnia ſuffragiorũ in Imperatore creando detulerunt. nec tamen in tãnta paucitate ſibi conueniũt, ſed interdum à ſe ipſi diſſidentes duos Imperatores renuntiarunt, Albertum,inquam, Auſtrium,& Ludouicum Bauarum: qui an nos octo funeſtiſſima bella geſſerunt, vter vtri imperaret. Ita quoque collegium Cardinalium qui mortuo Clemente IIII. Pontifice Romano non plures duodecim fuerunt, tres annos creationem futuri Pontificis propter

[3] In dictionar. verbo electio.
[4] cap. venerabilem de electio. extr.
[5] cap. ad Apoſtolicã de re iudic.
[6] Clement. I. de iureiurando.
[7] In cap. venerabilem qui filij ſint legitimi.
[8] l. I. de conſtitut. princip.

mutua inter ſe diſſidia factionéſque potentiorum diſtulerunt: ad extremum Leodienſem diaconum, qui Hieroſolymam profectus erat, Pontificem renunciarunt, qui deinceps Gregorij x. nomen vſurpauit. Is igitur ſeueriſſimis legibus Cardinalium collegium in creatione Romani Pontificis obligauit: nec tamen efficere potuit, quin tres iiſdem comitiis Pontifices ſe mortuo crearentur. poſtremò neceſſe fuit Cardinales concluſos fame necari, niſi ſtato tempore Pontificem renuntiarent, qui ad ſummum duas ſuffragiorum partes tuliſſet. Seuerius etiam ſacræ militiæ Equites quatuor & viginti tandiu carceribus ſine cibo ac potu cõtinentur, quoad ordinis Magiſtrum qui non ſit ex eo numero, concordibus animis renuntiarint. Quinetiam in minoribus Pontificibus canonicorum ſuffragio creandis factio, ſordes, ambitus, veneficia, clariſſimas quaſque ciuitates ſæpiſſime perturbarunt: vt nulla grauior cauſa fuiſſe videatur, quãobrem collegiis ſacerdotum & monachorũ ſuffragia creãdorum Pontificum adempta ſint, ac principibus tributa. Commodiùs Moſchouitæ, qui Pontifices & Archimandritas ſorte ducunt[9]. Nam quòd ratione ac iudicio ſapientum ſelectos Pontifices, principes, magiſtratus cæteris meliores fore putant, exemplis refelluntur. Si enim iuri ſucceſſorio locus fuiſſet, Nero, Heliogabalus, Vitellius, cæteráque id genus monſtra nunquam Imperium deguſtaſſent: Auguſtus verò, Traianus, Adrianus, vterque Antoninus, cæteríque ſapientia ac virtute præſtantes Imperatores, qui adoptionibus quaſi legitimo iure ſucceſſionis Imperium adepti ſunt, diſturbati fuiſſent. Sed vt meliores futuri ſint principes, qui potentiorum, aut plebis, aut ſapientũ ſuffragiis fiunt, attamen tot ac tanta incommoda vndique circunſtant, vt præſtabilius ſit optimis principibus carere, (quanquã iſta ratione conſequi non poſſumus) quàm tanta ſubditorum pernicie creari. Et quidem vtilius ſit ſorte principem ducere: id enim ad ſemina diſcordiarum tollenda legibus[1] diuinis & humanis probatur, modò ſortes maleficæ formula ſolenni ab Hebræis vſitata depellantur[2]. Cum enim populus Iſraelitarum regem à Samuele peteret, Deus Samueli prædixit quem vellet regem futurum, eúmque priùs deſignauit quàm ſorte duceretur: deinde Samuel in populi concione precatus eſt à Deo vt ſorti faueret. poſtea verò quàm tribus Beniamina ſortis prærogatiuam tulit, capita familiarum eiuſdem tribus in ſortem miſſa fuerunt: poſtremo Sauli ſors obtigit: cui gener Dauid Dei iuſſu repudiato Saule ſucceſſit. Inde reges ab eius ſtirpe vti quiſque proximus fuit, Imperium adepti ſunt. Sic etiam Perſarum ſeptem principes Cambyſe ſine liberis mortuo, ſortem, vel potius equi hinnitum ad creandum regem adhibuerunt. Dario tamen ſorte regnum adepto ad poſteros eius deinceps Imperium iure ſucceſſorio delatum videmus. Nec tamen ſatis eſt ſucceſſione regnum dari, niſi proximo cuique tribuatur, id eſt primogenito maſculo: ſic enim ordo non tantum naturæ ac diuinæ legis, ſed etiã omniũ vbique gentium poſtulat. Etenim Perſeus quòd natu maior eſſet, iure populorum omnium ac Macedonum moribus regnum ſibi deberi contendebat[3]: cùm eodem iure Alexander magnus præ

cæteris

B, C, D (marginal section letters)

9 Sigiſmundus.

1 l. ſed cũ ambo. de iudic. l. generaliter. §. quid ergo de fideicommiſſariis. l. vlt. cõmunia. de legat l. 2. quãdo & quib. quarta pars. C. Felin. in cap. capitulũ. cardinaliũ. Florentini. in cap. licet de election.

2 Samuel. lib. 2. cap. 14.

3 Liuius lib. 10. belli Macedonici.

cæteris fratribus, vt eſt apud Diodorum [4], Imperium illud obtinuiſſet. Eadem lege Arſacidæ Parthorum regnum ad primogenitum detulerūt; vt reges quoque Hebræorum: ſic enim ſacra hiſtoria regnū Iudæorum Iorano obtigiſſe teſtatur [5], quod primogenitus eſſet. idque omnium populorum æquè cōmune fuiſſe ſcribit Herodotus [6] parens optimus antiquitatis. Quanquam annos amplius quadringentos quàm hæc ab Herodoto ſcripta fuiſſent, Ilus natu maior regnum obtinuit Latinorum, non autem Aſſaracus, vt Coruinus Meſſalla ad Auguſtum ſcribit. Quinetiam Indos ad Occaſum poſitos, tametſi ab omnibus humanitatis artibus remotiſſimi eſſent, eodem iure vſos eſſe legimus. Cùm enim Franciſcus Pi-
B zarra Atabalippam Peruſinorum regem ſupplicio affeciſſet, populi ſummam ex eo voluptatem ceperunt, propterea quod primogenitum fratrē necauiſſet, vt contra leges contráque iuſſa patris extremis tabulis teſtata regnaret. pater enim tametſi ducentos liberos genuiſſet, Gacam tamen tamen primogenitum regem futurum, & quidem ſolum deſignarat. At ſi naſcantur gemini, quia ſimul naſci non poſſunt, prærogatiuam primogenito ſeruari, ac perſpicua probatione teſtatum relinqui oportet: ne ſit eadem quæ inter Iacobum Scotiæ regem & Albaniæ ducem fratres geminos controuerſia de primogeniti iure interceſſit, quod Albaniæ dux ſibi ereptum querebatur. Nam quoties naturæ ius illud inter principes violari contigit, grauiſſima bella, qualia inter Ottomanorum gentis po-
C ſteros fuiſſe legimus, funeſtiſſimáque parricidia ſecuta ſunt. vt cùm Numitori Amulius [7] frater iunior Albaniæ regnum, Ariſtobulus Hircano regnum Iudæorum ademit. Neque enim priùs bella ciuilia exitum reperire potuerunt, quàm Pompeij magni ſententia regnum Hircano reſtitutum fuiſſet: tametſi Ariſtobulus ad imperium natus, alter ineptus videretur. Quæ ratio fecit vt parentes ipſi iura liberorum ſæpe diſturbarint: nam Ptolemæus Lagi F. cum ad iuniorem Ægypti regnum perrupto gētium [8] iure detuliſſet, effecit vt naturæ iura alterius parricidio violarentur. Eodem errore peccauit Ptolemæus Phyſco, qui vxoris oratione perſuaſus maiori prætulit iuniorem: ſed mortuo patre [9] populus iuniorem expulit, maiori ſceptra reſtituit. Anaxandrides quoque rex Lacedæmo-
D niorum Cleomeni primogenito regnum ademit, vt regnaret iunior, non ſine magno populi dolore, quod virtutis ſpecie gentium iura perrumperentur, vt Herodotus [1] ſcribit. Ac tametſi Pyrrhus ſtrenuiſſimum quenque filiorum regem futurum deſignarat, populi tamen primogenitum bello minus idoneum prætulerunt. neque enim corporis aut animi virtutes tanti eſſe debent, vt propter eas à iure gentium omnium communi diſcedatur. quāquam forma corporis pleroſque fefellit. Sed ineptè parētes, qui iuniorum illecebris adducti, vt primogenitis ſceptra de manibus extorquerent, ad mutua parricidia liberos inflammarunt: vt quidem Atreum in Thyeſtem pater armauit, cum iuniorem diademate cinxiſſet: ac funeſtiſſimis parricidiis domum fœdauit. Ineptius etiam Alphōſus x. rex Caſtulonum, qui cùm natu iuniorem regem propterea denotaſſet, quod ex ſiderum inſpectione regno magis idoneum arbitraretur, pri-

4 lib. 16. Iuſtin. lib. 7.
5 Paralipo. lib. 2. c. 21.
6 lib. 7.
7 Dionyſ. Halycarnaſ.
8 Iuſtinus.
9 Pauſanias lib. 3.
1 lib. 4.

mogenitus illatam ſibi contumeliam ſic vltus eſt, vt fratre interempto
patrem etiam carceribus concluſum dolore concepto necaret. conſimili
ferè exemplo Gabriel marchionis Saluſſiarum F. fratrem natu maiorem
annuente matre in vincula coniecerat: hic tamen effractis carceribus prin
cipatum recuperauit, & exacto fratre matrem iiſdem anguſtiis quibus
fuerat antea concluſus, mancipauit. domeſticum etiam exemplum habe
mus: cum Gallia tota belli ciuilibus exarſit, propterea quòd Ludouicus
Pius Carolum filium vxoris illecebris perſuaſus Lothario primogenito
prętuliſſet. Sapienter Pius II. Pont. Max. qui Caroli VII. regis Francorum
rogationes repulit, quibus Carolum filium iuniorem Ludouico fratri
anteferri flagitabat: tametſi Ludouicus iura pietatis violaſſet, & aduerſus B
parentem bis arma cepiſſet. Nec tantum propter ignauiam & inertiam
primogenitus ab Imperio non eſt repellendus, ſed nec propter corporis
deformitatem quidem: tametſi Romuli ac Lycurgi legibus monſtroſos
partus ſine fraude cædere liceret. nulla tamen corporis deformitate lex[2]
diuina primogenito paſſa eſt adimi prærogatiuam. Id autem Senatus po
pulúſque Pannoniarum memorabili exemplo iudicauit. cùm enim La-
diſlaus orbus eſſet, Almum fratris filium iuniorem adoptarat repudiato
Colomano, quem ſacris initiari, & Lutetiam quodammodo relegari iuſ-
ſit, vt omnem illi eriperet affectandi regni cupiditatem. erat enim tota
corporis ſtatura deformis, balbus, luſcus, claudus, gibboſus: nihilominus
tamen rege mortuo ciuitates ac populi monſtrum illud ad Imperium C
arceſſere quàm iunioris imperia ferre maluerunt, ac per Legatos à Pon-
tifice Romano obtinuerunt, vt reſecratus domum duceret vxorem. Non
aliter Ageſilaus claudus homuncio, Leotichide ſpurio diſiecto Lacedæ-
moniorum regnum adeptus eſt, nec quicquam aduerſariis conqueren-
tibus regnum claudicare. At Lyſander qui Ageſilaum ad regnum eue-
xerat, principibus ciuitatis perſuadere conatus eſt, vt abrogata lege regia
non proximus, ſed optimus quiſque Heraclidarum rex eſſet: Plutarchus[3]
tamen ſcribit, qui Lyſandri ſententiam tueretur, fuiſſe neminem. Quid ſi
rex ante delatū Imperium filios ſuſceperit, num poſt Imperium adeptū
natus rex eſſe debeat? Ita quidem pro Xerxe iudicatum eſt, Artabazo do-
minatu Perſarum excluſo, quòd ante regnum Dario patri delatum natus D
eſſet. Iudicium illud ſua quadam æquitate nititur: quia regnum Dario
non iure ſed ſorte & inopinanti obtigerat: ſi tamen regnum à maioribus
ad poſteros delatum ſit, proximo cuique debetur, etiamſi ante regnum
patri quæſitum natus ſit. Ex quo intelligitur quid iudicandum fuerit de
controuerſia quàm Bartolus[4] ſua ætate contigiſſe ſcribit, num Philippi
Valeſiorum comitis filius ante regnum patri quæſitum editus, regnum
adepturus eſſet, an verò qui poſtea nati fuiſſent: (quanquam Philippo v-
nicum modo filium Ioannem, inquam, video natum fuiſſe.) Sed eadem
quæſtio Carolo ſeptimo rege diſceptari potuiſſet: huic enim priuſquam
regnaret, natus erat Ludouicus, qui tamen Imperium ſine controueſia
conſecutus eſt: tametſi Carolum fratrem haberet rege natum. Vt enim
filius ignobilis iudicatur, qui antè genitus eſt quàm pater nobilitaretur:
ita qui

2 Deut. 21.

3 In Lyſandro.

4 l. ſi Senator. de dignit. C. l. 2. de libertis & eorum liberis. Bart. in l. cu ſatis. de agricolis. & ex l. ſi quis decurio C. l. libera de ſuis & legitimis. contra Albericū in quęſtion. ſtatutariis. q. 157.

5 in l. Imperialis de nuptiis.

ita qui patre priuato naſcitur,cui nullo caſu regnum legitima ſucceſſione obuenturum fuiſſet, regnum paternum adipiſci non poteſt, ſiquis alius patre regnum adepto natus ſit:cui tamẽ ſucceſſurus fuerat,ſi pater regnũ maioribus acceptum tuliſſet.Ita quidem Artoxerxes antè genitus quàm pater regnaret, nihilominus patre mortuo rex eſt appellatus,quia regnũ proauo ferebat acceptum : ac tametſi Cyrus iunior, Pariſatidi matri cariſſimus, totam Aſiam permouit, vt fratrem de Imperio diſturbaret, diuina tamen vltione prælio conſerto cæſus eſt ac proſtratus.Eodem iudicio Pannoniarum populi Geïcam antè genitum quàm pater imperaret, regem creauerunt. Quod autem diximus proximo cuique Imperiũ
B deberi, latiſſime patet, non modò ad eos qui primogenito mortuo locũ obtinent primogenitorum:verumetiam ad infinitam poſteritatem. Sic enim Demetrius Antiocho Syriæ rege mortuo diſſeruit in Senatu Romanorum: Vt enim,inquit,Patres conſcripti,iure gẽtium omnium Antiochus frater me maior natu regnum conſecutus eſt : ſic eius morte ad me delatum intelligere poteſtis. Sed dubitari poteſt ſi auo regnante filius primogenitus relicto nepote moriatur,num fratri proximo, an verò nepoti qui vno gradu remotior eſt, regnum debeatur. fratri proximo deberi plerique definiunt[6]. Certè quidem cùm Scipio Affricanus conſimilem controuerſiam quaſi arbiter ſedare vellet inter Corbim & Orſuã, negarunt ſe alium deorum hominúmve quàm Martem iudicem habitu-
C ros.Corbis maior ætate & aſtu vicit patruelem,vt Liuius ſcribit[7]. Eadem ſæpe certamina quondam inter principes Germanorum ſuſcepta ſunt inter patruum & nepotem. Et quidem ea res Bernardum Italię regem ad arma aduerſus Ludouicum Pium Imperatorem capienda excitauit,cum diceret Imperium ſibi non Ludouico deberi,quippe Pipini primogeniti filius eſſet, Caroli magni nepos: Ludouicus vero patruus à Pipino patre ſecundus: nec propterea ſi Pipinus morte præuentus eſſet, legitimo ſucceſſionis iure fraudandus videretur.Ludouicum tamen legimus non iure conſertum vocaſſe Bernardum, ſed mage ferro, (vt Ennij verbis vtar) eúmque ſempiternis vinculis coercuiſſe,& eo iure regnum conſecutum eſſe quo veteres Germani, Vandali,Angli,Scoti.Scribit enim Procopius
D id Vandalis vſitatiſſimum[8] fuiſſe. ac propterea Henricus Lancaſtrens Iohannis filius Ricardum primogeniti filium de Angliæ regno deiecit: cum diceret primogenitum morte præuentum Eduardo regi ſuccedere non potuiſſe: ea tamen occaſio ſcelere quæſita fuerat. Sed Robertus Neapolitanus ſecundogenitus regnum Neapoleos de collegij Cardinalium ac Pontificis Romani ſententia conſecutus eſt:primogeniti verò filius rex Hungariæ,iure,incertum,an gratia ſuperatus. At Moſchouitarũ legibus non modò patruus nepote ſuperior eſt imperandi iure, verumetiam ſi caſus ferat vt primogenitus regnum adeptus filium impuberem relinquat,frater Imperium excipit excluſo nepote.nam Baſilius magnus poſt fratrẽ primogenitũ tametſi liberos reliquiſſet, rex Moſchouię creatus eſt.Eadẽ lex Vandalis vſitata fuit,vt eſt apud Procopiũ[9].Honorius enim aui Genſerici regnum adeptus eſt, tametſi Gerſo primogenitus mo-

6 Bald. in l.3. de ſuis.C. ex l. 1. de his qui ante apertas tabulas. C. & ex l.1. §. pro ſecundo. §. ſin autem. de caducis C.

7 Liuius lib.38.

8 lib.3. belli Vãdalici.

9 Procop. lib. 3. belli. Vandal.

riens filios reliquiſſet:non tam aui teſtaméto quàm vetuſta Nomadum[1]
penè omnium lege:quam maioribus noſtris video fuiſſe communem:
Gōtranus enim Childeberto Sigiſberti primogeniti filio ſuperior fuit
in regni Francorum adeptione. Mathildis Robertum Roberti primoge-
niti filium in comitatu Arteſiorum Senatu Francorum iudicante ſupe-
rauit, & patris ſolidam hæreditatem creuit. Henricus item Theobaldi
Campanorum comitis filius fratris primogeniti filium conſimili iudi-
cio vicit. ſed cùm in pari cauſa iudicio victus eſſet Ioannes Monfortius,
Britanniam Armoricam petens, amita Vidi Britanni filia repugnante,
quod iure non potuerat, vi adeptus eſt: non ſine crudeliſſimo funeſtóq;
bello. At Robertus Caroli II. filius regnum Neapolitanum Pontificis B
Max. ſententia adeptus eſt, nec quicquam diſſentiente Carolo Martelli
primogeniti Hungariæ regis filio. Sanxius quoque Alphonſi x. Caſtiliæ
regis filius fratris primogeniti filios fauente patre de regni ſpe diſturba-
uit. Ioannes verò Anglorum Imperium cæſo Arturo Godefridi natu ma
ioris filio inuaſit. diſſimilis fuit Syluij cauſa, qui poſt Aſcanium Iulo re-
gnum Latinorum iure materno ademit: quia Lauinia Syluium ex Ænea
ſuſceperat, non item Aſcanium. Sed non pauciores, atque haud ſcio an
plures nepotes auorum Imperia ſpirantibus patruis adepti ſunt antiquiſ-
ſima Spartiatarum lege. Nam Lycurgus ad Charilaum fratris primoge-
niti filium ſceptra regni, quæ facilè inuadere annuente matre potuiſſet,
detulit. Areus item primogeniti filius eadem ſceptra viuente Acrotato C
patruo poſt aui mortem cōſecutus eſt. Sic etiam Ioannes Fernandi filius
Alphonſo auo Luſitanię regi ſucceſſit, Henrico patruo viuente. Nec mul
to pòſt Sebaſtianus Ioānis primogeniti filius Emanuelis aui regnum ex-
cepit, non autem Henricus patruus. Ludouicus Niuernenſis Belgarum
comitatum auo mortuo adeptus eſt patruo vidente ac ſpirante. At Ro-
bertus II. rex Neapoleos, cuius pater iudicio Pontificali fratris primo-
geniti filium, vicerat cum ageretur de comitatu ſancti Seuerini inter pa
truum & nepotem, de iuriſconſultorum ſententia pro nepote ſentētiam
tulit. Conſimilis ſententia[2] lata eſt à iudicibus Curiæ Pariſiorum inter
hæredes Ioannis Vaſti Fuxæorum comitis filij & Franciſci Phæbi, qui
primogeniti filius aui hæreditatem creuerat patruo viuente. Ita quoque D
iudicatum erat pro Britanniæ ducatu aduerſus Ioannem Monfortium.
Cæteri quaſi rem dubiam armorum opibus committendam putauerūt.
nam vt Scipio Africanus inter Orſuam & Corbim, quos iure continere
non potuerat, duellum permiſit: idem[3] ſub Othone magno, deinde ſub
Henrico I. in Germania contigiſſe, & patruos à fratris filiis ſuperatos le-
gimus. Agathoclis verò Syracuſarum tyranni nepos patruum aui ſce-
ptra inuadere conantem occidit. Nec deſunt vtrinque probabiles ratio-
nes. pro nepote facit, quod patre mortuo recidit in aui poteſtatem, ſít-
que ſuus hæres[4] lege XII. & cum patruis ad hæreditatem[5] in ſtirpes ad-
mittitur ab inteſtato. Quod ſi pater filio ſubſtituat hæredem, fideicom-
miſſum deficit, ſi filius liberos ſuſceperit, ſola paternæ pietatis coniectu-
ra, vt Papinianus[6] reſpondit. Quinetiam Romanis legibus fratrum filij
ad pa-

1 Strabo lib 16.

2 anno 1517.

3 VVitinkindus lib. 2.

4 Nouel. 118. 127. §. placebat l. vlt. de Impuberum.

5 Authentica in ſucceſſione de ſuis. C.

6 l. cū acutiſſimi. l. cū prudentiſſimū de fideicommiſ. C. l. cū auus de cōdit. & demōſtr. ff.

ad patrui hæreditatem admittuntur [7], quantò id verius & æquius eſt in aui hæreditate? Illud etiam accedit, quod antiquis feudorum moribus nepos ſolidum beneficium patruis excluſis accipere ſuo iure poteſt [8]. Nulla tamen ratio efficacior eſt quàm quod hereditas nec adita, at ne delata quidem non modo tranſmittitur ab auo ad nepotes, ſed etiam ſpes incerta fideicommiſſi ſub conditione concepti [9]. Nec tamen patrui cauſa omnino deſeritur à ratione, ſi quis iſta ſubtiliùs ſubodorari volet, ac legem XII. ſine fraude interpretari. hęc enim proximum [1] quęque ad hęreditatem inuitat. at propius abeſt à patre filius quàm nepos, qui fictione falſa eadem perſona cum patre mortuo cenſetur. Sed vt fictio in cæteris
B ferenda ſit, non tamen æquum videtur vt fictio veritate potior ſit in alterius detrimentum [2]. Nec patitur naturæ [3] benignitas filios paternis opibus ac bonis ſpoliari, vt nepoti qui ab auo longius abeſt, omnia tribuantur. id autem fieri neceſſe eſt, non modo in regni, ſed etiam in ducatus, aut comitatus, aut feudi indiuidui adeptione propter illam quam diximus fictionem. ac tantum ab eſt vt Romanæ leges filios à nepotibus diſturbari patiantur, vt non prius ad nepotes fideicommiſſa perueniant, quàm ſi filij omnes inuicem ſubſtituti mortui [4] ſint. Demus tamen repugnantibus & naturæ, & Romanorum legibus filios exhæredari, quod quidem in indiuidua ſucceſſione fieri videmus, vt nepoti locus ſit, iniquum tamen eſt infantem, puerum, impuberem, nullo militaris, nullo
C rerum agendarum vſu peritum ad ſceptra vocari: eum vero qui ætate ac ſapientia præſtat, de paterno regno deiici. qua ratione iuriſconſulti tutelam libertini paterni ad patruum excluſo nepote detulerunt [5]. quanto magis Imperij tutela ad patruum deferenda eſt? Extremũ illud eſt, quod patrui quibus nepotum tutela ferè permittitur, nihil aliud quàm cædes ac parricidia meditantur, vt quidem innumerabilia exempla, nec tamen omnia ſcriptis prodita fuere: quæ ſi conquiram, infinitus ſim. Eſt autem diuinis oraculis [6] proditum, miſeram ac infœlicem fore Rempublicam cui præſint pueri. Me tamen ab hac ſententia mos maiorum inueteratus, & res ſæpius iudicatæ reuocarunt. Nam ea quæ diximus incommoda rariùs eueniunt: quæ vero ſunt eiuſmodi, legiſlatores aſpernari [7] oportet. vt enim reges omnes Francorum iam inde à Carolo magno repetamus, vix ac ne vix quidem mille ac ducentis annis poſt annuũ nepotis &
D patrui concurſum in huius regni ſucceſſione reperiemus. ſemel in Anglia, ſemel in Caſtilia, bis in Luſitania, ſemel in Sicilia, annis circiter quingentis aut ſexcentis contigiſſe legimus. Valeat igitur pro nepote ſententia veterum æque ac iuniorum [8]: non tantum in directa ſed etiam in obliqua ſucceſſione. Quæ à nobis aliquanto accuratius diſputata ſunt propter eam quæ proxime abeſſe videtur regni Francorũ ſucceſſionem. Sed ſi ſobrini aut conſobrini ſuo iure nulla fictione hęreditates obliquas cernere velint, eodem ordine in capita partientur hæreditates diuiduas: ſin regnum, ducatus aut comitatus, aut alia feudi dignitas ſit indiuidua, ſenior iuniori anteferendus erit, etiamſi à primogenitis iunior ſtirpem ducat. ſic enim iudicatum [9] eſt in Curia Pariſiorum inter Vilierum &

7 §. cæterum. Nouel. 118.
8 titul. 50. lib. 2. feudor.
9 l. 1 de iis qui ante apertas tab. C.
1 l. verbis. de verbo. ſig. ff.
2 l. hac edict. §. his omnibus de ſecundis nupt. C. & ibi DD. Ancaran. cõſi. 106 col. 1. Bar. in l. ſi is qui pro emptore l. qui non prohibet. de regul. ff.
3 l. cum ratio de bonis dam.
4 l. filius familias §. diui de legat. 1. l. cũ pater §. pen. de leg. 2. ff l. hæredes mei. §. vlt. ad Trebel. ff.
5 l. ſi libertus. §. penult. l. libertinus. de bonis libert.
6 Eſaiæ c. 3.
7 l. 2. & 3. de legib. ff.
8 Alexand. cõſi. 4. lib. 4. Caſt. eũs in l. is poteſt. de acquir. hæredit. Bald. in auth. poſt fratres. de legit. hæred. C.
9 Die 17. Iulij anno 1563.

Bayencurtium qui Franciſci Bloquæi hæreditatem creuerāt: ſeniori iura primigeniorū decreta fuerunt. Non tamen ſatis eſt proximū quenq; marem eiuſdē agnationis inaugurari, imo neceſſe eſt vt regnū quātumcunque eſt, ac iura omnia maieſtatis in ſolidum vni partitione ſublata tribuantur: vt Georgium regem Vandalorum ſanxiſſe tradit Procopius[2]. alioqui non monrchia ſed polyarchia dicatur. Id autem Salica lege cautum non erat. Aribertus enim Dagoberti frater Clotarij II. F. regni partem aceepit: Clodoueus item Dagoberti primogenitus regnum Pariſiorum: Sigebertus Metenſe: Clodouco mortuo quatuor filij regna totidē adepti ſunt: Childebertus Pariſienſe: Clodoueus Aurelianum: Clotarius Sueſſionenſe: Theodorichus Metenſe. Sed ad Clorariū cæteris mortuis omnia redierunt. huius filius natu maior Cherebertus rex Pariſiorū factus eſt. Chilpericus Sueſſionum: Gontranus Aureliorum: Sigebertus Metenſium: reges omnes. Quæ regum multitudo vix vnquam ab armis ciuilibus cōquieuit. At mihi quidem mentis oculos per antiqua regum noſtrorum decora circunferenti, gētiles Capeti tribus legibus quaſi firmiſſimis fundamentis hanc monarchiam ſtabiliiſſe videntur, ídque latenter feciſſe: prima lex eſt, quā quidem filiis regum, niſi iuſto connubio quæſiti fuiſſent, omnes ad regnum aditus præcluſerunt: at ne filiorū quidem naturalium numero cenſeri voluerunt, vt in poſterum de iuſta prole quærenda cogitarent: cum iniuſti liberi ab regali ſolio quamlongiſſime arcerētur: tametſi naturales filios etiam priuatis agnoſcere ac ſui nominis ſtemmata relinquere liceret. Melius etiam quod Palatij Magiſtros, quorum potentia populis terrori, regibus exitio fuerat, de Republica ſuſtulerunt. Tertium eſt quod vni primogenito regalia maieſtatis iura in ſolidum tribuenda decreuerunt, ne deinceps cum cæteris fratribus communicarentur, ſed obedientiam ac fidelitatem primogenito præſtare cæteri cogerentur: poſtremum fuit, quod quæ prædia filiis regum fruenda regis arbitrio fiduciæ nomine aſſignarētur, eadem ſine maſcula prole mortuis ab omni iure pignorū libera fiſco vindicarētur. regias vero ſorores pecunia tantum dotari placuit, vt non modo iura maieſtatis illibata, ſed etiam dominica prædia quoad eius fieri poſſet, integra primogenito ſeruarentur. Antea naturales regum liberos regni partem habuiſſe docuit Caroli Simplicis frater concubina genitus, qui more maiorum rex eſt appellatus. Theodericus tamen regis naturalis filius cum regni partem peteret, repulſam paſſus eſt, propterea quod[3] ancilla genitus eſſet. Monarchiam autem indiuiduam eſſe oportere diximus, quia ſi diuidatur, monarchia non ſit. ea eſt enim vnitatis inuiolabilis natura, vt omnem omnino refugiat partitionem. Vt enim corona ſic regnum, ſi pluribus diuidatur, vim penitus ac nomen amittit. Nec verò Aſſyriorum, Perſarum, Ægyptiorum, Parthorum latiſſima regna pluribus diuiſa fuerunt: tametſi vrbes ac prædia cæteris à primogenito liberis fruenda darentur. nam cum Ioſaphatus rex Iudæorum filios ſex genuiſſet, Iorano primogenito regnum integrum, cæteris annuas penſiones reliquit[4]. Primus omnium Ariſtodemus rex Lacedæmoniorum regnum quidem Proculo

2 lib. 3.

*Tria regni Frācorū firmiſſima fundamenta.*

3 VVitinquindus Saxon.

4 lib. 2. Paralipo. c. 21.

B C D

Proculo & Euriſtheni filiis non diuiſit, ſed vtrique regnum indiuiſum
reliquit,& cum vtrunque regem eſſe vellet, vtrique regnandi ius ac fa-
cultatem ademit. Eius exemplo Meſſeniorũ Lacedæmoniis finitimum
regnum Leucippo & Amphareo fratribus indiuiſum [5] à patre datum eſt,
quæ potiſſima cauſa extitit,quamobrem illa regna in Ariſtocratias abi-
erunt. Et quidem duobus propoſitis incommodis, præſtat duo regna
duobus regibus quàm vnum pluribus tribui: vt Iacobus rex Arragonũ
Petro primogenito regnum Aragonię,iuniori regnum Balearum dedit:
ſed hunc carceris ſquallore primogenitus necauit: quanto minus eiuſ-
dem Imperij conſortem tuliſſet? Eodem errore peccauit Boleſlaus II.
B rex Poloniæ,qui quatuor liberis regnum ex æquo diuiſit, quinto ne pẽ-
ſionem quidem legauit. inde crudeliſſima bella ſecuta ſunt. Ferendum
quidem eſt,principem cui plures ſint liberi,plura etiam ſuis armis ac vir-
tute parta Imperia primogenito quidem maius, cætera pro cuiuſque æ-
tate ac meritis diuidere. cùm enim Gulielmus Auguſtus dux Norma-
norum Angliæ regnum ſua virtute partum filio Rufo, Normaniam cæ-
teráque cohærentia Roberto, penſionem Henrico legaſſet,Robertus re
gnum ſibi deberi contendebat, quod primogenitus eſſet: Rufus nega-
bat,cùm ſe rege natum diceret,non item Robertum: mortuo Rufo Hẽ-
ricus in regnum inuaſit,ac Robertum oculis orbatum perpetuis carceri-
bus mancipauit. Certe quidem patris factum etſi cum æquitate coniũ-
C ctum erat [6],tutiùs tamen regnum ſolidum ac iura omnia maieſtatis vni
tribuiſſet:vt inter Caroli Prouincię comitis,& Philippi Valeſij regis Frã
corum liberos factum legimus.Nam ſi feuda quæ dignitatis appellatio-
ne veniunt,partitionem non admittunt [7],quantò minùs regna ipſa iurá-
que maieſtatis? At etiam Diuus Ludouicus rex mortuis fratribus ſoli-
dam hæreditatem creuit, nec ex ea quicquam ad Alphonſum Pictonum
comitem, nihil ad Carolum fratrem peruenit. nec item Alphonſo mo-
riente Carolus vllam hæreditatis partem delibauit,ſed iudicio Senatus [8]
ab vtroque abiudicata hæreditas eſt. ac ne deinceps ambigeretur,caueri
ſolet publicis penſionum tabulis,quæ fratribus regum aſſignantur,vt iis
ſine maſcula prole morientibus prædia libera fiſco vindicentur. id enim
D aduerſus Ludouicum I. Ioannis regis filium Andium ducem exceptum
eſt. Ac tametſi Renatus dux Andium Ludouici III. filius fratris primo-
geniti hæreditatem creuiſſet, id tamen precario potius quàm legitimo
iure obtinuiſſe videtur: alioqui Carolo duce Burgundionum ſine pro-
le maſcula moriente,Niuernenſium comes ducis propinqui ſui hæredi-
tatem adiiſſet: cùm tabulis Philippi Audacis ducatus Burgundiæ ſibi li-
beríſque ſuis ſine vlla ſexus exceptione datus eſſet. at mortuo duce Lu-
douicus XI. rex Burgundiæ ducatum ſuo iure vindicauit. Interdum ta-
men regum noſtrorum munere & conceſſu principibus,vti quiſque plus
gratia valet,propinquorum hæreditates fruendæ relinquuntur. nam Phi
lippus Valeſius regnum adeptus Carolo fratri Valeſiam donauit. Lu-
douicus tamen XII. regno potitus Aureliorum ducatum fiſco vindica-
uit. fallunt enim qui putant Petrum Burboniũ Belocaſij comitem fra-

qqq 2

5 Pauſan.lib.4.

6 Cinus & Bart. in l.imperialis.§.illis de nup.C.

7 Panor. in cap. licet de voto.Ripa in l.quartã ad l.Falc.Bal.in Authẽt. ex teſtamẽto.Calderin.cõſil 9.tit.de feudis. Hoſtieſ.in sũma. §.qualiter.& deciſ.delphi. 476. Oldrad.conſ.94. & 237. Ancaran. conſil.339.

8 anno 1258. & 1283.

tris hæreditatem quam à proauis regibus acceperat, legitimo iure potius quàm Ludouici regis cuius ſororem domum duxerat, conceſſu creuiſſe. quinetiam Suſannæ Petri filiæ quæ Carolo Burbonio nupſerat, idem quod patri licuit Ludouico XII. annuente: ſed ea ſine prole mortua fiſcus prædia regalia vindicauit: Claromontanum, inquam, Aruerniæ comitatum & Burbonij ducatum, tametſi penſionum tabulis non contineretur. quæ res Carolum Burbonium ad defectionem potiſſimùm impuliſſe dicitur. Ita quoque Alenconiorum agris iniecta manus eſt à procuratore fiſci, tametſi Iohannes III. dux Alenconiorum duas filias hæredes reliquiſſet. Quid ita? ne regnum Francorum optimum maximum ſuis partibus quaſi membris auulſis lacerum ad reges perueniret. Iiſdem B ferè legibus Francorum vtuntur finitimi, dux, inquam, Lotharingorum, Allobrogum, Mantuanorum, Cliuiorum. Ac tametſi Germanorum principes omnia feuda ex æquo ferè partiuntur, exceptis Imperij creatoribus: id tamen contra morem maiorum, quos Tacitus ſcribit ad primogenitos omnia prædia iuráque prædiatoria detuliſſe, cæteris pecuniã modo dediſſe. Sic enim Abrahamum feciſſe legimus, quum primogenito ſolidam hæreditatem, cæteris pecunias daret, ſéque viuo à ſe dimitteret. Sed hîc occurret aliquis, vtilius videri maxima Imperia, qualia fuerunt Perſarum, Romanorum, Francorum, Hiſpanorum pluribus diſtribui. ſic enim Auguſtus, Antonius ac Sextus Pompeius Romanorum Imperium tripartitò diuiſerunt[9]. Id quidem probabile videretur ſi imperandi libido iiſdem finibus quibus regiones, terminaretur: ſed nec altiſſima mõtium cacumina, nec profundiſſimæ fluuiorum foſſæ, nec immenſæ Oceani voragines ac gurgites cupiditatum humanarum curſus cohibere poterunt vnquam: neque tum cohibuerunt quominus Sexto Pompeio non tantum Sicilia (quamquam anguſtuiſſima prouincia,) ſed etiam hoc ſpirabile cælum cum vita violatis fœderibus adimeretur: nec Auguſti dominatum ferre potuit Antonius, nec Antonium quamlongiſſimis regionum interuallis diſiunctum tulit Auguſtus. ac ſiquando Imperator Orientis cũ Occidentis Imperatore concordibus animis Romanorum Imperium tenuerunt, id nec diuturnum, & miraculo proximum videbatur. Omitto parricidia teterrima Ottomanorum, quæ pro D Imperio tam multa admiſſa ſunt, vt nec parentes liberis, nec liberi parentibus pepercerint: neque id mirum, cum in exigua Gerborum inſula ſex reges mutuis cædibus annis paulo minus XV. occubuerint. Ac tametſi Galeacius II. ac Banabas concordiſſimi fratres cunabulis ſimul educati, eadem pericula ſæpius adiiſſent, eodem exilio pulſi fuiſſent, eodémque momento reuocati Mediolanum principatum ſic tuerentur, vt à mutuis amplexibus diuelli non poſſent, ad extremum tamen Galeacius fratrem cum liberis omnibus non alia quàm imperãdi libidine inflammatus truculentiſſimè interfecit. Sic Abimelecus ſpurius fratres nouem & ſexaginta vt ſolus imperaret, mactauit. Berdebocus rex Tartarorum fratres XII. conſimili cæde necauit[1]. Sephadinus fratris Saladini filios decem interemit, vt ſolus in Ægypto latè regnaret. Alexandri ſucceſſores mutuis

*Mos antiquiſſimus Germanorum.*

9 Appian.

1 anno 1370.

mutuis cædibus ferè ſemper occubuerunt, vt ne parentibus quidem aut liberis parceretur: nam fratres manu fratrum cadere tam vſitatum fuiſſe ſcribit Plutarchus [2], vt miraculo proximum videretur Legatis Ptolemæi, quod Demetrius cum Antigono patre dextra venabulum tenens à cæde parentis abſtineret. Crudelius etiam Deiotarus qui filios duodecim vno peremit & eodem tempore, vt vnus omnibus ſuperſtes tutò regnaret. At monarchiæ legibus ſemel conſtitutis, ſi vni ſolidum Imperium, ſolida maieſtas tribuatur, cæteri faciliùs in obſequio retineri poterunt: modo ne imperij militaris aut domeſtici ſummam habeant: vt ſapienter reges noſtros antea feciſſe videmus, qui Magiſtrum militum, quem B nos Conneſtabilem vocamus, ex infima nobilitate creauerunt, quales fuere Bertrandus Gueſclinus, Oliuarius Cliſſo, Symo comes Montifortius, qui & ſtrenuè exercitum ducere, & cæteris principibus imperare poſſent, aditum tamen ad regnum ſibi præcluſum viderent. Sic etiam Auguſtus inter arcana Imperij hoc habuit, ne Senatores Ægypto aut legionibus, ſed Equeſtris ordinis homines præficeret. At etiam Turcarum reges eos qui ab Ottomanorum gente originem ducunt, Ebranes inquã, Turacanes & Michaloglos, quàm longiſſime ab omnibus honoribus & imperiis arcere conſueuerunt. Ipſi quoque principes Æthiopum regiæ ſtirpis quos Iſraelitas appellant, vt qui Salomone & regina Saba genus ducere putantur, in Anga monte excelſiſſimo, & in arce munitiſſima C concluſi optimis virtutibus ac diſciplinis imbuuntur: rege mortuo, qui virtute cæteris præſtat, è carceribus ad Imperium acceſſitur. Hoc Abrahami regis Æthiopum oraculo diuino [3] iubente factum memorant, vt reges non tantum puras à parricidio manus haberent, ſed etiam principes à ſtirpe regum perpetua ſucceſſione tuerentur, bellorúmque ciuiliũ non modò periculo, ſed etiam metu patriam liberarent. Nihil eſt enim pernicioſius, quàm principi regali ſtirpe genito magnum imperium militiæ domíve tribuere: cum etiam metuendi ſint qui ex infima fece plebis ad ſummos honores prouehuntur. cum enim Sulimanus Abrahamũ Baſſam omnibus imperiis & honoribus cumulauiſſet, tantis opibus potentiam ſtabiliuit, vt iam ipſi Sulimano metuendus videretur, dormien- D entem necari iuſſit: eo cæſo compertum eſt amplius duodecies millies coegiſſe. Id autem magis in anguſto Imperio quàm latè patenti metuendum videtur: quoniam ciues omnes vno ferè concluſi loco potentioris imperio facilius coercentur. cũ enim Iacobus Appianus Senẽſium princeps Petrum Gambacurtium familiarem honoribus & opibus nimium auxiſſet, ab eodem de Imperio diſturbatus eſt. Sic etiam Callippus Dionem, Brutus Cæſarem, Macrinus Caracallam, Maximinus Alexandrum, Philippus Gordianum, quorum opibus ac potentia creuerant, occiderunt. Quis Agathoclem figuli filium ducem exercitui præpoſitum optimates ac locupletiſſimos quoſque interfecturum, & Syracuſarum Imperium adepturum arbitraretur? ſi ſordidus homo tantùm auſus eſt, quanto cautiùs proſpiciendum, ne principibus maius imperium militiæ domíve tribuatur? Quamobrem teneamus illud quod antea ſæpe dixi-

2 In Demetrio.

3 Franciſc. Aluarez.

mus, ac dicendum ſæpius eſt, ne iura maieſtatis ſubditis etiam extra ordinem, quoad eius fieri poterit, tribuātur. Hoc amplius oportet ab Imperij maieſtate quamlongiſſime fœminas arcere. Eſt enim Gynæcocratia naturæ legibus inimica, quæ viris prudentiam, robur, animi magnitudinem, imperādi vim dedit, fœminis ademit. At etiā diuina lex [4] nō modo Reipublicæ, ſed etiam familiæ dominatum eripuit, cum diſertè fœminas ſub virorum imperium ſubiecit. & quoties Deus opt. max. ſui nominis hoſtes acerbiſſimè vlturum ſe teſtatur, fœminarum imperiis ac legibus ſubditos fore minatur [5], quaſi malorum illud & calamitatum omnium extremum eſſet. Quinetiam Romanorum leges [6] ab omnibus officiis ciuilibus ac muneribus publicis fœminas procul ſeduxerunt: non B tantum ob id quod prudentia vacant, (vt Martianus putauit, cùm ex omnibus fœminis vnam Palladem Iouis cerebro genitam matre caruiſſe diceret, vt intelligeretur ſapientiam à fœminis manare non poſſe:) ſed etiam quod virilia munera fœminarum ſexui ac pudori contraria ſint. Nec vlla res Senatum Romanorum magis perturbauit, quàm quòd Heliogabalus Imperator matrem in Senatum induxerat, non vt ſententiam diceret, ſed vt ſanctiſſimum ciuitatis cœtum contueretur. quod & maioribus noſtris nouum viſum eſt, cum Mathildis Arteſiorum comes Senatu Roberti Arteſij cauſam iudicante affuiſſet. Quòd ſi abſurdnm ac ridiculum videtur virorum muneribus ac cœtibus implicari fœminas, multò abſurdius videri debet, ea quæ ad Imperij maieſtatem pertinent, C fœminarum libidini patere: abſurdiſſimum ſceptra tenere. Primum enim de duobus alterum, aut connubio iungetur fœmina, aut per ſe ipſa imperabit: ſi nupſerit Gynæcocratia tamen eſt: quoniam ea lege nubit vt penes illam ſint maieſtatis & Imperij iura, non autem penes maritum. Id enim diſertè exceptum eſt, cum Iſabella Caſtulonum regina Ferdinādo Aragonum regi nupſit: ídque repetitum in nuptiis Philippi principis Hiſpaniarum & Mariæ Anglorum reginæ: quod etiam cautum erat in tabulis connubialibus Sigiſmundi Imperatoris Germanorum, & Mariæ Pannoniarum reginæ, quam ſubditi regem Mariam appellabant. Quæ leges iniquiſſimis conditionibus latæ ſunt, propterea quod maritus qui iure naturæ caput eſt familiæ, ac domeſticum imperium habet, mulie- D bribus imperiis publice ſeruire cogitur: quia domeſticum imperium nihil cum publico cōmune habet [7]. cum enim Fabius max. is qui Cunctator eſt appellatus, equo vectus ad Conſulem filiū accederet, ab eo deſcēdere iuſſus eſt, quem tamen patria poteſtate [8] occidere indicta cauſa potuiſſet. Quod ſi regina nuptias recuſarit, quæ veriſſima Gynæcocratia dicitur, Rempublicam in ſummo diſcrimine verſari neceſſe eſt: quoniam magno ac forti animo ſubditi muliebre Imperium & contumelioſum, nec diu tolerandum ſibi putabunt, ſed alij quidem ſexum, alij fœmineas libedines, alij muliebrem impotentiam & ſermonibus & ſcriptis irridebunt. nihil eſt autem ciuitati pernicioſius, quàm eos qui maieſtati præſunt, à ſubditis contemni. At fœmina contumeliarū impatiens vltionem repoſcet: quod ſine ciuili tumultu fieri non poteſt. Quòd ſi quem è ſubditis o-

*Gynæcocratiæ incommoda.*

4 Geneſ. cap. 2.

5 Eſaiæ 8.

6 l. Fœminæ. de reg. iu. l. cu prętor. de iudic. l. 1. de poſtulando.

7 l. nam quod attinet ad Trebel.

8 In ſuis de liberis & poſthu.

ditis opibus & honoribus cumulauerit, vti quiſque gratioſiſſimus erit, ita inuidioſiſſimum fore neceſſe eſt. Ac cùm difficile ſit in eo genere caſtiſſimas decus & exiſtimationē tueri, tum verò reginas ipſas ab impudicitiæ fama vindicare difficilimum. quis enim facem ardentiſſimam in altiſſima ſpecula latere putet? quinetiam fœminis natura quodammodo inſitum eſt vt procorum numero & certaminibus paſcantur. Quod ſi tanta eſt ſubditorum ignauia, tantus ſtupor, vt per ſummam cōtumeliam ac dedecus fœminam Reipublicę gubernacula torquere patiantur, ſingulos etiam domeſtico fœminarum imperio teneri neceſſe eſt. quod enim publice licet, priuatim ſemper licebit. Quamobrem Perſarum optimates
B rogationem tulerunt ad Darium Ahaſueros, vt Vaſtidis ſuperbiam ſeueriſſime coerceret, ne vnius arrogantia cæteras ab officio reuocaret. Et quemadmodum familiæ perturbantur in quibus fœminæ maritis imperant: ſic etiam Reſpublica diſturbatur, quæ fœminæ dominatu tenetur, etiamſi prudentiæ famam aſſecuta fuerit: quanto magis ſi nec libidines domitas habere, nec cupiditates coercere poſſit? Nemo eſt, opinor, qui neſciat quales tragœdias de ſe ipſa excitauerit Ioanna, quæ ab impudicitia Lupa dicta eſt, Neapoleos regina. tres enim reges eoſdémque maritos crudeliſſimis parricidiis interfecit, eodémq; ſupplicio eſt affecta. Omitto Semiramidis nefandas libidines, & qua fraude dominatum Aſſyriorū inuaſit: nam cùm à rege diurnum modo Imperium efflagitaſſet, regem
C necari iuſſit. Quid Atalia? quæ cæſo ab hoſtibus marito rege Iudæorum, vt Imperium retineret, regiam ſtirpem vno fuga dilapſo deleuit, ac tandiu ſceptra tenuit, quoad populi furore trucidaretur. Conſimili ſcelere Cleopatra, vt Ægypti regno ſola frueretur, fratrem interemit. Zenobia quidem & Hirene quum Orientis Imperium inuaſiſſent, gynæciorum ergaſtulis à principibus concluſæ ſunt. Nec vero populus tam perditæ inertiæ quiſquam fuit, vt Gynæcocratiam probarit, etiamſi nonnulli fœminarum imperia tulerunt: vt Neapolitani, qui Conſtantiam poſtremam gentis Normanorum qui Neapolim tenuerunt: deinde Iolam Ioannis Brenni F. quæ quum iure ſucceſſorio idem regnum adepta fuiſſet, Friderico II. Imperatori nupſit: at Fridericus regnum illud Manfredo na-
D turali filio dono dedit, cuius filia Conſtantia Aragoniæ regi nupta faces diuturni belli principibus Chriſtianis iniecit, quæ non niſi fortiſſimorū virorum cruore largiſſime fuſo reſtingui potuerunt. At cum Senatus Cardinalium Rempublicam Chriſtianam, ac potiſſimum Italiam tot ac tantas clades, tot bella pertuliſſe intelligeret, ídque propter Gynæcocratiam, perpetua lege vetuit, ne deinceps ad fœminas Imperium Neapoleos perueniret: vt quidem exceptum eſt tabulis fidelitatis ac poſſeſſionis, quam accepit Alphonſus rex Aragonum M.CCCCXLV. ídque repetitum Ferdinando rege inaugurato M. CCCCLVIII. ne ſcilicet fœminis ad regnum aditus pateret, quandiu maſculi etiam collaterium propinquorū ſuperſtites eſſent ad quintum vſque propinquitatis gradū. Sed iam labes illa Gynęcocratiæ Hungariam ac Poloniam peruaſerat, cum ſcilicet Maria Hūgariæ & Hedvvigis Poloniæ regna Ludouici patris ſucceſſione ad

ſe delata ſuſcepiſſent. Iiſdem ferè temporibus Maria Volmara Noruegię, Sueciæ ac Daniæ ſceptra tenuit. pòſt etiam Iſabella paternũ Caſtiliæ regnum creuit, non ſine murmure populorum, quippe qui fœminarum imperia nunquam ſe pertuliſſe quererentur. At cum Iſabella Socinam Alphonſi filiam Caſtiliæ regnum ad Silonem maritum eodem exemplo detuliſſe diceret, repoſuit populus, vi potius quàm iure id factum [9]. quæ diſceptatio Iſabellam ad Ferdinandi connubium optandum celeriùs excitauit. Ac tametſi Henricus Caſtiliæ rex Imperium ad Ludouicum IX. Francorum regem iure materno pertinere moriens teſtaretur, ac principes Hiſpaniæ communi conſenſu Ludouicum accirent, & quidem literis ſigillo cuiuſque comprobatis, quę adhuc in archiuis publicis extant: B iure tamen Ludouicus id fieri poſſe negauit. Quibus autem fraudibus Iſabella Caſtiliæ ſceptra extorſerat, iiſdem Ferdinandus Leonorę F. deinde Barcinonum comes qui Petrouillam regis Aragonum filiam domum duxerat, Arragonēſe Imperium occupauit. Eadem Gynæcocratiæ peſtis Nauarræ dominatum corripuit Henrico Largo Campaniæ comite, qui regis Nauarræ filiam ſibi deſponderat, cuius item filia Ioanna Philippo Bello regi Francorum nupta Campaniæ ac Nauarræ ditionem ad regem detulit. ſed Philippi Belli maſcula prole ſublata, rurſum Nauarræ ditio trium fœminarum iure ad Eboracenſes, Albretenſes, Fuxæos, Burbonios delapſa eſt. certè quidem quadringentis paulo minus annis regnum illud ad principes ſeptem peregrinos reginarum maritos tranſlatum vide- C mus. Regnum autem Britannorum etſi Domitiani temporibus ad fœminam perueniſſe legimus [1], mille tamen & quingētos amplius annos fœminarum imperia nulla pertulerat, quouſque Maria Eduardi V. regis Anglorum ſoror fratris Imperium excepit, decimo ferè pòſt anno quàm Maria Iacobi V. regis Scotorũ F. regni gubernacula ſuſcepiſſet, quæ prius ad centum & quinque reges ſemotis fœminis delata continua ſerie fuiſſe legimus. At etiam Bitrico rege vxoris veneficio quondam ſublato Senatus populúſque Scotorum ſempiterna lege vetuerat regum vxores reginas appellari, aut publicè maritis aſſidere. Illud tamen ſingulari nota dignum, quod eiuſdem nominis fœminæ quatuor ad Gynęcocratiā aditus apud Pannones, Danos, Noruegios, Suecos, Anglos, Scotos aperuerunt. D Mathildis quidem Hērici I. F. regni Anglici iura ad comites Andium antea detulerat, ſed id propterea factum eſt cum mares propinqui etiam à ſtirpe remotiores nulli amplius extarent, & maſculus ex fœmina Stephano Bononienſi regi ſucceſſiſſet, vt nulla fuiſſe Gynæcocratia videretur. Qua ratione Eduardus III. rex Anglorũ recta Salicæ legis interpretatione Francorum Imperium ad ſe pertinere contendebat, quia tametſi Iſabella Caroli Belli ſorore genitus eſſet, proximus tamen erat, & quidē maſculus. quæ interpretatio repudiata eſt à Senatu Francorũ, quandiu quiſquā agnatus eiuſdē nominis ac gētis ſuperſtes eſſet. etenim Carolus V. Imperator regi Daniæ Chriſtierno ſororē deſpōdit, hac lege tabulis connubialibus inſcripta, vt ſi mares agnati regiæ ſtirpis nulli amplius extarent, filiæ primogenitę regia ſceptra darentur. ſed ea lex iura ſuffragiorũ ordinibus

[9] Rodericus & Guiciard.

[1] Taci. in vita Agricol.

nibus eripere nullo modo poterat. ac tantum abfuit vt priuatũ illud pactum regis creãdi libertatẽ Danorũ principibus adimeret, vt etiã regem ipſum Imperio ſpoliatum eiicerent. Poloni quoque mortuo Sigiſmundo Auguſto, & ſorores ipſius, & Suecorum principem impuberem ſororis filium ab Imperio depulerunt. Ac tametſi perniciosũm ſit reges ſuffragio creare, tolerabilius tamẽ eſt quàm perpeti Gynæcocratiam: quoniam ſi regina peregrino principi nupſerit, peregrinis legibus, peregrina religione, peregrinis inſtitutis populum imbuet, ac peregrinis honores & imperia largietur. Sed, inquies, reginã ciui nubere oportet: id quidem commodius videtur, ſed res eſt inexplicabilis: quia nec facilè ad ſubdito-
B rum nuptias fœminæ principes delabuntur, nec ſine potentiorum odio & inuidia iis quos adamauerunt, nubere licet. Quid ſi ab eô ciue quem concupiat repudietur? id enim noſtra ætate contigiſſe videmus, Mariam ſcilicet Anglorum reginam à comite Ducherio Cortenæorum gentili, quem carceribus ereptum ardenter amabat, quémque ſibi deſpondere cupiebat, ſpretam fuiſſe, cùm hic Elizabethæ ſororis nuptias ambiret: quæ res illi exilium, ac tandem etiam exitium dicitur attuliſſe: tametſi à regibus Francorum paternam, à regibus Anglorum maternam originẽ duxiſſet. Neque enim vlli extant qui paternum genus ad reges Anglorũ referre poſſint, præter comitem Vorceſterum Somerſetum, cuius filius non [2] ita pridem Caroli IX. regis filiam è ſacris lotionibus excepit. hic [2] anno 1573.
C enim à Ioanne Mortiniaco Eduardi III. regis Anglorum F. ſtirpem traxit, non tamen iuſto connubio. Ac tametſi fama increbruit [3] Hutinctonem [3] anno 1565.
comitem in comitiis Anglorum regem deſignari oportere, eíque ſubſtituendum ducem Norfolcium, quod hic quidem gratioſiſſimus ac locupletiſſimus, ille verò materno genere ab Anglorum regibus ortus eſſet: cum tamen regina intelligeret occulte id agi per Legatos, ne quis finitimorum principum reginę nuptias appeteret, ac tanti regni opes cum ſuis coniungeret: (quod ſine vicinorum pernicie aut periculo fieri non poſſe videbatur,) ipſa per Legatos principibus denuntiauit ſe iura maieſtatis dignitatíſque ſuæ nunquam ita depreſſuram, vt ſubditorum nuptiis inquinari ſe patiatur: ſed peregrini principis, qui nec opibus, nec potentia fini-
D timis nocere poſſet, delectum habituram. Nec multo pòſt cum Ferdinandus Auſtriæ dux in Angliam Legatos miſiſſet, regina nuptiis libentiſſime aſſenſura videbatur: ſed pactis connubialibus primo capite cautum erat ne Romano ritu ſacra fierent in Anglia: ne rex appellaretur qui reginam duceret: ne magiſtratus, ſacerdotia, imperia, curationes cum peregrinis communicarentur: ne regina moriente maritus ſuperſtes quicquã de regno delibaret, aut ſuum dicere poſſet. quæ cum duci minime toleranda viderentur, aut quod verius eſt, cùm populo ac reginæ minus gratum ſe fore diffideret, re infecta Legati diſceſſerũt. Nihil autem ab ordinibus Anglorum tam anxiè ac ſæpius petitum eſt, quàm vt regina nubere, aut Imperij ſucceſſorem deſignare vellet: quippe qui ſatis intelligũt prudentiſſimæ principis occaſu incerto ſucceſſore bellis ciuilibus regnũ vehementer perturbatum iri: nec tamen reginam ſine periculo ſucceſſo-

rem deſignare poſſe. Iiſdem periculis iactata fuerat Anglia ſub imperio Mariæ huius ſororis, cui tametſi connubium Philippi Caſtiliæ principis placuiſſet, primo tamen capite exceptum eſt, ne quis peregrinus honores ac magiſtratus adipiſceretur: quarto capite marito interdictum, ne reginam niſi conſentientem, néve liberos communes extra fines Imperij ſeduceret: illud etiam ſanctius cautum, vt iura maieſtatis omnia, & quidẽ in ſolidum penes eſſent reginã, ne marito quicquam ex iis decerpere liceret, ne leges, edicta, reſcripta, beneficia niſi regina iubente vim vllam haberent. his conditionibus, quas ordines in comitiis ratas habuerũt [4], pactæ ſunt nuptiæ. Illud amplius ex literis Noualij Legati didicimus exceptum fuiſſe, ne quis Hiſpanus arces Imperio ſubditas pręſidio teneret: ne item milites Anglos Hiſpanis conſcribere, aut extra fines Imperij Anglorum exercitum educere liceret. Ac tametſi legibus iniquis princeps Imperiis, opibus, ætate, gratia, propinquitatibus florentiſſimus ac potentiſſimus vetulæ nupſiſſet, (neque enim vxorem duxiſſe videbatur:) nihilominus Angli patienter ferre non poterant Hiſpanos, quibuſcum tamẽ nullæ vnquam inimicitię, & ſumma ſemper interceſſerat neceſſitudo. At Carolus v. Imperator cum omnia prudenter proſpiceret, ac metueret ne filio, quem vnicum in ſpem tanti Imperij ſuſceperat, inſidiæ ſtruerentur, obſides Anglos quinquaginta, quandiu Philippus in Anglia fuiſſet, ſibi dari petierat: nec tamen id obtinere potuit. Sed vt regina principem cuius nuptias optabat, in Angliam maturius acciret, aureorum nummûm trecenta millia ad eum miſiſſe dicitur. Nec multò pòſt quàm Hiſpani in Angliam appulerant, mille ſupra quingenti ciues religionis ergo in exilium abierunt. Quinetiam fama percrebuit Anglos occultis coniurationibus Hiſpanos vno tollere & eodem momento decreuiſſe, quod Angliæ dominatum connubij ac religionis ſpecie affectarent. nec vero dubium eſt quin aut Hiſpani tyrannidem, aut Angli Hiſpanos inuaſuri fuerint, niſi reginæ occaſus Imperio valde ſalutaris vtrorunque cœptis finẽ attuliſſet. Neque enim ſperandum eſt vt peregrinus princeps à periculis tutus eſſe poſſit, niſi validiſſimo præſidio ſeipſum in primis, deinde arces munierit. qui autem opibus ac potentia cæteris omnibus præſtat, penes eundem iura maieſtatis & ſummam Imperij eſſe neceſſe eſt: quam vt diutius tueatur, ciuibus imperia, ſacerdotia, curationes, exercitus eripiet, vt iiſdem peregrinos cumulare poſſit: quo nihil populis omnibus acerbius, minúſque tolerandum videtur. Non enim multitudine exemplorum, quibus abundamus, id confirmare neceſſe eſt: ſed domeſtica recordor. cum enim Vilelmus Neapoleos ac Siciliæ rex hominem Gallum Primicerium feciſſet, tanta iracundia populus exarſit, vt Gallos ferè omnes vna coniuratione necauerint. Quod ſi peregrini principis domeſticus ciuem occiderit, aut impotenti libidine quid fecerit, peregrinis omnibus exitium impendet. Hardicanutus rex Danorum Angliam ſub Imperiũ ſubiunxerat, exercitúque potentiſſimo populum oppreſſerat, vna tamen coniuratione Danos omnes interemerunt Angli, nec multo pòſt regem ipſum veneno ſuſtulerunt [5]. Conſimili ferè caſu Poloni Hungaros, quorum

4 anno 1554. Aprili menſe.

5 anno 1041.

rum regem ſibi cooptauerant, ob vnius Poloni interempti necem occidiſſent, niſi Cracouienſi arce tuti fuiſſent: nec tamen tumultus antè conquieuit, quàm Hungari arce relicta domum rediiſſent[6]. Crudeliùs etiã cum Auſtriacis actum eſt: nam cum Sigiſmundus Mariam Ludouici filiã duxiſſet, ac iure mariti regnum arbitratu ſuo modorari vellet, ſocrus ambitioſiſſima generum dominãtem ferre non potuit, ſed eum regno exegit: ac iam Legatos in Galliam mittere cogitabat, vt regnum Imperio Francorum ſubiiceret: niſi Hungari Carolum Mariæ reginæ patruum regem Neapoleos ſupplices accirent, qui non prius regni gubernacula ſuſcepit, quàm reginæ mater nihil metuentem interfici mandauit: nec

[6] Cromer. in hiſtor. Pol.

B multò pòſt parricidio conſimili cæſa eſt, & in flumen Croatiæ Præfecti coniuratione demerſa. Tum Sigiſmundus cum exercitu reuerſus Hungariam occupauit, ac cædibus ciuium factionis aduerſæ omnia compleuit. Sed ad domeſtica redeo, & ad ea vulnera quæ recẽter illata leuiſſimo tactu recrudeſcunt, nec ſine acerbiſſimo gemitu tractantur. Franciſcus dux Andium ad Belgarum ſceptra moderanda accerſitus venit, & maximis gratulationibus acceptus eſt: ſed cũ nulla præſidia, nullas arces, nullas vrbes haberet, nec meis rogationibus (qui futura proſpexerã) id effici potuiſſet, ingens ſecuta clades eſt, quam ſine dolore meminiſſe non poſſum. Rurſus Franci cum Scotis fœderibus ſanctiſſimis antea ſemper cõiunctiſſimi fuerant, & vtrique veteres cum Anglis communes inimici-

C tias diutiſſime exercuerant: cùm tamen Maria Scotorum regina Franciſco Delphinati Frãcorum nupſiſſet, ac Franci leges Scotorum populis dare conarẽtur, Scoti ſupplices Anglorũ patrocinio ſe ſubdere, quàm peregrinorum imperium perpeti maluerunt, nec prius Francos Anglorum opibus & auxiliis coniunctis inſequi & obſidere deſierunt, quàm Franci omnes pacis conditionibus acceptis de Scotia deceſſiſſent. Hîc omitto quot & quantæ calamitates Mariæ principis illuſtriſſimę connubia ſecutæ ſint. Nec vero ſperandum eſt reginarum illuſtrium cupiditates à peregrinis principibus coerceri poſſe. Si enim vxores repudiare velint, prius exulare neceſſe eſt. Quis enim Marco Aurelio Imperatore moderatius vnquam ſe geſſit? cum tamen vxoris impudicæ libidines nimis patien-

D ter ferret, amicis repudium ſæpe conſulentibus reſpondit, dotem prius reddi oportere: quippe Imperio Romano quaſi iure dotali vti frui videbatur, cum Fauſtinam Imperatoris Antonini filiam duxiſſet. Hoc etiam incommodi habet peregrini principis connubium, quod finitimi reges ac populi quaſi proci mutuis contentionibus ac diſſidiis de alieno Imperio certant, ac ſæpe reginam à nuptiis auertunt, interdum etiam illata vi compellunt: vt proci Vendæ Ruſſiorum reginæ, cum diutiſſime de nuptiis inter ſeipſos dimicaſſent, victor quod precibus ac blanditiarum illecebris non potuerat, armis ſe adepturum putauit. ſed illa voragine aquarum vitam maluit quàm vi pudicitiam amittere. neque enim tam facilè reginarum quàm regum cõnubia conciliantur: hi enim pictis tabulis ſępiſſime falluntur, illæ ſpirantes homines contueri, alloqui, tentare diu volunt, ac ſæpiſſime viſos reſpuunt. Neque enim Iſabella Caſtiliæ regina

Ferdinando priùs nubere voluit, quàm os principis aſpexiſſet: nec Elizabetha Anglorum regina vllius oratione adduci potuit, vt cuiquam connubium promitteret, niſi præſenti. Et quidem Henrico regi Suecorum diuturna Ioannis fratris, qui nunc imperat, legatione Elizabetham Angliç reginam ad nuptias petenti reſponſum eſt, de omnibus principibus, cui poſt Deum immortalem plus deberet quam regi Suecorum, eſſe neminem: quod vnus extitiſſet, qui Elizabetham è carceribus ad regnum depopoſciſſet, id tamen apud ſe decretum, principi ſe nemini nupturam, niſi quem antea videre licuiſſet. Idem quoque duci Auſtriæ regales nuptias petenti repoſuit. quæ res connubij ſpem, quam vterque cõceperat, fefellit: cum vterque metueret ne coniugij repulſam præſens pateretur, B
nec ſine dedecore domum reuerti cogeretur: vt poſtea contigit Franciſco Andium duci eaſdem nuptias ambienti, qui tametſi bis in Angliam traieciſſet, & legationibus honorificis ac diuturnis reginam ſibi deſponſam putaret, inani tamen ſpe lactatus re infecta diſceſſit. At iſto modo iura gentium omnium violantur, quæ vxores maritos ſequi iubent, ac proptere a mariti vxores domum ducere dicuntur, quinetiam ſi maritus domicilio careat, &, vt loquitur Homerus, ἄπολις ἐὼν καὶ ἀνέστιος, eum tamen vxor conſequi ac iuriſconſultorũ[7] Theologorúmq;[8] omniũ cõſenſu, reuereri iubetur[9]. ad hęc, fructus dotis imò bonorũ omniũ vxoris ad maritũ pertinent[1]: nõ tantùm quæ ex prædiis ipſis, verũetiam quæ fiſcali iure obueniũt ex bonis damnatorũ, etiãſi prædia proſcripta millies dote ipſa C
vtiliora ſint ac meliora, dominio tamẽ ac proprietate marito quærũtur[2], vt fructus omnes dotales ac iura quoque patronatus[3]. quod non ſolum de priuatis, ſed etiam de regibus ipſis proditum fuiſſe videmus: vt ſi peregrinus reginam duxerit, regni fructus ad maritum pertineãt[4], tametſi iura maieſtatis ac regnum ipſum penes ſit vxorem. Sic enim iuris interpretes[5] quos habemus, definiunt, Iſabellæ ac Socinæ exemplo. Illud amplius iure feudatorio cauetur[6], vt clientes ac vaſſali maritis prius auxilio ſint quàm vxoribus, ſi vtrique periculum adierint. Quæ tamen iura cùm his conditionibus ac legibus quas peregrini principes ab vxoribus accipere coguntur, vehementer diſcrepant ac repugnant. Iam verò decus ac dignitas, generíſque nobilitas ac familiæ ſplendor à viris tota pendet[7]. D
ídque adeò verum eſt omnium populorum moribus ac inſtitutis, vt fœminæ illuſtres, quæ maritis obſcuræ familiæ nupſerint, partam nobilitatem amittãt[8], nec liberi vllum nobilitatis decus à matris origine ſibi vindicare poſſint: etiam, inquit Ancaranus[9], ſi regina ignobili marito nupſerit: cuius ſententiam cæteri quoque iuris interpretes ac magiſtri[1] tuentur. Hæ igitur tot ac tãtæ abſurditates Gynæcocratiam ſequuntur, quę inde cepit originem, quod qui prole maſcula deſtituerentur, filias feuda

7 Cuneus & Albericus in l. obſeruare § proficiſci. de offi. Procõſ. gl. in c. vna quæq. 13 q. 2. & in ca. ſi quis in neceſſitate. 34. q. 2. & in ca. 1. qui accuſare. & ibi Hoſtiẽſ. Panor. Odofred. in l. 1. de vxor. milit. C. Bart. in l. qui manumittuntur. de operis lib. C. Bald. Ang. Rom. Alex. in l. ſi cum dotem. §. ſi maritus. ſoluto matri: Innoc. Hoſtiẽſis, Panor. Antonin. Card. vterq. in c. de illis ext. de ſpõſal. & in c. 1. de coniug. leproſor. Aufrerius in deciſ. capel. Toloſ. 86. Io. Lup. in reperi. c. per veſtras. § 9. num. 13. de donat. inter virum.
8 Aſteſanus theolog. in ſũma lib. 8. tit. 10. artic 2.
9 l. 1. § cũ autẽ. de rei vxor. actio. C. & l. alia cauſa §. vlt. ſoluto matri.
1 l. doce ancillã. de rei vind. C. l. dotis. l. plerũque. de iure dotiũ. l. pro onerib. eo. C.
2 ſæpiſſi. iudicatũ in Curia Pariſ.
3 cap. olim c. cũ Bertoldus de iure patronat.
4 Bal. in c. ſignificante de reſcrip. col. 2. & ibi And.
5 Palat. Riuius in cap. per veſtras §. ſuccedit. nu. 10.
6 Alex. in c. 1. in fine. an maritus ſuccedat vxori in l. feudor. arg. l. ſi quis in graui §. ſi cu omnes ad Syllanianũ. & l. aut qui aliter §. ſed & ſeruus quod vi aut clã. l. in rebus. de iure dot. C. Palat. Riuius in cap. per veſtras de donat. inter virum nu. 11.
7 l. fœminæ de Senator. l. cũ te. l. vlt. de nupt. C. l. Fulgo. Caſtrẽſis Belouiſius. in l. iuris ſacrorum C. col. 4. & coſil. 26. Cæpola in tract. in leg. 1. colum. 1. vlt. de incolis. C. & c. vbicunq. de pœnis lib. 6. Bar. in l. 1. col. 7. de in ius vocan. C. Plat. in l. 1. col. 2. de dignit. C. Bartol. Iaſõ in l. vlt. de verbor. ſignif. C. text. in l. cũ legitimæ. de ſtatu hom. ff. l. eos. l. exemplo. l. nullus. de decur. ff. Iacobus Lucius. §. idẽ de muneribus. Panormi. in cap. ſuper eod. 2. col. 1. de teſtib. Lucas Penna in l. in ſacris. col. 3. de proxi- Guido conſil. 217 & deciſ. 196. & 349. & 379. 8 Bart. in l. 1. de dignit. C. col. 5. Plat. eod. col. 2. Corne. conſil. 55. lib. 1. lib. 4. col. vlt. 9 Ancaran. conſil. 339. col. 3 pro malo & conſi. 489. 1 Florian. in l. qui teſtamentum. de probat. de imperat. milit. elig. 22. oppoſ. Raymundus in tractat. nobilit. q. 5. Felin. in cap. ſuper eo. de teſtibus. Platea de dignit.

capere

capere maluerunt, quàm qui gentiles non eſſent. poſtea dignitates cum
fœminis communicari cœperunt. Et cum ſemel comites ac duces dici
cœpiſſent, tandem etiam regum inertia dicam an vecordia in iura maie-
ſtatis inuolarunt: tametſi feudatorio iure cautum [2] eſſet, ne ad fœminas
feuda peruenirent, etiamſi nulli mares agnati aut cognati, aut vllo gra-
du propinqui ſuperſtites eſſent, niſi diſertè feudalibus tabulis id cōprę
henſum fuiſſet. At Salica lex nulla conditione fœminas ad feuda perue-
nire patiebatur. quæ lex non recens eſt ac noua, vt nonnulli putant, ſed
antiquiſſimis Saliorum tabulis conſcripta [3] & conſignata. Verba legis
ſunt, DE TERRA VERO SALICA NVLLA PORTIO HAERE-
B DITATIS MVLIERI VENIAT, SED AD VIRILEM SEXVM
TOTA TERRAE HAEREDITAS PERVENIAT. At etiam Chil-
deberti regis Francorum edicto, quod legibus Salicis cōprehenſum eſt,
quo quidem nepotes ad auorum ſucceſſionem in ſtirpes vocantur, fœ-
minæ procul ſummouentur. Et quidem ſi Salica lex nulla fuiſſet, cùm
de ſumma Imperij inter Philippum Valeſiorum comitē & regem Edu-
ardum certaretur, ac Philippus legem Salicam, legē Voconiā, Eduardus
verò legibus hæreditariis Romanorum ſuæ cauſę patrocinium tueretur,
Senatuſconſultum de patrum ac principum omnium conſenſu factum
eſt, ne quis in ea diſceptatione peregrinarum legum auctoritate vtere-
tur, ſed legem quiſque Salicam pro ſuo iure interpretari ſtuderet. quid
C ita ſi lex Salica nulla fuiſſet? Ac tametſi mortuo Ludouico Hutino, dux
Burgundionum Hutini filiam ad ſceptra vocaret, eius tamen ſententia
ordinum omnium ſumma conſenſione repudiata [4] eſt, cum Lutetiæ Pa-
riſiorum conuentus haberentur. Quibus temporibus Baldus legem [5] Sa-
licam vocabat IVS GENTIVM GALLORVM. Nec ita pridem Bur-
degalæ cum inter nobiles quoſdam de iure gentilitatis ageretur, teſta-
mentum vetuſtiſſimis conſcriptum literis prolatum eſt, quo quidem te-
ſtator filiis maſculis terram Salicam diuiſit: quod iudices de prædiis feu-
dalibus interpretati ſunt. Quo iure Germani antea ſemper vſi ſunt, quo-
uſque Fridericus II. Imperator Auſtriæ genti pro ſingulari beneficio cō-
ceſſiſſet, vt ſi mares liberi ſuperſtites nulli fuiſſent, hæreditatem Auſtri-
D acæ domus fœminis cernere liceret. Sed quoniam Imperator contra lē-
ges Imperiales, contráque morem Germanorum ſua voluntate id fecē-
rat, Othocarus rex Bohemiæ iure propinquitatis ducatum Auſtriæ de-
popoſcit exercitu aduerſus Radulphum conſcripto, qui conceſſu Fride-
rici ad ſe pertinere contendebat. id poſtea Bauaris quoque principibus
tributum eſt. Sed vt feuda fœminis tribuantur, quid habent prædia cum
iure maieſtatis commune? Quacunque tamen vecordia principes ac
populi obſtupuerint qui Gynæcocratiam pertulerunt, Franci nihilomi-
nus ab iſta fœditate ſeipſos hactenus vindicarunt beneficio Salicæ legis,
quæ tametſi Philippi Valeſij & Caroli Belli principatu vexata eſt, nun-
quam tamē Clotarij & Sigeberti filiæ ſceptra huius Imperij ad ſe vllo iu-
re pertinere putarūt. Quamobrem Baldus noſtri iuris [6] æque ac Romā-
ni peritus, Burboniæ gentis maſculos etiam milleſimo gradu à ſtirpe rē-

2 cap. 1. 5 filiæ de ſucceſſ. feud. cap. 1. quid ſit inueſtitura.

3 In cap. de Allode, & in cap. de matrimonio ad Morganaticam.

4 In hiſtoria Nagi. & Seſelli.

5 In l. ſi plures de cōdit. inſertis. C.

6 In l. centū. vir. de leg. [illegible]

motos prius ſceptra Francorum adepturos ſcribit, quàm fœminis locus vllus relinquatur. Quæ iura populos omnes exceptis admodum paucis, antea ſemper amplexos eſſe videmus. Et certè principes Allobrogum Salicæ legis autoritate fœminas ab Imperio ſemper depulerunt. etenim Conſtantiam ducis Allobrogum filiam à patruo de Imperij iure certante [7] iudicum ſuffragiis ſummotam fuiſſe legimus. Non tamen dubito quin plerique imperia muliebria perhorreſcant, qui tamen reipſa fœminarum libidini obſequentiſſimos ſeſe præbere non dubitant. Nihil autem refert, vt Cato dicere ſolebat, vtrum ad fœminas Imperij ſumma deferatur, an verò Imperatores ac reges fœminarum imperiis ac libidini obſequantur [8]. Cum igitur planum ſit, opinor, monarchiam cæteris ciuitatum generibus præſtare, & in monarchiarum genere regale Imperium, inter reges eos qui à ſtirpe regum ducuntur: denique in regia ſtirpe proximum quenque cæteris anteferendum, & iura maieſtatis ſummoto muliebri ſexu indiuidua eſſe oportere: poſtremum eſt vt illud etiam diſſeratur, præſtétne regale ciuitatis genus harmonica an verò geometrica vel arithmetica iuſtitiæ proportione gubernari. Neque enim operis concluſio ſiue ad vtilitatem fructuoſior, ſiue ad animi voluptatem iucundior vlla eſſe poteſt quàm de iuſtitia: qua quidē Rerum omnium publicarum, poſt Deum immortalem, fundamenta nituntur, vt Plato rectiſſimè libros de Republica diſputationem de iure ac iuſtitia appellaſſe videatur.

7 anno 1256.

8 Ariſtot. lib. 2. cap. 6. politicon.

B

C

*De tribus iuſtitiæ generibus proportione geometrica, arithmetica, & harmonica conſtitutis, quæq; ſit earum ad vnius principis populíve, aut optimatum Imperia ſimilitudo.*

## CAPVT. VI.

EX his quæ hactenus de optimo ciuitatis genere diſputata ſunt, perſpicuū fit regale ciuitatis genus, quod proximo cuiq; totum quantumcunque eſt, obuenit, præſtare quidem cęteris omnibus: ſed ad conſummatam ſui perfectionem harmonica iuſtitiæ temperatione conglutinatum eſſe oportet, id eſt populari quadam & optimatum ſimilitudine moderatum. quemadmodum monarchiæ ſtatus quidem ſimplex non concretus aut confuſus, gubernandi tamen ratio triplici genere temperata dicetur. Quæ quoniam obſcura videri poſſunt, nec vllius, quātumquidem memini, ſcriptis aut diſputatione concluſa, enitendum nobis eſt vt perſpicua demonſtratione intelligantur. Iuſtitiam appello pœnarum ac præmiorum, & earum rerum quę cuiuſque propriæ ſunt, æquabilem diſtributionem, quam Hebræi Credata peregrina voce, vt ab iuſtitia diuinitus homini tributa quam ipſi Tſedaca vocant, ſeiungatur. his etiam ducibus in hoc religioſiſſimum & auguſtiſſimum iuſtitiæ templum ingrediendum nobis eſt. Illa vero diſtributio æquabilis quam quærimus, æqualium ac ſimilium rationibus modicè cōfuſis, id eſt ex harmonica proportione exiſtit. Cùm enim Plato opti-

D

to optimam Reipublicæ formam eſſe iudicaret, quæ ex Imperio populari ac tyrannide conflatur, à ſe ipſe tamen diſſentiens ciuitatem non tantum ſtatu, ſed etiam gubernandi modo popularem fecit: quippe qui ciuium omnium multitudini legum ferendarum, magiſtratuum creandorum, belli indicendi, pacis iubendę, præmiorum denique ac pœnarum irrogandarum poteſtatem dedit. Ad hunc modum ciuitate conſtituta beatam fore negauit, niſi geometrica proportione gubernaretur. Putabat Deum huius mundi antiquiſſimum temperatorem, quem ad imitãdum optimus quiſque legiſlator ſibi proponere debet, geometrica proportione omnia tueri. Illud autem ſæpius iactare ſolebat. ἀεὶ τὸν θεὸν γεωμετρεῖν [1], quæ B tametſi Platonica ſunt, nuſquam tamen in Platonis ſcriptis comperiuntur. At populare Imperium à Platone çonſtitutum geometricis rationibus plane contrarium eſt: quia populus rerum omnium æqualitatẽ conſectatur: æqualitas autem arithmeticis quidem rationibus congruit, geometricis nullo modo. Et quoniam Xenophon Platonis æmulus æqualitate arithmetica ciuitates cõſtitui ac iura diſtribui putabat oportere, Cyrum adhuc puerum vapulantem [2] inducit, quod rex à ſociis creatus veſtimenta commutari iuſſiſſet, vt ampliora grandioribus, minora breuioribus tribuerentur. Cyrus ita caſtigatus docetur à magiſtro ſe Perſam natum eſſe, ac propterea Perſarum moribus ac legibus vtendum: qui quod cuiuſque proprium eſſet, id çuique tribuerẽt: non Medos, qui quod cui- C que aptum & commodum videretur, idipſum cuique dandum putarent: Plato cum verbera ſibi non Cyro infligi animaduertiſſet, Cyropædiam repudiauit. Hæc igitur Græcorum ſermonibus peruulgata Platonis & Xenophontis contentio duabus factionibus, optimatum, inquam & popularium præbuit incrementum. alteri quidem arithmeticam iuſtitiæ rationem ſecuti populares ſtatus, alteri quod opibus ac nobilitate præſtarent, geometricam ariſtocratiæ congruentem adamauerunt. Ex his duabus tertia factio extitit, quæ iuſtitiam arithmeticam ad æqualem rerum permutationem adhibuit, ſed in præmiorum ac pœnarum diſtributione geometricam: quæ non æqualiter omnia omnibus, ſed pro cuiuſque meritis tum pœnas infligat, tum præmia largiatur. Atque hæc fuit Ariſtote- D lis ſententia, qui tamen nec magiſtri Platonis meminit, nec Xenophontis. Id autem animaduerſione dignum eſt, quod vtrãque iuſtitiæ proportionem ſeiunxerunt, harmonicæ vero iuſtitiæ nuſquam meminerunt: nec Latinorum quiſquam aut Græcorum harmonicas rationes ſiue ad iuris diſtributionem, ſiue ad ciuitates moderandas accommodauit: quæ ipſa tamen cùm dignitate cæteris longè præſtat, tum verò ad illud regale ciuitatis genus quod quærimus, ariſtocratica quodammodo ac democratica ratione temperatum refertur. Et quoniam locus hic tum ad iuris & iuſtitiæ vim penitus intelligendam, tum etiam ad Rerumpublicarum ſtatus conſtituendos ac retinendos maximum pondus habet ac momẽtum, non modo iuriſconſultorum reſponſis, verumetiam mathematicorum definitionibus nobis eſt vtendum. nam cum mathematici ab incertis ac inter ſe diſcrepantibus iuriſconſultorum opinionibus abhorre-

[1] Id eſt Deum geometrica ſemper agitare.

[2] In Cyripædia

rent, iuriſconſulti verò mathematica propter ſui obſcuritatem repudiarent, harmonicam illam iuſtitiæ vim minus perceperunt. Eſt igitur geometrica proportio, quæ ex rationibus magnitudinum inter ſe ſimilium conflatur inæquali exceſſu: arithmetica proportio vſquequaque & progreſſione & exceſſu æqualis eſt: harmonica verò ex vtriſque inter ſe artificio mirabili confuſis & colligatis vtrique tamen diſſimilis exiſtit. verbi gratia proportio triplex detur quinque numeris conſtans: geometrica quidem tripla ratione progrediens ſimiles complectitur rationes, ſed exceſſu valde inæquali: quia prior numerus à ſecundo tantum ſenario diſtat, quartus vero ſcilicet 81. à 243. conſimili ratione conſtans, exceſſu maior eſt 162. & quo longius progrediere, eo maius futurum eſt incrementum. At in proportione arithmetica, tametſi ſecundus numerus eodem exceſſu à priore ſuperatur quo in geometrica, quintus tamen à primo ferè decies minor eſt quàm in geometrica proportione, quæ ſemper ſui ſimiles rationes complectitur: arithmetica vſquequaque æquales: harmonica vero ex æqualibus ac ſimilibus ſpatiis quodammodo temperatis exiſtit. Geometricæ quidem & arithmeticæ ſæpe in iuriſconſultorum [4] ſcriptis occurrunt, ac facilime iudicantur. Harmonicæ verò non ita perſpicue deprehenduntur [5]. Quod autem diximus ſimilitudinem rationibus geometricis, æqualitatem vero arithmeticis conuenire, ad interualla numerorum pertinet, quæ in arithmeticis rationibus ſemper æqualia, in geometricis nunquam diſſimilia: niſi æqualitatem eo modo interpretemur quo Solonem ferunt, qui cum ad ciuium animos ſibi conciliandos prædicaret, ſe leges omnibus æquales laturum, ſi legum ferendarum arbitrium ad ſe deferrent: plebs æqualitatem arithmeticam, inquit Plutarchus [6], innui putabat, optimates ac locupletes ad geometricam dictũ Solonis trahebant: quo factum eſt vt omnium Athenienſium cõſenſione creatus ſit legiſlator. Lex igitur geometrica gubernandæ ciuitatis eſt, cùm ſimilia ſimilibus copulantur. vt leges connubiales duodecim tabularum patriciorum cum plebeis coniugia vetabant, vt patricij ducerent patricias, & cum plebeis plebei iungerentur: contubernia vero ſeruorum ab vtriſque diſtinguerentur. quæ lex etiamnum apud Rhaguſios inuiolabilis eſt. Idem iudicandum eſſet, ſi principes principibus, tenuibus tenues, ancillæ ſeruis connubio geometrica lege maritarentur. Si vero cautum eſſet vt ſorte connubia quærerentur, gratiſſima plebi lex eſſet, quia nobiles ac locupletes tenuibus & obſcuris hominibus ſortitione ſæpius obuenirent, ac princeps ancillam, opifex illuſtri ſanguine fœminam duceret, ſuæ conditioni planè diſſimilem. ſors igitur æqualitatem popularem arithmeticis legibus congruentem tueretur: optimatum verò ac locupletum opes ac dignitatem omnino labefactaret. illud eſt quod ab Euripide dicitur, æqualitatem legitimam humanæ naturæ conſentaneam eſſe: id eſt τὸ γὰρ ἴσον νόμιμον ἀνθρώποις ἔφυ. Sed vtrunque regendæ ciuitatis genus ſuo quodam morbo laborat: propterea quod alterum tenues ac plebeios homines opprimit, alterum potentes ac locupletes opibus ac dignitate ſpoliat. At vero harmonica gubernandi forma vtroſque concentu ſuauiſſimo

*Proportionum definitiones.*

*Proportio geometrica* 3. 9. 27. 81. 243.

*Proportio arithmetica* 3. 9. 15. 21. 27.

*Proportio harmonica* 3. 4. 6. 8. 12.

4 In l. clemẽs patronus. & in l. ex [illegible] de hæred. inſtituend. & in l. ita ſcriptum. de liberis & poſthu. ff.

5 l. cos. de vſuris. C.

6 In Solone.

uiſſimo tuetur. neque enim maiorum gẽtium patricios omnes patriciis, aut iis tantum qui à paterno ac materno genere proauos illuſtres omnes ciere poſſunt: quia nõ modo à plebeis, ſed etiam à ſe ipſi patricij nimium diuellerentur: nec item harmonica lex opifices ac plebeios omnes patriciis ac principibus omnibus promiſcue iungit, aut ex vrna ſorte ducit, ſed nobilitatem vel à patre tantum ducit, vt legibus Polonorum [7] ſufficere conſtat: vel ab auo paterno, vt noſtris: vel ad ſummum ab auo paterno ac materno, vt Equeſtri lege Allobrogum cauetur: pernicioſiſſime tamẽ plerique Germanorum, qui generis nobilitatem altiſſimè repetentes, attauorum attauos vtriuſque ſexus pari nobilitate ad connubia iungenda

[7] Alexand. regis Polonorũ lege.

B conquirunt. Quamobrem lex illa connubialis quam in Duodecim Decemuir Appius retuliſſe dicitur, Canuleia lege de maritandis ordinibus abrogata eſt, propterea quod ciues à ciuium cõplexu & charitate diuellebat, ac ſeditionibus ciuitatem euertebat: quæ ſeditiones abrogata lege derepente conquierunt, tametſi rarius illuſtres fœminæ à patribus enupſerint: ſæpius patricij plebeias fœminas duxerunt, quia nobilitas à patre quęritur. Id autem harmonicis legibus optime conuenit, ſi plebeia locuples patricio egenti nupſerit: aut patricia inops à pecuniis plebeio locupleti: & quæ venuſtate ac forma excellit, ei qui ingenij præſtantia pollet. vt nec ſocietas vlla ſtabilior eſt inter mercatores, quàm ignaui diuitis cũ ſtrenuo, cui nihil adeſt præter ſtudium accumulãdarum opum. quæ cõ-

C iunctiones ſimilium ac diſſimilium conſenſu ſuauiſſimum efficiunt in Republica concentum. Quamobrem rectiſſimè Græci amorem copia & inopia, id eſt Poro ac Penia parentibus genitum finxerunt, quaſi media voce inter ſummam & infimam interiecta. Eſt enim omnibus natura inſitum, vt quo quiſque egeat, id ardẽtius amet: ſic deformis formoſum, inops à pecunia locupletem, ignauus ſtrenuum conquirit. quod ſi locuples ac nobilis nobilem & locupletem duxerit, quia alter alterius ope minus eget, minùs etiam alter ab altero colitur. Et quemadmodum ſympoſiarcha ſit ineptus, qui conuiuas omnium ordinum & ætatum, vti quiſq; domum ingreſſus fuerit, accumbere iubeat, nulla ſexus, conditionis, ætatis habita ratione: ita quoque imperitus ſit, qui digniſſimos quoſque ſu-

D premo loco, ſapientes ſapientibus, ſenibus ſenes, fœminas fœminis, ſtultos ſimul coniungat, vt geometricæ leges pręcipiunt, quę nihil aliud quã rerum ſimilitudinem conſectantur. quæ ratio etſi minus eſt inſipida quã ſuperior, inſulſa tamen eſt. optimus igitur ſympoſiarcha, vel vt Horatius loquitur, arbiter bibendi, tranquillæ mentis hominem inter contentioſos collocabit: ſapientes inter inſanos, vt illorum ſermonibus quaſi medicina vtcunque ſanari poſſint: inter ſophiſtas moderati animi virum: cũ ſene loquaci taciturnum coniunget, vt & linguam ei ſoluat, & parcius ipſe loqui condiſcat: egentem cum locuplete, vt ei ſuæ begninitatis fontes aperiat, ab eóque gratiam ferat: inter ſeueros ac tetrici vultus homines vrbanos admiſcebit. qua quidem ratione non modo inuidiam & maleuolentiam eorum qui ſeſe infimis ſedibus, aut non eo quem cupiant ordine poſitos queri poſſint: verumetiam ex illa pulcherrima conuiuarum,

tum ſingulorum tum vniuerſorum collocatione ſuauiſſimus exiſtit omnium concentus: quam ordinis pulchritudinem geometrica lege mutare, aut arithmetica confuſione turbare qui volet, omnem fructum, omnem dulcitudinem & amabilitatem quam inter conuiuas omnes intercedere oportet, de conuiuio ſuſtulerit. Quamobrem Scipionem Africanum in ſapientum reprehenſiones incurriſſe ferunt, quòd primus leges theatrales de ordinum conſeſſu tuliſſet, ac Senatores à plebe in ludorum ſpectaculis ſeiunxiſſet: cum promiſcuè Patres cum plebe ludos ſpectauiſſent vſque ad annum ab V.C. DLVIII. vnde poſtea graues ac pernicioſæ in Rempublicam ſeditiones eruperunt[8]. Neque enim hoc tantum ſapiens legiſlator præſtare debet, vt pœnarum B metu ciues à mutuis iniuriis abſtinere cogat: verumetiam hoc efficere, vt etiamſi nullæ ſint leges, concordiam tamen colamus & amemus inter nos. Omnium autem ſocietatum humanarum quæ ſunt innumerabiles, fundamentum in amicitia conſiſtit, quam ſine harmonica iuſtitia tueri nemo poteſt. Cuius rei tota vis eſt à natura petenda, quoniam arithmeticæ rationes ac geometricæ à ſe inuicem diſiunctæ ſunt: harmonicæ verò ſemper interuallis mediis extrema coniungunt, vt exemplis[9] propoſitis docemur. Æqualitatis autem ſtatus popularis eſt, & Arithmeticis rationibus conſentaneus: quoniam vt æqualia ſunt etiamſi in infinitum excreſcant interualla: ſic populares homines vt ſint in infinita multitudine innumerabiles, opibus, honoribus, imperiis exæquari volunt, vt C vniuerſis leges iubere, magiſtratus mandare, iudicia diſceptare, ſuffragia omnibus in omnes ferre liceat. denique omnia ſortibus ac ponderibus committere pulcherrimum ducunt, id eſt, vt Greci veteres populare Imperium ſignificabant, πάντα ζυγοῖς καὶ κληροῖς: reguláque rectiſſima & vſquequaque legibus arithmeticis æquabili omnia metiri. Et quoniam inflexibilis eſt atque rigidiſſima, propterea ius ipſum appellatur rectum, noſtro loquendi more, quod ab Hebræis acceptum videtur: ſuos enim de iure ac iuſtitia libros ספר הישר, id eſt, librum recti, ſiue vt Chaldæus[1] interpres, librum rectitudinis, vocant: vel quia virtutis ac iuſtitiæ via nullos habet anfractus, nec patitur nos hincinde à recto curſu deflectere: vel quia omnibus eadem lex nullius perſonam accipit, non gratia cuiuſquã, D non odio permouetur: qualem fuiſſe Polycleti regulam nonnulli putant, quæ frangi priùs quàm flecti potuiſſet. Verius tamen eſt Polycleti canona vocari librum, quem inſignis ille ſtatuarius de artificio ſuo ediderat, quo libro omnia quæ in ſtatua hominis fingenda obſeruari conueniret, quæ ſingularum partium minimarum maximarum figura eſſet, qui ſitus, quæ inter ſe proportio ſubtiliſſimè perſecutus erat: qualem noſtra ætate Albertus Ducerus accuratiſſimè ſcripſit: ſed hoc amplius Polycletus, quod eodem tempore ſtatuam à ſe factam publicè propoſuit, in qua omnia diligentiſſimè obſeruata erant, ne quid præcipere aliis videretur, quod non ipſe præſtaret: quam ſtatuam ipſam quoque canona, id eſt regulam, nominauit: à qua cæteri opifices ſtatuas conformare conſueſſent. Demus tamen Polycleti regulam fuiſſe omnium rectiſſimam, & qui-

8 Liuius lib. 34.

9 Geometrica proportio diſiũcta 2.3.20.30. Arithmetica proportio diſiuncta 2.3.20.21. Harmonica 4.6.8.

1 cap. 10. Ioſue.

& quidem ferream aceto maceratam, vt inflexibilis eſſet. eiuſmodi ſta-
tum popularem legitime inſtitutum dicemus, in quo legibus iiſdẽ om-
nes, iiſdem etiam pœnis vtantur, nec in pœnis decernendis rationem di-
gnitatis aut nobilitatis habeant vllam, nec priuilegium cuiquam irroga
ri patiantur. At geometrica regendæ ciuitatis forma, normam Leſbiam
imitatur: hæc enim plumbea fuit, vt in quamuis partem flexibilis ad om-
nem lapidẽ ſic accõmodaretur, vt de materia quoad eius fieri poſſet, ni-
hil periret: cum cæteri qui lapides ad normã accõmodare conſueuerant,
materiæ detrimentum paterentur: ita iudices legem ad propoſitas cau-
ſas aptare oportere putabant, vt ex perſonarum, temporum ac locorum
B varietate ab illa inflexibili rectitudine diſcederetur. Ego verò ſic ſtatuo,
& regulam Leſbiam ſi torqueatur, quoniam plumbea ſit, regulæ nomen
amittere, & legis vim ac nomen perire, quam iudex arbitratu ſuo in om-
nes partes ſic flectat ac reflectat, vt legum moderator & arbiter ſit, qui
earũ miniſter eſſe debuiſſet. Vt igitur à regulæ Leſbiæ mutabilitate, rur-
ſúſque ab illa inflexibili rectitudine, id eſt ab arithmeticis & geometri-
cis gubernãdarum ciuitatum artibus paululum diſcedatur, tertiũ quod-
dam regulæ genus fabricare oportet, ex ea materia quæ in hanc atque il-
lam partem modice, vel potius intra modum flecti, & eodem momen-
to ad rectitudinẽ redire poſſit, id eſt harmonicis iuſtitiæ legibus ſtatum
ciuitatis moderari. id autem rectè fieri poſſe putem, ſi quatuor terminis
C quos antea pegimus, gubernandi rationem definiamus, lege, inquam,
æquitate, legis actione, officio magiſtratus: quæ eandem inter ſe propor-
tionẽ habent quam hi quatuor numeri 4. 6. 8. 12. nam quæ ratio eſt 4 ad
6. eadem 8. ad 12. rurſus eadem ratio eſt 4. ad 8. quæ 6. ad 12. ita quoque
lex ad æquitatem ita ſeſe habet, vt legis actio ad officiũ magiſtratus, cõ-
tráve: nam actio legibus inſeruit, & magiſtratus officiũ æquitati. Quod
ſi numeros harmonica lege compoſitos tranſpoſueris, & magiſtratum
æquitate priorem, actionem item lege ſuperiorẽ feceris, & ciuitatis har-
monia, & muſicæ concentus peribit: geometrica verò proportio tranſ-
poſitis terminis ſemper ſui ſimilis eſt: ſeu continua ſit proportio, vt his
quatuor numeris 2. 4. 8. 16. ſeu diſiuncta vt 2. 4. 3. 6. conuerte numero-
D rum ordinem 6. 3. 4. 2. vel 3. 2. 4. 6. aut quacunque ſerie collocaueris, ſem-
per eadem erit analogia primi ad ſecundum quæ tertij ad quartum: rur-
ſúſque primi ad tertium quæ ſecundi ad quartum: ac tametſi continua
proportio gratior eſt ea quæ ex numeris ſeiunctis coaleſcit, nullum ta-
men efficit ex ſeipſa concentũ: ſcilicet 2. 4. 8. 16. multo minus ex arithme-
ticis rationibus ſiue diſiungantur hunc in modũ, 2. 4. 5. 7. ſiue coniungã-
tur 2. 4. 6. 8. Vtraque verò proportio ab harmonica tãtum diſtat, quan-
tum aqua tepida differt à gelidiſſima & feruente. Igitur ſiue vnus, ſiue
pauci, ſiue populus vniuerſus maieſtatis Imperio præſit, ac ſine legibus
ciuitas regatur arbitrio imperantis, qui præmia, qui pœnas, qui connu-
bia, qui honores pro cuiuſque meritis decernat, ídque ſine fraude fiat,
(quamquã fieri non poteſt:) hic tamen ſtatus nec diuturnus erit, nec ci-
uibus vtilis futurus: quia nullum potentioribus cum infimis concordiæ

| | |
|---|---|
| *Lex.* | *Æquitas* |
| 4. | 6. |
| *Legis actio.* | *Iudicis officium.* |
| 8. | 12. |

vinculum intercedit:vt ſuperiùs geometricis exemplis docuimus. Contrà verò,ſi legibus iiſdem ac iudiciis inflexibili norma ciues omnes dirigantur,ſi omnes omnibus honores,vti ſors tulerit,omnia omnibus prę-mia nulla ratione dignitatis, perſonarũ ac meritorum legibus arithmeticis tribuantur,decus omne virtutis eo ciuitatis ſtatu interire neceſſe eſt. Quemadmodum igitur ſimplicia medicamenta vi ac poteſtate diſſimilima quæ hominibus perniciem ac peſtem illatura ſint,ſimul temperata fiunt ſalutaria : ita quoque arithmeticæ ac geometricæ rationes harmonica lege temperatæ Rebuſpublicis ſalutares ſemper futuræ ſunt. Quamobrem fallit Ariſtoteles[1], qui beatam Rempublicam tum fore putat, ſi quis princeps tantæ virtutis ac prudentiæ fuerit, vt ſumma æquitate ſubditos ſine legibus moderari velit. Neque enim principi poſita lex eſt,ſed omnibus ciuibus,ac potiſſimum magiſtratibus, qui gratia, vel odio, vel ſordibus oculos interdum ita excæcatos habent, vt nullam iuris ac iuſtitiæ lucem intueri poſſint. ac tametſi nulla perturbatione iudices ab æquitate dimoueretur, nihilominus tamen legibus opus eſſet, quibus veluti lucerna quadam, qua vel imperiti in denſiſſimis humanarum actionum tenebris dirigãtur , vel ſcelerati metu pœnarum terreantur. vt enim honeſtorum ac turpium lex æterna in mentibus vniuſcuiuſque noſtrum ab immortali Deo ſit inſcripta,pœnæ tamen quibus improbi ab iniurioſa facinoroſáque vita auocentur,in animis inſcriptæ à Deo nullæ fuerũt. Idem tamen immortalis ac præpotens Deus, qui iuſti ac iniuſti ſciẽtiam nobis indidit, leges ore ſuo promulgauit, pœnas etiam adiunxit: quibus legibus nullæ antea pœnæ conſcriptæ, ac ne legiſlator quidem vllus extitiſſe memoratur. argumento ſit, quod nec Orpheus, nec Homerus,nec Muſæus, antiquiſſimi Græcorum ſcriptores, verbum legis vſquam vſurpauerunt: Moſes verò diis omnibus Græcorum ferè antiquior eſt. ergo reges manu, voce, imperio regali ſubditos ſine legibus moderabantur.prima legum ferendarum occaſio à popularibus & optimatum Imperiis, cum à regali ſtatu diſcederetur, originem accepit: primum quidem Athenis Dracone ac Solone, deinde Lacedæmone Lycurgo leges ferentibus,antiqua ſtirpe regum intermortua, aut iis qui ſuperſtites erãt, erepta imperandi poteſtate. Vtriuſque ciuitatis exemplar cæteræ Græcorum Italorúmq; ciuitates ad intuendum & ad imitandum ſibi propoſuerunt : Dores, inquam, Iones, Elienſes, Cretenſes, Locri, Crotoniatæ, Tarentini, Romani : in quibus ciuitatibus plebes ab optimatibus perpetuis odiis diſſidebant:tenues potentibus æquari cupiebant. id autem fieri aliter non poterat,quàm ſi lex eadem omnibus ſcriberetur.locupletes verò leges omnes reſpuebant,vt qui opibus ac potentia Reſpublicas tuerentur, honoribus ac præmiis plebe ſuperiores eſſe vellent: & quoniam ſupremos in Republica magiſtratus gerebant, ſui ſimilibus, id eſt optimatibus fauebant,tenues aſpernabantur. inde tenuium voces & querelę, quæ vt in ciuitate Romana exitum aliquem reperirent, Terentius Arſa Tribunuſplebis Cõſulibus abſentibus Patrum ſuperbiam ad plebem criminatus,maximè in Conſulare imperium inuehebatur: quippe duos pro

[1] In Polit.

B C D

vno dominos immoderata infinitáque poteſtate, qui ſoluti atque effrænati ipſi omni metu legum omnia ſupplicia verterent in plebem:quę ne æterna licentia eſſet, legem ſe dixit promulgaturum, vt quinqueuiri crearentur legibus de imperio Conſulari ſcribendis. quod populus in ſe ius dediſſet,eo Conſulem vſurum,non ipſos libidinem ac licentiam pro lege habituros. Sex annos grauiſſimis popularium & optimatum contentionibus agitata lex eſt, & ad extremum perlata. placet optimatum voces, & querelas ex Liuio[3] deſcribere, cùm regiam poteſtatem ſine le- 3 lib. 2.
„ ge optabiliorem ducerent quàm legibus viuere: Regem, inquit, homi-
„ nem eſſe à quo impetres vbi ius, vbi iniuria opus ſit: eſſe gratiæ locum,
B eſſe beneficio,& iraſci,& ignoſcere poſſe:inter amicum & inimicum diſ-
„ crimen noſſe: leges rem ſurdã & inexorabilem eſſe, ſalubriorẽ melio-
„ rémque inopi quàm potenti:nihil laxamẽti nec veniæ habere,ſi modum
„ exceſſeris:periculoſum eſſe in tot humanis erroribus ſola innocentia vi-
„ uere. hæc Liuius. Tandem perlatæ ſunt leges Duodecim,quarum præcipua quædam extitit valde popularis & optimatum Imperiis ac potentiæ planè contraria: eſt autem huiuſmodi,Priuilegia niſi comitiis centuriatis ne irroganto: qui ſecus faxit, capital eſto. Iis legibus iudices ac magiſtratus populum aliquandiu ſic moderati ſunt, vt nec veniæ vllus eſſet, nec æquitati locus relictus. Fuit etiam conſimilis noſtra ætate ad Senatũ Franciſco 1. rege controuerſia delata:cum enim Allobroges ſub Imperiũ
C ſubieciſſet,magiſtratus ac iudices à legibus ad æquitatem deflexerant,ac pleraque iudicia contra patrios mores arbitratu ſuo conſtituebant ac definiebant. Itaque Allobroges per Legatos à rege petierunt, ne in poſterum iudicibus ex æquitate iudicare liceret,vt legum vinculis coercerentur:quo nihil ſordidis iudicibus tam inimicum eſſe poteſt. Ac propterea Carondas[4] Carthaginenſium legiſlator valde popularis,vetuit magiſtra 4 Diodor. lib. 12.
tus à verbis legum diſcedere,quantumuis iniquæ viderentur. Franciſcus Conanus libellorum Magiſter Legatos Allobrogum audire iuſſus ſe mirari ſcribit[5], quod rem adeo iniquam peterent,ne ſcilicet magiſtratibus 5 lib. 1. cap. de æquitate.
ex æquitate iudicare liceret:ac Fabrum iuriſconſultiſſimũ errore lapſum ſcribit,quod Curias maiores tantum,non etiam minores iudices ex æqui
D tate iudicare poſſe putaret. Legati ſuos iudices legibus in officio contineri putabant,ſi æquitatis ſpecie ſublata ius dicerent. Accurſius non tam Latine,quàm ad id quod voluit accõmodate,iudices imperitos verbis legũ inſiſtere perinde iuſſit,vt indoctos equites,qui quod equitare ſe poſſe diffidunt, extrema equeſtris ſellæ manu prehenſare ſolent. ſed æquitatis verbum cum ad eos refertur qui maieſtati præſunt, ipſarũ legum abrogationem, aut derogationem,aut ſubrogationem, aut obrogationem innuit: cùm verò ad magiſtratus ac iudices,nihil aliud quàm quod legi deeſt,commode interpretari ac ſupplere, aut nimiam acerbitatem lenire, lenitatem nimiam ex rerum & cauſarum varietate ſic exacerbare, vt ſalua legis interpretatione ciuitatis ſimul ac legum[6] ſaluti conſulatur. 6 l. reſpiciẽdum. l. aut facta. de pœnis. ff.
Neque id Curiarum proprium, ſed magiſtratuum omnium commune eſt:ſeu iure actionis,ſeu libello ſupplici,ſeu diplomatę ac reſcripto prin-

ciṕis lapſos erigere,aut quid aliud ex æquo bono iudicare iubeantur. Id
autem aperte ſignificatur clauſula vulgari principum reſcripto compre-
henſa, QVOAD AEQVVM VIDEBITVR. aut quoties magiſtratuum ac
iudicum religioni princeps edicto,vel reſcripto quid committit,vt ſępiſ-
ſime videmus ea quæ legibus propter infinitam cauſarum varietatem
contineri nequeunt,magiſtratuum officio ac religioni permitti,ſine vlla
iudicum ac magiſtratuum exceptione. Pleraque maioribus magiſtrati-
bus ac iudicibus tribuuntur,quę minoribus magiſtratibus non licent:vt
appellationes inducere, reos nec ſatis conuictos, nec penitus innoxios
abſoluere:ſed QVOVSQVE iudicio ſe ſiſtere iubeantur:quod Lacedæmo-
nios olim feciſſe Plutarchus ſcribit.Neque id nouum eſt,maioribus ma- B
giſtratibus inter iudicandum pleraque licere,quæ minoribus non licent:
cum in Pandectis Hebræorum Senatui tantum [6], quem propriè Haca-
nim חכמים,corrupte Sanedrim vocant,ex æquitate iudicare licuiſſet:cæte-
ris quos appellant iudices animarum [7] ac pecuniarum, non item. Quòd
autem omnium Italiæ ciuitatum moribus & inſtitutis caueri ſolet, ne
iudices à verbis legum diſcedant, æquitatis vim & congruam legibus in
terpretationem non tollit: vt conſultus Alexander [8] iuriſperitorum ſuæ
ætatis clariſſimus ex Bartoli [9] ſententia reſpondit: nec in eo genere Cu-
rias maiorum iudicum ab infimis iudicibus ſeiunxit.nam lex ab æquita-
te diuiſa,quaſi corpus exangue & examine videri poteſt:quoniam lex ea
tantum quæ ad quæſtionem infinitam pertinent complexa, quæſtiones C
finitas æquitati congruentes ex locis,temporibus,& perſonis non attin-
git. Leges autem flectere magiſtratui licet, eatenus ne rumpantur:etiam
ſi lex acerba videatur, cùm ſua luce ſatis perſpicua eſt.ſic enim Vlpianus [1],
Dura,inquit,lex eſt,ſic tamen ſcripta. duram dixit non iniquam: neque
enim ſubdito legē iniquitatis perſtringere fas eſt. Nam ſi lex ad propoſi-
tam cauſam accommodari ſine iniuria non poteſt, temperāda ſunt iudi-
cia iuſtiſſimis magiſtratuum decretis, vt Paulus reſpōdit [2]: & in conſimi-
li cauſa Saluius Iulianus [3] cauendum eſſe dixit ne quid abſurdum & ini-
quum ex interpretatione legis ſequatur. Certe quidem lege [4] Prætoria,
(quam alij Pletoriā vocant) quæ de Imperio Prætoris vrbani lata eſt,ius
ei datum eſt,vt leges emendare,ſuplere, interpretari poſſet [5], vt Papinia- D
nus ſcribit: quæ poteſtas quoniam de iure maieſtatis nonnihil decerpe-
ret,ſublato populari ſtatu omnibus magiſtratibus eſt erepta,iiſque inter-
dictum, ne leges emendarent aut obſcuras interpretarentur [6]. Itaque
magiſtratus ac Præſides prouinciarum de legibus dubitantes principem
toties conſulere oportet,quoties ambiguitas perſpicuam æquitatis inter
pretationem refugere videtur. aut ſi longiſſimis locorum interualis re-
moti ſunt principes à magiſtratibus, vt dilatio rerum agendarum Rei-
publicæ periculū allatura videatur,ſententiam æquabilem ſalua lege [7] ſe-
qui oportet.Neque enim magiſtratui de lege, ſed ſecundū legē iudicare
neceſſe eſt, aut infamiæ notam [8] ſubire. cum enim apud Toloſates Ro-
manorum leges interpretarer, Barptolemæus Pręſes inquiſitionum ſuæ
decurię collegas coactis omnibus iudicum decuriis,ex lege regia ſenten-
tiam

6 Rabi Maymon lib.3. גמרי החכמים
7 דיני נפשות דיני ממונות
8 conſil.89. lib. 6.
9 Bar.in l.omnes populi. text.in c. ex parte.2.de officio delegati.
1 l.proſpexit.qui & a quibus.
2 l.in ambiguis 86.de regulis.
3 l.Saluius de legatis præſtā.l.quamuis de in ius vocādo.l. quæſitū de teſtamentis l.ita vulneratus. ad l. Aquil. § penult.
4 Varro lib.5.
5 l.ius autem de iuſtitia.
6 l.1. de legibus c.B il.in l.1 §.ſi is qui.de exercit.ff.
7 l.1 §.ſi is qui.de exercit.l.non aliter.de leg.1.3.l ea que § 1.de regul.
8 l.ſeruos. ad l. Iuliam de adul.

tiam ferre compulit. nam iuratis iudicibus in leges, ab iis quamtumuis iniquę ſibi videātur, diſcedere non licet. Ex quibus efficitur magiſtratum legem inter & æquitatem medium conſiſtere: ſed perinde magiſtratum in poteſtate legis eſſe, vt æquitas eſt in [1] poteſtate magiſtratus: dum tamē nihil dolo malo, nihil in fraudem legis fiat. oportet enim iudicem viri boni & innocentis officio fungi [2]. Atque in eo quidem [3] Alexander iuris conſultiſſimus labi mihi videtur, qui iudicem ad quem arbitrium iudicandi delatum eſt, inique iudicare poſſe ſcribit: quæ ſententia cum legibus diuinis & humanis, cúmque iuriſconſultorū omnium reſponſis vehementer [3] pugnat. quid enim illa verba ſignificant iudicem boni & in-
B nocētis viri officio fungi oportere, ſi licet inique iudicare? quid illa in foro vulgata, dolū, fraudem, ſordes à iudicibus abeſſe oportere? Extat Luitprandi regis Longobardorum lex, qua quidem magiſtratus quadraginta ſolidis mulctatur, qui quid contra leges iudicarit: quod ſi lege ſolutus ex officio decernit, non multatur, etiamſi iudicauerit inique, dū tamen nihil fraude ac dolo feciſſe videatur. Romani [4] hoc amplius, quod iudices conceptis verbis iurare cogebant, vt ex animi ſui ſententia, id eſt, vt vulgò loquimur, ex animi conſcientia iudicarent. prius vero quàm ſententiam ferrent, præco iudices clara voce hortabatur, Ne ſe paterentur ſui diſſimiles eſſe, vt Caſſiodorus [5] ſcribit. Græci veteres ſe ex leigbus iudicaturos iurabant: ſin quæſtio propoſita nulla lege comprehenſa videre-
C tur, æquiſſimam tamen ſententiam laturos, id eſt, vt verbis eorum [6] vtar,
» δικαιοτάτῃ γνώμῃ. Atque eò pertinent ea quæ Seneca ſcribit, Melior, inquit,
» videtur conditio cauſæ bonæ ſi ad iudicem quam ſi ad arbitrium quis
» mittatur: quia illum formula includit & certos terminos ponit: huius li-
» bera & nullis aſtricta vinculis religio, & detrahere aliquid poteſt & adii-
» cere, & ſententiam ſuam, non prout lex aut iuſtitia ſuadet, ſed prout hu-
» manitas aut miſericordia impulit, regere. Legiſlatores tātam poteſtatem iudicibus nunquam darent, ſi legibus omnia complecti potuiſſent. Sed non magis legibus ſingula contineri poſſunt, quàm infinitum quiddam & immenſum ab eo quod finibus exiguis, ac veluti cancellis anguſtiſſimis concluſum ſit. Ac propterea Curia Pariſiorum in ſententiis ſæpius hæc
D verba ſubiicit, Ne v iudicata res ad conſequentia trahatur, quominus aliter iudicari poſſit: propter rerum ambiguarum infinitam varietatem: quibus interdum efficitur, vt ſententiæ rerum earundem aut valde ſimilium contrariæ aut diſſimilimæ ferantur, iuſtiſſimæ tamen: vt duobus viatoribus contingit, qui contrariis itineribus ad eundem locum adeunt. Nec iudices ſententiæ ſuæ cauſas aſcribere oportet, vt inepte plerique litium ſemina iſta ratione propagant: niſi [7] omiſſa cauſa maiorem litigantibus obſcuritatem ſit allatura. Periculoſum eſt igitur Curiarum ſententias colligere nulla hypotheſi ſubiecta, cum ſæpiſſime iudices ſeorſum à ſententia iudicij arcanā conſcribi iubeant, ne quis errore decipiatur, quāquam res per ſe ipſa valde pernicioſa [8] eſt exemplis non legibus iudicare: cum ex leuiſſima perſonarum, vel locorum, vel temporum varietate iudicia mutentur: quæ varietates infinitę nullis legibus, nullis tabulis, nullis

1 l. in fundo dere i vindicat. l. placuit. de iudiciis. C.
2 l cæteræ. f. mil. ei ci cundæ. Bart in extrauagāti ad reprimenda. verbo videbitur. Bal. in l. ſi quando. de inoffi. teſt. Panor. Felin. in c. 2. de conſt. ext.
3 Alexand. conſ. 106. nu. 11. lib. 3. viſo.
3 l. hodie. l. reſpiciendū. de pœnis. Bal. in l. nec quicquā. §. vbi. de offi. Proconſul. Spec. tit. de offic. iudic. Ancaran. in c. pia. de except. Panor. in c. prudentia. §. ſexta. de offi. deleg. Caſtrēſis in l. vbi pactu de trāſact. C. col. vlt.
4 Polybius lib. 6. Plin. in panuegyrico. Nouel. conſtit. 102 & 9. Zonaras lib. 2.
5 lib. 6. variarū.
6 Ariſtot. lib. 3 polit. Pollux lib 2. Demoſthenes contra Timocratem.
7 l. 2. § ignominiæ. de iis qui notantur.
8 l. vlt. ſi contra ius. l. nemo iudex. de ſententiis & interlocu. C.

Pandectis, nulla librorum quantumuis immenſa mole ac multitudine capiuntur. Ac tametſi Solo reprehenſiones effugere non potuit quod pauciſſimas leges ſcripſiſſet, Lycurgus tamē pauciores tulit: ac ne ſcriptis quidē voluit mādari, vt accuratius memoria tenerētur: cætera magiſtratuū officio ac poteſtati reliquit[9]: quē Thomas Maurus ſtuduit imitari, quippe qui omnia pœnarum genera iudicum arbitrio permiſit: quo nihil melius aut vtilius fieri poſſe plerique putant, modo iudices non ex ſenſu, ſed ex virtute ac diuturna iudicandi peritia legantur. Nam quo plures leges iubentur, eo litium multitudo & copia maior exiſtit ex earum interpretatione. Itaque Plato in libris de legibus cap. XCIII. vetat leges ſcribi de legis actionibus, de iuriſdictione, de commerciis, de opificiis, de iniuriis, de vectigalibus, de tributis, de re nautica: quibus tametſi omnino carere non poſſumus, magnam tamen earum legum partem circuncidere debemus. Etenim Gallia quæ cęteras regiones legum multitudine vincit, omnes Europæ populos litium abundantia iampridem ſuperauit: quæ incrementa potiſſimum cœperunt, cum Carolus VII. rex omnium, quantumquidem opinor, primus, deinde cæteri legum farragines ad Iuſtiniani exemplar ſcribi iuſſerunt. Is enim ſcholaſticis argumentis legum Romanorum maieſtatem labefecit: & contra morem maiorum legum ferendarum cauſas, quaſi ſuadere non iubere vellet, legibus ſubiecit. Recordor ego iudicem ſordidiſſimum (qui propter vitæ infamiam ac turpitudinem relegatus eſt) hunc nouis legibus inhiantē, cum in Curia lex aliqua promulgaretur, dicere ſolitum ferunt, Hem, inquit, præſto ſunt lites, & aureorum cumuli. Eſt enim in Gallis tantum ingenij acumen in ſerendis litibus, vt nullum ſit caput legis, nullum verbum, nulla ſyllaba, nulla litera, ex qua argumenta aut vera aut veriſimilia ad litium propagationem exprimere non poſſint. At ſi magiſtratus ea fuerit integritate ac prudentia, vt quod pretio coemerit, diuendere non cogatur, pauciſſimis legibus ciuitatis ſtatum ac ciuium cōcordiam ſine magna litium multitudine tueri poterit. Videmus etenim ſæpenumero lites immortales mortalibus hominibus ſuperſtites eſſe, pleráſque centeſimum annum ſuperaſſe. & quidem anus illa Ptolemais, cuius meminit Suidas, tāta animi peruicacia ac tandiu litigauit, vt animam priùs efflauerit quàm à litibus deſereretur. Qui igitur legum multitudinem inuexerunt cum litibus modum imponere ſe poſſe arbitrarentur, Herculem in Hidræ capitibus amputandis imitati videntur: nam vna lite reſecta ſeptē renatas videmus ex illa verborum ac rationū ſine ratione farragine, quæ legibus ſuadendis admiſcetur. Rectè Seneca, Nihil, inquit, mihi videtur frigidius quam lex cum prologo: iubeat lex non ſuadeat. Cum enim Decemuiri legum ferendarum omnia quæ humano ingenio proſpici potuerant duodecim tabulis complexi viderentur, non ita multo poſt tot ac tam multa legibus deeſſe intellexerunt, vt Prætori vrbano legum emendandarum arbitrium dare, leges legibus accumulare, maximam partem legum duodecim abrogare, denique magiſtratuum æquitati quod cuiuſque intereſſet, permittere cogerentur. Ac tametſi in publicorum

rum

9 Plutarc. in Lycurgo.

B C D

rum iudiciorum diſceptationibus iudices legum vinculis conſtringere ſe poſſe putarent, & eodem iure ſummos infimis arithmetica lege æquare vellent, nihilominus tamen mutato ciuitatis ſtatu, Præfecto vrbi omnium extraordinaria animaduerſio [1] tum in vrbe, tum centeſimo ab vrbe lapide tributa eſt, quemadmodum Proconſulibus ac Præfectis prouinciarum. At qui extra ordinem de criminibus cognoſcit, nullis iudiciorum legibus obligatur [2], ſed arbitratu ſuo pœnas irrogare poteſt, dum tamen modum non excedat: modus ex harmonicis rationibus exiſtit. Poteſtas autem extra ordinem magiſtratibus à principe data ſeu iudicãdi, ſeu belli gerendi, ſeu ciuitatis moderandæ, ſeu quid aliud agendi plu-
B res habet gradus: aut enim poſt principem ſumma [3] datur poteſtas, qua maior eſſe nulla poteſt: aut magiſtratui curatorive pro iure ſui magiſtratus, vt arbitratu ſuo rẽ gerat [4]: aut in eum modum quo princeps ipſe facturus eſſet: quæ poteſtas à ſumma proximè [5] abeſt, & quanta magiſtratui curatorive à magiſtratu ſummo tribui non poteſt [6]. ſed ſi reſcripto principis comprehenſum eſt, vt magiſtratus de re propoſita cognoſcat, vti ratio [7], vel æquitas [8] illum, vel religio [9], vel prudentia inſtruet, ad arbitrium viri boni [1] totum id referri debet, & ad eam, à qua ne principi quidem recedere licet, æquitatem. In quo plerique fallunt [2], qui principi quidem pro ſua religione [3] iudicare fas eſſe ducunt, cæteris non item, niſi de crimine quæratur. ſuperſtitio illa eſt non religio: cum ab æquita-
C te ac religione iudicandi diſcedere liceat nemini: iniuria verò non aliter ac ſimia purpuram induta cum fœditate ſemper eſt & cum turpitudine coniuncta. Aliud eſt autem legibus in iudicando, aliud religione ſolui. At ſi res geſta non niſi principi aut magiſtratui cognita eſt, teſtem quidem agere vtrique licet, iudicem non licet: vt Azo conſultus à Præſide Bononiæ, qui ſine teſte cædem admitti viderat, reſpondiſſe dicitur. Idẽ reſponſum eſt Henrico II. regi Francorum à iudicibus qui extra ordinẽ Meloduni varias cognitiones ſuſceperant: rex Italum familiarem in capitali ſcelere deprehenſum duci iuſſit: reus tædio carceris rogationem tulit vt ex albo reorum eximeretur, & vinculis ſolueretur, quando nullius criminis conuictus, at ne accuſatus quidem eſſet. Cotellus Prætor
D Curiæ cum tribus iudicibus regem adiit, vt quæ illum occaſio aduerſus reum impuliſſet, intelligeretur. rex hominem damnari iuſſit, quod in crimine capitali deprehendiſſet, nec tamen peruulgari vellet. ad quem Prętor, Nos, inquit, iurati ſumus niſi ſceleris conuictum, & ex animi noſtri ſententia damnaturos eſſe neminem. rex ira commotus, humaniſſimus alioqui ac mitiſſimus omniũ princeps, quod ſuam religionem ac fidem in dubium reuocare iudices viderentur, iureiurando obteſtatus eſt ſe hominem in ſcelere nefario deprehendiſſe. Itaque Annas Mommorantius Magiſter militum, quum iudices iudicandi religione ac legibus obligatos intelligeret, qui tamen ſi regi paruiſſent, carnifices ac parricidæ potius quàm iudices viderentur, regem paululum ſeduxit, ac ſupplicium in noctem differendum ſuaſit, ne populus rei nouitate perturbaretur, nocte tamen ſequenti reus in flumen iubente rege demerſus eſt. Idem

ſſſ

1 l. 1. de de offic. Pręfe. vrbi.

2 l. hodie. de pœnis. ff.

3 Bar. in l. filius. de donat. Bal. in l. ſi quado. de inofficioſ. teſta. C. & in cap. 1. de conſtit. extra.

4 Felin in cap. 1. col. 17.

5 Bal. in l. alio. de alimẽtis. Bar. in l. creditor. §. Lucius. madati. & in l. procurator cui libera [illegible] Rom. in [illegible] l. ſi quis nih § . iuſſum. de acquirẽdi hæredit.

6 Bar. Bal. Rom. in d § iuſſum.

7 Panor & Butrio in c. 1. de conſtitut. ext

8 Iacobus Butrigarius in l. prope rãdu. de iudiciis. C. Panor. in c. 1. de iuramento.

9 Bal. in l. voluntas. de fideicom. & in l. vlt. de iure dominij. C.

1 l. hæc venditio. de contrahenda empt. Bart. in l. ſi fideiuſſ § . quædã mandati. & in l. quintu. eod. Bal. in l. ſi pro ea. C. eodem.

2 Bar. & Bal. in l. 1. vt quæ deſunt aduocatis. C.

3 Bart. in auth. niſi breuiores. de ſententiis ex breuiculo. C. Angel. in l. à diuo. de re iudi.

Henricus in grauiſſima cauſa, qua Georgij Ambaſiani hæreditas agebatur, priuati modo, & quidem iuratus coram iudicibus teſtimonium tulit. Quamobrem iniquè feciſſe iudicatus eſt Paulus III. P. Max. quod hominem damnari iuſſiſſet, quia ſibi adhuc Cardinali parricidium admiſiſſe confeſſus eſſet, quod tamen reus conſtanter negabat. At multo æquius eſſet principem in priuatis quàm in publicis iudiciis ex animi ſui ſententia iudicare: quia in illis agitur tantum de bonis, in his verò ſemper fama, ſæpe etiam caput ac fortunæ omnes periclitantur. Rerfert autem plurimum magiſtratus legibus teneatur nécne, an vero legibus omnino ſolutus ſit: quoniam in altero facti tantum, in altero iuris & æquitatis
quæſtio verſatur: quæ grauiſſima eſt ſi lex interpretatione violatur. id B
autem Prætori Vrbano lege Prætoria tributum eſſe diximus: lege vero
4 Deut. cap. 17. diuina[4] Pontifici maximo, vel ei qui à Deo princeps iudicum ſelectus eſſet: vel poſtremis Reipublicæ Iudæorum temporibus id eſt ducentos cir-
5 ſup. eod. cap. citer annos ante Chriſtum Senatui[5] ſapientum ea poteſtas erat moribus
6 Cæſar lib. 6. non legibus attributa: vt apud Celtas maiores noſtros Druidæ[6] quod ſacra facerent iuſtitiæ quoque rerum omnium ſacratiſſimæ cuſtodes erãt, quorum Prætor maximus veritatis imaginem gemma inſculptam ſuper
7 Amianus. præcordia geſtabat[7]. mos hic Hebræorũ ac Ægyptiorum vetuſtiſſimus, vt ſcilicet ſacerdotibus ſumma iuris interpretatio tribuatur, tota Aſia & Affrica vſitatiſſimus eſt. Pontifex enim maximus, qui Muphtes à Turcis
appellatur, illam quę inter ius ſcriptum & æquitatem intercedere dicitur, C
8 l. 1. de legib. C. interpretationem ſeu legum obſcuriorum declarationem, quam[8] Romani Imperatores ſuæ maieſtatis propriam fecerunt, ſolus habet. Perſarum reges ſuum quoque Muphtem publici ac priuati iuris aſylum in vrbe Tauride conſiſtere iuſſerunt: Tartari ſuum in vrbe Smarcanda: reges item Affricani ſuos habent ſummos Pontifices iuris ac legum vindices & cuſtodes, qui Athenis Nomophylaces, alibi Theſmotetę dicebantur. Ex quo intelligitur æquitatis illius magiſtros ac interpretes quamprudentiſſimos & integerrimos eſſe oportere, & in ſumma poteſtate conſtitutos. Ac ſiquidem verum eſſet arithmeticis iuſtitiæ legibus in priuatis modo iudiciis locum eſſe, cum de rebus rationibúſque permutandis agi-
tur, nulla in priuatis iudiciis difficultas cerneretur, ſed omnis quæſtio in D
facto conſiſteret: nullus arbitrio iudicum relinqueretur, nullus æquitati locus, ſed omnia ſtrictiſſimis legibus circunceſſa tenerẽtur: quod nec fieri poſſe diximus, & ſi fieri poſſet, abſurdiſſimũ tamẽ eſſe mox aperiemus. Priùs tamen Geometricis iuſtitiæ legibus publica iudicia tractari nec poſſe, nec debere doceamus. Id quidem nunquam antea factum eſſe conſtat ex legibus Draconis, Solonis, duodecim Tabularũ, Saliorum, Ripuariorum, Saxonum, Anglorum ac Francorum veteribus inſtitutis, quibus omnia crimina pecuniariis pœnis definiuntur, mulctæque ex æquo ſæpiſſime diuitibus ac tenuibus eædem irrogantur: quas omnes leges induci oporteret, ſi quemadmodum Plato voluit, ad geometricæ iuſtitiæ pondera pœnæ pecuniariæ exigerentur. Hæc item legitima verba, NE magiſtratibus mulctam pœnámve lenire liceat, fruſtra omnibus ferè legibus

legibus ſubrogarentur. Quinetiam lex [9] illa omnium gentium communis, qua ſcilicet cauetur vt qui pecuniariam pœnam propter inopiã non poteſt, corpore luere teneatur, abroganda eſſet. Sed hîc occurrat aliquis, valde iniquum videri, vt aureos nũmos ſexaginta quinque fiſco depẽdat apud nos qui temere Curias maiores appellarit, tametſi ſumma egeſtate prematur, nec tamen grauior mulcta locupletiſſimis infligatur. nam geometrica iuſtitia, quæ aureos ſexaginta pœnæ nomine extorqueri iubet ei qui centum in bonis habet, ſexaginta millia exigit ab eo qui in cenſum retulit centum aureorum millia. eſt enim 60. ad 100. quæ 60000. ad 100000. ſimilima ratio geometricæ diſciplinæ cõſentiens. Ea vis eſt geo-
B metricæ iuſtitiæ qua locuples in mulctarum irrogatione grauiſſime plectitur: cõtraquam fit in arithmetica iuſtitia, qua diues opum tenuem fortunis euertere facilè poteſt. Quod maiores noſtri cum proſpicerent, legibus cauerunt vt propter ordinariam mulctam extraordinaria irrogaretur, ſi cauſæ grauitas poſtularet, qua Græci veteres vtebantur. hanc enim Demoſthenes [1] ζημίαν ἐπωβελίας appellat, quæ etiamnum Romanis legibus vſurpatur: quæ iuſtitiæ ratio proximè ad harmonicam accedit: ſi iudicibus, aut certè maioribus eadem æquitate mulctarum grauitatem minuere pro cauſarum varietate liceret: vt in Curia Rhotomagenſi ſemper antea factum animaduerti. Et cum mãcipes ac publicani queſti fuiſſent in Senatu principis, licere quidem iudicibus augere, non autem mi-
C nuere mulctam temere appellantibus irrogatam, Præſes Liſorius, ac Damorus aduocatus fiſci à Curia Rhotomagenſi ad principem miſſi, vt rogationes ferrent tum de iudiciis prædiorum publicorum quæ tunc procurator principis pro fiſco vindicabam, tum de moribus Normaniæ conformandis: illud efflagitarũt ne mulctam temere prouocãtibus eandem omnibus dicere cogerentur: id quidem æquitati conſentaneum mihi videbatur, & Claudij Imperatoris [2] Romanorum edicto comprehenſum. Sic enim harmonica ratio poſtulat, vt inter locupletes & egentes geometrica quodammodo iuſtitia eluceſcat, in cæteris æqualitas arithmetica: quarum altera iudicum religioni, altera legum poteſtati relinquatur. Nihil eſt enim perpetua pœnarum æqualitate iniquius. Argumento ſit
D veſtiaria lex à Carolo rege noſtro nuper lata, quæ mille aureorum mulctam irrogat nulla cenſus, ætatis, conditionis habita ratione, ſi quid plus minúſve in legem peccaretur, erepta iudicibus pœnæ minuendæ poteſtate: quæ lex iniquitate ſua conuulſa paulo pòſt à magiſtratibus perindè vt à priuatis neglecta eſt. At Philippi Belli veſtiaria lex [3] æquior, & harmonicæ iuſtitiæ quodammodo conſentanea. eos enim qui in legem cõmitterent, varie plectit. duci, comiti, baroni, Pontifici centum libellarũ mulctam dicit: ſigniferis, Equitibus, Vauaſſoribus quadraginta: Decanis, Archidiaconis, Archimandritis, & eccleſiaſtici ordinis hominibus xxv. ac tantundem laicis quibus mille in cenſu libellæ fuiſſent: cæteris omnibus quinque. Hac lege pœnarum ſimilitudo cum æqualitate coniuncta eſt, partim geometrica, partim arithmetica ratione, quæ inter ſe temperatæ efficiunt illum quem quærimus iuſtitiæ harmonicæ concentum.

9 l. 1. § generaliter. de pœnis.

1 Contra Dionyſiodorum. l. eos qui. § ne temere. de appel. C.

2 Tranquil. in Claudio.

3 In camera Rationũ libro, ordinationum ſancti Ludouici. 1294.

Eadem in veſtitu cuiuſque proportio ſeruatur. vetat enim lex plebes vtriuſque ſexus torquem aureum, coronam argenteam, annulos, gemmas, pelles ſcythicas geſtare: nobilitati non eſt interdictum: ſed duci, comiti, baroni qui libellarum millia ſex ex agrorum prouentu in cenſum retulerint, quatuor in ſingulos annos veſtimenta noua mutare licet: cæteris non item. pleraque ſunt id genus capita veſtiariæ legis illius. nulla tamen ſericarum aut holoſericarum veſtium mentio. Si quis igitur geometrica ratione pœnas omnes irrogare volet, propterea quod à vera iuſtitia propiùs abeſt quàm ęqualitas arithmetica, profectò leges omnes quę de pœnis latæ ſunt, funditus ſubuertat neceſſe eſt: quoniam infinita locorum, temporum, perſonarum varietas cauſarum diſſimilitudinem iudicibus B
ſemper eſt allatura. perpetua quoque pœnarum æqualitas ex arithmeticis rationibus tam eſt iniqua, quàm ſi medici omnibus eadem venena miſcere, aut eandem morbis omnibus medicinam facere velint: vt legis ſumptuariæ pœnas [4] omnibus æquales iniquè Romani tulerunt: potiſſimum in tanta varietate cenſus, ex quo pœnas geometrica proportione irrogare non admodum difficile fuiſſet: nobis vero qui Cenſoribus ac cēſura caremus, difficilimum. Sed popularis Romanorum ſtatus legum ac pœnarum æqualitatem conſectabatur: quam mutato ciuitatis ſtatu principes paulatim abrogarunt: argumento ſit Antonini [5] reſcriptum, quo legis Corneliæ pœnam ſic moderari iubet, vt is qui vxorē in adulterio deprehenſam occiderit, ſi humiliore loco poſitus ſit, exilio perpetuo dam- C
nari: ſi vero in aliqua dignitate, ad tempus relegari debeat. Eſt autē illud magni ponderis ac momenti, quod perſonarum ſtatus in iudiciis periculo capitis eximit eos qui alioqui damnati fuiſſent. Sicarios, inquit lex [6], extremo ſupplicio affici oportet, niſi fuerint in aliqua dignitate conſtituti: lex item Viſcellia plagiarios ſeruos ad beſtias proiici, ingenuos ſecuri percuti, aut in metallum damnari: ſi vero perſona ſit honeſtioris conditionis, relegari iubet. Item lex incendiarios ad beſtias damnat [7] obſcuros homines: gladio vel exilio nobiliores. In ſumma, ſerui ſemper [8] ſeueriùs quàm ingenui Romanorum legibus puniuntur: nam ingenui fuſtibus, ſerui flagellis cædūtur. quanquā Plato in ciuē quàm in ſeruū acriùs animaduerti voluit [9], quod hic non eſſet ab honeſta diſciplina ſuborna- D
tus vt ille. quæ ſententia philoſophum quidem ſapit, non iudicē aut iuris peritum. At etiam diuina lex [1] pœna eximit dominum qui ſeruum caſtigando ſeueriùs occidit. Quare nec mirum debet videri, patrem à plebe Romana lapidatum, quod filium flagellis ſeruilem in domum caſtigaret, vt Valerius ſcribit. Inter ingenuos mitius puniuntur ciues quàm peregrini, nobiles quàm plebei, magiſtratus quàm priuati, milites quàm pagani: & qui miſtam modeſtiæ grauitatem præ ſe ferūt, quàm moribus ac vitæ turpitudine infames. non eſt, inquit [2] Labeo, actio de dolo dāda plebeiis aduerſus Cōſulares receptæ autoritatis, humili aut luxurioſo aduerſus hominem vitæ emēdatioris. Nec certè Romani veteres [3] decurionem quantumcunque crimen admiſiſſet, aut in metallum, aut in furcas damnari patiebātur. Furem nocturnum, inquit Martianus [4], ſi telo ſe defenderit,

4 Leges ſumptuariæ, lex Faunia, Licinia, Corne. Iulia, Macrobius li. 3. cap. 17. Saturna. Gel. lib. 2. c. 24.

5 l. 1 §. vlt. ad l. Corn. de ſicar.

6 l. qui cædē. ad l. Cornel.

7 l. vlt. de incendio.

8 l. capitaliū. § in ſeruorū. & §. vlt. de pœnis. l. 3. de ord. cognit.

9 lib. 9. de legib.

Exod. 21.

2 l. non debet. de dolo.

3 l. 3. de priuilegiis veteranorū. l. mores. § ſed enim. de pœnis.

4 l. 1. & vlt. de furibus balnear. l. vl. de ſepulchro.

derit, in metallum dari: in dignitate collocatum relegari: milites cum ignominia dimitti oportet. Neque id Romanorum proprium, ſed omnium penè populorum commune fuiſſe videmus. nam legibus Francorum ac Saliorum quas diximus, quamplurimæ pro cuiuſque ſtatu & cõditione pœnæ infliguntur. Quinetiam illi ipſi populorum omnium barbariſſimi Indorum qui ad Occaſum poſiti ſunt, cum eiuſdem ſceleris cõuictum nobilem & plebeium tenerent, nobili capillos aut brachialia trũcabant: plebeio nares vel auriculas præcidebant[5]. tametſi Perſas iiſdem ferè pœnis illuſtres perſonas affeciſſe legimus: ſic enim Plutarchus ſcribit: mitras ac veſtes damnatorum verberibus cædere, ac lanam diuellere

B conſueuiſſe. Non eſt igitur audiendus Ariſtoteles, qui geometricas rationes in præmiis ac ſpoliis diſtribuendis adhiberi putat oportere, in pœnis vero decernendis arithmeticas. in quo non tantum iuris ac iuſtitię fundamenta ſubuertuntur, ſed etiam philoſophiæ decreta, quibus cõſtat ea quæ inter ſe contraria ſunt, eadem ſubſiſtere diſciplina. Quamobrem ſi præmia geometricis legibus cuique tribuenda ſunt, & pœnas iiſdem legibus irrogare oportet. At iuris vtriuſque interpretes[7], Oratores[8], hiſtorici[9], poetæ[1], æque ac legumlatores mitiùs nobiles ac illuſtres perſonas caſtigari volunt: (quamquam leuiſſima pœna illuſtri viro grauiſſima videtur) vt cæteri ad virtutem & veræ nobilitatis ſtudia inflammari poſſint, cum intelligẽt virtutis pręmia clarorũ hominũ ac bene de Republi-

C ca meritorum memoriam etiam mortuorum ad poſteritatẽ infinitã permanare. hîc nobilitatem virtutibus metior, non pecuniis, aut ætatis flore, aut gratia principum, aut quocunque flagitio ac ſcelere quæſitam. Marcum Scaurum antiquæ nobilitatis decus etiam florente populari ſtatu ab excidio[2] vindicauit. ac multo magis ſublata populi poteſtate, nobiles dãnati capitis, qui antea ſecuri feriebantur, gladio percuti cœperunt. Et quoniam centurio iuſſus occidere Papinianum Prætorio Præfectum ſecuri percuſſerat, Caracalla cẽturioni iratus, Oportuit, inquit, te gladio exequi iuſſum meum. Erat enim Papinianus non tantùm Imperatori & Imperio tutor à Carocalla datus, ſed etiam Traiani propinquus. in quo lapſus eſt Goueanus[3], qui plus in gladio acerbitatis quàm in ſecuri fuiſſe ſcribit.

D Nullo genere, inquit Seneca, homines molliùs moriuntur quàm gladio ſecta ceruice. Itali tamen ac Hiſpani æque ac Narbonenſes & Aquitani ſecuribus ceruices feriunt. Belgæ nobilium iugulum gladio pecudum in morem haurire conſueuerunt. Eadem iuſtitiæ ratione qui nobilẽ offendit, grauius[4] plectitur quàm qui plebeiũ: & qui ciuem violauit, ſeuerius quàm qui peregrinum. Nam in legibus Saliorum, ſi Saxo vel Frizo Saliũ ingenuum vlla contumelia violaſſet, quadruplo ferè grauius[5] mulctabatur, quàm ſi Salius Saxonem offendiſſet. Ita quoque Alphonſi x. regis Caſtiliæ legibus[6] iniuria nobili illata ſolidis D. plebeio CCC. æſtimatur. Conſimili lege Caroli magni qui ſubdiaconum occiderit, CCC. ſolidis mulctatur: ſi diaconum CCCC. ſi ſacerdotem D. ſi Pontificem DCCCC. quæ pœnę aucta Pontificum auctoritate duplicatæ ſunt[7]. Hîc non diſputo de legũ iſtarum ęquitate aut iniquitate, ſed vt planum ſit variis populorũ legibus

5 Hiſtoria Indorum.
6 In libro de ſera numinis.
7 Salic. in l. vlt. de pactis Hoſtienſis, Ancaran. Panor. in l. vlt. de pœn. in c. dudũ. in c. cũ adeo. & ibi gl. de reſcript. can. qui contra 24. q. 1.
8 Cic. pro Seſtio; & in agraria prima. Cornif. lib. 1. ad Herenniũ. Fabius lib. 7.
9 Liuius lib. 3.
1 Euripides φειδόμεσθα ἀνδρῶν εὐγενῶν φειδώμεσθα.
2 Valerius max.
3 In lib. de iuriſdictione.
4 l. aut facta. de pœnis. l. Prætor. §. præterea. de iniuriis.
5 In cap. de iniuriis.
6 l. 795 & 131. part. 2.
7 In concil. Tiburienſi. Gratia. 17. q. 4. c. qui ſubdiaconum.

pœnas arithmetica æqualitate non eſſe irrogatas:ac mitius agi cum claris
& illuſtribus viris,ac eorum iniurias ſeuerius vindicari.inde plebeiorum
querelę aduerſus potentiores, quaſi iudicibus ſint gratioſi. Quinetiam
Andreas Riccius ſcriptor Polonus grauiter peccari ſcribit,quòd nō eadē
pœna patricij qua plebeij, potentes qua tenues, ciues qua peregrini ple-
ctantur:quo nihil abſurdius ab eo ſcribi potuit qui ſuæ Reipublicæ leges
ac mores conformare vellet. Cōſimilis querela extitit aduerſus N.Mē-
mium libellorū in Regia Magiſtrū, quod iudex à principe datus vt quę-
ſtionem haberet de Vlmæo Pręſide,hominē ſceleribus & quidē capitali-
bus conuictū ſupplicio eripi paſſus eſſet,famulū vero qui Præſidi paruiſ-
ſet,capitis damnaſſet. Frāciſcus maior re intellecta fures ſcelerata cōſen- B
ſionis fide ſeſe inuicē tueri dixit. At Mēmius non modo prole,ſed etiā o-
pibus,honoribus, virtute,ac iudicādi prudētia clariſſimus æquitate ſentē
tię ſuſtētatur:quia Pręſidē omnibus honoribus ac bonis ſpoliauit:deinde
grauiſſima πυλώρυ cōtumelia circumactū ac nudatū ardenti ferro impreſſa
fronti nota deportauit. & quoniā domeſticus famulus eiuſdē ſceleris mi-
niſter humilis & obſcuræ conditionis homo, nec bona,nec magiſtratum
habuit,nec vllam ſuæ famæ curam,non potuit aliter quàm extremo ſup-
plicio puniri. ſi ſeruus fuiſſet, mitiùs cum eo agi debuiſſet, propter ob-
ſequij quandam neceſſitatem. At ne Præſes quidem pœnas tantas dediſ-
ſet, niſi ad ſordes & corruptelas falſi crimina cumulaſſet. Illud etiam
more maiorum nobilitati datum eſt,ne ſuſpendio vitam finiat: quo ſup- C
plicij genere vix vllum fœdius cogitari poteſt, vt quidem ſcriptoribus
omnibus [8] inter ipſos conuenit, exceptis Hebræorū iuriſconſultis [9],qui
lapidationem ſuppliciorum acerbiſſimum,deinde vſtionem, poſtea de-
colationem, ſtrangulari leuiſſimum, de trabe fracta gula dependere i-
gnominioſiſſimū putant:id enim execratione diuina comprehēſum eſt.
Sed in eo quidem Bartolus lapſus eſt, quod Francorum moribus nobi-
les ſuſpendi ſcripſit, nec ſupplicium illud fœdum cenſeri. floruit autem
anno circiter M. CCCXVIII. qua ætate nobilitatis tantum fuit in Gallia
decus,quantum vſquam terrarum eſſe potuiſſet. Iudicibus tamē in Gal-
lia nobilem in crucem agere propè capitale eſſet,niſi aduerſus principem
proditionis ac perduellionis conuictus teneretur. nam quo maior eſt e- D
ius in principem obligatio [1] ac fides, eo grauius quàm plebeius plecti o-
portet. Viri fortes,inquit Cicero [2], acrioribus ſuppliciis ciuem pernicio-
ſum quàm acerbiſſimum hoſtem coercendum putarunt.hîc de Catilina
perduelle ac patriæ parricida agitur. Quamobrem Liuius bello Punico
in trāſfugas acerbiùs quàm in ſeruos fugitiuos animaduerſum fuiſſe ſcri
bit,& in Romanos ſeueriùs quàm in Latinos:quoniam hi ſecuri,Roma-
ni ſuſpendio vitam finierunt: cùm tamen ex omnibus aliis cauſis mitiùs
cum Romanis ageretur. nam Scipio Affricanus Romanum militem ex-
tra ordines excurrentem vitibus, ſocios fuſtibus cædi [3] iuſſit:vitis [4] enim
pœnæ contumeliam minuebat,vt Plinius ſcribit. Quod autem diximus
illuſtrium virorum pœnas leuiores eſſe oportere quàm ſordidorum aut
obſcurorum virorum, vt cæteri ad virtutem excitari poſſint, popularis
illa

8 Bar.in l.capitaliū.§.in ſeruorū.de pœnis Bald.in l.data.qui accuſare.C.Pan.& Fel.in c.cū quidā.de iureiurādo Bal.in tit.de offi.deleg.& in l.omnes populi.& ibi Platea de delat.C.Ang.in auth.ſed nouo iure. nā ſepelire vetitū erat.l.liberorū §.nō ſolent.de iis qui notāt.l.moris.§.ſed etiā.de pœnis.Seruius in 9.Aeneid.Plin.lib.14.c.19.& lib.2.c.25.

9 Rabi Maymo lib.3.nemore ane bocim. Paul.Fagius in Deutero.Caldaicam interpretationem.

1 l.eos qui.de pœnis Rom.ſingul.476.& 669.

2 In Catil.1.

3 Florus.

4 Plin.lib.14.c.1.

illa quidem eſt & vnicuique perſuaſa ratio, non tamen vera: quia geo-
metrica ratio facit vt nobilis mulctatus ex ea cauſa quæ dignitatem &
exiſtimationem minuit, tam acerbè plectatur quàm ſordidus flagellis cę-
ſus: cui de dignitate quam nullam habet, nihil decedit. vt pueri ac fœmi-
næ molli ferula non minus læduntur quàm robuſti fuſtibus ac flagellis.
Cum igitur Scipio ciuem Romanum ex eadem cauſa vitibus cædi iu-
beret qua Latinum fuſtibus, æqualitatem vel potius ſimilitudinem pœ-
næ conſecutus eſt. Quamobrem Galba Imperator conquerēte ciue Ro-
mano quod ſe in crucem ageret, tametſi pupillum necauerat, crucem
dealbari iuſſit[5]. Grauius etiam puniendus eſſet medicus aut pharma-
B copola, ſi malum venenū miſcuiſſet. Eadem ratione iudex qui iniuriam
intulit, ſacerdos qui ſacra expilauit, actuarius aut ſcriba qui falſum ad-
miſit, tutor qui pupillæ ſtuprum intulit, princeps qui fœdus violauit.
quarum enim rerum cuſtodes ac vindices eſſe debemus, ſi ab officio de-
ſeri nos patiamur, ſeueriùs plectendi ſumus[6]. Nam propterea Metium
Albanorum Dictatorem, quod fœdera cum Romanis percuſſa rupiſſet,
quadrigis membratim Tullus Hoſtilius lacerari iuſſit. Sic etiam Solo
Areopagitas legum cuſtodes ſtatuam auream ſui pōderis dependere vo-
luit, ſi leges violaſſent. Si Ariſtoteles iudicem ageret, aut in leges patrias
intueretur, nunquam arithmeticas rationes ad pœnarum irrogationem
adhiberet. tolerabilior eſt geometrica iuſtitia cū in omnibus, tum maxi-
C mè in pœnis, quia propiùs abeſt ab illa quam quærimus harmonica iu-
ſtitię ratione, quę vtriuſque particeps eſt. neque enim harmonica ratio-
ne plus illuſtribus perſonis tribuitur quàm obſcuris, tametſi plerique
contrà videatur. argumento ſit illud quod locuples eiuſdem peccati reus
ac tenuis grauius mulctatur[7]: quamquam non grauiùs hic quàm ille, ſed
vterque æquabiliter pro facultatibus ac fortunis. Extat apud nos lex anti
quiſſima, qua plebei tenues, qui manus iniectionem magiſtratu iuben-
te factam violauerint, ſolidis ſexaginta, nobiles verò mille ducentis mul-
ctantur. Et quoniam pecuniæ abundantius hìc quam illic, & hac quidē
ætate quàm olim affluunt, prudentis eſt legiſlatoris pœnas pecuniarias
pro temporum & locorum varietate mutare. Nam florente Republi-
D ca Romanorum ſub Traiano Imperatore qui fines Imperij quamlon-
giſſime dicitur protuliſſe, pauper legibus definiebatur, qui minus habe-
ret aureis quinquaginta[8], id eſt auri libra: erat enim triente maior aureo
ſolido Iuſtiniani, vt antea diximus. Hebræi[9] hanc Romanorum defini-
tionem ſecuti ſunt in ſuis Pandectis, & qui aureos quinquaginta in cen-
ſu haberet, mendicare vetuerunt. At cum leges duodecim latæ ſunt, tā-
ta fuit inopia vt qui auri libram haberet, locupletiſſimus cenſeretur. Ita-
que Decemuiri mulctam dixerunt æris x x v. ſi quis alterius os manu cę-
deret: quæ pœna grauis illa quidem pro tempore, quod arithmetica ra-
tione omnibus ex æquo irrogaretur. Sed poſteaquam opes accreuiſſent,
Neratius homo impudentiſſimus obuios quoſque manu ferire non du-
bitabat, deinde ſeruum ei qui iniuriam accepiſſet, aſſes x x v. numerare iu
bebat. Hic igitur abrogandæ legis x I I. præbuit occaſionem, & poteſta-



5 Tranquil. in Galba.

6 l. Presbyteri. de epiſc. C. l. ſi quis decurio. de falſis. l. quædā de pœn. Thomas. 1. 2. q. 7. art. 3. Diuus Bald. Salic. in l. nemo. de ſumma triuit.

7 l. properādum. de iudic. C. & §. ſi quis. de pace iurameto. glo. in c. 1. §. ſi ruſticus. & eod. Bal. Aluarot. Cardin. Alexā. de pace teuēda. Odofred. Cyn. Alber. Bal. in l. nemo. de ſūma trinit. Hoſtie. in c. ea quæ. de ſtatu monach.

8 l. pleriq. de iudicns. publicis.

9 In libro miſnaoth. tractatu de angulo. c. 8. paragrapho ȷ & n & tractatu de decima ſecūda c. 4. Rabi Dauid in Ezechielē c. 45. verſ. 12.

1 In Inſtit. tit. de iniuriis. § pœna.

tis vrbano Prætori dandæ, vt iniurias arbitrio ſuo [1] vindicaret. Tunc enim planè perceptum eſt & cognitum arithmeticas rationes ad pœnarum irrogationem nihil valere. Sic etiam Normanorum moribus, qui pugno plebeiũ cęcidiſſet, aſſe, qui vola manus, quinquę aſſibus mulctabatur: ſi nobilis eandem iniuriam accepiſſet, non iure, ſed vi & armis ſingulari certamine decernendum erat, ac ſæpiſſime is qui acceperat iniuriam legum conceſſu necabatur impunè. Nihil autem magis cauendum eſt in ferendis legibus, quàm vt ex earum malitioſa interpretatione locupletibus ac potentioribus peccandi licentia detur. Nam cum Demades Orator Athenienſi populo ludos exhiberet, vt rem populo gratiorem faceret, mimam in theatro [2] ſaltare iuſſit, ſoluta prius ex lege centum au- B
reorum mulcta: qua quidem ex re contemptus legum omnium ex vnius impudentia ad vniuerſos manabat. Quæ incommoda vt Poloni declinarent, quoniam omnes propemodum pœnæ quæ legibus eorum irrogantur, pecuniariæ ſunt, ſemper hæc verba legibus ſubrogare conſueuerunt, Lex hæc quia pœnalis eſt, annua eſto. Interdum etiam tantæ ſunt ciuium opes, vt legiſlator corpoream pœnam pro pecuniaria infligere cogatur, aut cum ſæpius peccatur, pœnas augeri oportet. ſic enim Hebræi iuriſconſulti [3] tradunt. Itaque Britonum lex fures in crucem agi iubet, ne, inquit, eorum augeatur multitudo. iniqua tamen lex eſt, & ſua vetuſtate quodammodo antiquata: quia nec perſonarũ, nec locorum, nec temporum, nec rerum furtiuarum differentiã complexa omnes omniũ C
ordinum fures eadem pœna cumulauit. At in omnibus pœnis exigẽdis [4] minores lenius puniuntur, & veniam ſæpius deprecantur: quanquam nõ lenius puniuntur, nec illis ignoſcitur: ſed qui ab ætatis errore, impetu, leuitate quid fecit, aut nihil, aut leuiter peccaſſe iudicatur. Item fœminas moderatius quàm viros caſtigare debent [6] iudices, vel quia fœminæ cupiditatum impetus maiores habent ac difficilius ab inopia rationis & bonarum diſciplinarum libidinem coercere poſſunt: vel quia molliores ſunt, ac dolores acriùs ſentiunt quàm viri. Quæ cum ita ſint, iniqua lex eſt Venetorum, quæ fœminam furti conuictam primùm verberibus cædi, deinde candenti ferro inuri, pòſt etiam eius manum truncari iubet. & hæc quidem primi furti pœna eſt. Secundum furtum naſi ac D
labiorum ſectione vindicatur: viro alter oculus eripitur, cum manus ſectione. qua lege acerbius fœminæ quàm viri plectuntur, & vtriſque victus quærendi facultate prærepta multò magis quàm antea furandi occaſio præbetur. Præſtaret ex arithmetica ratione æqualiter vtroſque punire. ſed teneros ac debiles, ſed adoleſcentes, ſeu fœminas, ſeu valetudine, ſeniòve afflictos qui acerbius quàm robuſtos caſtigant, grauiſſime tum in legibus ferendis, tum etiam in iudicando peccant. In ſumma, lex iniqua debet videri, & pœna iniqua, quæ magiſtratui moderandæ aut exacerbandæ legis pro cauſarum varietate adimit poteſtatem. In quo genere tamen non modo ab imperitis ſæpiſſime, ſed interdum etiam ab iis peccatur, qui ſummam iudicandi prudentiam vſu diuturno quæſierunt. Vbi enim vſquam terrarum tanta ſapientia, tantum iuſtitiæ lumẽ, tantus iuriſcon-

2 Plutar.

*Leges Polonorum.*

3 Moſes lib. 3. מורה הנבוכים

4 l. fere in omnibus. de regul. iur.
5 l. auxiliũ de minoribus.

6 l. ſi quis in graui. §. ignoſcitur. ad Sillanian. l. 2. de termino moto. l. ſacrilegij ad l. Iul. pecul. l. ſi adulterium. §. ſtuprũ. §. inceſtũ, de adult. l. quiſquis. ad l. Iul. maieſta. C. & c. ſicut dignũ. de homicidio, & can. indignantur 364. 6.

iuriſconſultorum numerus quantus in Curia Pariſiorum? At legem de
falſis à Franciſco I. rege latam, quæ pœnam irrogat capitalem omnibus
qui falſi crimine ſeſe obligarunt, ídque ſine vlla perſonarum & cauſarũ
differentia patentibus portis, rogante procuratore fici promulgauit. lex
ea tamen Curiæ diſſimulatione obſoleuit: cum intelligeret ſine ſumma
iniuria pœnam omnibus æqualem, id eſt pueris, adultis, opificibus, actua-
riis, iudicibus, ruſticis, ſiue ex falſo teſtimonio in cauſa leuiſſima, ſiue ex
ſyngrapha modicæ pecuniæ, ſiue ex corruptione ſigilli regii & rerum à
principe ſenatúve decretarum irrogari non poſſe. Nihilo æquior eſt lex
Venetorum quæ falſi pœnam linguæ ſectione vindicat, ſine vlla ordinis,
B ſexus, ætatis ratione: leges Mediolanenſes æquius, quippe falſi teſtimonij
conuictum, niſi cauſa aureos viginti exceſſerit, quadrupli pœna tenent,
& triduum καταμιδιᾶσθαι ſeu mitra contumelioſa publicè circunduci iubent.
iterantem falſum manus ſectione puniũt: tertiò falſi conuictum vltrici-
bus flammis exurunt: ſi vero ſumma aureis XX. maior ſit vſque ad ſum-
mam aureorum D. primò quidem manum amputari: iterantem vſtulari
volunt: vltra ſummam aureorum D. iudici arbitrium primò tribuunt:
quod ſi cui ſemel damnato relabi contigerit, hunc quoque deuri iubent.
Hîc vtraque proportio modicè temperata eſt: ſed nullam ſexus, aut æta-
tis, aut conditionis rationem habent, quod præcipue legiſlatorem ani-
maduertere decuiſſet. Lex diuina omnium præſtantiſſima falſi teſtimo-
C nij conuictum tantum detrimenti ſubire iuſſit, quantum alteri intuliſſet:
vt ſi aureos centum ſuo teſtimonio eripere vellet, eandem ſummam ſol-
uere cogatur: ſi vitam falſo teſtimonio adimere, vt eidem vita eripiatur.
cætera iudicum religioni permiſit. Neque enim audiẽdus eſt Draco, qui
rogatus quamobrem pomi furtum morte perinde vt parricidium vin-
dicaret, repoſuit ſe grauiores parricidæ pœnas illaturum fuiſſe, ſi pœnam
ſciſſet morte grauiorem. At Lycurgus omnia pœnarum genera atque id
omnino quod cuiuſque tum in publicis tum in priuatis iudiciis inter-
fuiſſet, magiſtratuũ poteſtati reliquit: quos quidem magiſtratus ſumma
integritate ad fide præſtare non dubitabat, quãdiu mores ac inſtituta ſua
ſeruarent: veritus fortaſſe ne ſi magiſtratuum poteſtatem legum ac pœ-
D narum arctioribus vinculis conſtringeret, delaberetur in eas quas dixi-
mus iudicandi difficultates, quibus populares ſtatus ſolẽt implicari. nam
Venetiarum lege qui ad ſanguinis effuſionem quemquam percuſſit, ei
pœna XXV. libellarum [7] indicitur: ſi occiderit, cruci affigitur. Si legi locus
eſſet, quammulti Neratij ſimiles forent, qui pugnis ac fuſtibus obuios
quoſque diſſoluta pœna ferirent! quanto æquius Adrianus [8] Imperator,
qui lege Cornelia de ſiccariis teneri voluit eos qui cum occidere cona-
rentur, non potuerunt tamen: eos autem qui quem nollent occiderunt,
pœnarum metu liberari. ſunt enim ſcelera non ex euentu, ſed ex animi
cuiuſque ſenſu metiẽda [1]. tametſi conatus animi leuius puniri debet, quã
ſi voluntatem cõſequatur effectus: & ſceleris perſuaſio quàm ſcelus per-
petratum, ídque conſentiente theologorum [2] ac iuriſcõſultorum [3] om-
nium diſciplina. tametſi grauius peccat aduerſus Deum immortalem

καταμιδιᾶσθαι.

7 In ſtatutis Venetorum.

8 l. 1. ad l. Corn. de ſiccar. Exod. cap. 21.

1 l. & generaliter. §. 1. de calumniat. l. ſi amicis. de adult.

2 Thom. in prima 2. q. 73. Anto. Florẽt. in prima parte ſummæ tit. 9. c. 1. §. 1.

3 l. 1. §. final. de extraord. crim. l. ſi quis aliquid. §. 1. de pœn. l. ſi fugitiuus. de ſeruis fugit. C. dd. in l. 1. §. hæc autem. quod quiſq. iuris. l. aut facta. §. euentus. de pœn. not. in l. etſi ſeuerior. C. ex quib. cauſis infam. irrogar. glo. in c. qui viderit. 32. q. 5.

qui ſcelus alteri perſuaſit, quam qui admiſit: quoniam flagitioſæ voluntatis aſſenſionem & quaſi labem altius in mente inuſſit[4]: quem vero libidinis aut iracundiæ impetus tranſuerſum rapit, vix eſt vt voluiſſe videatur: & cui quis oblato ſtupro perſuadere cum non poſſet, vim intulit, puram & caſtam reliquit. ſed aliter iudices, aliter philoſophi ſcelera perſequuntur: alteri ea tantum quæ ſub ſenſum cadunt, quæque publicam tranquillitatem ac requietem perturbant, plectere: alteri in intimos vſque receſſus & anfractus animorum penetrare conſueuerunt. Quod ſi ſcelus nō modo affectum, ſed omnino voluntatis concurſu confectum ſit, non eſt æqualitatis arithmetica iuſtitia conſectanda: vt Mediolanenſi lege, qui extra vrbes aureum nummū ſuffuratus eſt, morte plectitur: ſi minus eſt, B
arbitrio iudicis permittitur: ac noſtris legibus qui viatori tantulum pecuniæ extra vrbes in via regiâ extorſit, capitali ſupplicio afficitur: vt quidē memini Andibus furem in crucem ſublatum quod viatori ſeſqui ſolidū argenteum vi ademiſſet. Lex enim Romanorum[5] famoſos latrones in crucem agit: ſed latronis verbo ſiccarij qui vias publicas, vel proprie qui obſident latera viatorum, quaſi laterones dicuntur[6]: vt eodem plane ſenſu Hebræi לץ latronem appellant: לץ enim latus ſignificat. graſſatores vero dicuntur qui ſpoliandi cauſa vias publicas obſident[7], vt quidem iuriſconſulti Ciceronem ſecuti definiunt: Interdum, inquit, viator bene veſtitus graſſatori cauſam dedit vt ſpoliaretur. hunc igitur lex extremo quidem ſupplicio affici, non tamen de cruce vt latronem dependere iuſſit. C
Quæ à nobis ſubtilius interpretata ſunt, vt Accurſij errorem non ferendū notaremus, qui latrones eſſe putauit quos Latini fures, Italia tota Ladri, noſtri dempta litera Larones appellāt: ex quo errore ſecuta ſunt, opinor, in fures ſupplicia quàm decuit acerbiora. Omnibus enim omnium ferè populorum legibus ac moribus tertium furtum, pleriſque primum capitale iudicatur. Venetorum leges furem altero oculo iubent[8] orbari, ſi res furtiua quinque libellis æſtimata fuerit: ſi vero decem libellis pretioſior ſit, oculo ac manu: hinc ad xxx. libellas vtroque oculo: inde ad quadraginta, duobus oculis & manu: ſupra quadraginta capite luitur. Lex iniqua illa quidem, non tātum ob ſui acerbitatem, & perſonarum in pœnis irrogandis confuſam rationem, ſed etiam ob id ipſum quod qui mille aureos D
ex aceruo ingenti ſuffurari potuit, viginti contentus morte plectitur: & qui arcam inanem effregit, magnam vim pecuniarum ſi poſſet expilaturus, pœna vacat. Eadem propè ſunt Parmenſi lege conſtituta[9]. Mirum tamen mihi ſæpe viſum eſt, cur tanta ſuppliciorum grauitate in fures vtuntur ij qui parricidia pecuniis mulctare ſolent. eſt enim pœna capitalis in fures acerbior, nec ſatis ad furta coercenda idonea. quibus vero populis eadem furti ac parricidij pœna eſt, tutius eſt hominem occidere quàm furari. Abſurdiores tamē ſunt Danorum, Polonorum, Suecorum, Moſchouitarum leges de ſicariis: ac potiſſimum Caſimiri[1] magni lex, quæ cędem nobilium à nobilibus admiſſam aureis triginta vindicat: ſi plebeius nobilem occiderit, pœna pecuniaria duplicatur. ſi nobilis plebeiū interfecerit, pœna eſt decem aureorū, etiamſi ex inſidiis cædes eſt admiſſa. qua impu-

4 l. vt autē de ſeruo corrupto.

5 l. capitaliū. § in ſeruorū. de pœn.

6 Feſtus in verbo Lauro.

7 d. § capitalium de pœnis.

8 In cap. de promiſſ. malef. in ſtatutis Venetorum. Alex. lib 1. conſi. 5. nu. 12.

9 Alex. conſi. 110. lib. 4

1 anno 1368. ordinat. Poloniæ.

impunitate occidendi propoſita innumerabiles cædes conſecutæ ſunt. auctis poſtea regni opibus Sigiſmundo[2] patre pœnæ duplicatæ fuerunt, & legi ſubrogatum eſt vt ſiccarius LVIII. hebdomadas carcere publico manciparetur. Illud tamen iniquiſſime, quod triennio ſcelus præſcribi placuit, patronum vero qui clientem quem ipſi Kmetonem vocant, occidiſſet, ne conqueri quidem ſeu publico, ſeu priuato iudicio leges patiuntur. Eadem propè lata lex eſt à Napo Toreſano Mediolanenſi patricio, vt plebeiorum cędes ſi nobilis plebeium occidiſſet, pecunia vindicaretur. plebs accenſa furore nobilitatem vrbe exegit, ac legiſlatorē carceris diuturnitate ac fœditate necauit. meritò id quidem, quippe qui tam impu-
B denter dicam an impie proculcaret leges diuinas, quæ ſiccarium ex inſidiis ab ara ſacratiſſima detractum trucidari iubent[3]. ipſum vero genus mortis arbitrio iudicum lex diuina reliquit: vt extremum ſupplicium ſiccariis omnibus arithmetica analogia commune geometrica proportione temperari poſſit pro ratione perſonarum, temporum, locorum: qui enim ex inſidiis occidit[4], grauius peccat quam qui iracundiæ impetu: & qui clam aut noctu, quam qui palam aut interdiu: qui veneno[5] quam qui gladio: qui loco ſacro quā qui prophano: qui coram principe quam qui procul. quo nihil eſt apud Polonos capitalius: qui magiſtratum ius dicentem quàm qui priuatum: qui parentem quàm qui magiſtratum: qui principem[6] quàm qui parentem. qua ex varietate cauſarum ſupplicij va-
C rietas incredibilis exiſtit. Idem iudicandum relinquitur de eo genere perſonarum quæ in alterius cuſtodia ac tutela poſitæ ſunt, à quibus cauere nemo poſſit: vt pupillis à tutore, vxori à marito, ægrotis à medico, hoſpitibus à ſe inuicē: à quibus ſi necati fuerint, acerrime animaduerti oportet. ita quoque nocturni fures ſeuerius[7] quam diurni, & effractores, quíque ſcalis admotis domos inuadunt, quam qui patentibus portis ſubeūt. Apud Tartaros & Moſchouitas leuiſſima furta morte puniuntur, quia rariſſima ſunt oppida, & in tuguriolis aut caſis humilibus fortunæ cuiuſque poſitę ſunt. Quinetiam apud Indos qui ſunt ad Occaſum, fures verubus ac varris transfigi mos erat priuſquam Hiſpani regiones illas ſubegiſſent: quia tenui filo tantum prædia diuiſa erant, quæ qui tranſiliret aut
D perrumperet, grauiſſimo ſcelere obligari credebatur. grauius etiam ſi occulte id factum eſſet. tametſi ſtupra, adulteria, inceſtus cæteráq; id genus flagitia ſi palam fiunt[8], ſeuerius vindicari oportet, quia plus exemplo peccatur quam ſtupro: vt theologis[9] omnibus ac iuris vtriuſque magiſtris[1] conuenit inter ipſos. Hæc igitur tanta cauſarum varietas nequit vna & eadem communi omnium lege cenſeri: aut ſi legibus omnia complecti voles, nulla librorum multitudine id conſequere: nec rurſus omnia magiſtratuum arbitrio ſunt permittenda. ęquius hoc tamē quam illud. quid enim iniquius quàm iudicibus fabas vt Athenis, aut tabellas vt Romæ, aut globulos vt Venetiis dari nulla iudicandi poteſtate relicta? lex enim non iudex omnibus eandem pœnam conſtituit. ex qua pœnarum æqualitate ſumma iniquitas exiſtit: ſæpe quoq; diuerſiſſima ſcelera eadē pœna cumulantur: vt ſeptem legis Salicæ capitibus latrones, graſſatores, vene-

2 1496.

3 Deut. cap. 2[?].

4 l. is qui cū telo, ad l. Cornel. de ſiccar.

5 l.1. de malefic. & mathe. C.

6 l. quiſquis. ad l. Iuliā maieſt. c. & l. vlt. ff. eod.

7 l. vlt. de effractor.

8 §. ex maleficiis inſtit. de actio.

9 Thomas 2. q. 66. art. 3.

1 Can. nemo 32. q. 4. & 50. diſtinc. 11. & in c. ex tenore de tēpor. ordinat. & in cap. 1 de voto, lib. 6.

ſici, adulteri, incendiarij, quíque Francum occiderunt aut vendiderunt, & qui ſepulchrum violauerunt, ſolidorum cc. pœna mulctantur: quæ lex iuſtitiæ fundamenta omnino ſubuertit: quæ in eo potiſſimum conſiſtit, vt ſuppliciũ ſit æquale peccato: quod veteres verbo ἀντιπέπονθος ſignificarunt, id eſt talione quæ primum à lege [a] diuina profecta, Solonis legibus ac duodecim Tabulis cõprehenſa eſt, Pythagoricis etiam laudata, Græcorum ac Latinorum ciuitatibus probata & ſui antiquitate venerabilis ſemper extitit: tametſi Ariſtotelis [3] ac Fauorini obtrectationibus vituperata & quaſi oppreſſa iacere videatur. Sed illi vrgent nimis ruſtice, cum negant ius eſſe dente dentem, manum manu, oculum oculo rependi. quis enim tam inops à mente qui putet in eo vim iuris ac iuſtitiæ cõ- B
tineri, ſi quis luſcum eo quem vnicum habet oculo malitioſe orbauerit, vno tantum oculo carere cogatur? par pari referre oportet. viſum alteri ademit, viſu quoque orbandus eſt, niſi cæco aliter ſatiſfieri poſſit. Sic enim Locrenſium lege æquabilis interpretatio talioni ſubrogata eſt, coclite Locrenſi rogationem ad populum ferente. Eſt igitur talionem referre æqualia peccata pœnis æqualibus, grauia quidem grauiter, mediocria mediocriter, leuia leuiter coercere. Sic enim Hebræi veteres ſacratiſſimi diuinæ legis interpretes [4] ſcripſerũt. Quinetiam Rabi κanan [5] negat vſquam in Hebræorum ciuitatibus talioni locum fuiſſe, vt oculus ei effoderetur, qui alteri oculum ademiſſet: ſed oculi æſtimatio iudicum arbitrio pecunia æſtimari conſueuerat. argumento ſit quod ante legem C
talionis lata lex [6] erat, qua duobus inter ſe pugnantibus alter alterum ſi lęſiſſet, nec mors conſecuta eſſet, impenſas medicis qui læſerat, reſtituere iubebatur. ad quid medico ſatisfieret, ſi plagis iiſdem qui læſit vulnerandus eſſet? Illud etiam abſurdius ſequeretur, quod plerique molles iiſdem vulneribus acceptis qualia intuliſſent, omnino perirẽt. iam verò qui offenſionem accepiſſet, amiſſa manu vnde victum quæreret, ſi alteri manus quoque truncaretur, manu carere ac præterea fame interire cogeretur. Veteratoria eſt igitur Ariſtotelis ac Fauorini de talione interpretatio. At ipſe Ariſtoteles qui talionem carpit, iiſdem erroribus implicatur. negat enim in adultero puniendo quæri oportere improbúſne antè fuerit an ſpectatæ virtutis: ſed æqualitate arithmetica ſcelus compenſan- D
dum. quænam æqualitas illa futura eſt eiuſdem pœnæ ſi arithmetica ratione perſonis tam diſſimilibus addatur? aut quis tam indoctus ſutor, qui vnam formam ad quemuis pedem accommodare ſe poſſe putet? Creditores tempore pares, impares tamẽ debiti ſumma in tributum veniunt geometrica proportione: vt ſi aurei xxx. cogantur ex bonis debitoris, cui ex duobus creditoribus centum debentur, decem feret: cui verò ducenta, viginti laturus eſt: quibuſcum tamen ſi arithmetica ratione ageretur, quindecim vtrique darentur. At iudicium illud priuatum eſt, & in commutatione poſitum, ad quam Ariſtoteles arithmeticas rationes ſemper adhiberi putat oportere: quod non modo in hoc iudicio falſum eſt, ſed etiam in omnibus quibus agitur de eo quod cuiuſque intereſt, vt mox dicemus. Quod verò negat Ariſtoteles inquirendum bonus ſit

2 Deut.c.19.Leuit.24.

3 Ad Theodectẽ. lib. 1. & 5. & ad Nicom. li. 5. Gel. lib. 20.

4 Rabi Moſes Maymonis F. li. 3. נמרי הגנבים

5 Rabi Bachai authorem hũc appellat.

6 Exod.c.21.

nus ſit an improbus qui quenquam occidit: ſatis indicat ſe nullam iudi-
ciorum vſu diſciplinam habuiſſe. nihil enim diligentius à iudicibus quę-
ritur, quàm quæ fuerit anteacta vita reorum. neque id nouum eſt, cùm
ante Ariſtotelem Perſæ non modò inquirerent in mores ac vitam eorũ
qui accuſabantur, ſed etiam abſoluebant eos quorum virtutes vitia ſu-
perarent, vt eſt apud Xenophontem. Ob id etiam tertium furtum om-
nibus fere populorum moribus capitale iudicatur, & qui ſæpius pecca-
uit multo ſeueriùs coercetur. In quo rurſus fallit Ariſtoteles, quod rem
furtiuam cum eo quod intereſt eius cui eſt adempta, arithmetica ratio-
ne exæquari putat oportere, tribus numeris exemplo propoſitis, ſcilicet
B 2.4.6. quos numeros æquales fuiſſe poſuit hunc in modũ 4.4.4. & quo-
niã ei qui duos aureos in bonis haberet, furto dimidia pars eſt erepta ab
eo qui ſex habet, iudicem medium vtrunque vtriq; exæquare, ac primo
ſua reſtitui iubet. Quo iure ſi vteremur fures nihil præter ſimplum red-
dere cogerentur. At Solonis ipſius ac duodecim tabularum legibus, mo-
dò tripli, modò quadrupli pœna [7] & infamiæ ſempiterna [8] làbes inuritur.
quinetiam lege diuina, furtum bonis quintuplo vindicatur: quo genere
animalis, quia nullum homini eſt vtilius ab immortali Deo conceſſum,
& vbique vagari ſolet, pœna grauior ab eis irrogatur. At in eadem cauſa
qui plurium communis eſt, alius quidem cauſa cadit, alij verò ſimplum,
alij ſeſquiplum, alij duplum adiudicatur. Quæ quod peruulgata ſunt iis
C qui iudiciorum vſum aliquem habent, exemplis nihil opus eſt. vnum
modò ſufficere putem vt res ipſa magis perſpicua ſit. Opifex gemmam
quam annulo includere ex pacto debuerat confregit: gemmæ pretium
quantumcunque ſit rependere tenetur [9], etiam ſi nihil dolo malo fece-
rit, ſed ob id tantum quia ſe artificem tulit: qui tamen ſi alterius condi-
tionis fuiſſet, gemmæ pretium non lueret, niſi aut periculum [1] recepiſſet,
aut dolo [2] malo gemmam rupiſſet. Pleni ſunt iuriſconſultorum libri, ple-
na antiquitas, plenæ leges, quibus intelligitur harmonicas iuſtitiæ ratio-
nes ad priuata perinde vt ad publica iudicia adhibendas, arithmeticam
verò æqualitatem iniquiſſimam eſſe. Quamobrem Iuſtinianus promul-
gata lege [3] de vſuris, illuſtribus quidem perſonis quincunces vſuras per-
D miſit, mercatoribus beſſes, corporibus & collegiis centeſimas, cæteris o-
mnibus ſemiſſes: ab agricolis verò vſuras triente grauiores extorqueri
vetat. Quæ lex Ariſtotelis iudicio iniqua videatur: illam tamen quam
quærimus harmonicam iuſtitiæ vim præ ſe fert ex arithmetica & geo-
metrica analogia temperatam. æqualitas quidem arithmetica nobilium
inter ſe, tametſi alius alio longè locupletior ſit: rurſus mercatorum inter
ipſos æqualitas eſt, licet alius ſit alio ditior: item agricolæ ſimul copulã-
tur, qui tamen diſſimilimi ſunt inter ſe facultatibus ac fortunis. geome-
trica verò analogia elucet inter nobiles ac mercatores, intérque merca-
tores & collegia, ac rurſum ex cæteris ciuibus inter ſe & cum ſuperiori-
bus proportio quædam harmonica exiſtit. Aurelia [4] verò lex apud nos
populo regem Carolum IX. rogante lata pecuniæ tardius ſolutæ vſuras
beſſes pro eo quod intereſt mercatoribus ſolui iubet, cæteris leuiores:

7 §. ex maleficiis §. quadrupli dé action. l. ſi pro fure §. 1. de condic. furt. l. ſi lege pignore. eod. l. vlt. de noxa. C.

8 l. præſes. de pœnis. l. 1. de iis. qui notantur.

9 l. ſed addes §. ſi gẽma l. ſi merces locat. §. vlt. l. illicitas. §. vl. de offi. præſid.

1 l. 1. de pignora. l. quæ fortuitis. eod. C. l. 1. cõmodati. C.

2 l. Iulianus §. 1. de actio empt.

3 l. eos. de vſuris, & auth. ſeq.

4 Ordinationes Aurelııs laıa. cap. 60.

agricolis vero, mercenariis & opificibus omnibus duplum pecuniæ debitæ. ſed vtrunque caput legis obſoleuit, tametſi maxima Curiarum aſſentione promulgata fuiſſet: quoniam id quod cuiuſque intereſt, in facto non in iure conſiſtit, vt acutiſſime Paulus I.C. reſpondit [5]. quę vna ratio omnes omnium interpretum diſputationes de eo quod intereſt, tam varias támque ſui diſſimiles à ſtirpe elidit: quas Imperator Iuſtinianus vna lege [6] complecti ſe poſſe putarat. Itaque prudenter noſtris legibus ac moribus id quod cuiuſque intereſt, arbitrio iudicum relinquitur: quandoquidem non magis illud definiri poteſt, quàm Oceanus quãtus quantus eſt, anguſtiſſimo alueo concludi. Veneti vſuras ſiue in fructus, ſiue in pecuniis ſemiſſe maiores exigi vetant: quæ etſi tolerabiles ſint, & ciuiles B à Latinis [7] dicantur, lex ea tamẽ non ita pridem [8] lata iam obſoleuit: quoniam arithmeticam vſquequaque æqualitatem complexa perſonarum diſſimilem conditionem reiecit. Ac tametſi in rebus rationibúſque contrahendis ac permutandis quæ ad ſynallagmata pertinent, æqualitas illa magis probatur, ab ea tamen ſæpiſſime diſceditur: ipſique opifices & agricolæ ſuas operas & opificia carius diuitibus quàm tenuibus locare ſolent. nam medicus ad calculum diuiti detrahendum aureos ſæpe D. accipit, ab egente vero decem aut quinque: ac ſiquidem arithmeticam aut geometricã vſquequaq; analogiam conſectarentur, alter quidem calculo, alter fame interiret: ſed harmonica ratione huic quidem opes, ſalus illi comparatur. Quam quidem ad rationem iudices ipſi ſuam operam & C honorarium in cauſis diſceptandis exigere conſueuerunt: ídque ſemper licuiſſe videmus, dum tamen modum non excedant: vt quidem contigiſſe memini Prætori vrbano Pariſiorum, cuius nomen facilè patior ſileri, cum ſacerdotij ampliſſimi vindicias adiudicaret, aureos triginta mercedis nomine quæ leuiſſima eſſe debuerat, exegiſſet, prouocatũ eſt ad Curiam: Rinconetus inquiſitionum Præſes cum Prætorem acriter vrgeret, Prętor illud repoſuit, lõge fructuoſiſſimum fuiſſe ſacerdotium illud cuius vindicias adiudicaſſet: & quoniam multa tenuium cauſa ſine mercede faceret, æquum eſſe vt locupletes detrimentum illud quoquomodo ſarcirent. hîc Præſes repoſuit ſartorem ſuum ita ſecum agere, cum duplo carius operam æſtimaret in veſtibus holoſericis quàm in laneis conſuen- D dis. Lex quidem Mediolanenſis quæ iudicum ſalarium centeſimo litis æſtimatæ nummo definit, dum tamen vltra ducentos aureos egredi non liceat, iniqua Rinconeto videretur, quippe ſordidiſſimus omnium iudex ab omnibus omnia ſine vlla proportione extorqueret. Etenim litium ſæpe leuiſſimarum difficultas maior eſt quàm ſi de rebus grauiſſimis quæratur. Igitur & in legibus ferendis, & in iudicandis litibus, & in Republica moderanda rationem illam harmonicam quoad eius fieri poterit, tenere oportet, ſi iuris ac iuſtitiæ vim tueri volumus. Lex enim de hæreditatibus quæ ad primogenitum ſolidam hæreditatem detulit, vt antiqua Lycurgi de Spartiatarum hæreditatibus noſtris Caucis vſitata, iniquiſſima debet videri. minus iniqua eſt, iniqua tamen, quæ nobili primogenito totam hæreditatem cernere permittit, modo duas vncias cæteris quandiu vixerint,

[5] l. quatenus. de regulis.

[6] l. vnica. de ſententiis quæ pro eo quo intereſt. C.

[7] Plin.

[8] anno 1551. 12. Iunij.

rint fruēdas relinquat, vt Lex Ambianorum: aut tres, vt Andium ac Cœnomanorum, quæ in fœminas aliquanto mitior eſt: quòd maſculis nihil niſi vſu & fructu tribuitur, fœminis nexu ac mancipio. iniquior Anglorum & Scotorum, quæ nobili primogenito omnia prædia, cęteris modò pecuniam, cuius etiam trientem viduæ quæ viro ſuperſtes eſt permittit, cum triente prædiorum fruendo: nec teſtamento legare fas eſt vltra pecuniæ trientem. minùs iniquè agitur cum Germanis, qui abrogata lege veteri, cuius meminit Tacitus[9], hæreditatem ex æquo partiuntur. At quanto æquior ac melior diuina lex, quæ harmonicas[1] iuſtitiæ rationes complexa, maribus quidem ſolis prædia, fœminis pecuniæ partem, B primogenito duplum, cæteris ſimplum tribuit. ſi maſcula prole orbatus ſit paterfamilias, fœminas ex æquo hæreditatem partiri iubet, ac proximo cuique gentili nubere, ne extra gentem prædia diſtrahantur. hîc geometrica ratio cernitur inter mares ac fœminas, ac rurſus inter primogenitum & cæteros: arithmetica æqualitas in reliquis. ea lex omnium quæ de hæreditatibus vſquam terrarum latæ ſunt æquiſſima debet ac ſanctiſſima videri. Cùm rurſus diuina lex vetat eũ qui cædendus erit, ictus quadraginta plures accipere, harmonicam analogiam tuetur: quoniam arbitrio iudici datur, vt geometrica ratione decernere poſſit vſque ad ictus quadraginta, quid quiſque mereatur: æqualitas arithmetica in eo quod magiſtratibus lege definitum modum egredi prohibet: tum legi C ſubiecta ratio eſt, ne membris mutilatis quiſquam verberibus diu contuſus ſibi ac Reipublicæ inutilis efficiatur. quoniam occurri potuiſſet, grauiùs plectendũ eſſe qui grauiùs peccauit, nec intra modũ conſiſtere. præſtat, quàm quid iniquè acerbiùs agendo cõmitti. Ergo diuina lege docemur harmonicas rationes ad iuſtitiã ſtabiliendã exigi oportere. Ac tametſi optimatum Imperiũ geometricas, populare arithmeticas rationes amplectitur: vtrunque tamen harmonicis vti rationibus ſæpiſſime videmus. alioqui ſi optimates plebem ab omnibus honoribus & imperiis arcerent, nec præmiorum participem facerent, nec vllam ſpoliorum quæ hoſtibus eripiuntur, partem capere paterentur, eo ſtatu Reſpublica diu conſiſtere non poſſet. Quamobrem Veneti prudenter, qui tametſi ariſto D cratiam omnium quæ vſquam fuerunt pulcherrima tuentur, geometrica ratione quidem honores, imperia, ſacerdotiáque ampliſſima patriciis tantùm tribuunt: cętera ferè munera plebeis, quos ipſi Citadinos vocant: illud tamen habent ex harmonica ratione, quòd Primicerij ſeu Cancellarij honorem qui maximus eſt, & fructuoſiſſima ſcribarum Senatus munera plebeis tantum concedi patiuntur: iniurias verò plebeis ab optimatibus illatas acerrimè vlciſcuntur: & ſummam cuique fruendarũ voluptatum libertatem tribuunt, quæ libertas planè ſapit ſtatum popularem. Quod item in mandandis magiſtratibus & honoribus ſorte ac ſuffragio vtuntur, harmonicam analogiam ſequuntur: nam ſuffragia quæ delectũ habent dignitatis ac meritorum, geometrica ratione conflantur: ſors autem quæ ſummos infimis exęquat, in arithmetica æqualitate perſpicitur. Eſt ergo Venetiarum ſtatus purus & ſimplex in optimatum poteſtate:

9 In lib. de moribus Germanorũ.
1 num. 27.
*Status Venetorum qualis ſit.*

gubernandę verò ciuitatis ratio maxima ſui parte harmonicis rationibus conſtituta. Diximus antea ſæpe ac dicendum ſæpius eſt, propterea quod ad hunc ſcopulum quamplurimi naufragium fecerunt, ſtatum ciuitatis cum ratione gubernãdi ſæpe eundem, ſæpius ab ea diuerſum eſſe. ſtatum enim Romanorum exactis vrbe regibus popularem fuiſſe diximus, quoniam iura maieſtatis omnia in populi totius conſeſſu fuerũt: ratio tamen gubernandæ ciuitatis alieniſſima fuit à populari: quoniam patricij ſacerdotiis, imperiis, honoribus, ſenatoria dignitate ſoli fruebantur, plebeis aditus omnes ad imperia intercluſi & obuallati à Patribus obſidebantur: at ne iura quidem connubiorum plebi cum patriciis communia fuere, nec patriciæ fœminæ licebat à Patribus enubere: ſuffragia verò ex cenſu & ætate, quæ centuriatis comitiis ferebãtur, potiſſima præcipuáque fuiſſe conſtat. cum igitur ſtatus eſſet popularis, ratio vero gubernãdi ariſtocratia geometricis legibus conſtituta, plebs à Patribus ſæpe diſceſſit, nec diutius eam gubernandi rationem ferre potuit: nec prius à ſeditionibus ciuilibus conquieuit quàm plebeis æquè ac Patribus imperia, ſacerdotia, magiſtratus, honores, iura connubiorum, ſuffragia denique omnia omnibus communicarentur. Vtcunque tamen leges latæ fuiſſent, vix plebei honores adipiſci poterant, ſed ferè illuſtrium gentium dignitati concedebantur: & omnia fere à Senatu ſemota plebe gerebantur: quæ ciuitatis gubernandæ ratio florentiſſimum ſtatum effecit. At cùm Tribunitia vis ac furor ad plebem ſummam gubernandæ ciuitatis poteſtatem detuliſſet ac Senatui eripuiſſet, omnia peſſum iere, & quaſi vocum ſuauiſſimo concentu diſſoluto diſcordiæ graues conſecutæ ſunt, quę Rempublicam funditus euerterunt. Idem nobis de omni genere ciuitatum ſtatuendum eſt. argumẽto ſint Heluetiorum Reſpublicæ populares: qui quo propiùs à gubernatione populari diſcedũt, eo difficiliùs retineri poſſunt: vt montani Heluetij ac Rhæti. cæteri qui popularẽ ſtatum ariſtocratica ratione moderantur, ſtabiliores ſunt ac firmiores, Reíque publicæ dignitatem beatius commodiúſque tuentur. Vt igitur optimatum Imperium quod ariſtocratica ratione gubernatur, geometricis rationibus inſiſtit, quoniã honores, imperia, ſacerdotia, curationes diuitibus aut nobilibus tantum plebe procul repudiata dantur: ſic popularis ſtatus in quo populariter omnibus ciuibus omnia imperia, cęteráque viciſſim, vt cuique ſorte obuenerint, communicantur, ex arithmeticis rationibus totum conflatur. Ex quo ſequitur regium ſtatum ab vtroque diuerſum harmonicis rationibus conuenire. Quod ſi regale ciuitatis genus arithmeticis ſimul ac geometricis legibus, id eſt harmonicis moderatum erit, quis dubitet Rem illam publicam omnium pulcherrimam ac præſtantiſſimam fore? Hîc dominatum vnius qui ſubditos pro ſeruis habet, omitto, tyrãni quoque ſuperbiam & crudelitatem procul amouendam cenſeo: ſed regem ad intuendum propono ſiue ſuffragio pro ſua virtute ac pietate creatus ſit, vt Numa: ſiue ſorte diuina, vt Saul: ſiue regnum vi & armis partum adeptus ſit, vt plerique: ſiue à ſtirpe quæratur, vt omnes exceptis oppidò paucis, qui ciues non aliter ac liberos fouet ac tuetur. Is igitur populariter regnabit

gnabit ſi omnibus ſubditis omnia imperia, magiſtratus, honores viciſſim aut ſorte nulla virtutis habita ratione communicare volet. Idem ſi nobilitati tantum, aut locupletiſſimis quibuſque imperia, ſacerdotia, curationes ſemotis tenuibus concedet, nulla virtutis ratione inſpecta, ariſtocraticam gubernandi rationem ſequetur aliquanto meliorem quàm ſit illa popularis ac turbulenta, quæ vix vſquam gentium reperiatur: hæc vero tolerabilior eſt ac ſtabilior: quoniam princeps cum patriciis & iis qui nobilitate vel opibus florent, faciliùs copulatur quàm cum opificibus ac fece plebis, cum qua vix vllam ſocietatem, ſi decus Imperij ac maieſtatem tueri velit, cõtrahere poteſt: vt neceſſe eſt ſi ſummos infimis in petitione B magiſtratuum exæquabit. Hæc tamen regni gubernãdi ratio non modo plebi, ſed etiam principi ac nobilitati pernicioſa eſt. quoniam vtrique à plebe, quæ ſemper eſt innumerabilis, metuendum eſt: quo fit vt ſeditioſum nacta ducem ſeruile iugum excutiat, & principem cum nobilitate de Imperio deiiciat: vt antea ſępe contigiſſe propoſitis exemplis docuimus. cuius rei perſpicua cauſa eſt, quod principi quidẽ cum optimatibus conſociatio eſt, cum plebe nulla: vt planum fit his tribus numeris 4.6.7. primi ad ſecũdum ſeſquialtera ratio diapente quidem efficit cõcentum iucundum per ſeſe, ſed tertius nulla rationis ſuauitate cum prioribus coniunctus ſuperiorum concordiam omnino labefactat. Sed fieri poteſt, & ferè fit, vt princeps ad ſummos honorum & imperij gradus ſummæ no- C bilitatis viros proueha‌t, mediocres honores mediocribus, infimos infimis geometrica lege tribuat. quæ ratio gubernandi toleranda illa quidem eſt, ſed eo quem quærimus concentu vacat. vt perſpicuum fit ex his numeris geometrica analogia compoſitis 3. 6. 5. 10. eadem eſt ratio primi ad ſecundum, quæ huius ad tertium: & primi ad tertium quæ ſecundi ad quartum: ſed ſecundi ad tertium diſiuncta ratio eſt, quæ abſurdam & ineptam diſcordiam parit: ita quoque diſiuncti ſunt à ſe inuicem ordines ciuium, vt nullum inter ipſos vinculum firmum reperiatur. quia indignum putant nobiles muneribus exiguis plebeiorum implicari: ac plebei viciſſim ſe ab honoribus maximis ſummoueri moleſtè ferunt. vt patriciis quidem Romæ Tribunatum petere non àliter licuit, quàm eiu- D rata nobilitate & tranſitione ad plebem. Tunc enim Conſulatus patricio tantum, plebeio vero Tribunatus: qua quidem poteſtate conceſſa plebi arma ceciderunt, reſtincta ſeditio eſt, quia tenues principibus æquari ſe putabant: in quo fuit ciuitatis ſalus: alioqui furentis multitudinis impetus cohiberi nulla vi potuiſſet. nam quæ ratio Conſulatus ad Tribunatum eadem fuit patricij ad plebeium: & rurſus eadem fuit patricij ad Conſulatum analogia, quæ plebei ad Tribunatum geometrica ſimilitudine. Sed quoniam nec patricio Tribunatum, nec plebeio licebat Conſulatum adipiſci, diſiuncta plebs erat à Patribus, perpetuáque Tribunorum & Conſulum diſcordia ciuitatem infeſtabat: vt ex his numeris ita collocatis perſpicitur 2. 4.9.18. inter quos ratio quidẽ geometrica elucet vſquequaq;: quoniã tamẽ nõ eſt analogia continẽs ſed diuiſa, ſcilicet ſecũdi numeri ad tertiũ, abſurdiſſima diſſidentia aures offendit, & eã quę in

*Geometrica in tribuendis honoribus ratio.*

dupla dia paſon eſſe potuiſſet,cõgruentiã planè perturbat. Ita quoq; Patribus cum plebe perpetua ferè diſſidia interceſſerunt, quouſque plebi Conſulatus,Cenſura, Prætura ſummáque ſacerdotia paucis quibuſdam exceptis communicarentur. Quod ſi eodem temperamento patriciis Tribunatum licuiſſet adipiſci, ſic tamen vt plebeiorum numerus in eo collegio potior fuiſſet, & ſuauiſſimus ciuium inter ipſos concentus extitiſſet, & ex ea temperatione poteſtatum moderatus & concors ciuitatis ſtatus diutius floruiſſet: vt ex his quatuor numeris harmonica ratione coniunctis planum fit.4.6.8.12. primi quidem ad ſecundum & tertij ad quartum diapente:rurſus primi ad tertium, & ſecundi ad quartum dia paſon: ſecundi ad tertium dia teſſaron continenti analogia,copulans B prima extremis, media vtriſque,omnia omnibus ſuauiſſimum procreat concentum.Sed tantum aberat vt patricij ad Tribunatus petitionem admitterentur, niſi eiurata nobilitate, vt etiam plebei Conſulatum rariſſimè adipiſcerentur,niſi aut bellicis laudibus abundarent, vt C. Marius: aut ſumma dicendi copia,vt M.Tullius:aut vtroque,vt M.Cato.Quamobrem Cicero de ſe ipſe gloriatur apud populum quod primus longo interuallo temporum ſuorum primus homo nouus(nouum autem [2] appellabant qui primus in ſua gente honores adeptus erat) Conſul factus eſſet,& eum locum quem nobilitas præſidiis firmatum atque omni ratione obuallatum tenebat,populus ſe duce reſcidiſſet, virtutíque in poſterum patere voluiſſet [3]. Saluſtius verò, Námque antea, inquit,pleraque nobilitas inuidia æſtuabat,& quaſi pollui Cõſulatum,ſi eum,quanuis egregius, nouus homo adeptus foret. Ita perculſa nobilitate poſt multas tempeſtates nouo homini Conſulatus mandatur.Item Liuius de Catone Cenſorio,hunc petentem premebat nobilitas. Idem: indignabantur nouum hominem Cenſorem videre.nobiles appellabant liberos eorum qui primi in ſua gente honores & imperia geſſiſſent. Quamobrem mirum videri non debet ſi Reſpublica popularium hominum ſeditionibus perturbaretur,cum in tanta plebeiorum multitudine tam pauci ad ſummos honores etiamnum Ciceronis ætate peruenirent. Et cum eò prouecti eſſent,plebem deſpiciebant:Iam plebeios nobiles,inquit Liuius,initiatos eſſe ſacris,contemnere plebem. Ergo ciuitatis gubernato- D rem optimum in populari & optimatum Imperio,ac potiſſimum in regali ſtatu regem ipſum harmonicas rationes ad Rempublicam moderandam adhibere oportet: eo tamen temperamento nobiles inter ac plebeios admiſto, vt nobilis eiuſdem virtutis qua plebeius in petendis honoribus potior ſit, propter eam quam à maioribus adeptus eſt virtutis ac nobilitatis famam,vt cæteri ad virtutem ardentius inflammari poſſint. Item locupletiori dandum eſt aliquid,& cum Reipublicæ oneribus ac muneribus ſubeundis ſuam operam gnauiter ac ſtrenuè impendat, honoribus potior eſſe debet quàm qui egeſtate premitur, cui munera tribuenda ſunt quæſtuoſa,vt hic quęſtum ſibi ſuíſque neceſſarium, ille opibus abundans honore fruatur. Quamobrem Titus Flaminius [4] Procõſul in conſtituenda Theſſalorum Republica, locupletiſſimis quibuſque

2 Aſconius Pædianus.

3 Cic. in agraria.

4 Liuius lib.24.

buſque dominatum attribuit, qui ſcilicet Rempublicam ſaluam & honeſtam eſſe vellent: cum nullam pereunte Republica ſalutis ſpem haberent. Quod ſi magiſtratus Duumuiros aut Triumuiros creare oportet, commodius erit plebeio nobilem, locupleti coniugare tenuem, quàm duos nobilitate, vel opibus, vel ætate pares conſociare, quibuſcum neceſſe eſt controuerſias ſæpius intercedere, vt ferè fit inter pares. Illud etiam commodius, quod magiſtratibus diſſimili conditione creatis, ſuæ quiſque conditionis ſtatum tueri ſolet: vt quidem maiores Curiæ noſtris moribus ex omnibus ordinibus conflantur, ac ius vnicuique ſanctius ac melius reddi conſueuit, quàm ſi ex nobilibus, aut plebeis, aut eccleſia-
B ſticis hominibus omnino conſtarent. Omnium autem ſocietatum ciuilium nulla firmior eſt quàm potentum ac tenuium, nobilium ac plebeiorum omnibus magiſtratibus & honoribus plebi ac nobilitati pro meritis ac virtute cuiuſque communicatis. merita verò diſſimilima ſunt ac ſemper fuerunt. nam ſi quis omnia imperia, magiſtratus, honores virtuti tantum ac pietati tribuat, Rempublicam funditus euerterit, cum bonorum ac fortium ciuium numerus improborum multitudine longè inferior, ab his facile de Imperio deturbari poſſit: ſed qui fortibus locupletes, potentibus tenues, imperitis prudentes in gerenda Republica coniunxerit, tametſi alius à virtute, alius ab experientia deſeratur, ex illa tamen coniunctione concordia ciuitatis exiſtit: cum patricij ac locuple-
C tes ſibi locum in Republica relinqui, ſéque cum virtute ac eruditione præſtantibus viris coniungi lætabuntur: plebei verò genere quidem ignobiles, ſed virtutibus illuſtres cum ſe potentibus ac patriciis in honorum petitione exæquari vident, incredibilem ex eo capiunt voluptatem: qua ex re cæteri ad virtutem mirabiliter inflãmantur. quid enim præclarius quàm medici filium, aut obſcurum hominem (quales fuiſſe accepimus Michaelem Hoſpitalem ac Bertrãdum Gueſclinum) ampliſſimis in Republica honoribus cumulari? alter enim bellicis laudibus abundans Magiſter militum, alter togatorum princeps ob eximias virtutes Primicerius creatus eſt. At ciues omnes luctu & mœrore tabeſcunt, cum qui nec generis ſplendore, nec vlla virtute clari, ſed turpitudine vitæ infames
D ſunt, in altiſſimo imperij & honoris gradu collocantur. non quod putem indignos ciues ab omnibus imperiis ac magiſtratibus omnino arcendos eſſe: neque enim id fieri poteſt: ſed in ſecundis ac tertiis conſiſtere, nec potentia eminere oportet: nam qui Quæſturam ciuibus minime omniũ auaris tribuunt, arma non niſi ſtrenuiſſimis, iudicia nõ niſi integerrimis, gubernacula non niſi ſapientiſſimis, ſacerdotia ſanctiſſimis tãtum, Cenſuram non niſi grauiſſimis, laborem non niſi robuſtiſſimis, geometricas




leges ſectãtur illi quidem, ſed ab ea quam dixi harmonica ratione diſcedentes, nullo vinculo ciues deuinciunt inter ſe. alios igitur aliis copulare neceſſe eſt ad eum quem dixi modum, vt quod vni defuerit, alterius ope ſuppleatur. Ita quidem princeps ſubditos inter ſe & cũ Republica indiſſolubili

vinculo coniunctos placidiſſima tranquillitate fouebit: vt triplici numero triplicíque magnitudine, quibus expreſſa regiæ poteſtatis à natura ipſa imago quædam perſpicitur, quæ ſtatum ciuitatis optimum & naturæ legibus congruentem regium ſignificat gubernandi forma rationibus harmonicis conſtituta. binarius enim ad ternarium dia pente conſtituit, ternarius ad quaternariũ dia teſſaron, extrema verò dia paſon ex vnitate, rurſus ad quaternarium duplex dia paſon ac ſyſtema vniuerſi concentus omniúmque modulorum coaleſcit. ſi vlteriùs progrediare, harmoniæ concors ſuauitas perit. Vnitas autem ſupra numeros omnes eminet, quaſi princeps ſupra ciues omnes & extra ciuium ordinem, cuius maieſtas perinde atque vnitas ipſa nullam ſui partitionem admittit, ab ea tamẽ numerorum omnium poteſtas deriuatur. ordo vero ciuium triplex B in omnibus fere ciuitatibus eiuſmodi eſt, vt ſacer quidem priore loco pro ea qua Deum immortalem proximè accedit dignitate, deinde ordo militaris ſub cuius tutelam ciues omnes quodammodo poſiti ſunt. poſtremò plebs quæ ex agricolis, ſcholaſticis hominibus, mercatoribus, opificibus exiſtit. Id etiam ab hominis natura ſignificatur, in qua bene conſtitutæ ciuitatis forma perſpicitur, non tantùm in corpore, cuius vnum caput eſt, aptáque membrorum omnium collocatio, ſed etiam in animo, cuius ſuprema pars mens eſt, huic proxima ratio, deinde vis iraſcendi, poſtremò cupiditas. pura quidem mens eſt ab omni concretione, libera, & à cæteris animæ facultatibus diuiſa: vis autem iraſcendi in præcordiis milites: cupiditas ſubter præcordia plebem ſignificat. & quemadmodum ab hepate ſanguinis fomite cætera membra vegetantur: ſic agricolæ, mercatores, opifices cæteris ciuibus ſuppeditãt alimenta. & vt pleríque ab inopia mentis belluarum vitam viuunt, & ad id tãtum quod adeſt quódq; præſens eſt, appetitu feruntur, quos etiã ſacræ literę [5] iumenta vocant: ita quoque populares & optimatum ſtatus ſine mente, id eſt ſine principe, ſeipſos vtcunque non diu tamen tueri poſſunt, beatiores futuri, ſi principem habeant qui omnes ordines conciliare, & quaſi mens imperio ſecum diſſidentes ad concordiam reuocare, ac beare poſſit. nihil autem beatius fieri poteſt, quàm ſi vis ratiocinandi à prudentia, vltionis appetitus à fortitudine, libido à temperantia dirigatur: mens autem ipſa D ſuum imperium habeat & quaſi habenas tenens currum regat, cætera quocunquè ducat, ſequantur. tum enim omnis honeſtas omnis officij ac virtutis ſplendor circumlucet. at cum depulſo & excuſſo mentis imperio ac iugo, præceps ira quaſi miles indomitus, tum etiam libido quaſi turbulenta ac ſeditioſa plebs faſces arripit, in arcem inuadit, mentem denique ipſam quatit, ac de ſede ſublimi deorſum deturbat, ciuitatem omnem perinde vt animi vires in omne dedecus ac vitiorum fœditatem ruere neceſſe eſt. nihil enim Reipublicæ ſimilius quàm animæ pulcherrima illa ſibíque modis omnibus congruens comparatio: vt ſcilicet prudentia, fortitudine & temperãtia ciuiũ ordo triplex effloreſcat, & vnius principis imperio dirigatur: tum enim exiſtit concors ille ciuium omnium aptus & modulatus ſumma ratione concentus. Sed vt harmonia inſua-

*Margin notes:* C (beside "libera, & à cæteris…")

Νοῦς λογὸς, θυμὸς, ἐπιθυμία.

5 Ionas cap. vlt. Pſal. 49.

*Præſtantiſſimæ ciuitatis imago.*

inſuauis eſt niſi diſſonum aliquid admiſtum ſit, quo poſtea mollius ac iucundiùs in aures influat ſuauis ille concentus, qui ex diateſſaron, diapente ac diapaſon exurgit. vt qui cupedias auidiſſimè liguriūt, voluptatis ſenſum in guſtu nullum habent niſi coquus artificioſe diſcum aliquem interiiciat acerbis aut ſubamaris condimentis refertum, quo deguſtato cætera multo grauiora percipiuntur: non aliter ac pictores ipſi, vt lux è tabula eminere videatur, atramento candorem circunquaque obducunt, (quoniam voluptatis ea vis eſt & natura vt ſine aliquo ſenſu doloris inſuauis ſit ac pernicioſa futura:) ita quoque neceſſe eſt improbum aliquem ciuem ac flagitioſum magiſtratus & imperia gerere, & in B clariſſima bonorum ciuium luce verſari, vt virtutis ſplendor magis ac magis conſpicuus videatur. cum enim infames, ſordidi, indocti magiſtratus ac iudices aliquot, pauciſſimi tamen, vituperantur, qui virtutibus præſtant, veriſſimis ac propriis laudibus cumulantur. Ac mihi quidem priſcas fabulas intuenti videntur Græci veteres ea quæ de iuſtitia triplici diſſeruimus, commode ſignificare, cum εὐνομίαν, ἐπιείκειαν, εἰρήνην, id eſt legem, æquitatem, & pacem Themidis filias appellant: legem enim arithmeticis rationibus conuenire diximus, æquitatem geometricis, pacem harmonicis quaſi concordiæ nutricem, ac totius iuſtitiæ finem optimum. Quæ cum ſatis explicata ſint, reſtat illud quod huius diſputationis caput eſt, an geometricis iuſtitiæ legibus mundum hunc C Deus opt. max. temperare videatur, vt quidem Plato putauit: ob id enim Rempublicam geometrica ratione moderari oportere iudicabat, vt diuinum illud exemplar in conformanda ciuitate ſequeremur. At trium numerorum ſerie naturalem harmonicis rationibus aptam eſſe docuimus, & animæ facultates omnes ad harmoniæ concentum rectiſſime accommodari. Sed porro pergamus. nam ſi Plato propiùs admirabilem mundi fabricam intueretur, non prætermiſiſſet illud quod in Timæo præcipue diſſerendum erat, Deum ſcilicet mundi temperatorem ſapientiſſimum materia & forma, quarum altera alterius ope ſuſtentaretur, rerum omnium vniuerſitatem coagmentaſſe: idque æqualium ac ſimilium rationibus colligatis: mundus enim toti mate- D riæ æqualis eſt, quippe qui vniuerſa ſinu ampliſſimo complectatur: formæ verò ſimilis: vt harmonica proportio geometricam & arithmeticam in ſeſe continet, alteri quidem æqualis, alteri verò ſimilis. Neque enim Pythagoras hecatomben diis immolauit quod Hypotenuſæ quadratum, vt plerique putant, duobus circa rectum angulum quadratis æqualem eſſe demonſtraſſet: ſed quia duabus propoſitis figuris ſui diſſimilibus & inæqualibus tertiā inueniſſet, quę alteri quidem æqualis, alteri verò ſimilis eſſet: ſic quoque immortale ac ſempiternum laudis ſacrificium præpotēti Deo debemus, quod ex materia & forma mundum hunc alteri æqualem, alteri verò ſimilem admirabili harmoniæ vinculo colligarit. æqualem quidem materiæ, vt nihil deſit aut ſuperſit: ſimilem verò formæ illi ſempiternæ quam in mente habuit ſapientiſſi-




*Dato triāgulo 3. ſimile detur 2. per 18. ſexti. triangulo verò 3. detur æquale rectāgulum parallelogrāmum 1. per 42 primi. erit rectangulū 3. ſimile rectāgulo. 2. & æquale quadrāgulo 1.*

6 Geneſ.cap 2.

mus opifex priuſquam opus illud fabricaret, vt eſt in libris originum[6]. Conſimili ſapientia motu rapido cœleſtes orbes ab Ortu ad Occaſum. ac rurſus ab Occaſu ad Ortum circumagi voluit: tertium item trepidationis participem vtriuſque fecit. Ac ſiquis per ſingulas rerum naturas penetrare volet, animaduertet illā harmoniæ vniuerſitatis cohęrentiam & mirabilem colligationem, quæ ſingulis ſingula ſic connectit, vt medium cum vtroque congruat extremo. illa verò cohærentia, nec arithmeticis rationibus, nec geometricis conuenit, ſed ſolius muſicæ propria eſt. nam concentus ſuauitas ex vocibus aptè temperatis exiſtit: diſcrepantia verò cùm voces miſceri non poſſunt. Itaque videre eſt terram ac tophum argillę & cretæ quaſi medio quodam connecti, lapides inter B ac metalla marcaſitas ex vtroque genere coaleſcere. ſtirpes item ac lapides coralliorum generi quod arboreſcit quaſi medio quodam conglutinari. animantium verò ac ſtirpium media eſſe Zoophyta, quæ tametſi mouentur ac ſentiunt, radicibus tamen hærent. rurſus aquatilium ac terreſtrium animantium media eſſe amphibia. volatilium & aquatilium medios eſſe piſces volatiles. hominis autem ac brutorum animantium medios ſimias ac cercopithecos videri: niſi Platoni aſſentiamur qui mulierem in beſtiarum & hominum medio collocabat. beſtiarum autem & angelorum vinculum eſt homo, qui mortalis ſimul & immortalis naturæ particeps cum vtroque ſocietate quadam coniungitur. Eſt etiam ætheris regio media, quæ ſuppoſitam ſibi animalem ſpirabilémque naturam & cœleſtem regionem eadem complectitur affinitate. Et quemadmodum in recta muſicæ modulatione eſſe aliquid oportet quod duriùs feriat aures, ſine quo peritura ſit cantus ſuauitas: ita quoque Deus bonorum ac malorum vim ſic temperauit, vt vitia virtutibus opponeret: & monſtra quædam in natura exiſtere, orbiúmque lucentium deliquia fieri patitur: & rationes quaſdam eſſe, quas Geometræ ſurdas vel potius ἀῤῥήτους appellant: vt mundi concentus ſuauior eſſet: & admirabilia Dei facta planius ac melius intelligerentur, quæ alioqui denſiſſimis tenebris

7 Exod.cap.9.

inuoluta delituiſſent. Itaque Deus ad Pharaonem, Excitaui[7] ego te, inquit, vt demonſtrarem in te ipſo potentiæ meæ vim ac decus, vt toto terrarum orbe geſta mea omnium vna commemoratione prædicarentur. D Hæc quidem ad rerum in Ægypto geſtarum veriſſimam narrationem pertinent: ſed latet ſententia diuinior de Pharaone malorum omnium

8 Iob. cap.40.& Pſal.104. ſæpius vocatur התנין rectiſſimè interpretatur Ezechiel cap.29.& 30.

opifice ac parente, quem ſacræ literæ verbo Leuiathan[8] ſignificant: theologorum tamen omnium vna vox eſt. hunc humani generis aduerſariū omnium maximum Dei nutu, verbo, poteſtate coerceri. vim autem malorum omnium quam miramur & indignamur, & ſine qua vis bonorū nec eſſet, nec perciperetur, elementorum ac nubium cancellis cohiberi: ſupra verò nihil niſi ſanctum & à ſordibus ac ſcelere purum manare, vt exigua illa malorum labes multo plus profutura ſit quàm nocitura. rectiſſimè enim Auguſt. qui Deum immortalem vllum mali dedecus perpeſſurum negat, niſi maius bonum conſequi certo ſciret. Quemadmodum igitur ex vocibus acutis & grauibus ſuauis concentus efficitur: ſic

etiam

etiam ex vitiis ac virtutibus, ex elementis ac cæleſtium orbium conuerſionibus inter ſe diſcrepantibus, rerúmq; omniũ contagione & antipathia vinculo nunquã diſſolubili colligatarum conſenſu, harmonia mundi totius partiúmque ſingularum concors exiſtit. Res item publica bene conſtituta bonorum ac improborum ciuium, potentium ac tenuium, ſapientium ac ſtultorum, robuſtorum ac imbecilium, mediis ordinibus vſquequaque interiectis, qui ſummos infimis, omnes omnibus coniungãt, mirabili ciuium vniuerſorum diſcordi concordia coaleſcit: ſic tamẽ vt bona malis ſint vbique potentiora: vt mirabili prudentia ſapientiſſimus ille rerum omnium opifex ac mundi procurator ſempiterna lege
B lege ſanxit. Et quemadmodum ipſe incredibili quadam vi ac poteſtate præditus angelis imperat: ſic etiam angeli hominibus, homines belluis, anima corpori, mas fœminæ, ratio cupiditati, & optimum quicque imperandi poteſtate deteriora continet, vt omnia rectiſſimis ac legitimis imperiis colligatione quadam poteſtatum omnium coerceantur. Quod igitur vnitas eſt in numeris, mens in animæ facultatibus centrum in circulo: itidem in mundo rex ille potentiſſimus vnitate ſimplex, natura impartibilis, puritate ſanctiſſimus, ſupra cæleſtium orbium fabricam altiſſimo interuallo remotus, ſpirabilem hanc regionem cum cæleſti ac intelligibili copulans, mundum triplicem ſuauiſſimo concordiæ ac modulationis concentu admirabili colligatum, cura qua-
C dam ſecura ab interitu ſeruat: cuius ad exemplar optimus quiſque princeps, qui Rempublicam non modò ſaluam, ſed etiam honeſtam ac beatam fore ſperat, ſeſe comparabit.

FINIS.

*Lugduni, Impenſis Jacobi du Puys.*

## *Typographus Candido Lectori.*

*Cvm ad nos D. Bodinus hoc exemplar excudendum miſiſſet, multis ſubductis lineis, quod eius deſcribendi per otiũ non licuiſſet, inſtantibus nundinibus hoc vti coacti ſumus, vnde plura nos prætermiſiſſe non dubitamus, vt plerunque noſtrum eſt dormitare. Curauimus tamen vt Obmiſſa colligerentur, quæ hoc poſtremo loco (vt ſolemus) adſcribenda duximus, quo fidem noſtram & diligentiam adhibitam teſtatam faceremus. Vale & ignoſce. Aliquando meliora (Deo fauente) dabimus.*

PRIOR NVMERVS PAGINAM DESIGNAT literæ A.B.C.D. locum eiuſdem, at numerus poſtremus lineam proximè literam ſequentem.

f.3. C.2.lege Obruta. f.13.B.3.lege quæ.D.5.lege conſtituto. f.14.D.2.lege primam omnium. f.17.D.10.lege repudiatam f.18.B.4.lege.ſubiicit hæc verba,ſine cauſa repudiatam eſſe. f.21.A.4.lege Turquetum. f.23.D.7.lege paternæ 30.B.8.lege adoptarat 32.C.2.lege reiecit 33.A.3.lege metiuntur 34.D.11. lege idem fecerunt. 36.B.6.lege cinædo *pro puero meritorio* .C.lege immerentes ſeruos. D.5.lege ſtatua Ptolemæi 37.B.4. lege liberis hominibus, libertatem verò ſeruis 39.C.3. lege fundari 49.B.9. lege aratro dicta eſt, 51.C.10. lege omnium maximè 60.C.8. lege conſentientis 64.A.7. lege Marcarum,B.7.lege Pennus. 66.B.9. lege clientes. 87.C.3. lege Sũmam 89.A.6. lege vt ius 93.C.11.lege iuramus &c.Sub occaſum. 95.D.2. lege columna 108.A.3.lege Eſſe ſat eſt 111.A.in marg. lege Tritemius,eod.D.5.lege Clodoueo 116.B.9. lege reſpondit 118.A.9. lege ex patronis. 132.D.6. lege Germaniam 139.B.7.lege ad incendia Rerumpub.commouenda. 154.D.2. lege Illas quidem leges 156.A.8.lege admoneri 157.D.5.lege à patre patrato.Ibid.11.lege præter vnum. 163.B.7. lege Armoricorum 164.C.6. lege eius rei cognitio 165.D. 9. lege vel potius veneficium. 181.C.5.lege auro ſplendenti,eod.D.in marg.lege du Halliant. 198 .D.4.lege deſignauit 218.D.2.lege imperium 223.D.3. lege Lotharingiæ dux. 224.C.9. lege conſenſu 230.A.5. lege abdicaret 260.A.2. lege Goueanus. 264. D.2. lege Geneuæ 329.D.7 . lege quæ conuiuia. 341.C.4. lege iudicibus. 342.C.3.lege poſterioris 346.D.1.lege traieci.Noſtri reges. 350.D.9.lege ciuicas 362 A.7. lege ſacrum ordinem 367.A.5. lege Sabini 372.B.3. lege luxu diffluenti 375.A.3. lege Iouius 377.A.3. lege Pompeij ac Lepidi 378.C.6. lege legibus definito 380.B 8. lege originem habuerunt. 383.D.6. lege grauiter ferunt. 386.B.11.lege tutores verò 388.B. 7. lege inuentus eſt 390. A. 8. lege. rege capto 391. C. 4. lege Polonorum 394. D. 9. lege teſtatum habemus 397.A. 3. lege eos errare 398. A. 9. lege partibus 410. C. 1. lege conuerſiones 460. D. 9. lege animaduerteret 461.D.1. lege irrogare 468.A.10. lege improbi 475.D.2.lege Batauos, Item.verſ. 8. lege vt victus 484.C.8. lege templo ſancitum 500.C.4. lege conſtituantur.Item verſ.8.lege originem. 506.C. 10. lege docet 510.C.5.lege religionum metu 514.A.8. lege amantiſſimos 521.C.8. lege ſuſcepta 522.A.7. lege incredibilem 526.A.9. lege ſoluendi neceſsitas 548.C. 4.lege triginta 577.A.10. lege ex liberis 621.D.10. lege albo pariete 622.C.10.lege Claudio 670.C.6.lege ſubditis 671.C.8.lege ſacellum ibid.D.7.lege,ſineret. 695.D.1 lege perferri 713.B.7. lege ſocietates 734.A.6.lege monarchia 749.D.12.lege conuiuarum 759, D.1.lege ætatis 761.C.8. lege Papinianus 9. lege Caracalla.

# RERVM, VERBORVM ET SENTENTIARVM QVÆ HOC DE Repub. opere habentur, Index

*NVMERVS PAGINAM, LITERA LOCVM, HAEC AVTEM nota ¶ ſententiam, regulam iuris aut ſummam deſignat.*


AARONIS Hebræi nobilitas 353.a,b
Abbaticellani & Glarenſes vtriuſque religionis cuſtodes 72.d
*Abid* feſtum Iudæorum quod 395.d, vbi eiuſdem varia conſideratio & appellatio ibid. itẽ vnde dictus menſis Abid 346.d
Abrogatio quorũdam beneficiorum ſeu priuilegiorum à Ludouico xij. Francorum rege facta 165.b
Abſalonis Dauidis filij exẽplũ *quo ſignificatur Principum in præmiis indignis tribuendis indulgentiã ipſorum & Reipub. ſtatui nocere maximè* 549.b
¶ Abſurdum antecedens, abſurdum & conſequens 193.c
Acabi exitium ob impunitatem Benadabo conceſſam 488.c, eius vxoris crudelitas 540.d
Academiæ Andium priuilegia à Carolo v. quare cõceſſa 506.a
Academiæ rectorum ius in ſcholaſticos 333.c
Accurſij ſententia de iudiciis ferendis an ex æquitate, an ex verbis legum 153.d, eius error de latronibus 766.c
Accuſandorum & damnandorum reorum mos apud Mediolanenſes 458.c
Accuſatores corruptelæ rei & peccatorum inuicem quare conſtituti apud Rom. 432.b
Achæi tyrannorũ magiſtri 74.d, eorum conſpiratio vnde dignota 169.b, eorũ ſocietas 74.c, 75.a, eorum ius, eiuſdemque ſocietatis diruptio ibid. cum Romanis 75.b
Achillis parentatio 34.d
¶ Actio expilatæ hæreditatis & furti cõiugibus inter ſe non datur 17.c
Actus iuriſiurandi ducis Gueldriæ 118.c
Actuum legitimorum vis & natura 111.d
Adamus homo & fœmina 14.d
Adamo in vxorem Euam Deus imperium dedit ibi. quod fuit illud ibid.
Adoleſcentium natura 521.b
Adoptionum cauſa 29.d, quibus adoptare licet, ibid. & 30, eis fraus legibus quomodo fieri poſſit 30.d, earum ius, & in adoptiuos poteſtas adoptantium 28.c, 29.b, iura varia apud varias gentes. ibid. vid. etiam in dictione Gallorum
Adoptiui quomodo à publicis muneribus excluſi 30.d, ab hæreditatibus & ſubſtitutionibus ibid. & 31. hodie proximis parentibus legitimíſque hæredibus non præiudicant 30.d
Adoptione marium an filiæ naturales & legitimæ ab hæreditatibus ſeu ſubſtit. excludantur 31.a
Adoptione qui ad principatum peruenerint 29.30
Adoptiones variæ 28.29.30
Adoptare fœminis an licitum 29.b
Adolphus regis Danorum auunculus Imperator vrbium Balticarum 76.b
Adoptio Ephraimi & Manaſſes ab auo Iacobo 28.c
Adriani lex de ἀνάκρισι, Præſidum Prouinciarum 325.d
Adriani Pontificis introductiones auariciæ 651.c
ab Aduerſariis quæ vtilitas maior decerpi dicatur, vide omnium Vtilitatum
Adulterij pœna apud Rom. 16.b, & aliarum gentium ibid.
Adulatorum ſiue Aulicorum canum peſtis Reipub. vide Aulicorum.
Adulteram occidentis pœna varia 760.b
Æacidarum genus vnde 450.c, eius rogatio de abrogatione legum xij. Tab. 307.a, 427.b
Æbutia rogatio quæ 24.d
Ædilium curulium poteſtas eadem quæ Tribunorum 281.d præſcripta 282
Ædium exuſtarum æſtimatio quæ habenda 397.b
Ægyptiorum adulterij pœna, vide Adulterij
Ægyptij fures, vide Fures
Ægyptiorum natura & ſitus 500.d, eorum opera publica 671.c, eorum ordinum dignitatis prærogatiua 354.b, eorum beneficia in reliquas gentes 145.c
Ægyptij agri diuiſio 639.c
Ægypti ærarium, vide Ærarium
Æmilij Mamerci Dictaturæ tempus perbreue 262.c
Æqualitas aut inæqualitas bonorum quantum Reipub. vtilis aut inutilis vide Bonorum
Æqualitas legitima humanæ naturæ conſentanea ſecundum Euripidem 748.d
Æqualitatis & ſimilitudinis differentia ad geometriam & arithmeticam 748.b
Æquatio bonorum quàm iniqua & damnoſa 702.d
Ærarij deſcriptionẽ Principẽ habere oportet 672.d
Ærarium in Repub. quam neceſſarium 638.a, eius conficiendi ſeptem genera, eod.d, de iis ſingulatim fol. ſeq. 643.c, 645.c, 647.d. 650.a, 651.c, 654.a, eius diſpenſatio penes Senatum 254.d. & 256.c conſtituendi & in integrum conſeruandi quæ ratio adhibẽda 657.d, ſanctioris ratio 675.a, vbi paſſim variarum gentium modi obſeruati huiuſce conſeruandi gratia.
Ærarij Gallici conſeruandi ratio 672.c, Item in eius pecuniis colligendis varia munera conſtituta, vt tribunorum, quæſtorum, iudicum, & aliorum id genus præfectorũ diuerſa ratio, vnde Reip. ipſius

ærarij maxima detrimenta 678.& 679. paſſim vbi & nonnullarum aliarum gentium mores referuntur.
Ærariũ Ægypti, Florẽtini ducis & Turcarũ 669.c,d, Athenienſium 660.b,c, Galliæ ſub imperio Caroli.v. vj. vij. Ludouici xj. & Caroli viij.& ix. 676.d, & 677.a
Ærarij publici & ciuitatum euerſio vſurarum ratione 665.d,& à fol.ſeq.ad fol.668. b
Ærarij Gallorum claues quot,& penes quos 674.b
Ærarij & fiſci differentia 641.b, eius conſeruandi ratio, item in quibus inſumendæ publicæ eiuſmodi pecuniæ 668.d, 670.b,& paſſim
Ærario præfecti apud Perſas & veteres Græcos quare virilibus priuabantur vide Græcorum
In Ærario Romano variorũ varia cõtributio 643.c,d
Ærario quando ſuccurrendi ciues 654.a
Ærarij conſtituendi Turcarum mos, vide Turcarum. item Caroli v.Imper. Inſtitutum, vide Caroli
Caducarum partium Ærarij Galliæ anni 1572. computatio 672.d
¶ In Ære qui non habet, in corpore ſoluere tenetur 759.a
Æris abundantia apud Germanos vt & aliorum metallorum, excepto auro 685.a, eiuſdem metalli varia æſtimatio ibid. eius ad argentum ratio quæ 690. d
Æſchinis & Demoſthenis controuerſia 263.c
Æſculapij & Iſidis ſacra à Romanis in vrbem recepta 484.b
Æſymnetæ apud Mitylenæos qui 197.a
Æſopici equi affabulatio 660. d
Ætas Reipub. vide Reipub.gub.
Ætatis hominum communis definitio 624. b, ciuiũ dignoſcendæ modus 625.c
Æthiopum regnum & eiuſdem vectigalia, 647. b, nullus vſus vrbium, nec arcium præter eam vbi adſeruantur Principes 557.c, Ii vt & Afri vnde cibi abſtinentes 497.d, religioſiſſimi apud quos ingens ſacerdotum numerus: item templorum & id genus ſacrorum: item eorundem alij mores 511.c, eorum dominatu qui potiatur 191. in marg. eorum dominij poteſtas 193.c, ex Iouio, eorum rex quot dicatur habere reges ſubditos 141. d, eorum mos ratione Regum & Principum regalis ſtirpis 733.b,c,
Ætolorum naturæ robur vnde 16. c, eorum conſuetudo in ſuffragiis ferendis 251. b, eorum & Arcadum bellorum cauſa 386.c, concilium 245. a, ſocietas 75.c
*Afatmire*, quid Ripuariorum legibus 29.c
Affri & Æthiopes vnde cibi abſtinentes, vide Æthiopum
Affrica leproſorum abundans 508. c, d, in ea & Hiſpania Affricæ contermina furioſorum frequentia 505.a, vbi & varia furoris genera paſſ. eius regionis natura & qualitas 496.d, monſtris abũdans quare 506.b, eius vrbium quæ maxima, vide Caira. quare Affrici in Europã, & Auſtri verſus Aquilonem proficiſcentes robuſtiores fiant: contra Europæi in Affricam & Aquilones verſus Auſtrum inertiores & debiliores euadant 496.d, & fo.ſeq. vbi id genus varia exempla
Affricani qui dicti 29.d
Affricorũ populorũ mutabilitas in ſtatu Rerũp. 383.b
Agamemnonis ſacrificium Iphigeniæ 35.a
Agellij locus reſtitutus *de ratione mulctarum aut potius Italiæ ethymo.* Item in voce *Ouis*.275.d. Item 276.c,
Ager cẽturiatus quis dictus 639.b. *vbi &* Hæredium *quod apud veteres dictum.*
Ageſilaus rex quare ab Aegyptio rege contemptus 465.d
Ageſilaj & Lyſandri odia 444. quare ab Ephoris mulctatus 204.b
Agis regis cædis cauſa 525.c
Agrariarum legum iniquitas 526.a,b, 527.b, conſtitutio Romanorum 532.b,d
Agraria Rulli Tribuni pleb. rogatio quæ 230.a, Lex Lycurgi 693.a
Agri Romani diuiſio Romulæa & aliorum 639.a,b, eiuſdem iugerum numerus. ibid. Ægyptij diuiſio, vide Ægyptij
Agricolarum & Paſtorum ordo laudabilis quare 360.c
Agriculturæ laus 360.c
Agrippæ Senatoris Romani in concilianda plebe cũ patribus ſubtilitas 52.a,4.c,7.478.c
Agrippæ (Menenij ſcil.) paupertatis exemplum 546.a
Agrorum hoſtibus ereptorum quæ ratio apud Rom: & quantum ex iis cuique poſſidere liceret 532.b, diuidendorum apud Spartiatas Licurgy ratio 533. b, 534.a,b, 536.b,& 537.a, diuiſio ex lege diuina 527. c, aſſignatio apud Peruanos deuictos à Carolo v. Imperatore 645.b
¶ Agrum certis finibus deſcriptum habentes, eodem iure in ſingulos vti, quo in vniuerſos ipſo iure perſpicuum, niſi ſingulari beneficio immunes eſſe ſingulis tabulis teſtatum fuerit 126.d
Alæ aureæ Euripidis vide Euripidis
Alarici Gotthorum regis decretum 101.b
A laudium vnde 107.d
Albani Ducis Hiſpani auaricia maxima Belgarum ab Hiſpanis defectionis cauſa 657.b
Alberti marchionis Brandeburgenſis doctoratus perfidiæ, vide Mauricius
Albinagij ius Gallorum quod & vbi locorum & vſitatum 61.a, quàm antiquiſſimum c, iure qui in Gallia non ſubiiciantur 63.c
Albretus Rex Nauarræ regno ſpoliatus 120.b
Albretorum ius gentile 13.b,c
Albretorum principes, Lauallæ gentis ac Mõmorantiæ gentilia proauorum iura reſcindi curarũt 13.d
Alcibiadis factum erga vxorem 18.b
Alençonij ducis Maieſtatis rei iudicium 462.d, eius coniurationes in regem Carolũ vij. & Rempub. 216.b
Alemani Præſidis damnatio & reſtitutio 162.a,c, 315.d
Alexander Magnus Darij parricidij vltor 216.a, eius beneficia ingentia 555.c, Ebrietatis vitium turpiſſimum 453.d, Imperium & victoriæ 371, & 407.b, Munificentia in abrogatione legis Macedonum de coniuratis, vide Macedonum. Exercitus deſcriptio 557. d, Dominatus 104.b, Iactatio 55. b, c, Proſapia 195. c, Reſponſum notabile Taxilæ Iudæorum regi regnũ ſponte deſerere volenti 445.b
Alexandri Seueri Imperium optimum Reipub. 552. b,c, Se-

b,c, Seuerus, quare nuncupatus ibid. eius Numina 484.d, Mos laudabilis ratione tribuendorum dignitatis graduum 556.a,b
Alexandri vj. Pontificis Max. tyrannidis exemplum 473.c.
Alexander Medices Florentiæ tyrannus à Laurentio Medices proximo & familiari interfectus 376.a,b
Alexandri Imolenſis Magiſtratus definitio vide Magiſtratus
Alexandri Pontificis mors 558.b
Alexandri Iuriſc. erronea opinio, iudicem ad quem arbitrium iudicandi delatum eſt, iniquè iudicare poſſe 755.a
Alexandri iiij. Pontificis in Federi cum ij. Impe. petulantia 138.d
Alexander Imolenſis omnium ſui temporis Iuriſcõſultorum peritiſſimus 125.b, eius ſententia de pactis conuentis iureiurando firmatis eod. 86.c
Alexander Pontifex quando creatus 40.a
Alexander Magnus & Alphonſus Aragonum rex cõtortis collibus à ſubditis (aulicis quidem canibus) imitati 454.d
Alexandria quomodo nobilitata 59.c
Alliaci Cardinalis aſtronomi error 400.a,b,
Allobrogum principibus lex Salica vſitata 13.c, eorum ducis in ſeruos benignitas 40.c
Allodia prædia ex conſuetudine Campaniæ, ne principis quidem beneficio poſſidentur pleraque 191.b
*Almiral*, apud Gallos quod munus 327.c
Alphonſi tyranni mercatura vide Mercatura
Alteratio ſtatus Reipub. quæ 266.c, a conuerſione quomodo differat ibid.
Alterationes Reipub. vide Reipub.
Aluareſij hiſtoria Æthiopica de verberatione Præſidum quorundam 191.d
ab Amani ſupplicio ad victoriam Machabej aduerſus Antiochum tempus 421.b,
*Amanis* Heluetiorum quorundam Magiſtratus vt Rhætorum 232.c
Amaſij Ægyptiorũ regis lex optima in otioſos 537.c
Ambaſianæ coniurationis maximæ exemplum, & à quo detecta 471.b
Ambiguitates verborum fugiendæ, vide Verborum
Ambitioſorum & ſtomachi veternò languentis comparatio 434.a
Ambroſius ſub Theodoſio Arrianorũ tempore 483.d
¶ Amicitiæ fundamentum æquabilitas 693.b, eius neceſſitas & origo 329.b, & 330.a, eius & fluminũ comparatio 12.d, eius conſeruatio in harmonica iuſtitia conſiſtens 750.b
Amioti Plutarchi interpretis fœliciſſimi error ratione oculorum Cymbrium 495.c.
Amiſſarum rerum ſiue mobilium ſiue immobilium ius & tempora intra quæ repeti poſſint præfinita 171.b
Amneſtias ſeu Ἀμνηςίας leges variæ 214.c, lex Anaſtaſij 344.d
Amoris & Amicitiæ natura 12.d
Amorræorum & Ammonitarum mores in mactandis liberis 34.d
Amphictionum ciuitatum fœdera 73.d
Amymonæ Gnidiorum vide Cnidios
Anabaptiſtarum imperij interitus 370.a, eorum rex primus Leidanus 489.d, hac ætate in VVeſtualia degentium mores ac leges 12.b, pernicioſa colluuies & conatus 343.c
Anarchia quis Reipub. ſtatus 176.d, & 369.a, & eiuſdem exempla paſſim eod. fol. omnium Rerumpub. deterior 485.d, 692.d
Anaſtaſij Græcorum Imper. beneficium collatum in Clodoueũ regẽ Francorum 197.c,d, eius lex de reſcriptis Principum, 290.a, Ἀμνηςίας vide ſup.
Anazagoræ ſententia de niue atra 481.d, & Ariſtotelis reſponſum 482.a
Anaxarchi oratio ad Alexandrum de poteſtate & officio Principum 97. c, eius ſupplicium & mors crudeliſſima
Andegauenſis ciuitatis laus 506.a
Andium mos in maritandis filiabus, minimè tamen omnibus probatus 536.a
Androtio quare Maieſtatis accuſatus 255.a
Ἀνδροληψία, quid vide Clarigatio
*Angelicus* Anglorum aureus & eius valor 687.a,c
Angli Scotorum patroni, & eiuſdem patrocinij quæ cautio 585.c, hi Gallis bellicoſiores, ſed minimè prudentiores 501.a
Angli cuiuſdam Haſtingarum domini penſio annua ſibi à Ludouico xj. rege conſtituta 649.c
Anglię natura cæteris regionibus frigidior, æſtate calidior, & quidẽ eiuſdẽ pars ſolis calore ardẽti exuſta 496.a,b, item eiuſdẽ aeris temperies 491.c, eius rex Eduardus iij. Imperatoris vicarius 128.d, itẽ Henricus Edmundi filij nomine ligium & vaſſalagium faciens Rom. Eccleſiæ 116.d, Reginæ prudentia in regno adminiſtrando 642.d, Regni ius 723.c,d, Reges quomodo facti fiduciarij Pontificis Rom. 134.a, eiuſdem regionis domitor quis 192.c, regni varia captiuitas 562.a, Reginarum pacta connubialia 741.d
Anglicæ iniuſtitiæ exemplum, vide Iniuſtitiæ, Iuſtitiæ magnæ authoritas & ius 84.c, Regiæ ſtirpis paternæ qui ſuperſint in Anglia 741.b
Anglici funeſtiſſimi belli ĩter Principes cauſſa 474.b
Anglorum principum cædes mutuæ tenuibus an ſalutares 450.b, *vbi refellitur Cominÿ ſentẽtia*, & 445.d, expulſio è Gallia 238,b,c, Reges Vaſſali ligij Frãcorum 109,d, item Vaſſali Pontificis Rom. 109.d. redditumque pendere ibid. Senatus ſtatus 250. b, eorum & Scotorum mores in feudis 192.a,b, in eorum & Scotorum finibus ager vtriuſque imperij finitimus cuius iuris 57.c, eorum Comitum in Rempub. coniuratorum damnatio à comitiis facta 91.b, vectigalia annua 642.d, eorum conuentus 90.b, & eorũ poteſtas in regẽ & Principes 91
Animalia imbellia quæ 569.a
Animæ facultas triplex 512.c, & ciuitatis adminiſtratio ad ipſas facultates quomodo compararetur. ibid.
Animarum hominum aquis immerſorum apud veteres quæ opinio 36.a
Animi partes tres: Ratio ſcil. Ira & Cupiditas 503.a, eius virtutes quæ, & earum virtutum facultates 4.d, 776.b, ¶ eius magnitudo decus omnium virtututum 571.a, ¶ eius vim nihil magis frangit quam ſeruitus 45.a
Animorum vis ac robur ad Auſtralem plagam: corporum verò verſus vtrumque Polum 497.d
Annibalis rogatio ad Carthaginenſes *de inſtitutione*

*Magiſtratuum annuorum* 432.c,d, eius virtutes,vitia æquata 200 c, 509.b,c,
Annonariæ rei in Gallia inopia vnde 675.c
Anni ratio Moſaica 396.c, 406. b, Conſtantini magni 407.c, ſeptimi conſecratio, vide Septimi
Annulorum aureorum ius qualis dignitatis 40.c,d
Antigonus Macedoniæ & Aſiæ rex Reipub.Lacedæmoniorum liberator ac reſtaurator 178.b,c, eius interitus ibi. eius dictum memorabile de Regum auctoritate 97.c, eius iactatio 197.b
Antiochus religionis Iudaicæ venerator, Hieroſolymā obſidens 484.b, eius regia deſignatio 198.b, Clementiæ exemplum in Seleucenſes defectores 341.b, Crudelitas in Iudæos capta Hieroſolyma 484.b,c
Antiochenſis ciuitatis priuilegium 50.a
Antiquitatis ſcriptores præcipui 276.a
Antonini Pij beneficium in Rom. Imperij ſubditos 55.b, eius laudabile inſtitutum ratione tributorum 665.b
Antonini Auguſti iactantia 129 d
Antuerpiæ & Lutetiæ clariſſimarū vrbium ſeditiones 477.c
Anus cuiuſdam dictum ad Adrianum ius ſibi dicere differentem 451.b
¶ Appellare à lege vel principe capitale 305.c
¶ Appellatio à Legato ad mandantem nulla 320.d
Appellationis tempora 324. paſſim
Applicationis ius in peregrinorum hæreditates vid. Albinagij ius
Apochæ publicæ ratio 649.d
Apum reges quare dicantur aculeis carere 461.d, earum & Veſparum ætas 414.c
Aquila ſuis pennis quomodo interfodi dicatur 379.c
Aquilæ Tribuni pleb.factum in Cæſarem 208.c
Aquilia lex *de dominorum ſeueritate in ſeruos* 333.b
Aquilonis & Auſtri variæ naturæ, vide Auſtri
Aquilonorum populorum naturæ qualitas ſeu mores 403.c,d, 495.a,496.c, eorum beneficia & præcipua ſtudia in opificiis & manualibus artibus vide Artes: eorum & Auſtralium naturæ differentia 521.b, 632.d
ab Aquilone quanta gentibus Auſtri potiſſimùm pericula ſemper manarint 498.d
Aquiloniæ regiones vnde dictæ 496.c
Aquilones populorum multitudine, corporum amplitudine & robore Auſtrales ſuperantes 499.a.itē pilorum multitudine & cute molliori eod.c. Hi populi Hunnorum morum imitatores: & ſingulatim qui 191.d, & 192.a
Aquitani ab Anglorum ditione quomodo liberati 611.a, eorum rebellatio 341.c, eorum & Narbonenſium populorum ferocitas & mobilitas vnde 517.c
Arabum defectio à Chriſtianis 403.d, eorum victoriæ ibid.& 404.d,406.d, eorum potentia ob multitudinem ſeruorum 38.d
Arabica lingua Hiſpanis cur familiaris 172.d
Arabes Hiſpaniarum imperio quomodo & quandiu potiti 376 a, hi & Mauri Hiſpanorum imperij deuictores 421.a
Aragonenſium apud Alphonſum regem querela ob diminutionem numiſmatum cōtra præteritorum Regum iuſiurandum 87. b, eorum Regum aduerſus Andiū duces bella 133.c, Prætoris ius & poteſtas 84.a,b,c, Rex quibus legibus teneatur 86.d, Rom. Pontificum fiduciarij 119.b, 132.c, Regis initiandi ratio 84.a, Regni primordia, ibid. *Iuſtitiæ magnæ* appellatione quid intelligant. vide Iuſtitiæ: eorum mos *de nummis* 681.a
Arati apud Acheos authoritas 74.d,75, in ſedandis querelis factum egregium 103.d
Arbaces Medorum præfectus Sardanapalum de regia poteſtate deiecit 371.b
Arbiter quis 305.b,c, dati & recepti differentia 305.c, eius & Iudicis, vide Iudicis. ¶ in Arbitris receptis nemo qui noluit obligatur 334.d
Arborum ſeu lignorum penuria in Gallia vnde 675.c
Arcadum & Ætolorum bellorum cauſa, vide Ætolorum
¶ Arcana Principis publicantis pœna capitalis 245.c
Arces: quæ Græciæ *compedes* dictæ 558.c, quibus periculoſæ aut vtiles 558.c, 566. & ſeq. 571. 572.a,
Archi apud Theſſalos qui 179.a
Ἀρχὴ & ἀρχεῖν quid Grecis 259,&263.d,273.a,& paſſim
Architecto in ædificio conſtituendo quæ conſideranda 494.b
Archimedis conatus in dignoſcenda metallorum confuſione 681.c
Archidami prudentia in ſedandis diſcordiis 47.5
Ἄρχων ἐπώνυμος Athenienſium ſummus Magiſtratus 48.a, 186.c, ἀρχόντων genera ex Æſchine 285.d.
Archontos Melitenſium poteſtas qualis 79.c
Arcturus Brito Magiſter equitum quando creatus 160.a
Arctici Poli naturæ vis 497.d
Ardeatum bellorum ciuilium origo 386.b, Arelatæ Rom.Colonia, vide Coloniæ
Arelatenſis regni fines & regiones 128.c, eius & Lotharingiæ diuiſio, vide regna
Areopagitarum concilium quot ciuium 245.a, Senatus ius à Solone præſcriptum 250.c, In eo vìdere nefas 310.c
Argentei nūmi quare Reipub. etſi minimi vtiliores quàm Aerei 684.c
Argentinenſium popularis ſtatus lex 701.b
Argenti vnciæ diuiſio 684.b, eiuſdem & plumbi ratio, vide Auri
Argiuorum prudentia in ſuorum regum ſelectione prudentiorum 188.a
Ariſtides iuſtus cognominatus 204.b, eius rogatio 234. a, Conſilium aduerſus Themiſtoclem 98.c
Ariſtocratia quæ 174.b,175.a,217.b, eius origines 371, c,d, cōſtituendæ ratio 186.a, vtilitates 704.d,705. a,b, incōmoda 704.d,& 705.a.b, In quibus cōſiſtat 217.c,218.d, eius conſeruandæ cautio 385.c, Quæ ſub ſe comprehendat 187.b. in Popularem ſtatum conuerſa 386.b,c, huic contraria 217.b,c, Ariſtotelis ſententia de ea 233.a, eius laus, 712.c,d, 713.c,d, eius quæ ratio in dignitatibus 226.b, ſtabilitas 708.b
Ariſtocratici qui 177.b
¶ Ariſtocratiæ peſtis nulla maior quàm diſcordia Optimatum 386.a,b, in ea definienda error cauēdus 227.b,c
Ariſtocraticus ſtatus quis 185.d,& 186.a,& 187.a, eius Incom-

Incommoda 229.d

Ariſtotelis opinio *de primo dominatu* 189.c, eius libri quidam de Repub. interciſi 183.a, eius obmiſſio in conſtituenda differentia inter munera publica 273.d, error ex Cicerone & Contareno 183.d, item in conſtitutione regnorum 195. & 196.a, Præceptum ad Alexandrũ *de regimine ſubditorum* 194.b opinio *de ſucceſſorio regno* 717.d, & 718. a,b, inconſtantia de ſummo bono 4. & 6. eius ſententiæ *de Ariſtocratia & populari Repub.* 228.a, 233.a, item *de Deo* 482.a, *de Magiſtratibus* 259.d, 273.b,c

Ariſtodemi Lacedæmoniorum regis filij regni hæredes vnà relicti à Lycurgo depoſiti conuerſo ſtatu regio in popularem 187.d,& 188.a

Arithmeticis Iuſtitię legibus,an in priuatis ſolum iudiciis locus ſit,cùm de rebus rationibúſque permutandis agitur 758.c

Armorum ius & vſus an Rebuſpub.vtilis 193.b

Arma habere vbi liceat aut iubeatur: aut contra. 487.d

Armorica Gallici imperij prouincia 112.c

Armoricorum reſcripta, *de iure ſui ducis & reliquorum magiſtratuum ratione prouocationis* 163.c

Aromatum vectigalium introductio 663.c

Arrianorum tempora, poteſtates, opes & religio 483.c

Artaxercis beneficium in Pelopidas 55.d

Artes vnde manarint 195 c, 361. a, 512. c. ciuitatibus neceſſariæ quæ 519.a, ſordidæ quæ, 357.b,361.a, eas exercens,inter plebeios cenſendus 557.b

Arx munitiſſima Principis eſt ſubditorum beneuolentia 558.b

Aſelli Prætoris vrbani cædes 319.d

Aſiatico cælo nihil mollius 412.b

Aſiaticorum temperata natura 500.c

Aſſis pretium varium 167.d

Aſſyrij *Chaldæi* dicti 371.b, eorum mos *in cædendis Magiſtratibus* 191.c, Regum propagatio 371.b

*Aſtartes* Venus à Scythis nuncupata 513.c

Aſtrologorum errores in rerum humanarum conſtitutione & quidem Rerumpub. 395.b, in temporum origine, 396. 397. 398. 399.d, 400. 402. 407.d, 408.c

Aſtrorum & Temporum varia conſideratio, vide Temporum.

Aſtuti vnde dicti 49.c

Atabalippæ Peruſinorum regis & fratricidæ ſupplicium 729. a

Athenarum vrbis Nobilitas vnde 59.c, Denominatio 535.b, loci ſterilitas 359.c, ciuium varia natura 516.a, ſtatus tripartitus 229.a, & 230.c. 492.a, eorum laus & vituperium 202. d, 694. c. 695.b, 696.d, 699.c, 700.a, Imperij ratio 371.d, popularis ſtatus 51.c. 229.a,Reip.liberatio authore Thraſibulo 103.c, interitus cauſa 467 a, Magiſtratus ſummus 186.c, ciuium priuilegia 61.d, Ærarium 660.d, Cenſus 626.d, Crudelitas in Phocionem 697.d, Ius *in rogationibus ſeu legibus ferendis* 426,b, Militia 574. a, Bellum aduerſus Lacedæmonios 177.a, Tyranni à Lyſandro inſtituti ibid. pœna *in adulteros* 17.a, Victoriæ 700.a, Moribus contrarij à Lacedæmonibus & Thebanis 493. b, 515.a, Iura in peregrinos 62.a, Poteſtas, 164.a, Mœniũ ſtruendorum & diruendorum cauſa 426.d.& ſeq. *Δικάςαι* 419.d, Morum puritas 492.b, Mos *in proſcriptionibus bonorum damnatorum* 542.a, Plebiſcita, vide Plebiſcita. Operum magnificentia 671.b, Ciuitatis iura quibus concellerunt 55.d, Perfidia in ſocios 586. Prouocationũ mos 160.d, Oppreſſi à patronis 585. d, Pacis authores inter Rhodios & Demetrium 591.b, Dei irriſores 609,b, de *Oſtraciſmo* lex abrogata 546.d

Athlanticarum vallium vbertas 518.b

Attalus Ætolorum rex 76. b, eius Liberalitas in Romanos 532.d

Attici agri cenſus 621.d

Attilæ incurſio in Germaniam 191. d

Attilia lex de tutoribus dandis 319.a

Attilij reguli fidelitas 594.d

Attinia lex *de Tribunis* 256.b

Auaritiæ exemplũ Adriani Pontificis, vide Adriani. Iohannis xxij. Pontificis Rom. & aliorum Principum 676.a,b

Auaritiæ Principum vnde ſæpius procedant 659.d

¶ Audiendum priùs quam iudicandum 322.b

Augerij Ferrerij aſtronomi error 397.a

Auguſtæ comitiis gentilium Principum iura renouata 13.c

Auguſtus Imp.Rom. conſeruator priuilegiorum 55. b, eius in Imperio quæ concilia quiſve Senatus 246.c, Fides in Caracotam latronem 604.c, Imperij tempus 420.d, Geſta 377. b, Prudentia in continendis ciuibus 671. eius Regni diuturnitas 715. a, Clementia 311.c, Calliditas vt ſe ſupremum Reipub. Rom. conſtitueret 186.d, Crudelitas in reos 460. d, Regni futuri oraculum, vide Oraculum, eius Legata 647.c

Auguſtus ſe Tribunũ pleb. ſua authoritate fecit 151.b, legibus ſolutus,& quare 85.a, 92.c, Imperator domini appellationem ſemper repudiauit 191.a

Auguſtus an legibus ſolutus 101. a, eius Volumina ſucceſſoribus relicta,itẽ eius Studia & diligẽtię exẽpla 673.b,Prudẽtia belli & corporis ratione 570. c,d, eius Imperij tempora ad Conſtantini imperium 421.b, Humanitas & liberalitas in Iudæos 484.a, eius & Antonij decertatio 406. d, vbi Auguſto dominatio ſumma obtigit.

Auibus an oua priora 396.d

Aulici canes cum erucis & locuſtis collati 454.d, eorum quæ peſtis Reipub. 550.c. 551. a, eorum Mores qui 550.d, ab Aula Alexandri repulſi 552.d

*Auoizon* Gallorum qualis vox 585.b

Auraſij principatus maieſtas 115.b, eius Principis vulneratio & vxoris eius mors 421.b,c,

Aureliani Auguſti clementia in Thianos 338.d

Aurelij virtus Cõmodum eius filium etiam vitioſis moribus amabilẽ reddidit 573.b, Fauſtinæ vxoris crudelitas 540.d, Reſponſum notabile ratione repudiandæ Fauſtinæ 743.c,d

Aureliorum dux Ludouicus Lutetiæ cæſus & eius accuſatio 77.d

Aureorum nummorum variorum æſtimatio, vide Nummorum

Auri & argenti abundantia vnde in Europam 658. b, d, & vnde in Galliam c, eius abundantia & prodigalitas: item quando pretioſius habitum 685.c,d, Coronarij exactio à Iudæis 344.b, eius ad argentum proportio duodecupla 684. a, 685.a, b,

vbi agitur de varia eiuſdem æſtimatione, Ratio quæ 690.d, vtriuſque vſus quare à Lycurgo Lacedæmonibus prohibitus 678.c
Aurum nec argentum expurgari poſſe & eorum variæ rationes 682.b, Coronarium à quibus exactum 647.a
Auſtralium ingenio præſtantium exempla 505.d
Auſtrales corpore & animo morboſiores Septentrionalibus, ſed virtutibus ac vitæ prolixitate cæteris præſtantes 509.b, Crudelitas eorum vnde, Diſſenteria quare ſæpius laborent 499.d, eorum & Scytharum differentia 506. paſſ. 512. b, c, 522. b, Naturæ qualitas ſeu mores, Item eiuſdem vis Aquilonorum contraria 403.d, ſtudia 512.b, 513.b,c, Morbi noxij, vide Morbi.
Auſtri & Aquilonis variæ naturæ & eorum proprietates 497.paſſ.& fol.ſeq.potiſſimum 499
Auſtriæ dux, quando regio nomine ſubornatus & ſpoliatus 198.b
Auſtriacæ gentis Principes nobiliſſimi 390.d
Auſtrum quare Νότος à Græcis nuncupatus 499.b
Author huius operis libellorum Magiſter à quo inſtitutus 163.a, eius Iudicium de Plutarcho 282.d, Deciſio de quadam graui quæſtione inter ordines Galliæ in conuentu Blœſenſi 335.c, & 336. a,b
¶ Auxilia ſociorum æqua eſſe oportere 575. b, 576.b

B

BAbylonis figura & magnitudo 10.c, 498. d, eiuſdem Immunitas à tributis 660.c
Bacchanaliorum inſtitutio & abrogatio 343.a
Badenſe Heluetiorum commune oppidum vbi eorũ annui fiunt conuentus 72.b
*Bahal* Hebræis quid 19.b,
Bailliuorum ius 304.d.305.d
Baldi ſententia de iure Salicæ legis qua remouentur fœminæ à ſucceſſione Imperij 745.d, de Rege Frãcorum 145.b
*Balia* Florentinorum quæ 197.a, eius Poteſtas qualis 79.c, eius Munus 305.a
Balei rationum publicarum Præſidis oratio ad Regẽ Galliarum ratione magiſtratuum abrogandorum 678.a
Balmarum ius gentile 13.b,c
Balnea communia apud Germanos 507.b
Barbarij Philippi Prætoris Rom. de libertate cum domino quare egerit 64.d
Barbaries vnde proficiſci dicatur 500.d
Barbari apud veteres qui dicti 718.c
Bartolus Iuriſc. quibus beneficiis ab Imperatore munitus. Item Alciatus 129.c, Legatus ad Carolum iiij. Imperatorem, Legatus à Peruſinis 85.c, eius & aliorum error de fide non ſeruanda 598. c, Retractatio de *authoritate Pontificum* 278.a,b, Opinio iniqua de iure feciali 620.c
Bartoli Iuriſconſul. tempora 40.a, 762.c, eiuſdem Laus ibid.
*Baſcia,* qui apud Turcas 243.a, 313.c
Baſilienſis victoria Heluetiorum ſtatus popularis initium 701.a
Baſilienſium prudens conſilium in abrogandis monachorum & veſtalium collegiis 429.c,d
Baſilij Moſchouitæ magnanimitas, & victoriæ eius ſucceſſoris 143. b,c
Baſilij j. Moſchouitæ iactantia 145.b
Bauariæ comites iure familiari vtentes 13. a,
Bearnenſis regio in finibus Galliæ cuius iuris 127.a
Bella inter Pontifices Rom. & Francorum Reges 135.b,c
Bella ciuilia Rebuſpub. ac potiſſimùm popularibus & optimatum exitioſa 469.a, interdum Reipub. ſalutaria 468.a
Bella grauiſſima ex rebus leuiſſimis ſæpius oriuntur 472.b, vbi exemplum notabile, imperante Iuſtiniano & alia id genus
Bella ſeruilia vnde & quando 37.c, 38.39
¶ Bella hoſtium neceſſaria ad tuendos populares ſtatus 380.c, feritatem ingenerantia 518.c
*Belerbæi,* qui apud Turcas 243.a
Belgæ & Angli à pyratis Mediterraneis capti quare viliori pretio vendantur quàm reliquarum gentium 499.
Belgarum Manſuefactio 518.d, Defectionis à rege origo 477.d, cauſa 493.a
Belli ſtudia an optimatum generi vtilia ſint an pernicioſa, varia in vtramque partem argumenta 568. a,& paſſ. Samnitum aduerſus Rom. quæ occaſio, vide Samnites.
Belli cauſa Henrici ij. Galliarum Regis aduerſus Carolum v. Imperatorem 583.d
Belli indicendi ius 155.d. & 156. Mos Perſarum 190.a, Indictio Galliarũ Regis aduerſus Carolũ v. Imp. 590.c, Anglorum regis aduerſus eundem, ibid.
Belli & induciarum tempora cuius iuris 171.d, 172.a
Belli ſocialis origo 53.b, 575.c,d
¶ Belli ſemina conquirentes vt ſtrenui videãtur, muſcas imitari ſtudent, quæ non niſi ſcabris in locis conſiſtere poſſunt, ſpecula polita oderunt 560.a
Belli Scotici aduerſus Pictones leuis cauſa 620.b
in Bellis peregrinis ducibus vti quàm pernicioſum 568.c,d, Iis ſuſcipiendis apud veteres cauſa 620. b,c In eorum impenſis perferendis ærario deficiente & exhauſto quæ ratio habenda 654.paſſ.
Belli renouandi aduerſus Ludouicum xij. Gall. regem à Mediolanenſibus cauſa 104.a
Belli ſeu eiuſdem metus vtilitates & incommoda 463. & 469. paſſ. 560, 565. a,b, & 573. d,
¶ in Bello vix bis peccatur 312.a
Bellorum cauſæ minimæ ſæpius 386. *vbi varia exempla.*
Bellorum ciuilium pericula & cauſæ 431.c,d, eorũ ſedandorum aut diuertendorum modus 477.d,& 478. a, apud Rom. Publicorum iudiciorum cauſa fuit 466.b, Origo 445.a, Rom. initia 467.b, Vtilitas 487.b
Bellum iuſtum quod 573.b, externum contra bella ciuilia ſalutare 563.paſſ. quomodo ſuſcipiendum 566.a, & paſſ. 568.d, Indicturi veteres ſocij renũtiabant amicitiam 618.a, Cæſaris & Pompeij, & alia ciuilia Reipu. Rom. exitium 564.c, ¶ Nullum iuſtius quàm neceſſarium 339. & 340. a, Gerentium ex vi Magiſtratus, & eorum qui accepto extra ordinem imperio, ius diuerſum 270.b

Belluga

Belluga Aragonenſis hiſtoricus 84.b
Bellugæ & Oldradi Iuriſc. ſententia de imperio regum Galliæ 130.d
Bentiuoglij Bononiæ tyranni quæ in conſeruanda tyrannide ſtudia 473.c
Beneficiorum leges quæ.555.b, Eorum & Præmiorũ diſtributio varia pro vario genere ciuitatu. 543.d,& fol.ſeq.Eorum differentia 543.d, vis & natura, vt qui dedit non minus quàm qui accepit obligetur 550,d
Bernatum &Friburgenſium fœderis vis.51.b,Eorum & Tigurinorum ſtatus ſtabiliores aliis Heluetiorum 234.d,Ampliſſimi fines 72.b,quo iure hi Allobrogum ducis prædia quædam iam reſtituta detinebant 611.b
Bernaga oræ Oriẽtalis præfectus in victoria Æthiopiæ regis & Luſitanorum 142.b,c
Beſtiarum ſapientiſſimus elephas quare dicatur 508.c
*Bethudeta* apud Æthiopes quod munus 327.c
Biantis dictum notabile ratione ſtatus popularis 701.d
Bilis atræ natura 504 b,cura difficilis 505.a,Flauæ natura 521.a,eiuſdem Furor qualis 505.c
Blanca Ludouici IX.Gall.regis Caſtiliæ regi deſponſa 121.a
Biturgenſis agri emptio 658.b
Bizantium quando dicta Roma 399.c
Bodili vltionis exemplum 375.b
Bohemiæ regis poteſtas 88.a
Bonifacius viij. Põtificia dignitate à Gallis ſpoliatus 139.c,408.a
Bonorum æquatio lege diuina prohibita contra Platonem 11.d,Inæqualitatis cauſſæ,vide Inæqualitatis.Æqualitas aut inæqualitas quam Reipub. vtilis aut damnoſa,& eius rei varia exempla 125. paſſim.& 526.b,d,527.b
Borgias impuriſſimus Pontifex 339.c
Borgiæ Alexandri vij. Pontificis filij conſentiente Alexãdro perfidia &eiuſdẽ Alexandri mors 602.b
Bornei regis Iudicij mos 456.d
Brephotrophia quãdo conſtituta, vid.Xenodochia. *Sunt autem loca,domúſve vbi infantes recẽtéſque partus expoſiti,aut egentibus parentibus nati aluntur 16.& 18.l.de ſacroſ.eccleſ.Cod.*
Britannici fœderis ruptio vnde 606.d
Britannici duces Francorum vaſſali 111.c
Britannorum & Indorum Venus contraria 508.a
Bruti Tribunipleb. dictum notabile,de tenuium ſecuritate aduerſus potentes 585.c
Budæi opinio de Magiſtratuum imperio precario 442.b, eius Error, conſtituens minæ libræ drachmæ denarium æqualem 683.b,c
Burbonij Galliarum Magiſtri militum defectio à Franciſco rege 390.c, eiuſdẽ Defectionis cauſſa 736.a, Prouocatio 163.d, Baldíque ſententia, vide Marginem
Burdegalenſis vrbs quomodo populo aucta 59.c
Burgundiæ ducis parricidæ cædes 217.b
Burgundionum reges quando regium nomen amiſerunt 197.b,Bella 126.d
*Burgimagiſter*,quale munus apud Heluetios 181.d
Burrhæ & Helices Græcarum ciuitatum euerſiones 393.c
Buzaci nobiliſſimi latronis ſupplicium apud Occitanos 347.c
Bythynnorum priuilegia 58.d

C

C*Abre* & *Crabe* vnum & idem vocabulum ſed diuerſè prolatum apud Venetos,Genuenſes & Narbonenſes : quæ quidem vox Genuenſium dignoſcendorum à Venetis ratio fuit 524.a
Cadileſchieri ius apud Cairos Affricanos 439.d
Cadij & Paracadij apud Turcas qui 159.c
Cadileſchieri apud eoſdem qui 243.a
Cadorum Rhœlica tribus Epiſcoporum eligendorum vim habet 77.d
Cæcitatis corporis & ingenij differentia 443.c,d.
Cædes variæ electorum Principum, vide Principum
Cæſar dictator perpetuus 80. c, eius cædes in Senatu ibid. & 207. a, Eius Commentariorum locus de factionibus Gallorum 446. b, c,de eodem auctoris iudicium 450.a, Eius Munera in aucupando ſeu retinendo Imperio Galliarum 379.a, Eius & Pompeij affinitatis contractio 270.c,Is quomodo bello à Pompeio preſſus 573.b,eius poteſtas ex Cicerone 167.c, eius arrogantia 238.d,Dictatura 208.a
Cæſaris Auguſti legum de maritandis ordinibus cauſa quæ 661. d, earum vtilitas 662. a, Iactantia 379.a, in Imperio aucupando quibus artibus vſus ſit eod. paſſim: qui fuerint in arcanis conſiliarij 246.d, ordinum deſcriptio 353.d
¶ Cæſus aut violatus à pluribus omnes in ſolidum tenentur ,etſi vnius ictu occiſus ſit : niſi appareat ſine coniuratione aliorum ab vnico occiſum, At ſi non appareat cuius ictu perierit, nec coniurati fuerint,omnes à pœna corporali liberãtur, pecunia tamen mulctantur 338.b
Cœtus iure prohibiti collegia dici nequeunt 332.a
Caira Africæ vrbium ferè maxima, & in ea Iudicãdi mos 439 d
Caius Cæſar quos ciuitate donarit 55.b
Calaſyri apud Ægyptios qui 354.b
Caldæi qui dicti 371. b, eorum ſcientię Aſtrologicæ initia 403.b, Mendacium in horoſcopis experiũdis 402.a
Caligula tyrannus 95. b, Iuriſconſultorum irriſor 467.c
Caligulæ ſententia de Repub.ex Homero 186.b
Caligulæ & Neronis prodigalitas. 672.b
Caligulæ leges 229.c
Caligulę reſponſum de dignitate 93.b
Caligulæ crudelitas 461.b
Caligula metus dum tonaret 544.a, Mors 503.d
Calipha Turcis quis dicatur 141. d, eius authoritas 192.d
Calipharum imperia qui receperint 142.b
Caliſtenes mori maluit quam ad Alexandri manus ſupplex venire 115. c, eius diligens antiquitatum Caldæarum exquiſitio de ratione temporũ 402,c
Calor quare ardentior æſtate in locis frigidioribus quàm in natura minime frigidis 496.b
*Calumniatus es* damnationis formula vetus 301.c

Cambyſis crudelitatem vindicauit Cyri patris ſumma virtus 373.b
Camileia lex in fauorem plebeiorum ad dignitates promouendorum 351.c,d,352.a
Camilli imperium prorogatum 262.c,d
Cameracenſis fœderis Gallorum cum Hiſpanis quãta iactura Gallis 501.b,eiuidem aduerſus Venetos occulta contractio 593.a
Campani Agri Cæſaris diuiſio 643.b
Campanorum natura 517.a
Campus *floridus* Romæ, vnde appellatus 296.c
Canariæ ac Heſperides inſulæ ex feudo Rom. eccleſiæ 120.a
inter Cancellariũ & Magiſtrum militum quæ honoris prærogatiua 321.d
Cancellarij officium in comitiis Gallorum 182.c, Burgundionum Principis laudabile factũ in oppugnanda iniqua lege 293.d,huius Muneris ius abrogatum 159.c
Canes ciuitatum qui dicti à Demoſthene 539.d, vide & Aulicorum
Cannenſis cladis hiſtoria 157.d
Canolius dux Anglorum fœdifraga 158.a
an Cantibus Reipub.mutatis, Reſpub.mutata dicatur 411.c
Cantuum quorundam nomina & vis 412.a,b
Canum aulicorum præmia,vide Aulicorum
Capetorum gentis regni inuaſio 198.b
Capillorum ſeu crinium varietas ad varietatem regionum & locorum 495.b
¶Capitali ſcelere nullus remittendi locus 166.b
Capitatio quod tributi genus, & eius conſtitutio 663.c
Capitis diminutio maxima 624.d
ſub Capricorno Sol terris quantum propior dicatur 523.c
¶Capti ab hoſtibus tametſi fidem dederint,euadẽtes nulla periurij fraude tenentur 596.b
Captiuorum Principum varia redemptionis ſumma 858.d
Capuæ vrbis magnitudo 498.d
Caracallæ crudelitas, perfidia & interitus 299.a, 339.a,602.a,b
Cardani error de ſapientia hominum ab authore confutatus 508.b, Impudentia de quarundam nationum natura 405.c,eiuſdem quàm abſurda ſubtilitas 398.b
¶ Cardinalium Romæ priuilegium in damnatos 166.a
¶Carina ſublata,nauis eſſe deſinit 10.a
Carinthiorum ducis renuntiatio 83.c
Carinthiæ dux Imperatoris venator olim 83.d
Carnifices ſemper horrendi & qui hoc nomine dicti 284.d,& 285.a
Carnificis exemplum apud Gandauos qui patrem occidit 361.6, eius Muneris diuerſa ratio 361.a
Caritas rerum ſeu pretiorum magnitudo vnde,vide Pretia rerum
Carneadis ſententia de iuſtitia & iniuſtitia 482.a
Caroli Burgundionum Ducis perfidia in Ludouicũ Luxemburgum 600.c,eius interitus 386.d
Caroli Cæſaris ſummum imperium 120.d
Caroli Burbonij quæ rebellandi aduerſus regẽ cauſſa fuerit 464.b,vide & Burbonij
Caroli v.Francorum regis geſta 676.d
Caroli v. Francorum regis edictum *in cenſendis ſubditis & conſtituendis cataphractis militibus* 40.b,cur *Sapiens* cognominatus 238.b, & 544 c. eiuſdem Regnum 205.d
Carolo v. Regni curatio permiſſa patre captiuo 165. c, Galliarum procuratoris pernicioſæ leges de *Curatoribus & Magiſtratibus imperij abrogandis* 428.d
Caroli vi. Francorum regis vxor Henricum v. Anglorum regem & Caroli filium repudiat 30.c
Caroli v. Imperatoris inſtitutum debellatis Peruanis *in aſsignatione agrorum* 645.b, eiuſdem Imperat. callidum commentum in matrimonio Calabriæ ducis cum vidua Ferdinandi 554.c, Item eiuſdem Imp. in Americanos ſeruos libertatis munificentia 42.d
Carolus v.Imp. Vaſſalus ligius & ſubditus Francorum 116.c,118.a,quare ſocietatem cum Bauariæ duce ſuſceperit 78.b
Caroli ix. quæſtio *de agris Normanorum* 264.d, Conſilium prudẽs in minuendo Magiſtratuum & Officiorum Galliæ numero 429.b, eiuſdem Regis Patrocinium Reginæ Nauarræ aduerſus Pium v. Pontificem 583.b
Caroli v.Gãdauorum Imperatoris prudentia in ſupplicio ſumendo de defectionibus &iniuriis illatis maioribus ſuis 341.c,d,& 342.a,b
Caroli regis Nauarræ ſcelerata vita 206.d
Caroli regis inſtitutio. 239.a
Caroli Magni cautio quibus fidelitas permittenda 239. d,Beneficia in Rom. 133.d
Caroli magni victoriæ 404. d, Virtus 145. b,c, Imperium 112.a,b
Carolus vi. Vienenſium Delphinatum,à Carolo iiij. Imper. Vicarius Imp.perpetuus deſignatus 128.a,b
Carolus Caluus francorum imperator imperij ſedem tenens 145.c
Carolus v. Peruſinorum ſubactor & eiuſdem beneficentia in liberatione ſeruorum 192.c
Carolus Sigonius antiquitatum ſcriptor 141.a
Carolus v.Delphinas abſente patre captiuo regni Regens dictus 82.c
Carolus vii. francorum rex parricidij damnatus à principibus regni & regno indignus dictus 89.b
Charraginenſium ſtudia 518.d,Natura & mores 517. a.Status 245.b,eorum Conſiliorum vſus cum Venetorum comparatus 248. c, Inſtitutum in legendis annuis Iudicibus ex Annibalis præſcripto 432.d
Cathaginis ſtatus quomodo in media proſperitate periculoſus dictus ſit 425.b,vrbis euerſio à Romanis 50.c,&c. *Modeſtini Iuriſc. ſententia de eadem.* Eius Carthaginenſis Reipub. ius in principes ſuæ ditionis 142.d
Cartuſianis Pariſienſibus quare prohibitum prædia rẽſue immobiles quærere 530.d
Caſſij Romani factum in filium Senatorem ſuo iure patriæ poteſtatis vtens 22.d
Caſſij Licinij repetundarum rei damnationis exemplum 538.b
Caſſij Romani lepidum reſponſum in aſtrologum quendam 403.c.
Caſtelli Cõmiſſariorum apud Pariſienſes quæ poteſtas 624.a
Caſtiliæ

Caſtiliæ regnum hæreditario iure ad mares & fœminas defertur 121.b, iure ſucceſſorio ad Ludouicum IX. Gall. regem delatum 120.d, eiuſdem rex Francorum vaſſalus & quare 121.b
Caſtrationis modus apud Scythas. vide Scytharum.
Caſus aut fortunam capite luere iniquu debet ac iniurioſum videri 620.c
¶ Caſus interdum exprimit quod ars nequit: Item caſus imprudentiæ ſuccurrit 429.c, vbi huius exemplum profertur
Caſus humani memorabiles 405, & ſeq. potiſſimum 407.d
Catilinæ coniuratio in Rempub. Rom. 387.b,c, & eiuſdem exilium quam Reip. poſtea pernicioſum, ibid. eius Genus, & eiuſdem in Cicer. exprobratio 52.b
Cato arbiter, & eius arbitrium 228.c, mulierum hoſtis, eas tamen percutere ſine ſacrilegio poſſe negabat 19.a,b
Catonis maioris in Reipub. ſtatu conſeruando quæ ratio 446.a, eius exemplum crudelitatis aduerſus ſeruos 35.c
Catonis Cēſoris ſententia de conciliis & cœtibus ſecretiſque conſultationibus 343.b
Catonis tempora 16.b
Catonis Vticenſis factum laudabile 546.c
Catuli rogatio in præfiniēdo tempore belli Pyratici 262.b
Catulorum ſpectaculum Lycurgi quorſum populo propoſitum 519.b
*Celſitudinis* verbum quibus vſitatum 152.a,b
Κελτὸς Græcorum Lat. Sellarius dicitur 353.d
Cenſere & cenſus quid: Item Cenſuræ & cenſorum introductio, & munus, & eorum ius 261. paſſim & fol. ſeq.
qui Cenſerentur apud veteres 625.a,b, quare non Cenſerentur Fœminæ vide Fœminæ
Cenſitorum ciuium varius numerus 231.c,d
quare Cenſores apud Rom. accuſari non poterant 635.c, qui primi apud Romanos & à quo primùm Romæ cenſus inſtitutus 622.a,b, eorum munus varium eod. paſſim, & 623.d, qui apud Italos 623.a
Cenſoria poteſtas ſeſqui annua facta rogatione Mamerci 434.d
Cenſoribus an Imperium tribuendum 633.d, 634.b
Cenſorum correctionū vis 634.a, eorum imperium apud Rom. quod 633.d, apud Geneuates numerus & authoritas 637.b, varium munus apud varias gentes, & varia eiuſdem muneris nuncupatio 623. paſſim, Poteſtas 282.b, & 283, eorum munus apud veteres & qui in eo munere committerentur 629. paſſim. & ſeq.
Cenſura morum Pontificibus propria 278.b, quàm neceſſaria & eiuſdē ius 635.d, Græcis vſitata 621.d, Rom. 622 a, apud omnes vſitatiſſima & eius vtilitas 621 & 622.b, Liuij Salinatoris 283.c, de eaq. iudicia veterum 629.a, & paſſim, eius mos apud Rom. 634.a, vtilitates 624.b, & paſſim: item fol. ſeq. Incommoda 627.c,d, 628.b.
Cenſura morum caſtigatrix 629.c, Item ſcelerum maiorum 630.c, eius vera appellatio quę 630.d, hanc quis primus abrogauit 633.d
Cenſus magiſter apud Græcos & eius munus 622.d, vbi nullus, quāta incommoda 628.c, is ſeu Cēſura quibus obnoxia 628.d, an lege diuina permiſſus, & quare introductus & quomodo in eo peccaſſe dicatur Dauid 623.b, & paſſim, apud Rom. de quibus rebus primu fieret 628.b, renouatio quàm neceſſaria 626.c, & 627.b,c, eius varia ratio apud veteres 623.d. & 624.a, Athenienſium, vide Athenienſium Venetorum, vide in voce Venetorum Introductio apud Gallos 623.a, Ciuium Rom. ſub Romulo 639.a
Centenarij numeri ratio 704.a
Centuriatus ager, vide Ager
*Ceratij* appellatio inter Monetales quomodo & quare introducta 686.d
Ceræ viridis & flauæ differentia in ſigillis & diplomatibus 96.b
¶ Certa neceſſariáque argumentis perſuaderi non debent nec probabilia demonſtrari poſſunt 483.a
Chamborticum fœdus, vide Fœdus
Charitatis in pauperes exempla tū Galliæ tum aliorum regum 662. paſſim. eius initia 328.b. 332.d
Childerici Francorum regis ingenij ſtupor 131. & 132.a
Chilonis dictum memorabile petenti quid Deus operetur 555.d
Chiorum ſtatus 227.d, à Turcis deuictorum 228.a
Χειροτονεία, quæ Græcis 285.b
*Chlopæ*, apud Moſchouitas quid ſignificet 190.d
Chorearum exemplum notabile 406.d
Chriſtus à Pontio Paleſtinæ Præſide condemnatus, ſub Imperio Neronis 54.b, eius horoſcopus Leouiticus 408.d
Chriſtiani à Romanis quare odio proſecuti & ſuppliciis affecti 485.a, eorum captiuitas ſub Traiano 54.a, charitas in alēdis pauperibus 39.c, ſupplicio affectorum primis temporibus, eorum nulli ſeruos habere audebant periculi metu 37.b,c, hi quare ſeruos manumiſerunt 37. & 39 operas & ius ſucceſſorium in ipſos retinuerunt. ibid. 39.a, eorum Calumniæ 345.b
Cicero nouus homo quare dictus 774.b, eius exiliū 54.a, 300.d, iactatio 351.a, eloquentiæ vtilitas 364.d, 365.a, locus in Vatinium de authoritate Senatus 255.d, Item de opificibus ſeu artes ſordidas profitentibus 358.b, dicta de Tyrannis 214.b, locus de abrogatione legum 96.c,d, Item locus de Octauiani imperio tributo 271.a, Item locus in contemptū Iudaicæ religionis 484.c, eius conſulatus & ſumma potentia 318.c
Cicutæ potus ſupplicij genus apud veteres 504.d
Cincinnatus belli gerendi cauſa Dictator intra quindecim dies 80.a
Cincinati prudens conſilium Appio datum de Tribunorum pluralitate 445.d
Cingulum militare ſignum apud Rom. 547.c
Cinna Auguſti Cæſaris hoſtis, quomodo factus fidelis 388.b
Circunciſionis tempus quare octauo die conſtitutū apud Heb. 417.c,d

¶Ciuem improbum mœnibus arcere tutiùs, quàm in intimis Reipublicæ viſceribus peſte laborare 388.a
Ciuem Rom. verberare non licebat lege Porcia, vide Porciæ
Ciuem transfugam Romani acerbius quam hoſtem puniebant 64.d, in eum Principis authoritas & ius prehenſionis 64.c
Ciues beneficiorum varietate aut amplitudine an definiantur 55.paſſim, Patricij & vrbani, an magis ciues quàm ruſtici aut plebeij 51.c
Ciues optimi quique & ſapientes in Repub. an eſſe poſſint 217.d, & 218.a, virtute pręſtantes à Græcis in exitiū miſſi & quare 235.d, & 493.a, in Ordines tres diſtribuendi 3.d, an ſerui cenſendi 348.d
¶Ciues ferociores euadunt qui armorum vſu ac libertate fruuntur, quàm qui pace & otio delectantur 468.d, & 469.a
Ciues & Galli vt & Mediolanenſes etiamſi ſub eodē Imperio ſedes ſuas mutent, tributa nihilominus ob mutationem duobus locis pendere cogentur 58.d
Ciues an liberi & an filiusfam. ciuis eſſe poſſit 47.a, plebeij apud Venetos ab Imperiis & iure ſuffragiorum ſummouentur 59.d, apud Athenos & Romanos qui 48.a
Ciuibus verè Romanis quod ius peculiare 53.d, 54.d, iis quæ communia dicantur 11.a,b
Ciuilium quorundam bellorum pacificatio 389.paſſim
Ciuilium ſocietatum quæ firmior 775.b
Ciuis vrbanus quis 48.d, eius differentia à ruſtico & municipali 52.paſſim
Ciuis definitio 45.d, 46.a,d, 47,a, 51.d
Ciui Romano vt ad honores perueniret, decēnium militare oportebat 358.a.b
Ciuis aſcripti & honorarij differentia 48.b, à peregrino, imò ciuis à ciue quid differat 60.d, 61.a,b, 63.d, 64.a, *peregrinū eſſe aliquādo præſtabilius* 60. Athenis fieri quā difficile 58.a, vbivbi fuerit, principis ſui legibus in perſonam conceptis obligatur 65.a, natus optimo iure ciuis cenſendus 48.d, 56.b, ſapiens ac beatus quis iudicandus 6.a
Ciuitas beata, quæ 4.d, 5.a
¶Ciuitas nec in perſonis, nec in mœnibus ſubſiſtit. ſed in ciuium omnium cœtu 10.b, an Reſpub. dici poſſit 49. & 50
Ciuitas non in mœnibus conſiſtit 50.a, Romanorum quàm Lacedæmoniorum beatior 8.b
Ciuitate ſalua quomodo vrbs euerti dicatur 398.b, in Aliena totum vitæ ſuæ tempus tranſigens an ſuam retineat 60 b,c, in eius conſtitutione quot perſonæ 9.c, in adipiſcenda apud Ferrarienſes, Londinos, Heluetios & Germanos decem annorum ſpatium requiritur 59.d, quatuordecim apud Venetos ibid.
¶Ciuitatem inuitum amittere, aut ſuo Principi pręiudicare domicilij commutatione nemo poteſt 59.b
Ciuitates in Germania quæ liberæ 227.a
Ciuitates ſolo ſteriles mercatura celebres & fertiles 359.c,d, Imperij maiores quæ 26.c, procul à portu ædificari quare vellet Plato 517.a
¶Ciuitatis ius honorarium imperio neminem aſtringit, niſi qui ſuæ originis ac ciuitatis domicilium deſerit vt in alterius Principis poteſtatem, veniat 56.a, eius & Familiæ collatio, vide Familiæ. Cōmunicationis ius Gallis *Combourg.oiſie* 55.d, 56.a, eius, vrbis, collegij, curiæ & familiæ verbo ius intelligendum 49.b, 50.b, *Vrbis & ciuitatis differentiæ exemplum notabile ibid. &* 51.a
¶ Ciuitatis alienæ imperio qui tenetur, ſuæ ciuitatis iura amiſit 56.d
Ciuitatis & vrbis appellatio & differentia, vid. Vrbis, eius ſtatum ad naturam accommodare oportet 492.d, conuerſio quæ 366.b, vnde 368.b, definitio ex Ariſtot. 49.b, & 50. præſtantiſſimæ imago 776.c, eiuſdem & Reipub. differentia, vide Reip. eius Definitionem & differētiam ab Vniuerſitate, vide Vniuerſitatis
¶Ciuitatum conturbatio maxima, honorum & Magiſtratuum ademptio 430.d
¶Ciuitatum quarum contrarij ſunt fines, earum cōtrarios mores eſſe oportet 438.b
Ciuitatum origo 365.d, earum conuerſiones vnde 368.b, earum Canes qui dicti à Demoſthene 539.d
¶ Ciuitatum diſſimilitudo varietatem iuris habeat neceſſe eſt 56.b.
Ciuitatum defenſoribus quæ poteſtas à Valentiniano conceſſa fuit & quando 54.c,d
Ciuium qui variis Rebuſpub. pręfuerunt, varius numerus 259. paſſim, eorum numerus in Republic. qualis eſſe debeat, & eorum diuiſio 183.c, 526.c, omnium obligatio quæ 58.b, tres ordines & quales 776.b, alienorum quomodo Princeps bene à doctrina imbutus querelas aduerſus ſuos Principes exaudire, componere aut vindicare debeat 610.b, *vbi varia id genus exempla.* de eorum ordinibus Solonis, Platonis & aliorum conſtitutio 526.c, eorum qui ordines 345.c, idem ius peculiare, nec peregrinis conceſſum 61.d, eorū ac peregrinorum iura apud Iuriſconſ. ſæpius confuſa 49.a, item ſtudia ad vtrumque accommodanda, ad pacis & militiæ artes 574.a, *vbi id genus veterum exēpla.* Iura in Moſchouia, Tartaria & Æthiopia quàm dura 58.a, Venetorum autem & Rhaguſiorum difficilia, ibid. multitudo Reipub. an vtilis 527.a,b, honorariorū ius quàm ab aliorum iure diuerſum 56.d, 57.a, finis 430.d, & 431.a,d, Platonica diſtributio 354.b,c, *vbi nulla nobilium habetur ratio.* Romanorum ius 56.b, Ætas, ordo & ſtatus, quomodo dignoſcantur, vide Ætatis, ordinis, & ſtatus. duarum Rerūpub. in vnum corpus coniunctio, an alteros alteris ſubditos reddat 367.b, Romanorum numerus 185.d
¶ Ciuium conſenſione factum cenſeri non poteſt, quod erepta libertate fiat 208.a, *hoc de Tyranno*
Ciuium & peregrinorum origo 46.b, eorum ius idē 70.b
Ciuium etiam inter ſe ius ſępe diuerſum 65.c, horū alij nati, alij facti & qui quique dicantur 47.d, 48. bonorum & ſapientū Reipub. quæ vtilitas 486.d, & 487.a, eorum ordines ex Platone & Cæſare qui 574.b, Rom. venditio 358.b, Hiſpanorum libertas 58.a,b
Codri factum laudabile 200.d

Cogita-

Cogitatio quæ capitalis 210.d, & eiuſdem exempla. ibid.
Cognitiones ſeu curationes extraordinariæ à Veſpaſiono creatæ 264. d.item & à Carolo ix. Francorum rege ibid.
*Clarigatio*, quid Varroni 64.a, eius ſeu repreſaliorumius ad quem pertinet 171.d,& 172
Claudij Imperatoris animoſitatis intemperatæ exēplum 311.c, facilitas ſeu indulgentia in Prætores. 314.d, Imperatoris in iudicando ineptia 465.b, varia edicta 229.c, Imper. operum commendatio 671.c,d
Claudij Neronis & Liuij Salinatoris in Conſulatu collegarum naturæ contrarietas quàm Reipub. vtilis fuerit 447.a,b, iidē vna Cenſores ibid.b,c,
Claui figendi apud Rom.ſignificatio 396.b
*Clauis non errans* quomodo intelligatur à canoniſtis 131.a,b
Claui pangendi mos apud Rom.& quid eo clauo intellixerint veteres 396.b
Clauſulæ vulgares vſitatæ, in diplomatibus Senatū & aliorum Gallorum literis ad Regem 182. c,d
¶Clauſula generalis ad vniuerſa eandem vim habet, quam ſingularis ad ſingula 605.c
Clemens v. Pontifex Angelis imperare volens 131.a
Clementiæ exempla 358.d
Clementis vij. Pontificis perfida calliditas 605.d
Cleomenis tyrannis, eiuſque captiuitas 178.b,c, eius calliditas in colligendis pecuniis 38.b
Clientela quæ dicatur 66.a, inter principes fœderata conſociatio 68.b
¶Clientelā alterius Principis ſuſcipere periculoſum, ſed periculoſius ſine cauſa iuſtiſſima ſubire 587.d
Clientelares cautiones quæ 584.b
Clientelare ius inter principes obſeruatum 60.b, ius varium 66.a, eius origo antiquitas & vtilitas 67. an ad hæredes pertineat 68.a, hoc, Patronatus, ac feudale ius quàm diuerſum 68.a
Clientes pecuniam patronis ad collocandas filias collocabant 66.d
Clientum & Vaſſalorum ius diuerſum 66.b, &c. libertorum & ingenuorum differentia 67.d,67.b
Clodoueus Francorum rex, quo beneficio affectus ab Anaſtaſio Græcorum Imp. 197.c.d
Clodouei Galliarum regis regni propagatio 112.a
apud Cnidios quale imperium 80.d,81.a, eorum ſtatus 227.c
Collega an decreto collegarum à collegio prohiberi poſſit 334.c, an collegæ imperio teneatur 316.d, & 317.c,318.b
an Collegæ ipſi collegium à philoſophis appelletur 332. a
Collegarum conuocandorum ius penes quem 336.d, eorum ius an idem omnium & commune eſſe debeat 331.c, peccantium emplaſtrū vide, Emplaſtrū.
Collegia pauperum præter noſocomium maximum apud Pariſienſes 361,c.d
Collegia publica, liberalium artium & opificum ſeminaria iuuentutis inſtituendæ gratia in Rebuſpub. ineſſe oportet 44.d
Collegia præcipua Reipub. Magiſtratuum 332.d, eadem
Collegia Magiſtratuum ab aliis quid differāt 332.d
Collegia opificum Reipub. quomodo nocere dicantur 347.d
Collegia an decreta facere poſſint, quæ omnes collegas ſeorſum ac minorem collegarum partem collectim teneant 335.a
Collegij & corporis differentia 330.d
an Collegij princeps ſit collega 331.d
Collegij Tribunorum, de ſuffragiis inter ſe ferendis ius 310.d,& 19.a
Collegiis legata donationéſve fieri quis primus permiſiſſe dicatur 332.b, an iis & Corporibus Reſpub. vacare poſſit 342.d, quæ leges apud Rom. de iis 232.a
pro Collegio quæ decreta ſunt omniū conſenſione ac voluntate, an ea maxima pars aut collegij duæ partes antiquare poſſint 335.b
¶pro Collegio non fit quod collegæ ſeorſum faciunt 336.d
Collegiorum neceſſitas Rebuſpub. 345.c,d, vtilitas 347. a, incommoditas, eorū origo & ius varium à fol. 328. ad 330. genera f. 330. c. 331.b, 332.a,c,d, & fol.ſeq.333. & 334.d, eorum in exigendis pœnis quæ ratio 337.c.d.& fol.ſeq. Item eorū, corporum, vniuerſitatis, ac Reipub. differentia 327.d, tollendorum ius 430.b, poteſtas quæ 332.c,d
Collegiorum Iſraelitarum in monte Sion numeri diuerſitas 482.b
Collegium, quid 327.d,331.b,c
¶ Collegium neque Vniuerſitas peccare cùm non poſſint, ne illis vlla doli mali actio imponenda eſt 337.c, contrà. ibid.
in Collegiorum ſtatu prærogatiua quæ 219.a
Collegium, Corpus & Vniuerſitas in quibus conueniant, vide Corpus
Coloniæ Puteolos ac Salernum miſſę ſuffragiorum ius in Repub. Rom. amiſerunt 52.d, Romanorum extra Italiam in Occitania quæ 41.d
Coloniarum deducendarum ratio apud Romanos & vtilitas 644.c
Columbi Genuēſis ſtratagema in domādis Indis 511.b
Coloniæ Romanorum ex infima plebe Romanæ vrbis 533.a
Coloniarum Romanarum in Italia deſcriptio 625.a
Coloris varietas in hominibus vnde 502.d
Colorū in Hominibus varietatis conſideratio 523.b
Coloſſi Rhodiorum magnitudo, ruina & reſtitutio. 646.b
Comeſſationum origo 329.b
Cominij locus, de cæde principum quorundam Angliæ 216.b, eius laus 346.d.
Comitatus Caroleus in Burgundia cuius 120.d
Comitia Germanici imperij, vide Conuētus: eorum colligendorum ius 225.a,& paſſim
Comitia tributa vnde 231.a
Comitia varia 230, 231, & ſeq. apud Rom. quomodo vitiari dicebantur 319. b, plebis non centuriatim, ſed tributim fiebant 156.c, eorum & Cōuentus ius & vtilitas 346. paſſ. habendorum locus apud Rom. 434.b, Rom. diſtributio à Seruio Rege facta 185.a, eorum iura Tiberius Rom. ademit 92.c
Comitum Francorum poteſtas olim precaria poſtea perpetua 303.b

Comitum & Marchionum dignitates introductę in Gallia,& earum ius ratione ſucceſsionis 548.d
Commerciorum iura ſingularibus pactis populorum ac principum conuentis continentur 69.d eorum varia exempla ibid.
¶Commercium Virtutis ac Nobilitatis nullum 355.d
Commiſſarij hodierni qui 261.a
Commiſſio expreſſa quæ dicatur 270.d
Commiſſiones quę dicantur 262.b
Commodati & precarij differentia 262.b
Commodus M.Aurelij optimi Imp.filius imperij dedecus 30.a
in Communi re prohibentis conditio potior 317.c
an Communia omnia naturæ legibus 702.a
de Communione bonorum Platonis ſententia 11.c
¶Communitas diſſidiorum parens 12.c
Conani Scotorū regis lex de *rationе accuſandorum reorum & damnandorum* 458.c, eius lib.2. locus reſtitutus *de ſoldurijs & donotis* 67.d,error 151.c
Concentus harmonicus 777.a.778.a c.d
de Conciliis ſecretis Catonis Cēſoris ſententia,vid. Catonis.
Concilij Poſſiaci coactio,vide Poſſiaci
Conciliorum Germanicorum ratio, vid. Germanicorum
Conciliorum Lingoccitanæ ſeu Narbonenſis prouinciæ vtilitates 346.347.a
Concordiæ exempla & commoda 444. b, & paſſim fol.ſeq.eius & pacis comes quæ 451.c
Concordia Magiſtratuum quàm Reipub. ſalutaris, vide Magiſtratuum
Concubinatus lex abrogata 15.a
Conneſtabilis in Gallia quis 313.d,321.d,vide & Militum Magiſtri
*Confrontatio* Pragmaticis quæ 326.b
¶Coniugibus hæreditatis expilatæ actio non datur, nec furti, vide Actio expilatæ, eorum pacta conuēta, ne ſcil.maritorū poteſtati ſubiiciantur vxores etiamſi iureiurādo ſancita fuerint,non ſeruanda 20.a
Coniurationum cauendarum modus 470.c.d.vbi variarum coniurationum exempla 471. a, earum exitus quare difficiles 471. c. vbi quarundam fœminarum à quibus nonnullæ detectæ ſunt, fit mentio
de Coniuratis ſupplicium quomodo ſumēdum 469. c.d,& 470 paſſim
Coniuratorum quorundā exempla, qui ſubire mortem propoſuerunt ſibi potius quàm à ſuſcepto negotio deſiſtere 471.d
Connubialis lex Appij quare abrogata 749.b
Connubij & Contubernij differentia 35.d,40.a
¶Connubiis conſeruantur familiæ,collegia,cœtus, & ciuitates 9.b
Connubiorum ratio apud Perſas, vide Perſarum
Cōnubiorum leges geometricæ 748.c.d,Arithmeticę ibid. eorum quæ ratio habenda in Ariſtocratiis, vide Ariſtocratici ſtatus
Conradini Manfredi filij cædes 217.a, eiuſdem vindicta 217.b
Conſenſio tacita an obeſſe poſſit 60.c
Conſobrinam ducere vxorem quam turpe:& id genus exemplum 636.b
*Conſociationis* verbum quid inferat 331.b
Concilium ſtatus in Gallia quod & à quo inſtitutū 247.a.b
Concilij ſanctioris vſus in Rebuſpub.hodiernis 246.c
Concilij magni apud Gallos ius, & vnde ſic dictum 246.d.priuati 247.a
Conſilia Senatus arcana eſſe debent:& eiuſdem Rom.exemplum 245.b.c
Conciliorum priuatorum creationes 245.c,d,ſapientum in Repub. quanta neceſſitas 238. paſſim,eorum ratio ſeu ſententia in Repub. gubernanda 241.b,c
Conciliorum variorum creationes potiſſimū in Gallia 246.247.248
¶in Conſilio capiendo quò plures fuerint,eò imprudentiùs ſæpius decernitur 466.d
Conſobrinorum ius ratione ſucceſſionis imperij 733.d
¶in Cōſtantia & animi fortitudine decus eſt omniū virtutum 522.d *vbi varia de Conſtantia*
Conſtantia & leuitas: item fidelitas & perfidia ex quibus humoribus manare dicantur 521.b
Conſtantia in religione neceſſaria 521.c,in mediocritate conſiſtens 522.a
¶Conſtantini Magni victoriæ 407.c, *vbi & eius noua temporum conſtitutio.* Item 404.b
Conſtantini temporibus pauperum quanta vbertas, & paupertatis cauſa 39. b,c
Conſtantinopoleos Imperatorum ſtemmata quę 146. d,& 147.a in marg.
Conſtantinopolitanæ obſidionis diuturnitas 561.c
Conſtitutiones Principum quæ 151.b
¶Conſuetudo contemptum, hic verò contumaciam parit 455.a
¶Conſuetudines non Principis iudicio, vel imperio vim obtinent 154.b, earum vis, ibid. a lege quomodo differant.ibid.& paſſim
Cōſulatus ius apud Rom.penes patricios 773.d, 774.b
Conſul Romæ plebeius quis primus 352. a,b
Conſul maior quis dictus 717.b
Conſulem apud Conſulem manumittere poſſe quomodo intelligat Vlpianus 317.a
Conſules vnde dicti & eorum ius 250.d, & 251.a, ex plebe cur primùm Romæ non crearentur 352.b, quando primùm introducti & quod eorum antea munus,309.c,Romanoru quæ poteſtas 179, & 180, de duobus Cōſulibus Rom. quorum alter Numātinis,alter Samnitibus deditus eſt à patrepatrato, an Romani ciues eſſe deſierint quæſtio Iuriſc. 60. a,b,Paterpatratus *autem dicitur, qui ad iuſiurandum patrandum ſeu ſanciendum fit, erátque fecialium ſacerdotum antiſtes. Sipont. Ex Liu.j.ab V.C.* 60. a,b
Conſulis & Senatus authoritas 255. b,c
Conſulum ac Cenſorum Rom. poteſtas Hannibalis tempore 271.a, eorum & Tribunorum authoritatis concertatio 314.b
Conſulum collegarum prærogatiua dignitatis 321.b


Conta-

Contareni ſententia de Venetis 180.c
Contemplationi rerum diuinarum qui & quomodo aptiores homines 511.a
Contentiones quæ vtiles 445.c
¶ Contingentium rarò non habenda ratio nec conſtituenda ex iis lex 733.c
Controuerſiarum dirimendarum modi 510.b
Conuallium quarundam vbertas 518.b
¶ Conuentio inter ciues & principem mutuam habet obligationem 87.c.d
Conuectus nocturni fugiendi 343.b
Conuentus Germanici 224.a vbi paſſim de eorum iure in Imper.
Conuentus & Comitiorum ius & vtilitas 346. paſſim
Conuerſio à populari ad optimatum ſtatum 379.c & è contra.ibid. Ciuitatis quæ 366.b
Conuerſionis & Alterationis differentia 366. b,c
Conuerſionum rerum naturalium quæ frequētiora tempora 408.b,c, 409.c, Rerumpub.cauſæ 367.c, 368.a, 371.a, cœleſtium tabulæ à quibus acceptæ 396.c, earum & euerſionum omnium cauſæ 392.c, 393.d, & 394.a, maximarum tempora 406.c
Conuiuia ſacra quare inſtituta 330.b, ἀγάπαι quare primum vocata. ibid.
Conuiuiorum inſtitutio Lycurgi, & à Græcis quomodo vocata 329.d, vſus variorum 330.a,b
Cōuocationis varia ratio & varium ius 336.d,& 337.a
Copernici Aſtrologi ſententia de conuerſionibus & exitibus Rerumpub. 409.c, vbi variæ eius de ſideribus erroneę opiniones reprobātur, & nōnullæ refutantur à Melanctone theologo, & fol. ſeq.
Copiæ & exercitus ab Aquilone profecti 498.a
Coracoræ latronum in Hiſpania ducis hiſt. 2.b
Corbiæ Francorum cancellarij authoritas 165.a,b
Corcyræorum plebis ex peregrinis oriundæ in patricios & optimates ſeditio 384.a
Corienſium Heluetiorum prudens conſilium in monachorum & veſtalium collegiis ſupprimendis, vide Baſilienſium. 429.d
Corinthiorum ciues honorarij Hercules & Alexander Magnus 56.a
Cornelia rogatio ſeu lex de iure Tribunorum 307.b, eiuſdem abrogatio ibid. *de dominorum crudelitate in ſeruos* 333.b,c, *de Senatus authoritate* 256.d, *de Magiſtratuum petitione* 434.d, *de bonis proſcriptorum* 541.c, *de iure populi Rom.* 300.d, eiuſdem legis pœna in eos qui vxorē adulteram occiderint, vide Adulteram. *de rogationibus abrogatio* 257.c
Cornelius Balbus à Pompeio Romana ciuitate an donari potuit 58.b
¶ ſicut Corona regia in partes diſtracta nomen amittit: ita maieſtatis iura pereunt, ſi cum ſubditis communicantur. 149.c
Coronarum graminea apud Romanos pretioſior 545.c
¶ Corpora geometrica in rerum natura ſex tantum perfecta,& quæ 415.c, vbi & variorū aliorum minimè perfectorum nonnihil agit, & figuras proponit. & fol.ſeq.
Corpora ardentiora quo ſolidiora 496.b
¶ in Corporibus & collegijs, qui numero, iidem poteſtate ſuperiores ſunt 317.c
Corporis humani coagmentatio, mundi totius imago 513.d, ſimplicis vnus eſt naturalis motus, cæteri motus ſi qui fuerint, aut contra naturam aut aliunde cieri oportet. 410.a
Corporis humorum contrarietas, quomodo ipſum conſiſtere faciant 446.d
Corporū & collegiorum iura,vide Collegiorum
¶ Corporum vis ac robur verſus vtrumque Polum: animorum verò ad Auſtralem plagam, vide Animorum, eorum mutationes vnde 368.b
Corpus quid 327.d, 331.a, humanum ciuitatis imago & forma præſtantiſſima 703.a, collegium & Vniuerſitas in quibus conſentire dicantur 331.a
Coſmæ Medices dominatus Florētinis ſaluberrimus 383.b
Coſmi Medices principatus qualis 204.d, prudentia in conſeruando ſtatu 716.c
*Coſmi* apud Lacedæmonios qui 197.a
Coſmi Florentini ducis in colligendis pecunijs remedium 61.a, eius imperium violentum 208.b
*Courtoiſie d'Angleterre*, quæ vulgo dicatur 91. in marg.d
Crapula ad Auſtrum lethalis 497.b
Craſſi & Lentuli Romanorum diuitiæ 532.b, ei quot ſerui 37.d
¶ Credere inuitus nemo cogendus 485.b
¶ Creditur omnibus melius quàm ſingulis 439.c
Creditoris in debitorem qui non eſt ſoluendo ius apud Hebræos 42.a, 44.c,lege 12.Tab.ibid.
Cretenſium mores in conuiuando 12.b
Crimina Maieſtatis niſi expreſſa fuerint, an ſecuritatum tabulis continentur 605.d
Criſtallinum vitrum confregiſſe olim ſeruis capitale fuit 35.d
Crozili Turonenſis mercatoris hæreditas apud Turcas mortui, Turcarum præfecto conceſſa filiis eiuſdem ea orbatis 63.d
Crudeles qui maxime tyrannorum fuiſſe memorētur 375.b
Crudelitas Amorræorum & Ammonitarum, Domitiani, Helenæ Ruſſiorum reginæ, vide ſuis locis, Scitharum & aliorum 503.d 504.paſſim 336.d, & 337.a, 339. & 340
Crudelitas an verò Voluptas vitioſor 374.c
Cteſiphontis rogatio in fauorem Demoſthenis 263.c
Cuiacij reſtitutio, legis domos ff. de legat. 397.b, *minimè ab authore probata* legis ij. de off. proconſ. emendatio reprobata 320.c, definitiones magiſtratus 260.a
Culpam parentum in filios deriuari quàm iniquum 537.d, contrà 539.a
Cupediarium infirmitas vnde 633.c
*Curatio* veterum, hodie *Commiſſio* vocata 263.d, ſæpe gratior ac Reipub. vtilior quàm ordinaria poteſtas 268.b, hoc *Curationis* vocabulo quæ comprehendantur 271.c
¶ Curationes odioſæ, magiſtratuum verò munera gratioſa 268.b
Curationes ante leges in vſu 272.b,c, earum vis in Rebuſpub. 264.d, earum & officiorum differentia 269.a
Curationum Reipub. vis 262.c earum varietas

ſeu diuiſio & ius Parium 265.a, reſcripta ad quos pertineant 268.d, & 269.a, ius ad quos relatum 271 b
Curator Reip. quis 259.b, à Magiſtratu quid differat 271.d
Curatores à Carolo Magno conſtituti vnde nuncupati 264.a
Curatores Reipub. in Gallia creati 263.a
Curatorum Reipub. & officialium diſcrimen 259.a, 261.a, 263.b, vſus, vide Reip. curatores, munus 261.a
Curatorum rerum agendarum ius quomodo terminetur, & eiuſdem variæ quæſtiones 266.d, & 267, b
Curatorum & Magiſtratuum creandorum diuerſa ratio 271.b,c
Curia Parienſis iudiciorum publicorum quare Tornella nuncupata 461.a, a Philippo Longo conſtituta & cum imperio perpetuo 442.c, eiuſdem Curiæ factum laudabile 291.b,c, Iudicum numerus 442.d, 443.a
Curia Scacarium, vide Scacarium
*Curiæ* nomine quid intelligendum 50.b,c
Curiæ Pariſiorum & Môſpelienſium à legibus Rom. liberæ 101.b
Curiæ in Gallia quæ ſupremæ, 249.c, earum authoritas tum antiqua, tum hodierna, item an earundem imperia precaria an perpetua 442.d, & 443. paſſim.
Curiarum ſuperiorum iudicũ in inferiores authoritas 315.d, & 316.a
Curiarum Galliæ prærogatiua dignitatis 321.c
Curulis Magiſtratus dignitas nobilitatis inſigne apud Rom. 353.b
Cynethenſium Arcadum Reipub. caſus ob neglectas canendi leges 411.c
Cyri iunioris bellum aduerſus Artaxerxem 388.b
Cyri optimi Principis laus ex Xenophõte 203.c, 373.b

D

DAci quibus ſubditi fuerint, & eorum defectio a Polonis 57.b, hos cùm viciſſet Olorius Thraciæ rex, vxoribus ſeruire coegit ignominiæ gratia 16.c,d, eorum rex Decebalus a Traiano deuictus 498.b,c
Dæmonum vitæ tempus 414.d
Dagoberti Francorum regis crudelitatis exemplum in Pictanos 340.a
Damnationis formulæ veteres. 301.a,c
Damnatorum (excepta perduellionis cauſa) bona liberis non fiſco quare relicta 538.a, contra eod. fol. d, & quare excipietur perduellionis cauſa, item quare filiabus concedatur Falcidia nec quicquam liberis 539.a, item vbi non proſcribãtur bona 540.d, quare fiſco adiudicentur eorum bona 537.b, 539.a, Proſcriptionis pericula, vide Proſcriptionis. eorum reſtitutio 166. & 167.a, Iure Gallorum à quo reſtitui oporteat 164.d, eorum bonorum quæ ratio ſeruanda 539.b, Bonorum proſcribendorum quæ ratio 540.d, & 541. a, *prædiorum quidem auitorum proprietate liberis aut propinquis ſeruata.* eorum variæ Liberationes 459.d, & 460. paſſim
Damnatus in alio imperio fugiens, an illius imperij dominus, rogante domino e cuius finibus effugit, ſine cauſæ cognitione iudicatum exequetur 325.b & d
Daniæ princeps à Federico 1. regio nomine ſubornatus 197.d, & qua lege 198.a, eius ſucceſſores quomodo à fiducia Imperatorum defecerunt ibi.
Daniæ regis Federici iuſiurandum 93.d, & eius poteſtas 94.a, Chriſtierni regis captiuitas 94.a, eiuſdem regni nobilitatis cum Poloniæ rege, aduerſus Daniæ regem fœdus 78.c,d, Regni poteſtas 88.a, eiuſdem reges olim vaſſali imperij Germanorum 110.d
Daniæ regis, Saxoniæ ducis, Landgrauij Heſſiæ, ducum Bauariæ & Holſatiæ, Pontificis Viciburgenſis & Bambergenſis, Nurembergæ, Lubecæ aliarúmque Germanicarum ciuitatũ populique cum Sigiſmundo Auguſto Poloniæ rege fœdus 78.b
Danielis oraculorum de Imperiorum ortu & occaſu authoris ſententiæ in ſua methodo hiſt. allatæ cõfirmatio 421.d, vbi agit in quendam Dreſſerum vt patet fol. ſeq. b, eius Imperia quæ intelligenda 422.a,b, ſcriptorum variæ ſententiæ 423.c, locus de eius damnatione ad beſtias, ſalute, & ſupplicio ſumpto de aduerſarijs 95.b,c
Danorum cædes in Anglia 742.d, Regum ſtatus 184.c
Danus tyrannus perduellionis reus dictus à Theodoſio & quomodo. 64.c
Darij regni adeptio 647.b, eiuſdem Mercatura 650.b
Dauidis Imperij fines 142.d, Temperantia vindictæ in Saulem 211,c, & eiuſdem Iudicium ſuppliciumq; ſumptum de milite qui ſe Saulis homicidam profeſſus eſſet ibid. d, & 216.a, Iudæorum regis opes, vide Ditiſſimorum
Debita tum Henrici ij. & Galliarum regis cum regis Hiſpaniarum 666.d, & 667.a, & d
Debitores in membra diuidere l. xij. Tab. licebat 32.a, eius l. abrogatio, b
Debitorum ære alieno varia liberatio 525.c.d, quàm periculoſa. 528.b
Decemuirorum conſtitutio apud varias gẽtes 177.b, Romanorum Imperium annuum 434.d, eorum poteſtas varia 80.a, & 180.c
Decimæ genus vectigalis, vide Vectigalis. in Exactione earum abuſus Eccleſiaſticorum 530.b, introductio lege diuina 657.a
Decimandarum legionum ratio apud Rom. ob facinus admiſſum 338.a
*Declarationes* quæ vulgò dicantur 295.b
Decretum quid, & eius à Iudicio differentia 305.b
Decreta Theologo. & Pontificum quoties de connubio diſputatur plurimùm valent 15.b, Magiſtratuum ſiue Tribunorum pleb. quomodo legis vim habere dicebantur 151.d, an Mutari vel reſcindi poſſint 307.c
Decretorum collegiorum ius varium à 334. ad 337
Decretorum vis & natura 256.d
Decurionum Rom. ſceleratorum indulgentia 760.d
Deficientium ſubditorum à dominis pœnarum quæ ratio 338.b,c, 341. paſſim
Definitio quid, inanis quæ 51.c, vera ibid. eius in definiendo præcepta 260.a,b, & d
Definitionum neceſſitas 327.d
Dei & regis comparatio 448.d

Deiotari crudelitas in liberos 737.a
Deitatis conſideratio in rerum conſtitutione 394.a, & paſſim
Delatorum præmia neceſſaria 539.a, eorum nomina quare prodenda. 540.b
Delectus in creatione magiſtratuum diuerſa ratio. 285.d
in Deliberationem quæ venire ſoleant, & quæ ratio adhibenda. 252.c,d,253.b,
Dellus Anglorum in Galia legatus. 90.d
Demetrij piratæ hiſtor. quomodo fuerit ab Alexandro Præfectus electus: 2.d
Demetrius obſeſſor vrbium Macedoniæ rex quare à ſuis regno pulſus. 458.a,eiuſdē obſeſſoris Sententia de fortunæ varietate. 366.b
Demetrij Phalerei diſciplina Ptolemæo tradita, qui libri regibus legendi. 675.c
Demetrij Iſtriæ & Croatiæ regis deſignatio. 197.c
Demetrij Poliorcetis bellum Athenorū gratia quare ſuſceptum. 202.d
Demiurgi & Prætores Achæorum 74.d,75.b, Achaorum Senatus primates 244.b
Democratia quæ dicatur,174.b,d, 175.a, Monarchiæ contraria eod.d, eius conſtituendæ ratio. 186.a; contra eam argumenta, vide pro Populari ſtatu.
Democriti mulctatio. 196.c
Demoſthenis locus reſtitutus ratione talentorum à Pericle relictorum in ærario Athenienſium 671.a, eius & Æſchinis controuerſia 263.c, *quod Demoſthenes aurea corona donat is eſſet, vnde eius oratio pro Corona.* eius Orationis aduerſus Leptinem argumentum 95.d, item eiuſdem Demoſth. loca de *abbrogatione legum* 96.a; eius rogatio *de incolis & libertis in albo ciuium cenſendis & cauſa* 47.c; 231.c
Denarij Romanorum ratio vide Groſſus
Denegare petentibus an inhoneſtum 555.a
Deuotiones filiorum an eos à patria poteſtate liberant 333.d, & 334.a
Deuotorum ius 333.d,& 334
¶ Deus: voluntatē hominib. omni neceſſitate ſolutam indidit: ſed ipſi à recto naturæ curſu deflexerunt 34.c, quare parem ſibi efficere nōn poſſe dicatur 149.d, Acerbiorem de principibus delinquentibus, quàm de reliquis quæſtionem exercet ex Salomone 97.c, an ſuis promiſſis teneatur 100.c
Dictator quis & eius auctoritas 273.a,b, à quo dicebatur.80 b, Rom.tanquam commiſſarius ſeu curator Reip. 79.d,80.a, eius Nomen quare Romanis odioſum 200.a, ius 179.a, poteſtas qualis, 79.c,80.a,authoritas. 711.b
Dictatura *curatio* nuncupata & quæ eius tempora 262.b, eius Nomen ſublatum Pompeij ſingulari Cōſulatu.80.c, imperium apud Rom.quare breue fuerit 378.c
Didali Aragonenſis Prætura 84.b, peculatus rei apud Genuates,fugitiui liberatio 326.c,d
Dierum conſtitutio diuina 7.d
Diffidentiæ inter optimates exempla 567.c,d
Dignitatis gradus inter ſocios & fœderatos 144.a
Dignitas quæ dicatur 284.b, & eius varium ius,eod. fol. an tantum Magiſtratibus tribuatur 274.b
¶ Dignitas muneribus non perſonis metienda 353.c, à militia ſeiuncta 350.c
¶ Dignitas aut ex Virtute aut Nobilitate pendet 704.a
¶ Dignitatem prouinciarum annua ſucceſſione reparari voluit antiquitas, vt nec diuturna poteſtate vnius inſoleſceret, & multorum prouectus gaudia reperiret 435.a
Dignitatis prærogatiua inter Principes, ac quidem inter Heluetiorum ciuitates 143.c, Inter Reges Francorum & Hiſpanorum 145.& 146. Inter eiuſdem imperij Magiſtratus 321.paſſim
Dignitatum gradus inter ſocios ac fœderatos 143.d, & 144 a.
Dignitatum ratio quæ 353.c
in Dignitatibus variorum ordinum Ariſtotelica inueſtio 356.a
*Dignitatum* vox *Honorum* loco quomodo ſucceſſerit 564.b,c
Diluuij tempora 405.d
Dimenſionum geometricarum diuerſa ratio ex Euclide 416.paſſim
Dionyſij maioris Siciliæ tyranni 198.c,& 376.c, eius Syracuſani prudentia *in beneficiorum tributione* 554.b
Dionyſij iunioris exemplum diſſimulationis 454.b, Tyranni dis exitus 373.d,& 374.a
Dionis cædis & interitus cauſa 716.b
Diogenis dictum in Dionyſium iuniorem 215.b
Diplomata an leges efficiant 261.d
Diplomatum regiorum varietas 261.b, eorum aut reſcriptorū vis,quibus iuris aut facti quæſtio Magiſtratui permittitur his nihil quod magiſtratui vim afferat, iuberi poteſt 287.d
Diſcordia Magiſtratuum quomodo Reipub. vtilis dicatur. vide Magiſtratuum
Diſcordiæ incommoda 386.b
¶ Diſcordiæ ciuiles ſequuntur Rerumpub. conuerſiones 389. & id genus exempla eod. fol. paſſim, earundem ac bellorum ciuilium occaſio ex *Meo* & *Tuo* 11.c, eas ſeminātibus nihil perniciofius & deteſtabilius 487.b
Diſſidiorum cauſa 701.c,d
Diſſimulare principem quæ oporteat, vel potius vitare 454.a
Diſciplina recta quantum poſſit ad hominum mores imitandos, vbi Belgarum exemplum 518.d
Diſciplina Militaris à domeſtica contraria 257.a, eius laudes, vide Militaris
Diſciplinæ,legum,motum,inſtitutorum finis 8.a
Diſciplinæ vndè manarint 195.c
Ditiſſimorum exempla 685.c,d, & 676.paſſim
Diuina lex harmonicam obſeruare videtur proportionem 771 a,paſſim
Docti an Imperiti in Senatu cenſendi 241.a
¶ Doctrina ex obſcuro nobilem efficit 354.d
¶ de Dolo actio aduerſus Conſulares nulla plebeiis danda 760.d
*Domanium forenſe* quod genus vectigalis, vide Portoria.
Dombari principatus cuius iuris 127.b
¶ Domeſticum imperium omnium virtutum quibus Reſpub.florere debet,fundamentum firmiſſimum 23.a
¶ Domicilium mutare, non tamen patriam repudia-

re licet 59.a
Dominandi iuſta lex quæ 193.a,b
Dominatio fœminarum & puerorum quàm Reipub. damnoſa, vide Fœminarum. Gallis quàm periculoſa 672.d, Serui intolerabilis 720.c
¶ qui Dominatu alterius non tenetur, ab eo iudicari aut proſcribi non poteſt 124.d
Dominatus quis dicatur 189.b, fuit prima Monarchia eod.c,& 229.b, quomodo à tyrannide differat 193.b,c
Domini in vaſſalum ius 67.c
Domini nulli apud Turcas præter Calipham 141.d
Dominij & Imperij mutatio 194.a
¶ Domino in ſeruum fugitiuum perpetua manus iniectio eſt 123
¶ Dominorum imperia quàm Regum certiora 193.d, eorum in ſubditos etiam principes poteſtas 64.d, & 65.a
Domitia rogatio quæ 230.b
Domitianus cur laudatus 205.a, eius crudelitas 544.a, quare epaphroditum Neronis ſupplicio affecit 215.d
in Donando quæ leges conſtituantur, ſeu quæ debeant conſiderari 555.b
¶ Donatio conſummata non capit conditiones 82.a, 721.d, quæ propriè 83.a, Rei eiuſdem pluribus facta quàm pernicioſa 554.d
Donationum ſeu largitionum Principũ ius varium, & quantum Reipub. damnoſæ eiuſmodi effuſiones potiſſimùm in Gallia fuerint 554.d, & 554. paſſim
Donorum ſeu largitionum vis in expugnationibus & conquiſitionibus 648.c,d
Donorum Principum varia exempla 646.paſſim
Doriæ conſtitutio Reipub. Genuenſis 219.c
Doris conſtitutio diuina quæ 536.c
in Dotem vxoris quod ſit ius mariti, vide Mariti
Dotis dictæ Caroli ix. ſororibus quæ ſumma, quare minor quàm dotes filiarum Caroli 659.b
Dotium ratio habenda in Rebuſpub. vt in iis modus adhibeatur 534.d, 535.& 536. vbi de iis varij gentium mores
Drachmæ Atticæ & Denarij differentia 683.c, Græcorum ratio, vide Groſſus
Druidæ apud Gallos quantæ authoritatis 74.b, eorum ius apud veteres Gallos 635.d,758.b, religio 509.d
Druſi Tribunipleb. reſponſum notabile 628.a, eiuſdem in Philippum conſulem authoritas 179.c
Ducibus an arbitrio ſuo pacem aut fœdus ferire liceat 158.a
Duarchia quæ 187.b, Duumuiratus idem,ſub Ariſtocratiæ forma comprehenditur ibid. item ſub Oligarchia 368.d
¶ Dubitatio iniuſtitiæ opinionem affert 481.d
Ducati nummi antiquitas 687.a, vbi confertur cum angelico Anglorum, medino Affricano,& ſolido Conſtantini
Ducæ Conſtantinopoleos imperatoris libelli de natura hominum 503.a
¶ Ducibus in bello ſicut multa non ſunt aggredienda,ita ſemel aggreſſis non dimittenda 294.c
*Ducis* vocabulo quis intelligendus 271.c
Ducum exercitus ius 304.b
Ducum Francorum olim poteſtas precaria, poſtea perpetua 303.b
Ducum Armoricorum,& Burgundiorum defectio à regibus Gallorum 163.b
Ducum Britanniæ Armoricæ diſputatio de fide præſtanda Frãcorum regibus 111.b,c
Duelli inſtitutum ſeu origo, vide Monomachiæ
Duilia lex libertatis Rom. fundamentum 160.d
Dupli pœna quomodo introducta,& an legibus permiſſa 665.c,d
Durandi Prouinciæ & Septimaniæ ad regem legati mandata commiſſa, ratione abrogandorum Quæſtorum 678.d
Duumuiratus quis, vide Duarchia. eius Muneris imperium difficile cõſeruatione 187. c, d, vbi de eodem præclara ſententia
Duumuiri an inter Magiſtratus cenſendi & eorum auctoritas 274.d,& 275.a, eorum ius 320.d
Dux quis 155.c, & eius ius ibid.

E

EBrietas vbi laudata 252.b, eius conſuetudo turpiſſima Alexandri magni rerum à ſe geſtarum decus fœdauit 453.d, Exemplum notabile in Alexandri magni compotatores 454.a
Eccleſiaſticorum ordo aliorum detrimento quomodo opibus & potentia auctus 530.b,531.c
Eccleſiaſtici an prædia, réſue immobiles acquirere poſſint 530.d, Sacerdotes an teſtamenta ſtipulare poſſint, aut iis teſtes adhiberi 530.d, & 531.a, eorum ſtatum labefactandi occaſio 532.a
Eccleſiaſticorum ordinum vt Epiſcoporum,Archiepiſcoporum & aliorũ cẽſus ſiue numerus in Gallia qualis 531.d, Bonorum eorundem cenſus ſeu annui reditus ibid.
Ecelini Tyranni cædes 375.d
*Eccum* vox,qua Caligula ad *Æquũ* alludebat. 467.c
Edegnarus quis in Sultanorum dominatione 159.c, 311.c
Edictum quid 307.c, Peremptorium, vide Peremptorium
Edicta quæ dicantur 150.d
Edictorum Magiſtratuum ius 307.b, Iis clauſula *Quia ſic nobis placuit* cur ſubiiciatur 86.a, Alia clauſula ſolita adhiberi 96.b, a Legibus quid differant 150.d, qui teneantur ibid. eorum vis 151.a
Edictorum duorum Principis de eadem re, cui obſequendum 294.c
Eduardi iiij. Anglorum regis victoriæ 572.c. eiuſdem Beneficium in Britannos
Educationis rectæ & prauæ exemplum, & quantum poſſint in homines conformandos aut corrumpẽdos : item inde Reipub. quid vtilitatis aut damni inferatur 519.b,c
Electorũ Imperij Germanici initia,vide Germanici
¶ Eleemoſyna diuitiarum omnium munimẽtum firmiſſimum 668.d, *vbi quæ in egentes largitionis ratio ab Hebræis perita præſcribitur*
Elephantiaſis ſeu lepra vnde 508.c, & inter hæc quę differentia ibid.d
Elephas beſtiarum ſapientiſſimus,vide Beſtiarum
Elizabethæ Angliæ reginæ ius in Lenoxium comitẽ qui Scotiæ Reginam duxit 65.a
Eloquentiæ vtilitas ſiue damnum 490.b,c

Eluuiones & incẽdia viciſſim fieri quomodo dixerit Plato 408.d
Emancipatio, olim liberis erat magnum beneficium 23.d, ea ſola verè liberantur filij a patria poteſtate 334.a, eius Mercatura turpis inter patres & liberos 25.a
Emancipationes inutiles apud Gallos 25.d
Emanuelis regis Luſitaniæ animoſitas & victoriæ 142.c, *tributarios reddidit plures Aſia & Affricæ reges*
Emplaſtrum repetundarum & peccatorum 432.a
Emptorem Magiſtratuum quomodo ſpoliare liceat 435.c
Epaminondæ & Pelopidæ capitis damnatio 436.b
Epheſiorum lex in fauorem ſeruorum 36.d
Ephororum numerus & authoritas apud Lacedæmonios 176.d,& 177.d, creatio 178.a.b
Ephori cuiuſdam apud Lacedæmonios lex de hæreditatibus filiis relinquendis 28.b *fuerunt autem Ephori apud Lacedæmonios , vt Tribunipleb. apud Rom.*
Epidaurij qui 222.b
Epirotarum regis iuſiurandum 87.d, eiúſque minima poteſtas 87.a
Ἐπισκυθίζειν, Athenæi prouerb. 1. *Scytham agere, ſeu Scithico more bibere.*
Epiſcopi, an maiorum Põtificum & Archiepiſcoporum legatis ſeu officialibus parere teneantur 321.a, eorum & aliorum Eccleſiaſticorum numerus in Gallia quantus, vide Eccleſiaſticorum
Equeſtris ordo quis apud Rom. 351.c, vbi & de eiuſdem equeſtris ordinis iure agitur, vide & 353.d, 364.a, eiuſdem dignitatis ratio & abuſus apud Gallos 547.b, item D.Georgij ordinis inſtitutio apud Anglos & aliorum diuerſæ inſtitutiones & varia inſignia eod.fol.d, & fol.ſeq. vbi de horum collegiorum vario iure agitur paſſim
Equi Æſopici fabulæ ſenſus, vide Æſopici
Equi hinnitus ſors Perſarum 728.d
Equitis Aſinarij in orando vis 489.d
Equitum Magiſtri creatio 728.a
Ἐνεχειριάσμον, ſeu oppignerationis ius aduerſus peregrinos 64.a
Eripiendi ſceleratos à morte quis mos & quæ mala inde 166.,d
¶ Error multitudinis non ſequendus 486.b,c, quomodo Ius facere dicatur 171.d, eius Specie quod prætenditur, vbi ſcientia peccatur, ſcelus eſt 171.a, ex eo ſeu communi opinione ius ſæpius conſtituitur 543.b
Eſſæi reges apud Hebræos vitæ integræ 211.d, & 212.a
Eſymnæti Theſſalorum poteſtas qualis 79.c
Etheoclis prudentia in aduertenda coniuratione militum ſuorum qui in Chium inſulam coniurarant 470.d
Euerſionum & interitus populorum, & vrbium varia exempla 393.paſſim,& 395
Eumenes quare pileatus Romam venerit 32.c,d, eius Reſponſum Antigono Aſiæ regi 143.c
Euripidis ſententiæ de Nobilitate 354.c, 355.d, & 356.a, eiuſdem Alæ aureæ 547.a
Exactio Chriſtianorum in Iudæos ob religionem 344 b
¶ Execratio paterna morte acerbior 20.d
Executio in quibus præcedere debeat reſcriptum 325.a
de Executione iudicati in alieno imperio 325.b, & 326,a
Exercitus ſocialis conſcribendi ratio 575.d, & paſſim fol.ſeq. *vbi varia exempla eorum qui auxilij gratia accerſiti accerſentes oppreſſerunt*
de Exhæredationibus filiorum 27.d,28.a
¶ Exitus aduerſos metuere potius ſapientẽ oportet, quàm ſperare ſecundos 252.a
Exilio damnare an Galliæ curiæ ſuperiores poſſint 315.d
Expenſarum litium mos in Gallia 662.c
¶ Exprobratio turpis in beneficiis tribuendis 554.d
¶ Expreſſa nocent, vide Nocent
Exuli data fides an ſeruanda 603.c,d
Exules vnius fœderatæ ciuitatis an à ſociis recipi poſſint 611.b
Exulum principum quorundam vltionis bella 387.d,& 388.a
Exulibus latronum necandorum cauſa datum præmium apud Rom. 26.d

F

Fabij Maximi & M. Marcelli in imperio militari aduerſus Annibalem collegarum contrarietas naturæ quàm Reipub Rom. vtilis 447.c, Cenſoris in ſeligẽdis libertinis Rom.ab ingenuis cautio 231.b, *vnde & Maximus cognominatus*
Fabij equitum Magiſtri factum 269.c
Fabij maximi ſubtilitas in conſeruanda Repub. à ſeruorum manibus & poteſtate 47.c, quare *Maximus* dictus ibid. eius cunctatio Reipub. ſalutaris 573.b
Fabij Gurgitis conſulis Rom. exemplum de patria poteſtate liberati 27.d
Fabiæ gentis Ramanæ cædes 385.b
Facilitatis regiæ pericula 205.a
Facinus a pluribus commiſſum quomodo puniẽdum 338
Falerij ducis Veneti ſupplicium 181.c
Falſi pœna varia, vide Pœna
Famæ bonæ cingulo aureo præualentis, prouerbium vnde deſumptum 546.c.
Familia ſeminarium Rerumpub. 8.c, an ſine Reipub. conſtare poteſt, item an Familiæ pater ſummum in ſuos imperium exercere poteſt 45.d, 48.c, in eadem plures dominos eſſe non oportet 15.b
in Familia definienda quot perſonæ 9.c
Familiari iure proauis conſtituto poſteri an obligentur 13.d
¶ Familiarum priuatis pactis iuri publico non derogandum 13.d
Familiarum perturbatio ratione fœminarum 739.b
¶ Familia bene ac prudenter inſtituta vera eſt ciuitatis imago 8.d contra Familiæ ſi ſuis officiis non contineantur, ciuitatum, & Rerumpub. ſtatus corruit 9.a
Familia reipub. imago 713.d
Familia interdum maior, quàm Reſpub. 10.c
¶ Familia ciuitatis imago 701.d
Familiæ & Reipub. differentia 328.b
Familiæ nomen vnde 9.d

Familiæ vera gubernatio quid præſtet 12.d
Familiæ definitio 8.c,12.a.
Familiæ nomine quid intelligatur, vide Seruorum
Familiæ & ciuitatis collatio 48.c
¶ Familiarum ac bonorum cuiuſque conſeruatio cum Reipub. cura ac tutela coniuncta 12.d
Fatum an ſit & quod eſſe dicatur 392.d
Fatales dies qui dicti 324.a,b. *vbi notatur error ſeu abuſus huius vocabuli.*
Fatalis numerus, vide Numeri
Fauorini ſententia de febre quartana vtili 481.d
Feciale ius vnde dictum & quale 578.c, eius iuris pœna violantibus legatos impoſita, vide Legatos
Federici ij. Imp. miſera depreſſio in Pontificem Alexandrum iiij. 138.d
Felinus iuris vtriuſque doctor probatiſſimus. 278.a
Ferdinandi Rom. regis fœdus cum Archiepiſcopo Salisburgenſi 78.c
Feritas ac barbaries vnde profecta 500.d
Ferraria quem ſupremum agnoſcat 123.a, eius dux primus ibid.b
Ferruminatio numiſmatum 691.b
Feſſarum & Mauritaniæ principis prudentia in coniungẽdis duabus vrbibus proximis quidem ſed tamen inimiciſſimis 389.b, eius crudele periurium in fratrem 609.d
Feſti loca reſtituta, in voce *Ouis* 275.d, Item de ſanctione legis in verbo *Peculatus* 276.c, Error in verbo Iuſſit 255.b
à Feudalium poſſeſſione fœminæ in Germania arcẽtur 192.b, contra in Lotharingia eod.c. Germanorum mores in eorum iure, vide Germanorum
Feudale ius quam diuerſum a Patronatus & clientari 68.a
Feuda quæ veriſſima dicta 192.a, dignitatis appellatione venientia partionem non admittunt 735.c, eorum Introductio 191.& 192. Iura an ad fœminas peruenire poſſint 745.a, ea diſtrahere vbi non licitum, vide Prædia. Iuris eorum origo 67.d, cum de eorum legibus quæritur, ſeruientis non dominantis prædij mores ac leges intueri oportet 192.b,c, Nobilium & ignobilium origo 355.c, eorum iura ab Italia in vniuerſam Europam 113.b, Ratio Francorum & aliorum moribus 355.c, Iura hodierna nulla fuêre Augusti Imp. Romani tempore 191.a
Feudum quid & vnde dictum 107.d, eiuſdem duorum dominorum altero peccante quod ius 322.a,c, Commiſſum quomodo non alienetur extra familiam, etiam cliẽte damnato, ſed liberis aut propinquis relinquatur, idque Gallorum & Germanorum moribus 541.b,c
Feudatorio iure vaſſalis dominos eiurare licet, ſi qua illis iniuria inferatur 611.a
¶ Feudum amittit fratricidia, vide Fratrẽ. quantumcumque ſit à Principe alteri dono datum aut venditum, nõ propterea cohærentem iuriſdictionem vendidiſſe aut proſcripſiſſe dicendum 322.d
¶ Fictio iuris veritate potior eſſe non poteſt in alterius detrimentum 733.b
Fides ſemel data a cliente, acceptaque à patrono nulla temporum infinitate præſcribi poteſt 112.b, an data omnibus ſeruari debeat ex Machiauello 602.b, peregrinis principibus data à principe in paciſcendo cum ſubditis de cõſeruatione eorum, an rupta peregrini principes vltionem iure repoſcant 604.d.610.b, à ſociis non ſeruatæ metus potentiorum cauſa exempla 600.d, violandæ occaſiones ex rebus leuiſſimus quæſitæ exempla 606.b, & paſſim, à ſubditis Principis procuratorum miniſterio præſtari nequit 450.d, eius Religio vbi nulla habenda cenſeatur 593 d, à Priuato aduerſario data nec eidem ſeruata obſtante iure publico, violata tamen non dicetur 603.c, Hoſti data an ſeruanda 594.d, & 595. paſſim & ſeq. *vbi Romanorum & aliorum varia exempla,* an Infideli ſeruanda 598.b,c, 599.a,b, Exulibus aut latronibus data an ſeruanda 603.c,d, 604. vbi id genus exempla: iuſtitiæ fundamentum quæ exceptis turpibus pactis, in omnibus inuiolabilis ſeruanda 594.a, contrà in quibus iure ciuile à iureiurando præſtito non teneatur ibid. vide, & 546.d, Partibus duabus an ſeruari poſſit iis diſſidentibus 598.a
¶ Fides ſceleratæ conſenſionis amicitiæ nomen reſpuit 3.a, In ea data quæ obſeruari debeant 604.c, eius Neceſſitas inter homines 525.d
¶ Fœdifragis nulla fides debetur 598.b,599.d
in Fidem & in fœdus alicuius venire quàm differant 579.b
Fidelitas quibus permittenda ex Caroli Magni cautione 239.d
Fidelitas Italorum moribus quæ 603.c
Fidelitatis & perfidiæ humor contrarius, vide Humorum
Fidelitatis obſequium perſonale 13.a, nec procuratorio nomine præſtari poteſt, b
Fidelitatis actus legitimus indiuiduus 118.a
Fideicommiſſorum ius ratione ſubſtitutorum filiorũ inuicem, an ij exiſtẽtibus primogenitorum fratrũ nepotibus præferantur, vide Subſtitutionis ratio. Introductio fauore fœminarum & eorum ius 535.d
Fideiuſſionis prohibendæ ratio Salomonis 488.c
¶ Fiduciã quæ hodie à vaſſalis exigitur, veteres Perſæ & Romani ignorarunt, quibus tributi exigendi vſus fuit 142.c,d, Formula regis Aragonum 119.b
Fiduciarium ius vnde deductum 107.c, apud Turcas vſitatum ibid.
Fiduciarij & vaſſali Magiſtratuum aut iudicum creãdorum an ius habeant 158.a, à Vectigalibus immunes 107.d Reges, an reges appellandi 144.c,d
¶ Fiducia alterius qui tenentur, maieſtatis iura habere dici non poſſunt 149.c
Figurarum Geometricarum diſpoſitio, vide Geometricarum
¶ Filius ab educatione parentum excuſatur, ſi nullã ab iis artem didicit 23.c, Patri vim inferenti obſiſtere, aut illatam iniuriam propulſare an iure poſſit 25.d
¶ Filiusfamil. aut ſeruus etiam in vxores poteſtatem non habent 15.b
¶ Filiæ ac ſorores regis Galliarũ dum collocantur ac nubunt, nihil præter pecuniam de regalibus Frãcorum prædiis delibare poſſunt. 121.a
¶ Filij à patre ſine ipſorum conſenſu emancipari nequeunt 25.a
¶ Filiifam. vxor in ſoceri non mariti poteſtatẽ cadit 15.c

Filij

Filii an Nepotibus aut Nepotes illis & quomodo præferantur 733.paſsim
Filio parentem ſceleroſum an occidere liceat. 212.d
Filios vendere ter quidem patribus lege 12. Tab.permiſſum
Filiafam.à patre non emancipata,etſi domum paternam deſerat vt maritum ſequatur,non in mariti ſed patris poteſtatem venit 15.c, contra leg. diuinam & probatos mores. Maritus vxoris vota probare aut prohibere poteſt 15.c,d
¶Finis in omni negotio conſiderandus 1.b
inter Fiſcalia iura ſummæ maieſtatis quæ competant 171.c,d
Fiſcalibus pœnis creditores iure priores anteferri oportet 100.d
Fiſcales tres apud Gallos quare conſtituantur 448.d
Fiſci & ærarij differentia,vide Aerarij.Fiſco quare adiudicentur bona damnatorum, vide Damnatorum.
Fiſcum habere an etiam priuato principi liceat 171.b
Fiſcus Principis & Reipub.differunt 171.b,c
Flaccus ſacri auri expilator 484.c
Flaminij Senatoris Romani crudelitas in ſeruos 36.b
Flandria & Arteſia,quando liberatæ à fiducia debita Gallis 116.a
Flauij libertini Ædilitas 546.b
Flaminij conſtitutio in diſpoſitione ciuitatum Theſſaliæ 219.c
Florentinorum ſtatus cuius ditionis 145.a
Florentiæ Tyrannus Alexãder Medices, vide ſup.eiuſdem Reipub.ſtatus qualis 175. d,& 176. Ius populi & Magiſtratus 158.b
Florentini imperij Germanici vaſſalli 123.d, quare Vexillos inuiſos habuerint 200.a, Hi & Neapolitani Venetos & Inſubrios ingenij acumine quare in priuatis rebus rationibúſque vincant,in publicis tamen vincantur 514.d, eorum Status inconſtantis incommoda 444.a,515.c,701.a,b, Oligarchię in popularem ſtatum conuerſio 380.b, in Medicæos ſeditio plebis 381. c, eorum Clementia in Piſanos 339.c, & quàm eis vtile.Imperiũ Laurentij Medices 699.d, variæ cædes 701.a,b, Bellorum ciuilium inter optimates origo 386.b, Ordinum in eiuſdem Reipub. priſtino ſtatu dignitatis prærogatiua 354.a, mos in creãdis Magiſtratibus ſeu tempus præfinitum in mutandis 262.d, Popularis ſtatus poteſtas 164.c, Ciuium quorundam rogatio vt inter peregrinos cenſerẽtur 67.a, deliberatio in decernendo ſtatu ſiue populari ſiue Optimatum aut id genus alio 492.c, Dux quando perpetuus conſtitutus 443.d, Ducis ærarium 659.d
*Floridus* campus Romæ vnde dictus,vid.Campus
Fœdera periculoſa 581.d, an ſempiterna ferienda,& an tutius ſit cũ principe,aut cũ populo inire 713.b, ea ſeu Societates quomodo ad poſteros transferri poſſint 615.a,b, Salis qualia ab Hebræis dicerẽtur 615.b, Scotorum cum Francis 616.a
Fœderis pangẽdi ius quod pacis ineũdæ de quo 157. Galliarum regum & Anglorum 113.& 114,eorum quæ inter principes panguntur clauſula communis qua cauetur ne alij aliorum ciuium patrocinia ſuſcipiant 610.d,& 611.b,c
Fœderatorum iura cõmunia quæ 579.c, genera duo ibid.eorum communia quæ 197.d
in Fœderibus Principum cum ſubditis quę cautiones adhibendæ 609. c, d, & ſeq.fol.*id genus exempla quibus varia proferuntur periuria*, inter Principes pactorum clauſula generalis ratione ciuium 58.b
Fœdus quod & eius genera varia 578.c,d,& fol.ſeq. clientelare quàm periculoſum, & huius quæ cautiones 584.d, inter Francos & Hiſpanos 615.d, contra Francos 593.c, ¶nullũ ſtabile,nulla fide ſocietas inter principes contrahi poteſt, ſi victores victis legem dederunt 594.c, Romanorum cum Aetolis imparibus aut quidẽ iniquis cõditionibus 586.d,Item cum Macedon s, quos poſtea omnino ſubegerunt 587.a
*in Fœdus & in fidem* alicuius venire quæ differẽtia,vide in Fidem.
Fœderis & Sponſionis differentia 596.a
Fœderis Heluetici cum rege Galliæ renouatio 232. d,eius neutralis vis 69.d
Fœderum ſiue ſocietatum cautiones 580.b,& paſsim ſeq.*vbi varia genera*
Fœderum ſiue ſocietatum in perniciem quorundam factarum exempla, vide Societatis repentinæ. Clientarium cautiones 581. c, varia genera, vid. 65.
Fœlicitatis & calamitatis in ſingulis hominibus gradus diuerſi 7.d, In Rebuſpub. 8.a
Fœlices ciues qui 4.a
¶Fœmina nobilis ignobili nupta nobilitatem amittit 19.c
Fœmina indomitum animal 534.d
Fœmina pro cupiditate apud Theologos 14.d,eius natura 534.d,&535.d,ius ſucceſſoriũ ratione imperiorũ abrogatũ 739.d, tẽpora periculoſa 421.b, furti conuictæ pœna grauis apud Venetos, vide Venetorum: Fœminarũ quatuor eiuſdem nominis,quæ ad Gynæcocratiam aditum ſibi fecerũt exemplum 740. d,Earum & Puerorũ dominatio quàm Reip. damnoſa 535.paſsim,709.c,vide & in voce Dominatus. Earum pœnæ quare leuiores quàm virorum,vide Pœna. Ius ex lege Voconia, vide Voconia,Imperia quàm damnoſa 738.a, ab omnibus officiis ciuilibus ac muneribus publicis arcendarũ ibid. Multitudo quã virorũ quare vbique maior,& id genus exempla 535.b,c, exclusio à poſſeſsione prædiorum extantibus maſculis non ſolum fratribus ſed & aliis parentibus eiuſdem familiæ 527. d, Peruerſitatis & crudelitatis exempla 540. d,739. paſſim Earum numerus maior vbique quàm maſculorum 624.& 625. Hæ quare in prædiis iure diuino ſuccedere non poterant extantibus maſculis 534.d,& 535.c, Item quando maribus in hæreditatibus factæ æquales 535.a. in Perpetua patrum,maritorum aut proximorum tutela 19.b, à Muneribus & honoribus publicis quare arcendæ 365.a,b, eas quare cẽſeri mos non fuerit 624.a,b,iis an adoptare licitum vid.Adoptare
Fœneratoris pœna grauior quàm furis apud veteres 528.c, calliditas ratione vſurarum, vide Italorum
Fontenaij prælij iactura Francorum nobilium, vide Francorum
Foreſterij ratio numerorum 410.d.& 411.a
Φως quid 35.a
Fortiores hominum & animalium, vide Montani quareGermani aliis nationibus,vide Germani

Fortitudo Romanorum in aduerſis 646.a
Fortuna ficta Gentilium Dea, à Theologis repudiata 253.a
Franci: Patria poteſtate non ſubditi 25 c, eorum Mores ratione feudorum 534.b, Regnum ſucceſſorium deficiente legitima maſculea prole an ſuffragiis popularibus debeat ſtabiliri, & eiuſdem regni ius antiquum 724.d, & fol ſeq. Regni tria firmiſſima fundamenta 734.b, eiuſdem Imperium nec ab inteſtato, nec teſtamento, nec ceſſione transferri poteſt 121. d, eorum Fœdus cum Hiſpanis, vide Fœdus. Conuentus ſub Carolo viij. adhuc minore 89.d, cum Heluetiis 70.c, eiuſdem fœderis renouatio 73.a, Reges: à Pontificia & Imperatoria ſeruitute immunes 727.a, Heluetiorum fœdus quare tam religioſe obſeruent 72.b, ijdem Reges Ferrarienſium ducum patroni 123.b, Romanæ eccleſiæ protectores 145.c, Germanici imperij an fiduciarij 130.a, Immortales quomodo dicti 727. b, horum: Aurei nũmi cum regali Hiſpanorum argenteo collati 682.d, Clades ingens 407.b, Status imperij qualis 182.d, Nobilium cædes Fonteiano prælio 385.d
Franciſci maioris Galliarum regis honeſta frugalitas & parſimonia 674.d, & 675. a, eiuſdem florens Imperium 205.d, 206.a, 552.d, contrà Henrici eiuſdem filij imperium ruinoſum 553.a, eius calamitas Papienſis 572.b, Captiui propoſitum 390.b
Francofordienſium religionis varia genera 344.a
Franconica ſocietas quæ 78.b,c
¶Fratrem occidens odio Domini feudum amittit 614.d
Fratres vnde dicti 329.b
Fratrum ſibi inuicem ſuccedendorum in poſſeſſione prædiorum ius 527.d, Regum prædia iure Gallico fiſco vindicantur, niſi quædam ſpeciali munere tribuantur vide Regum fratrum Filiorum ius in bonis patrum 732.d. & 733.a
Fratrum & ſororum charitas vnde 329.b
Fraus fraude & periurium periuriis an rependi poſſit 600.b
Frederici ij. Germanorum Imp. Crudelitatis exemplum in Mediolanos 340.a, Eius edictum in ius Applicationis ſeu *Albinagij* Francorum in beneficium peregrinorum 62.c
¶Fugitiuus ſeruus irato domino non reſtituendus 227.a
Fulmina Iouis à Græcis quæ fingãtur & qua ratione, vide Manubiæ
Fuluius de filio proditore ſupplicium ipſemet ſumit 24.b, 294.c, eius Mulcta quę 275.c
¶Fundamentis male iactis, nihil ſuper extrui poteſt, firmum aut ſtabile futurum 234.b
Fumi Venditoris ſupplicium imperante Alexandro Seuero, vide Aulicorum canum.
Furantium extra vrbes varia pœna 766.a,b
Fures ſeu Errantes *Aegyptiorum* nomẽ profitentes an verè Aegyptij & vnde aduenіant 237.b
Fures quare Britonum more in crucem agantur 764.b
Furis pœna apud veteres 528.c. 769.b, Variæ pœnę 766. & 767
Furioſorum curandorum modus Londini obſeruatus 505.d, in Affrica frequentia vnde, vide in Affrica.
¶Furioſorum nullus conſenſus eſſe poteſt 337.c
¶Furioſus à pœna excuſatur, cùm ipſo furore plus ſatis torqueatur 211.a
¶Furti actio cõiugibus non datur 17.c, ratio Arithmetica ex Ariſtotele 769. b, nocturni varia pœna 760.d
Furantis fœminæ ſupplicium graue apud Venetos, vide Venetorum
Furoris & inſaniæ differentia 505.c,d
¶Furoris genus hominum naturam & ingenium arguit 505.a, *vbi & varia furoris genera proferuntur, paſſim*
Furum varia genera & pœnæ 767.c
Fuxæi laus ratione rei nummariæ 690.d

## G

GAbellæ vocis etymon 661.c
Gabini Tribuni pleb. periculum 434.d
Gabinia lex in fauorem Pompeij 262.a
Gaditanorum fœdus cum Romanis quod 58.b
Galaditarum cædes 523.d
Galbæ cædes vlta 215.d, de eadem cæde locus Taciti 263. b, quare cum Piſone ab Othone trucidatus 428.c
Galeacius j. Vicecomes Mediolanenſium damnatus ab Imperatore 149.a
Galeacij crudelitas in fratrem 736.d
Galeacij Mediolanenſis ducis captiuitas 122.d
Galeni origo vnde 500. c, eius ſententia *de natura hominum ab humoribus eorum proficiſcente* 502. d,
Gallicæ hiſtoriæ ſcriptores qui 111. d, 112.a
Galli *barbari* & *libertatis ſtudioſi* à Iuliano Imp. vocati 411.d, vbi morum mutatio & vnde, fol. ſeq. paſſim. Anglis conſilio prudentiores, Hiſpanis minimè, à quibus ſæpius ſunt decepti 501.a, Legibus Rom. quatenus ſubijciantur 101. paſſ. Romanorum & Græcorum victores 569.d, 570.a, Poteſtatem vitæ & necis in vxores & liberos æquè ac in ſeruos habentes 22.c
Galliæ Eccleſiaſticorum annui reditus qualis cenſus, vide Eccleſiaſticorum.
Gallia litibus delectans 510.b, 512.a, Muſices ſtudio addicta 412.a, vbi de Gallorum variis cantibus agit: Imperij Romani vigeſima pars 574.d, eius regni diuiſio 346.d, 734.a, Regis inaugurandi mos, & formula conſecrationis 725. c, Pontificum aſylum 133.b, 592.a, eius quæ vrbes præcipuæ 518. a, figura & magnitudo 664.a,c, Item parẽciarũ, vrbium & pagorum numerus ibid. conſilia varia & eorum ius 246.247. & à ſeq. ad 249 Curiæ 249.c, Imperij ſtatus firmiſsimus 390.c, ſocietas cum Heluetiis 575.c, lex Dotium lata à Carolo ix. Galliarum rege: Abrogata ab Henrico II. 536.b.c
Galliæ Regum Charitas in pauperes, vide Charitatis. Bellorum ciuilium cauſſa 386.d, 474.c
Galliarum imperium Cæſari quàm frugiferum 379. a, Imperij fundamentum præcipuum in eiuſdem conſeruatione 428.b
Galliæ regni incolæ propinqui peregrinorum hæreditates potius adipiſcuntur quàm proximiores qui extra Galliæ fines domicilium habent 63.b. Ciuium iura peregrini quomodò conſequantur 60. b, eiuſdem regni vbertas 652,c

Galliæ Reges an iure ſuffragiorum electi & Rhemigenſium Archiepiſcoporum ius in eorum conſecrandorum more vnde profectum 726.b,& paſſim. Regum defunctorum ſepeliendi mos 727.b

Gallorum: Leges optimæ de largitionibus principum item de ratione Aerarij 674. paſſim: legibus & aliis Iuriſc. ſententiis Adoptare an permiſſũ, & quid adoptiuis relinquere liceat 30. d, eorum Leuitas à Cæſare, Taci. Trebel. & aliis exprobrata, an verè leuitas cenſenda, Authoris legitima refutata 519.d, eorum laudes 520. paſſim & fol. ſeq. eorum factionum locus Cæſaris, vide Cæſaris. Nobilium quorundam liberi, qui vt parentum imperia ac poteſtates retinerent, interdictis agere non dubitarunt 435.b, Papienſis fugatio 558.b, Priuilegia Rom. Tyberius minuit 53. c, *Gallorum intellige qui ciuitatem Rom. conſecuti fuerant:* eorum fœdus cum Romanis 58.b,c, cum Heluetiis hodie ibid. Hiſtoria de capillorum tonſura rege Franciſco maiore ob vulnus acceptum detonſo 454. b,c, eorundem primi Reges, non niſi Calend. Maij ſeſe populo cõſpiciendos proponebant 457.b

Gallorum Natura Hiſpanorum contraria 501.d, ex Gallis & Hiſpanis natorum temperies 502. a,b, Eorum mores & ſtudia 520. & 521. Eiuſdem naturæ celeritas quantum nocuerit illis 501. c,d, vnde proficiſcatur celeritas illa ibid.

Gallorum: Populi liberi qui Romanis ſocij & eorum in Repub. Rom. ius quod 52. d, eorum Magiſtratus olim annui, iam verò perpetui 453.c, *vnde plurima incommoda:* in Vectigalibus quæ ratio 651. d, & 652.a, Veterum fœdera & iura varia 74.b, Seruorum varię manumiſſiones 40.c, Regũ in ſubditos quæ beneficia, quibus ſuorum animos & voluntates maximè retinent 462. b, Cædis à Neapolitanis commiſſæ cauſſa 742. d, Item à Belgis 743. b, eorum olim in Sacrificandis hominibus conſuetudo, vid. Amorræorum.

Gallus Romanorum proconſul apud Græcos 75.b

Gambacuttius ſummam in Piſanos vt adeptus poteſtatem 123 c

Gandauenſium dãnatio & ſupplicium 294.d, Magnanimitas & victoriæ tum in Niuernenſium comitem cum in plures Flandriæ vrbes 339.d

Gaogarum regum origo 46.d

Gelaſij Põtificis authoritas apud pleroſque qualis habeatur 130.d

Gemellorum ratione quæ prærogatiua imperij ſucceſſorij, vide Primo geniti maſculi. trigeminis quæ beneficia apud Rom. concedebantur 555.c

Geneuæ Syndicus aut Senator nemo, niſi ciuis natus 48.d, *apud Heluetios & Germanos idem receptum.*

Geneuatum: Fines qui 247.d, eorum cum Bernatibus fœdus, clientelare primùm, deinde æquũ 585.a hoc munus annale 264.d, iidem Francorum & Heluetiorum fœderibus excepti 69.c, Cenſores qui & eorum munus 623.b, libertas, item fœdus cum Bernatibus quando initum & renouatum 69. *Hoc demum anno 1584. renouatum ac cum Tyguribus percuſſum eſt:* Mos ratione Magiſtratuum aut conſiliariorum ſubſtituendorũ 186.708.c, eorũ laudatus ſtatus, tum ratione Optimatum cùm potiſſimũ Cenſuræ 708. d, eiuſdem ſtatus comparatio cum Genuenſi & Veneto 220. paſſim

Gentes variæ à quibus Romanorum imperium diſtractum eſt 498.c

Gentium iuri nullæ virtutes præferendæ 729.d

Gentiles qui apud veteres 349.c

*Gentilhomme* vocabulum Gall. vnde 349.c.d

Genuenſes cuius iuris 124.c, eorum Reipub. ſtatus 227.d, 707.b, diſpoſitio & comparatio cum Repub. Geneuatum 219.c, eorum Senatus perpetuus 258.d Mos in ſuffragiis ferendis 251.b, Iis quare facinis interdictum eſt 667 b

Genutij prærogatiua in adipiſcendo conſulatu Rom 352.a,b,

Geometrica porpotio quæ 748.a

Geometrica proportione an bene conſtituatur Reſp. vide Reſpub. *vbi refertur Platonis ſententia quæ in ſuis tamen operibus non extat.*

Geometricæ & Arithmeticæ leges regendæ ciuitatis quàm contrariæ 751.d,& 752.a

Geometrica regendæ ciuitatis forma quæ 751.a, in tribuendis honoribus ratio 773.b

Geometricarum figurarum ſeu dimenſionum varia ratio 415.& 416

Georgiani collegij apud Genuẽſes diuitię vnde profectæ 665.d

Germani olim alea libertatem ſibi mancipabant 31 d, eorum Natura quæ 503 b, hi & Scythæ quare Auſtralibus proceriores & robuſtiores 507.c, item quare eorum liberi meliùs parentes referãt quàm reliquarum nationum, ibid. Horum Principes Francorum regum Vaſſali ligij 118.b, Imperij ſtatus, vid. Status. horum Imperatores primùm reges tãtum dicti 136.c, mores *in feudis* 192.736.b, *in ſuffragijs ferendis* 252.b, eorum Imperium an Monarchia cenſendum 223.a, & paſſim: *quis eiuſdem ſtatus hodiernus* 225. a, Imperij conuerſio ad Optimates 390. d, Principum aduerſus Carolum v. Imper. bellum 212. c, horum reges quomodo creandorum Pontificum ius ſibi vindicarunt 136. c,d, Reſpub. 76.a, Principum numerus 727.d, hi quare Imperatores peregrinos ſibi ſæpius conſtituerunt 76.b,721 a

Germanicum imperium Imperij Francorum prouincia 145.b,c, *à quo parta & quomodo ab eodem poſtea diuulſa* ibid.

Germanorum variæ Ariſtocratiæ 227.b

Germanici Imperij Electorum initia 724,d, Eccleſiaſticorum pluralitas quàm damnoſa 705.c

Germanorum: Ciuitates quæ ab Imperatoribus libertatem ſibi vendicarunt, liberæ cenſendæ 125.b, eorum Ius ſperatum in Gallia ratione Prouinciæ ſeu regni Arelatenſis 128.d, Principum fœdus cum Henrico II. Rege Francorum aduerſus Carolum v. Imp. 78.a Mos in abluendis infantibus vt primùm natis flumine viuo 500. qui mos etiam Auſonidum fuiſſe profertur locus Virgil. ex 9. Aeneid. eorum variæ Penſiones 648. b, Conciliorum ratio 347. c, Religionum varietas 521. d,522.a

Germanici Imperij Imperator per ſeſe iura maieſtatis non habet 122.a,123 d,124.b

Germani à Venere aliis nationibus quare continentiores 506.d,

Germani & Scythæ quare aliis nationibus bibaciores 449.b, horum Imperator quomodo Turcæ tributarius factus 582.a, Reges qui nuncupati 723.b, ab Hiſpanorum Tyrãnide à Gallis liberati 576.d, Imperatorum variæ cædes 722.c
Gerõtocomia quando conſtituta 39.c, *loca curandi: & alendis ſenibus l.16. Cod. ſe ſacroſ. Eccleſ.*
¶ Geſtum nihil præclarè aut laudabile videri debet, quod ab exitu pendeat 253.a
*Gilthi* Anglorum vox quid ſignificet. 462.d
Gladij: poteſtas quibus propria, 300.b, vbi Iuriſc. ſententię, & fol. ſeq. acerbitas minor quàm ſecuris antiquæ 761.c, d, Ius apud Rom. quibus 304.b
Glirenſium Heluetiorum poſtulatio ad Henricum Galliæ regem de diuidendis ex æquo optimatum penſionibus 235.c, hi & Abbaticellani vtriuſque religionis cuſtodes 72.d
¶ Gloria nõ in ipſius Principis celſitudine, ſed in ſubditorum veneratione ac obediẽtia conſiſtit 182.b, hæc virtutis ſtimulus, vide in Repub. maius
¶ Gloriæ inanis morbo laborantes, magnæ quàm bonæ famæ cupidiores ſunt 437.c
*γνωρισμός* Græcis quis 352.a
Gonzara Venetorum inimicus capitalis, quomodo factus amicus capitalis 388.c, huius gentis origo & nobilitas vnde 375.d
Gonzila Pizarrus Americæ regionis Præſes à Carolo. v. Imp defecit, eiúſque defectionis ſupplicium à Lagaſco ſumptum 42.d
Goſtauus Suecorum Imperiũ quomodo adeptus eſt 719.c
Gotthi Romanis legibus ſubditi 101.b, horum Perſidia vide Oſtrogothorũ, Mos *in creandis Senatoribus* 295.d
Goueani ſententia de *Magiſtratus definitione* vid Iuriſconſultorum. Error de *gladio & ſecuri* 761.d
Gratiæ portus à Franciſco maiore conſtructus & eius priuilegia 59.c
Graſſatores qui & eorum pœna 766.b
Gradus prærogatiua inter Francorum & Hiſpanorũ legatos 145.d, & 146.a, & paſſim.
Græcarum & Rom. Rerumpub, Libertatis popularis abuſus 235.b, c
Græcia artium humaniorum & liberaliſſimarum diſciplinarum alumna, eius Reſpub. 74.a
Græcorum & Perſarum more, quęſtoribus & Præfectis ærario quare virilia amputabãtur 679.d, horum Imperator vltimus cęſus à Muhamede 420.c
Græcorum perfidia, vide Perfidia.
Granuella Mediolani ducis legatus quare ab Imperatore Carolo v. captiuus detentus fuerit 64.c
Gratidiani Tribuni pleb. Rom. edictum ratione conſtitutionis certi pretij victoriati 680.c
Gratiani lex de pauperum filiis à Chriſtianis educatis 39.c
Grauitas & ſplendor habituum in Principibus & Regibus quàm requirantur 465.d, 466.a
Gregorius Turonum Pontifex hiſtoriæ Gallicæ ſcriptor 111.d
Grombachus ab Imperatore German. Ferdinando cũ ſociis proſcriptus ſe ad fines Heluetiorũ confert, à quibus Ferdinandus literis ad Heluetios miſsis expellit iubet 76.c
*Groſſus* Gallorum nũmus, eius diuerſa ratio & cum *drachma* Græcorum *denarióque* Romanorum collatio 683.a, b, c, ſtipendium diurnum peditis ibid.
Gruchius Sigonio *de imperio* contrarius 264.a
Gueldriæ ducis iuriſiurandi actus, vide Actus.
*Guidagium* Italorum quid ſignificet 170.d
Guiſchardus Normanus regnorum Siciliæ ac Neapoleos ſubactor aduerſus Græcos & Mauros 132.a
Guiſcha Francorum regis legatus apud Heluetios 76.d
Guillielmus Nothus Angliæ debellator 192.c
Guzulanorum in Affrica & Magnanorum imperij ratio, vide Imperij ratio.
Gymnaſtices artis ſeu diſciplinę vtilitas 519.a, 632.d
Gymnaſiarchæ quæ auctoritas 274.b, c
Gynæcocratiæ *hoc eſt Imperiorum fœminarum* incommoda 738 paſſim. & fol. ſeq. *vbi quæ regno ei dominatui fuerint obnoxia, videre eſt*, vide Dominatus.

H

Harmoniæ ſuauitas quæ 11.c
Harmonica proportio quę 748.a, Optima & gubernandi forma ibid. & 479. & 480. paſſ. Ratione *Honorariorum iudicum & ſalariorum opificum ſeu operariorum* 770.b, *Item, ratione Mundi & ſuarum partium* 777.d
Harmonicæ Iuſtitiæ rationes in Reipub. adminiſtratione populari, Optimatum & regali quãtum vtiles 772.774.c, 779.a
Harmonicæ quæ leges, ſeu qui termini regendæ ciuitatis 751.c
Harmoſtis Lacedæmoniorum poteſtas qualis 79.c
Hæredis à patre decernendi ex liberis vt voluerit optatio libera 533.c
Hæreditates aut legata Romanis relicta 646.d, & 647. paſſim, legibus quàm teſtamentis deferri pręſtabilius 28.b
¶ Hæreditatis expilatæ & furti cõiugibus actio non datur, vide Coniugibus. Maternæ filiis tributæ ius quando introductum 24.d
Hæreditas eius nulla videtur, cuius bona adhuc viuo iure adempta fuerunt 538.d
Hæredium agrum, vide Ager
Hæreditatum lex Iuſtiniani, vide Iuſtiniani
in Hæreditatibus & legatis adipiſcendis peregrino quot annorum ſpatium requirant Iuriſconſ. 56.d, earum diuerſa ratio 770.d, 771.a
ex Hauardorum nobili Anglicana gente Thomas & Henricus populi comitiis capitis damnati 91.a
Hannonis Carthaginenſium Imper. coniurationi quomodo proſpectum à Senatu 470.d
Hannibalis Romanę vrbis obſeſsio 270.d
Haſdrubalis Imperatoris mors 473.d
Hebræorum prædictiones de Mundi exitu 405.b, c
¶ Seruum Hebræum habere nec Hebręorũ legibus, nec Chriſtianorum Chriſtianum Iudæs licet 41.d, contrà 42.b
Hedui Romanorum ſocij fœdere coniuncti quod ius in Repub. Rom. habuerunt 52.d, 53.a, horum Ius peculiare in Gallia 56.b, Item, magiſtratuum ius 197.a, b

Heliogabali domeſtici quales, & eius beneficia in eos, vnde eius vitæ miſerandus ſequutus exitus 555.d, & 556.a, eiuſdem cum Pertinace comparatio 206.c,d

Helices ſtellæ vis in origine & incremento Rerump. ex Cardano 398.b,c,d, & Burrhæ euerſiones, vide Burrhæ.

Helfuſtini Baronis oratio pro Ferdinando rege Romanorum 225.d

Helueticorum diſsidiorum qui arbitri 77.d

Heluetiorum extraordinariæ penſiones 648.b,649.b,682 b, fœdus honeſtius quod 648.b, Rhæthorum Rerumpub. origo & numerus 366.d, Prętores qui 72.b, fœdus cum regibus Francorum, vid. Francorum. ſtatus origo 380.b, firmitas 220.d, Popularis quàm diuturnus, & eius ſtabilitas 181.d, 700.c,703. dignitatis prærogatiua 143.d, Rerumpub. conſilia varia 247.d, & 248. Numerus & conuentus variáque iura fœderum 56.71. & 72,575.b, 585.b, fœderum ius ratione victoriarum ibid. cum Rege Galliæ fœdus renouatum 232.d, quot Reſpub. 71.b,13.b, Conuentus qui & quo loco 72.a, b, varia religio ibid. an vna & eadem ciuitas vel Reſp. 71.b,72. in eorum fœderibus cum aliis principibus quare expreſſè excipitur Imperium Germanicum 76.d, Petulantia in nobiles 698.c, fœderis cum Franciſco j. Galliarum rege iniquæ conditiones 606.b, cum duce Allobrogum fœdus quando deſiit 70.c

Heluetiorum libertas ratione morum 657.a, Libertatis origo 553. paſſim. eorum & Italorum naturæ diuerſitas & eorum ſtatus diuturnitas 515.b, Ciuitates quot & earum iura 57.c, aduerſus Carolum Burgundionum Ducem belli cauſſa 386.d, Præfecturæ communes 72.b

Heluetij cum Imperatoribus Germanorum fœdere iuncti 77 a,b, montani qui 234.d, horum ſtatus popularis, ibid. Pontificum Rom. contemptores 61.c, cum Auſtriacis fœdere iuncti 76.d,77.b, eiuſdem fœderis exceptio quæ ibid. an Germanico Imperio ſubditi 76.d,77.a,c

Helueticæ ſeditionis cauſa & conciliatio 57.c,d

Helueticæ nobilitatis cædes poſt Sempachiam cladem 235 b

Heluetici quantum inter ſe differant legibus moribus, religione & ſtatu 492.b,c, fœderis vis 70.d, cum rege Fracorum renouatio & exceptio 77.c,d

Heluetij quando ſuæ ciuitatis iura Regibus francorum dederunt. vid. Regibus

Heluetiis ſociis ne ſocietatem quidem, aut fœdus, aut amicitiam cum vllo principe contrahere licet niſi conſpirante omnium conſenſu 72.d

Helenæ Ruſſiorum reginę crudelitas in Legatos Prutenorum regis 618.d

Henricus Auguſtus Anglorum rex inauguratus etiã viuente patre 198.b

Henricus Francorum rex à Germanis principibus dux electus aduerſus Carolum v. Imper. eiuſdem fœdus cum iiſdem 78.a

Henrici ij, Galliarum regis prodigalitas 674.d, Debita 666.c,667.c, Clementiæ exemplum in Aquitanos rebellantes 341.c, in Germanos 721.d

Henrici iiij. Imper. cum Pontifice Gregorio bellum 137.a,b

Henrici v. Germanorum Imp. clemẽtia in Brixienſes 339.a

Henrici v. Imp. remiſſio iuris eligendi Põtifices 137.b

Henricus viij. Angliæ & Hyberniæ rex à Pontifice Rom. deficiens 135.b

Henrici v. Anglorum & Francorum regis iuſiurandum 89.a

Henricus (*iam Galliarum rex*) Polonorum rex creatus & quo iure 391 c

Henricus Palatinus comes ante Imperium adeptum cum Philippo Valeſiorum rege ſocietatem & fœdus contraxit 76.b

Henrici ij. Andium ducis à fratre Carolo ix. Francorum rege quanta poteſtas tributa 82.a

Henrici Francorũ regis Franciſci filij imperiũ 206.a

Henricus vi. Anglorum rex à populi comitiis damnatus 91.b

Henricus Suecorum rex quare regno exutus 375.c

Heraclij lapidis vſus incognitus Archimedi 681.c, Aurificibus hodie in vſu. eod. d.

Heracliti vulgaris diſciplina 413.d

Heremita rex inuitus à Tripolitanis creatus. 369.d

Herodis imperij initia placida, exitus feroces 372.c, *vbi cum Tyberio comparatur.*

Hercules Celticus quare caluus & ſenex ab antiquis pingeretur 439.b, Tyrannorum domitor 610.c, eius deificatio 209.a

Herile imperium tertia regendæ familiæ pars 31.b

Herodis Iudæorum regis Antipatri filij, & ſucceſſorum eius qualis fuit imperij exitus 374.a,b

Herodotus Græcus ſcriptor de Reip. ſtatibus veriſſimus 183.& 184.d, eius locus de vario dominatu 194.a

Heſter. locus de abrogatione legis, quam de interficiendis Iudæis tulerat Darius 95.c

Hetruſcorum cum Tarquinio Priſco Rom. rege ſocietas. 186.c

Hiberniæ regnum quando in fiduciã Pontificũ Rom. tranſiuit 135 b

Hieronymi Laſci excogitata ratio exigendi tributi, vide Tributi

Hieronymi Siciliæ tyrannidis exitus 373,d

Hieroſolymæ vrbis varia captiuitas 484.b, eiuſdem templum, vide Templum

Hieroſolymitanorum equitum ſacri ordinis magiſter Pontificis Rom. fiduciarius 134.d,& 135.a

Hiero Siciliæ regnum virtute quomodo eſt adeptus 373.c, cuius nepos Hieronymus ob vitia idipſum cum vita quomodo perdidit eod. d

Hierotimus Parthorũ rex quot vxores & liberos 9.c

*Hiphil* vox Hebræa quid importet 461.d

Hippodamus Mileſiorum legiſlator 354.b, eius prudentia in ferendis legibus de maritandis ordinibus 526.c

Hipocratis, Ariſtotelis & Galeni ſententiarũ conciliatio de Auſtralibus populis 495.a,b

Hiſpanorum querelæ aduerſus Henricum ij. Francorum regem 166.d, eorum regalis argentæi & nũmi aurei Francorum collatio, vide Francorum. in Seruos conſuetudo 43.d, Natura Gallorum contraria 501.d, item ex Gallis & Hiſpanis natorum temperies 502.a,b, Calliditas in Gallis decipiendis 501.c, Perfidia in Atabalippam regem Peruanum 607.d

Hiſpaniarum regis ſtudia ratione adminiſtrandi imperij 673.d, eiuſdem regis & Angliæ reginæ connubij pactæ conditiones 742.a,b, imperiũ à Mauris & Arabibus occupatum & quandiu 421.a,cõuentus qui 90.a, legati apud Rhœtos ab iiſdẽ peculatus damnati 232.d
Hiſpaniarum rex quos & quomodo patrocinari dicatur 582.d
Hiſpani an Romanis legibus vtantur 101.c, & quãdo eędem leges in Hiſpania introductæ ibid. quare Pernana iuga ſuperantes vi frigorum extincti 499.d, ingenio cæteris præſtantes 497.d, reges Pontificum Rom. obſequentiſſimi 61.c
Hiſpaniæ rex vaſſallus Pontificum Rom. 120.a, Vicarius Imperij 124.a, eius Regni vrbes quot & earum apud Rom. varium ius 53.c, Conſilia 247.c
Hiſpanus homo in Hiſpania natus & educatus, Galli tamen filius & in Galliam reuerſus à principe reſcriptum impetrare an iure poſſit, vt iura ciuium conſequatur 60.d
in Hiſpanos ciues ius à Carthaginenſibus ſumptum 58.c,d
Hiſtriones vnde dicti & eorum origo 632.a, & id genus mimorum quàm Reip. damnoſi 631.d
Holſatius à Vandalis belli gerendi cauſa dux creatus 78.c
*Homagium* quid 108.c
Homari Muhameti legati ſtratagema in colligendis copiis 38.d
Homicidij pœnæ variȩ & varia genera, vide Pœnæ Sicariorum, Principis pœna 210.c, etiam ſola cogitatio capitalis d
Homicidium à patre de filio commiſſum 27.c
Homicidarum parentum pœna 27.d
Homines imperandi aut parendi mutuis officiis continentur 14.a
Hominis natura duplex 6.b, 502.b, eius facultates 328.a
*Homo nouus* veteribus quis dictus 351.a
Hominum opinio ab externis diiudicat 466.a, vita vnde ſuſtentatur 6.d
Honeſtas cum vtilitate natura coniuncta, vide Vtile.
Honeſti & vtilis diuerſa ratio 98.c,d
Honeſtatis ſeu Honoris præmia varia 545.c
Honorij & Theodoſij Imp. leges de iure liberorum omnibus conceſſo quàm pernicioſæ 662.b
Honorarium ius 288.b
Honor publicus quis 284.a
¶ Honoris & gloriæ maieſtate de Rep. ſublata, ciues in omne dedecus ac flagitiorum fœditatem perrũpere neceſſe eſt 547.a
Honores dum indignis tribuũtur, gloria iacet ac ſordeſcit 546.b, 547.b
in Honoribus tribuẽdis dignitatibus & gradibus Alexandri Seueri item Solonis ſtatutum ſeu mos laudabilis 556.b.c, & quæ vera ratio habenda ibid. qui apud Rõ. penes plebem 774.a, maximi & publici ſine imperio 284.d, diuturni populari ſtatui contrarij 696.a
ad Honores qui promouendi, & quæ in eo cautio adhibenda 775.c,d
Honoris templum vide Virtutis.
Honorum publicorum diuiſio 286.a,b, Romanorum præmia quæ 547. paſſim, ea præmia quò maiora, eò virtus clarior & fortium virorum multitudo maior extitura 544.d, gradus qui ex Iuſtiniano 274.b, horum & dignitatum mercatura turpiſsima & periculoſiſsima Rebuſpub. cũ virtuti ſolæ debeātur 546.d, quæ inde incommoda 551.b, 552.a, 556.a, horum tribuendorũ ratio Geometrica. vide Geometrica, varia tum veterum tum modernorum 547.a, 549.a, horum ſeu magiſtratuum mercatura omnium ſordidiſſima 651.b, quomodo facti venales in Gallia, & vnde manauit mos ibid.
*Honorum* vocabulo apud Latinos quæ intelligantur 431.a
Horatia lex de *Magiſtratibus Sacroſanctis* 309.b, & paſſim
Horatius Cocles quo præmio affectus ob ſuũ in Rempub. beneficium 555.b
Horoſcopi Romæ vrbis explicatio, vide Romanæ, vbi paſſim, & fol. ſeq. varij explicantur. Chriſti, vide Chriſti
Hoſtes iuſti qui 1.d, 47.b, tot domi quot ſerui 43.d
Hoſtilij Aedilis vulneratio cuius iuris 310.a, Regis Rom. & Metij Albanorum Dictatoris diſcordiæ quomodo Reipub. vtiles 445.c
*Hoſtium* appellatione qui comprehendantur 76.a, à prædonibus & piratis quid differant ibid.
¶ Hoſtium metus ciues in officio continet 565.c, horum & prædonum ius diuerſum 2.a, deuictorum ſpoliorum, vel impoſitorum vectigalium, item mulctarum diuerſa ratio 643.b,c,&.644.b
Hugonis Capeti regni adeptio Caroli Magni ſtirpe intermortua 391.d
Humanæ naturæ mirabile Dei artificium 412.c,
Humani generis diuiſio 327.d, & 328.a, primordia & propagatio b, rapax & crudelis eiuſdem prima natura c,d
Humani caſus aduerſi vnde proficiſcantur 461.d
Humanitas ſeu vrbanitas vnde profecta 500.c,d
Humaniores populi alij aliis qui dicantur 493.b
Humorum propria natura 521.a,b
Hungariæ regnum à Turcis deuictum 406.d, rex Ioannes à Suleimano Turcarum rege captus 115.d
Hungariorũ tumultus ratione imperij 743.a, regnũ fiduciarium Imp. Rom. 134.c
Hunnij feudorum modum in Europa introduxerunt 191.b
Hyberi exemplum *de executione iudiciorum* 323.b

I

IAni templum apud Rom. clauſum 477.d
Ianotus hiſtoriographus Venetorum 180.d
Iaſonis Iuriſc. fraus in Triuulciũ Galliarum ducem 215.a
Icilia lex *de mulctis* 275.b, *authoritate Tribunorum* 318.a
Iehus varia homicidia 212.b
Iephtes votum 35.a
Ieſaię prophetia de regibus tum Iudaicis, cùm Romanis 419.c, *vbi & aliæ eiuſdem & Hieremiæ referuntur:* eius regnum Iudaicum cum regno Romuli Romano comparatum 419.c
Ignauia Regum quàm pernicioſa ſubditis vide Regũ.
an Ignobilis cenſendus filius natus ante adeptam à patre nobilitatem 730.d

Igno-

¶Ignominia nullum maius ſupplicium inter homines cenſeri debet vide vt Virtutis. Hac notati an honores adipiſci poſsint 635.a,b, eius & infamiæ differentia 634.c, *vbi & quæ olim Ignominiæ purgatio fuerit videre licet.*
Illegitimi apud Athenienſes qui 28.d
Illuſtrium virorum in populari ſtatu ſupplicia 697.d
Ilotæ ſerui Lacedæmoniorum 38.a
Illyrici reges in principes ſuæ ditionis eodem iure vtebantur, quo Romani in tributarios 142.d
Imberti Delphinatus principis liberatio ſeruorū 40.b
Immunitates ciuium Romanorum variæ 55.c
Imperandi ratio vbique neceſſaria 702.b, *vbi vide barbarorum quorundam imperia.*
Imperandi publicè quis ius habere dicatur 299.a, ars optima, & quæ vera Imperatoris ratio in iudiciis ferendis 461.c
Imperare ſibi condiſcendum priùs quàm alteri 14.c, æqualibus ex lege nemo poteſt 90.b
Imperator an Imperij Germanici fide ac ditione ſubiiciatur 77.a
Imperator aut Prætor creatus in aliena ciuitate, ſtatum Reip. alienæ non mutat 76.b, Germanorū eiuſdem gentis nec peregrinus eſſe debet 577.a, quomodo tributarius Turcæ 143.a, primùm quis proprie dictus 271.c
Imperatores triginta vno & eodem tēpore facti 722.d. vbi plures Romæ, eorum prouinciæ maximè ſeparatæ 187.d, an ſuum munus alteri quàm Pontifici Rom. cōcedere poſsint 139.a, quib. Rom. ſacris interdixerunt 137.c, & in margine. His ſeruitus impoſita à Pontificibus 137.a, & 138.a
Imperatoria ars quæ hominum ſocietatem tuetur ſub prudentia continetur 512.b, eius poteſtatis & regiæ maieſtatis differentia 196.c
in Imperatoris electione, vbi domeſticum ciues ferre nolūt, commodius procul Imperatorem accerſere, quàm finitimum, & id genus exempla 577.a
Imperatoris & Imperij ſtatus ius diuerſum 78.a
Imperatorum ſeu principum qui hæreditario iure ad imperium aut principatum perueniunt & eorum qui conſtituuntur ſeu eliguntur comparatio 373.c, horum varietas 196.c, eligendorum varia ratio 577.a,b, Romanorum poteſtas à populo tributa 270.b, Romanorum qui optimi ac ſapientiſsimi 30. Hodiernorum poteſtas ſeu Maieſtas à Pontificibus diminuta 138.d
Imperia extra ordinem apud Rom. tributa belli gerendi gratia 265 d, & 266 a, 273.a, Peregrinorum quàm periculoſa. vide Peregrinorum. à mediis regionibus profecta 498.a,b, potentiſsima quæ 10.b, vbi libera & popularia 515.d, iuſta, quæ 229.b, prima, vi occupata ſunt 371.b
Imperialis auctoritas quæ in concedendis imperij iuribus 225 d, & 226.a
Imperij propria 305.a, Germanici ſtatus 181.d, eiuſdem iura Maieſtatis habent nō ſolum Principes Germanorum ſed ipſi quoque cōuentus 223.b,d, & 224.a, Poteſtas penes quos 122.a
*Imperij* verbum quid complectatur 316.a eius inſtrumentum, vide Inſtrumentū. vicariorum ius 165 b, c, & iuriſdictionis ius diuerſum 275 a
Imperij regalis vtilitates, incommoda, præſtantiam & id genus, vide Monarchiæ.
Imperij tributi à Senatu vel populo Rom. variis bellorum gerendo gratia quæ vulgaris clauſula & eiuſdem interpretatio 270.c, laus quæ 370.c, propagandi ratio Rebuſpub. ſæpius periculoſa, contra, quæ ſuo proprio Imperio contentæ ſunt diuturnior eorum ſtatus 716.d, publici genera 300.a, diuiſio mortuo Ludouico Francorum, Italorum, Germanorum & Hiſpanorum Imperatore 132.d, & paſsim ſeq. fol. Succeſſorij prærogatiua, vide Succeſsionis ius. ius penes quos 271.b, eiuſdem collegæ, nec magiſtratus pari poteſtate ſe inuicem rogare non poſſunt, multo minus maius Imperium habentes 316.d
*cum Imperio eſſe* quid antiquis 270.d
Imperio qui pares, an pares honore cenſendi 321.b, *vbi plurium Magiſtratuum exempla.*
Imperio aut regno ſucceſſorio ſtabiliendo aut conſeruando modus: deficiente progenie, & id genus exēpla 723. paſsim. & ſeq. c
Imperiorum variorum tempora 420. paſsim. eorū quod prēſtabilius & quod periculoſius 716.a, 717.a, ſucceſsio hæreditaria quare periculoſa 373 a, æqualium pericula 721.a
Imperium populare cur cæteris præſtare dicatur 544.c. pluribus æquè tributum quàm pernicioſum 711.c,d, & fol. ſequen. domeſticum cum publico nihil commune habet 738.d
¶ad Imperium ex humili aut obſcuro loco prouectus, tyrannidem crudelius exercet, quàm regali ſanguine cretus 720.c, ¶ in Magiſtratibus, auctoritas in Senatu, poteſtas in plebe, maieſtas in populo Roman. 151.d, hodiernum Germanorum Ariſtocraticum 223.b, 226.c
Imperium habentium ius in exequutione 294.d, merum quod dicatur 300.b
¶ Imperium ſimul ſeruare paucos præſtabilius, quàm perdere 449.d
Imperitiæ aut erroris, vbi nullus detur locus. vide Erroris.
*Impero & iubeo* verborum vis & his quibus vti liceat 390.
Impietas an ſuperſtitione tolerabilior 485.d
¶Impuberum aut furioſorum vllus conſenſus 337.c
Inæqualitatis bonorum cauſſæ 533.a
Incendiariorum pœna varia 760.c
Incendij domus æſtimatio. vide Ædium.
¶ Incommodis duobus propoſitis maius vitandum 475.b
Inceſtuoſi quantum abhorrendi 26.d
Indi Sinarum populi Hiſpanis intimos regionis aditus aperiri vetuerunt indicta capitali pœna 64.b
Indiæ Occidentalis populorum crudelitas, qui cæſorum hoſtiū carnibus veſci & infantes ſanguine mergi ſolebant 504.c,d, horum religio 511.b, Natura, vide Britannorum. ius in ſeruos 41.b
Induciæ pacis loco concedendæ iis cum quibus nulla fides 616.d, 617.a, *vbi varia induciarum exempla.*
Inedia quot diebus perpeti poſſe dicatur 418.d
Inertia capitalis apud Athenienſes 517.d, eius pœna apud Ægyptios quæ 671.c
Infames olim apud Græcos necare cui licitum 634.c
¶Infamia notatus rebus iudicatis nobilitatem amittit 357.b, ad poſteros ſicut Nobilitas

propagatur 357.b, Huius & ignominiæ differentia, vide Ignominiæ. Infamia facti ibid.
¶Infinitas ab omni diſciplina remouenda 186.a
Inflammationum & exuſtionum cœleſtium quarundam exempla 496.b
Ingenuitas Gallis à quibus impetranda 40.d,& 41.a
Ingenuorum in Pœnis diuerſa ratio habenda 760.d, Horum & ſeruorum pœna varia 760.c
¶Iniuriæ altiùs quàm merita deſcendunt 543.a
Iniuſtitiæ exempla in Cancellarios quoſdam 462.c,d, Huius dubitatio pœnam adfert 481.d
¶Innocens legibus nullus 630.a,b
Innocentius Pontifex quando creatus 40.a
Inofficioſi querela tributa liberis 28.a
ab Inopia an decus nobilitatis aboleatur 356.a, Eius quæ cauſſa 537.d
*Inſani* qui dicantur 505.c
¶Inſidiarũ remediũ optimũ,ſi non intelligãtur 470.d
Inſignium & ſtemmatum ius diuerſum 352.c
Inſtrumẽtum imperij, hoc eſt ſtatum tam ærarij quàm geſtorum totius imperij Principem habere cõuenit 673.a, *vbi qui Princip.eiuſmodi inſtrumẽta habuerint.*
Inſulanorum natura & mores ſeu vitia 517.b
¶Intemperantius nihil, eo qui repentè à ſeruitute ad dominatum peruenit 45.a
Interceſsio Tribunorum 318. eius ius 308.a,c
¶Intereſſe vniuſcuiuſque in facto non in iure conſiſtit 306.b, 770. Gallorum legibus arbitrio iudicum relinquitur ibid.
Interire Rempub.quãdo dicatur 366.d,& 369.b.381 c
Interitus variarum Rerumpub. 369.c
Interregnum in Rebuſpub.quod dicatur 368.d
Interregnorum ſeu Pontificum ſeu Imperatorum ſeu Regum pericula 718.d,& 719.paſsim & fol.ſeq.
de Inteſtatorum bonis ius varium 531.b
Ioanna Siciliæ & Neapolis regina ob impudicitiam lupa cognominata 30 b, ducem Andium Caroli regis Gall.adoptatum,ſibi hæredem reliquit ibid. Neapoleos reginæ maleficia.vide Neapoleos.
an Ioannes Francorum rex iura quæ Franci habebant in Anglos remittere illis potuerit 121.c
Ioannes Nauarrus Tholoſatum decreto cur maieſtatis damnatus 140.a
Ioannes Anglorum rex parricida 110.b,vnde plurima amiſit in Gallia ibid.
Ioannis XXII Rom.Põtificis auaritiæ exemplũ 676.a
Ioannis Francorum regis aperta natura 372.d
*Ichambellul* Æthiopis quid 141.in marg.
Ionicarũ vrbiũ cum Latinis & Hetruricis ſocietas 75.d
de Ionicis Lydiis ac Doriis cãtib.vſu & natura 412.a,b
Ioſephi error de *Patriciorum poteſtate* 715.d
Ioſephi Mauritaniæ regis crudelitas 504.c
Ioui cur dicatur aſsidere iuſtitia 97.c, eius Fulmina quæ,vide Manubiæ.
Iouialis Theologia quomodo triplex conſtituta 462.a
Iouij error ratione ſtatus Venetorum 707.a
¶Ira priuatorum in Principe indignatio, & iracundia furor 461.b
Iracundiam cohibere difficile ib.a
Iſadæ Lacedæmonij factum memorabile ſed incautũ 560.d
Iſidis & Æſculapij ſacra à Romanis recepta. vide Æſculapij.
Iſraelitæ primùm ſine Regibus & ſine vlla Reipub.forma ſolis ſocietatibus viuentes 329.c, eorum Senatus conſtitutio 240.a, regum origo & exitus 715.b,c, cenſus,luſtratio ſeu deſcriptio Moſaica 624.a
Itali Neapolitani Achæorum fœderati poſt Pythagoræorum cladem 74.d
Italia vnde dicta 275.d, In ea nulli Principes ſupremi ſed omnes vaſſalli aut Imperij Germanici aut ſummi Pontificis 123. *exceptis Venetis & ipſo Põtifice.* ibid. nullis ciuitatibus ius eſt cõdere leges, quæ Romanis legibus contrariæ ſint 125.a, ciuitatum fœderatarũ cum Romanis vis 73.c,d, quarundam interitus 393.c
Italorum & Heluetiorum naturæ diuerſitas,vide Heluetiorum. fœneratorum calliditas ratione vſurarum 666.d, & 667.a, eorum fœnora Galliæ interitus 667.a,& 668.a, Natura 502.c, inter eos ingenioſiſsimi & callidiſsimi qui dicãtur 515.c, Horum montes pietatis qui 665.a
Iudaicæ religionis vectigal 344.
Iudæis Chriſtiana mancipia circũcidere Traianus vetuit 42.b, eorum Conuentus permiſsi à Chriſtianis principibus 343.d, Exprobratio 345.c, in Chriſtianos peruicacia 485.a, ius 344.c, Senatus quale & eius authoritas antequam Palæſtina in prouinciã redacta fuiſſet & deinde, 54.d, conſtãtia in religione 522.a, His vbi habitare liceat,& teſtimonij gratia adhibeãtur 599.c,d, horũ odia vnde 484.b,d, vbi Roma abire cogũtur ob ſeditionẽ. captiuorum à Romanis Veſpaſiani tempore cædes miſeranda auaritiæ cauſa 35.b, collegiorum ius 332.b, Iuriſiurandi formula apud Imperatorem Germanorum 599.d
Iudex an contra leges iudicare poſsit 293.b
an Iudex & accuſator in eadem cauſſa idem eſſe non poteſt 463.c
¶Iudicandi ſcientia regalis 452.a, munus quare antiquitus penes Reges, nunc verò penes Magiſtratus 458.d,459.a, varia ratio 767.d
in Iudicando quis modus adhibendus 311.paſsim
¶Iudicandum Magiſtratui non de lege ſed ſecundum legem 754.d
Iudicantis contra leges pœna 755.b, extraordinariè ius quod ratione pœnarum infligendarum 757.a
Iudicare ꝓ ſua religione an ſolus Princeps poſsit 757.b, exemptis non legibus pernicioſum 755.d
¶Iudicata res pro rei veritate habetur 357.b
¶Iudicatis rebus quicquam ſtabilius eſſe debet 307.c
de Iudicati executione in alieno imperio 325.b,326.a
Iudicem aut rectorem ſuæ ciuitatis neminem eſſe debere 433 b, viri boni & innocẽtis officio fungi oportet 755 a, eius & arbitri iuris & authoritatis differentia 755.c
Iudices primùm Reges vocati 450.c, qui eligendi 756.a, qui eos dare poſsint, eorúmque variæ in ſubrogatione vel ſubſtitutione 266.b, an inter Magiſtratus cenſendi 273.c,d,& 274.a, in ſua cauſa qui eſſe poſsint 315.a, Perpetui quales creandi 439.b,c, quæſtionis à Senatu dati 266.a,b
Iudicia publica an geometricis iuſtitiæ legibus tractanda 758.d, publica apud Roman.à Sylla dictatore ad Magiſtratus delata 466.b, priuata an Arithmeticis Iuſtitiæ legibus tantùm tractanda. vide Arithmeticis. ab executione auſpicari

cari

cari iure Rom.iniquum 165.a, Maieſtati quare nō conueniant 460.a,b,461.d, varia Principum in proximos ſuos 216.c,d, Perſarū de ſceleratis 200.c. Temperanda iuſtiſsimis magiſtratuum decretis, vbi lex ad propoſitam cauſam accōmodari ſine iniuria nequit 754.c
Iudiciarij vectigalis introductio & vſus ratio apud Gallos & Rom.vide Vectigalis.
Iudicibus ex æquitate an vero ex verborum legū obſeruatione iudicare oporteat 753.c,d,& fol.ſeq.b, contra leges iudicare nefas 172.d, ¶Iuratis in leges,ab iis quantumuis iniquæ ſibi videantur, diſcedere non licet 755.a, in Damnatione reorū mediocritas ſeruanda 461.b
Iudicij & decreti differētia 305.b, & quid iudiciū, ib.
in Iudiciis Criminalibus vitæ anteactæ ratio habēdā. vide Vitæ.
Iudiciorum publicorum ferendorum apud veteres quę ratio 301.paſsim & fol.ſeq. Horum Curia Pariſienſis quare *Tournella* dicta.vide Curia.
Iudiciorum ferendorum ratio 464.c,d, corruptorū cauſſæ 451.c,d, Executionibus variis 323.a,b, eorum varietas vnde 755.d
de Iudicio regum aut principum in quibus cauſsis iudices eſſe debeant aut iudicio adeſſe, vide Princeps aut Rex.
Iudicis infamia capitalis 166.b
Iudicium ferre Principes quàm ſubditis iucundum & vtile 451.paſsim & fol.ſeq. contrariam autem authoris ſententiam 152.d, quomodo ſolui dicatur à pari ſeu eiuſdem poteſtatis iudice ſuſceptum 316.a, 319.d, item non conſiſtere quod idem eſt 264.c, quandoque accipit poteſtas maior ab inferiori & quomodo 315.a, quomodo à Iudicibus pluribus conſtituendum 439.d
*Iudicum* vocab.qui ab Hebr.cōprehendantur 273.c,d
Iudicum variæ creationes 265.b,266.b, Curiæ Pariſiorum numerus,vide Curiæ. Proximi in eadē Curia non recipiendi Iudices 433.b
Iudicum ſalariorum quæ ratio 770.d, Ius & munus ſacroſanctum 309.d,*vbi exemplum cuiuſdam qui iudicem vulnerarat.*
Iulia lex de *viceſimis iure vectigalis conceſsis* 656.d
Iuliani Iuriſc.collectanea, *vnde præfecturam vrbis Romæ obtinuit* 152.d
Iuliani Auguſti emblema digniſsimum *de ÿs, qui vt Imperium adepti ſunt,ſubditos euertunt* 379.c,549,c
Iulij ij.Pontificis Rom.perfidia 597.b
Iulij Cæſaris cædes & eiuſdem vltio 377.a
Iulij iij.Pontificis Max.vrbanum dicterium 555.d
Iulij Scaligeri laus 520.a
Iulius ij. Pontifex Rom. aduerſus regem Francorum & Ferrarienſem ducem bellum gerit 123.b
Iuniæ legis beneficium in ciues Rom.collatum 53.d
Iupiter Licius olim quomodo placandus 34.d
Iura familiaria ſeu gentilia vnde profecta 13.c, quare introducta,ibid. ad obſcuras familias non pertinentia, ibid.d. Maieſtatis cuique principi populóue in omni fœdere, pactione ſeu ſponſione ſaluā ſint oportet, aut alterum in alterius venire poteſtate 70.b, Commerciorum & hoſpitij iuriſgētium 69.c, vide & Commerciorum. virorum in fœminas,vide Virorum.
Iurandi *in leges* mos 92.& 93.291,a
Iurare *ex animi ſententia* quid 755.b
Iure gentium violato quāta incommoda ſecuta ratione Primogenitorum, vide Primogeniti.
in *Iure fieri* quid,aut *extra ius* differentia 307.d
à Iureiurando quando recedere liceat 594.a,b,597.a, Eo non tenetur qui obſides dedit 595.d,596.b
Iuris veteres authores præcipui 257.b
Iuris fictio.veritate non potior.vide Fictio.
Iuriſiurandi.vis 92.d,93.a, formula Regum Francorum à quo inſtituta & quis ea primum vſus ſit 88.a, b, Eorū inaugurationibus obſeruata 105.d,106 a
¶Iuriſconſulti ciuilem ſcientiam non Philoſophorum decretis,ſed populari captu ac ſenſu metiuntur 33.a, contra authoris ſententiam 35.b
Iuriſconſulti vnde profecti 510.b, Præfecti prætorio 313.b, hi & Oratores quantum Medicis præferendi 360.c,vbi vtrorumque comparatio agitur.
Iuriſdictio tertia Reip.pars 150.a, nec maieſtatis propria,& quare. Sua vi & poteſtate ſingulis ſolida debetur,cùm in partes diuidi nequeat 322.a, Eius imperij ius diuerſum 275.a, Eius ius quod eſſe debeat 277.a, Eius & ſeruitutis differentia 322.d
Iuriſdictio prædiatoria,vide Prædiatoria.
Iuriſdictio extra pernoctationē an cōcedi poſsit 163.a
¶Iuſiurandum à magiſtratibus an ſæpius repetendum 442.d, Imperatoris 87.d, à Carolo v.Imperatore primùm præſtitum & à Caietano Cardinali inſtitutū ibid. eius ratio apud veteres 608.a,612.d. de ipſo Solonis conſideratio, vide Solonis. Eius formula à Ludouico x1.Gall.rege præſtita duci Burgundionum 608.c, eius pro varia religione apud Iuriſconſ.ratio 484.a, Lex diuina 609.b. decipiendi non obligandi vinculum quibus 600 c, quo ſocietates aut fœdera innitantur, ita perſonæ iurantis cohæret,vt ab ea diuelli non poſsit 615.b
Ius clientelare ac fiduciarium an præſcribatur 126.a,
¶Ius dicenti extra territorium, impunè non paretur 321.a, Commune variis gentibus 165.a, ex Errore & communi opinione ſæpius conſtituitur. vide ex Errore. in Errore poſitum 290 c,d, Ferre quare non debeat princeps.vide Iudicium.
Ius honorarium,vide Honorarium. quo Modo conſtituitur,eodem quoque diſſoluitur 335.b, ſibiipſi dicere nemo poteſt.308.d, prius Grecè quam Lat. exaratum & Iuſtiniani codex è quibus compoſitum 324 c,d, quare *Rectum* appellatur 750.c
Iuſſa Regis an parem eo mortuo quàm viuo habeant poteſtatem 268.b
Iuſsionibus quomodo obtemperandum 296.a
Iuſſorum vis 307.d
Iuſta natura,prauis opinionibus interdum obſcurantur 290.d
Iuſti & iniuſti Theologorum 3.b, Hi & neceſſarij diuerſa ratio 99.a
Iuſtiniani lex *de hæreditatibus à patribus naturalib. filÿs etiam adoptatis relinquendis* 30.c, in quanto vitæ periculo ob ciuiles factiones fuerit, refert Procop. 472.b,c, eius edictū in fauorē libertorū obſeruatū 40.d, eius de legibus ſtatuendis decretum 153.a
Iuſtinus Imp.patriæ poteſtatis iura ademit 30.c
¶Iuſtiſsimum quod neceſſarium 654.a
Iuſtitia quæ dicatur & eius diuiſio 746.d, eius diuiſio humana ſcil.& diuina. ibid. quæ Lacedæmoniorum 293.d, Rerumpubl.fundamentum,

quę nulla eſſe poteſt, niſi conuentionum ſeruetur fides 525.d, Naturalis certa eſſe debet 292. d, rerum omnium fundamentum 746.b, Gallicæ exemplum in cauſa Cancellarij 462.c, *Magnæ* appellatione quid apud Aragones intelligatur 84. a, eius apud Anglos & Francos authoritas vide Anglicæ. genera & eorũ ratio. 777.b, *literæ* quæ dictæ pragmaticis 167.b, & 325.a, earundem abrogatio, ibid. cultus in Gallia 462.c, Eius ſumma quæ 14.c, Veræ nihil tam contrarium quàm commiſeratio; nec Iudicis officio, quàm Miſericordia, cùm diuinis æquè, ac humanis legibus. iudex cuiuſquam miſereri prohibeatur 459.b,c
Iuſtiores hominum vbi locorum conſtituti 498.a
Iuſtum quod dubitatur ſit, necne an exequi oporteat 290.d
Iuuenes in Senatu an cooptandi 240.a,b
Iuuentutis bene educandæ ratio quàm Reip. neceſſaria 631.c

K*Ometonæ* qui dicantur apud Polonos 41.b

L

LAbieni Cæſaris legati laudabile reſponſum 545.d Lacedæmonij quare citius à militia quàm Romani vacarent 499.a
Lacedæmonij vxorum ſerui 19.b, Item Romani aliquando ibid.
Lacedæmoniorum Reipub. quot ciues præerãt 219.b, Eorum mores ab Athenienſium diuerſi. vide Athenienſium. Eorum crudelitas in pueros 333.c, Damnatio ab Amphictionibus 737. d, Iuſtitia quæ, vide Iuſtitia. ſtatus conuerſiones 393.a,b, Natura quæ 8.a, Error ratione ærarij 638.b,c, regum genus 195.c, Senatus 246.c, eiuſdémq; conſilium arcanum ibid. Reipub. cæſis Ephoris ac Senatoribus ſtatus penes Cleomenem 178.b, eiuſque liberatio ab Antigono Maced. reg. 499.a, in obſeruandis Reipub. legibus laus 241.d, beneficentia ſeu clementia in Athenienſes 381.d, Reipub. ſtatus ex Polybio 176.d, ex Herodoto 177. a, contrarias Athenienſium vnde & inter eos bellum diuturnum ibid. grauis varia mutatio 178. Regis geſtum memorabile ratione legum ſtabiliendarum aut exoletarum renouandarum, & exitus eiuſdem quomodo periculoſus 427.c, Reges poſt ipſius Reipub. conuerſionem 196.b
Lactantij ſententia de ſapientibus Græciæ 218.a
Lædentium ſiue manus vola, ſiue pugno quæ pœna, vide Pœna.
Lanacrij Præſidis factum, in quadã lege Ludouici XI. abrogatione 291.b,c
Langobardorum ius in vxores 16,d
Laodicenæ ſynodi edictum ratione honorum Pontificiorum populis conceſſorum 719.d
Largitiones à Principibus factæ reuocari poſſint: Item an rationes reddere aut repetundarum teneãtur, qui eas acceperunt 674.b, & paſſim.
Largitionum Principum ſeu penſionum variarum tum ſtipendiorum militarium gratia cum & proditionũ exempla 648, & fol. ſeq. Earũ leges optimæ apud Gallos. vide Gallorum. Effuſiones Galliæ regum penes Aulicos canes quãtum regno damnoſæ 556.a
Latina lingua quare Gallis familiaris 172.c
Latinarum vrbium ſocietas, vid. Ionicatum.
Latinorum ſexaginta vrbes & eorum fœdus cum Romanis 52.c,d, *eorũdem defectio, ac expulſio à Rom. lege Claudia* 53.c, cum Romanis fœdus 70.d,75.d
Latrocinium & pyratica pro virtute apud Hebræos, Græcos, Lat. & varias alias gentes 328. d, & 329. *vbi laudatur: ſicut Plato & Ariſt. inter venationis genera poſuere.* inter genera venationum conſtitutum 189.d
Latrones qui & vnde dicti & eorum pœna 46.c, 562. d, 766.b & piratæ à Rebuſp. ſummouendi 1.d
Latronibus depoſitum pignus, commodatum etiam ab iis iniuſtè poſſeſſum reſtituendum, 2.a, Iis an pyratis data fides an ſeruanda. vide fides. an ſeruãda fides 1.d,2.a
Lauallæ gentis cura familiaria 13.b
Laudæ mercatoris Cameracẽſis vini copia in Belgium delata 653.b
Lectoria lex de imperio prætoris vrbani 316.c
Lega*ſ*cæ Iuriſcõſulti calliditas in colligendis pecuniis 192.d
Legata aut hæreditates Romanis relictæ. vide hæreditates.
Legatorum cautio quæ 618.d, & 619.a, *vbi exempla violationis varia.* Principum ius in milites 320.d, & 321.a, Auguſto relicta, vide Auguſto.
Legatus Proconſulis capitali ſupplicio damnare non poteſt 320.d
in Legato religionis pietatíſue cauſa facto an legi locus ſit 322.d
Legatorum & mandatorum ius 269. b, Eorum quæ Legis actiones. vide Legis actiones.
¶ à Legato ad mandantem appellari non poteſt 320.d
apud Legatum Proconſulis an legis actio 320.c
Legatus ſeu procurator Principis aut alterius mandantis ſi præter mandatum quid agat imperétue nihil agitur, niſi ratum habeat qui mandauit 82.b,c nihil ſuo, ſed eius qui mandauit imperio vtitur 320.b
Legatos violantium pœna 618.c, vbi extat exemplum crudelitatis Helenæ Ruſsiorum reginæ.
Cum legatis agendo quomodo cauendum 606.b, & paſsim. vt & fol. 607.b
Legatorum ſeu ſubrogatorum ius 304.c,d
¶ Legati poteſtas, æquè ac magiſtratuum omnium penitus euaneſcit 82.a
in Legato magiſtratus, imperandi prohibendíque poteſtas non ineſt, nec legis actio, ſed in ipſo magiſtratu 82 b,c
¶ Non de Lege ſed ſecundum legem iudicandum, vide Iudicandum.
¶ Legem iubere cuius poteſtatis, eiuſdem etiã abrogare, derogare, obrogare, vel ſubrogare 155.a, ¶ obiecta æquitatis ſpecie iudex perrumpere audens infamia tenetur 155.a
Legi naturæ ſubiiciũtur principes 102.a, fraus quomodo fieri dicatur 267.b, fraudem faciẽs ſiue per ſeſe ſiue alterius ope aut miniſterio nõ ferẽdus 360.a
*Legis* vox quæ 299.b
Leges vnde manarint 195.c, de quibus poſsint inſtitui 98.b, Cæſaris Auguſti. vide Cæſaris.
contra Leges iudicantis pœna, vide Iudicantis.
in Leges cur iurabat pop. Rom. 92.d, eas interpretari cuius 155.a, Lycurgi *Rhetæ* quare dictæ 261.d, eas flectere an liceat magiſtratui 754.c, quæ à Prin-

à Principe abrogari poſsint 88.d, Regum Gallorum quare non ante confirmationem ſupremarum curiarum vim habere dicantur 95.b; Item Anglorum ad Reipub.ſtatum pertinentium,niſi de ordinum conſenſu ferantur. ibid. an Diplomata efficiant 261.c,d, Imperia iuſta non faciunt, ſed iuſtitia ipſa 229.b, Eas quis Primus inſtituerit 272.c, Rerumpubl. ſtatum continentes ſi fieri poſsit immutabiles eſſe oportet 426.d, à populo Rom.exactis regibus poſtulabantur 229.b, quæ apud Cicer. leguntur, an eædem fuerint Rom. 276.d, quæ propriè 150.c, quæ populi libertatem alere dicantur.vide populi libertatem.

Legis & conſuetudinis differentia 154.b.c

Leges Caligulæ, vide Caligulæ leges. Platonis quæ 183.d, de Collegiis quæ 232.a, principum quæ à Senatu aut comitiis confirmandæ ſine iis nec abrogari poſſunt 92.d, omnium etſi ſunt communes, nihil tamen vetat ſua quædam eſſe familiarum ſtatuta peculiaria 13 a, Suas princeps an teneatur in Senatu vel comitiis vt apud Gallos confirmare 97.a, delicta punire,conſcientiam munire non poſſunt 631.c, litium vnde petitæ & quibus in locis vſitatæ. vide Litium. Corneliæ & aliæ de iure plebis Rom. vide Corneliæ leges. propter ſua quædam incommoda non abrogandæ 27.c

in Legibus ferendis locorum habenda ratio; nec Auſtralium Septentrionalibus accommodandæ:nec id genus 508.a

Legibus ſoluta poteſtas,quæ.vide Poteſtas. ſuis an quis obligetur 307.b, de receptis ac probatis nõ diſſerendum 481.d, an omnia contineantur 755.c, municipalibus in Gallia quomodo derogetur 89.a, & an rex iis teneatur. ibid. ciuilibus iudex qui priuatos ſoluit infamiam contrahit capitalem. 166.b, ſoluti qui apud Romanos fuerint. 92.c, 758.b, ſolutus, tamen maieſtatis imperio ſubditus eſt. 84.d, iis in Repub. probatis ac ſuſceptis diſputare nefas 172.d,& 173.a, in Legibus principum & Senatorum nomina, quare inſcripta 153. d, diuinis ſoluto à Pontifice maximo an ſatis cautum ſit 98.a

Legibus diuinis ac naturalib. omnes obligantur 86.a

Legionum Romani imperij deſcriptio. 574.d,& 575.a. quot in Galliæ finibus cõſeruandis opus eſſet 574.d, earũ decimandarũ ratio,vide decimandarũ.

Romanæ Legionis damnatio & ſupplicium 161. a, 257.a

Legis & Magiſtratus comparatio 299.a,b, differentia 305.a, Item legis & Iuris differentia, & eorum definitiones 201.d,& 202.a, Porciæ ius,vide Porciæ. vetantis maior vis quàm imperãtis 317.c, violatio ſeu inutilitas vnde 529.a, Legis & priuilegij differentia 150. c, Item edicti 151.a, ſuæ ac ſententiæ quenque interpretem eſſe oportet. 323.d ex eius interpretatione cauendum nequid abſurdum aut iniquum ſequatur 754.c; virtus in iubendo, vetando,permittendo ac puniendo 299.a,

¶ Legiſlator non prudens cenſetur, cui latrocinia caſtigare potius quàm arcere curæ eſt 44.d

Legiſlatori & ciuium gubernatori quis præſtantior finis. vide Ciuium gubernatori.

Legitimæ filiis quando decretæ 28 a,b

Legum ferendarum mos apud Rom. 695.d; quæ ratio habenda 426.b,428.c,293.c, præceps abrogatio periculoſa 425 d,427 b, metus non ſcelera ſed licentiam comprimit 631.b, diuerſitas vnde 4.b, nouitatis & vetuſtatis differentia 425.d. vide & fol.ſeq. multitudo damnoſa 756.a,& paſſim. vis penes quos 299.b, quæ ratione Magiſtratuum 297.c, vis earum maior quàm morum 154.b, mutatio Rebuſpub.quàm periculoſa 430.c xij.tab.exoletarum abrogatio 427.b, ante earum vſum quomodo gubernata Reſp. 272.c, variarum ius 153. contemptarum incommoda 238.c, omnium ſcopus & finis 330.a

Legum origo 752.c, xij.tab.origo 154.d,753 b, abrogatio 307.a, aut iudiciorum vim qui egeſtate eludunt corpore torquendi, 33.d, cui quadrat Accurſ.& aliorum Iuriſc. prouerb *Qui non habet in ære,luat in corpore.* Earum ac inſtitutorũ finis. vide Diſciplinæ. Pœnæ ac præmia quomodo à pœnis & præmiis Magiſtratuum & collegiorum differant 153. Earum & morũ mutatio quàm Rebuſp.periculoſa 425.d, Interpretatio quibus competet ex iure veteri & Romano 758.b,c, Ambiguitas à quibus ſupplenda,aut quid in ea ſequendum 754 d, ſumma poteſtas in ſtatu populari 693 d, Renouandarum ius 290.c, pluralitas vnde 713.a

Leidanus ſellarius opifex,primus Anabaptiſtarum rex & eius geſta 489.d

Lenonis edictũ ἑνωτικὸν,*vnionis & tranquillitatis* 344.d

Leonis Bizantinorum ad Athenienſes legati hiſtoriæ aduerſus iram 17.c,d

Leonis X.Pontificis perfidia 605.c

Leouicij aſtrologi error & falſa prædeſtinatio de mundi interitu 408.c

Lepores quare libidinoſi 506. d, eorum ætas 414 c

Lepra vnde & quid ab elephantiaſi differat 508.c, d, curandæ ratio, ibid. Eius varietas apud Auſtrales & Septentriones 521.b

Leſbiæ regulæ vis 751 a

*Leucæ* Gallorum quot milliaribus conſtant 664.a

*Leude* Langobardis qui 107.d

*Leuiathan* Pharaon quare dictus 778.d

Leuitas & conſtantia:fidelitas & perfidia è quibus humoribus manare dicantur.vide Conſtantia.

Leuitatis animi & perfidiæ vicium 522.d

Lex Anaſtaſia *de Principum reſcriptis*.vide Anaſtaſia.

¶ Lex ab æquitate diuiſa, eſt quaſi corpus exangue & exanime 754.b

Lex Aquilia,vide Aquilia.

Lex Agraria 11.b

Lex Attinia.vide Attinia.

Lex Atteia Tarpeia.vide Tarpeia.

Lex ἀμνηστίας.vide ἀμνηστίας.

Lex antiquari quomodo poſsit 24.d

Lex Attilia,vide Attilia.

Lex Camileia,vide Camileia.

Lex Cornelia Tribunitia quæ 84.d,vide Cornelia.

Lex quare Ciuibus poſita:item eius vtilitas 752.b

Lex duodecim tab.de parricidis 21.c

Lex diuina in liberos rebelles parentibus 21.c

Lex xij.tab.de iure clientelari 66.d

Lex Diuina harmonica,vide Diuina.

Lex xij.tab. de priuilegiis ſiue comitiis non irrogandis 84.d

Lex Diocletiana de Adoptiuis 29.b
Lex duodecim tab. de ſacris priuatis conſeruandis 13. d.14.a
Lex Iulia, qui bon. ced. poſſ. 63.d
Lex Iulia, vide Iulia.
Lex Iulia quando lata 16.d,& 17.a
Lex Iulia Pappia Poppæa 30.d
¶ Lex Iubeat non ſuadeat 756.d
Lex Licinia, vide Licinia.
Lex, qua fœminæ à teſtimoniis arcebantur à Carolo VI. abrogata 92.b
Lex homicidij & latrocinij diuina & naturalis 97.b
Lex Horatia, vide Horatia.
Lex Lectoria, vide Lectoria.
Lex Pætilia, qui bon. ced. poſ. 63.d
Lex Pætilia de liberatione debitorum eiuſque Diocletiani renouatio 32.b
Lex Pompeia de parricid. 21.a,24.c
Lex pro rogatione 262.a, *de decernendis imperijs & magiſtratib.*
Lex prima Romæ lata exactis Vrbe Regibus quę 158.d
Lex Portia, vide Portia.
Lex Prouocationis, vide Prouocationis.
¶ Lex optima fit pernicioſa, ſi ſua nouitate cæterarum legum afferat contemptum 425.d
Leges Perſarum ac Medorum moribus à regibus latæ ſempiternæ 94.d
Lex geometrica gubernandæ ciuitatis quæ 748.c
¶ Lex, regina vtriſque imperans 194.d
Lex Salica, vide Salica.
Lex Seruia de Parricidiis 21.b,c
Lex Sempronia de iure Prouocationis, vide Sēpronia.
Lex Salica quæ dicatur in Gallia 88.d
Lex Solonis de ſeditionibus ſeu factionibus popularibus. Vide Solonis.
Lex Sempronia, vide Sempronia.
Lex teſtamentaria, apud Lacedæmonios 28.b
Lex Voconia, vide Voconia.
Lex Zenonis de naturalib. lib. 29.a
Lex Theodoſia *de Principum iuſsis.* 290.b
Lex Romulia, vide Romulia. eius antiquationem & reſtaurationem, ibid.
Libellorum curiæ Pariſienſis iudicū poteſtas 264.a,b Magiſtrorum prudentiſsimorum in regio ſtatu neceſsitas 550.a,b
Liber populus quis 68.d
Liberæ quæ ciuitates Germanorum 125.b
Liberorum aſsimilatio parentum vnde 507.d, multitudo 729.b, mactandorū mos Amorrhæorum & Ammonitarum. Vide ſuis locis ſup. eorum nomine, an Adoptiui comprehendantur 31.a
¶ Libertas nullis aſtricta legibus 14.a, naturalis quę ibid.c, de aliena nec principi ſtatuere, nec populo licet 121.d
Libertati deæ templum Romæ à populo dicatum quo in loco, & quare 54.a
Libertatem populi alere quæ leges dicantur, vide Populi libertatem. Eiuſdem popularis ſumma 235.a, ciuilis Rom. fundamenta 56.b,c
Libertini apud Romanos quomodo eius Reip. euertendæ cauſa fuerint 47.d, Eorum ſtatus in ſuffragiis ferendis 47.d, ſelectio 231.b,c, genera 349.d
Libræ numorum diuiſio quàm vtilis 691.d
Librarum diuerſitas varia 683.c
¶ vt Licentia homines ad vitia, ſic metus ad virtutem reddit procliuiores 565.d
Licinia lex de agrorum publicorū priuatis poſſeſsionibus 532.c
Lictores & Viatores, Magiſtratuum & imperij argumenta 256.a,279.c
Ligarius quomodo à ſupplicio liberatus 459.d
Ligium quod dicatur beneficium 114.a
Lignorum & arborum penuria Galliæ vnde, vide Arborum.
Ligurum poteſtas vnde & quomodo à Romanis deuicti 516.c eorum natura 517.a
Limogææ Galliæ vrbis ſitus & eius vocabuli etymon 518.a
Lingua ſacra, ſeu Hebręa nomina rebus indidit 19.b,c 23.b
Linguæ viciorum cauſſæ 524.a
Linguoccitanæ *ſeu Narbonenſis* prouinciæ conciliorum vtilitates 346.d,& 347.a, Vide ſeptimaniæ.
Lis mori, ſeu inſtantia perimi quomodo dicatur 324.b
Literæ regis Francorum ad Heluetios 105.d
Literæ iuſtitiæ quæ, vide Iuſtitiæ. Earum iuſtitiæ & ſtatus differentiæ 267.c
Literarum cognitio Principibus an neceſſaria 239.a,b
Litigandi modum apud Pannones quis primus introduxerit, & quàm periculoſum illis fuerit 511.d
Litigantis temere pœna apud veteres Rom. 662.d,& 663.a
Litium frequentia apud Gallos vnde 662.c,756.a, & paſsim. dirimendarum modus 451.c, incommoda 464.c, infinitas vnde 292.e, Earum ſiue controuerſiarum diſſoluendarum ratio & exempla 473.a,d,& 474.a, amouendarum varia ratio apud veteres 662.c,& 663.a, Conſtituendarum leges vnde & vbi locorum vſitatæ 510.b,512.a, earum nulla mentio apud Æthiopes 511.d
Littora cuius iuris 170.d,& 171.a
Lituaniæ dux quare regiam poteſtatē quam illi Sigiſmundus offerebat, recuſarit 130.a
Lituanorum oculi cærulei & flaui crines 495.c
Liuij Salinatoris & Claudij Neronis naturę contrarietas quàm Reipub. vtilis. vide Claudij Neronis. eius ſententia 283.c, quomodo Neroni triumphum eripuerit 317.b, *Salinator* cur appellatus 170.c
Liuius Rom. antiquitatum optimus author 180,b, Eius locus *de Caluinio Campano* 449.d, Item *de abrogatione legum* 97.a,b, ſententia *de Annibale* 200.c
Locrenſium mos in legibus, ſeu rogationibus ferendis 426.b,c
Locupletes quatenus nobilioribus in dignitatibus anteferendi 361.d
Locorum campeſtrium, Vallium, Montanorum & Paluſtrium natura varia populis ibi degentibus variam concedit affectionem, aut corporis animique compoſitionem quod paſsim tractatur 514.c, Munitorum excidia 558. paſsim & fol. ſeq. Mutatio & naturæ immutandæ vim habere quomodo dicatur 523.c, Inæqualitas ſeditionum cauſſa 492.a
Λογίϛην Græci quid vocarint 271.d
Londini priuilegia à quo conceſſa 59.c,d
Loquacitatis incommoda 250.a,b
Loredani Veneti prudentię & virtutis exemplū 480.c
Lotharingiæ & Arelatenſiæ regnorum diuiſio quę vid. Regna

Regna. dux Imperij Germanici fiduciarius 126.b, fines qui 126.b, principatus ad comites Vallimontis deuolutus.126.d, reges quando regium nomen amiſerunt 197.b, in eorum Belgarum ac Burgundionū finibus ſubditi plerique præſcriptione libertatem ſibi vindicarunt 57.b
Lozannorum miniſter præcipuus quare vrbem deſeruerit 637.a
Lucani ſentētia de ſociorū in Imperio inuidia 708.a
Lucenſes Florentinis ſediciosis quàm ſæpius opportuni 481.a
Lucenſium ac Senuenſium liberati ab imperij fiducia 123.c, eorum ſtatus 222.d
Ludorum olympicorum inſtitutio apud Rom. 396.c apud veteres inſtitutorum finis ab hodiernis diuerſus 632.a, Theatralium vſus quàm Reip. noxius. vide Theatralium
D.Ludouici Galliarū regis ad filium cohortatio notabilis teſtamento ſuo inſerta 655. d, 669.c, vitæ ſanctimonia & prudentia 473.a
Ludouici IX.Francorum regis mater tutrix 165.c
Ludouicus vij.Francorū rex quare ab Innocētio Pontifice Max.à ſacris interdictus 636.b
Ludouici Galliarum regis in Ferdinandum Aragonenſem fidelitas 601.b
Ludouici xj. Galliarum regis vltiones priuatæ & perfidæ 609.d, Eiuſdem & Maximiliani Auſtriȩ ducis fœdus 113.c, eius ſtatus & habitus domeſticus,Item& eius prodigalitas 677.c,d, liberatio à carceribus Caroli Burgundiorum comitis 103.b,
Ludouicus XI. Galliarum rex quare ab Hiſpanis deriſus 465.d
Ludouici xj. abrogatio magiſtratuū & domeſticorum patris eius, & quæ inde incommoda Galliæ regno, eiuſque correctio paterna 441.b,c
Ludouici XII. Franc.reg.lex laudatiſsima 292.b, de ſententiis edictum in peregrinos Galliæ 60.d, eius victoriæ in Venetos 591.a, pater patriæ 120.c
Ludouicus 12. Francorum rex pater patriæ nuncupatus 139.d
Ludouici regis Francor. tempora & manumiſsiones ſeruorum 40.a,b
Ludouicus Pius Francorum rex à collegio Pontificum imperio ſpoliatus,& in monaſterium iniectus. vxor quoque eius ſeorſim à marito cum ſacris virginibus incluſa, vterque poſtea à Principibus & nobilitate Gallica,in integrum reſtitutus 132.c
Lugdunenſis fœneraticiæ menſæ introductio 666.b
Lugdunum colonia Romanorum vid.Coloniæ Rom.
Luna àGermanis maſculino genere enunciata & de eo Caracallæ ſententia 513.c, ab Indis numinis loco venerata 511.b
Luna anima mundi 7.b
Luſci cuiuſdam rogatio apud Locrenſes *in eum qui oculum luſco fodiſſet* 426.c
Luſcitani Mahumediſtas captiuos ſuam religionem eiurare cogunt & in perpetuam ſeruitutem retinent ac more pecudum vendunt 42.c,d
Luſitaniæ regnum Pontificibus Rom.obnoxiū 120.a, regum ortus vnde 142. c, *horum maximus & laude clariſsimus Emanuel.* olim Caſtiliæ regis fiduciarij 142. c, Eorum mercatura & poteſtas 650.b
Lutetiæ & Antuerpiæ clariſsimarum vrbium ſeditiones. vide Antuerpiæ. Pariſiorum ſtatus diuturnitas etiam ſæpius obſeſſa 559.b, Eiuſdē Præfectus mercatorum nemo, niſi ciuis natus fuerit 48.d, vrbis, ciuitatis & vniuerſitatis differentia 51.b
Lyciarchos Lyciorum imperator annuus 75.d
Lyciorum ſocietas & ius 75.d
Lycurgus Lacedæmoniorum Reipub.ſtatutor 177,& 178, eius lex *de Agrorum diuiſione*,vide Agrorum. Exilium ſpontaneum 427.d, Nobilitas & priuilegia conceſſa 352.d, inſtitutum *de picturis a Senatu remouendis* 239.c, eius leges quare *Rhetæ*,dictæ,vide *Leges.* quare auri & argenti vſum Lacedæmoniis interdixit 64.b
Lyſandri ſententia Perfidiæ 593.d

M

MAcedoniæ rex Philippus à Pauſania quare occiſus 474.b, Imperium à Romanis occupatum 406.d, regis exemplum de prouocatione 163.d, Reges cum Achæis fœdere iuncti 75.a,b, reges Achæorum facti 76.b, Legis grauitas in reos perduellionis ſeu coniuratos ab Alexādro Magno abrogata 470.c
Macciauelli error ratione *Democratiæ* 694.d, Item de ſceleratis hominibus 509.c
Madrica pax 595.b, eius fœderis ruptio 640.d
Magdeburgenſe Prætorium cum ciuibus choreas agentibus incenſum 406.d
Magiſtratuum authoritas 297.c,299. poteſtas varia & eius varij gradus 757.a,b, & Honorum mercatura ſordidiſsima. vide Honorum.
Magiſtratus definitio 274.c
qui Magiſtratus in ſubſelliis ius dicebant 281
Magiſtratu abdicare nemo cogēdus, niſi iudicatus aut damnatus ſit 441.c
¶ Magiſtratus annuus, ſi vi extra tempus imperium retinet,tyrannus eſt 81.d
Magiſtratuum imperia an vtiliora Reipub. precaria an verò perpetua 442.a
¶ Magiſtratuum contemptorum incommoda 238.c, 239.a, Maiorum authoritas maior, quibus pleraq; licent,quæ minoribus non licerent 754.a,b, diſparitas omnibus Rebuſpub.vtilis 448.b,d
¶ Magiſtratuum munera gratioſa, curationes verò odioſæ.vide Curationes. concordia, quàm Reipub. ſalutaris 444.b,& fol.ſeq.
¶ Magiſtratus in poteſtate legis,vt æquitas in poteſtate Magiſtratus 755.a, Hi aut officiales an plures vna lege creari poſsint 268.d, Annui an verò perpetui in Repub habendi 430.d, quomodo annui ſtabiliendi ibid.& 431.a,b,d, 432.a,b, Minor,maiorum imperia vel actiones dum geruntur prohibere cùm non poſsit, multò minùs acta geſta conuellere,aut aduerſus ſententias ac decreta reſtituere poterit 319.d,320.b
inter Magiſtratus quomodo omnes omnia non poſſe dicatur 440.d
de Magiſtratu ebrio Solonis lex, vid. Solonis.
Magiſtratuum munus an Reip.an principis proprium, an verò eius qui Magiſtratū gerit, an ſibi cum Rep. commune 303.b, & inf.paſs.fol.ſeq. Præcepta an obligent 307.c
Magiſtratus quid 263.d, qui dicantur 272.b, 273.a, 280.d, 307. & 308. de iure facti quæſtionem habent 295.a, quis Bonus cēſendus 229.c, quàm Ne-

ceſſarius Reip. 695.d, eius definitio ex Alexandro Imolenſi 274.c

Magiſtratui ſuam iniuriam iudicio conſtituto vindicare an liceat 309.a, Ei quando non obſequendum 289.b

Magiſtratus, Principis & priuatorũ differentia & quãtum inuicem diſtent. 286.c,d, varij variarum gentium 159. eligendi ius diuerſum.ibid.160. plurium Rerumpub.numerus varius 448.c, officium quod erga principem & populum 297.b,c

¶Magiſtratus minores inter ſe contendere, ciuibus vniuerſis potiſsimùm in popularibus imperiis vtile 447.d, Eorum & Curatorum variæ creationes 156. & 159.a, eorum ordo & ius ibid.b, vide & 261.d, 262.a, 264.d, & 271.272. paſſim. eorum tribuendorum formulæ clauſula in Gallia obſeruata *quoad regi libuerit*, & eius vis 441.d,

Mutationes, quàm Rebuſpub.periculoſæ 436.437, & 440. paſſim. officiorum & munerũ variarum gentium cum Rom.& Gallorum collatio 327.b, Rationalium in Galliã introductio, Curiarum, & Officialium numerus, eorumque ſtipendia, vide Rationalium.

Magiſtratui an ſummum ius eſſe debeat 313.c

Magiſtratus ratihabitio in rebus grauioribus, quæ ad iuriſdictionem pertinent non retrotrahitur, vt Principis cuius ſumma eſt in Repub.poteſtas 82.c officium Principi debitũ & eiuſdẽ ius in priuatos 300.a

Magiſtratus annuos quæ Reip.habere vel habuiſſe dicantur 435.c, vbi annuorum varia commoda item 438.b,c, incommoda 440.c,d

Magiſtratuum Auctoritas 274.d, Emptorẽ imperio ſpoliare niſi reddito pretio æquum eſt 435.c, perpetuorum pericula & difficultates 431.d, & 432.a, & fol.ſequ.item 435.c, contra annuorum aut mutationibus obnoxiorum commoda quę, eodem & paſſim fol.432.& ſequ.& 435.c, Eorum quæ commoditas videatur 435.d, quæ incommoda à ſubſtitutione orta dicantur 436.a, & paſſim. & 437.b, 438.c, Romanorum nomina & ius 265.b, Sũmorum amicitiæ quæ Reip.pernicioſæ fuerint 449.c

Magiſtratus creati & perſonæ in magiſtratu gerendo conſtitutæ ius diuerſum 269.a, in Monarchia quales 438.c, 440.b, in regia poteſtate eod. fol. d, & 440. a, Eorum contentiones quomodo Reip.vtiles dicantur ſiue in Monarchia, ſiue in optimatum & popularibus imperiis: ſiue inter maiores magiſtratus ſiue inter minores, & eorum exempla 447.d & 448.a, quæ verò damnoſæ ibid.449,a,b,

¶Magiſtratus de priuatis, principes de magiſtratibus, Deus autem de principibus decernit ac iudicat. *D. Aurelius.* 97.c, in eo Seueritas & lenitas nimia fugienda ſed medietas ſequẽda 311.a, an de cauſis Põtificum cognoſcere debeant 278.c, Iniendi tempus 291.a, Prudentis exemplum memorabile 298.a, Perpetui à Deo ordinati 437. c, & qui populi ſeu quæ Reipub.perpetuos habere conſueuerint. ibid. vide 440.a,

Magiſtratuum varia tempora 261.c, Genera Græcis & Latinis 273.a, 274.b, Maiorum, parium, & minorum quæ auctoritas 319.b,

Magiſtratus Legibus teneatur necne. 758.a

Magiſtratuum Ius diuiſum 279.c,d, Eorum quod præcipuũ munus 260.b, diſcordia quomodo vtilis Reipubl.quomodo dicatur 445.a, 446.c, 447.a

Magiſtratus & legis comparatio 299.a,b

Magiſtratus & muneris publici differentia 284.a

quæ Magiſtratibus dantur mandata extra ordinem excitandæ iuriſdictionis cauſa, curationes an appellari debeant 264.b, c, eius Prouerbium 286.d

Magiſtratuũ poteſtas, ac imperium, an Principis morte terminatur 267.d, Romanorum quæ & eorum nomina 279.d

¶Magiſtratuũ creatio, non maieſtatis vim in ſe continet, ſed ipſius Principis probatio, ratihabitio, confirmatio 160.b, eorũ & officialium differentia 273.a Abdicatio periculoſa in Rebuſpub. 263.a

Magiſtratus & Iudicum auctoritas. 84.b,c, Eorum & miniſtrorũ magiſtratuum differentia 273.c, & Iudicum 285.paſſim. maiores vel minores 282.c, 286.a,b, Ordines tres: ſupremi, medij, & infimi & eorum ſubdiuiſio 312.c, d, maiores, *vt Conſules, Cenſores & Prætores* quomodo collegæ inter ſe dicti ſint 316.b, *eorundem ius etiam varium.* ibid.

Magiſtratus æqualium, aut inferiorum rogationes cõtemnens, nec decreta exequi non ſinens quid ſtatuendum 323.d, an priuatum ab aula Principis prohibere poſſit, etiamſi prouinciæ fines non exceſſerit 315.c, Principis iuſsis quomodo obtẽperare debeat. paſſim ibid. Pari poteſtate, minórve Imperio, parem, aut ſuperiorẽ an prohibere poſsit 316.d, Græcis quomodo nũcupati & eorum definitio 259. d, ex Iuriſc. 260 a, ex Sigonio.d, vide 273.274

Magiſtratuum cognitio in cauſas Pontificũ quæ 279. b,c

¶Magiſtratuum inſanienti multitudini, ſapiens aſſentiri non debet veluti iuſtitiæ norma 292.a

¶Magiſtratus alterius Iuriſdictionem exercentis, ſuo nomine imperandi nulla poteſtas 320. d, Athenis qui ex Demoſthene 286.a, Inter legem & æquitatem medium obtinet 755.a, omnes an habeant iuriſdictionem necne 279.c, Reipubl. fundamentum 466.c

Magiſtratuum ius apud Gallos rege mortuo 428.b, auctoritas in Senatum 257.d

Magiſtratuum auctoritas & neceſsitas 286.c, Tribuendorum, ſiue perpetuorum, ſiue temporalium, ſiue etiam precariorum varia ratio 438.d, vide & 439.440.c, Ius in popularibus imperiis 314.c, in Gallia poteſtas ſeu imperium olim precarium, ſed à Philippo Valeſio perpetuum redditum 441.d

Magiſtratus curulis nobilitatis inſigne apud Roman. 353.b,c, Iis an imperandi ius præſente principe 314.c,d, 315.c

¶Magiſtratuum propria qui accipiunt, ſuperioris maieſtatem agnoſcunt 197.d, Leges quæ 150.c, quæ propria dicta 305.a,

¶in Magiſtratibus Rom.Imperiũ, in Senatu auctoritas & conſilium: in populo ſumma poteſtas ac Reip. Maieſtas 180.c

¶Magiſtratui extra territorium nullum imperandi ius 324.a

Magiſtratus violare, crimẽ Maieſtatis 309.b, Item eos non colere nefas 310.b, vbi de veneratione eorum varia exempla

¶Magiſtratibus aduerſus plebem non aliter quàm medicis aduerſus ægrotos mentiri licet 478.d

Magiſtri militum Ius 320.d, eius & Cãcellarij in Gallia quæ

lia quæ honoris inter eos prærogatiua 321.d, Horū in Gallia maior poteſtas quàm conſulū Rom. 179.b
Libellorum auctoritas in inferiores iudices 316.a
Palatij munus apud Francos quod 313.b
Mahumediſtarum in Chriſtianos circuncidendos mos 42.c
¶Maieſtas nec maiore poteſtate, nec legibus vllis, nec tempore definitur 80.a, eius ius vllum vſurpari capitale 207.b
¶Maieſtatis iura nec iure magiſtratus, nec curationis ſpecie, niſi legitima Principis abſentia tribui nō debent 165. in margine. Hæc eleuari quomodo dicātur 288.d
¶Maieſtate regnantis digna vox legibus alligatū profiteri ſe principem 97.a, Nomine quid intelligendum, & eius etymon quod 78.d
Maieſtatem habere quis dicatur 80.c,d
¶Maieſtas regia non locorum ſpatiis metienda 144.d eius imperium ſumma poteſtas 79.b,c, Iura nec libertas à fiduciariis & vaſallis præſcribi poteſt 127.a
*Maieſtatis* verbum cui liceat vſurpare 147.a, 151.152. ius quis dicatur habere 108.a, 153.b, habens nullius imperio tenetur 85.a
¶Maieſtatis iura, ſummorum principum propria, nec concedi, nec cōceſſa vllo temporum curriculo præſcribi poſſunt 173.b
Maieſtatis primum ac præcipuum caput legem iubere 153.c, & 154.c, Secundum, bellum indicere aut pacem inire 155.d, Tertium, in Magiſtratibus mandandis 158.d, Quartum, prouocatio extrema 160.c, Quintum, iure vel iniuria damnatos liberare cōtra vim legum 163. & 164. Sextum, fidelitas & obſequium 167.c, Septimum, nummi percutiendi ius ibidem.
Maieſtas Principis aut populi, in quo eluceat 161.d
¶Maieſtatis iura non locorum ſpatiis aut regionū amplitudine definiuntur 143.c, 144.d, habere qui dici poſſunt 149. *& quæ dicantur.* propria quæ 155.c. ſummi principis, magiſtratus & procuratoris differentia 82.a, b,c,d, eorum poteſtates & iura diuerſa ibid.
¶in Maieſtatis iura inuolans, capitali fraude obligatur 173.c
Maieſtatis ius ſubditos cogere imperantis ſermone vti 172.c
Maieſtatis iura rex à ſe an ab alienare poſsit 163.a
Maieſtatis ius tributa ac vectigalia imperare 169.b eorum etiam immunitas 170.b, ſummū ius 299.d
¶Maieſtatis iura nec cedi, nec diſtrahi, nec vlla ratione abalienari à ſummo principe poſsint nec vlla tēporum diuturnitate præſcribi 149. d, *hæc* Bald. *ſacra ſacrorum*, Cyn. *Indiuidua* appellat. diuiſa quomodo videantur 184.a
¶ Maieſtatis iura ſubditis quàm minimè fieri poterit tribuenda 738.a
Maieſtatis nomen quàm graue & quibus tribui ſoleat 173.
¶ Maleficia quæ palam fiunt quare grauius puniuntur 767.d
Male meriti pœna ex Tryphonino 538.d
Mancinus Cōſul. Rom. quare hoſtibus Numātinis deditus 157.b
Mancipatio vxorum 16.c
¶Mancipia nec amicitiam, nec fidam ſocietatem colere poſſunt 44.a
Mandantis morte an ſoluatur mandatum 267.b
Mandata Magiſtratibus data extra ordinem excitandæ iuriſdictionis cauſa, an curationes appellari debeant 264.b,c
Mandatorum principum varietas & eorum ius varium 287. paſsim. vbi quędam eorum clauſulæ explicantur c,d, & 188. & 294.295. paſs.
*de Mandato expreſſo* clauſula quid importet 291.d
¶Mandata ſingula, ſingulari reſcripto contineri oportet in Repub. bene conſtituta 266.c
Mandatorum variæ rationes 266. & 267.269.b
¶ſine Mandato quæ geſta ſunt, rata haberi poſſunt, iure tamen ſine mandato fieri nequeunt 269.c
Manfredus Friderici Imp. ſpurius Neapoleos ac Siciliæ regina quomodo deſpondit 133.b,c
Manichæorum error confutatus 188.c
Manilia lex, vid. Gabinia.
Manlij Torquati conſulatus vltrò conceſſus à pop. Rom. 493.d
Manſueſcendi homines modus 516.a
Mantinęorū Popularis ſtatus ſed Ariſtocraticus 703.c
Mantuani poëtæ locus de Gallorum natura, vide Gallorum.
Mantuanus dux Imperij Germanici fiduciarius 122.d
*in Manu eſſe* quid 16.b,c
*Manubiæ* Latinis quæ dicantur, earum genera & ſignificata 462.a
Manumiſsio quædam ſeruorum à Rom. poſt Cannenſem cladem & bello ſociati 38.b, alias manumiſſiones. vid. fol. ſeq.
Manumitti par à pari an potuerit 317.a
Manus mortuæ qui dicantur 30.49.59.66.109.a, apud Gallos pecuniam patronis conferunt ad filias honeſtiùs collocandas 66.d, 67.a, extra territoriū domi non vxorem ducere nec inhabitare poſſunt inſciis aut inuitis dominis 40.b
Manutij & Ionij error ratione Venetorum ſtatus. vide Ionij.
Maranedij apud Aragonenſes quod numiſma 87.b
*Marcæ* quod ius hodie 172.a,b, Earum ius apud Gallos quod 64.a
Marcelli in Cæſarem coniurati cædes 470.a
Marcellus conſul Rom. à Nouocomenſibus verberibus cæſus 323.c, eiuſdem victoriarum numerus, & eius templorum dicationes 546.a, Imperium & natura 447.c
Marchionum dignitates quomodo in Gallia introductæ & earū ius. vide Comitum. in Gallia poteſtas olim precaria, poſtea perpetua 303.b
Mareſcali in Gallia qui & eorum ius 304.a
Mareſcalci authoritas abſente Magiſtro militum poſt indictum bellum 270.a
Maria, & Elizabetha Anglorum reginæ 91.c
Marianæ Senatorum clades 242.d
Marium & fœminarum numerorum apud Platonem quæ ratio. vide Numeri.
Marij honores ſeu Conſulatus & eius ambitio 434.b, c, eius & Syllæ petulantia, vide Syllæ. Is Imperator quidem optimus ſed peſsimus domi ciuis 477.d
Maris littora cuius iuris 170.d
Maritus arbiter omnium actionum vxoris 19.d, eius imperium aduerſus vxorem quale 15.a, & lege c.3. circa

circa fol.17.b, Ius in dotem vxoris 641.a, ci ab vxore obſequium debetur 15.& 18.19. Maritalis amor & odium 17.c
Maritimorum populorum natura 516.d
Marillacei Francorum regis apud Imp. legati ſententia de conſtitutione Bruxellis ducis Mediolani à Carolo v. Imp.facta 225.d
Marſorum Apennini montis populorum ferocitas & prouerb.de iiſdem iactatum 516.c
Martij Philippi Romanorum legati cum Perſeo rege honoris contentio 144.b
Marochi reges regno quomodo ſpoliati 489.d
Maſſiliæ Reſpub.à Caio Cæſare deuicta 3.c
Maſſilienſium fœminarũ quæ dotes antiquitus 536.a; vetus Reſpub.quàm optimè conſtituta 219.b, ius priuatum vt Heduorum,vide Heduorum.
Maſsiniſſæ Numidiæ regis naturæ validitas 509.b
Mathematicæ artes ab Ægyptiis inuentæ 396.a, earum origo vnde 510.d
Materiam rudem euchere pernicioſum 653.c, *vbi quomodo* Materia opus ſuperare dicatur *explicatur.*
à Matribus qui claritatis ac nobilitatis originem duxerunt 19.c Id contra Iuriſc. ſententiam & probatos mores d
Mauri Anglorum cancellarij prudentia 241.c, eius ſententia *de rebus in Senatu proponendis* 253.c
cur Mauricius Saxoniæ dux licentiatus, Albertus verò Marchio Brãdeburgenſis doctor perfidiæ eſt appellatus 616.d
Mauritaniæ & Feſſarũ principis prudẽtia, vid. Feſſarũ.
Maximiliani Roman. regis excuſatio aduerſus Henricum II.regem Gall. quod ſuis legatis ſecuritatẽ publicam dare noluiſſet 26.c
Maximini Romani ducis proceritas 195.a, eius & Neronis damnatio 209.c
Medicææ gentis apud Florentinos authoritas ſeu tyrannis 376.a,b, in eandẽ ſeditio popularis 380.b
Medici Iuriſconſultis non exæquandi 360.c, vbi vtrumque comparatio agitur. eorum cautela 686.d, præceptum in curatione ſeu præuentione morborum 488.a, comparatio cum iis qui Rempub. gerunt 424.a,b, muneris varia ratio 360.c
❡Mediocritas in omnibus rebus ſeruanda 522.a, in quibus rebus conſiſtat 704.c
Mediolanẽſis dux fiduciarius imperij Germanici 122.c Ducatus dicerptio extincta Vicecomitum progenie 724.b, princeps quis primus 122.d, itẽ dux, ibid.
Mediolanenſium mos in accuſandis & damnandis reis 458.c, Leges in reos falſi 765.a, eorũ Iura cũ Heluetiis communia 69.d, Status popularis in Tyrãnidem 381.b, Eorũ Senatus authoritas in ſubditos 58.d, Eidẽ quid poteſtatis tribuerit Carol. v.Cæſ.
Mediolanenſe ſtatutum ratione *ſalariorum Iudicum* 770.d
Mediolanẽſ.*Vicarij* primùm deinde *Duces* dicti 122.d
Mediolanenſis ac Neapolitani Senatus authoritas in regẽdo Hiſp.regno deficiẽte rege vel abſente 81.b,c
Mediolanenſis cuiuſdam impia crudelitas 608.b
Mediolani captiuitas à Ludouico XII.Francorũ rege 407.a ius in peregrinos quàm durum 62.d
Medorum princeps vnicus 190.a
Megarenſium intemperata libertas 467.b, audacia in principem,& viuendi licentia 698.c
*Mei* & *Tui* diſsidiorum cauſæ 11.c
Meleaſsis regis voluptuoſi hiſtoria ex Iouio 374.d, & 375.a
*Memmeluchi* munus apud Ægypt.quod 369.a,719.b
Memercus vno die tantum dictator Rom. 80.b
Memnonæ Æthiopum regis vitæ prolixitas 509.a
Menãder rex à Bactrian.quo amore ꝓſequutus 204.a
Mendacij iniuria an contumelioſa 476.a
Mendacis vaſſalli pœna 67.c
Mendaciores qui:& de iis exempla 517.paſsim.
Mendacia varia de antiquitate temporum 402.paſſ.
Mendozæ legati Hiſpanorum veteratoria fraus 145.d
Mens æterna:quæ 6.a, Nomine maritus, cupiditas verò fœmina Theolog.dicitur 14.d
❡ Mentis agitatio ſapientiæ ac beatæ vitæ parens & Magiſtra 433.d
Mentiri quibus licere dicatur 478.d
Menſium quorundã apud Hebræos diuerſa ratio 395.d,& 396.a
Menſis auſpicatio apud Rom. 396.b
Mercatoris in Aſtrologia error 395.c
Mercatores qui ſordidi dicantur 360.a; eorũ natura quare militantium & aliorum mollior 516.d, mendacior & fallacior 517.a, diuerſa ratio 358.c.d.& fol.ſeq.
Mercatura Alphonſi tyranni 651.a, eius commoda 358.d,359.d, incõmoda ibid.b,& 369.a, dignitatum vnde orta 435.c, quam periculoſa 436.c,d, quibus exercere non liceat 650.a,651.a, an inter artes ſordidas numerãda 358.c, eius varias rationes,vide inf.& fol.ſeqq. quæ ſordida Ciceroni & eius diuiſio 359.d,& 651.a, Luſitaniæ regum, vide Luſitaniæ.
Mercium euectionem ciuibus ademptam peregrinis permittere pernicioſiſsimum 653. d, *vbi id genus exemplum.*
Meretricis laus & vituperium 697.b
pro Meritis ſeu virtutibus à Tyrannis cæſi qui 544.a
Maſſagetis quæ non fuerint communia 12.a
Meſſalæ locus de imperio maiore & minore 316.a,b, eiuſdem loci corrupti emendatio. eius ſententia de iure Magiſtratuum inter ſe 317.d
Metallorũ differentia 681.d, diuerſa ratio 685.paſſ. 690.691. Purgatio 684.b, Confuſio vnde conflantur numi eorum corrumpendorum ſola cauſa: 681.paſsim & ſeq.
Metelli Numidici exilium 291.b
Metenſes Germaniæ pactis cõuentis cõprehenſi 61.d
Metij dictatoris Albanorũ grauc ſupplicij genus 673.b
Μετοίκιον Græcis quid 61.d
Metus vtilitas quæ 565.c,d, an à Periurio cùm ab auxilio ferendo ignauos excuſet 601.a, ❡quem Metuunt oderunt,quem amant metuunt 455.b,
❡ Metus peſsimus,diuturnitatis cuſtos 645.a, carnifici cõparatus 213.c, vltrix furia Tyrannorũ, ibid.
Michael Hoſpitalis Francorũ Cancellarius quare priuilegia Caroli IX.vico ſancti Mauri conceſſa cõfirmare noluit 85.c, eius erronea opinio ratione tribuendorum precario imperiorum 438.b
Migrationes corporum & animorum conuerſiones an pariant.vide Populorum Migrationes.
Miles vitem imperatoris frangens,capitale ſupplicium meruerat 25.d
Mileſiorũ ordinũ dignitatis prærogatiua 354.b, ſtatus Ariſtocratici in popularẽ quomodo cõuerſus 386.c

Mili-

Militaris diſciplinæ ratio & vtilitas, vide & Armorum vſus 670.a, laudes 565.c, Pœnarum genera 508.b; vide & Pœnarum.
¶Militari lege, contra iuſſum Imperatoris hoſtem laceſcere capitale 253.b
Militia nobiles reddit homines 350.b,c, eius militiæ leges Rom. ratione ætatis qua arma capere aut mittere eos oportebat 573.c, qui nō idonei 577.d
Militis in ducem officium 66.a, Peditis ſtipendium diurnū quod, vide Groſſus. Gallis autē *ſoid* dicitur, vnde & ſtipendium militum *la ſolde* & miles pedes qui hoc donabatur ſtipendio *ſoldat.*
Militum: Magiſtri ſeu Conneſtabiles in Gallia qui & eorum ius 737.a, Neceſsitas & vtilitas Reipub. & hodiernorum cum Romanis comparatio, item militiæ varia præcepta 577.b,c
Militum ſtudia & inſolentiæ quæ 559.d,560.a
Mithridatis ſtudia voracitatis 454.a
Mobilium populorum in religione exempla 521.c
Modum excedere in iudiciis quis dicatur 303.a
Mœchantis pœna diuina 536.c
Mœnium farciēdorum munus extraordinarium 263.d
Molinæorum lex de tributis 170.a,b
Molinæi ſententia de vſurarum fructuum & pecuniæ æquatione 529.d
Molucarum inſularum vbertas 650.d
Momorancius Magiſter equitum Galliæ 224.a, vulg. *Conneſtable.* eius iudiciū Aquitanos rebellātes 341.c
Monarchiæ ſummæ quę 210.a, in iis nulla ſubditorū authoritas b,c, ius 438.c
Monaſterium profitentes, quomodo dicantur accuſari non poſſe ante concepta rota geſtorum 334.a,b
Monachorum iura 334. vita 429.d, quorundam ſupplicium 217.c
Monarchia Rom. 377.d, quæ dicatur 174.175.187.b, Ariſtocratiæ præſtabilior 217.c, eius proprium in Reip. cōuerſione 369.c, Singulare 390.a,469.a, Regalis quæ 187.b, Eiuſdē & popularis aut optimatū ſtatus differētia 390.a,703.a, ſtabiliēdæ cautio 737.a,b, vtilitas 711.& ſeq. in ea poteſtates ordinariæ perpetuæ paucis exceptis: in popularib. verò & optimatum Imperiis annuæ 443.d, prima in Aſſyria Nimerodo principe 189.d, in quibus conſiſtat 217.c, hanc qui populi ſectentur 714.b, eius diuiſio 189.a,196.d
Monarchæ varij, qui cùm Prætores eſſent Imperium ſummum ſibi vindicarunt 377.378.a
Monarcharum regum authoritas in Magiſtratus, Iudices, & comitia populorum 84.c
Monarchiæ ſeu regij ſtatus laus 182.a,& paſs. quæ ſuffragiis & quæ iure ſucceſſorio defertur differētia 709.c
Monarchiam indiuiduam eſſe oportet: vnitatis enim nulla partitio 734.d
Monarchiæ probandæ variæ authoritates 715.b
Montconturenſe prælium apud Gallos 408.a
Monetæ deprauatæ iuris fiſcalis 171.c
Monetarum officinarum pluralitas quàm periculoſa 689.a
Monetarum diuiſio apud monetales 687.c, ratio apud Rom. 689.a
Monetalium obſcura vocabula quomodo introducta 686.d
Monomachię origo & ius 176.& 475.a.476.paſs.510.a
Monſpelianorum facinus & ſupplicium de iis à Carolo Ludouici IX fratris ſumptum 340.b
Monſpelienſis agri cum Manta & Mellanuo commutatio à regibus Francorum & Nauarrorū facta 149.c
Monſtroſum partum apud veteres occidere licitum 730.b
M. Montanus infimæ conditionis homo à Iulio III. Pontif. cardinalis creatus 555.d
Montanorum populorum naturæ robur & eorum varia exempla 515.d,516.paſs.
Montium præcipuorum conſideratio, varias conſtituentes regiones 514.c
Montisfortis ſe Mareſcalum profitentis eiuratio 303.d
Morbi Auſtrales elephantiaſis, cancer & lepra 508.c, itē furor animi, comitialis morbus, dyſenteria 509.b
¶Morbis deſperatis non inferendum medicamentum 342.b,489.a
Morbus D. Victi qualis & eius cura 505.b
de Morum tum virtutum cum vitiorum Principū imitatione à ſubditis: varia exempla 453.454.& ſequen. mutatio ex locorum mutatione 494.c,519.c
*in Morem priſtinum* reduci legem quid ex Feſto 154.d, eorum cenſura, vide Cenſura. inueteratos periculoſum conuellere 475.c
Morletus Muſæus Francorum regis apud Heluetios legatus 76.c
Mors ab Hebræis quæ pretioſa nuncupata 7.a,511.a, eius laus 213.d
Mortem ſibi inferentium ius 538.c.d
Moſchouitæ ducis magnanimitas & victoriæ 143.b,c
Moſchouitarum ius ratione ſucceſsionis regiæ 731.d, Præcopi Tartarorum quando dediti 143.b, Tartarorum iugum quando excuſſerant ibid. eorū mos in ducendis vxoribus 507.a, *horum rex Ioanes mulieres deborreſcebat.* eorum regionis natura quæ 496.a
Moſes primus Legiſlator 272.c, eius adoptio à filia Pharaonis 28.c, lex de Regis auctoritate 237.d, laus 200.a
Motus terræ quis dicatur 410.b
*de Motu proprio* quæ clauſula in priuilegiis 296.c
Muhamedis legis & religionis quæ fundamenta 39.d, Imperatoris exemplum de reſtitutione fugitiui homicidæ Florentinorum ſtatu 326.b
Mulctæ damnatorum quomodo apud veteres ſacris adiudicari cōſueuerīt, & quomodo fiſco poſtea 542.a,b, locupletis & inopis ratio quæ, vid. Locupletis. ius 275.b, eiuſdem varia genera ib.c,& paſs.276.
Muleaſſes rex à liberis regno & viſu priuatus 504.b
¶Mulieres percutere Catoni ſacrilegium 19.a
¶Multitudo conſilio & prudentiæ inimica 150.b, eius error non ſequendus, vide Error.
Mundianæ vniuerſitatis quæ diuina beneficiorū partitio 512.d
¶Mundus perfectæ & conſummatæ Reip. imago 7.b, eius compactio & continuatio quomodo ex variis concurſionibus & naturis fieri & potuerit & poſsit 448.d,777,& fol. ſeq. origo qua anni tempeſtate 396.c,397.a,400.c,406.b, exitus prædictiones, & aliæ id genus 404.d,& 405.
¶Munera ſingula, ſingulos rectè curare difficile, cum plura nemo poſsit 433.d, quæ ſine Imperio 440.d, Ab iis quomodo ſubmouere indignos oporteat 439.b, Prophanis cum dignitate & ſine imperio qui

qui præficiantur 284.c
*Municipium* quid Feſtó 71.a,b
Munera quæ *curationes* dicebantur 261,& 262
¶Munus vbi nec vtile nec honeſtum fuerit non præmium ſed onus appellandum 543.c,d
Munerum quorundam Parisienſis curiæ poteſtas varia 264. publicorum diuiſio 286.a, in Gallia priuilegium 272.d
*Muneris* verbi latiſsima ſignificatio 284.a,b
Municipales Rom. prouinciarum magiſtratus merum imperium, 54.c
Municipia & Vrbes vectigales an Reipub. cenſeri debeant 49.d
Municipes Romani qui 52.b,71.b
Murenarũ piſcaria apud Rom.quo in vſu fuêre 36.a,b, neceſsitas 561.b,562.c
Murium animalium ætas 414.c
Murium vrbium neceſsitas 561.b, eorum nec arciũ vbi nullus vſus 557.c
Muſica quomodo furorem curare dicatur 505.b, *vbi id genus exempla.* eius ſeu Harmoniæ & Reip. cõparatio 410.d, qui toni obſeruandi aut cauendi 633.a, artis vtilitas 519.a,632.d, huius vocis ſignificatio 519.
¶Muſicæ vis & laus in Repub. 411.c,516.a
Muſulmani qui apud Turcas 141.d
Mutabilitas in rebus humanis interdum neceſſaria 522.b
Mutuatio pecuniarũ quãdo Reip.neceſſaria 654.b,c, ſub vſuris Principibus quando accipere liceat 668.b
Mutui obligatio apud Græcos quàm ſolennis 618.c
Myrij apud Amphyctionum ciuitates qui 73.d
Mytilenæorum ſtatus mutationis cauſa 375.c

N

NAbuchodonozor rex regum 147.a, eius hiſtoria 211.a
Nabis Reipub.Lacedæmoniorum tyrannus 178.c
Narbona antiquiſsima Romanorũ colonia extra Italiam,vide Coloniæ Rom.
Narbonæ,Lugduni & Viennæ,coloniæ Rom.fœdera cum Italis antiqua habuêre 53.a
Narbonenſium populorum ferocitas & mobilitas vnde 517.c, eorum & Aquitanium populorum ferocitas & mobilitas vnde,vide Aquitanium.
Narbonenſis vnde deducta 41.d, quando cum Galliæ regno coniuncta 367.c
Natalium reſtituẽdorum ius ad quem pertineat 167.b
Natiuitatis tẽpora 418.d, *vbi de formatione hominis in vtero exiſtentis ex Hippocrate agit.*
¶Natura repugnante nihil diuturnum 492.d, Praua 427.b, hominum varia pro locorũ varietate 491.d,& ſeq. ei contraria diuturna eſſe nõ poſſunt 33.b,34.c, mirabile omnibus 714.c, eius mutatio ex locorum mutatione 519.c, ex vario Reipub. genere 523.a
Naturalium filiorum ius apud Rom. 29.a,b
Nauarræ & Gratanẽſe regnũ quãdo ſub fiducia Rom. Pontificis venerint 120.b, rex ligius ſeu vaſſallus Francorum 114.b,120.c, regnũ quomodo Regib. Hiſpaniarum conceſſum & quo titulo Nauarreis à Pontificibus ademptum 135.a
Nauarrenſis cuiuſdam victoriæ in Bugitanos Carthaginenſes 519.a
¶ex Naufragio iuris an quicquam priuato decerpere liceat 170.d
Neapoleos regis vaſſallus an Põtifici Romano potius obedire quàm regi teneatur.vide Vaſſallus. reginæ ſcelera 739,b, regis crudelitas in Conradinum Manfredi filium 217.a
Neceſsitas duplex naturalis & violẽta 367.d, ¶eius vis nulla legũ obligatione tenetur 426.d,427.a,573.b
Negotiario quæ dicatur Nobilitati nõ derogare 359.d
*Negus* Æthiopis quid 141.in marg.
Negus Reipub.Æthiopum princeps. 11.a
Nemauſus colonia Romanorum,vid.Coloniæ Rom. eius ſcholæ inſtitutio 347.a
Nemora regia in Gallia loco ſanctioris ærarij conſtituta 675.b,c
Nepos ex filia,filiæ regis in regno præpoſitus 740.d
Nepotes,an Patruis in regno auito præferantur,& quę inde incommoda 732.b, & paſsim ac fol. ſeq. c,d, eorum ius in ſucceſsione auorum ex lege Salica 745.b
Nepotis ius in familia aui 732.d, Item ratione feudorum 733.a
Neptuno ſacra facere apud Rom.quare octauo quoque die ſolitum 417.c
Neratij impudentia 763.d
Nero: & Maximinus vterque Tyrannus à Senatu Roman.damnatus 209.b, is matris parricida 24.b, 294.b, eius crudelitas in cõiuratos 470.c, in præceptorẽ 540.b, domus magnificentia & exitium 672.a,b,685.c, & Caligulæ prodigalitas,vide Caligulæ. Imperium Tyrannicum 209.d, nefarium deſiderium 724 a, & Traiani comparatio 239.b
Neruæ imperium Reip.periculoſum 205.a
Neruiorum mores 516.d
Neſtorij audaciæ petulantia 490.a, vnde πυροφόρος, *id eſt,ignifer,*nuncupatus.
Nicolaus Siculus Abbas Panornij 40.a
Nimerodus primus princeps 189.d, eius etymon ibid.& 196.a,350.a,371.b
¶Niuernenſium comitis crudelitatis exemplum ſibi ipſi quàm periculoſum 339.c,d
Nobilis veterum definitio 351.a, in Gallia proditionis aut perduellionis accuſati pœna 762.c
Nobiles gentes Romæ 351.c, ab omnibus ferè Imperiis ſummouentur in Heluetiorum & Argentinenſium ſtatu 51.d
Nobiles apud Rom.qui dicti 774.c, Eorum genera apud Hebræos quæ 353 a, Eorum & Plebeiorũ diſtinctio 350.a,353 b, & ignobilium 351.paſsim.
Nobilitas fœminarum & familiarum à viris pendens 744.d, an ad poſteros & adoptiuos transferatur 356.d, vſque ad pronepotes legitimos propagari dicitur 357.a, Turcarum moribus ad nepotes tantum ibid. apud Gallos quomodo amitti cenſeatur 357.b,358.c, auorum inſpicienda in dignitatum prærogatiua 355.a
¶Nobilitatem peperiſſe melius, quàm acceptam corrupiſſe 351.b
¶Nobilitati ſine honeſtate nullus locus 354.d
Nobilitatis:vera ratio 761.c, varia 351.352.353. decus an ab Inopia aboleatur, vide ab Inopia.
Iura

Iura promercalia in Gallia 356.c, Laus 356.d, apud Gallos, Anglos, Hiſpanos, Germanos, priuilegia 55.d, Tribuendæ ius penes quem 355.b
vt Nobilitatis adeptæ inſigne apud. Rom. ſtatua, ſic apud Gallos ſtēmata inſignibus ſuperpoſita nobilitatis decus 352.c, veræ cauſæ 354.d, extrinſeca cauſa 355.a, apud Grecos quæ ratio 352.c.d, & 353.apud Hebreos 353.a, Helueticæ cædes, vid. Helueticæ
an Nobilitatus ſit qui militiam ex caſu, ſiue feudum eſt adeptus 355.c
Nobiliū ſuppliciū capitale quod 761.c, quorūdā Rō. nomina qui ipſi nobilitatem pepererūt 351.b, in tribuendis honoribus habenda ratio 439.a
Nobilibus Locupletes quando anteferantur 361.d
¶Nocent expreſſa, non expreſſa non nocent 315.c
Nocturnorum ſacrorum interdictio 343.b
Nominum imponendorum ratio apud veteres 417.c
Normaniæ Baronum ius ratione defunctorum ab inteſtato 531.b
Normani cuiuſdam in Franciſcum regem coniurātis & perduellionis damnati exemplum 469.d
Normanorum mores improbi ratione cędentiū 764. a, Curiæ præſidis exactio crudelis 289.c
Νότον Auſtrum vnde dictum Græcis 499.b
Noſocomia à quo inſtituta 35.c, *loca in quibus ægroti aluntur l.16.l.18. de ſacroſ. eccleſ. Cod.*
Notæ tabularū iudiciorū & earundē ſignificata 301.a
¶Nouarum rerum præclara principia 43.d
Nouationum in Repub. quæ ratio habenda 428.c
Nouenarij numeri conſideratio pro ratione ortus & occaſus Rerumpub. 417.b, eiuſdem muſis conſecratio 418.b
Nouitatis in legib. difficultas 425.d, 426.a, b, 427.b, d
Nouocaſtri prædium Ducis Longauillani in Bernatum finibus 65.b
Nouus homo apud Rom. qui dictus 774.b
Nundinarum ius ad ſolum principem pertinēs 171.d
Numę & Tarquinij Superbi contraria inſtituta 345.d
Nūmariæ rei curatio Reipub. quàm neceſſaria 680.b
Numeri fatales 416.d, *vbi de varijs numeris & Geometricarum figuris*, vide & de hoc numero fatali 419.d, Mares & fœminæ qui dicantur 410.c, vbi & numerorum in muſicis varietas tractatur ex Platone & Forſterio &c. 411 vide & fol. 414. b, 417. b, c, Eorum varia ratio 414.b, c, 417.a, 419. paſſim. Septenarij & Nouenarij Græcorum conſecratio 418.b
Numerus nuptialis Platonis quis in harmonia dicatur 410.c, Perfectus mathematicis quis dicatur 419.a
Nūmi vocabuli origo 167.c, item nūmorū ius ibid.
Nūmi vbi optimi & contrà 686.a, c, 687. & 688. paſſim & fol. ſeq.
Numidia Affricæ pars maximè Auſtralis 506.b
¶Numinis carētia nulla ciuitatib. peſtis maior 485.d, ¶Eius metū qui ſemel abiecit eò minus ei credēdū quo grauiore iureiurando ſeſe obſtrinxerit 608.c
Nūmorum in Rebuſpub. pretium certum conſtituēdum 681.a, Mutatio valoris, quàm Reip. periculoſa: & quàm varia apud Rom. 684. d, 691.d, Item Deprauatio aut quidem mutatio quàm Reipub. periculoſa 680.b, c, 684.d, In eo quę [illegible] ratio 682.d, Cudendorum optimorū quæ ratio 167.168.682.b, & item 684.b, 686.a, Cudēdorum Ius ibid. Triūuirorum monetalium figura quæ 168.c, Variorum variæ figurę variaque nomina 168 Corrumpentium maieſtatis pœna 167.d, inter iura fiſcalia 170 c, corruptio vnde 689.b, quomodo vitanda 688.c, 690. b, c, Angliæ & Lotharingorum ratio 684.c
Nūmorum vectigal, vide Vectigal, Aureorum variorum æſtimatio 685. paſſim
Numiſma ſub pilei figura 32.c
Numiſmatum ferruminatio, vide Ferruminatio
Nuptiæ legitimę quæ Iuriſc. 15.b, Theolog. & alijs, ib.
Noremberga omnium imperij ciuitatum maxima, & eiuſdem ſtatus quis 226.c, 247.d, 518.a,
Nyctalopes, qui 495.d

O

Obedientia ſubditorum erga magiſtratum Dea à theologis quare ficta 310.d
Obitus plurimorum principum menſe Septembri 408 paſſim
¶Obligatio cōſiſtere nequit, quæ à volūtate promittentis ſtatum capit 85.d, ex tyrannorum precibus contracta ipſo iure nulla: & ſic obligati reſtituuntur 204.d, Eius efficacitas quomodo ſtabilienda vt ad ſucceſſores tranſeat 584.d, ob mutuū quæ ſolennitas apud Græcos 618.c
Obliuionis leges, vide Amneſtias ſeu ἀμνηστίας
Obſcuritas nōnullis Philoſophis quare affectata 413.d
Obſidionum maximarum exempla 550 a, 561.c
in Obſidum aut Principum captiuorum liberatione quæ cautio adhibenda 601.c, Eorum ſupplicium 617.c, dans iure iurando non tenetur, vide Iureiurando, Obſidis ius 595.d
Occaſus nunc opibus abundans eas ad Orientem demittit, qui olim ad Occaſum demittebat 659.c, vbi id exemplis planum fit.
Oceani ventis agitati feruor 497.c
Ὀχλοκρατεία Græcis quæ 363.c. Reip. Gubernatio popularis turbulenta
Oculorum varietas qualitatis 495.d
Oduacri regis Herulorum in Italiam incurſio 191.d
Oeconomica à politicis an diſtrahenda 8.c, eius definitio 8.d
Officia & Sacerdotia quando in Gallia aut alibi facta vænalitia 651.b, pro muneribus publicis 259.b
Officiales Magiſtrat. miniſtri ab Imp. appellati 274.a
Officialis quis 259.b, 272.b
Officio nulla merces debetur 20.d, ¶ex Officio merces non debetur 66 c, 582.c
Officialium & Curatorum Reipub. diſcrimen 259.a, 261.a, 263.b, & Magiſtratuū differentia 273.a, Eorum imperia abrogari non poſſe niſi volētibus aut eorum morte 441.c
Officiorum ſeu Magiſtratuum tribuēdorum quæ ratio legibus cōſtituta 551 b, c, *vbi variæ leges & mores proferuntur, quibus mercatura dignitatum & uxorem. Reipub. peſtem nullam contingere poſſe oſtenditur.* Eorum & Curationum differentia 269.a
Officiarij qui 274.a, eorum Creandorum diuerſa ratio 285.a
Officium nobile quod dicatur 283.b, Liberorum erga parentes & econtra 20.b, c, d
Oligarchia vnde dicta 217.c, & quæ forma Reipub. ibid. & 227.c, ibid. & 233.b, cōparatio eiuſdem cum ſtatu populari ibid.

Onomadeſmi Chiorum Imperatoris & Scipionis Africani conſilia contraria in conſeruandis popularibus ſtatibus 380.c
Operis huius tempus 400.c
Operum publicorum incommoda ratione Tyrannorum 672.a, vtilitates 670.b,c,671.b
an Opes Nobilem reddant 355. d, & 356.a, ſeu virtutes corporis & animi 4.c,d
de Opibus maximis, vide Diuiſſimorum.
Opificia Romę qui tractauerint 358.b, ęa aut artes ſellularias tractare ciuibus Rom. nō licitum 38.c, eadem & manuales artes apud Aquilones 512.b
Opifex qui annulo gemmam includere pepigit, eám que fregit, an ex pacto teneatur 769.c
Opifices apud Rom. non militare poterant 358.b
Opinio communis ſeu error an conſtituat ius vide ex errore ¶ Humanę Opinionis deprauatæ tāta vis eſt, vt legis habeat auctoritatem 34.c
Oppia Lex quæ 16.b
Oppignerationis ius aduerſus peregrinos 64.a
Oplothecnitæ à togatis & ſcholaſticis hominibus in ciuitatibus ſecernendi 363.a
*Oplothecnitæ autem dicuntur qui arma fabricāt. Gal. Armuriers. Optima lege* quid veteribus ex Feſto 79 d
Optimatum ſtatus an Populari melior & vtriuſque incommoda 383.c, periclitantium exempla 705.d, & 706.a, ſtatus quis propriè 704.b, Cum Populari comparatus 221. & 222. Cædes aut furatio, in quibus ciuitatibus 705.d, & 706.a
¶ Optimatum ſtatus ſtabilior ac diuturnior, quo pauciores fuerint 219.b, ¶ ab Hoc ad regium conuerſio Reipub. ſalutaris 391.a
Opulentiores Romanorum qui 532.b
Opum quæ ratio Chriſtianis habenda 676.d
Oratores è qua regione profecti 510.b, arcendi à Senatu 253.c, olim ſi in agendis cauſis mendaces aut calumnioſi fuiſſent, puniebantur 460. b, an inter Magiſtratus cenſendi 273.c,d
Oratorū vis 489. paſſim, Vtilitas ſiue damnū 490.b
Oraculum de regno Auguſti futuro 714.d
Ordines ab ordinibus quomodo in ciuitatibus ſeparandi 363,b,364.b,c
de Ordinibus maritandis quare Cæſar leges tulerit, vide Cæſaris. Equeſtris ordinis inſigne apud Gallos quale olim, & quomodo obſoletū 546.d, Sacri contemptus Dei contemptū adfert 637.a, Ciuium dignoſcendi modus 625.d
¶ Ordinū dignitas pro moribus ac legibus cuiuſque ciuitatis temperanda 391.a, Variorum dignitatis prærogatiua 353.d, & 354.a, Ciuiū in Rebuſp. & ſtatibus ratio ab authore preſcripta 362.a, 363.b, & d
Orientales populi humaniores & vrbaniores 514.a
Orientalis venti beneficia ſeu naturæ, vide Venti
Oriens olim opibus abundans, nūc Occaſus, vide Occaſus. Eius & Occaſus diuerſa ratio quomodo ingeniorū hominū diuerſitatē parere dicatur 514.a
Oris rubicundi ſignum quod 521.b
Ortus rerum, vide Rerum.
Oſtraciſmi Græcorum lex 546,701.c, in Ferendis ſuffragiis ratio quæ 231.d
Oſterlani populi qui 69.d
Oſtrogotthorum & Viſogothorum perfidia & Crudelitas in Valentem 521.c
Otioſorum hominum præcipuè tenuium peſtis damnoſa Reipub. 537.c. hominum in ciuitatibus peſtilentia 361.c, vbi variè de iiſdē agitur qui eorū ferendi: ſupplicia 390.d, vitia quæ 565.a, in eo lex optima, vide Auraſij.
¶ Otium vitæ humanæ inimicum 193.a.
Otthonis iiij. Imp. Rom. donatio Pontifici Rom. 135.d, eiuſdem ratihabitiones Rodulphi & Caroli Imp. 136.a
Othones Germani principes quomodo nomen imperatorium ſibi ſunt adepti 145.c
Ottomani ſententia *de Cenſoribus* 282.b
Ottomanis in conſeruatione Imperii conſilium 391.d, & 393. a, eorum diſsidiorum cauſſa & crudelitas 629.b,c,736
Oua auibus an priora, vide Auibus
Ouium fertilitas apud Zelandos & Hollādos Auſtralibus contraria 507.d

P

Pacatij dictum ad Auguſtum Cæſarem 98.a
Pax quæ inhoneſta cenſeatur 569.a, *vbi varia id genus exēpl.* & fol. ſeq. quomodo pernicioſa 477.d, inter Franciſcum maiorem Galliarum regem & Carolum v. Imperat 407.c
Pacis & otij commoda 469.a, Huius concordiæ comes quę 431.c, Sanquitinæ calamitas, vide Sanquitinæ Actiones quæ 579.a, Componēdæ inter diſsidentes, qui ſeſe pro arbitriis interponunt maximè laudandi 591. paſs. ineūdæ ius 155.d,156,157.158, Sanquitinæ calamitas, vide Sāquitinę. Cōmoda, vide Bellorū incōmoda. eius Violandæ cauſſæ 620.b
Paci & concordiæ inimici militares homines & qui artes Imperatorias colunt 708.b,d
Pacē & otium colentes mitiores & humaniores 518.c
in Pace agenda inter paratos exercitus quæ cautiones habendæ 601.c
an contra Pacta fieri iudicandum, ſi quis priuatus acceptarum antea iniuriarū vltionem repoſcat 605.b
¶ Pactis priuatorum iuri publico derogari nō poteſt 603.b,c
in Pactis conuentis arbitrorum quæ ratio 609.a
Pacuuij Calauini Campani prudentia in cōſeruandis Senatoribus à coniuratione 479.c
Pacta conuenta an principum leges dici poſsint 86.d
Pædonomi inſtituendæ iuuentutis gratia à Lycurgo ordinatio, vide Iuuentutis
Pagorum origo 328.c.329,b
Paleſtina in prouinciæ formam redacta, in qua Chriſtus à Pontio condemnatus crucifixus eſt 54.b
Palatini comites iure familiari vtentes 13.a
Palladen Ioui decumbenti aſsidere quare finxerunt poetę 246.a
Palas à Iouis cerebro quare genita dicatur 738.b eius mulus ſenio confectus capiſtro liberatus 35.c
Panni definitio apud Anglos 553.b
Paudulphus Senenſium tyrannus 368.a
Pannoniarum populorum calamitates ratione creationis regum 722.a.b
Pānoniæ quādo lites introductæ, vide Litigādi modū
Papiniani verba de *iure Magiſtratuum, & aliorum iura Maieſtatis habentium* 301.a
Papinianus Imperij Romani tutor, & Imperatoris Seueri fil. 294.a, eius mors ibid.
Pappia Poppæa lex de *prærogatiua Conſulum collegarum* 321.b
Papirius Curſor in imperando clariſſimus & eius virtutis exemplum 311.d

Papirij dictatoris ſentẽtia in Fabium maximum Magiſtrum equitum, & eiuſdem Fabij prouocatio ad populum Rom. 164.b
Papienſis Gallorum calamitas 572.b
Papirij Curſoris ætate Roma virtutibus florentiſſima 370.b
Parentes qui filios Reipub. cauſa occiderunt 27.d, alere filij tenentur 25.a,b, & econtra ibid. Reipub. hoſtes an occidere licet 26.a
Parentum: in liberos amor 27.a,c, ¶Culpam in liberos deriuari quàm iniquum, vide Culpam: ſtudium maximum in liberos quod 537.b, & liberorũ pietas vnde 329.b
Pariſiorum curiæ Iudicũ numerus 433.a; Curiæ decretum in Viatores 263.b
Pariſienſis curiæ ius præſcriptum 249.c
Pariſienſium rebellantium ſupplicium à Carolo VI. Frãcorum rege ſumptum 340.c, in pauperes charitas 361.d
Parium curia in Gallia, vnde appellata 182.b, quæ & à quo inſtituta 249.b
*Parlamentum* Pariſienſe in Gallica curia 249.c
Parricidæ, eiúſue qui ex inſidiis hominem occiderit; pœna 166.c, Supplicium apud Rom. vide Patris
Parricidarum abundantia Neronis temporibus 24.a, exempla aliquot 21. eorum & Sicariorum indulgentia 766.d, notabile exemplum 718.d
Parricidia quædam Principum 216.b,c, Varia regnorum gratia admiſſa 736.c,d,& fol.ſeq.
Parthorum in ſeruos humanitas 38.b;c
Paſcuarum penuria Galliæ vnde 675.c, vectigal, vide Vectigalis
Paſtorum & Agricolarum ordo laudabilis 360.c
Patagonum proceritas 497.d
¶Pater iniuriam filio illatam actione perſequi poteſt 614.d, lege Pompeia *de Parricidijs* non comprehenſus 27.b
¶Pater liberos virtutibus ac præcipuè Dei metu erudire tenetur 23.b
Paterpatratum apud veteres quod dictũ, vide de duobus Conſulibus, in voce Conſules
Paterfamilias quis 9.d
¶Paterna execratio ipſa morte acerbior vid. Execratio
¶Patris ac filij perſona eadem cẽſetur 614.d, Filium occidentis ſupplicium apud Rom. 760.d
¶à Patre nullum admitti poteſt tantum ſcelus quod ſit parricidio vindicandum 26.a
Patrum erga liberos, & Liberorum erga parentes officium 20.c
¶Patria poteſtas nihil habet cum iure feciali aut iure maieſtatis commune 614 d
Patribus cum plebe communia 352.b,c,& quæ patribus peculiaria ibid.c
Patriæ poteſtatis ius antiquum in liberos 738.d
pro Patria occũbẽtium apud Græcos priuilegia 353 a
*Patriæ parens* quis appellatus 201.a
Patriam tyrannide liberare qui tentarunt 376.a
Patriciæ dignitatis ratio 547.b, gentes Romæ 351.c
Patricij tantùm gentem habere dicebantur apud veteres 349.c, eorum honor apud Venetos 354.a, eorum & plebeiorum diſtinctio 351.b, c, vid. fol. ſeq. Romanorum ius 772.a
¶Patria parentibus charior 212.d
¶Patria poteſtas diuina lege metienda 26.d, quomodo antiquata 24.a, ea ſoluti qui dicantur 25.c
Patriæ ſeu Domeſticæ poteſtatis iure antiquo ſublato quæ incõmoda Rebuspub. 23.c, d, eiuſdem ius diuinum & naturale 20 b, quàm antiquiſsimum 22.a,& paſsim
Patricij Magiſtratus, & eorum auctoritas 274.b
in Patricios Anglorum, Scotorum, Danorũ & Neapolitanorum ius ab Auguſto Rom. Imp. tractũ 53.c
*Patrocinium* quod dicatur 576,a,582.c
Patrociniorum origo 66.d, diuerſa ratio 582.c, & paſsim fol.ſeq.
¶Patronus fœderis leges perrumpere volens, clientis patrocinij legibus liberatur 585.c
¶Patronũ deſerere periculo imminẽte capitale 111.a
Patroni ius necis in clientem Polonorum moribus 767.a, ab eo cautionem exigere cliens an poſſit aut debeat 384.b, an ei ſpecie patrocinij libertatem clientibus eripere liceat 581.c
Patronorum cautio maxima, *Ne Patroni clientum arces vel oppida præſidio militari teneant* 585.c, eorum in ſeruos ius 40.c.d,41.a
Patronatus, Clientelare & feudale ius quàm diuerſum vid. Clientelare.
Paulini Nolę Pontificis charitatis exemplum notabile in ſeruos 39.b
Pauli Apoſtoli captiuitas 54.a,b, eius prouocatio ad Cæſarem, & genus, ibid.
Pauper quis dicebatur apud Rom. ſub Traiano 763.d, in Largiendi modus & diuerſa ratio 668.d, & eos 669..paſsim. 670.b, eorũ collegia apud Pariſienſes 361.c
Paupertas Rebuſpub. quàm periculoſa 524, c, d, & fol.ſeq. eius exempla laudabilia apud Rom.
Peccari in Repub. quibus in rebus ſoleat 438.a
¶Peccata quæ in cæteris leuiſsima ſunt, in Principe flagitia exiſtimantur 453.a
¶Peccatorum omnium quæ à Pincipibus condonantur, nulla laudabilior venia, quàm cùm iniurias ſibi illatas ignoſcunt 166.d
Peculatus pœna 665.d
¶Pecunia neruus Reipub. 638.a, eius vis in expugnationibus 648.c
Pelopidas & Epaminondas Thebanorum ſummi duces & Imperatores quare damnati 436.b
Poloponeſiaci belli cauſſa 387.a, Regni origo 94.d
Penſio à Tributo quid differat 582.a,b, eius & Tributi differentia, vide Tributi
Penſiones Germanorum & Heluetiorum quæ, vide ſuis locis
Penſionum tũ Carolo Bello Philippi regis filio, cùm Henrico & Franciſco Andium ducibus fratribus Caroli IX. conſtitutarum ratio 659.a, priuatarum pericula 649.d, variè conſtituendarum neceſſitas Principibus incumbens 648.c
Perduelles qui 26.a, 47.b, eorum exempla 603.paſſ.
Perduellionis *ſeu læſæ Maieſtatis* damnatus, priùs iudicatus quàm accuſatus quare videatur 210.c,d, in eo crimine quare proſcribãtur bona, & eorũ proſcribendorum ratio 538.539.& 540.
Peregrinus ab originis domicilio auulſus, alienæ ciuitatis an ciuis fieri poſſit 47.b, ei ac ciui lex eadem diuina 42.c
Peregrini ferè vbique à muneribus publici, & potiſsi

mùm à Sacerdotibus & Magiſtratibus ſummouẽtur 61,c,qui 47.b,71.a, à prædiorũ dominio,niſi ciuitatis iura adepti ſint,prohibendi 537.a,b, principis connubium, quanta incommoda ſequantur 742.& 743.paſſim
Peregrini & ſocij ius diuerſum 47.b
¶Peregrinorũ aditus in Rebuſp. periculoſus & eius exempla 383.d,384.a,¶In Peregrinorũ auxiliis conuocandis maximè prouidendũ,& quę inde incommoda 576.d,& fol.ſeq.eorum beneficium à Friderico Imp.conceſſum: Item eorum ius apud Italos & iam apud Germanos deterius quàm apud Gallos & Venetos 62.c, eorum & ciuium idem ius vid.Ciuiũ.de eorũ hæreditatibus & iure vario 62.63.64. eorum Imperia quàm periculoſa,& varia inde incommoda 742.c,d, Ius in Gallia 61.d,62.& 63. Mercatorum & peregrinorum, qui iura ciuium in Gallia adipiſcũtur,ius diuerſum 63.c,peculiare in Gallia 63.b
¶Peregrinos fauere nõ minore charitate, quàm viduas aut pupillos diuina lex iubet 60.a, à finibus arcere licet 64.a, & ab iis quæ ciuibus incommoda proueniant a,b
Peremptorium edictum quod 324.b
Pereuntis in Reatu,vide in Reatu
Perfidia hodie vſitatiſſima 618.c, mala ſed eius fructus interdum vtiles vt in proditionibus 597.c, quomodo potior, qui plus opibus valet 607.d, Romanorum à Græcorum & Pœnorum moribus deſumpta 617.d,& 618.b
Perfidiæ exempla 600.paſſim,Italicę exemplũ notabile vide Mediolanenſis. Oſtrogothorum & Viſigothorum,vide Oſtrogothorum.Tryphonis vide Tryphonis,præcepta Lyſandri, vide Lyſandri
an Perfidiæ ſcelere careãt Principes qui fidem pactorum, quæ detrimento ſibi futura ſunt, violare non dubitant 594.c,& fol.ſeq.
¶Perfidi principis iureiurãdo vtcunque ſolenni non habenda fides 609.b
Perfidorum varia exempla ſuppliciorum 617.paſſim
Pericles quare Areopagitarum auctoritatem ſuſtulit 245.a
Pericli probrum obiectum ratione congiariorum,& eius beneficia in Atheniẽſes 670.d,& 671.a, eius prudentia in retinenda in officio plebe Athenienſi 478.d, reſponſum pro Repub. Athenienſi legatis Lacedæmoniorum 94.d,95.a,d, rogatio de filio quem ab vxore peregrina ſuſceperat, inter ciues cenſendo 48.a, Mors quàm Reipub. Athenienſiũ damnoſa 700.a,
Periurij deteſtatio 593.d,596.d
Periuria periuriis an rependi poſſint, vide Fraus
¶Periuria præterita nouis pactis fœderibus repetere ampliusnon licet 600.a, Periuriis an rependi poſſint, vide Fraus. Horum varia exempla 609. paſſim
Perſarum: Calliditas in depellendis Græcis ab Aſia 648.c,d, Fœdus cum Thebanis 70.b, Mos in iudiciis ſceleratorum 200.c, imperia quanta 673 c, Mores in *locandis ſeu maritãdis filiabus* 536.c, *Magiſtratibus Ærarij*,vide Græcorum.eorum Regum adoratio 190.a,455.d, eorum Regum numeri diuerſitas apud authores 423. Reſpublica quot prouincias habuerit 11.a, Vectigalia,vide Vectigalia
Pharaonis prauitatis exemplum 778.d
Pharſaliorum & Lacedæmoniorum Reipub. quot ciues præerant,vid. Lacædemoniorũ Reip. Senatus 246.b,c
an Philippus Bellus Francorum rex potuit Arturum Armoricæ ducem Anglorum regi fiduciarium elocare 121.c,Philippi Regis abrogatio moris ratione expenſarum litium 92.a
Philippus Cominius in comitiis Turonenſibus *de tributis* differens 40.d
Philippus Auguſtus rex Francorum Iudæos quare è ſuis finibus abigendos curarit 42.c
Philippi Mariæ Mediolanneſium principis tyrannis 105.a
Philippus Valeſius Francorum rex legionum eccleſiaſticarum imperaror factus 76.b, eiuſdem cum Henrico Palatino comite fœdus,ibid.
Philippi Macedonum regis in Phoſenſes 74.a
Philippi Valeſij lex de reuocandis Principum donationibus 553.d
Philippi ij.Macedonũ regis crudelitatis exẽplũ 339.c Macedonum regis in filios obiectio quòd eò viuo hæreditatem ſuam creuiſſent 28.b
Philippi Valeſii Gall. regis & Alphonſi Caſtiliæ fœdus 118.c
Philippius Valeſius Frãcorum rex mutuum accipit à Clemente vj.pontifice & quomodo 140.d
Philo primus Romanorum extra Italiam proconſ. 265.c
Philoſophiæ quæ pars laudabilior dicatur 452.c
Phocenſiũ damnatio ab Amphyctionibus 73.d,eorũ Reipub.interitus vnde 389.c
Perſei regis facinus 144.c
Perſonæ publicæ quæ 259.b,earundem diuiſio ibid.c
Pertinaciæ & Peruicaciæ differentia 522.b
Pertinacis cædes vlta 215.d
Peruicaciæ & Pertinaciæ differentia,vide Pertinaciæ
Peruani regni ſubactio à Pizarra & eiuſdem diuitiæ 658.c
Peruſini cuius iuris 124.c.eorum debellatio 192.c
Peſquerenſis Marchionis aduerſus Carolum v. coniurationis cauſſa 474.b,c, Conatus in adipiſcenſcendo Neapoleos regno & eius mors 597.d
Πειθαρχίας Deæ Græcorum ius,& quæ eadem 310.d
Pici Mirandulæ aſtrologi in coarguendo Iulio Materno deceptio 398.a
Pictaui *falſi* quare vocati 340.b
Pictauienſis prælij exitus calamitas Francorum 593.a
Pictonum & Scotorum bellorum cauſſa 386.d
Pictoris equum pingentis exemplum 429.c
Pictura Hebręis ars ſordida, Turcis etiam præſcripta certis finibus 360.b
Pictura & Statuaria artes nobiles & earũ laus 360.b de iis Lycurgi inſtitutum,vide Lycurgi
Pietas parentum & liberorum vnde 329.b
¶Pietatis exemplum maximum filiæ erga patrem *quem cùm inedia per damnationem mori oporteret, vbera ſugenda clàm obtuliſſe eſt reperta* 23.b
*Pietatis montes* Italorum,vide Italorum.
¶Pileus libertatis argumentum 32.c
*Pilei geſtatio* quod inſigne Romanis 115.d
ad Pileum vocare *id eſt manumittere* 358.a, ſeu libertate donare 38.c,358.a
Pinatelli rei nummariæ præfecti peculatus 690.a

Pindari domus inſcriptio *Ne incendite domum Pindari* 369.c
Plebs an armari, armíſue exerceri debeat 568.a, & paſſim
Plebiſcita Athenienſium 261.d
Pipinus Francorum rex deſignatus à Pontifice, & à Francis ob eius eximiam virtutem libenter receptus 131.d, à Zacharia Pōtifice accipiēs coronam, an reliquos accipere oporteat 140.d, eius & Caroli magni largitiones in Pontifices 141.
Pipini Francorum præfecti aduerſus Longobardos victoria, qui partem Italiæ Zachariæ pōtifici Rom. ſubiecit 137.d, quæ ei compenſationis loco Pontifex tribuit 132.a
Piratarum variorum hiſt. quomodo à piratica ad veram præfecturam peruenerint 2 b,c,d,3.a
Piſanorum ſtatus mutabilitas 339.c
Piſiſtrati Tyrannis 377.d
Piſonis Proconſulis Rom. crudelitas 312.a
Piſonis & Verris Prætura differens 316.d
Placidæ & ventoſæ regiones quæ 517.b,c
Plagiarij ſerui pœnæ fieri poſſunt 33.d, eorum Pœna varia 760.c
Planetarum ſuperiorum recurſus ſoliti 405.a, earum conſtitutio penes regiones, Auſtrum, Aquilonem & mediam 513.b, trium ſuperiorū concurſus quantum periculoſus 401. paſſim
¶ Plato iratus ſeruos caſtigare nolebat, cōtrà Germani 37.b, à Dionyſio iuniore Syracuſas accitus 454.b
Platonis obſcuritas *de ratione numerorum* 420.d, error 417.a, opinio *de ſiderib* & *Repub.* 394.b,c, *de imperiorum finibus* 395.a, Sententia *de ſtupro vindicando* 309.a, repudiata Sententia *de Geometrica proportione qua Rempub. conſtitui dicit* 747.a, Sententia de Rerumpublicarum conuerſionibus 410.c,d, error *de rerum diuinarum originibus & occaſibus* 414. & aliorum maximorum authorum ſententiæ *de Populari ſtatu* 694.d, Reſpublica quæ 183. Leges quæ ibid.
¶ Plebs vt frangitur offenſione, ita quoque arrogantiùs ob victoriam inſoleſcit 380.b,c
Plebs hydra 695.a, Seditioſa feræ comparata 478.c
Plebis Romanæ authoritas 185.b,c
Plebis comparatio 205.b, impotentia 696.b, retinendæ in officio modus, & qui vi eam retinere volentes ſeipſos aut Rempub. perdiderūt aut in diſcrimen adduxerunt 479.a, & fol. ſeq.
Plebi cum patribus communia 352.b, & quæ Patribus peculiaria ibid.c, adipiſcēdarum dignitatum locus quando datus 371.d, Hoſtis capitalior quis dicatur 380.c
ad Plebem in officio continendam bella externa neceſſaria 380.c
Plebiſcitum quod 150.d
Plebei honores apud Rom. qui, vide Honores
Plebeiorum & Nobilium diſtinctio vide Nobilium. Item eorundem & patriciorum vide Patriciorum
¶ Plectendi ſeueriùs qui ab officio ſe deſeri patiuntur, quarum rerū cuſtodes ac vindices eſſe debent 763.b
Plinij oratio in laudem Traiani Imp. 93.c,d, Iunioris locus *de Principe* 194.a, Item de *Principis & Magiſtratus auctoritate* 257.c
Plinij dictum paganicum in fine ſui Panegyrici ad Traianum 204.a,b
¶ Pluralitas duorum numero continetur 563.d
Plutarchi error *de Ageſilao* 196.c, loca *de abrogatione legum* 96.b,d
Πολιτείας deſcriptio Ariſtotelica 182.a
¶ Ponticum prudentem Dei opera in Reipub adminiſtratione imitari oportet 430.c
Poloniæ Nobilitatis in magiſtratuum ac legum pœnas fugiendis ratio 460 c, regis Andium ducis iuriſiurandi formula, 88. d. Reges à Pontificibus quomodo regia dignitate depoſiti 134.a, & quando reſtabiliti b
Poloni Germanorum imperio minimè ſubditi 130.a rege Henrico conſtituto an alium eo inſciente nec conſentiēte ſibi regē optare potuerint 721.c, eorū Leges variæ 764 ratione ſicariorū 766.d, & 767.a, eorū & Germanorum *in peregrinos* 61.c, mos in captiuis redimendis 31.d, 32.a, mos *in ferendis legibus aut creandis regibus* 710.d, & 711.a, Status conuerſio 291.a, & authoritas in reges b,c, Statuto ciuibus ad regnum via præcluſa, vnde peregrinos accerſere coguntur 720.d
Polybius ἄθεος 409.b, 182 d, à Liuio reprehenſus 180.
Polybii Africani maioris præceptoris ſententia de ſtatu Reipub. Rom. 178.d
Polycleti regulæ vis 750 d
Πολυγαμίας lex imperante Iulio Cæſare introducta & aliis 508.a, quam tamē Imperatores poſtea abrogarunt & vetuerunt inducta infamiæ pœna. ibid. eiuſdem capitalis pœna in Gallia ibid.
Pœna Areopagitarum leges violantiū 763.b, Adulterij, vid. Adulterij Corporea pro pecuniaria quādo infligenda 764.b, an Decernenda pro modo probationum 488.d, Fœminarum quare leuior quàm virorum 764 c, Graſſatorū, vide Graſſatores. Inopibus quæ irroganda, vide in Ære, Latronum, vide Latrones. Militariū, vide Militarium. ¶ Nulla exiſtit, vbi nihil peccatur 337 c, Πολυγαμίας, vide Πολυγαμίας. ¶ Publica nihil habere debet cum vltione aut iniuria priuata commune 504.d, Prædonum aut eorum qui in viis furantur 766.a,b, Quadrigæ, vide Quadrigæ: Quadrupli quæ 166.c
Pœnę: Falſi varietas 765.b, paſſim, Ingenuorū varię, vide Ingenuorū. Pecuniariæ ratio quæ habenda 763.c, Illuſtrium virorum quare leuiores conſtituendæ quàm ſordidorum 762.d, & fol. ſeq. Sicariorum variæ 766.& d, 767. paſſim
Pœnarum: an æqualitas habenda 759.a, & paſs. ¶ Capitaliū nulla gratior, quàm quæ acerbiſsimè de cōtumelia immortali Deo illata exigitur 166.d, Ratio diuerſa Iuriſc. & Philoſophorum 766.a, Diuerſa ratio habenda etiam in eodē ſcelere 760. paſs. & ſeq. Fructus maximus pertinet ad exemplum 21. Iudicem nec ſpectatorē eſſe debere Principem 341.b, Ius penes Magiſtratus 765.c, Militariū genera 383.b, Pecuniariarū ratio ex iure veteri 758. d, ¶ Sceleratis irrogandarum quàm præmiorum virtuti tribuēdorum optimo Legiſlatori cura maior eſſe debet 431.d, Vis, & à quibus irrogentur 299.b
in Pœnis Popularibus ſeu multorum quid ſpectādum
Poetæ vnde profecti 510.b
Pœni: Perfidi 50.c, à Romanis deuicti 447.b, eorū Natura & ſitus 501.a
Pompeius legibus ſolutus 84.d

Pompeij authoritas 270.b,c, eáque ſumma 557.d, ruina, ibid. eius & Cæſaris affinitatis contractio 270.c, eiuſdem & Cæſaris bellum, vide Bellum.
Pomponius *Atticus* Rom. quare Atticus appellatus nec ciuis Athenienſis fieri voluit 56.d
Pondera & Menſuræ iuris Maieſtatis 168.& 169
¶ Ponderum ac Menſurarum varietate graue accipit Reſpub.detrimentum 169.a, Congruētia & differentia 683.c,d, & fol.ſeq.quæ varietas in munus concilianda ibid.
Pontifex in cœtu Sacerdotum Abbáſue collegarum nomine ac iure cenſeantur 331.d
Pōtifex Gregorius, ſe primus ſeruum ſeruorum dixit, in omnes Epiſcopos principatum ab Imp. Phoca adeptus eſt 131.b,c
Pontifex Pariſiorum mulctatus & quare 277.d
an Pontifex Rom. iuriſiurandi religione ſeipſum & alios liberare poſſit 597.b
Pōtificis legatus cur in Gallia captiuus detinetur 140.a
Pontificis Maximi creatio 336.c
Pontificis Rom.mors miſera 137.c
Pontifices an de Cauſis ad Magiſtratus pertinentibus cognoſcere poſſint 278.c, Concilium ſupremum habent ad quod appellare licet 139.d, ¶ Aliena magnificè largiri conſueuerunt 119. c, hi etiam Arabicæ ſummam in principes Aſiæ & Affricæ vſurparunt 141.d, Imperij Germanici Vaſſali 136. b, Romani quomodo fiduciari Francorum regum 141.a, an Imperandi poteſtatem habeant 260. c, quare iudicia capitalia tractare nequeāt 54.d, quales optandi 636.d, quomodo Imperium in Principes ſibi pepererint 131.c, quomodo auctum ſub Nicolao 1.Pontif. 132.d, Religionis iudices, legis Senatus 260.c, Religionis iudices quare dicti 277.a
Pontificū: Accuſatio, & cēſuræ authoritas vide Cenſura Pontificum. Abuſus in ſibi adſcribendis priuatorum morientium facultatibus 531.a, Rom.authoritas in electione Imperatorum 117. d, Rom. Pont.audacia in vindicādo Imperatorio iure 727. a, Creatio quare Monachorum & Sacerdotum collegiis adempta 728. b, Creandorum poteſtas cui iure competat 136.c, Creandorum authoritas penes Carolum magnum & quomodo amiſſa 132.c, Varia electio 136.137. Pedum deoſculatio à principibus Chriſtianis Maſſiliæ facta 138.c, Ius eſt in cauſis Sacerdotum cognoſcere, ſed Magiſtratuum eſt exequi 279 b, Romanorum execrationum & ſacris interdictionum vis apud Chriſtianos 636.a, Rom. cum Germanorum Imperatoribus bella de ſummo Chriſtianorum Imperio 130.b, Cautela in contrahendis ſocietatibus 589. b, & paſſim, in Principes Chriſtianos authoritas 130. Romanorum in Sacerdotiis tribuendis ius 61. c, Hodiernorum error ſceleroſus de inceſtis nuptiis 636.c, Nulla primùm iuriſdictio 277. b, quibus Iuſtinianus poſtea in ſui ordinis homines tribuit ibid.& 279.a, Ius quod 277.b, & paſſ. de Perfidia edictum aduerſus Hungaros quàm Chriſtianis periculoſum 593.d,& 599.a, Rom.Iactantia petulans 138.d, Securitatis tabulæ an valere poſſint, vide S curitatis.
Pōtificibus an Iuriſdictio aliqua 277.paſs.& fol.ſeq.
in Pontificibus creandis cautio 718.d
Pontificia Adriani auaritia, vide Adriani
Pontificiæ dignitatis antiquitas 353.c, variæ laudes ib. paſſ. *de Religioſorum auctoritate* Pontificiorum reſcriptorum quorundam origo 290.b,c, Reſcriptorum vulgaris formula in Gallia repudiata 140.b,c
Pontiui Samnitum Imperatoris conſilium de Romanis 388.d
Popilia & Hortenſia lex de rogationibus 257.c
Populus liber quis, vid. Liber. ¶ Immortalis, niſi à ſtirpe ſimul deleatur 81.d, Rom. in comitiis ſedens 180.a
Populi Athenienſis in ſuffragiis ferendis authoritas 314.b
Populi poteſtas Romæ 85.a
Populi & Plebis appellatio 231.b
Populi libertatem quæ leges alere dicantur 438. b, Maieſtas veneratior apud Romanos, quàm apud Athenienſes 493.d, ¶ eius Mores & naturam principem priùs noſſe oportet quàm diſponat 494.a, eiuſdem Publica quæ, vid. Publica
qui Populi Monarchiā ſectentur, vide Monarchię. qui in Reges authoritatē habere dicantur 515.c, in Religione mutabiles & cōſtantes 521.c,& 522.a, Rom. authoritas ante legem Caſsiam 314.b, in Finibus poſiti, quare ferociores ac validiores cæteris qui intimos prouinciarum receſſus occupant 518.c
Populi Salus, vide Salus, eius & Senatus authoritas 255.a,& paſſ.
Populorum: Diuiſio ad cœli varias regiones & eorum variæ naturæ qualitates & propria 494.& ſeq. Maritimorum natura, vide Maritimorum. ¶ Migrationes magnam corporū & animorū conuerſionem ac deformitatem pepererunt 495.c, Multitudo vnde 507. d, Montanorum naturæ, vis & robur, vide Montanorum. Sub eodem cœli vertice diſsimilitudo 514.d.515.a, b, Regionis mediæ laus 522.c,d, Natura varia vnde 493.paſs. 514.paſs. Vberrimo loco ſitorum & ſterilium naturæ differentia 517.d,
Populoſiora quare loca ſterilia 518.a
Populare imperiū cur cæteris præſtare dicatur, vide Imperiū. eiuſdē Stabilitas 700.b, Imperij laudata libertas 702,a
Popularis libertatis ſūma 235.a, Status quis 150.b,176 b, Status arithmeticus inæqualitate conſiſtens 750. b, Cū vaſtis fluminibus ventis & cōparatio 703.a.b
¶ Popularis aut Optimatū Reipub. ſi imperij ſedes capta fuerit, actū eſt de ea 390.a,b, an Optimatum ſtatus melior & vtriuſque incommoda 383.c
Popularis ſtatus: Conſeruandi varia præcepta 378.b, c,d, eiuſdem ſtatus in viros illuſtres iniuſtitiæ exempla 697.d, eius & Monarchiæ comparatio vide Monarchię. quomodo in Monarchiam conuertatur 380.d,& 381.a, & econtrà, Tyrannides in popularem ſtatū ibid. vid.& 383.d, eius & Optimatū comparatio 221.d, quomodo in eundem Optimatum conuertatur 384. d,385.a, eius Stabilitas quomodo conſeruanda 704.c,d
Popularis Reſpub. quæ 229.d,233.a, eiuſdem Reip. & Monarchiæ differentia 262,c, Iura varia 248.b
Popularem ſtatum quæ fouere dicantur 438.c
de Populari Repub. Ariſtotelis ſententia 233.a
pro Populari ſtatu argumēta 692.d,& fo.ſeq.& 702, Contraria 694. & paſs.ac fol.ſeq. in eodem ſtatu creandorum Magiſtratuum ratio 285.c

Popu-

Populares quæ olim fuêre Reſpub. 232.b,694.d, & 695.b,c. quæ maximæ Reſpub. habitæ 448.c, quæ Nobilitatem in exilium egerunt,vide Reſpub.
Popularium ciuitatum lex generalis 702.c
¶ in Popularibus & optimatum imperiis annuæ poteſtates:in Monarchia verò perpetuę,vide in Monarchia
in Popularibus pœnis quid ſpectandum 341.a
Popularibus & optimatum imperiis fere omnibus id commune, vt ab iis quibus potentiam & imperium dederunt, penitus euertantur 379.c, vbi digniſſimum emblema refertur,*de Aquilæ pennis*
Portoria lex *de gladij poteſtate &c de libertate ciuium Rom.* 300.c, eiuſdem legis ius fauore ciuium Rom. 538.c
*Portoria* Lat. genus vectigalis; vide Vectigalis
Portuum dominorum crudelitas 171.a
Poſſiaci Concilij coactio in Gallia 407.a, *religionis gratia*
Poſſeſſionum publicarum ærarij cauſa conſtitutio 639.a,b
¶Potentior quo quiſque eſt,eo iuſtiùs ac moderatiùs cum in omnes,tum maximè in ſubditos ſe gerat oportet 429.c
Potentiorum ac tenuiorum nouem gradus & qui 108.& 109
¶ Potentiores in exiliū agere periculoſum 387.c, eius rei varia exempla eod.fol.d.& 388.a
Poteſtas domeſtica quotuplex 14.b
Poteſtas:Legibus ſoluta quomodo cōgruat maieſtati 82.d, eius quæ dicatur vera Definitio 84.c,d, Patris in liberos, Mariti in vxorem, Domini in ſeruos diuerſa 17.b,c,19.d, 20.a, Publica aut priuata quæ 14.d, earum differentia & ſubdiuiſio ibid. Summa ac perpetua quæ 79.a,b
*Poteſtatis* verbum commune 20.b, eo quid intellexerint veteres 260.a,271.a,282.b
Poteſtatem ſummam adeptus an legibus teneatur 87.a,c
Poteſtate abſoluta vti,quid 102.b
Poteſtate aliena quis vtens ſiue curationis in modum, ſiue iure magiſtratus, ſiue ad breue tempus, ſiue in perpetuum, maieſtatem tamen non habet 82.c,d
Poteſtatum, ſeu dignitatum mercatura vnde orta 435.c
Potieri iudicis laus pietatis & virtutis 439.c
Poyetus Gallorum cancellarius quare Maieſtatis reus iudicatus 314.a,462
Prauitatis indicia externa *ex Martiale* 495.b
Prædia:Auita præſertim feudalia ſeu fiduciaria libelis aut propinquis reſeruanda in proſcriptionibus Damnatorum 541.a,b. Diſtrahere non licitum 533.b,d, 534.a, & paſſim, quæ in Gallia diſtrahendorum feudorum occaſio fuerit ibid. & 540.a, Priuata Principis à prædiis Reip. differunt 171.b,c, Priuata etiam oblato pretio Galliæ regibus diſtrahere a ſubditis non licere 541.c, Publica an alienari aut diſtrahi, & quomodo vſucapi poſſint 640.paſſim, in ijs eadem cautio quæ in bonis pupillaribus ibid. quæ Publica alienari debent 642.a
¶ Prædia publica quæ princeps cum imperio ac Iuriſdictione fruenda cōceſſerit, quamuis iura Maieſtatis non exceperit, ipſo tamen iure excepta cenſentur 173.b,c, in ea quod ſit ius Principi 641.a
Prædiorum:Diſtractio an & quomodo fieri permittatur 528.a, 540.a, Publicorum diligentior conſeruatio in Monarchia quam in optimatum aut ſtatu populari 643.a, Publicorum & Regalium differentia in Monarchia & populari ſtatu 641.b, c, Publicorum in Gallia alienatorum quæ ſummæ pretij 642.b,c, ex Publicorum locatione vtilitas Reipub. 641.d, ex Venditione verò aut alienatione incommoda, eod. c,d, & fol. ſeq. Regalium aſſignatio, diuiſio & eorum ius 639.d
Prædiatoria iuriſdictio quæ & eiuſdem ius 303.c, in Gallia quid 320.a
Prædictiones exitus mundi, vide Mundi exitus
Prædones aut Pyratæ quid ab Hoſtibus differant 70. a; eorum Varia pœna,vide Pœna
Præfecti: Auguſtalis imperium quale 79.b, Vrbis authoritas apud Rom. quæ 757.a,758.b, eius Ius in crimina 302.d, Prætorio ius 313.c, & qui hoc Munere donati ibid.
Præfixa dies practicis quæ 324.c
¶ Prælium committe cum deſperatis hominibus nihil periculoſius 573.a, *vbi id genus exempla*
Præmiorum & Beneficiorum diſtributio varia pro vario ciuitatum genere, vide Beneficiorum. in Repub. ratio eorumque tribuendorum ius quare penes Principem, Pœnarum vero infligendarū penes Magiſtratum 545.a, Finis & varia genera ibidem paſſ. *vbi & quæ præmia honeſtiora habeantur, quæque magis aut minus vtilia & in quibus verſentur* ibid.c
Præmiis cur viri boni vacant 550.c, *vbi quædam id genus exempla*
¶ in Præmiis & honoribus tribuēdis indulgentia nimia Principum & Rerumpub.iacturam parit 549. b, *vbi & varia id genus exempla* quis modus in iis adhibendus 554.b
¶ nec Præſcribere poſſunt mortales aduerſus Deum immortalem, nec Priuati aduerſus Rempub. 173,c
¶ Præſcriptio temporum diuturna legitimæ creationis vim habet 208.b,c, eius Vis 170.a, ei locus nullus nec contra Deum nec contra Rempub. 640.b,c
Præſcriptionum tempora in venditionibus & alienationibus bonorum 641.c
¶ minuit Præſentia Famam 466.b
Præſidiorum collocandorum in locis deuictis coloniarum loco quæ ratio hodie 644.d, eorum Collocandorum neceſſitas vbi 577.c
Præſidum prouinciarum ius 302.d, in Irenarchas 325.d
Prætor vnde dictus 186.b, apud Prætorem an manumittere vel manumitti potuerit 317.a
Prætor maximus vnde dictus 321.b, maximus Curiæ Imperialis Germanorum vnus ex ordine Principum 442.c, maximus curiæ Pariſiorum primùm ſagatus & militaris ordinis iam verò togatus 442.c, hodie *Primus Præſidens* nuncupatus ibid.
Prætoris maximi apud Græcos ius quod 251.a,
Prætoris vrbani authoritas 255.c, 764.a, & quom-

do conſtituta ibid. Ius 288.b, eiuſdem Ius apud Rom. 179.301.a,c,d, abſentibus conſulibus 251.a

Prætores & Ædiles Magiſtratus Rom. & Iuriſconſulti iuris authores 257.d

Prætores collegæ inter ſe interdicendi ſibi inuicem ius quomodo habuerint 316.d, inter eos quæ dignitatis prærogatiua 321.b

Prætorum ius 283.d, Vrbanorum 302.d, 304.c,306.c,d,307.paſſ.309.c

Precarij magiſtratuum imperij & perpetui differentia 443.a,b

¶ Precario quid habens, nec dominus nec poſſeſſor eius dici debet 81.d

Precaria imperia Magiſtratuum an vtiliora Reipub. vide Magiſtratuum

Prehenſionis ius quod 279.d, à Vocatione & aliis ſeiunctum 299.d

Pretia rerum vnde facta maiora 657.d, & 658.a, *vbi pretiorum priſtinorum & hodiernorum quæ differentia ſit, exemplis oſtenditur*

Primogenitorum Maſculorum prærogatiua generalis 127.c, Ratione imperij ſucceſſorij c, ac ratione prædioru feudali 736.b, ¶ Hæc prærogatiua nulla ratione violanda 730.b, in ſucceſſionibus quæ 533.b, in Hæreditatibus 770.d,771.a

Princeps vnde dictus 186.b, ¶ Dei imago viuens 102.d,107.b, quis bonus cenſendus 229.c, optimus, ab optimo patre nihil differens ex Xenophonte 201.a, ¶ Ciuitatis qualis fuerit, talis quoque populus futurus 453.b, item ¶ Facilius eſt errare naturâ, quàm diſſimilem ſui princeps poſſit Rempub. formare ibid.

Princes Primus quis 189.d

an Princeps antecedentium regum promiſſa ſeruare teneatur 105. & 106. an Iuri naturæ derogare poſſit 290.a, an Legibus ſuis obligetur 86.a,335.a, an patriis ibid. Eiuſdem an poſſit abrogare 87.a, Is nec Iudex, nec accuſator vbi ſua intereſt, eſſe poteſt 462.d, vide contrar.fol.ſeq. Eũ in leges patrias iurare oportet 94.c, ¶ Alteri omnia committens, periculum ne imperio exuatur 457.b, Extra Fines imperii bella gerere oportet ſi hoſtem anteuertere poſſit, vel plures exercitus vt altero amiſſo aliis ſe tueri poſſit 571.d,572.a,d, Hoſtium metu alterius fines ingredi coactus, non hoſtium ſed illorum finium domino captiuus cenſebitur 68.b,c, an Prælio intereſſe debeat 572.b,c, Quod ſua intereſt reis remittere poteſt, minime quod alterius 100.d

Princeps in quo genere belli ſe perduellium hoſtem acerrimum oſtentare debeat 473.d, in ſuos à ſe Deficientes quid ſtatuere debeat 338.b,c, vide & 341. Is aut Rex quando Iudex eſſe debeat, aut iudicio adeſſe 462.d, 463.paſſim, & 465.a, Peregrinos ad ſe confugientes an repoſcentibus reſtituere debeat 325.d

¶ Princeps priuatos cogere poteſt arbitrum recipere: potiſſimũ inter proximos ac potentes, ne ab æquitate ad arma præcipites ferantur 474.a, an Solus pro ſua religione iudicare poſſit, vide Iudicare, Summus poſt Deum æternum nullius iureiurando tenetur 93.a, Veræ laudis cupiditate alendus vt ad honeſta etiam inuitus feratur 545.b, Vnicus apud Medos 190.a

¶ Principis: Amor ſuorum ad Reipub. ſalutem magis neceſſarius, quàm metus 455.b, ¶ Arcana publicatis pœna capitalis 245.c, ¶ Auctoritas cum Sole & Mari comparata 313.d, & Ciuitatum trium generum imago ad naturam conformatur 775.d, & 776.a, eius Magiſtratus & Priuatorum differentia 286.c,d, in Magiſtratum ius 300.a, Maieſtas quæ 89.b, an Maieſtati lites ac iurgia pertractare conueniat 458.b, ¶ Nihil tam proprium quàm clementia, legis quàm miſericordia, Maieſtatis quàm lenitas 459.b, Officium in *bellis ciuilibus* 469.paſſim, 471.a,472.a,& 474.a, *in bene adminiſtranda Repub.* 494.paſſim, 289.a, eius Poteſtas iuſtitiæ ponderibus ſemper exigenda 102.d, & Senatus ius 246.a, eius & Subditorum concordiæ conſeruandæ gratia quæ ratio 451.a, eorundem mutua obligatio 450.d

Principis reſcriptis quando non obſequendum, vide Reſcriptorum Principis, eius Vita cenſura ſubditorum 453.b

¶ Principi: Cauendum ne ſubditos ſeipſo potentiores eſſe patiatur 474.d, ei cum Optimatibus, cum plebe verò nulla conſociatio 773.b, Iniqua præcipienti an obtemperandum 297.d

¶ Principi maximè omnium fugiendum ne alterum odio, alterum gratia proſequatur 474.a, Quæ vitanda in Repub 431.b

¶ Principi regali ſtirpe genito nec ciuius alio magnũ imperiũ militiæ domi ve tribuere periculoſũ 737.c, *vbi id genus exempla qui honoribus affecti ſibi imperiũ vindicarunt*, an ei aut Populo peregrino iniuria oppreſſo aduerſus ſocios opitulari liceat 613.a,d

¶ Principem magnanimum nec bellum nec pacem petere oportet 570.c, eum necantis pœna, item conſcij 210.c

¶ in Principe flagitia exiſtimantur quæ in cæteris leuiſſima ſunt peccata 453.a, in eo iudicis partes ſuſtinere volente quæ virtutes requirantur 465.c, ¶ in eo nihil tam metuendum, quàm multa rerum abditarum cognitio cum ſcelere coniuncta 239.b, in eo Sapientia argumentum quod 238.a

Principes qui bonas artes ſunt amplexi 453.c

Principes ac ciuitates Germanorum imperij fiduciales 125.b. Iurati iis pactis cum extraneis factis quomodo teneantur 86.d, Ius ſubditis qui dixerunt 452.paſſ. Iuriſconſultorum ope vti debent 451.c

¶ Principes noui (*id eſt electi aut cõſtituti*) ſine ſumma virtute imperium difficilimè tuentur 374.a

Principes optimi qui Tyrannis ſucceſſerunt 372.b, contrà ex patribus optimis peſſimi qui filij 373.b, Scriptis conuenire à Tyberio quare introductum 456.c

Principes ſuis conuentionibus æquè ac priuati obligantur 99.d, contrà 100.a,b

inter Principes eiuſdem feudi dominos, an alter alterius ſi quid peccauerit, imperio coerceri poſſit 322.a

Principum: Beneficia etiam legitimè conceſſa ſempiterna eſſe nequeunt 165.b, Commiſerationes quæ eſſe debeant & de quibus 166.b,c

Principum Chriſtianorum dignitatis prærogatiua 145.a,b, Colloquia periculoſa 466.b, conſilium in nobilitandis & augendis ciuitatibus 59.b

Principum electorum variæ cædes 722.paſſim, Ius in prædia publica, vide Prædia, quæ iuſſa Magiſtratus & quatenus exequi debeat 289.c, de eorum Officio ius 297.b
Principu officium in ſubditos 66.a, 451. paſſim, quales fingebat Scylax eſſe debere 452.d, quales eſſe debeant 453.a, quomodo ſe inter ſubditos continere debeant vt amentur & foueantur 455
¶ in Principum litibus finiēdis, cauendum Principi ne cuiuſquam gratia vel odio commoueatur 473.a, Mutatio aut nouatio Reipub. periculoſa 709.b, 712.d, Optimorum & quidem tolerabilium raritas 454.d, Peccata quatenus fouenda 923.d, & 294.a, Peregrinorum incommoda 721.paſſim, & fol.ſeq. Plurimorum obitus, vide Obitus
Principum quædam peculiaria, ſiue ad decus ſiue ad dignitatem 172.b
Principum quorundam Aſiæ & Affricæ in Caliphas ſeu pontifices qui ſummā ſibi in eos authoritatem tribuerant, rebellio 142.a, Item Mos, quos aſpicere nemini licet 456.d, & 457.a, item quos venerari oportet ibid.
Principum rogationes de ciuibus reuocandis 65.a, b, Supplicia quædam in proximos 216.d
¶ Principibus qui artes ſimulādi & diſſimulandi didicerunt, nulla fides habēda 372.d. *contra Machiauellum,* ¶ Nulla propuguacula certiora, nullæ arces validiores, quàm ſubditorum erga eos fides ac beneuolentia 473.b, quæ Scientiæ requirantur 451.d, & 452.a
Principibus quænam à Magiſtratibus obedientia debeatur 287.a
Principibus an numiſmata corrumpere liceat 680. c, *vbi corrumpentium quorundam exempla* & fol. 681
Principatus, Monarchiæ & Ariſtocraticæ differentia. 93.a
Principatus quis dicatur 186.b, eius, Monarchiæ & Ariſtocratiæ differentia 93.a
¶ Principatus dici nequit Romę vbi duo magiſtratus nec apud Heluetios vbi plerunque tres, nec apud Geneuates vbi quatuor 186.d, Reſpub. Romanorum quando fuerit 186.a
¶ Principium quæ habuere fluxam quoq; ac diſſolubilem naturam habeant oportet 394.b, *ſicut res oriuntur, ſic aboriri oportet*
Priuati pactis ſuis an teneantur 335.a
Priuati quantum à Principe & Magiſtratibus diſtent 286.c, d, eorum Officium Principi & Magiſtratui debitum 300.a
Priuilegium quod 543.d
Priuilegia concedere cui licitum 84.d, Leges & priuilegia principum mortuorum an retineantur 85.b
Priuilegia: quædam de *liberatione damnatorum* 165. & 166. quare Renouantur in Gallia à nouis regibus 85 d, eorum ſeu beneficiorum iura 295.d, & 296.a
Priuilegiorum clauſula generalis 103.d
Proconſules, Proprætores & Proquæſtores vnde ſic dicti, & eorum ius in Rep. Rom. 265.c, eorum ac Præſidum ius idem ac Vrbanorum 104.a
Procurator Regius ſolus ex omnibus curiarum omnium iudicibus ac procuratoribus iuſiurandum Regi præſtare tenetur 159.d
à Procuratore quæ geruntur probante domino, ab ipſo domino fieri videntur 81.b
Procuratorij imperij vis 81.b
Procuratores regni qui vindicandi imperij gratia, vide Tutores
Prodigalitatis exempla, vide Neronis
¶ Prohibentis conditio in re communi potior 317.c
Prolis abundantia vnde 524.c
¶ Promiſſis ſtandum 100.a
¶ Propinquitatis ius quàm neceſſarium ad concordiam ciuium 12.c
¶ Proprietas inutilis vbi vſusfructus perpetuus 531.d
de Proponendis rebus in Senatu 253.b
Proportiones Geometricæ, Arithmeticæ, & Harmonicæ an apud Iuriſc. reperiantur 748.b, earum ratio 747.paſſim, quarum proportionum Definitiones vide ſuis locis
Propugnaculorum murorum vſus Reipub. ſeu ciuitatibus damnoſus 557. paſſim, & fol.ſeq. contrà vtilis & neceſſarius 560.c
Proſcriptionis neceſſitas in Repub. 539.a
Proſcriptionum bonorum frequentia apud Gallos, vnde eiuſdē regni regales opes locupletatæ 541.a, b
Proſcriptionis Galliæ turpitudo 556.a
Proſcriptionum frequentia apud Athenienſes & Romanos quorum Reſp. popularis
¶ in Proſcriptionibus bonorum proprietas prædiorū auitorum ſeruanda liberis aut propinquis, nec à familia diſtrahenda, vide Damnatorum bonorum
Proſcriptionis damnatorum pericula 537.d, & 538. paſſim. 540.a, c
Prouinciæ rectoris poteſtas 282.b, 283.d
Prouinciarum Præſidum ius poſt Alexandrum magnum 197
Prouocandi ius 319.d, 320.a
Prouocatio Græci cuiuſdam à rege Macedoniæ male conſulto ad eundem bene conſultum 163.d, qua prouocatione eſt vſus Ludouic. Borbonius Princeps Condæus à ſententia Franciſci ij. regis Frāc. ibid.
Prouocantium temere ad maiores curias pœna apud Gallos 759.a, & paſſim variè de eiuſdem pœnæ vario iure
Πρόβουλοι & πρόσκλητοι 244.b, c
Prouocationis verbo quid contineatur 161.c
Prouocationis lex 488, d, Corpora & ius 324.a, b, d
Proximo cuique Imperium iure ſucceſſorio quomodo debeatur, & quæ huius proximitatis ratio habeatur 331.a, b
¶ Prudentium raritas, ſtultorum multitudo 702.d
de Prudētia qua Deus beat homines in huiuſce vitæ curſu ac potiſſimum in Rerumpub. conuerſionibus 423.d, 424.d
¶ Prudentia honeſtorum & turpium, vtilium & inutilium, iuris & iniuriæ norma, & vitæ humanæ moderatrix 517 b
¶ Prudentia moribus diuerſarum gentiū dignoſcendis comparatur 517.b
Prudentia, Scientia, & Ars, tribus populorum generibus tributa 512.c
¶ Prudentia turpe ab honeſto diuidit 240.a, in Senatore quàm neceſſaria 253.a
Prudentiæ & Imprudentiæ differentia 522.d

Prudentiſſimorum imperia vbique neceſſaria 702. paſſim
Pruſias Bithyniæ rex Senatus Romani mancipium 115.d
An priuatorum detrimento Reip.ſalus ſarcienda, & quatenus 103.a
Ψηφίσματα Athenienſium,vide Plebiſcita
Ptolomæi Ægyptij tres ſceleroſi & in eos dicteria 199.d
Ptolomæi crudelitas in Pompeium 217.a, Beneficentia ratione verſionis ſacrorum librorum 646.c, eiuſdem varia beneficia ibid.
Ptolomæi errores in temporum cõſtitutione ex cœleſtium motu 402.d
Ptolomæi litigatricis exemplum 756.d
Publica quæ ſint 695.d
¶ Publica priuatis anteferenda 215.b
Publica pecunia à quæſtoribus belli cauſa numerata an eam accepto Reſpub.ferre debeat 215.b
Puellæ à riualibus dilaceratæ exẽplum cum Reipub. dilacero ſtatu à Magiſtratibus comparatum 444.d
¶ Puerorum inſtitutione nihil in Repub. vtilius 23.c
Puerorum & Fœminarum dominatio quàm miſera, vide Fœminarum
Punæ Iudorum regis Zelotypia & crudelitas in eunuchos 507.b
Pyratis an ſeruanda fides,vide Latronibus
Πυροφόροι Græci,vide Saliorum vel Neſtorij
Pythagoræorum ſtatus & conatus in conſtituendis Rebuſpub. 218.c, 345.d, Imprudentia ratione conuerſionum Popularis ſtatus in Ariſtocraticum 716.b

Q

QVadrigæ pœnæ vſus apud veteres Romanos 763.b
Quæſtorum:Ærarij quæ dignitatis prærogatiua apud Gallos 679.d, Rom.Ius in iudiciis 301.b, Generalium Franciſci maioris Francorum regis inſtitutio optima ratione publicarum vtriuſque prouinciæ pecuniarum 672.c, Parricidij ius 260.d, Poteſtas quæ 282.a
Quæſtura apud Romanos primus ad honores adipiſcendos gradus. Item Quæſtorũ varia ratio 679.b
¶ Quæſtus ſordidiſſimos amant Tyranni eorúmque ſuauiſſimos odores ſentiunt libenter,vide Tyrãni
Quiritum appellatio quando introducta 187.c,367.a

R

RAbirij perduellionis accuſatio,Labieni & Ciceronis defenſio 603.b
Racemorum vbertas apud Taurinos 518.b
Rapientium iniuſtè aliena,pœna 193.b
¶ vt Rapinis peræquatorum occurratur, cenſu opus eſt 626.d
Ratio an locis ac regionibus terminetur ſecundum Baldum 494.b
¶ Rationis in cupiditates imperium naturale omniũ maximum & antiquiſſimum 14.c
¶ Rationi tribuendum imperium,cupiditati verò obſequium ibid.
Rationalium Magiſtratuum ſtipendia, Logiſtarum in Gallia, curiarum & officialiũ numerus, & quãta inde incommoda ærario 678.b,c,& 679.paſſim
¶ in Reatu periens & integro ſtatu perire dicendus 538,c
de Reorum reſtitutione,vide de Reſtitutione
Rectoris Prouinciæ poteſtas 282.b,283.d
Recuſandorũ Magiſtratuũ ſeu Iudicum ius 433.a.b
*Reditus Sancti Petri* quis intelligatur apud Anglos 109.d, eiúſque introductio ibid. Abolitio 110.a
Redituum conſtuendorum introductio,ius,pericula 530.a
Regale Imperium harmonicis rationibus conſtitutum omniũ Imperiorum præſtãtiſſimũ 772.d,quomodo Perfectu dicetur 746 c,eius Ius quod 172.b
Regalis Monarchia quæ 189.b. eiuſdem varium genus 194.d,& 195.a
Regalis ſepulturæ mos,vide Sepulturæ Galliæ
Regalium Prædiorum aſſignatio,diuiſio & ius, vide Prædiorum
Regentium regni apud Gallos poteſtas qualis 79.c, 81.a,b
Regia:Poteſtas à Tyrannide quàm cõtrariâ 476.d,an ab arbitrio Pontificum pendeat 106.a,b, eius vſus apud Rom.ſine legibus 753.a
Regiæ maieſtatis:Ius 197.c, Stemmata regia quæ ibid.vide & Stemmata, Præcipuum argumentum 194.b,c, eiuſdem Differentia ab Imperatoria poteſtate 196.c
de Regia poteſtate communis error 148.d
Regina:Gallię damnas 165.a, Ignobili marito nubẽs, nobilitatem amittit 744.d
qui Reginas vxores duxerunt 188.b
Regionis Mediæ beneficia 510.b, 512.b, eiuſdem Populorum laus, vide Populorum: Populorum natura ad conſiderationem planetarum 500.b, & 515.c
Regiones:Ventoſæ & placidę quę, vide Placidæ
Regionum:Naturam cognoſcere quid proſit 500.b, c,503.a, ab Æquatore ad Polum diuiſio & partiũ cœleſtiũ numerus,itẽ earum Qualitates 494.c Vtriuſque poli, Aquilonis,Auſtri & Septẽtrionis &c. variæ naturę,propria & qualitates: Item populorum in iis degentium 494.& ſeq.
¶ Regnum breue nõ parcit populis 436.c, ¶ Legibus non principis arbitrio gubernandum 442.a
Regni prima diuiſio 371.b
Regni diuiſionis incommoda 735.a
qui Regni aut Imperij ſtatũ in dubio belli exitu imprudenter commiſerunt 572.a, Succeſſiui vtilitas 723.a
Regna: Lotharingię & Arelatenſium inter reges Francorum & Germanorum diuiſa 125.d, Mutabilia quę 158.c, quę Rom. Pontificum fuerunt ſubiecta 134.b Romanis hęreditario iure derelicta 105.b,Succeſſoria quando conſtituta 371.d,& 372.a
Regnorum Genera quatuor ex Ariſtotele 195.d, & 196. Iura varia 105.b, Partitio quàm periculoſa 736.b,c, quorundam partitio 188. & regum mutatio ibid. Variorum eiuſdem ætatis enumeratio 371.c, Suffragio delatorum incommoda 719.& 720.Succeſſiones antiquæ 196.a, ea Succeſſione deficiente quomodo deferantur ibid.
Regulorum vbi Gallorum ius 209.d,& 210.a
Religio authoris quę percipitur ex lib.5. 521.d, & de ea quid ſentiat 522.b

Religio

Religio Druidum, vide Druidum, Indorum vide Indorum

¶ Religio Rerumpublicarum omniũ firmiſſimũ fundamentum 482.d, *vbi varia eius vtilitas*, vide 485.b

Religionis cauſa bella & varia incõmoda apud Gallos 520.d,521.d, abiiciendæ ſeu immutandæ modus 344.d, quæ ratio habenda & huius neceſſitas 631.a, veræ conſtituendæ aut inter reliquos diiudicandæ quæ ratio 483.a,785.b, *vbi qua ratione homines ad eam perducendi*, 44.a, eius vis magna in ſedandis ſeditionibus & id genus exempla. Franciſci Soderini,Pontificis Florentini & aliorum 480.d,481.a

Religione conſtantes qui populi dicantur 511.c, pro ea facit ſumma ratio 482.d, ¶ Praua nihil in ſpeciem fallacius, vbi Deorum nomen prætenditur ſceleribus,ſubit animum timor 343.b, de ea quæ Ethnicorum ſententia 484.a, in ea Populi mutabiles qui 521.c, immutabiles 522.d

Religiones variæ 509.d,& fol.ſeq.apud Rom. 484.a

Religionum origo vnde 510.d, Varietas quam pernicioſa Rebuſpub. & quæ regiones hoc morbo afflictæ 481.b, vide & fol.ſeq.vt quidem 485.a,486.a,b, varietas apud Germanos 521.d,& 522.a, apud Turcas pacifica tamen & libera 483.d, Religionum varietas quanta in primordiis religionis Chriſtianæ 486.a, Genera varia 344

¶ de Religionibus diſputare pernicioſum 481 d, *authoris quidem non omnium ſententia*, huius varia argumenta & exempla fol.ſeq.

Religionibus falſis ſacriſue earũ an adeſſe liceat 485.c,d,& 486.a

Religioſis ſeu fratribus ſodalibus in Gallia etiamſi vitam monaſticam reliquerint, quare edicto regio vetitum hæreditatis legitimam petere 430.a

Rellus orator in conuentu Turonenſi 89.d

Repetitio rerum amiſſarum,vide Amiſſarum

Repetundarum ratio quas Reſpub. euertiſſe dicatur 386.d,& 387.a, Damnati apud Rom. pœna 387.b, 679.b, damnati Affricani duo 644.a

Repræſalia Iuriſc.quid 64,a, eorum Ius quod 171.d, eius variæ appellationes 172.a,b

Repudium maritis permiſſum 17.c,d, eius Actus legitimus apud Hebræos 18.a,b, minimè apud Romanos c, eorum Iura quando introducta & cauſæ 18.c

Res quomodo dicatur eſſe non integra 267.b,c, *vbi de hac variæ rationes variáque exempla*

Reſcripta iuris in arbitrio Magiſtratuum poſita 288.c, Status quæ & eorum ius 288.c

Reſcriptorum forenſium, ne vlla in litibus diſceptadis ratio habeatur Caroli vij. legibus cauetur 167.b, *eorum vulgaris clauſula & eiuſdem vis*, Iuriſdictionis aut ſtatus Principis varietas & varium ius 287.a, Principis quando non habenda ratio 287.d,289.& paſſim fol.ſeq.

in iiſdem Reſcriptis Principum quæ requirantur 296.d

Reſcriptis principum clauſula quã conſcribi curant curiæ 291.d

Reſpublica quid 327.d,& 328.a,b, bene Inſtituta quę 3.b,c, Beata,quæ 6.b, an ex Duabus vel tribus cõflari poſſit 183.d, diuiſio authoris ibid.& 184. triũ familiarum eſſe poteſt 10.a, Æthiopum quot prouincias habuerit 11.a. quot millibus ſecundum Ariſt. conſtare debet 10.c, Humani corporis imago 444.b

Reſpublica an collegiis & corporibus vacare poſſit 342.d,345 c,d, eodẽ Iure quo pupilli tuetur 640.d, an Geometrica proportione cõſtituatur ſecundum Platonis ſententiam 747.a, an Arithmetica ſecundum Xenophontem ibid.an vtroque modo ſecundum Ariſtotelem

¶ Reſpub.ex optimo ciuium genere conflari nequit 217.d,218.c, ¶ nulla fuit quantumuis popularis,ſeu vera ſeu hominũ opinione ficta,in qua ciues omnino iure ciuitatis exæquarentur 65.c, Popularis quæ 229.d,233.a

Reſpub. in parietibus vt nec ciuitas,conſiſtit 50.b, 422.a

Reſpub.ſine Senatu an cõſiſtere poſſit 237.b,c,¶Sine ſumma poteſtate conſiſtere nequit 10.a, quomodo interire dicatur ſaluis mœnibus ac ædificiis 366.d,369.b,398.b,

Reipub.adminiſtratio quibus committenda 604.b

Reipub, Adminiſtrandæ arcanum 494.a Ætas vrbis aut mœnium diuturnitate terminari debet 366.c, Alterationes quæ & quot 368.c, bene Conſtitutę fines non gladiis ſed iuſtitia terminantur 560.c, Cantibus mutatis,an ipſa Reſpub.mutata dicatur 411.c, Cardo ſummum Imperium 10.d, Caſus an & quomodo proſpici poſſint 424.a,b,Ciuitatis & vrbis differentia, vide in dictioni. Vrbis & ciuit. Conſtitutio 48.c, eiuſdem & ciuitatis differentia ibid. Conſilia occulta eſſe oportet 237.d, Conuerſionis genera 368.c, Curatores primum in vſu, quam Magiſtratibus aut legibus locus eſſet 259.b,c, eius & Familiæ differentia 328.b, Rom. diſtributio 229.d,230.a, Definitio 1.b, Deſcriptio 3.a,91.b,12.a,78.d,& 79.a, Diuiſio Ariſtotelica 148.b, *Polybij definitio, item D. Halicarnaſſei ſententia de eiuſdem maieſtatis capitibus*, Dominus qui plus poteſt 378.b, quæ Forma optima ex Platonis ſententia 747.a, Fundamenta quæ 23.d, Genera 369.a, ¶ Genus optimum, in quo Senatus conſilio ac Magiſtratuum imperiis ſalua quidem Maieſtate omnia gubernantur 467.b,eius ac Familiæ diſcrimen 12.a, Finis 7.c, Mutandæ cauſa 386.d

Reipub.naſcentis primordia 5.a,b

Reipub. & nauis comparatio 10.b, 241.a,b, Nomen ſanctum 1.d, Pars ſecunda 237.b, Placidæ conſeruandæ ratio 440.d, & 441.a, Romanæ initio quot ciues 10.d, Item Tyberij tempore ibid. eiuſdem ſtatus 178.d

¶ Reipub. ſalus extrema lex eſſe debet 344.d, ſtatus & harmoniæ Muſices itẽ comparatio 410.d,& 411.paſſim,ex Platone,Ariſtotele & Cicerone:Status & Imperij ratio inter ſe quomodo differant 189.a

Reipub. ſtatus quis qualiſve, & eius varia genera 174.b,c, quæ præcipua 175.a,183.d,184.a, quomodo perfectus dicatur 370.a

Reipub. ſummum imperium vna re quomodo comprehenſum 155.b Pericula ſumma 431.b, Status triplicis comparatio 710.b

¶ Reipub. verũ & firmum propugnaculum optimus princeps 557.d

¶ Reipub. vnius ciues, ſi cũ alterius Reipub. ciuibus in vnum corpus cõiungantur, ſubditi ſunt eorum cum quibus copulantur 361.b
Rempub. quæ efficiant 75.c
à Repub. arcendi peregrini, graſſatores, fures, qui Ægyptiorum nomen falſò profitentur, errantes, inertes & otioſi 537.b,c, in ea bene conſtituta quę præcipua cura 12.d, ¶ In ea cuius poteſtas ſumma eſt, huic omnia omnium imperia accepto ferenda ſunt 160.c, de ea qui Græcorum ſcripſerint 148.a,b, ¶ In ea maius aut magis nihil expetendum gloriæ ſtimulis, quibus molles puerorum animi acriùs ad virtutum honeſta ſtudia incitãtur 545.b, In ea tria potiſſimum conſideranda 3.b, de ea Sententiæ variæ, vt Platonis, Ariſtotelis, Polybij, Dionyſij Halicarnaſſei, Ciceronis, Mori, Cõtareni, Macchiauelli & aliorũ 175.b, Polybij 176.d
Reſpublicæ primum vi coaluere 46.b, quomodo rectè inſtituendæ 44.d, quæ Auguſtiores dicantur 390.a, quò Anguſtioribus finibus terminantur, eo periculoſior earum ſtatus 388.d,389.390
¶ Reſpublicæ quæ contrarios habent ſtatus, legibus inter ſe contrariis gubernandæ 175.d, Item quarum ſtatus eſt Optimatum ſcil. aut antiquiorum familiarum, quæ 222
¶ non Reſpub. ſed earundem corruptiones apellandę ciuitates, in quibus Maieſtatis iura ſunt diuiſa 184.d
Rerum: Ortus quis 414.a, Diuina præſcriptio 394.& 395. paſſim ¶ Quarum euentus rarior eſt, earum nullam legumlatoribus curam eſſe oportet 27.b,d, Priuatarum & publicarum ius diuerſum 269.c, *vbi de mandatis agitur*
Reſpub. quarum ſtatus mutabilis 383.c,d, quæ Optimatum ſtatum euerterunt vt popularem conſtituerent 383.d, quæ Minimæ 247.d, à Peregrinis euerſæ 384.a, Populares quæ Nobiles in exilium cum egiſſent, ſui ſtatus euertendi in cauſa fuerunt 380.d, Senatum habentes perpetuum 258 c, varium & mutabilem ibid.
Rerumpublicarum: Origines variæ 329.d,365.c,366.d,367.a, Origines à Tyrãnide 371.a, vide *Ni ero-d s*, Adminiſtratio quomodo ad animi facultates comparetur 512.c, Adminiſtratio varia ſecundum locorum varietates & populorum naturam accommodanda, vt ad Septentrionem, *vi & armis:* ad Auſtrum, *religione ac numinis metu:* cæteri, *æquitate & imperio rationis* 509.d,510.c,& fol. ſeq. Bene gerendarum lex prima quæ 425.c,426.d, Comparatio 184.d, Conuerſiones quomodo fieri dicantur 367.c, Conuerſionum cauſæ 371.a, 524.c, Diſcrimen 217.c,& paſſim, quæ vera Genera 234.c, Genera quot 692. *vbi quis generum ſtatus laudabilior,* Mutationes 367.d,& fol. ſeq. Fundamenta duo, *Præmium & Pœna* 542.d,
¶ Rerumpub. peſtes maximæ opes & inopia 524.d, Ortus & occaſus cõſiderationes ad rationem numerorum 417.b,418.d,419. paſſim, vide Veram authoris opinionem 423.c, Status varietas 366.a, veræ Virtutes, vide Virtutes
in Rebuſpub. bene adminiſtrandis quæ proſpiciẽda, quarum conſideratio priuatis etiam vſui maximè eſſe poteſt vt cum hominibus vitam agant 523.a,b, ¶ in iis Conſtituẽdis locorum & gentium natura inſpicienda 516.a
*Reſtitutionis* verbo quid intelligatur 167.a, Item eius varia iura ibid,
de Reſtitutione reorum fugitiuorũ in aliena imperia 526. paſſim, *vbi varia tractantur exẽpla*, vide & 227
Retractus prædiorum hæreditariorum ſeu auitorum legis diuinæ vtilitas 528.a
Reuocationis varia iura 266.d,& 267
Rex an dicendus qui imperio alterius teneatur 144.c,d, quis Primus 195.d,196.a, etiam quandoque damnatur 104.b, Ante delatum ſibi Imperium ſi filios ſuſceperit, num poſt adeptum Imperium natus rex eſſe debeat 730.c
Rex Francorum nulla Pontificum obligatione tenetur: nec quenquam præter Deum agnoſcit 139.d, 140.a,b, nec quidem regnum ibid.c, Durandi opinio contraria ſed repudiata ibid. an Legibus patriis teneatur 100.d,& ſeq.
Rex an Populi ſuffragiis creandus 195.d, Regum, qui olim dictus 147.a
Regis: Creandi qui populi ius habere dicantur 391.a, Definitio & officium 193.d, 194.a, b, c, Poteſtas quæ ibid.c,d, Ariſtotelica definitio 195.b, eius & Domini differentia 194.a, & Tyrãni 195.b, ęius cum Deo comparatio, vide Dei, ¶ Facilitas nimia periculoſior ſeueritate 205.b,c
Regis Galliæ inaugurandi mos, vide Gallia, quæ Authoritas in curias renouandas 442.d
Regis iuſſa an parem eo mortuo habeant poteſtatem quam viuo & ſpirante 268.b
Regis nomen Romanis quando & quare odioſum 200.a
Regis ſeu Reipub. cauſæ cum priuatis quomodo agantur 315.b, Officium quomodo temperandum 190.b, à Tyranno quomodo differat ibid.
Reges Apum quare aculeis careant, vide Apum
Reges Francorum maiores 25. annis eſſe iudicantur vbi agitur de illorum reſtitutione 104.c
Reges Germanorum qui vocati, vide Germanorum
Reges inuiti creati 369.d
Reges qui prudentiſſimi fuerunt 237.c
Regis officium in ſubditos & regnum conſeruandi ratio 442.b
Regis Poſtulatio ab Hebræis & qua conditione 450.d, Sacrificatiquæ authoritas apud Athenienſes & Romanos Regibus exactis 177
Regis & Tyranni comparatio 220.c,d, Diſcrimen 201.a,203.c,204.b,c
¶ Regi ſubditos dominatu ac potentia, aut imperij ſocios adiungere capitale 182.a
Regi an duplex ſit ſuffragium 178.a
¶ Regem bonum ex homine callido ac malitioſo fieri poſſe 205.c,206.d
penes Regem belli indicendi & pacis ineundę poteſtas 156.d
Rege aut principe mortuo an & quomodo nouo principi defuncti domeſticos & familiares mutare liceat 428.b,c
Reges legati Dei 147.b
Reges apud Lacedæmonios quomodo in carcerem coniiciebantur 178.a
Reges nomine tenus 177.c
Reges quare creati 450.c, Iudices primũm vocati, & vnde originem traxiſſe dicantur ibid.

Reges

Reges quales ſibi fingebat Scylax 452.d

¶ vbi Reges optantur aut creantur, ibi Maieſtatis iura regibus mortuis ad populum redeunt 268.a, in quibus regnis quod Magiſtratuum ac Reipub. curatorum ius, ibid.

qui Reges Romanos teſtamento hæredes fecerunt 646.d

vbi Reges ſucceſſione conſtituantur 718.a, vbi verò ſuffragiis ibid.b

Reges an ſuffragio potius quàm ſucceſſione optandi 717.c, ſuffragiis creare præſtabilius, quam Gynæcocratiam pati, vide Suffragiis.

qui ſuffragiis creari conſueuerant 198.c,d

Reges varij 197.b, Vaſſali qui Romanæ Eccleſiæ 119.d, 120.a

Regum appellatio varia 450.c, authoritas ſeu potius conſuetudo quæ, Ex Samuele 147.d, Electiones prius ſorte, deinde ſucceſſione proximorum confirmatæ & propagatæ 728.d, Fratrum ſine liberis decedentium prædia Gallorum more & ſtatuto fiſco vendicantur 735. c, d, qui mos etiam alibi obſeruatur 736.a,b, Ignauia ſubditis quàm pernicioſa 452.d, Initia ſecundum Ariſtotelem, Demoſthenem, Cicer. & Herod. 46. c, Iuniorum diſciplina, vide Regibus, & quæ inde incommoda Rebuſpub. Optimorum ac principum laudes 203 & 204. vbi plurium exempla propoſita habentur, Perſarum adoratio, vide Perſarum. Rom. cædes 239.a, Subſtituendorum aut mutandorum ius quibus populis 372.a

in Regibus creandis cautio 718.c, Exactis apud Rō. quis ſtatus Reipub. 185.a, Iunioribus quæ adhibenda diſciplina 710. a, Francorum quando Heluetij iura ſuæ ciuitatis dederunt 55.d, an ſerui domeſtici parſimoniæ gratia eripiendi 677.c

Rhaguſia omnium ciuitatum minima 10.b

Rhaguſiorum ius in Magiſtratibus eligendis, ſubmouendis, vel ſubrogandis 440.b, Status 222.b, 227.d, verè Ariſtocraticus cum Venetorum comparatus, ibid.

Rhemigenſium Archiepiſcoporum ius in electione aut potius conſecratione Galliæ regum. vide Galliæ reges

Rhodiorum & Athenienſium fœdus 55.d, Coloſſi ruina & reſtitutio vide Coloſſi. *vbi eorum calliditas quæ*

Rhœthi an Germanorum imperio ſubditi 77. c. d, Heluetiorũ imperiis parere coguntur, etſi cum iis fœdere ſint coniuncti: à quo fœdere cum deficere tentaſſent, ab Heluetiis mulctati 69.b,c, Hi & Heluetij quando Gallorum ſocij facti 69.b

Rhœtorum contẽtiones ratione fœderum renouandorum cum Gallorum aut Hiſpanorum regibus 710.d, quot ciuitates & eorũ Collegia & Iura 73.b

Reſpub. ab aliis Heluetiorũ quomodo differant 232.c

Damnatio Rhogienſis legionis 257.a

Rhotomagenſi Eccleſiæ beneficium conceſſum 165. d, eiúſque abrogatio. ibid. idem cum priuilegio Veſtaliũ 166.a, Romæ hodie idem Cardinaliũ ibi.

Rinconij & Fregoſij Galliç legatorum ad principem Turcarum cædes 64.d

Rhinconeti præſidis lepidum dictum in Prætorem quendam qui carius mercedem ſuam vendere voluerat. 770.c

Ripuariorum ac Langobardorum legibus ſeruata ſeruitutis antiquæ veſtigia 59.a

Ritus impij & peregrini à ciuitatibus arcendi 485.b

Roboam Iſraelytarum regis ſtultitia 660.a

*Robuſti* vnde dicti 502.d

*Robur* à *Rubore* dictum 545.b

Rogationem ad populum inconſulto Senatu ferre non licebat 257.c

Rogationis ius inter eiuſdem imperij Magiſtratus, vide Imperij eiuſdem.

¶ Roma gentium omnium patria communis à quo dicta 55.b, Imperij decus, & communis omnium patria 41.d

Roma à quibus obſeſſa & tandem ſuperata 561.d & 562.a, eiuſdem vrbis variæ captiuitates & ruinæ 399. c, Item eiuſdem horoſcopi explicatio 397.c, Laus, & eius ſtatus hodiernus quàm ab antiquo contrarius 519.a,b, Situs ſepticollis 492.a Vituperatio 698.d

Romana ciuitas verè Reſpublica 49. d, eius priuilegia aduerſus priuatos creditores ibid. & 50.a

Romanæ Reip. curationum nomina & eius diſtributio 230.a

Romanæ magnanimitatis & virtutis exempla 570 & 571. paſſ.

Romanæ Reip. primus ſtatus 230.c, 345.d, & continuatio 231. Vrbis ſtatus, primordia ac progreſſus 52. a, b, Reipub. varius ſtatus à conditore vrbis Romulo 187.c, Reipub. ſtatus quàm periculoſus exiſtimatus poſt Cannenſem cladem 424. d, ſtatus tranquillitas 467.a, varietas 370. b, & quando magis floruiſſe dicatur ibid. vno eodémque anno quatuor Imp. creati 369.d

Romani agri diuiſio Romulæa, vide Agri. Imperij tempora ad vltimum Imperatorem 420. c, ad diremptionem à Gallis factam ibid. d, ad cladem Cannenſem 421. a, eiuſdem Imperij labes 564.d,

Romani ſtatus conuerſiones 380.a

Romano Imperatori à populo tributa poteſtas 727.b

Romani in vtrumque parati 574.a, virtute ſua non vi quos ſuperauerint 571.a,

Romanorum adoleſcentes quo anno ætatis milites adſcriberentur, & à militia vacarent 573.c, Item quandiu eos militare oportebat vt ad honores admitterentur. ibid. in debellandis Græcis ſubtilitas 75. b, Cædes priuata apud Ægyptios & vniuerſa Aſia authore Mithridate 592. d, 624. d, Cenſus varius 624.b, c, Ciuium priuilegium ratione verberum & libertatis 697.c, Conſuetudo in captiuos eorúmque bona 191. b,c, Decus virtutũ omnium in fortitudine & modeſtia conſiſtens 564. b, Diſtinctio, 55. a, Edictorum clauſula 97.d, Fides 157 & 158. in aduerſis fortitudo, vide Fortitudo. Romanorum Imperium ſub Traiano maximè florens 129.d, Imperium Conſtantinopolim tranſlatum 420. c, Imperium à Gothis occupatum 420.b Natura & mores 493.c, quare diutius Lacedæmoniis in militia vacarent 499. a, Ius inter Senatum Magiſtratum & plebem 152. b, ius Regium ante leges latas 753.a, Iura familiaria ſeu gentilia nõ ferẽda 13.d, Laus 564. paſſ. Mos, vt cum Regibus ſceptra & inſignia regia largirentur 115. c, Opes ſub Traiano, quo tempore Romanum Imperium floruit. vide Ditiſſimorum.

Romanorum perfidiæ exemplum 600.b,c , Potentia quando maior. 370.d , Prudentia in aduerſis ferendis. 425.b , Reges à Latinis Imperatores creati 75.d,76.b, Senatorum variæ clientelæ fuerunt 67.a, Socij qui primi 52.b,Sociorum iura 575.c,d,horum Statum qui illuſtres ciues conſeruarunt 699.d,Victores Galli, vide Galli. Virtutes 545.b,d,546.a,587.b

Romanis Cauponariam & operoſam artem exercere olim non licitum 624.d

Romulus vrbis Romæ creator ac eiuſdem ſtatus diſpoſitor,ſcil. in patricios & plebeios 52.a, cum Ieſaia comparatus,vide Ieſaiæ regnum.quare interfectus 239.a, eius Conſtitutio,vt vnuſquiſque Senatorum plebeiorum certum numerum in ſuam clientelam ſuſciperet 66.c, eius Populi Rom. diſtributio 230.c

Romulia lex in vxores quid poteſtatis maritis tribuat 16.a,22.b,c

Roſcia lex theatralis 364.d,&365.a

Rotulorum diuerſitas 683.d

Rubicundi oris ſignum quod apud Aquilonios , vide Oris.

Rupellanorum ius ratione *defunctorum ab inteſtato* 531.b,eorum Rebellatio 341.d

Rupis Candidæ in Aquitania domini in ſuos ſeruos quod ius 41.a

Rutenorum ius gentile 13.b

S

Sabbathi benedictio 417.d, & 418.d, vbi variæ eiuſdem diei conſiderationes

Sabaudia Imperij Germanici feudum 127.d

¶ Sacri ordinis contemptus Dei contemptum affert,vide Ordinis

Sacerdotes apud Venetos quare ab omnibus dignitatibus ſummoueri putentur 354.a,eorum authoritas in legum interpretatione 758.b

Sacerdotum Iſrael cædes ex Saulis præcepto 298.a

in Sacerdotum iuſſa reſpuentes quæ pœna diuina 637.a,Præfectura quæ 284.b

Sacerdotia à quo & quando facta vænalitia vide Officia,eorum Iura ab Imper.conceſſa an valeant 226.a

¶ Sacerdotij dignitas omnibus muneribus & honoribus anteferenda 353.c

Sacrorum Interdictiones vetitæ apud Gallos 637.c, 643.b

à Sacris interdictionum cauſſæ 636.c

Sacris interdictũ Genuenſibus& Regi Philippo quare,Vide Genuenſibus

Sacramenta vnde dicta 542.a

*Sacre du Roy* quid Gall. 88.d

Sacrificium à Cæſare inſtitutum Iudæis pro ſua & Reipub.ſalute 332.b

Sacrificia hominum apud varias gentes 34.c,d,35

Salarium Vectigal an magis iuris Maieſtatis quàm reliqua 170.b, c, & qui Principes introduxerint ibid.

Salariorum iudicum & opificum harmonica proportio,vide Harmonica

Salica lex Ius gẽtium Gallorum 745.c, Francici imperij antiquiſſima & eiuſdem ius quod 268 a

Salicæ legis interpretatio 740. d,eiuſdem legis caput *de maleficiis & ſceleribus* 767.d,& 768.a

Salis fodinæ quibus locis 170.c

Salis fœdera quæ, item ſtatua Salis,vide ſuis locis.

Salis Gallici & Hiſpanici differentia & eorum quis melior 652.b

Slinarum ius publicum an priuatum 170.c

*Salinator* Liuius quare appellatus 656.c

Salomo rex Hebræorum quot vxores & liberos 9.c

¶ Salomon vixit vt amantiſſimus ſcripſit, vt capitalis fœminarum hoſtis 14.d,eius ſapientia 452.a

Saliorum Martis ſacerdotum mos in ſerendis ſeditionibus 486.c, πυρσοφόροι *id eſt igniferi Gall. Boute-feu* nuncupati

¶ Salus populi ſuprema lex Reipub. 426.d

Saluſsiarum Marchionis cauſſa iudicium extraordinarium à Franciſco rege latum contra mores Galliæ 463.b

Samiorum patrum cædes 706.b

Samnites aduerſus Romanos cur tandiu bella geſſerint 586.c

Sampetræ Corſici parricidium conſobrini & eius præmium à Senatu Genuenſi 26.d

Samuelis Prophetæ rogatio ad pópulum:item de rege inſtituendo ad Dominum 147.& 148.

Sancius magnus Aragonum rex primus 84.a, b

Sanctiones quæ 153.b,earum & Narrationum differentia 295.c

Sanedrim Hebræis quid 240.d

Sanquitinæ cladis pax quàm Galliæ regnò periculoſa 589.d

Sapientia Salomonis, vide Salomonis

Sapientum in Repub neceſſitas 237.& 238. paſſim & fol.ſeq.

Sapiens iuſti & iniuſti,veri & falſi lex 4.b

¶ Sapientem non teneri ſiderum affectione , vide Siderum.

Sapiẽtia: Hominis vnde ex Cardano,vide Cardani: Pietatem ab impietate diuidit 240.a, Virtutum prima 4.d

Sapientiæ argumentum in Principe quod 238.a,eius

Sapientiæ ac Prudentiæ nomina 241.a

¶ Sapientiæ veriſſimæ ac beatæ vitæ parens & Magiſtra Mentis agitatio,vide Mentis

Sardanapali regis libidinoſi ab Arbace deuicti regni diuiſio 371.b,eius Exitus miſer 375.d

Sardiniæ & Corſicę regnum Pontifex Rom.Aragoniæ regibus dat in feudum 119.c

Saturnus à Ioue filio quare fingatur regno pulſus, *hoc eſt Politicus,Philoſophum remouens.* 513.a,b

Saulis in Dauidem perſecutio 211.c,eius Mandatum de *interficiendis ſacerdotibus.* 298.a

Sauanarolæ orandi vis in Florentinos 489.d

Saxoniæ Duces & Palatini comites Vicarij Imperatoris 127.d,128.a

Saxonum gens peculiaria inter ſe habens ſtatuta 13. a,eorum & Heſſorum iura domeſtica 13.b

Scacarium curia vnde dicta 264.a

¶ Scelus nullum tantum eſt quod liberorum ditandorũ cauſa improbis leue non iudicetur 538.b

Sceleris cognitiones 266.a,b

Scleris perſuaſio an leuiùs puniẽda quàm ſcelus perpetratum 765.d,& fol.ſeq.

de Scelere execrabili quid ſtatuendum 21.b

¶ Scelera non ex euentu,ſed ex animi cuiuſque ſenſu metienda 765.d

Scelerum

¶ Scelerum impunitas ciuitatibus quàm exitioſa 488.b,c, frequens eorum impunitas in Populari ſtatu 697.c, Obligationes exitioſæ 473.c,d, vbi id genus exemplum Carthaginenſium
¶ Scelerum maiorum caſtigatrix cenſura, vide Cenſura. *vbi eorundem ſit dinumeratio quæ à publicis iudiciis non coercentur.*
vt Scelerati & flagitioſi dignoſci poſſint ratio 626.a
¶ Sceleratorum vltione, lex diuina vltionem diuinā arceri teſtatur 166.d
Sceleratiores populi qui ex Machiauello, vide Machiauelli error.
*Schaffæ* apud Heluetios *Curiæ* dicuntur 181.d, 703.c
*Schibolet* & *Sibolet* vocum differentia 523.d
*Schuldtheſſem* Heluetiis 221.c
¶ Scientiæ Nobilitatis cauſa 354.d, ¶ Verum à falſo diuidit 240.a
Scientiæ ab Auſtro profectæ reliquæ à mediis regionibus, copiæ verò & exercitus ab Aquilone 498.a
Scientiarum abditarum, artiúmque Mathematicarum origo vnde 510.d
Scilacis opinio de regibus Indorum quales ſibi fingebat eſſe 452.d
Scipionis laus 699.d, Item Affricani 203.d, eiuſdem & Onamadeſini Chiorum Imper. conſilia *in conſeruandis in officio popularibus ſtatibus* 380.c, Leges theatrales quàm Reipub. pernicioſe, vide Theatrales, Prudentia poſt Cannenſem cladem 424.d, Item *in ſupplicio ſumendo de exercitus ſeditione ad Sucronem* 340.d, Item in *conſeruanda Carthagine* 565.d, Reſponſum egregium Antiocho miſſum 571.d
Scipioni Affricano imperium extra ordinem tributum 265.d
Scotorum fœdera cum Francis, vide Fœdera, eorum & Pictorum bellorum cauſa, vide Pictorum, Mos ratione perduellionis damnatorum 541.c, Regis & eius exercitus cædes ab Anglis 407.a, Reges vaſſali Anglorum 110.b, Item Noruegiæ ob inſulas Orcadas c,
Scotorum in ſubſtituendo reſiſtendóque aduerſus Anglorum conatus fortitudo 498.c, tumultus ratione imperij 743.b
Scotici regni curatio abſente rege vel eo minore, vel etiam deficiente ad proximum olim deferebatur non autem hodie 82.d
Scribæ Senatus ratione negotiorum Reipub. creatio apud Gallos 674.a
Scriptis Principes conuenire eóſque reſpondere à quo introductum 456.c
*Scriptura* genus vectigalis ex paſcuis, vide Paſcuarū aut Vectigalis
Scythæ hyeme bella gerentes ac glacialia maria traiicientes contra Romanorum, Pœnorum, Græcorum & aliarum gentium morem, qui hyberna cōſtituunt 499.c
Scythæ quid ab Auſtralibus differant 506. paſſ.
Scythæ & Germani quare cæteris proceriores & robuſtiores, vide Germani.
Scythæ oculis cæſiis & flauo capillo 495.c. corporibus maioribus & robuſtioribus 496.a
Scythæ in paludibus ſæpius inſidiantes Romanos infeſtabant 499.d
Scytharum caſtratio Germanorum plurimis vſitata 506.c, Diffidentia 522.d, eorum & Auſtralium naturæ contrarietas, vide Auſtralium. Item eorum & Germanorum pudicitia vnde 5 6.d
Schytarum in liberos authoritas: item & aliarum gentium tam veteri quam nouo iure poteſtas tum in liberos cum in fœminas & ſeruos tributa 22.d ac paſſ.
Scytharum mos *in mactandis liberis*, vide in dictione Amorræorum.
Scytharum natura aquoſa vnde, 499.d
Scytharum religio & ſtudia 510.a, 513.c
Scytharum ſimplicitas & crudelitas 503. b, 504. d, 509.c
Scytharum vagantium tempore Germani nulla munita habuere 498.b
Seceſſiones ciuium omnibus Rebuſp. pericuolſæ ac potiſſimum popularibus 477. d, earum ſedandarum varij modi 478. & 479. Populares Romæ vnde ortæ & quæ 185.b, 231.a, 772.b
¶ Sectæ plures Rempub. continent, duæ verò ſtatum euertunt 486.a,b
Secula aurea 46.c
Securitatis tabulæ pontificum quomodo valere poſſint 605.c,d, qui ſeditiones populares ſedaſſe dicuntur 480.c
¶ Seditionum cauſas præcidere oportet ad conſeruationem Reipub. 431.b, quæ maior eod. fol. c, ciuilium ſedandarum modus 469. paſſ. 481.a, 487.b, Pericula 563. c, Popularium variæ cauſſæ 478. paſſim.
de Seditionibus popularibus lex Solonis, vide Solonis.
de Seditionibus ſupplicio ſumendo 340.d
Seditioſorum præcipui & capitales opprimendi vt ſupplicium quidem ad paucos, metus verò ad omnes perueniat 469.b
Sedunenſis Cardinalis ſocietas cum rege Galliarum 76.c,d
*Seigneurs*, Gallis qui 239.d
Seleuci Aſiæ regis in ſocerum iudicium 216.c
Sempronia lex *de iure prouocationis* 325.b, Item *de populi authoritate* 256.b, *de agrorum publicorum à priuatis poſſeſſorum iure* 532. d, 533.a
Senarij & Septenarij numeri conſideratio 414. c, 417.b, & d
Senatus inſtitutio 345. d, è quibus conſtituendus 241.a, definitio 237.b, eiuſdē potiſſima poſt Principem Reipub. pars ibid. vid. & 239.c, authoritas *in decernendis iudicibus quæſtionis* 266.b, eadem auctoritas in Rebuſp. quàm neceſſaria 238.b, 239. b,c, 240.d, Auctoritas in Tribunoſpleb. 319.d Poteſtas varia 249.a, 254.c, de Religione diſponens 255.a, quo Tempore cogendus 252.a, Rogandi & cogendi differentia 251.d, colligendi apud Roman. tempora 244.c, an ius facere poſſit 151.c
ab aditu Senatus cur apud Hebræos rex abſtineret 252.a
Senatus & conſiliorum iura varia 248. a, b,
Senatus & Principis ius 246.a
Senatus conſilia arcana eſſe debent 245.b,c

Senatus in Repub.cur vacare Imperio debeat 158.a, Iſraelitarum ſeu Iudæorum quot patribus conſtans,& eorum ius quod 715. c, Platonis numerus 243. d , Rom. non tanta authoritas quanta plebis ſeu eorum Tribuni 179.& 180
Senatus authóritas ſiue poteſtas non ad principem aut populum tranſferenda 466.c
in Senatum admittendi quomodo 295. d, ex legibus Gotthorum
¶ In Senatu auctoritas, imperium in magiſtratibus 256.a,b,& 158. paſſim,in eo qui ſententias rogare debet 250.d,& 251.a
de Sneatu ſiue Senatoribus conſtituendis variæ rationes ſeu varij mores 258.c,d,in Senatu quid quibúſue de rebus deliberandum 252 b,de eo Varia inſtituta ibid.paſs. & 254.a
¶ Senator in dubiis rerum exitibus Rempub. exponere debet 253.a
Senatoris Etymon 239.d,Officium 241.d, Rom.apud Tiberium veniæ imploratio 37.a
Senatores qui 239.d,240.c,d, qui Seligendi 250.c,d, an Perpetui eſſe debeant 158.b, c, quot eſſe oporteret in deliberando aut ſtatuendo 244.c,d,an ſenes tantum eligendi 240.a, à ſenatu quare iudicari voluit Adrianus 333.b
Senatorum Electio ſeu creatio 158.a, apud Rom.penes populum 180.c, genera varia 241.Propria 242. c,243.b,Loquacitas fugienda 250.a, Romanorum vſus in loquacibus mulctandis. ibid.b, de eorum Numero 243.c,& paſſim.ſeq. de Senatoribus inſtituta varia 242.c,d,243 & ſeq.
Senatoribus gladij geſtandi ius à quo ademptum 574.c,an Imperium tributum 254.c,in iis quæ requirantur 240.a,241.d,242,a,243.b 253.a
Senatuſconſultum quid 150.d
Senatuſconſultum quod Carolo v. Francorum rege abſente Procuratorium factum eſt anno 1559.Maij 28.429.a
Senatuſconſulti & auctoritatis Senatus quæ differentia 256.c
Senatuſconſulta annua contra Conani Iuriſc.opinionem 256.d
Senatuſconſultorum vis apud Rom.ex Dion. Halicarnaſs.& Varrone 151.c
Senecæ conſilium turpe 294. b, dictum *de regibus* 104.a,b, Item ſententia *de ſeptenaio numero* 414.c
Senenſes an ſui iuris 124.a
Seneſchalli in Gallia qui 305.d
Senibus ſexageſimum annum attingentibus quare apud Rom.comitiis ſuffragij ferendi gratia in Magiſtratuum electione adeſſe non liceret 434.b
¶ Seniorum ratio habẽda in honoribus deferendis & Magiſtratibus creandis 239.d,& 240.a
Sententia aduerſus Carolum VII.regem Gall.lata de cædenda ſylua vrbi Pariſiorum proxima 104.d
Sententiæ an rei eiuſdem contrariæ aut diſſimillimæ ferri poſſint,nec tamen iniuſtæ 755.d
¶ Sententiam in acta relatam mutãs pœna falſi obligatur 161.d
Sententiarum ferendarum ratio 253.c,d, Varietates quanta incommoda pariant 292.b, c,quid in iis obſeruandum ibid.d
Sententias in ſenatu qui rogare debet 250.d,& 251.a
Septembris menſis varij caſus à 405.ad 408
Septenarius numerus an perfectus 419.& 420. paſsim & fol.ſeq.
ad Septentrionem plures mares quàm fœminæ, cõtrà ad Auſtrum plures fœminæ. 507.d
Septentriones ſimplices , ſed aliarum regionum populis crudeliores 503. b , & paſsim *vbi crudelitatis varia exempla.*
Septimi anni,item ſepties ſeptimi cõſecratio ex lege Moſaica 418.d
Septimania Galliæ prouincia quæ 347.a
Sepulturæ Galliæ regum mos , vide Galliæ regum.
*Serenitatis* verbum,quibus vſitatum 152.b
Sergius Galba quomodo à ſupplicio liberatus 460.b
¶ in Sermone dignitas & pondus ſententiarũ ineſſe oportet 456.b,*vbi loquẽdi ratio obſeruatur.*¶Stulti quandiu vocem continent ſapientiſsimi iudicantur. ibid. Princeps etiã non aliter publicè quàm in tragœdia,ſi ſapit,verba faciet ibid.d
Seruia lex *de Dictatura Cæſaris*,Item *de Parricidis*,vide Lex.
Seruius Galba maieſtatis à Catone accuſatus, à populo abſolutus 164.b
Seruius Romanorum rex quare militum præſidio vſus & in populum humanus fuerit 376.d,& 377.a
Seruilia bella vnde, vide Bella.
Seruilius Priſcus intra diem octauum dictator 80.b
Serui cuiuſdam in dominum crudelitas,eius merces & ſuplicium Sylla dictatore 37.b
Serui cuiuſdam mercatoris Hiſpani Tholoſæ iter facientis liberatio 41.c
¶Serui cuiuſdam vindicta in dominum, *memorabile certè exemplum* 44.a
Seruum liberum fieri voluit lex diuina, cui à domino membrum ruptum eſſet 43.c
de Seruo hiſtrione exemplum quem Adrianus Imper.inconſulto domino liberare noluit 190.c
ſi Seruo Magiſtratus tribuatur,ſeruitus ab eius ceruice depellatur 121.d
Serui vnde dicti 33.d, 34.a, ex albo ciuium exempti 348.c, iidem an inter fructus adnumerandi d, An inter ciues,ibid. Chriſtiani facta libertatis ſpe propoſita 39.b, qui Libertate donati ad principatum peruenerunt 38.c,Mercenarij liberi 32.b,More pecudum venditi in Aſia,Africa & Europa 43. a, à Patriciis quomodo differebant 349.c, apud Rom.quibus in rebus impediebantur 38.c,Verbis potius quàm verberibus coercendi 19. a, Vaſſali ac ſubditi differentia 59.a,
Seruorum: Aſyla varia 36.d,37.a, Conditio priſtina 349. b,c, vbi & eorum ius. Diuiſio,47.d,ac famulorum multitudo familiæ nomine dicta 31. c, Genera quot 31.c,d,Inſignia ſeu notæ in fronte apud Afros & Hiſpanos 37.d, eorũ &Ingenuorum pœna varia,vide Ingenuorum. Iura apud Hebræos quæ 42.Miniſteria ſeu potius antiquæ pœnæ 35.d, Mercede conductorum & domeſticorum differentia 32.d, Multitudo Reipub. periculoſa 524.c, Multitudines vide 36.37.38.42.d, 43.44.d, Mutationes quàm familiis obnoxiæ 437.b
Seruorum quadringentorum executio 36. c, 477.b, Lacedęmoniorum 38 a

Vbi de

¶ vbi de Seruorũ ſtatu agitur ſiue in teſtamentis dominorum, ſiue in iudicijs, ſiue alijs in rebus in quibus obſcuritas ſiue ambiguitas inerit, ſemper pro libertate interpretandum 33.a
Seruis arma tractare cur non licuit 38.a, b, Connubium nullum ſed contubernium 35.d, 40.a,
Seruos cenſeri quare non permiſerunt Rom. 384.c, a crudeli dominorum imperio vindicari ac diſtrahi iubet lex 611.d, in Seruos crudelitates antiquorum 36,a,b
*Seruitium* apud Hiſpanos quid dicatur 90.b
Seruitia antiqua renouata in Europa à Luſitanis 42. d, Hiſpanorum quæ 647.a
¶ Seruitus continuam cauſam non habens aliter acquiri nequit, quam interuallo centũ annorũ 141.a an naturalis ac vtilis Reipub. & qualis dominorum in ſeruos poteſtas eſſe poſſit 32.d, & 33.an Naturæ conſentanea quæ 34.a,b, 35.b, quãdo à Chriſtianis exceptis Italis reiecta 39 d, 40.a, renouata iterum 42.d
Seruitutis & ſubditorum origo 46. b, eiuſdem Incommoda 43.b, 44.c, Commoda Reip. quæ eſſe poſſint 44.b, Indicia apud Hebræos 42.a, Primordia 33.b, Comprobatio, ibid. c,d, & 34. Tempora lege diuina conſtituta 43.d
Seruitutum lex quæ 118.d
Seſſionum dies à continuis ſeiuncti 324.b
*Seuerus* Alexander Imperator quare appellatus 552.c
Seuerus Auguſtus Pertinacis Auguſti interfectores aut coniurationis ſuſpectos capitali pœna damnauit 215.d
Seueri beneficium in Alexandrinos 55.c
Sexageſimus tertius annus ætatis hominum periculoſus 417.d
Σεισαχθείας *oneris excuſſionis ſeu liberationis* leges Solonis & Agidis quàm Rebuſpu. periculoſæ 525. paſſ. & 126.
Sfortiæ crudelitas 709.d
Sicariorum pœna & indulgentia 760.c, 765.d
Siccij Dentati oratio iactatoria aduerſus patricios 350.d
Siciliæ & Neapoleos reges Eccleſiæ Romanæ vaſſali 116.d, 117.a, Regnum fiduciariũ Pontificis Rom. 134.d
Siculi à Marco Antonio Ciues Romani facti 55.b
¶ Siderum affectione ac poteſtate non teneri ſapientem 424.a
Sigillo regio ceram accommodantium ius in Gallia 303.d
Sigiſmundus Cæſar, quomodo Lutetiæ ſedem regiã occuparit 129.b
Sigiſmundi Auguſti Poloniæ regis patrocinij infidelitas in Liflandos 583.a
Sigiſmundi in propagando imperio cupiditas 12).d
Signorum cœleſtium ſedibus mutatis, an cœleſtium orbium vis & natura mutetur 403.b, Diuiſio fantaſticarum quorundam 402.a
Sigonius Gruchio *de imperio* contrarius 264.a, eiuſdem Error in definitione Magiſtratus 260.d
Similitudinis & Æqualitatis differentia ſecundum Geometriam & Arithmeticam, vide Æqualitatis
Sinami Baſſæ victoria 43.a
Singulorum & vniuerſorum diuerſa ratio in definiendo 260.a
Socialis belli origõ 586.c
Socialẽ exercitum vnius gentis & linguę an plurium habere vtilius 575.d
Sociarum ciuitatum ius commune 76.a
ſi Socij patrem fratrémve fœderibus non comprehenſos quis violauerit, num fides rupta videbitur 614.
¶ Socium quis violans maieſtatis pœna obligatur, non tamen ſi peregrinum 613.a
Socij quoties inter ſe diſcrepant, ad communes ſocios arbitrium defertur 74.b
Socij ſociorum an ſocij 69.a,b
Sociorum fœdifragorum exempla 586. paſſ. Imperij diſſidentium conciliandi modus à quibus petendus 591.b, Ius inæquale ſocietatis exitiũ 575. paſſ. Ius ſæpe diuerſum 65.c
ex tribus Sociis inter ſe fœderatis ſi vnus alterius opem imploret contra vim à tertio illatam, nunquando opitulari liceat 614.b
Societas æqui fœderis 70.b, Arctiſſima quæ 579.c, d, Item quæ ſanctior ibid. Perpetua omnium firmior 69.d
Societatis ciuilis principium familia 328.a
Societatis definitio 70.d, Humanæ gubernatio ab imperandi aut parendi poteſtate pendet 14.b, Repentinæ & occultæ exempla 593.a,b
in Societate & omni cœtu, ſi quid ad omnes ſeorſum à communione pertinet, id ſingulorum aſſenſione ac voluntate fieri oportet 334 d
Societates ciuium Tyrãnis contrariæ regibus vtiles 345.d, & 346.a,b, Hominum vnde quæſitæ 329.b, earum neceſſitas & vtilitas eod.f. & 330. Variæ vid. 74.75. & ſeq. ac toto dicto cap.7
Societatum ciuilium quæ firmior, vide Ciuilium.
Societatum cautiones, vide Fœderum
¶ Societatum ciuilium origines à familia, quæ ipſa naturalis eſt ſocietas, ab ipſo naturæ parente fundata 328.a, genera varia 579.c. d, & fol. ſeq. Imperij commoda 588.a,b, 590. b, in iis quæ cautio adhibenda ibid. Variæ cautiones 592.b
in Societatibus aut fœderibus imperij ineundis eligendus neuter qui eorum arbiter ſit futurus 592.b
in Societatibus Imperiorum neutralitatem ſequi commoditas 587. d, 589.a, 590.c, & ſeq. incommoditas 588.a, in hac neutralitate quæ cautio adhibenda eod.d, & 591.b
Socratis & Platonis Reipub: differentia 183.b,c
Sodalitia Bacchantium deteſtanda 343.a
Sodalitiorum origo 329.a, b; Ius 329.d, Inſtitutor 345.d
Soderini Principis Veneti ſtatutum *de Senatu Veneto ſeu eiuſdem Senatoribus* 258.c,d
Sodomorum euerſionis exemplum 393.b
Sophoclis ſententia de diis 394.c
Sophus primus Perſarum rex qua ratione regnum adeptus 489.d
Sol Luna quanto maior 138. d, Sabbathis ſingulis apparens 418. d, eius calor vehementior in lapidibus quàm in terra, in aqua quàm in aere 496.c, eius & Lunæ neceſſitas ad mundi conſeruationẽ 7. b,c,
¶ Solem orientem liberiùs quàm occidentem intuentur ſubditi 198.c
Soldurij & deuoti apud Cæſarem qui dicantur 67.d

*Solenni* verbo quid intelligendum 156.d
Solidi diuerſa ratio:& eius etymon 687.b
Solomonis ſententia *de matutinis Principum comeſſationibus* 252.a,b
Solon in legibus Athenienſibus preſcribendis quomodo præfectus 236 a, eius conſideratio ratione *iuriſiurandi Athenienſium* 427.a, eius leges *de alēdis liberis eorum qui pro patria occubuiſſent* 555.c, Item *de ciuium ordinibus*, vide Ciuium. Item *de creatione Senatorum* 243.c, Item *de ciuibus Athenięſibus* 56.c, Item *de cōſtitutione Senatus* 258.d, & 259.a, Item *de factionibus popularibus ſeu ſeditionibus an ſeruanda* 486.b, Item *de Homicidio Tyranni* 207.d, Item *de Magiſtratu ebrio* 310.d, eius Reſponſum de parricidis 21.a,b
Sortis commoda 728.c, eiuſdem & delectus differētia 285.c
*Sorte* Electiones fieri an melius quàm ſuffragiis 728.c, quomodo creentur Magiſtratus 285.c
Sortilegiorum probandorum ratio apud Germanos 500.a
Spartacus ſeruorum ſexagintorum millium manu Romanorum tres exercitus fregit. 37.c
Spartaci quot millium ſeruorū inſtructa acies 445.d
Spartiatarum authoritas apud Lacedæmonios 524.b, eorum quæ ratio agrorum, vide Agrorum: in Cōuiuando conſuetudo 12.b, quæ Mercatura 359.a
Specierum abundantia vnde 650.c,d
Speculatorum vtilitas & neceſſitas 648.c
Spinolæ perfidiæ exemplum crudeliſſimum 600.d
¶Spolia de hoſtibus relata ærarium augent 643.b,c
Sponſio in fœderibus quæ & quid à fœdere differat 578.c,d, eiuſdem & fœderis differentia, vide Fœderis
Spuriorum dignoſcendorum à legitimis, Germanorum mos ,500.a
Status liberorum, cōditio & ordo apud veteres 349.d
*Statua ſalis* quare dicta vxor Loti 615.b
Statuas diuorum quis deiecerit in Oriente 131.c
Status ciuium dignoſcendi modus 625.d
Statuaria & Pictura artes nobiles, vide Pictura
Statuta tempora quæ dicta Iuriſc. 324.c
Stellarum numerus 399.d, Superiorum concurſus effectus notabiles 403.d, & 404. earum & ſiderum congreſſus vis 409.a. & eius effectorum exempla. paſſim eod. fol.
Stemmata Regiæ Maieſtatis quæ 197.c, 226,b
Stemmata quorundam principum 146.d, & 147.a
Semmatum & inſignium ius diuerſum 352.c
Stephanus Caſtulonum Rex in Hiſpania ius Romanorum edoceri prohibens: contrà Alphonſus, x. Rex 101.d
cur Stephanus Valechiæ præſes à Regibus Poloniæ defecit 115.b
Sterilitatis loci commoditas 517.d, & 518. vbi & loca ſterilia proferuntur
Stigmatiæ qui 38.a
Studia hominum 5.
Stultorum multitudo, vide Prudentium
¶Stuprum Sponſi in Sponſa iure ciuili ac canonico capitale 15.a
de Stupro violento vindicando Platonis ſententia, vid. Platonis.
¶Subditus alieni poteſtati cliens alterius ſine ſui principis aſſentione fieri non poteſt 68.c, an duorum dominorum eſſe poſſit. 57.a.d
Subditi & Vaſſali differentia 611.a
¶Subditi fidem principi aut obſequiū præſtare iuſſi procuratorum miniſterio vti nequeunt 450.d
Subditi plerique in variis Imperiorum ſiue dominatuum finibus libertatem ſibi ſæpius præſcriptione vindicarunt ob dominorum ius diuerſum 57.b,c
Subditi qui dicantur 109.b, & quid à vaſſalis differant, ibid. an fœdera ſecum ipſis & cum exteris, ſine ſui principis venia inire poſſint 77.d
¶Subditorum cōſuetudo cum Principe maieſtatem plurimùm minuit, & eius contemptum parit, quē ſequitur contumacia & à Principe defectio 455.a, Diſtractio à fide & obedientia Principum ſuorum vt alienis Imperiis pareant, quàm periculoſa 587.c,d, Diuiſio, in naturales & aſſumptos, & horum ſubdiuiſio 47.b,c, Ius quàm ſæpe confuſum 57.b
¶Subditos cogere, vt imperātis lingua aut ſermone vtantur, iuris maieſtatis 177.c
¶Subditos obligandi poteſtas nullis regionibus definita 65.a
Subſtitutionis ratio inter filios & nepotes 733.b
Subulam pati, *id eſt Seruitutem ſeruire* 42.a
¶Succeſſionis: Ius ad proximum quenque primogenitū maſculum referendum 728.d, eiuſdem Ius ex Lycurgo 533.b, quale apud Germanos ibid.d, Regiæ ratio, ratione conſobrinorum 733.d, Regiæ ratio deficientibus agnatis eiuſdem nominis ac gētis 740.d, *vbi an Nepos filiæ ſit præferendus amitis ſeu eius matris ſororibus, oſtenditur*, eiuſdem Succeſſionis Regiæ alia ratio, Regnante auo an filius primogenitus relicto nepote moriatur, num fratri proximo, an verò nepoti remotiori vno gradu Regnum debeatur 731.b, *vbi paßim & fol. ſeq. varia citantur exempla. Pro nepote* 732.d, *pro patruis* 733.a,b, alia Ratio, ſi Rex ante delatum ſibi imperium filios habuerit, vtrum eorum primogenito, an verò eorum qui imperio adepto nati ſunt 730.c
Suecorum: Rex Henricus quare regno exutus 375.c, eorum & Gothorū regis vnà cum Marchione Aſſembergo, ducibus, Brunſuicho, & Clinienſi, principe Auraſio, comite Acumitano, ac plerisque Germanorum ciuitatibus fœdus 78.a,b, Imperij ſtatus 184.d, eiuſdem regis captiuitas ibid. Imperium Goſtauo quomodo adeptum vide Goſtauus
Sueſſionenſis pacis conditio 117.b
Sueuica ſocietas quæ 78.c
Sueuorum regionis natura quæ 496.a
Suffetarum ius apud Carthaginenſes 378.b
Suffragij ferēdi diuerſa ratio 230.b, & paſſim ſeq. fol.
Suffragia Athenienſium occulta 250.a
Suffragiorū ferendorū diuerſitas Athenorū & Romanorū 47.d, *Veneti Athenorum cōſuetudinem ſequuti*, eorum ratio in collegiis 336. paſſim, apud Rom. & vbi Magiſtratus creādi gratia comitia haberētur, ratio ad numerum non ad pondus 705.b,c, ferendorum varium inſtitutum 251. paſſim 252.
¶Suffragiis electiones fieri periculoſum 727.d, & fol. ſeq. Reges creare vtilius quàm Gynęcocratiā pati 741.a
Suitenſes vnde dicti Heluetij 74.c

Suitenſium: Ciuitatis ſtatus 247.d, Reſpublica ſociarum minima 10.d
Sulimani Turcarũ regis crudelitas in filios 714.a,b
Sullæ, vide Syllæ.
*Sultanus* apud Turcas quid ſignificat 190.d
Sultanorum Ægyptiorum cædes 722.d
¶ *Summus* dicitur, qui nullius imperio tenetur, ceteroſque ciues corcere poteſt. 187.b
Summus princeps quis 149.d
¶ Summi principis lex régia 82.b
*Summi magiſtratus & ſummi principis* differentia 81.a. & ſeq. fol.
Sumptuariæ leges Romanorum quæ 760.b
¶ Superioris maieſtas in omnibus fœderibus excipitur 76.d, vt Imperialis 78.c
Superſtitio an Impietate tolerabilior 485.d
Supplicatio ad iura maieſtatis an pertineat 161.c
¶ Supplicia acerbiora quo diutius impendere videtur 464.d, apud Hebræos quæ 762.c, Parricidarum varia 21. & 22, an pro Religione irroganda 485.b,c
Suppliciorum crudelium varia inuenta 504.a
Genera Græcis & Romanis vſitata 504.d
Supreſsionis ius 268.c
Suſpendij ſupplicium grauiſsimum & ignominioſiſsimum 762.b,c
vnde Sybaritarum deliciæ 518.c
Syllę bellum ciuile & eiuſdem quæ cauſa 434.c, crudelitas & tyrannis 266.a, eiuſdem & Marij crudelitas 699. b, crudelitatis exemplum 339.b, in annos LXXX. Dictator Ro. dictus, quarto poſt anno q̃ Dictator factus eſt, abdicauit dictaturã 80.b, Immanitas 37.b, Conſtitutio ratione publicorum iudiciorum 466.b, Dictatura 208.368.a
Συμπάθεια Græcorum quæ 446.d
Sympoſiarchæ hoſpitum quæ habenda ratio 749.d
*Syndici* vox Gręca, & qui dicantur hoc nomine apud Gallos & Italos 441.a
Syracuſarum regis Romanorum ſocij fidelis prudentia 425.a
Syracuſanorum ſtatus popularis in optimatum conuerſio 379.d
Syri in ſeruiendo fideles & voluntarij, contrà certæ libertatis amantes 42.b

T

TAbellarum in iudiciis ferendis ratio 301.a
Taciti locus *de Galba imperatore.* 263.b, Item *de Germanorum matrimonijs* 503.b,c,506.c
Talentorum diuerſa ratio apud Theologos 676.b
Talionis legis ratio & eius explicatio 768.a, paſsim
Tamerlanes Tyrannorum caſtigator 209.a,b
Tarentinorum ſtatus popularis 700.b
Tarij Senatoris in filium parricidam quæſtio 24.b
Tarpeia lex *de Magiſtratuum auctoritate* 275.b
Tarquinij Priſci laudata magnificentia 466.a, authoritas in Hetruſcos qualis 186.c
Tarquinij ſuperbi inſtituta Numæ inſtitutis contraria 345.d
Taraconenſe regnum hæreditarium 87.c
Tartari & Æthiopes ſine vrbibus mœnibus munitis, ſinéque arcibus viuentes 557.a
Tartari: vnde Oriundi & eorũ mos in manumittendis ſeruis 45. quando mœnibus vti cœperunt 562. c, eorum Rex primus Changius 198. d, Regis electio 83.a
Taruntij Firmiani Aſtrologi error 97.d
Tauri montis vbertas 518.b
Teleſiorum regni mutatio ſeu alteratio 369.c
Teleſſæ vrbis munitiſſimæ excidium 559.a
Templi Hieroſolimitani tempus & eius ruina 419. d, & 420.a
Templorum multitudo in vrbe Feſſa Affricæ, & eorum varij reditus 511.c
Templariorum depulſionis cauſa 532. a, Religioſorum collegia in Gallia conceſſa & poſt ſublata 345.c
¶ Temporis diuturnitas efficere poteſt, vt quod pernicioſo more & exemplo inueterauit, potentius ipſa lege dominetur 170.a
Temporum antiquitatum varia mendacia 402. paſſim. eorum & Aſtrorum varia conſideratio ex variis gentibus in varijs rerum humanarum conſtitutionibus 396. paſſim eorundem enumerandorum Conſtantini magni conſtitutio 407.c
Terentij Varronis Conſulis Rom. imprudentia poſt Cannenſem cladem 424.d, *contrà Scipionis prudentia & Senatus.*
Termei Tribuni militum exemplum 269.d
Terra corpus ſimplex & homogeneum 400.a
Terrarum motus ingentes 406.c
Teſtamento prædia legare Athenienſibus non licitum, vide Prædia
Taſtamentaria lex inæqualitatis origo 533.a, eiuſdẽ legis vis, ibid.c
Teſtator an ſuo teſtamento teneatur 335.a
Teſtem agere quando Princeps aut Magiſtratus poſſit 757.c
Theatini Põtificis Maximi calamitatis cauſa 589.d
Theatralium ludorum pericula & de iis varia iudicia 632. paſſim
Theatrales leges quàm Reipub. Rom. pernicioſæ 750.a
Theatrorum capacitas & ordinum in iis ratio 364.c d, hiſtrionum definitio 631.d
Thebanorum & Athenienſium naturæ diuerſitas, vide Athenienſium. Lex *in conſeruatione popularis ſtatus* 378.c, eorum Reipub. interitus 369.b, Status popularis in optimatum conuerſio 379.d
Themidis filiæ tres, ad tres proportiones accommodatæ 777.b
Themiſtoclis Athenienſium ducis oratio ad Adrianos *ratione tributi exigendi & eorum Reſponſio* 660. c, eiuſdem oraculum de Athenienſibus 50.a, Repulſio ab aditu Perſarum regis 190. a, b, Sacrificium hominum 34.d
Theobaldus Blœſenſium comes procurator regni Galliæ 81.b, eiuſdem Benignitas in ſeruos 40.b
Theodora Iuſtiniani Imperatoris vxor imperij faſces marito ſuſtulit, ac pœnam capit. adulterij abrogandam curauit 17.a
Theodorici imperat. clementia penes religionem 485.a Oratio in laudem Traiani Imp. 93.d
Theodoſia lex *de Principum iuſsis* 290.b
Theodoſiæ Iuſtiniani Imp. lex iniqua *fauore fœminarum* 535.a
Theodoſiæ legis *Sine fraude*, verba quomodo intelligenda 215.a
Theodoſij crudelitas 290.b, Imperatoris pruden-

ria in Arrianos 483.c, Magni crudelitatis exēplum in Theſſalonicēſes 339.b
Theologia Iouialis triplex, vide Iouialis
Theophilus Imp. de interfectoribus Leonis Imp. ſupplicium quomodo ſumpſerit 215.d
Theramenis exemplum qui in ſeditione ciuili neutras partes ſequutus vnà conciliati in ipſum furorem conuerterunt ciues 478.a
Theſaurorum: Incommoda 675.d, & 676.a, Publicorum variæ depoſitiones conſeruandi gratia 675.c,d, Theſei nauis quomodo tam diuturna 10.a
Tholoſatum Præſidis ſupplicium, vide Præſidis
Thomas Morus Anglorum cancellarius 110.a, eiuſdē legis iniquitas de numero liberorum 527.a
Thomæ Imperatoris cædes 344.a
Thraciæ regnum à Gallis conditum 570.a
Thracū pietas in comedendis parētibus ſenibus 34.d
Thraſibuli Amneſtias legis promulgatio Athenis poſt fuſos tyrannos, & Romæ occiſo Cæſare 103.c
Thraſibulus quare Maieſtatis accuſatus 255.a
Tiberius Imp. Romanis quicquid libertatis ab Auguſto relictū fuerat, ademit 52.b, ſimulationis artifex optimus & eius in voluptatibus ſtudiū 456.a, Reſponſum lepidum ratione mutationis Magiſtratuum 436.c
Tibulli Prætoris facinus 266.b
Tietmarſorum ſtatus liber 227.b,c
Tigurinorum & Bernatum ſtatus ſtabiliores aliis 234.d, ſtatus antiquus 227.c
Titij cuiuſdam loci reprobatio authoris 172.c
*Timar* Turcis quid 107. Item Timariotæ qui ibid.
*Timaria* Turcarum quæ Gallis *Payes mortes* 577.c
*Timariotæ* apud Turcas qui 190.d. & 191.a
Tintinabulorum prohibitio quàm vtilis 487.b
Toga candida ſeruis quale ſignum 40.d
¶Toni vis ac poteſtas æquè eſt infinita partitione vt dimenſio quælibet 410.c,d
Tonſuræ capillorum apud Gallos hiſtoria, vide Gallorum
Torquati: Abdicatio à patre, ac eius mors 20.d, Cęcitas excuſata in tribuendo Conſulatu 443.c, eius Filij aduerſus Pomponium Tribunumpleb. exemplum patriæ poteſtatis & iuriſiurandi 22.d, 23.a
Traianus Auguſtus ſtans & erectus quare ante Cōſulem ſedentem iurauit in leges 93.a, eius bonitas, ibid. c.
Traiani laus 204, 290.c, eius tēpore Romanorū potētia maior 370. d, eiuſdem Imperatoris Magnificentia 676.c, eiuſdem Neronis comparatio 239.b, Victorię in Germania aduerſus Decebalū Regem Dacorū, & pontis extructio ſupra Danubiū: eiuſdémque pontis diruptio imperāte Adriano 498.b
Transfugæ pœna apud Rom. 64.d
Tremolli ducis Franci ſpontio rata habita à Ludouico xii. Rege Francorum 158.a
Trepidationis motus cæleſtis à Regiomontano demonſtratus 403.a, eius ratio 405.c
Treſuiri apud Venetos & eorum munus, vide apud Venetos
Triarchiæ ſtatus firmior Duarchiæ 187.d, 188.c,d
Tribunatus ratio apud Rom. penes plebeios 773.c. 774.b
Tribuniplebis Rom. authoritas 179.d
Tribuniplebis ſtupratoris violenti iudiciū à Triumviro capitali latum 310.a
vnius Tribunipleb. interceſſio Magiſtratuum omniū & collegarum actiones prohibere poterat 318.b
Tribuni militares a conſulibus creati 150.a
Tribunorum creandorum cauſa 262.d, eorum auctoritas 297.c, Militū ius in Gallia an hæreditariū 304.a, eorundem creatio & munus 271.d, & 272.a, 280.d
Tribunorum plebis Inſtitutio apud Rom. rogatione Iunia 79.d, eorum poteſtas ibid. authoritas 317.d, 318. paſſim. & 319.c, Creatio 231.a, Mos in approbādo vel improbādo, & eiuſdē formula 256.b, & eorū auctoritas ibid. & fol. ſeq. 257, Poteſtas quæ 280.a, 281.a, paſſim, Petulantia 319.c,d
Tributarij qui vocentur 143.a,
Tributum temerarium quod 534.d, & 656.a
Tributi exigendi fœneratoris cuiuſdam improba & erronea excogitatio 663. & 664.a, Item & Hieronimi Laſci alia excogitatio eod. d.
Tributi exigēdi ratio ab Antonino Pio excogitata, itē ab Alexandro & Auguſto Imp. vide Antonini
Tributi & Penſionis differentia 648.a
Tributi Talionis impoſitio facta ab Henrico II. Galliarum rege militum ſoluendorum gratia 669. d
Ttibuta imperare cuius iuris 169.b, Nulla in Gallia ante Ludouicum IX. ibid. de iiſdem varia ſtatuta. ibid. & 170. Immunitates eorum. ibid. Pendere an ſacer ordo & Nobilitas debeat 660.d, & 661.a, vt æquari poſſint modus 626.a, Nō niſi neceſſaria ac vrgente periculo Reip. imponenda, nec poſtea impoſita continuanda, vt variis exemplis patet 656. paſſim & 657.c. *vbi quæ in ijs habēda & an Princeps eadem imperare & quomodo poſſit, explicatur*, Temeraria nec apud Anglos aut Hiſpanos imperari à regibus poſſunt 90.d, niſi populi conſenſu, vt fit plerunque 91.
Tributorum imponendorum apud Gallos introductio 655.d
Tributorum: Origo, item ordinariorum & caducorum differentia 655.a, eorum authorum varia ſupplicia 657.a, Imperatorum ex ordinum decreto nō in fiſcum Imperatoris eorum pecuniæ coguntur, ſed in vrbes delectas ab ordinibus inferuntur 224.d. & 225.a, quæ ratio habenda 663.d ſordidorum ratio 655.a,b, Monarchiæ & Popularis ſtatus differētia 660.a.b, Ratio apud Gallos 661.a, Extraordinariorum minuendorum aut tollendorum ineunte principatu vtilitas 660.a, Imponendorū belli tēpore quare vitāda ratio 654.b, Diminutio facta in comitiis Aureliorum ſub initia regni Caroli viij. & ix. 677.a
Tricaſſium fœdus quod 121.c
Tricipitiū apud Romanos quod 188.d, fœdus Rom. Reipub. obnoxium & eiuſdem fœderis diſſolutio, 449.9
Trinundinum in ferendis ligibus ſtatutum ſpatium, 154.d
Tripolitanorum in regibus creandis ratio 369.d
Triumphi ob victorias quomodo apud Rom. tribuerentur 544.b,d, & fol. ſeq.
Triumuiratus Romanorum 188.d.
Triumuiri capitalis Rom. ius ſeu poteſtas 283.d, & 284.a, 301.b
Sub Tropico ſiti, quare magis à calore vrgeantur, quam

quàm qui ſub Æquatore 500.d, ſub eodem Tropico quare tellus, aquæ & lapides vrant vehemétiùs quàm verſus Aquilones 496.c
Tryphonis perfidia & crudelitas 601.d
Tuberonis familia pro Repub.habita 10.c
¶Turcæ: ex omnibus ferè populis veram nobilitatē virtute,non generis antiquitate metiuntur 43.b, Debitoribus non dant ceſſionis beneficium 44.c
Turcarum mos ratione *Magiſtratuum Ærarij*,vide Ærarij Gallici, Item in deuictorum principibus & nobilibus occidendis 385.c, eorum Humanitas & liberalitas in Chriſtianos potiſſimùm calogerontas i.*ſenioribus ſacrificulis. Gall. Beaux peres* 483.d,in *Vectigalibus* quæ ratio 651.d
Turcarum principis iactantia 146.d
Turcarum:Licentia ratione *variarum religionum* 483.d,de eorum Senatus ſtatu 143.a,146.a, Ortus victoriæ & Imperij propagationes 498.c,d, Inſtitutum ratione *ærarij conſtituendi ex deuictis* 645.a, Regis Sulimani crudelitas,vide Sulimani,Humanitas 190.d
Turcarum Ærarium,vide Ærarium,*vbi & quæ eorum Imperij magnitudo fuerit conijcere licet*, Fœderati qui 146.d,Milites prætoriani an ſerui habēdi 43.b
Turcarum Magiſtratuum ſeu munerum varia genera 327.b
apud Turcas quæ Nobilitatis ratio 357.a,& vide ſup. in voce Turcæ
*Turnella* curia apud Pariſienſes vnde ſic vocata, & ius eius 461.a
¶Turpe nihil videri poteſt quod cum Reipub.ſalute coniunctum ſit 570.b
Tutela nepotum patruis commiſſa 733. Ius ratione libertinorum paternorum 733.c
Tutores regni, qui vindicādi imperij gratia pupillos occiderunt 709.d
Tutores,tutricéſque regni 165.c
Tutorum dandorum ius quibus competeret in Repub.Rom. 319.a
Tyberius Auguſti ſucceſſor anteceſſorum priuilegia quomodo confirmarit 85.d
Tyberij ac reliquorum Imperatorum Rom.poſt Auguſtum tyrannis 186.d,& 187.a,eiuſdem dictum in crudelem exactorem Ægypti præfectum 289.c,d, Imperij initia dulcia,exitus crudeles 372.c, eiuſdē & Herodis in regnando comparatio 372.c, dictum de Iuriſdictione Magiſtratuū,non mutanda nec ad ſe pertrahenda 458.d, eiuſdem Diuitiæ ex proſcriptionibus partæ:item ipſius nepotum 540.a
Typographiæ artis Nobilitas, neceſſitas & eiuſdem vtilitas 362.d
Tyrannicidæ qui 375.d,& fol.ſeq.
Tyrannicæ ſeruitutis liberationes variæ 209.a
Tyrannicidarum præmia 375.c
Tyrannis quæ, 189.c,199.b, Regiæ poteſtati cōtraria 376.d,vox olim ſplendida 198.b
Tyrannidis vitādæ gratia in popularibus & optimatum Imperiis quid conſtituendum 378.b, eius Appellatione quid veniat 193.a
Tyrannides quomodo in popularem ſtatum ſæpius conuertantur 381.a, & eius varia exempla ibid.b
Tyrannidum euertendarum ſeu conuertendarum quæ præcipuæ cauſæ ſeu præcipua vitia 374.c.
Tyrannus quis dicatur 190.b,c,quis vulgò nuncupatus 208.d,213.a
*Tyranni* vocis ignorantia periculoſa 207.a
Tyranni & regis comparatio & diſcrimē,vid.Regis. eius nomē quare odioſum 200.a, Definitio 207.a
Tyranni Siciliæ cædes ſuorumque omnium 214.a,b
Tyrannum an occidere liceat 207.a,b,& hinc varias quæſtiones vide paſſim dicto cap. vt 208.a,d, 209.b,210.a,212.b,213.b
Homicidæ Tyranni præmia 207.b
Tyranni triginta Athenis à Lyſandro inſtituti 177.b, ¶Ciuium ſanguine ſua madefaciūt cæmenta 672.a,Imperatores qui crudeliores 540.b,Quæſtus cupidiſſimi 655.a,b, eorum qui maximè crudeles, vid.Crudeles
Tyranni an Maieſtas eſſe dicatur 81.d
Tyrannorum arcanum ratione tributorum imponendorum 654.b,qui maximè crudeles 375.b
¶Tyrannorum ſucceſſores, ad ea quæ iuſtè promiſerint fecerintve, rectè obligantur 214.d, Imperia, quomodo in iuſtam ſucceſſionem deuoluantur 208.b,Interfectores 209.a,Mos in ſui ipſius tutela 438.c,eorum ſtudia in *ſuſcitandis inimicitiis inter potentiores* 473.b,c,Conſultores 203.b,Miſerrima vita 203.a,c,Spongiæ 213.d.214.a,& eorum varia ſupplicia.ibid.Furiæ,213.c,qui magis ferendi 205.b
Tyrannorum ſtatu familiæ antiquæ, nobiles & potentes maximè contrariæ, optimatum verò neceſſariæ 534.b
Tyrannorū cędes varię&grauia ſupplicia 202.b,193.b
¶Tyrannorum acta legitima, item hoſtium Reipub. rata eſſe oportet 215.c
¶Tyrannorum periculoſiora vitia,auaritia ſcil. libido ſeu voluptas & crudelitas 374.c
Tyrannorum ſucceſſores optimi 372.b, contra Cambyſes,Cyro 373.b
Tyrannorum quorundam ſupplicia 214.a
Tyrannorum varia nomina & quomodo Tyrannidē adepti ſint 434.d, varia iudicia 207.d
¶Tyrannorum decretis nihil efficacius ad ſubditorū animos frangendos crudelitate 43.c.d
Tyrannis: an Bella ciuilia vtilia 468.c.d, Societates ciuium quàm ingratæ 345.d,& 346.a
de Tyrannis Ciceronis dicta 214.b

V

VAcantium bonorum aut derelictorum ius quibus competat 171.b,Item tempora intra quæ repeti aut vſurpari queant. ibid.
Valentis edictum de otioſis, mēdicis & vagantibus, Item de iis qui ſolitudines & deſerta quærebant, ſubiecta pœna 39.d
Valentis Imp.cædes 521.c
Valentia Colonia Romanorum,vid. Coloniæ Rom.
Valeria lex *de homicidio Tyranni* 207.c,cui contrariatur Solonis d,de *Dictatura Syllæ* 208.a,eiuſdem legis vtilitas 295.d, *de priuilegiis & largitionibus*
Valerius Florentinorum dux cur damnatus 160.d
Valeſiorum & Heluetiorum fœdus 56.a
Vandalorum ius ratione ſucceſſionis regiæ 731.d, ciuitatum ſocietas quæ 78.c
Varronis dictum *de potentiorum tyrannide* 608.a, Item *de fœlicitate humana ſententia* 4.c,7.a

Aurei Vaſa ſine iactura non fieri 682.a, Argentum ſemper iis immiſceri ibid.
Vaſſalus quid à ſubdito differat 109.b,c
Vaſſalus ligius an plurium eſſe poſſit 118.a
an Vaſſalus & ſubditus idem quomodo iuſiurādum præſtet 114.d, quid domino præſtare teneatur 67.c, Patroni cauſa etiam aduerſus parentes, & liberos arma capere tenetur 111.b
Vaſſalus patroni obſequium, nec viciſſim patronus Vaſſali clientelam ſine iuſta cauſſa mutuoque cōſenſu eiurare poteſt 59.b, Plures habens filios, vnuſquiſque fidem petente patrono præſtare cogitur 115.a, Siue rex, ſiue Pontifex, ſiue quis alius ſit, fidem & obſequium domino debet 67.c
an Vaſſalus regis Neapoleos Pontifici Romano potius obedire quàm regi teneatur 597.d
Vaſſalus vnius Principis non Imperator eligendus 116.a,117.d
Vaſſali, cliētis & fiduciarij differētia 18.b,112.d,113.a
Vaſſalis an dominos eiurare liceat, vide Feudatario iure.
Vaſſali à fiducia dominorum quomodo liberentur 585.b
Vaſſali ligij qui dicantur & patronorum in eos auctoritas 109.c
Vaſſali & ſubditi differentia 114.d
Vaſſali ſpoliatio prædij qualis 611.b
Vaſſalorum & clientum ius diuerſum 67.b
Vbertatis loci commoda ſeu incommoda 517.d,& 518.b
Vectigal ex Manumiſſionibus apud Rom. & à quo introductum 656.c.d, Item ex Hæreditatibus, Legatis & Donationibus mortis cauſſa ibid. Nūmorum quàm pernicioſum 688.d, Octauarium ſeu beſſale quod 651.d, Panno impoſitū apud Anglos 653.b, Romanorum de viceſima manumiſſorum in caſtris ad Sutrium 169.c, Salarium 656.b
Vectigal ſalis parum aut nihil minuit priuatorum iura 170.d
Vectigal *ex ſalinis Gallicis & aliis rebus* quale 652. paſſim
Vectigalis genus *ex Decimis* 651.d, Item *ex Vecturis*, quæ Lat. *Portoria* dicta ſunt 651.c, eius quæ olim & hodierna ratio.ibid. 655.a
Vectigalis Iudiciarij apud Gallos conſtituti vtilitas 662.c, etiam apud Romanos in vſu.eod.d.
Vectigalis genus *ex Paſcuis* 651.d, Item *Vini* in Gallia origo 655.d
Vectigalia vino impoſita quod in Angliam, Belgiam ſeu Flandriam defertur 653.a
Vectigalia annua Anglorū, vide Anglorum, à quibus primum introducta 663.b,c, Regni Perſarum, 647.b, Item Æthiopum ibid.
Vectigalia quæ & de quibus augenda aut minuenda, quæve de iis ratio habēda 653. paſſim & 661.a.b
Vectigalia aut Tributa imperare cuius iuris 169.b,& eorum Varia ſtatuta ibid.& 170. Immunitates eorum.ibid.
Vectigalia viceſimarum gratiſſima Romanis 656.d, quę vtiliſſima & honeſtiſſima 661.c,662.c,663.b, eorum ratio quæ habenda ibid.d
Vectigalium æquipolentiæ ratio habenda tenuiorum gratia 661.b, quorundam apud Rom. abrogatio à Pertinace Auguſto facta 169.d, eorum & tributorum neceſſitas Reip. 657.c,d
Vedij Pollionis in ſeruos ſupplicium 36.a
Venatores Hebræis latrones vocati 329.a
Venerationis Magiſtratuum exempla 310.b,c,d
Veneri addicti quare magis alii aliis 506.c,d
Veneti cuiuſdam exulis qui caput patris amputarat hiſtoria 26.b, ad Bella peregrinos duces ſæpius eligunt 76.b,c, Soli inter Principatus Italiæ omnes liberi à poteſtate ſeu fiducia ſummi pontificis 122.c
Venetorum conſilium arcanum ſeptem virorum 705.d, eorum authoritas in principes 428.a, Calamitas maior 650.d, Cancellarij dignitas ſine imperio 284.d, Cenſus 384.b, Comitiorū ratio 232.a, Conſiliorum vſus 248.c, Dux à Venetis cur canis appellatus 138.c,d, Ducis in cæteros patricios prærogatiua 152.b,& Venetæ Reip. ius inter ordines. ibid. duces varij ſupplicio affecti 181.c, Ducū ius & ornatus 181.b,c, Humanitas in Gōzagam Mantuanorum principem 388.c, Lex *de Vſuris* 770.a,b
Venetorum Magiſtratuum poteſtates quæ mobiles & immobiles 443.d, Mos in bellis 385.c, Item *ratione Dotium fœminarum* 534.c,d, & 536.a, Item in *legibus ferendis* 426.b, Ordinum dignitatis prærogatiua 354.a, Patriciorum authoritas 180.d,& 181.b, Remedium in colligendis pecuniis 61.b, Seditiones varię, 707.a, Senatus mutabilis 258.c, Senatus puritas 242.0, in ſtatu ſtabiliendo ratio, & in conſeruanda plebe in officio 706.c, Reſpub. quàm munitiſſima 568.d, Reipub. ſtatus antiquitas 180.d, Ariſtocraticus hodiernus, ibid. eiuſdē varij ordines, eorúmq. ius: Status Ariſtocraticus, ſed adminiſtratio Reip. harmonica 771.d, Reipub. ſtatus du ratio 384.d, Statutum pro ratione iudiciorū 466.d, Supplicium graue in fœminas furantes 764 c.d, Item ſupplicium ratione falſi, Item ratione *effuſionis ſanguinis* 765.a,d, Ratione furti 766.c, Triūuirorum auctoritas 256.c
apud Venetos quod ius prouocationis 164. c, apud Venetos Treſviri cōformandis ciuiū moribus inſtituti 623.a
Venetis quot Concilia 247.c
¶ Venter aures non habet 478.d
Venti Orientalis beneficia naturæ 514.b
Ventorum quibus infeſtantur Narbonenſes & Aquitani nomina 517.d
Ventoſa loca quare ferociores reddāt homines & mobiliores: quieta verò humaniores & manſuetiores 517.b, *vbi quæ regiones ventoſæ & placidæ ſint, enumeratur.*
Verberibus cædere ciuem Rom. legibus vetitum 697.c, Iis qui damnabātur quot ictibus ex diuina lege cædebantur 771.b
Verborum ambiguitates fugiendę & circuncidendę de pactis conuentis 594.b
¶ Verborum ſpecie inani ac præclaris appellationibus non valde inhęrendum 199.d
Vercingentorigis Gallorum ducis authoritas 74.b
Vere ſacro vouendi mos apud veteres 35.a
¶ Veritati nullum præiudicium Legibus, priuilegiis, reſcriptis, teſtamētis aut ſententiis afferri poteſt 295.b
Verris accuſatio à Cicerone 151 a, Maleficia & ſupplicium 697.c, Prætura 306.d,& 307.b, Prætura
damno

damnoſa 316.d
Veſpaſiani tyrannidis exempla ratione impoſitionis tributorum & quæſtus 655.b
Veſtalium iudices qui 277.b, earum Priuilegium *in damnatorum liberatione* 165.d,& 166.a
Veſtiariæ legis à Philippo Bello Galliarum rege latę ratio harmonica 759.d
Veſparum ætas, vide Apum.
Vetuſtatis in legibus authoritas 425.d
Vexillifer apud Lucenſes quis 222.d
Vexilliferi quare Florentinis inuiſi 200.a
¶Via publica vlla temporum diuturnitate pręſcribi nequit 170.a
in Viatores decretum Curiæ Pariſiorum 263.b
Viatorum creatio 268.d,de eorum executione variũ ius 323.a,b,Regiorum authoritas 324.a
Vicarij Imperij Germanici qui 159.a
Victoriali pretium lege Tribunitia dictum 167.d
Vienna colonia Romanorum, vide Coloniæ Rom.
Vindicationis ius 309.a
¶Violentum nihil diuturnum 410. b
Vir bonus quis 630.b
Virgilij locus *de ſeditionibus popularibus ſedãdis* 480.b
Virginem ſeducentis pœna à Deo conſtituta 536.c
Virginij parricidium 308.b
Virium pars, vbi & imperij pars eſt 71.a
Virorum: Illuſtrium iniuſta ſupplicia, vide Illuſtriũ, ſiue Principum, ſiue priuatorum ius in fœminas connubij gratia 744. b, c, quorundam illuſtrium ætates 418.paſſim, *vbi quis mortalium animoſior fuerit, deſcribitur.*
¶Virtus nullo pretio æſtimanda 545.d
¶Virtus Rerumpub. omnium præcipuus idémque optimus finis 430.d
¶Virtus vera nobilitas,& eius laus 354.d,356.d
¶*Virtutis decus ac Maieſtas plus in Repub.* valet, quàm leges, arma, edicta & magiſtratuum omnium iuſſa 480
Virtutis & honoris templa Rom. à quo dicata & cõſtructa 546.a
¶vt Virtutis præmium nullum maius honore, ita Vitij nullum maius ſupplicium Ignominia 545 d, eiuſdem Prẽmium, quod maius 431.a, Splendor maximus apud populum & fortium virorum integritas vehemẽter probata 437.a, ¶Vis & natura Virtuti contraria eſſe nequit 445.a,b
Virtutem honores quare antecedere non ſequi oportere iudicarint Romani 546.a, ¶Ad eã vnus quidem & rectiſſimus aditus, ſed innumerabiles vltro citróque ſinuoſi anfractus 453.d
Virtute excellentium qui præferendi an obſcuro loco, an clara ſtirpe nati 355.a, ¶ in ipſa fruẽda maximum omnium dignitatum & honorum præmium poſitum 437. d, Tres præcipuæ Reipub. bene conſtitutæ ſtatibus quomodo accommodari dicuntur 512.c,d,& 513.a,696.c
¶vt Virtutum ſic quoque Vitiorum ſui ſunt gradus 200.b, ¶Virtutum peſtis rerum copia 3.c
¶Vis eſt cũ quod per iudicem debuit, per te ipſe arripis 620.c, ¶Vis omnis iuri contraria: ita vt prædo in aliena qui inuaſit, vi ſi deiiciatur, reſtituetur 308.d
Vi aut metu factum an ratum haberi debeat 595.c
Vitæ diuturnæ cauſa 508.d, & quæ animãtia diutius viuere dicãtur 509.a, Prolixioris diuina promiſſio ſanctius & integrius viuentibus 394.d, Ratio in iudiciis criminalibus 769.a
Vitellius Galbæ parricidas ſupplicio affecit 215.d
¶ad Vitia citiùs quàm ad virtutes gliſcit hominum Natura 453.d
Vitis pœna mitior apud Rom. quàm fuſtium 762.d
Vlpiani & Pauli Iuriſc. tempora 24.c, eiuſdem Vlpiani ſententia *de authoritate Magiſtratuum qui in carcerem trudere iubere poſſunt* 280.d
Vltionis exempla 375.b,& paſſim inf. ac fol. ſeq.
ad Vltionem quàm ad gratiã cur procliuiores 550.d
Vlyſſis prudentia vnde 517.b
Vnciæ varietas 683.c, argenti varia diuiſio 684.b
Vnitas numerorum quaſi Princeps 776.a
Vniuerſitas, quid 327.d, an peccare poſſit 337.c, à Collegio & corpore quomodo differat 331.a, & in quibus conſentiant hæc tria ibid. eius Deſcriptio 348.c
Vniuerſitatis,& ciuitatis definitio & differentia 51. b, Peccantis quomodo ſumẽdum ſupplicium 342. b, vbi varię diſtinctiones tractantur
Vniuerſorum & ſingulorũ diuerſa ratio in definiendo 260.a
Voconia lex de iure fœminarum & *eiuſdem abrogatio* 535.c.d
Vocis variæ in Hominibus quæ conſideratio, itẽ pronuntiandi varius modus apud gẽtes 523.c,& 524.a
Voleroni ſeditioſi Romani liberatio à ſupplicio 477.c
Voluntas an habenda pro facto 765.d, Coacta an dicatur voluntas 367.c,d
Voluntatis Diuinę & humanæ contrarietas 393.c, eiuſdem Humanę ſententiæ 392.d,& 393.a
Voluptas Crudelitate vitioſior tyrannis 374.c, Quos perdidiſſe dicatur Tyrannos 374.c.d
¶Voluptatis vis & natura eſt, vt ſine aliquo ſenſu doloris inſuauis ſit ac pernicioſa futura 777.a
Voracitatis præmia propoſita, vide Mithridatis
Vrbanus Pontifex quando creatus 40.a, eiuſdem Ius 288.b
Vrbani qui 49.c
Vrbs etiam ciuibus deſerta non ſuum tamen nomen amittit 50.b, Sine ciuitate, & ciuitas ſine Repub. eſſe poteſt 50.a, eius, Ciuitatis,& vniuerſitatis Lutetiæ differentia, vide Vrbis, Item Vrbis & Ciuitatis appellatio apud Iuriſc. ſæpius confuſa 49.a, eius Etymon 49.b, Firmitas qualis 557.paſſim
Vrbes: Magnæ & populo abundantes minus ſeditionibus opportunæ 527.b, Munitiſſimas eſſe oportere 560.c, 561.b, 562.c, earum Origo 328.c, Vrbium & Arcium munitiſſimarum neceſſitas in finibus imperij ſtatus conſeruandi gratia 577.b, earum & Suburbiorum collatio 48.d
Vſura Hebræis *morſus* dicta, eius pericula & cõmoda aut incommoda 524.d, 526.b, 528.b, 530.b
Vſurarum diuerſa ratio tum fructuum tum pecuniarũ 528. paſſim & 529.530.665. paſſim & fol. ſeq. earũ Lex 769.c,d, ſub Vſuris pecuniam mutuam accipere Principibus quando liceat. vide Mutuam
Vſusfructus: Bonorũ filiorum hæreditatis maternę vel alterius patri debẽtur 24.d, Reip. poſt annum centeſimum extinguitur 9.d, ¶Vbi perpetuus cõceditur & proprietas conceſſa cenſetur 531.d

Vtile nihil quod non ſit honeſtum, nec econtrà 543.b
Vtilitas apud Populum quæ exiſtimetur 543.b,c,
¶Quæſtuoſa virtutis hoſtis capitalis 431.a
¶Vtilitatis alterius cauſa, alteri incommodum creari non debet 295.b
¶omnium Vtilitatum quæ ab aduerſariis maximæ decerpi ſolent, nulla maior quàm id præſtare, ne aut Vitiis illos vincere, aut ab illis Virtute vinci videamur 445.c
Vtopiæ ciuitatis appellatio vnde 525.b
Vxor domus ſocia 19.a, mariti legibus ſoluta 16.a
Vxoris nomine non intelligēda concubina 15.a, nec Sponſa paulò pòſt
Vxores quæ Maritos peccare cogerunt, principes potiſſimum 540.c
Vxores: Occidere vinum bibentes Maſſilienſibus ac Mileſiis ius 16.d, Adulterium item committentes Romanis & Græcis, lege Iulia licitum ibid. plures habere quibus licitum 28.d, 29.a, quæ viros enecarunt, hiſtoria 18.d
Vxorum pluralitas vbi vſitata 506.b.c, eiuſdem pluralitatis pœna, vide πολυγαμίας
¶Vxorum ſplendor à maritis velut à Sole pendet 19.c
cum Vxoribus quare Lycurgi inſtituto non liceret pernoctare 507.c
¶Vxoribus ſeruire ignominioſum 16.c,d

X

XEnodochia quādo conſtituta 39.c, *dicuntur autem loca hoſpitibus (pauperibus quidem) recipiendis conſtituta l.16 de ſacroſ. eccleſ. l.31. de epiſc. & cler.*
Xenophontis laus 694.c, vbi eius profertur ſentētia *de Democratia cum ſtatu Populari*, eiuſdē Iudicium *de Repub. Platonis* 183.b, Sententia erronea de *ſtatu populari* 466.d
Xerxis crudelitatis exemplum 339.b, Sacrificium quod, vid. Themiſtoclis

Z

ZAmoglonij *Àmoglonij* apud Turcas qui 190.d
Zelotypiæ morbo quare minimè omnium angantur Germani 507.a,b, contrà Auſtrales
Zuingliorum Theologorum apud Heluetios nouę religionis concionum vis 73.a
*Zunfft* apud Heluetios quid 220.d

LAVS DEO.